4
161

24

9275

4
161

P. TERENTII AFRI
POETAE LEPIDISSIMI
COMOEDIAE OMNES.

CVM ABSOLVTIS COMMENTARIIS AELII DONATI, Guidonis Iuuenalis Cenomani, Petri Marsi in omnes fabulas, Ioannis Calphurnij Brixiensis in Heautontimorumenon.

ACCEDVNT.

Antonij Goueani Epistola ad Guillelmum Bellaium Langeum, Taurini Proregem, de castigatione harum comœdiarum. Eiusdem de versibus Terentianis, necnon De ludis Megalensibus, ac quædam perpulchræ annotationes.

Bartholomæi Latomi in singulas scenas argumenta, Ordo & distinctio partium fabulæ, Vocum quarundam, & locorum difficilium explicatio, Loci argumentationum, & amplificationum principales, Schemata passim, & ornamenta orationis.

Henrici Loriti in carmina Terentij per omnes eius Comœdias iudicium.

His item addidimus cuiusque Scenæ terna Argumenta varijs verbis eadem tamen sententia descripta.

Metris in suum ordinem recte restitutis, ac varijs lectionibus in margine appositis.

Eorum quæ in his interpretum commentarijs annotata sunt, Index amplissimus.

OMNIA

VENETIIS,
APVD HAEREDES IOANNIS MARIAE BONELLI. M. D. LXXIII.

P. TERENTII AFRI
POETAE LEPIDISSIMI
COMOEDIAE OMNES.

CVM ABSOLVTIS COMMENTARIIS AELII DONATI,
Guidonis Iuuenalis Cenomani, Petri Marsi in omnes fabulas, Ioannis
Calphurnij Brixiensis in Heautontimorumenon.

ACCEDVNT.

Antonij Goueani Epistola ad Guillelmum Bellaium Langeum, Tauini Proregem, de castigatione harum comoediarum. Eiusdem de versibus Terentianis, necnon De ludis Megalensibus, ac quaedam perpulchrae annotationes.

Bartholomaei Latomi in singulas scenas argumenta, Ordo & distinctio partium fabulae, Vocum quarundam, & locorum difficilium explicatio, Loci argumentationum, & amplificationum principales, Schemata passim, & ornamenta orationis.

Henrici Loriti in carmina Terentij per omnes eius Comoedias iudicium.

His item addidimus cuiusque Scenae terna, Argumenta varijs verbis eadem tamen sententia descripta.

Aerrio in suum ordinem recte restitutis, ac varijs lectionibus in margine appositis.

Eorum quae in his interpretum commentarijs annotata sunt,
Index amplissimus.

OMNIA

VENETIIS,
APVD HAEREDES IOANNIS MARIAE
BONELLI. M. D. LXXIII.

ARGVMENTA IN P. TERENTII COMOEDIAS.

IN ANDRIAM.

VELVS est omnino scriptor in Latina lingua, quē tantopere cognosci, ediscíq. retulerit, atque Terentium. Nam cum prima virtus in oratione sit proprie loqui nec proprij sermonis artificem meliorem Terentio habeamus, dignus planè est, in quo perdiscendo plurimum opere studij ponamus. Et ab ijs qui docēt pueros, superstitiosam etiam diligentiā in hoc auctore enarrando requiro. Primum prodest monere, quæ comœdiæ natura sit, quidue spectarint comędiarum auctores, nomen vnde factum sit. Atque hæc quidem Donatus copiosè exposuit. Conuenit aūt inter omnes, auctores comœdiarum voluisse, & communium morum, & casum exempla proponere, quibus velut admoniti, prudentius iudicemus de rebus humanis, & genere orationis facundiam locupletare. Quæ inculcabunt professos eò diligentius, vt sciant pueri, quid ex illis petere debeant, quem fructum facturi sint legendis Comœdijs, Nam quo propius cognorint, & vim literarum, & vtilitatem, eò impensius iuuat discere. Porrò nomen comœdia, factum est, vt plurimi dūt, ἀπὸ τῆς κώμου. i. à comessatione, & ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. i. à carmine, vt sit conuiuale carmen. Nam in conuiuijs primum iocoso quodā carmine, ciuium vitia iuuentus liberius taxabat. Postea ars accessit, & theatrorum cōsuetudo. Arist. περὶ ποιητικῆς, de nominis origine aliter sentiet, nec piget adscribere eius verba. ὡς μωμφδοὺς οὐκ ἀπὸ τῆς κωμάζειν λεχθέντας, ἀλλὰ τῷ παρὰ τὰς κώμας πλάνην ἔτι μαχομένους ἐν τῇ πόλει. Cetera Donat. In recensendis argumentis fabularum consilium Poëtæ summa cura exponendum est. Quartum personarum descriptiones in primis admirationem mereantur, in quibus locis plurimum commoretur Poëta, vbi plurimum neruorum, plurimum eloquentiæ ostentet, quos locos ita commendet pueris, vt, & familiariter ament, & tanq̄ digitos suos norint. Et ob hanc causam fabularum omnium argumenta, veteri more, in πρόπασιν, ἐπίπασιν καταστροφήν, partiātur, vt distributa facilius assequatur iuuentus. Ferè autem fabulæ continent periculum quoddam. nusq̄. n. consilio locus est, nisi in dubijs rebus neque vero aliud est Comœdia, nisi humanorū consiliorum, & euentum imago quædā. In Andria periclitatur Pamphilus, vt Glycerio fidem promissam præstet, postquā patri per errorem pollicitus est futurum se in eius potestate ac ducturum quam vellet estq̄. hæc veluti σκοὸς fabulæ. Consilia omnia, querelæ omnes, argumenta omnia huc referenda sunt. Et tota fabula similis est orationi generis suasorij. Nam varie tota fabula causa consultant senes, adolescentes, ac serui. Sed vt argumentū propius cernere queāt pueri, ordine singulas partes referemus.

Periculum protasis.

Cum amaret Pamphilus Glycerium eiq̄. fidem dedisset ductu rum se esse vxorem, pater, qui amare filium compererat, consilium capit abstrahendi eius à Glycerio, simulat se vxorem daturum, poscitq̄. vt ne filius id recuset. Is cum, & patrem vereretur, & Glycerium deserere parum pium iudicaret, pendet animi nec habet quo se vortat. Ibi Dauus intelligens simul rem à patre, consulit herili filio, vt polliceatur patri, se in eius potestate futurum, periculi nihil esse, quandoquidem simulentur nuptiæ. filius obsequitur, quanquam ægre, pollicetur patri ducturum se quam vellet.

Epitasis.

Interea spargitur de Pamphili nuptijs rumor, resciscūt, & mulierculæ, quibus cum Glycerio consuetudo erat. Et pater cum à filio quod voluerat, extorsisset, nō iam simulat rem, sed seriam fabulam orditur. Chremetem orat, vt gnatam det vxorem filio suo, facile impetrat. Hic de Pamphilo actum fuit. maturare nuptias pater studet, & filius pollicitus erat se in patris potestate futurum esse. Quæso, quomodo ex his turbis se explicet? quid faciat Pamphilus? Hic Dauus cuius imprudentia periculum contractum erat, cum dolus non succesisset, Chremetem deterret à nuptijs, fidem faciens amari aliam à Pamphilo.

Catastrophe.

ET pater rem vrget, & processisset, nisi casus qui sæpe plus valet quam ratio, dubijs rebus opem attulisset. Venit quispiam Crito, qui docet Glycerium Chremetis filiam esse, gratum omnibus nuncius. Nuptiæ ex sententia Pamphili conficiūtur. Vide ex quanto periculo casu euaserit Pamphilus.

Est autem in more Terentio, in prima ferè scena longa narratione commemorare occasione fabulæ, atq; eas narrationes plurimi fecerunt veteres. sic in Andria exponit Pamphili amores, & patris cōsilium, quo is filium à Glycerio diuulsurus erat. In reliquis scenis pergit consilium exequi. Sunt aspersa narrationi illi primæ multa rhetorica ornamenta. Est enim mirabiliter aucta, commemoratione morum, studiorum, sodalitij Pamphili, qua occasione Pamphilus deperire in Glyceriū cœperit, vbi pater id primum deprehenderit. Hæc accurate expendet professor, & velim hic immodice etiam anxium esse καὶ πολυπραγμονεῖς interpretem. Est. n. modis omnibus efficiendum, vt miretur vt ament hunc auctorem pueri. Id ita fiet, si rectissime intellexerint. Exigendum ab ipsis pueris, vt suo marte argumenta fabularum condant, vt locos aliquos retexant, & pluribus exponant, & tanquam ceram refingant, quæ exercitatio, præterquam q̄ familiariorem hunc Poëtam facit, facundiam etiam alit. Fingunt hic cordati senes, Dauus veterator, honesta ac pia mente præditus adolescens Pamphilus. Verum vt Pamphili ingenium rectius perspici posset, & vt aliquanto plus in fabula turbæ essent, confertur cum eo Charinus Pamphili dissimilimus. nihil moderatum in hoc, nihil consilij contra in illo moderatiora omnia pene, quàm vel ætas poscit, vel finit amor.

In primis mirantur eloquentiam Poëtæ in Pamphili querelis, in senis narrationibus, cōsulationibus, & obiurgationibus. Ab his exemplis, & verba, & figuras Latini sermonis, & dicendi rationem assuescant petere adolescentes, felicius haud dubie collocaturi operam, quam si interea, velut formicæ Indicæ, aurum conuehherent.

IN EVNVCHVM.

COmœdiæ vt hominum vitam, casus, consilia imitentur pericula continent, q̄, & consilijs, & fortunæ, in periculis maxime locus est. Itaque cum discutere periculum ratione contendant personæ, finguntur varia consilia, in quibus alia fallunt, alia felicia sunt. Sæpe plus casus potest, quam ratio. Dominatur ferè in rebus fortuna.

Superiori fabula proposuit modesti adolescentis exemplum is de officio suo honestè consultat. Hic nulla sunt honesta exempla, nullum honestum consilium. Nam meretricij amores describuntur, vt hoc exemplo cernant iuuenes, tanquam in speculo, amentiam huiusmodi amatorum. Est autem duplex propemodum fabula. Propterea geminum argumentum recenseo.

Primas Thraso in hac fabula tenet. Ei cum pollicita esset Thais. facturam se sui copiam dies aliquot, fallitur is tamen. eaq̄;, protasis fabulæ est. Cum Trasone confertur Phædria, nisi enim riualem haberet Thraso, nisi periclitaretur in amore.

Epitasis fabulæ est, cum minatur illæ se oppugnaturum vi ædeis Thaidis.

Catastrophe ridicula est. Nam Thraso iam fractus, precibus impetrat, vt aliqua saltem in parte apud Thaidem hęreat. Porrò quia hæc fabula varia est, multumq̄. habet turbarum, casu exoritur alius tumultus, vitiatur virgo, quam Thaidi miles donarat. Sed est læta eius quoque periculi catastrophe. Nam vxor datur hæc adolescenti quam compresserat.

Vt Thrasonem ridiculum amatorem fingere, addit Gnatonē qui eius mores mirifice depingit, vt ardelionem agnoscat.

In superiori fabula plurimæ sunt consultationes, & tota ferè cōsistit in genere deliberatiuo. Hic plus est expostulationum, & accusatorio seu iudiciali generi similior est. Nullum aūt vitę genus est, vbi non plurimum Thrasonum reperias, neque vlli ferè rebus humanis pernicioſiores sunt, q̄ id genus, si cōingat imperare. In templis, in aulis, in rebus publicis omnibus omnia mi-

scent, vt emerentur vulgi plausum. Quare diligenter est intuenda, contemplandaq. Thrasonis imago in hac fabula, vt discas, q̃ sint inepti, quàm nihili ardeliones isti. Somnia verius hominũ quàm homines dicas. Refert autem conferre cum hac similes alicubi descriptiones, qualis est apud Martialem Attali, apud Catullum Suffeni. nec piget adscribere, vt ediscant pueri.

AD VARVM.

Suffenus iste Vare, quem probe nosti,
Homo est venustus, & dicax, & vrbanus.
Idemq; longe plurimos facit versus:
Puto esse ego illi milia, aut decem, aut plura
Perscripta, nec sic, vt sit in palimxysto,
Relata, chartæ regiæ, noui libri,
Noui vmbilici, lora rubra, membrana
Directa plumbo, & pumice omnia æquata.
Hæc cum legas, tum bellus ille, & vrbanus
Suffenus, vnus caprimulgus, aut fossor
Rursus videtur: tantum abhorret ac mutat.
Hoc quid putemus esse? qui modo scurra,
Aut si quid hac re tristius videbatur.
Idem infaceto est infacetior rure,
Simul poëmata attigit neque idem vnquam
Atque est beatus, ac poema cum scribit:
Tam gaudet in se, tamq; se ipse miratur.
Nimirum idem omnes fallimur: neque est quisquam
Quem non in aliqua re videre Suffenum
Possis: suus cuiq; attributus est error,
Sed non videmus manticæ quod in tergo est.

IN ATTALVM.

Declamas bene, causas Agis Attale bene:
Historias bellas, carmina bella facis:
Componis bene mimos, epigrammata bene:
Bellus grammaticus, bellus es astrologus,
Et bene cantas, & saltas Attale bene:
Bellus es arte lyræ, bellus es arte pilæ.
Nil bene cum facias, facis attamen omnia bene
Vis dicam quid sis? magnus es ardelio.

IN HEAVTONTIMORVMENON.

TAnta huius fabulæ elegantia est, vt plerique à Lælio quo illis temporis Romæ nemo fuit eloquentior, scriptam existimarint, & poëta ipse testatur in hac puram esse orationem, qua laude nulla potest amplior excogitari. Quid est.n. admirabilius, quàm sermo elegans, & venustus? Neque prædicaturus hoc palam fuerat Comicus, nisi nouam, insignem, & pene diuinam sermonis elegantiam esse iudicasset. Depingit autem parentum vitia. Nam Menedemus liberaliter amantem Cliniam iusto inclementius tractat, adolescentem modestum, & frugi. Quem postquam domo eiecit, victum iurgijs, & contumelijs, multo impotentius desiderat. adeo multifariam hic peccat. Huic seni opponit Chremetem monitorem, sed quem postea videas multo plura q̃ Menedemum peccare. Primum is nunquam olfecit perdice amare filium, & compilari se à scorto sumptuoso. Post vbi resciscit, multo fert impotentius id mali, q̃ illa solebat Menedemus, vt agnoscas fere ita accidere, vt foris, non domi sapiamus.

Epitasis.

Porrò quia fingebat poëta velut oculis captum Chremetem q̃ insignia filij vitia nõ cernat, adduci patri ob oculos filij amicã, idq. hic periculi est, ne resciscat Chremes, Bacchidẽ filij amicam esse. Huc omnia consilia, oẽs dolos seruuli referemus. Et à Chremete prius argentum emungitur Bacchidi numerandum, q̃ comperit filij rem agi. Fallitur autem cum fingitur Bacchis esse Cliniæ. In 1. fabulæ parte, vbi Menedemum confirmat Chremes, oratio est deliberaturi, seu suasorij generis, qua hic consolatur, erigit, monet animi ægrum vicinum. In reliqua fabulæ parte, quæ periculũ continet, res omnis translatione rhetorica agitur, quia quæ ad Chremetis filium pertinent, omnia imputãtur Menedemi gnato. In primis admirabilis est hic seruulus, cuius callidissimis consilijs neutiquam respondent euentus. Nec vulgariter de suo consilio sibi ipse placet, cum ait: Hic me magnifice effero, &c. Est ea mirifica omnino imago humanorum, & consiliorum, & euenturum. Fallunt enim ferè astutissima consilia mortales: Sic vt Cic. fefellit euentus belli, aduersus Antonium suscepti. Extant exempla in historijs innumerabilia.

IN ADELPHOS.

Protasis.

ERipuerat Aeschinus Lenoni, mulierculam, fratri gratificatus, qui illam amabat. Id postquam resciuit Demea, aspero, & incommodo ingenio pater, de eo peccatorum Mitione, cui Æschinum dederat adoptandum, expostulat, queriturq. eius indulgentia corrumpi. Periclitantur itaque Aeschinus, & seruuli, quomodo Lenoni satisfiat, quomodo celetur, Demea ne Ctesiphonis peccatum resciscat. Neque enim tam ipse sibi, quam frater curæ est.

Præterea amabat ingenuam quandam Aeschinus, cui fidem est derat, vxorem se ducturum esse, quæ postquam raptam audiuit psaltriam, grauiter perturbata est, metuens ne desereretur. Habet hæc pars mira consilia, miras techna serui, quibus fallitur Demea.

Epitasis.

Resciscit Demea vitium oblatum esse ingenuæ ab Aeschino, ea vero de re miram tragœdiam excitat, Magis commouetur postquam deprehendit Ctesiphoni cum Psaltria rem esse. Misere etiam angitur Aeschinus, cum indiscrimen venit ne vxore excidat.

Catastrophe.

HÆ turbæ omnes, prudentia, & mansuetudine Mitionis sedantur. Primas itaque in hac fabula senes habent. Confertur enim cum aspero, & inclementi patre vrbanus, & comis pater. Et huc omnia spectant, vt appareat in re domestica, publica, commercijs hominum, vbique nullam esse neque vtiliorem, neque gratiorem virtutem comitate. Constat autem hæc comedia, magna ex parte accusationibus, & excusationibus, crebras habet querelas, & pene tragica πάθη. Quare in primis conducit eius lectio ad locupletandam facundiam.

IN HECYRAM.

Protasis.

VXorem duxit Pamphilus, cum Bacchidis meretriculę amore tantopere teneretur, vt duobus mẽsibus vxorem ne attingeret quidem. Postea per consuetudinem animus victus est cœpit placere vxor. Porrò cum ipse peregrè abesset, illa domum redit ad matrem, atq; ibi parit, mense septimo postquam nupsisset Pamphilo. Eam rem celat, & affines, & patrem anus. Vbi Pamphilus redit, comperit peperisse. Hic grauiter adeo commouetur, cum aliunde concepisse existimaret. Et cum per sese dolent res Pamphilo (amabat enim mulierculam) tum molestum est ab ea diuelli, neque enim honestum erat reducere. Periclitatur itaque Pamphilus quomodo honeste dimittat vxorem, ne ue illius peccatum proderet. Hæc fabulæ protasis est.

Epitasis.

Instant pater, & socer inscij quid accidisse vt domũ reducat, presertim cum nec socrus. nec mater, id quod senes falso suspicanti fuerant, obstarent. Quanquam autem permoueri non posset, Pamphilus vt reduceret, tamen causam constantissime dissimulat. Itur eo, vt putent Bacchidis amore deuinctum alieno ab vxore animo esse.

Catastrophe.

Bacchis accersita, fidem facit nihil sibi cum Pamphilo rei esse. Hic autem prodendum peccatum vxoris fuit, aut reducenda, verum casu periculum discutitur. Forte enim Philumenæ annulũ socrus in digito Bacchidis conspexit, quem olim Pamphilus stupratæ in tenebris Philumenæ detraxerat. Is annullus testatur ex Pamphilo puerum susceptum esse. Ita redit in gratiam cum vxore Pamphilus. Iucunda est cum vxoribus senum concertatio, quæ monet sæpe errore, & falsis suspicionibus fieri, vt dissentiant coniuges. In primis autem insignis est humanis, & fides Pamphili in hac fabula.

IN PHORMIONEM.

Protasis.

CVm Antipho absente patre in puellam quandam vnice deperiret, nec posset ea potiri, nisi vxorem duceret (erat enim ciuis Attica) forte nuptiæ confectæ sunt technis sycophantæ cuiusdam Phormionis. Is enim ex composito diem dicit Antiphoni, fingit puellam ei cognatam esse, neque quenquam alium propiorem cui nubat. facile est vincere non repugnantem. Ita legibus ducere cogitur Antipho.

Epitasis.

Epitasis,

Non probatur auaro patri vbi redijt, factum, vt qui malebat filio opulentam aliquam, & dotatam obtrudere. Quare cum Phormione expostulat, cur in has nuptias se absente filium conjecerit. Tandem paciscitur etiam mercedem, minas triginta, si reperit ad se puellam. Ibi vero, & Antipho in discrimen venit, ne per eam conditionem ipse vnice charam, & iucundam coniugem amitteret.

Catastrophe.

Interea domum redit, & patruus Antiphonis. hic fidem facit puellam Antiphoni nuptam, ex se in Lemno susceptam esse vbi cum muliercula quadam consueuerit, gauderq. ita casu cecidisse, se absente, vt is duceret, quam maxime ipse generum cuperet, & paulò ante ambibat. Ita fit vt, & Antipho retineat vxorem, & nuptiæ patri probentur.

Secunda catastrophes pars.

Porrò triginta minæ quos ludos reddidere? Has extorserat Phormio, quanquam dissimularet dandas alteri adolescenti Phædriæ. qui citharistriam mercaretur, & iam pernerat pecunia, quam cum reposcunt senes, sycophanta prodit Chremetē apud vxorem, & docet consuesse cum alia quadam peregre, simulque impetrat, vt Phædriæ id argumentum condonetur, estq. ridicula admodum παπαγεφῆς pars, vbi mulier maritum obiurgat, parum memorem fidei suæ.

DE METRIS.

OMICI latini Multam libertatem sibi vsurpa runt in versibus, sed nemo largius Terentio adeo vt apud priscos quoque fuerint qui indicarent, in huius fabulis nullam esse carminum legem. Sed hos falli manifestum est. Rursus fuerunt qui non negarunt ab hoc seruari metrorū leges, sed ob immodicam libertatem nō esse operæprecium tor queri doctos carminum dimensione, quòd, & res sit immensi laboris, nec ita multum adferat frugis. At ego ab vtroque genere dissentio, nam vt manifestius est, quàm vt egeat probatione, Terentij comœdias versibus constare, ita qui negligendam putarunt metrorum rationem, frequenter poetæ sermonem corruperunt, dum aliam vocem pro alia subijciunt, quod nimium sæpe vsu venit scribis, in auctoribus solutæ dictionis, dum addunt atque adimunt dum verborum inuertunt ordinem. Nonnihil etiam hic peccarunt eruditi, qui dum carminum genera distinguunt ac dimetiuntur parum attenti, interiecerunt verba quædam, vt explerent versus hiatum aut resecuerunt quod videbat supersesse. Videtur autem studio factum à Terentio, vt dissimulato carmine, quàm proxime accederet ad orationem solutam, quidem affectasse videtur Horat. in Serm. & Epist. Hunc tanta in dimetiendo difficultas, vt existimem ipsum Don. aut Cornutum, aut Asperum, si viuerent, in locis aliquot vel hæsuros, vel inter se dissensuros. Proinde nos quatriduanam opellam sumpsimus, vt adolescentulis aliquam huius difficultatis partem adimeremus, non quidem in omnes fabulas, sed in vnam perpetuo, & in ceteris carptim, quo ceu filo adiuti, sese facilius è ceteris explicet labyrinthis. Constant autem huius fabulæ his fermè metrorum generibus.

Iambico trimetro, qui, & senarij dicuntur à numero pedum. Iambico tetrametro, qui ab alijs quadrati, ab alijs octonarij dicuntur. Monometrum ac dimetrum raro interijcitur. in hoc genere quouis loco pro iambo ponit tribrachyn, spondeum, dactylum, anapæstum, modò totius carminis penultima syllaba sit breuis. Si quidem in hoc versu,

Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius,
Omnes spondei sunt, excepto vltimo, cuius generis, & alios aliquot reperias.

Eandem libertatem sumit in trochaicis, tetrametris catalecticis, satis habens si totius carminis penultima sit breuis. Illud tamen vbique cauetur, ne vel trochæus ingrediatur iambicum carmen, vel iambicus trochaicum.

Iambicum tetrametrum interdum in fine fraudatur vna syllaba, producta penultima, quoties iambico dimetro catalecticō accinitur dimeter catalecticus. Veluti si, Iam lucis orto syderе, accinas, Cultor dei memento.

Quanquam in hoc quoque genere vsurpatur, cum communis de qua dictum est, Comicorum libertas, tum illa peculiaris, quòd pro penultima longa ponit interdum duas breues. Exemplum est in actus quarti scena secunda.

Iam vbi vbi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum.
Hic penultima producta est. Ibidem,
Orare iussit, si se ames hære, iam vt ad sese venias. Item,
Hanc expetiui, contigit, conueniunt mores, valeant.

In his pro penultima longa ponuntur duæ breues. Hos versus etiam scazontes appellant.

Et scazontis genus diminutum, quod dimetro iambico accinit duos trochæos, velut in actus tertij scena secunda.

Adhue Archillis quæ adsolent, Hic dimeter est. quæque oportet: Duo sunt trochæi. Contra in alijs additur pes legitimo numero. Interim prior carminis pars est trochaica, posterior iambica, & contra.

Admiscentur interdum cretici, siue amphimacri, qui per mediam habet breuem inter extremas longa: sic vt singuli versus habeant quaternos, aut ternos creticos, nisi quòd hic quoq; vsurpatur libertas comica sicut in ceteris. Exemplum est in quarti actus scena prima,

Vt malis gaudeant, atque ex incommodis.

Quatuor cretici sunt, nisi quod tertius est spondeus. Ibidem,
Tum imprudentissima eorum oratio est.

Tres habet creticos. Quanquam arbitror prius carmen vitiatum mutato dictionum ordine. Etenim si sic legas: Et tñ res cogit denegare, ibi tum eorum impudentissima oratio est, vt posterior versus excipiat synalœpham prioris, carmen probe constat. Quidam tñ malunt hic esse trimetros trochaicos catalect.

Iambici trimetri facilior est dimensio, cum penthemimeris finit dictionem. Velut effertur, imus. Et, sic cogitabam.

Difficilior cum contra. Vt, Honesta, & liberali, accedo ad pedissequas. In be cæsura est. Idem efficiunt crebræ synalœphæ, vt ibi, Quæ ibi aderant, forte vnam aspicio adolescentulam.

In tetrametris item iambicis ac trochaicis durior est dimensio, prior dimeter nōn finiat dictionem, presertim si non sit iambus, aut si accedat synalœphe. vt,

Meum gnatum rumor est amare. id populus curat scilicet.

Prior dimeter finitur in ma, syllabam productam, & excipitur à synalœphe reid. Rursus ibidem,
Qui post quàm audierat non datum iri, &c.

Prior dimeter definit in i, admixta synalœphe.

Turbat, & illud lectorem minus exercitatum, quòd interdum repente miscet iambica cum trochaicis, trimetra interdum, & dimetra aut monometra cum tetrametris, catalectica cum catalecticis, cretica cum iambicis ac trochaicis, quod locis aliquot annotauimus in margine. Ea mixtura maxime fit vbi res sunt turbulentiores. Fit interdum, vt scena prior desinat in hemistichiū, & ab huius clausula incipiat scena proxima, velut in Andriæ actus tertij, scena tertia, Sed eccum video ipsum foras exire. Dimeter est plenus, cum sesquipede. Perficitur initio scenæ sequentis, Ad te ibam, quidnam est? vt sit scazon tetrameter catalecticus. Nonnunquam dictio quæ pertinet ad sensum versus sequentis, per elisionem annectitur fini præcedentis, vt in prologo Eunuchi, Qui bene vertendo, & eas describendo male, ex Græcis bonis, &c. Durus est, cum dissecta dictione prior syllaba finit versum, reliquæ incipiunt sequentem, vt Eunuchi actus tertij, scena prima.

Continuo si quando illa dicet, Phædriam
Intromittamus comessatum, tu Pamphilam.

Elisiones item, & synæreses, presertim minus vsitatæ apud recentiores, faciunt vt lector impeditus frequēter hæreat in carmine. Eliditur autem in comicis versibus u, consonans, vt in 1. scena, Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares. Rursus ibidem. Liberius viuendi fuit potestas, nam antea, &c.
Item scena tertia.
Enimuero Daue nihil loci est, &c.

Carmen enim incipit ab anapæsto. Et ante in scena prima.
Enimuero spectatum satis,

Eliditur, & s, tum in fine, tum in media dictione. In fine, vt in prima scena,

Sed quid opus est verbis? Sed quid opust. Elisa simul, & vocali e.

Idem fit in satis, Nea satis digna cui committas, &c.

Rursus in prologo Andriæ, fit in medio dictionis, Id isti vituperant, alijsque locis compluribus, quorum aliquot in margine annotauimus. Interdum elidunt l, vt in prima scena Andriæ, Pro vxore habere hanc peregrinem, ego illo sedulo.

Vt grinam ego il, faciant dactylum. Hanc libertatem frequenter vsurpat Homerus, dum s, elidit in ὀλυσσεύς, & l, in ἀχιλλεύς.

Sæpenumero contrahuntur vocales, velut in his, fuit deos, dies, meus, ſuus, ſcias, nihil mihi, vt ſint monoſyllaba. Similiter ei, eius, huius, cuius, monoſyllaba ponuntur ſubinde, eo⁊, meorum diſſyllaba. Liberius viuendi fuit poteſtas. Difuit, facit ſpō deum. Scias poſſe habere iam ipſum ſuæ, &c. Scias poſ. ſpondeus eſt, & ſuæ, vnica ſyllaba eſt. Meum gnatum rumor eſt amare. Meum gna, ſpondeus eſt. Item ante hac diſſyllabū eſt. Nam quod antehac fecit. Frequenter eliditur d, in quid, & ſed pro vocali. & ſicut in periculum elidimus u, idem hic facit in paulum, & annulum. Quin, & ſyllabæ quædam aliter pronunciantur q̄ apud recentiores vſurpatæ ſunt, velut in ſuſpicio, ſecunda producitur, vnde factum eſt, vt quidam legant ſuſpectionem. Rurſum in caue, vade, mane, & abi finalis corripitur. Minimo momento mutatur genus carminis, velut in act. 4. ſ. 1. Si legas, Id denegando modo quis pudor eſt paululum.

Trimeter eſt iambicus. Rurſus ſi In annectas fini verſus præcedentis, verſus conſtabit quatuor creticis. Denegan-do mo-do -quis pudor ſt. paululum. Si in modo, facias pyrrhichium, erit trimeter trochaicus catalecticus.

Dene-gando-modo-quis pu-dor eſt paululum.

Porrò inter iambicos tetrametros acatalecticos, & trochaicos tetrametros catalecticos, tanta eſt affinitas, vt interdum nihil referat eundem verſum vtrum per iambicos an per trochæos metiaris. velut in act. 3. ſcen. 4.

Vtinam mihi eſſet aliquid hic quo nunc me præcipitem darem.

Si mihi facias vnicam ſyllabam trochaichus eſt, ſi duas, iambicus eſt, quale eſt, & in act. 5. ſcen. 1.

Satis iam ſatis Simo ſpectata erga te amicitia eſt mea.

Item ſequentes.

Satis pericli cœpi adire, orandi iam finem face.

Licet per iambos, vel per trochæus metiri. Huius generis ſunt & alij complures. Illud mihi monendus eſt lector, vt meminerit, à notato metro idem carminis genus durare, donec repererit annotatum aduerſum.

IN CARMINVM GENERA.

In plogo. IN titulo Cn. Sulpitio coss. Glareanus legit Cato. [Nam in prologis) Aut non eliditur m, aut prologis dixit vt Græci polypus, & nos opilio. [Non ita diſſimili ſunt argumento) Niſi elidas in argumento ſyllabā, non conſtat trimeter, aut niſi legas diſſimili argumento ſunt. [Id iſti) Elidi

act. 1. ſ. 1 tur s, in iſti. [Vos iſthæc) Iambici trimetri. [Cognoſces, & quid facere in hac re te) vel te hac in re. [Liberius viuendi fuit) Niſi elidas u, in viuendi, carmen non conſtat, & fuit monoſyllabum eſt. [Sine inuidia) Eliditur u, conſonans. & niſi ſit proceleuſmaticus, in dia fit Synæreſis. [Ex Andro commigrauit huc) Aliter huic. [Nam qui cum ingenijs conflictatur eiuſmodi) Eiuſmodi triſſyllabum eſt. [Qui obſtat, cur non vere) Aliter. Quid igitur obſtat, ſed tum vere expungendum. [Pro vxore habere hanc pe

act. 1. ſ. 2 regrinam, ego illud) Eliditur l, aut verſus non conſtat. [Sed qd opus eſt) Opuſt. [Non dubium eſt) Iamb. trim. [Futuras eſſe, audiuit) Eſſe redundat in metro, n faciat ſynæreſin in audijt, aut niſi elidas e in ſed, q̄ aliquoties facere vī Terent. s, d, ipſ, vt ſit in teriectio veluti contiſcentis repente. [Mirabar) Iambicus tetrameter. [Verebar) Dimeter. [Nunquam cuiquam) Trochaici tetrametri. [Id voluit) Iambici tetrametri. [Ne eſſet) Trochaicus tetrameter. [Aſſute) Iambici. [Si ſenſero hodie quidquam in his te neptijs) aliter hiſce. Redit ad trimetros. [Verberibus cæſum)

act. 1. ſ. 3 Rurſus ad tetrametros. [Eniuero Daue) Iambici tetrametri in enimuero eliditur m, & u, conſonans. [Si illum relinquo, eius vitæ timeo, ſin opitulor, huius minas) Eius, & huius ſunt monoſyllaba. [Quo iure quaque iniuria præcipitem me) Me redundat. [Ad hæc mala) Trimetri. [Siue iſta) Iſta redundat. [Mihi quidem) videtur trochaicus Hypercatalecticus. [Sed Myſis) Trimeter iambicus. [Conueniam Pamph.) Iambicus tetrameter.

act. 1. ſ. 4 [Audiui Archillis) Trochaici, tetrametri, catalectici. [Sed quidnam) Tetrametri iambicus, niſi, ſed, ſit extra verſum additum. [Hoccine eſt humanum factum) Iambici tetrametri. [Quid illud eſt) Tetrametro accinitur monometer. [Vxorem decrerat) Tetrametri iambici. [Miſeram me) Dimeter. [Quid Chremes)

act. 1. ſ. 5 Trochaici tetrametri. [Ita ne obſtinare) Tetrameter iambicus. [Quod ſi fit) Dimeter. [Adeon', hominem eſſe inuenuſtum) Prior dimeter eſt trochaicus, alter eſt dimeter catalecticus, in penultima duas breues habens pro longa, poteſt tamen totus eſſe iambicus, ſi legas adeo, aut inuenuſtum, elidas u, conſonantem. [Pro deum) Dimeter, redundante pede. [Chremetis pacto) Tetrameter iambicus. [Cōemptus) Iambicus trimeter. [Repudiatus) Trochaici tetrametri. [Nam quid ego) Dimeter iambicus. [Tantam ne rem) Tetrameter iambicus. [Quod ſi ego reſciſſem id prius) Prius vnica ſyllaba eſt. [Aliquid facerem) Trochaici tetrametri. [Amor, miſericordia) Iambicus tetrameter catalecticus penultima longa. [Tum patri pudor, qui me tam leni paſſus eſt animo vſque adhuc) Aliter ad hoc iambici tetrametri. Laborat è dolore, atque ex hoc miſera ſolicita eſt, diem) Alias die. [Ne deſerat ſe) Trimetri iambici. [Per tuam) tuam vnica ſyllaba eſt. [Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei) Tuæ & dei monoſyllaba ſunt. [Sed cur tu) Sunt duo dimetri catalectici, poſterior habet duas breues in penultima pro longa. [Ne ad morbum) hic ſenarius perficitur initio proximæ ſcenę. *act. 2. ſ. 1*
Quid ais Byrrhia. [Datur ne illa) Dimeter. [Nuptum) Senarij. [Ita poſtquam) Tetrametri iamb. [Quod poſſit ſenarius. [Ah, quanto) Monometer. [Te id dare) Duo trochaici tetrametri. [Facile omnes) Iambici tetrametri. [Abi hinc in malam) ſuſpicor abin' vt aut abeas legendum, vt conſtet verſus. Iambici trimetri. [Ad te venio) Trochaici tetrametri. Sed iſtud. Eliditur s, in iſtud. [Audi nunc iam) ſi diuidis iam, verſus conſtat. [Cum is *act. 2. ſ. 2*
nihil promereat, poſtulare) iambicus tetrameter, niſi elidas u, in poſtulare. [Nuptias effugere) Trochaici. [Niſi ea, quæ nihil opus) in opus eliditur s. [Dij boni) Trochaici tetrametri. [Tuus pater) Tuus vnica ſyllaba eſt. [Redeunti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio) in ſuſpicio antepenultima producitur. [Maneo, interea introire) Introire triſſyllabum eſt. [Quid igitur) *act. 2. ſ. 3*
trochaici tetrametri catalectici. [Ipſius ſibi) in ipſius eliditur s. [Ego ne dicam) Duæ ſyllabæ deſunt. Forte ſcriptum erat, faciam Daue, & quoniam ſequitur nomen perſonæ, lector putauit idem bis poſitum. [Suadere noli) Iambici trimetri. [Sine omni periculo) Omni ſuper eſt. [Patri dic) Iambici tetrametri. [Dabit nemo inueniet inopem potius) In inueniet u, eliditur. [Potius diſſyllabum eſt. [Aliam otioſus) Alias alia. [Vi- *act. 2. ſ. 4*
de quo me inducas) vide pyrrhichius eſt. [Dicam. puerū autem ne reſciſcat mihi eſſe ab illa) Alias, ex. [Reuiſu quid agant) iam *act. 2. ſ. 5*
bici trimetri. [Herus me relicti rebus) Iambici trimetri. [Neque iſtic) s, eliditur in iſtic. [Hic nunc me credit) Iambici trimetri. [Propter hoſpitæ huiuſce conſuetudinem) Hic verſus *act. 2. ſ. 6*
videtur deprauatus inuerſo dictionum ordine. Conſtabit ſi legas, Huiuſce propter conſuetudinem hoſpitæ. [Subtriſtis viſus eſt) viſuſt. [Nihil propter hanc rem. ſed) In ſed eliditur d. [Quidnam eſt) ſi legas quid .i. aut quidnam eſt, verſus conſtabit. [Ait nimium) Ait vnica ſyllaba eſt. [Quem, inquit, vocabo *act. 3. ſ. 1*
ad cœnam meorum) Meorum diſſyllabum eſt. [Hem illic eſt huic rei caput) Rei monoſyllabum eſt. [Ita pol quidam) iambici trimetri. [Sed hic Pamph.) In ſed vī elidi, d, litera, aut certe vocalis e. [Vix tandem ſenſi ſtolidus) in ſtolidus eliditur s, in fine. [Nunc huius) Huius monoſyllabum eſt. [Adhuc Archillis) Iambici dimetri tres, quibus accinuntur duo trochæi. [Date) Dimeter catalecticus. [Per ecaſtor) iambicus trimeter. [Deos quæſo) iambici tetrametri. [Non imperabat coram *act. 3. ſ. 2*
quid opus facto eſſet puerperæ) Puerperæ triſſyllabum eſt. [Tibi videor) Si legas videbor, conſtat verſus. [Credo ne tibi) iambicus trimeter. [Teneo quid erret) Item hic. [Quid credas) Iambici tetrametri: [Certe enim) Trochaicus tetrameter. [Ego ne) Iambici tetrametri. [Hoc ego ſcio) Huic verſui deeſt ſyllaba nam eſt ſcazon. [Sed nihilo) Trochaici tetrametri. [Hoc niſi fit, puerum vt tu videas nihil mouentur) alias morentur. [Quid ais) Trochaicus dimeter catalecticus. [Id conſilij) Rurſus trochaici tetrametri. [Non impulit) Iambici trimetri. [Atque ad- *act. 3. ſ. 3*
eo) Iambicus tetrameter ſcazon catalecticus. [Iubeo Chremetem) Iambici tetrametri. [Auſculto) Iambicus dimeter. [Per te ego) Iambici trimet. [Dehinc facile ex illis ſeſe emerſurum malis) Emergere actiue. [Neque illum) In illum eliditur l. [At *act. 3. ſ. 4*
iſtuc) In iſtuc eliditur s. [Sed quid ais) Iambici tetrametri catalectici ſcazontes. [Sed eccum) Alias, atque. Hæc pars eſt ſcazontis ſequentis. [Ad te ibam) Scazontes vt ante. [Cur vxor) vxor redundat in verſu, & videtur additum ab interpres. [Ego dudum) Iambici tetrametri. [Nunquam quiui ego iſtuc) Aut eliditur u, in quiui, aut s, in iſtuc. [Hem) Hem pendet à prior verſu. [Narro, quæ tu dudum) Alias narro huic. [Quidnam audio) Trochaicus tetrameter catalecticus. [Hem quid dixti) Rurſus octonarij iambici. [Nullus ſum) In nullus eliditur s. [Sed eccum) Dimeter iambicus. [Vtinam mihi) Trochaicus tetrameter catalecticus. [Vbi illic) Iambici tetramet. [Qua fi- *act. 3. ſ. 5*

ducia

ducia) Qua refertur ad dimetrum priorem. [Nec quid de me) Nec pertinet ad me dimetrum priorem. [Hem quo fretus) Hem
act.4.s.1 additur extra metrum. [Hoccine) Hic est iamb. pẽtameter. [Tanta vecordia) Cretici dimetri. i. quatuor pedum. [Et tamen res cogit) Alias, premit. Deest aliquid metro, nam pro quarto cretico
act.4.s.2 posuit iambum. [Tum impudentissima) Cretici tres. [Quis tu es) Et hic pro quarto ponitur Iambus. [Proxumus sum) Cretici quatuor. [Si roges) Cretici tres. [Non verentur) Trochaicus scazõ. [Sed quid agam) Trochaici tetr. catal. [Multum molestus certe) Iambicus tetrameter. [Etiam nunc me subducere) Alias, seducere. [Quid istuc) Trochaici tetr. [Quantasq.) Iambici trimetri. [Quid istuc) In istuc, eliditur s. [Imò etiam) Iambici
act.4.s.3 trimetri. [Quis homo) Iambicus tetram. [Nisi mihi deos) Et hic tetrameter. [Factum est) Trimetri rursus. [Imò etiam
act.4.s.4 Nam satis) In satis eliditur s. [Faciam) Iambici tetrametri.
act.4.s.5 [Iam vbi, vbi erit) Iambici tetrametri scazontes catalect. [Optume te mihi offers) Versus constat si legas, oportune te mihi offeres. [Nihil ne esse) Iambici trimetri. [Quò portas puerum) Hemistichium absoluitur proxima scena. [Mysis nunc opus) Iambici trim. [Noua nunc religio te) Alias, in te. [Reuertor) Iambici trim. [Illic est) Iambicus tetr. [Quid turbæ) Trochaicus catal. [Quid illic hominum litigant) Alias, litigat. [Tum annoua) Rursus trimetri Iambici. [Qui hic neminem alium video) Alias, videam. [Mirum vero, impudenter mulier si facit meretrix) Iambicus scazon catal. Senarius erit, si legas Mirum impudenter mulier si meretrix facit. [Ab Andria est) Iambici trimetri. [Eho, an non est) Eho ex extra versum aut annectitur priori. [Cum in pariundo aliquot afferuerunt) Afferunt trisyllabum. [Tanto hercle magis) In magis eliditur s. [Quis hic loquitur) In quis eliditur s. [Noui rem omnem. seu est Simo intus) Pentameter est nisi legas, intus est. in fine. [Ne
act.4.s.6 me attingas) Iambicus tetr. [Eho inepta) Trimetri. [Quid sciam) Alias, qui. [In hac habitasse) Iambici trimetri. [Quæ se inhoneste optauit parare hic diuitias) Eliditur u, consonas in diuitias. [Ita ne Ch.) Duo trochæi, tres cretici. [Nos ne sic?) Sic addunt interpretes, & sine illo non constat versus tri-
act.5.s.1 meter. [Vt quimus) Iambici trimetri. [Tum ipsam despoliare non licet) Alias, lubet. [Optume hospes) Si addas morem in principio, constat versus, aut si pro optume legas oportune, & probabile est hoc commissum scriptoris vitio. Nam Donatus
act.5.s.2 non addit morem. [Satis iam) Trochaici tetram. catal. [Vide, quàm iniquus) Vide corripit, sicut caue. [Animo iam nunc) Trochaici tetr. [Quid illud mali est) In illud eliditur l. [In ò vero indignum) Nisi in vero elidas u, consonans, versus erit iambicus tetrameter catal. [Tristis seueritas) In tristis eliditur s. [Quidnam apportas) Iambicus tetram. [Quid ait) Trochaici rursum. [Hem Dromo) Si hem est in versu, iambicus est tetr. Si annectas, versui præcedenti, trochaicus est tetram. catalect. [Audi obsecro) Iamb. tetram. [Ego iam) Duo trochaici tetram. [Age nunc) Iambici trim. [Quis me volt) Iambici trimetri.
act.5.s.3 [Num facti piget) Alias, pudet. [Vide num eius color) Corripitur. [Ego me ama.) Trochaici tetram. [Vis me vxorem ducere? hanc vis) Hanc supereſt, nisi legas, vxorem hanc.
act.5.s.4 [Mitte orare) Trochaici tetram. catal. [Sed hiccine) Sed redundat, nisi elidas e. [Ego istæc) s, eliditur in istæc. [Eadem hæc Chreme) Tetrameter scazon acatalect. [Quod spero) Octo-
act.5.s.5 narius iambicus. [Cuiam igitur) Iambicus dimeter. [Certe mea est) Trochaici tetram. [Tum illam hic) Iambici tetram. [Iube solui) Iube pyrrhichius est. [Prouiso) Iambicus tetram. [Non putare) Trochaicus tetr. [Ego vitam deorum) Deorum trisyllabum est. [Quod voluptates) In voluptates, eliditur u. [Sed quem ego) Iambicus tetr. [Quid illud) Trochaicus tetra-
act.5.s.6 meter vterque. [Pamphilus vbinam) Iambici tetram. [Et quidem ego) Trochaici tetram. [Prius resciscerestu) Si legas, Tu prius rescisceres, versus probe constat. [Calliopius recensui) Dimeter iamb.

EX EVNVCHO

In prologo

ARgumentum secundum, quod incipit Meretrix, non sunt versus. [Si quisquam est) Senarij. [Atque à thesauro) Alias, à thesauris. puto fuisse scriptum. à thesauro is. [Quam illic) Illic, pro ille, vt alias sæpe. [Vnde esset) Alias, is sit. [Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius) Omnes spondei, excepto vltimo. [Quid igitur faciam) Iambici trimetri. [Verum si incipies, neque perficies) Alias pertendas. [Et illas quas habet) In illas eliditur l. [Miseram
act.1.s.2 me) Iambici trimetri. [Quid hic stabas) In quid videtur elidi d. [Aut ego istuc) In istuc eliditur s. [Cupio aliquos) Cupio supereſt in trimetro. [Ego excludor) Ego prior syllaba pertinet ad finem metri præcedentis. [Egon' id) Idem hic. [Si quidem biduum) Si quidem corripit cum videantur duæ dictiones. Ita Ouid. Si quidem est ventura senectus. [Fac ita vt iussi, deducantur isti) Trochaicus tetrameter catalect. nisi tollas è versu isti. [Fiet) Trochaicus catalect. [Ah rogitare) Iambicus dimeter. [Vtinam tam.) Trochaicus tetrameter. [Ne istuc) trimeter iambicus. [Memini) Iambicus scazon catalect. [Perpe-
act.2.s.1 ti) Trochaici. [Opus faciam) Elide duo s. [Tandem ego) Iambicus tetram. [Vniuersum triduum) Trochaici. [Vide quid) Vide pyrrhichius. [Ni ego me turpiter hodie hic) Alias hinc. [Dij immortales) Trochaici tetrametri catalect. [Quid inter est) In quid eliditur d. [Simul consilium cum re amisit? viden') Nisi elidas l, in simul iambicus est, & in trochaico eliditur u, in viden', nisi legas vide. [Sed his) In sed, eliditur d. [Negas quis) Iambicus tetram. [Omnia silentia) Trochaici. [Dum hæc loquimur) Iambicus scazon dimeter catalect. [Aucupes) Aucupes videtur adiectum, nam, & repugnat versui, nec ponitur à Donato. [Ille vbi miser, famelicus videt me esse in tantum honorem) Alias, tanto honore. [Et rogitare) Alias, rogare. [Occidi) Creticus. [Neque virgo) Octonarij iambici. [Tædet
act.2.s.3 harum) Trochaici tetram. [Hic vero est) Iambicus tetrameter catalect. [Dices fuisse) Iambicus acatalect. [Vt illum dij) Iambicus tetrameter catalect. [Neque adeo) Tetrameter acatalect. [Ita prorsum) Dimeter iambicus. [Flos ipse) Senarius catalecticus vterque. [Quid virgo) Iambici tetrametri catalect. [Aduentens) Iambici trimetri. [Imò enimuero) Elide u. [Sex vel) Vel supereſt in versu. [Dum hæc dicit) Alias, loquitur. [In hanc nostram) Hanc redundat in metro. [O Parmeno) Alias, Eho. [Huc deducta) Trochaici tetrametri catalect. [Videbit) Iambici tetrametri. [Dixti pulchre) Trochaicus tetrameter. [Habent despicatam) Si legas despectam constat versus. [Magnas vero) Senarij iambici. [Quod in te est) Donat. legit, Quod, sed eliditur d. [Tuum obsecro ne) Alias, te.
act.3.s.1 [Quòd eam me amare suspicatur) Alias, suspicata est. [Par pari reddito) Deest syllaba. si legas, par sic pari, aut par mox pari constat metrum. [Metuent semper) Alias, metuat. [Ridiculum, non) Alias, nec. [Audire vocem) Senarij. [Quid, hunc non) In
act.3.s.2 quid eliditur d. [Postea continuo) Alias, post hoc. [Profectio
act.3.s.3 quanto magis) Senarij iambici. Heri aliquot iambici tetrame-
act.3.s.4 tri catalect. [Nunquis hic) Trochaici tetrametri catalectici.
act.3.s.5 [Nunc est) Iambici tetrametri catalectici. [Sed neminem) Senarij acatalectici. [Quoquò eam) Alias, quique iam. [Adibo) Catalecticus. [Narra istuc) Acatalecticus. [Nostin') Trochaicus tetrameter catalecticus. [Istam ipsam) Iambicus acatalecticus. [Virgo) Trochaicus catalecticus. [Cum ipsum) Iambicus acatalecticus. [Erat quidnam) E pertinet ad versum præcedentem. [Nouitiæ) Trochaicus catalecticus. [Adhortor) Iambicus tetrameter. [Vbi inerat) Alias, ibi. [Venisse clancu-
act.4.s.1 lum) Nisi legas clam, metrum non constat. [Dum hæc) Catalecticus. [It, lauit) Trochaicus catalecticus. [Sto expectans) Iambicus catalect. [Ita me dij) Iambicus tetram. catalect. [Nequam ille) Trochaicus catalecticus. [Nam postquam) Iambicus catalecticus. [Mili em) Trochaici tetrametri acatalectici. [Id faciebat) Octonarius catalecticus. [De sorore) Trochaicus catalect. [Heus inquit, puer) Nisi legas p ere, non constat.
act.4.s.2 versus. [Accerse) Iambicus tetram. sed prima syllaba Accer-
act.4.s.3 se, pertinet ad versum præcedentum. [Dum rus) Senarij. [Sed quid hoc) Trochaicus catalecticus. [Vbi ego) Iambici tetram. catal. [Hoccine) Hoccine prima pertinet ad versum præcedentem. [Quinetiam) Trochaicus catalect. [Vestem omnem) Octonarius acatalect. [Hem) Dimeter. [Nescio) Trochaicus catalect. [Adibo) Iamb. tetrameter. [Hem Phædria) Iambici trimet. [Cum donis tuis tam lepidis) Alias, in lepidis. [Rogas) Iambici tetrametri. [Perij) Trochaicos.
act.4.s.4 [Heu obsecro) Iambici quadrati. [Qui fuerit) Trimeter. [Virgo ipsa) Tetrametri. [Quo ille) Trochaicus tetrameter. [Forte ad nos) Trochaicus tetrameter redundante syllaba. [Perij) Trochaici catalectici. [Sed nihil posse) Si legas potesse, iambicus est & sic legendum arbitror. Nam, & sequens iambicus est [Ex foras) Senarij. [Nunc eo) Trochaicus tetrameter catalect. [Tace obsecro) Senarij. [Respondeant) Iambicus septem pedum. [At ille) Trimetri. [Meam ipse induit) Induit dissyllabum est [Iam Satis) Trochaici catal. [Mirum) Iambici tetrametri. [Heus tu)

trochai

act.4.s.5 trochaici. [Alio pacto honeste quomodo hinc abeam nescio.)
act.4.s.6 Deest syllaba forte nunc.[Inueniam hodie)Hodie,prima pro-
act.4.s.7 ducta hoc die. [Tu pol) Tu supereſt. [At at) Iambici,tetram. [Sed Thais)Iambici tetram. [Quod intellexi) Id,videtur elidi. [Credo equidem) Trochaicus tetr. catal. [Te ipsum expectabam) Alias, expecto. [Militem secum) Alias, militum. [Hanccine ego) Octonarij. [Mori me satius) In satius elidi-
tur s. [Quid ignaue) In quid eliditur d. [Qui istuc,) Alias istum. [Omnia prius) Trochaici catal. [Siccine agis) Videntur cretici.[Scibis)Trochaici acatal. [Satis hoc est tibi) Donat. legis, Satis hoc est tibi, & post ais addendum Thais? vbi rursus
act.5.s.1 notata loquentis persona locum fecit errori.[Pergin') Senarij.
act.5.s.2 [Hera mea tace) Nisi legas,his tace,versus non constat. [Apud Antiphonem) Iambici trim. [Aufugistin') Prima aufugistin' pertinet ad versum præcedentem. [Paululum quiddam. T.) Alias P. Nisi legas paulum, versus non constet. [Te mihi patronam capio) Alias, capio. [Adest optume) In adest prior
act.5.s.3 syllaba pertinet ad versum præcedentem. [Quid,quid) Senarij.
act.5.s.4 [Reuerto quidnam.)Senarij. [Proh fidem) Trochaici catalect.
act.5.s.5 [Hem colligauit)Hem extra metrum est.[Ex meo propinquo)
act.5.s.6 Senarij. [Sed est ne) In sed aut e,eliditur,aut d. [Relliquom)
act.5.s.7 Forte relictum. [Nunquam ædepol) Iambici tetram. catalect.
act.5.s.8 [Quæ qui d timeret sciebam) Sciebam dissyll. est. [Non pos-
act.5.s.9 sum satis narrare) Alias, Non pote satis narrare. [Quid nunc) Trochaici catalect. [O populares) Iambici tetram. acatalect. [Meo fratri gaudeo amorem essem omnem in tranquillo)Non eliditur m. [Milles pellitur) Alias,Pelletur. [Parmeno modo) Trochaicus catalect.[Gaudeo)Octonarij.[Illam laudes) Trochaici. [O Thraso) Suspicor carmen inuersione ordinis depra-
uatum. Constabit si sic legas. O Thraso, saluete. tu fortassis hic quæ facta sunt nescis. Scio, cur ergo in his te conspicor regionibus? vt ego pronomen elidatur.[Et quod des,paululum,) Paululum dissyllabum.

EX HEAVTONTIMORVMENO.

In plogo Argumentum C. Sulpicij constat senarijs.In titulo, C.
act.1.s.1 Cornelio.Alias legitur, T. Sempronio. Vide anno ab
act.1.s.2 V.C.DXCI. [Ne cui sit,) Senarij. [Quanquam hæc) Senarij. [Vbi rem resciui) Alias, id. [Nam vique dum ille vitam illam incoli)Alias,incolet.[Et illum obsequentem,) In illum eliditur l.[Nihil adhuc est)Iambici quadrati hypercat. & acatalect.dimeter vnus acatalect.Quadratus vnus catalect.bra-
act.2.s.1 chycatalectici duo. [Nihil adhuc est) Catalecticus. [Et illam simul)Brachycatalectici. [Qui cum) Trochaicus dimeter cata-
act.2.s.2 lect. [Pater adest) Trochaici tetram. catalect. [Probe) Iambici
act.2.s.3 Octonarij hypercatalect.[Atque etiam nunc)Iambici quadrati
act.2.s.4 acatalect. [Quam iniqui) Octonarij iambici. [Si mihi secundæ)Octonarij iambici. [Etiam caues ne videat forte hinc) Alias, hinc.[Ain' tu)Senarij,& octonarij iambici,permixtis trochaicis catalect. [Ain' tu) Trochaici catalect. [Dum ego propter te,) Iambicus Octonarius acatalect. [Nam & vita)Senarij iambici. [Quantum ex ipsa re coniecturam fecimus)Alias,cepimus.[Ita timui) Proceleusmaticus, & tres anapæsti. [Adducimus tuam)
act.2.s.5 Octonarij iambici acatalect.permixti trochaicis catalect.[Enim uero reticere) Octonarius. [Clitipho est) Trochaici. [Nam apud patrem) Nam redundat in versu. [Ibo obuiam) Senarij.
act.3.s.1 [Aedepol te) Trochaici octonarij catalect. permixtis iambicis quadratis acatalect.Porrò senarij quinque. [Ergo mea) Iambici octonarij acatalect.[Antiphila)Senarij. [O mi Clinia)Alias, mi expectate,tunc erit troch.catalecticus. [Saluom venisse) A-
act.3.s.2 lias,aduenisse. [Lucescit) Senarii.[Putabit prauum, an rectum
act.3.s.3 fiet,quod petet,)Alias,petit. [Abiturum se abs te esse illico mi-
nabitur,)Alias,minitabitur. [Hac illac) Senarij. [At nunc) Alias, Et. [Caussa) Proceleusmaticus in 2. At heus tu facito dum d,eliditur.[Nec cum malefacerem)Proceleusmaticus in 2. [Quid istuc quæso) Iambici quadrati,& acatalectici,& catalect. Denarius item vnus,& fragmentum iambici quadrati. Senarius vnus. Fragmentum vnum. [Vel heri in conuiuio) Alias, vino. [Facio coniecturam) Quadratus iambicus acatalect. [Posthac) Trochaicus catalect.dimeter. [Censen' vero,) Tro-
act.4.s.1 chaici tetrametri. [Est meretrix) Senarius. [Vah,vide,) Octonarius iambicus. [Hic huic) Trochaici quadrati catalect. [Nisi me animus)Iambici quadrati acalect.trochaici acatalect.vnus acatalecticus,vnus hypercatalect.[Nisi me animus) Iambici quadrati acatalect. [Credo) Trochaici quadrati catalect. [Si puellam) Trochaici catalect. [Anulum) Anulum dissyllabum est.
act.4.s.2 [Nisi me animus fallit) Iambici Octonarij acatalect. [Nul-
act.4.s.3 la mihi res) Iambici quadrati catalect. & vnus senarius. Trochaici quadrati catalect. & vnus hypercatalect. [Nam qui ille) Senarius.[Huic equidem)Trochaici catalect.[Tu fortasse) Hypercatalect.[Satis pol)Iambici quadrati catalect. vnus hypercatalect. [Ita me dij) Senarij. vnus quadratus. [Optabit rursum)
act.4.s.4 Quadratus. [Eccum) senarij. [Et quidem) Alias,equidem.
act.4.s.5 [Ius summum sæpe summa malitia est) Alias, iniuria. [Nulla est) senarij. [Apud Cliniam) Apud redundat in metro.
act.4.s.6 [Vbi Clitipho) senarij. [Multo omnium) senarij. [Erraui)
act.4.s.7 Erraui. prima syllaba pertinet ad versum præcedentem. [Ego
act.4.s.8 me non tam astutum) Trochaici quadrati catalect. & senarij
act.5.s.1 iambici. [Ego me non tam) Trochaici quadrati catalect. [Neque ita perspicacem esse,id scio)Alias,certo scio,tunc esset iambicus. [Quamobrem? nescio,) Iambici tetram.acatalect. [Filij est amica)senarij iambici.[Duo talenta) Trochaici catalect. quadrati. [Quæ in me fecit) Versus perficitur sequenti scena. [Ita ne tandem) Trochaici quadrati catalectici,& iambici qua-
act.5.s.2 drati acatalect. & fragmentum. [Nec tibi,nec huic) Alias, tibi. [Ita nos abalienauit) Iambica quadrata. [Ego dicam quod mihi in mentem) Alias, in mente est. [Mentem venit) Trochaici. [Quid autem hoc) Iambici tetrametri catalectici. [Profecto nisi caues)Iambici quadrati acatalect. Trochaici va-
act.5.s.3 rij numero 2. [Imò scis potius. quam quidem redeat ad integrum hæc eadem oratio) Decennarius catalect. Diuide immo,si tollas eadem,versus constat. [Non postulo) Trochaici. Subditum se) Octonarius hypercatalecticus. [Confitere) Denarius catalecticus. [Ego ne) Tetrametri iambici catalectici. [Quod est) Dimeter. [Conuinces facile) Trochaici. [Si vn-
act.5.s.4 quam)Trochaici quadrati catalectici permixtis iambis aliquot.
act.5.s.5 [Enimuero Chremes) Trochaici quadrati catalectici mixtis iambicis quadratis.[Sine te)Iambicus tetrameter.[Non faciam) Iambicus. [Ignosce) Trochaici. [Nate mi,) Nate mi est extra versum.

EX ADELPHIS.

STorax senarij. [Hem opportune) senarij. [Rogitas me) Alias,rogas. [Amat? dabitur) Amat. prior syllaba perti-
act.1.s.1 net ad versum præcedentem.[Obsecro populares) Iambi-
act.1.s.2 ci tetrametri catalect. [Subuenire) u,eliditur. [Ego istam) Di-
act.2.s.1 meter.[Aeschine audi) Trochaici tetram.acatalect. [Iactam esse) Trochaici catalectici. [Noui ego) Acatalecticus. [Indignum iniuria) Catalectici. [I intro) Iambicus acatalect. [Nimium istoc) Trochaici catalect. [Ne mora) Iambici quadrati acatalect. O facinus,trochaici. [I nunc) Iambici acatalectici, [Ob malefacta,) Trochaici catalectici permixtis iambis acata-
act.2.s.2 lecticis. [Verum enim) In enim eliditur m. [Tace, egomet) Iambici quadrati acatalectici,& senarij. Metuisti,si nunc de tuo iure concessisses paululum,atque,Elisio excipitur à versu sequenti.[Iniecti scrupulum) senarij iambici. [Quod ad te redirurum) In quod elide d. [Per oppressionem) in per eliditur. [Abs quius) iambici quadrati acatalectici. [Meum amorem) Alias, laborem.[Sed quis nam)Alias,quid nam.[Vbi ille) Iambici qua-
act.2.s.3 drati acatalectici. [Obsecro mea iambici quadrati acatalectici.
act.2.s.4 [Nunc illud)iambici quadrati acatalectici,& vnus dimeter,per-
act.3.s.1 mixtis trochaicis aliquot acatalacticis. [O hominem impium)
act.3.s.2 Alias,impurum.[Sed cesso heram) iambicus acalecticus. [Hē, quisquis) Trochaici. [Nostram vitam) iambici tetrametri catalectici. [Disperij) senarij iambici. [Dementia) Quadratus. [Pro dij) senarij iambici. [Atque æqualem) Atque prior syllaba pertinet ad versum præcedentem.[Quam illas deseram) A-
act.3.s.3 lias,illam. [Bono animo) senarij. [Ain' patrem) iambici quadrati acatalect.vno aut altero trochaico catalect.mixto. Dime-
act.3.s.5 ter vnus iambicus.[Nę ego homo)Trochaici quadrati catalect.
act.4.s.1 vnus Denarius,pauci iambicis immixtis.[Quo nam) Videntur
act.4.s.2 Cretici. [Ego in hac re) Quadrati iambici,& trochaici. [Omnes quibus res)Trochaici catalect. [Quapropter te) iambici tetram.[Discrucior) iambici quadrati acatal. Senarius vnus. Sca-
act.4.s.3 zon troch.catal.quadrati. [Membra metu) Trochaici. [Emisse
act.4.s.4 id)Trochaicus dimeter hypercatal.[Nam vt hinc) iambicus tetrametri. [Nunc quid faciam) Trochaici catalect. quadrati. [Prodit nescio)Versus perficitur proxima scena.[Ita vti) iambi
act.4.s.5 ci quadrati acatal.& catalect. Dimeter vnus ceteri trochaici quadrati

drati catal. Iambici Senarij. [Facite) Trochaici tetram. [Cur non ludo) Senarij. [Cur non ludo hunc aliquantisper? melius est)Si addas nunc, versus constat. [Ita ne) Ita. prima pertinet ad versum præcedentem. [Quid ipsæ) Alias, Quod ipsæ aiunt?
act.4.s.6 [Quid lacrumas) Trochaici catal.quadrati. [Ego eo intro) Iam
act.4.s.7 bici quadrati acatal. [Quid hoc) Iambicus catalect. scazon.
act.5.s.1 [Sed cesso) Trochaici catal. [Defessus sum) Senarij. [Ibo,illis)
act.5.s.2 Senarij. [Aedepol) Senarij. [Heus Syre) Senarij. [Parata à no-
act.5.s.3 bis) Senarij. [Nunquid minus) Alias. num qui. [Quàm me-
act.5.s.4 cum) Alias.quod. [Cum prima luce) Alias,primo lucu. [Nun-
act.5.s.5 quam ita) Trochaici quadr.catal. [Quod mihi nunc) Iambicus
act.5.s.6 tetr.acat. [Prope iam) Trochaici. [Heus Demea) Senarij. [He-
act.5.s.7 ra ego) Senarij. [Occidunt me quidem) Senarij. In quidem ali-
act.5.s.8 quid eliditur. [Iubet frater) Senarij. [Me ducere) Iambici tetr.
act.5.s.9 acat. Age, quid si trochaici. [Etsi hoc) Iambicus tetr. [Factum est) Fragmentum. Trochaici catal.quadrati, vltimus Scazon. [Optumam quidem) In quidem sit elisio.

EX HECYRA.

act.1.s.1 PEr pol) Senarij. [Senex si quæret) Senarij. [Cum milite)
act.1.s.2 Proceleusmaticus. [Pro deum) Iambici quadrati acatalect.
act.2.s.1 Trochaicus quadratus catal. [Me miserâ) Senarij. [Itaque
act.2.s.2 vna) Iambici tetr. [Quo quisque) Senarius. [Multo melius)
act.2.s.3 Octonarius quadr.catalecticus. [Enim lassam) Iambici tetr. [Et si scio) Iambici quadr. acatal. [Aedepol) Trochaici catal. quadrati. Aedepol autem est extra carmen. [Nemini ego) Trochaici quadrati catal. Iambici quadrati,& catalectici, & acatal. Senarij. [Nemini ego) Trochaici. [Cui quanto) Iambicus catal. [Quàm hoc) Acatalectici. [At sic citius) Trochaicus. [Si non redisses) Iambici catal. [Rursum in gratiam) Rursum abundat. [Profecto Parmeno me celas) Alias, celant. [Quo
act.3.s.2 nam modo) Iambici quadrati catal. [Nescio quid) Iambici quadrati catal. [Quid ais?) Trochaicus catal. [Hem istoc) Iambici catal. Nequeo mearũ trochaici octonarij catal. & Senarij 6.
act.3.s.3 [Adest Parmeno) Senarij. [Ain' tu) Senarij,& vnus quadratus. [Nam alias vt omittam) Alias, mittam. [Dixti ne) Trochaici
act.3.s.4 octonarij catal.& senarij iambici. [Quibus iris) Senarij. [Pe-
act.4.s.1 rij) Trochaici,& iambici octonarij catalectici,& acatal. mixti. [Dicam) Iambicus dimeter. [Sed ostium) Trochaici catalect. [Atque eccam) Iambici catalect. [Nam si vtrumuis) Trochaicus catalect. [Non sit) Iambici catal. [Perij) Acatalecticus. [Credo) Acatalecticus trochaicus. [Quid sit) Iambici catal. [Adeon' peruicaci) Trochaici acatal. [Vt eo essem) Trochai-
act.4.s.2 cus octonarius catal. [Nullam pol) Iambici acatalect. [Non clam) Iambici quadrati acat. [Itaque vt esse ego illam) Alias,
act.4.s.3 illa. [Ferantur) Senarius. [Quid vis) Iambicus catal. [Quia de vxore) Trochaici catalectici. [Sed non minuam) Mixtum trochaicum cum iambico catalectico. [Nescias) Trochaicus catalecticus. [Quando hæc) Iambici acatal. [Sumus) Dime-
act.4.s.4 ter iambicus. [Sed video) Iambicus catalecticus. [Tibi quoque)
act.5.s.1 Senarij. [Non hoc de nihilo) Iambici quadrati catalectici, & acatalect. Trochaici catalectici mixti. [Ego pol quoque) Quadrati iambici catalectici. [Ne nomen mihi quæstus) Alias, meo quæstui. [Sed quid illuc) Trochaici catalect. [Quis is ait?) Iambicus acatalect. [Puerumque) Trochaici catal. [Lepida es) Iamb.acat. [Eas ad.) Trochaici catalect. [Aliter si facias) Iambici tetrametri acatal. [Nihil apud me.) Iambici quadrati catal.
act.5.s.2 [Benigne) Dimeter catal. [Sed cum tu.) Octonarij catal. [Aede-
act.5.s.3 pol) Trochaici octonarij catal. Iambici quadrati catal. [Quan-
act.5.s.4 tam obtuli) Iambici quadrati catalect. [Homo se fatetur vi in via virginem) Virginem superest. [Dicitque sese illi annulum) Annulum dissyll. est. [Vide mi Parmeno) Iambici quadrati acat.mixtis Senarijs,& trochaicis quadrati cat. [Ego ne) Iambici tetrametri acat. [Sed Bacchidem) Senarij. [Vt voluptati quadrati acat.iambici. [Myrrhina) Trochaici tetr. [Quantum hodie) Iambici acatal. [Sequere me) Trochaicus catal. [Feci imprudens) Senarius trochaicus acatalecticus.

EX PHORMIONE.

In prologo. POstquam poëta senarij. [Per quem res agetur) Alias,gere
act.1.s.1 tur. [Amicus summus) Senarij. [Si quis me quæret) Sena-
act.1.s.2 rij. [Quanto in periculo sim) Alias,simus. [Hanc amare cę pit perdite) Alias,perditus. [Interea dum sedemus illic) Alias,illic. [Nunc omitte) Alias,amitte. [Imò nihil,nisi) Alias,præter. [Adeon' rem) Mixta carmina,pars est trochaici,altera iam- act.1.s.3
bos habet catal. [Neu me cupidum) Troch. catal. [Dum expecto) Iambici catalectici. [Amore abundas Antipho) Dimeter iamb. [Quod si) Alias, Et si. [Nullus es Geta) Iambici quadrati act.1.s.4
catalectici Trochaicis octonarijs catal. permixtis, senarij item. [Nullus es Geta) Iambici acat. [Ad hanc rem) Senarius. [Quod cum audierit) Tetrametri acatal. [Eius me miseret) Trochaicus acatalecticus. [Recte ego) Catalecticus. [Aliquid conuasassem) Iambicus acatalecticus. [Quam hic fugam) Dimeter trochaicus catal. [Sed vbi Antipho) Iambici tetrametri acat. [Ah, fanus ne es?) Iambicus catal. [Hominem) Monometer hypercat. [Satis pro imperio) Trochaici catal. [Ne te ifatus suis sæuis dictis protelet) Alias, sæuidicis verbis protelet, & sæuidicis postulat carmen. [Non possum adesse) Senarius iambicus hypercat. [Mane act.2.s.1
inquam) Senarius acatal. [Siquid potest) Alias, potes. [Ita ne tandem) Iambici quadr.acatal.& senarij. [Ita ne) Si corripis ita, trochaicus est. [Nec meum imperium) Trochaicus. [Reuereri) Iambicus. [Monitor) Iambici acat. [Mi patrue) Senarij. [Quin act.2.s.2
quod meritus est) Alias, sit. [Ita ne patris) Trochaici octonarij act.2.s.3
catalect.præter duos extremos. [Senex adest) Iambici quadrati acat. [En, vnquam) Senarij. [Si herum insimulabis aua.) Alias, malitiæ. [Abi in malam crucem) Si legas,i,pro abi,constat versus. [Quanta me cura) Senarij iambici. [Enimuero Antipho) act.2.s.4
Iambici quadrati catal. [Teipsum quærebam) Acatalectici. [Do act.3.s.1
rio audi) Trochaici tetrametri catal.permixtis iambis quadratis act.3.s.2
acat. [Nec cum huiusmodi) In huiusmodi eliditur s. [Quid fa- act.3.s.3
ciam) Trochaici tetrametri catal. permixtis paucis iambis qua- act.4.s.1
dratis acat. [Quid? quia profectus caussa) Senarij. [Ego homi- act.4.s.2
nem) Senarij. [Expecto) Senarij. [Venire saluum volupe) Alias, act.4.s.3
volup. [Vt ad pauca redem) Si legas,ad pauca vt redeat,constat versus. forte in ad eliditur d. [Geta) Senarij. [Quietus esto) Iambici quadrati acat. [Nos nostro off.) Alias,digressos. [Quid act.4.s.4
agam?) Senarij. [Aut cui consilia) A postremum pertinent ad act.4.s.5
versum sequentem. [Nam vereor) Iambici tetrametri catalect. act.5.s.1
[Nam quæ hæc est) Trochaicus catal. [Quod vt fa.) Iambicus acatal. [Hisce esse) Trochaici. [Qui est eius pa.) Mixtus trochaico,& iambico. [Ne me istoc) Iambici quadrati catal. [Eho dic mi.) Iambici quadrati catal. [Nemo ex me scribit) Trochaicus. [Nostrapte culpa) iambici quadrati catal. [Vorsuram sol.) Alias, Vorsura. [Agedum vt so.) iambici quadrati catal.& acat. act.5.s.2
[Faciam vt iu.) iambici quadrati acatal. [Quin tu) Alias, quid. act.5.s.3
[Quid non) Alias, qui. [Obsecro vt) Alias, caue. [Nemo est) act.5.s.4
Alias, homo nemo. [Ita ne par.) Alias, parum. [Lætus sum) iambici quadrati catal. [Argentum ac.) iambici quadrati acatal. act.5.s.5
[O fort.) Trochaici octonarij catalect. [Tantam for.) Senarij. act.5.s.6
[Dijs magnas) Senarij. [Vel oculum exc.) Alias, exclude. [Quis act.5.s.7
nominat me?) Senarij trochaici, octonarij catalect. [Abi) Abi act.5.s.9
corripit. [Demipho te appello) Trochaici octonarij catalectici.

GVILLELMO BELLAIO LANGEO, TAVRINI PROREGI, ANTONIVS GOVEANVS S. P. D.

QVM mihi esset id cum multis commune, vt diuinas virtutes tuas in administrando vtroque tempore,& belli,& pacis, mecum ipse tacitus admirarer, optaui semper mihi tempus dari, quo iudicij huius mei de singulari tua virtute, & tibi darẽ significationem aliquã, & posteritati relinquerem testimonium. Quod cum meum esse vellem, neque conari ego tamen magna possem, danda mihi opera fuit tale id saltem vt esset, quo neque dignus ego quidquam præstare omnino possem, neque à me tu maius expectare. Nam cum à puero studijs me literarum dedissem,& literis tradita à veteribus essent multa diuinitus, quæ neque intelligendo, nedum imitando, assequeremur, esset̃que intelligere prius necesse quæ velles imitari, intelligere autem sane nemo corrupta posset, atque deprauata, operam digniorem nullam, quam quidem ego nauare potuissem, nullam ad vetustatis cognitionem, & imitationem, tam esse necessariam putaui, quam eam quæ in veterum scriptis recensendis, & recognoscendisque poneretur. Quod vt est, quoquò te vertas, arduum

atque

atque difficile,ita in Terentij comœdijs,velle, id quidem plenũ est bonæ voluntatis,præstare non nisi maioris cuiusdã ingenij, atque eius eruditionis,quam non recipit hæc ætas,post eos presertim viros,qui in ea re non mediocriter, neq; infeliciter laborarunt. Tantæ difficultatis has reperio causas,q̃ sermo pene est oratio omnis Comicorum,qui se corrumpi facile patitur,q̃ versu concluſa,in quo intelligi vix numeras potest,atque mẽsura, adeo varia est,atque multiplex,quæ si nõ notatur diligenter, detrahi multa possunt,addi quoque impune multa, loco plurima moueri,q̃ tanta in exemplaribus varietas,tam nulla fides,quòd iã multis retro seculis auctor hic à librarijs fuerat deprauatus, ipsius etiam Ciceronis,vt opinio mea est,eruditissimis temporibus,quibus erant ij versus,vt ipse scribit,vsitatissimi. Id vt credã facit, quòd ab ipso interim Cicerone Terentiani versus multi male citantur,qualis is est in illa ad Lent.epistola lõge optima.

Intromittamus comessatum, tu Pamphilam.

Vbi,Comessatum intromittamus, scripsisse Terentium ratio indicat Senarij. Ac eodem loco post.

Par pari referto, quod eam mordeat.

Vbi,vt id taceam,q̃ pro Mordeat.Remordeat reposuit felicissime Aemylius Ferretus,parens alter meus(gratiorem tibi multo esse scio,Aemyli,pietatis erga te meæ, quam doctrinæ tuæ meã testificationem) id inquam vt taceam,legendum erat præterea, Referto par pari. Neque enim Trochæum,quem Choreũ Cic. vocat,ij versus recipiunt,vt neque Trochaici Iambum. Afferrẽ eius generis permulta,si te docerem,non monerem.Iam à Nõ. Marcello, Festo Pompeio, Priscíano, aliter citantur multa, quàm scripta esse à Terentio sit verisimile.Ne longius abeas,est in Andriæ scena prima versus hic.

Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

In eo suas nescio quas collisiones comminiscitur Prisc. vbi si legas.

Sine inuidia inuenias laudem, & amicos pares.

Versui consulas,sine vllo aut sententiæ,aut vetustatis detrimento,equidem nunquam existimaui sua poëtas libertate tam vti libenter,q̃ necessario.Quæ cum,& ipsa die,& magnorum virorũ testimonijs confirmata sint,non dubito,q̃n nos,qui ijs de rebus aliter sentimus,antiquitatem sero,neque tamen non temere, reprendere videamur.Hęc nos profecto,Gullielme Bellai,quę in omnes partes periculi sunt plenissima, deterrere debuerunt, si præter bonam voluntatem nihil ad tantam rem afferre potuissemus.At cum,& infinita prope primi nos quæ egerent castigatione deprehenderimus,& ab alijs animaduersa, neque diu minus, neque minus fortasse diligenter considerauimus nostrumq̃. esse aliquot potuerit ijs de rebus iudicium,rei interesse literariæ putaui,id omnibus per me fieri quàm notissimum. Iudicij autem nostri causas erit fortasse cum explicabimus, quas in præsentia omnes persequi,vt quam infiniti esset laboris taceam, hominis certe esset minus occupari,testificari tantum hoc tempore,liquidoq̃. iurare possumus,nihil nos,nisi necessario,nihil nisi versus, elegantiæ,sententiæq̃. conuitio immutasse,restituisse quædam, vt ab ijs auctoribus,de quibus antea loquebamur,citata reperiebamus,libris ita vsos fuisse plurimis,vt plus semper apud nos valuerit iudicij ratio quàm librarij manus indocta, atque temeraria. Atque vt animo præsumere possis,quid de toto hoc labore nostro debeas iudicare,referam paucis,quę in Andrię prologo, quæ in Scena prima corrupte legi animaduerterim.

Vbi in Prologo legebatur.

Id isti vituperant factum, atque in eo disputant.

Non constare versum notarat Doct. nisi in pronomine Isti,litera secunda elideretur,atque ita fieret anapæstus.Huiusmodi nos elisiones tam duras,vt dicam leuissime,nõ agnoscimus in re minime necessaria.Scripsisse Terentium Isti id vituperant,&versus clamat,&lib.nonnulli testantur.Tale illud est quod idẽ in Eun. Act. 3. Scen. 2. versu illo.

Qui habet salem,

Quod in te est,extremam.s.in Quod elidi literam.vbi Qui legi debere, & versus, & ipsa latinitas ostendunt.

Vbi, Vt pernoscatis, & quid spei sit relliquom.

Nos scriptum fuisse dicimus, Vt, & is pernoscat, quid spei sit reliquum.Atque aliter scripsisse Terentium persuaderi non potest. Id porrò locus habet sententiæ, fabulam vos cognoscite, vt,& poëta perspicere possit, quid sibi à vobis spei relinquat de comœdijs,quas in posterũ scriber, an.s.exprodendæ vobis prius sint,quàm spectandæ,atque cognoscendæ. Præter quem vnum locum si alium nullum in opere toto emendassemus, satisfactum & officio nostro, & hominum expectationi erat abunde.

Vbi in prima Scena.

Propterea quòd seruiebas liberaliter,

Nos, Seruibas,generis eius sunt Scibam,Nescibam,Sæuibã, Seruiebas, non patitur versus.

Vbi, Sed mihi hoc molestum est,nam istæc commemoratio Quasi exprobatio est immemoris beneficij.

Nos, Sed mi hoc molestũ est, nam istæc commemoratio est Quasi exprobratio immemoris beneficij.Mi postulat versus,eo, & multis alijs locis vtitur Terent. vsus antea fuerat Plaut. vti sunt postea Virg.& Horat.Est,quòd in prioris versus fine posuerimus fecit series verborum naturalis, ita Beneficij syllabarum nihil detrahetur.

Vbi, Id gratum fuisse aduorsum te habeo gratiam,

Nos, Gratum id fuisse. & nescio quomodo magis placet auribus eruditis,omitto,id quoque versum postulare.Neque vero dubito,quin Fuisse,fieri dissyllabum magis ijs placeat, qui cum aures non habeant, esse religiose inepti volunt.

Vbi, Ita faciam. Hoc primum in hac re prædico tibi.

Nos, In re hac, quòd aliter stare non possit versus.

Vbi, Liberius viuendi fuit potestas, nam antea.

Vt versus ratio habeatur,elidi Doct.in viuendi V,voluit vnum, fieriq̃. Fuit, monosyl.Nos vt esse Fuit,syllabam vnam apud hũc auctorem mille locis scimus,ita illas in Viuendi,elisiones (penè scripseram illusiones) illas inquam elisiones non agnoscimus, cum presertim tam esse ingeniosum nihil sit necesse, Scripsisse Terent. putamus,Fuit viuendi liberius potestas,nam antea,Nihil hic nouum,nihil non concessum committitur?neque tamen de orationis venustate quidquam deperditur.

Vbi, Nunquam præpones se illis, ita vt facillime.

Præponens se alijs nunquam,ita,& versus vult,& orationis eflagitat venustas.

Alijs esse legendum, & liber me monuit peruetustus, & alijs quoque video placuisse,vt non modo ad eos, quibus cum Pamphilus vna erat, sed ad omnes homines referri possit, vt, & id quod præcedit, Aduersus nemini.

Vbi, Sine inuidia laudem inuenias, & amicos pares.

Quod, & Prisciani nostrum esset iudicium antea dicebamus, à quo dissentimus,cogitare nemo debet qui aut ille fuerit,aut nos simus, sed quisque dicat, quid in iudicando fuerit secutus.

Vbi, Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi.

Nos, Nam qui cum ingenijs conflictat eiusmodi.

Ita in Phorm. Nũquam vsus venit vt cum huiusmodi conflicta res malo. Probari enim mihi non potest, feciſse hinc Terent. Eiusmodi trissyllabom,quod quinque esse syllabarum concessa vocalium diuisione solet. Nos dissimile valde est, nisi quòd pudendum magis,quod idem notauit in illo Act.3.Sce.2.Non imperabat coram, quid opus facto esset puerperæ, Esse Puerperæ trissyllabum,cum si fiat trissyllabum,versus stare Octonarius lãbicus non possit,

Vbi, Neque commouetur animus in ea re tamen,
Scias posse habere iam ipsum suæ vite modum.

Posterior hic versus,nisi Scias vnam facias syllabam, & Suæ itẽ vnã,numerum excedet.Ego in exẽplari vetusto scriptũ reperio.

Neque commouetur animus in ea re, scias
Tum iam ipsum habere posse suæ vitæ modum.

Quæ sine controuersia vera est, atq; germana lectio, non mutatur sententia,sua orationi gratia relinquitur, dura illa in verbo Scias,vitatur collisio. facilis porrò Tum, in Tñ fuit mutatio.

Vbi, Effertur, imus. Interea inter mulieres.

Quæ ibi aderant, forte vnam aspicio adolescentulam.

Nos,& q̃ ita venustior fit oratio,& q̃ versus impediri se tot pedibus penè clamet,legendam putauimus, Quæ ibi aderant,aspicio forte adolescentulam. Aliter citatur ab interprete,nõ nego, at aliter quoq; citatur Istud,Isti id vituperant factum,aliter alia, nec ea quidẽ pauca.Illud sanè argumento esse potest q̃ ille parũ versuum horum rationem tenuerit,q̃ cum inuenire non posset, cur esset illud Vnam additum à poëta,non considerarit,num à versu quoq; respueretur,quod non admitti à sententia videret.

Vbi, Perculsit illico animum, at at hoc illud est.

Nos, Atatat. Idem erat flagitium in illo Eunuchi, Sed quis hic est, huc qui pergit, &c.

Idem in illo Hecyrę Trimetro.Oportet,atat eccum Phidippum & patrem, in quo tertio fuerat interiectio repetenda.

Vbi, Pro vxore habere hanc peregrinam, ego illud sedulo.

Negare factum. Vt Senarius constet, corripi in Illud,literæ detractione priorem vult Doct. Nos legendum putamus. Pro vxore habere hanc peregrinam, illi ego sedulo Negare

gare factum est. Atque ita scripsisse Terentium, etsi versus ratio non diceret, ex eo certe quod sequitur, Ille instat factum iudicare tu quidem posses.

Vbi, Satis vehemens causa ad obiurgandum. S O. qui cedo? Sat vehemens legendum putabamur, ne vehemens fieret dissyllabum, quod cum tamē fieri posse videremus, egere locus notatione, non castigatione visus est.

Vbi, Ea primum ab illo est animaduertenda iniuria.

Nos ita versu postulante, neque minore tamen venustate, Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est. In ijs vides omnibus ad monitos nos à versu, secutos venustatem, non turbasse sententiam. quorum per se quodq. tantum apud eruditos valere debet, vt contra omnium exemplarium testimonia possit ad emendandum locum sufficere. Venustas fecit, vt de illo Scenæ secundæ dubitarem. D. hoc quid sit? S. oēs qui amant grauiter sibi dari vxorem ferunt: sciebam enim Quid hoc? magis esse Terentianum, quàm, Quid hoc si? taceo quòd ita concurrentes non hiant, vt antea vocales. Cum ergo propter venustatem mihi iam esset locus suspectus, & scriptum postea in alijs exemplaribus aduerterim, Miror quid hoc sit, iudicaui interpretis verba pro Terentianis in contextum irrepsisse. Fecit sententia vt illud Scenæ quartæ, Audiui Archillis, iam dudum Lesbiam adduci iubes, ita legeremus, Audiui Archillis iam dudum, quòd Lesbiam adduci iubes. Quo in loco, quia. s. corrupte legebatur, incertam esse distinctionem notauit Donatus, taceo id, versum quoque postulare, qui Octonarius est iambicus, vt, is, qui sequitur, Sanè pol illa temulenta est mulier, & temeraria.

Fecit sententia vt illud Chæreæ in Eunucho, Occidi. Neque virgo est vsquam, nec ego qui è cōspectu illam amisi meo. Vbi quæram? vbi inuestigem? quem perconter? quam insistam viā? Incertus sum vna hæc spes est, vbi vbi est, diu celari non potest, ita legeremus, Occidi. Neque virgo est vsquam, neque ego, q. è cōspectu illam amisi meo, Vbi quæram, vbi inuestigem, quem perconter, quam insistam viam Certus sum. vna hæc spes est, vbi vbi est, diu celari nō potest. Angitur nimirum animo Chærea, & se virginem è conspectu perdidisse, neq; scire tamen qua ad eā ratione rursus peruenirer. Et certe, quod penè præterieram, stare iambicus Octonarius si legas, Incertus sum, non potest. Operæprecium est Don. audire in eum locum argutias. In Phor. verba sunt Getæ serui flagra timentis, & ea se vitare posse desperantis, Ad precatorem abeam credo, qui mihi sit oret, Nunc amitte quæso hunc, ceterum Posthac si quidquam, nil precor, tantum modo. Non addas, vbi ego hinc abiero, vel occidito. Vbi nos legendum putamus Non cædas, nisi Addere, pro Cædere veteres vsurpabant, id postulat omnino sententia indicat quod intulit, Vel occidito. In Andriæ Act. j. Sc. ij. ita legebatur, Ne temere facias, neque tu haud dicas, tibi non prædictum, caue. In eum versum ita interpretum vnus, Duæ negationes vnam faciunt affirmationem, tres negationem pro affirmationes vna sumuntur, vt hic, neque, haud, non. Alter tertiam negationem vult redundare. Vterque testis est, alios pro haud, legisse Hoc, quam ego lectionem veriorem puto, & Terentio digniorem. Paulò ante ita Simo, Quid hoc? intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? Quod cum, & postulet sententia, neque desit etiam libris testimonium, qui Haud malunt tamen, facere mihi videntur vt Terentij verbis vtar, næ intelligendo, vt nihil intelligant, qui, Ne ue tu id dicas, pro, Neque tu haud dicas reposuit, quid ferre Octonarius posset iambicus vidit parum. At neque hoc tantum loco pro Hoc. Haud scriptum flagitiose animaduerti. In Hec. Act. 3. Sc. j. ita Parmeno, Haud hercle quidem parum est, vbi legendum, Hoc hercle quidem parum est. Nam cum singulari aliqua iniuria inter vxorem, & matrem iram crederet Pamphilus excitatam, quæ tam durarat diu, animoq. misere ob eā causam torqueretur, velletque hero Parmeno consolationem aliquam adhibere, monet nihil id esse, quod tam graue ille existimaret, subijcitque, Pueri inter sese quàm pro leuibus noxijs iras gerunt? Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt, itidem mulieres sunt fermè, vt pueri leui sententia. Fortasse vnum aliquod verbum inter eas hanc iram conciuerit. Incredibile est, quam multa generis huius, quoquo me verto, occurrant. Non discedam ab eo loco, totumque adeo referam, quo facilius res teneri possit.

Sed magnum nescio quid necesse est euenisse Parmeno.
Vnde ita inter eas intercessit, quæ tam permansit diu,
PAR. Hoc hercle quidem parum est sis vero veram rationem exequi,
Non maximas, quæ maximæ sunt interdum iræ, iniurias
Faciunt.
Nam sæpe est quibus in rebus alius ne iratus quidem est,
Cum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.
Pueri inter se quam pro leuibus noxij iras gerunt?
Quapp? quia enim qui eos gubernat animus infirmū gerunt
Itidem mulieres sunt fermè vt pueri, leui sententia.
Fortasse vnum aliquod verbū inter eas hanc iram cōciuerit,
Quo in loco legendum puto.
Non maximæ, quæ maximæ sunt interdum iræ, iniuriæ
Faciunt
Nam cum ex iræ diuturnitate iniuriæ magnitudinem Pamphilus colligeret, Leui inquit Parmeno, duceris Hære argumento, rationemque si quæris, maximæ interdum iræ à non maximis iniurijs enascuntur, Vides iracundis hominibus id accidere, vt inimicissimi fiant ijs de causis, quæ alios homines ne leuiter quidem possent commouere. Quia in Hecyram me conieci no lo videri temere veniisse, ita post paulò eum locum, in quo erā, scriptum reperiebam.

Non vsus facto est mihi nunc hunc intro sequi:
Nam inuisos omnes nos esse illic sentio.
Hære nemo voluit Sostratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus fiet.
Quod sanè nollem, maxime hæri causa mei,
Seruum illico introijsse dicent Sostratæ,
Aliquid tulisse comminiscentur mali
Capiti atque ætati illorum morbus, qui actu' sit.

Verba sunt Parmenonis. Ego Capiti atque saluti illorum scripsisse Terentium puto, cum inter eas voces non leuis affinitas sit, & alteram sententia requirat, & à Cic. locis sint infinitis hæc duo coniuncta. Vnum præterea locum sit tibi indicato, ab Hecyra discedam. In Act. 2. Scen. j. ita legabatur.

An quia ruri esse crebro soleo, nescio arbitramini.
Quo quisque pacto hic vitam vestrorum exigat?
Multo meliu' hic quæ fiunt, quam illic vbi sum assidue scio.

Id eo, qa vti vos mihi domi eritis, pinde ego ero fama foris. Verba sunt Lachetis senis, quo in loco Fama redundare mihi videtur. Causam. n. affert Laches quare tam bene sciret, quę domi in vrbe gererentur, cum esset ipse ruri, in eo, inquit, facio, qa vt vos res meas domi administrabitis, vt mihi laborabitis, vt mihi obsequimini, ita ego vobis ero ruri, hoc est vobis deūeri nihil patiar benigneq. omnia præbebo, si mecum vos beneuolentia officijsq. certetis, quod si contra à vobis fieri, sensero, sinam, & egere, & algere, & esurire, nihilq. rure ad nos deferri patiar. Vn de huc tamen ea dictio irrepserit, non dissimulabo. Sequitur,

Iampridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam.

Vbi cum notatum esset, à fama argumentari Lacherem, Fama in proximum superiorem versum irrepsit. Hæc hactenus fuisse excusa, explicata, omnium, qui literas tractant, iudicio approbata? Quid ego nunc dicam, easdem dictiones corruptas in hoc auctore ferre fuisse, atque deprauatas? quot locis pro Suspectio, Suspicio, pro Ingratijs, Ingratus, pro Gratijs, Gratis, pro Ecere, Et certe, scriptum erat? Quid ego quærar, verba flagitiose adeo transposita interim fuisse, vt totam orationem misere perturbarent? Quid omissos librariorum incuria totos versus, sine quibus neque stare sententia poterat, neque versum superiorum mensura? Nihil mentior, scriptum sic erat in Prologo Heaut.

Ne cui sit vestrum mirum, cur partes seni
Poëta dederit, quæ sunt adolescentium,
Id primum dicam, deinde quod veni eloquar.

Vbi erat legendum, Id deinde dicam, primum q. veni eloquar. Notatus à nobis hic locus est, & explicatus suo tempore. Scriptum sic erat in Phorm. Act. 4. Sc. 4.

Vt te quidem omnes dij, deæque, superi inferi
Malis exemplaris perdant. hem si quid velis,
Huic mandes quod quidem rectè curatum velis,

Qui versus postremus cum mensuram excederet, neque tamen posse detrahi quidquam viderem, neque absoluta etiam plane esse videretur, perfectaq. sententia, incido in lib. non illum quidem, qui sua auctoritate fidem facere debuerit, sed qui monere tamen dubitantem potuerit. In eo sic scriptum erat:

Vt te quidem omnes dij deæque, superi, inferi.
Malis exemplis perdant. hem, si quid velis
Huic mandes, quod rectè curatum quidem
Velis, ad scopulum qui te è tranquillo inferat.

Quem versum Terentianum esse negare nemo possit. Idem eiusdem fabulæ Act. 5. Sc. 6. flagitium deprehendimus, vbi hæc de erant Trochaico.

Cur

Curialis vernula est qui me vocat.
Quæ verba suo loco,& Terentij esse ostendimus, & quid haberent sententiæ declarauimus.

Si quæ generis sunt huius vellem omnia recensere,volumen à me haberet,non epistolam.Iam de versuum genere,& distinctione puderet dicere q̃ aliter sentimus nos, quam ij. qui ante nos fuerunt, nisi ad te scriberem, qui ijs de rebus iudicare omnium optime potes. Initium est Sc.5. act.1.

P. Hoc ne est humanum factum aut inceptum? hoccine officium patris?
M. Quid illud est? P. pro deum atque hominem fidem,qd est,si non hæc contumelia est?
Vxorem decrerat dare sese mihi hodie,non ne oportuit
Præscisse me ante? non ne prius communicatum oportuit?
M. Miseram me quod verbum audio:
P. Quid Chremes,qui denegarat se commissurum mihi
Gnatam suam vxorem? id mutauit, qa me immutatũ videt
Ita ne obstinare operã dat,vt me à Glycerio miserũ abstrahat
Quod si sit pereo funditus.
Adeon' hominem esse inuenustum, aut infelicem quenquã, vt ego sum?
Pro deum atque hominum fidem, nullo ne ego
Chremetis pacto adfinitatem effugere potero? quot modis
Contemptus,spretus? facta transacta omnia. hem
Repudiatus repetor. quam ob rem, nisi si.i. quod suspicor,
Aliquid monstri alunt. ei quoniam nemini obtrudi potest
Itur ad me. M. oratio hæc me miseram exanimauit metu.
P. Nam quid ego dicam de patre? ah
Tantam ne rem tam negligenter agere? præteriens modo.

Versum primum esse voluit Doct. Iambicum Octonariũ iustæ mensuræ,id.n.dicere solemus Acatalecticum,Secundũ Octonarium quoque, cui tñ accinatur,& adnactatur Monometer, hoc est vna,vt Græci vocant, ἀπαλὴ, ea aũt erit, Tum me- li- a est. At non accinitur Iambico Octonario,sed Scazonti octauus .n. pro Spondeus est,valde mihi præterea argutum vr̃,in eadem dictione,& Octonarij finem,&Monometri quærere initium. Tertium Iamb.Octonarium esse voluit,quod fieri minime potest, cum Hodie,extremam producat,quantum generis eiusdem,Dimetrum quintum,sextum Trochaicum Octonarium Catal. cũ & priores omnes Iambici sint, neque nisi Iambici sequantur: Octauum octonarium fecit Iambicum, nonum Dimetrum Iãbicum. Decimum Octonarium Iamb.si qdem in inuenustum, V,primum elidas,quod quidem si verba modice transponas,minime est opus. Vndecimum,Dimetrum redundante pede,nouũ sanè vt dicam leuissime,genus carminis, hunc q sequitur Octonarium rursus Iambicum, post quem Trimetrum,sequi voluit Trochaicos tres Tetrametros catal. eos quidem quibus subiunxit Dimetrum Iambicum acat. cum Dimetri eiusdem esse generis soleant cum ijs,qbus fuerint adiecti.Hæc si,quemadmodum Doct. vult,scripsit Terent. mihi certe non est poëta, at neq; ita scripsit,neque id nos putare est æquum. Quem locum anteq̃ in eos versus redigo,qbus esse à Terentio scriptum sit verisimile, notabo quanta sit in exemplaribus varietas, atque incertitudo. In versu 1. vtrobique Hoccine in alijs exemplaribus reperio, reperio,& Factu,& Inceptu,quod à Don. quoque videmus annotatum. In ij. vetustum exemplar non habet Fidem,quo modo interim locutus est poëta in Alio, Atque hominum, non reperio,atque ita quoque, scripsisse aliqñ Terent. animaduerto. in iij.Dare,in aliqbus lib. non legitur,neq; carmẽ postulat,& iratus supprimere multa solet q̃ cum adscribere soleãt interpretes, in versum fit sæpe vt admittantur. Se,pterea video geminatum, & ꝑ Denegarat,Denegauerat scriptum reperio. Iam in 8. pro Quia,qm̃. Vbi postea Chremetis,Chremis,vbi Itur,itũ. Accipe nũc vt versus hos putarim,&scriptos fuisse,&esse distinguẽdos.

P. Hoccine factum est humanum aut inceptum? hoccine officium patris?
M. Quid illud est?
P. Pro Deũ atque hoium fidẽ,qd est,si hoc non est contumelia.
Vxorem decrerat dare sese mi hodie, nonne oportuit
Præscisse me ante? nonne prius communicatum oportuit?
M. Miseram me, quod verbum audio. P. Quid Chremes, qui denegauerat.
Se commissurum mihi gnatam suam vxorem, mutauit id
Qm̃ me immutatum videt. ita ne obstinate dat operam, vt
Me à Glycerio miserũ abstrahat? quod si fit,pereo funditus.
Adeon' hominem inuenustum esse, aut infelicem quenquã, vt ego sum?
Pro deum atque hominum fidem,nullo ego pacto Chremis
Adfinitatem effugere potero? quot modis
Contemptus,spretus, facta transacta omnia, hem
Repudiatus repetor? quamobrem? nisi, si id est.
Quod suspicor, monstri aliquid alunt. ea quoniam.
Obtrudi nemini potest, ad me itur. M. Hæc
Oratio me miseram exanimauit metu.

Omnes Iambi sunt, Octonarij partim, partim Senarij, Monometer vnus,non is quidem quem esse Doct. putabat,eum efficit Mysis,quę dum à Pamphilo exaudiri non vult,pauca loquitur. Monometrum in re simili in Phormione obseruauimus, vbi taciti Antipho, & Phædria Getam audiunt, ac cum à Geta Antipho nominaretur, ibi tum Phædria,

Te nominat. A. Nescio quod magnum hoc nuncio expecto malum. P. A,San' ne es?
G. Domum ire pergem,vbi plurimum est. P. Reuocemus hominem. A. Sta ilico. G. Hem.

Quo etiam loco nos valde ab Doctor. dissentimus, qui cũ vbi Monometrum faceret non inueniret, & Octonarium fecit Catalecticum q, vt superiores omnes, esse debebat Acatalecticus, & Monometrum Hypercatalecticum,qui si erat Monometer faciundus,Acatalecticus certe faciundus erat. Ad locum superiorem vt redeamus,in quo pro Hoc ne, nos Hoccine, quod ideo Doctor.immutauit,vt Trocheum posset euitare, verum cum legi Hoccine secundo loco sit necesse, priore scripsisse aliter Terentium persuaderi non potest,quare nemo non videt fuisse verborum seriem perturbatam. Deum,est vtrobiq; Monosyllabũ, Nisi posteriore dici interim producte, & à Grammaticis video notatum,& nos in hoc poëta non semel obseruauimus: Atque vt ab ea Scena non discedam,sequitur paulò post,

Quod si ego rescissem id prius, qd facerẽ siqs nunc me roget.

In eo versu quem iambicum esse vult,vt reuera esse debet,Prius syllabam esse vnam vult Doct.cum si id fiat,iambicus esse Octonarius non possit. Nõ legendum putamus,Quòd si ergo prius id rescissem,&c. Sequitur,

Aliquid facerem,vt hoc ne facerem. Sed nunc quid primum exequar?
Tot me impediunt curæ,quæ meũ animum diuerse trahunt,
Amor, misericordia huius, nuptiarum solicitudo.

Hos cũ faciat Doct.Trochaicus rogarẽ eum libẽter,an Amor, non esset iãbus,quem trochaici non recipiunt.Mihi certe iamb. oct.vñr,quales,& q ꝑcedunt,& qui sequuntur, atq; ita legendi.

Aliquid facerem,vt hoc ne facerem. sed qũd primum nunc. exequar,
Impediunt me tot curæ,quę meum animum diuerse trahunt
Amor,huius misericordia,nuptiarum solicitatio.

Versus porrò ille,

Sed nunc peropus est aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduersus hunc loqui.

Cum sit octonarius,legendus sic est,

Sed nunc peropu' est,aut hunc cum ipsa,aut me aliquid de illa aduersum hunc loqui. Vbi paulò post:
Bene,& pudice eius doctum, atque edoctum finam.
Coactum egestate ingenium immutarier?Eius,redundat,ver sus.n.officit,& venustati. Vbi, Et ad pudicitiam,& ad tutandam rẽ sint, Ad secundum eisdem de causis tolli voluimus, quã secuti etiam sumus in emendando versu illo,quem penè præterierã ex Octonarij, Abi domum. Id mihi visus est dicere,abi cito, & suspende te. Quanto elegantius, Abi cito, suspende te,vbi res postulat celeritatem? taceo. q̃ stare versus aliter non potest. Vbi,Hanc mihi in manum dat,mors continuo ipsam occupat. M. Legendum erat. Vbi. P. Sed cur tu abis ab illa? M. Obstetricem accesso. P. Propera,Abis,Senarius non patitur,Comica non magnopere desiderat elegantia. Locum hunc vt claudam, equidem vbi diligenter rem perpendo, nusquam inter iãbicos video trochaicus à Terentio temere interiectos, q̃ vetus doctorum fuit opinio neque inter hos,illos,quibus ĩ gñibus vsum esse Terentium animaduerto. Atque vt aperte videas,quã ta hac in parte libros corruptio peruaserat,est Act.3. Sc.2.

Adhuc Archillis quæ aflolent, quæque oportet
Signa ad salutem esse, omnia huic esse video,
Nunc primum fac isthæc vt lauet, post deinde
Quod iussi ei dare bibere, & quantum imperaui
Date: mox ego huc reuertar.
Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo.

Primo tres versus iambicos dimetros esse voluit Doctor. quibus tamen essent annexi duo Trochæi, duo sunt Trochæi,

Quæ

Quæque oportet,duo, Esse video,qm̃ pro Trochæo poni Tribrachys potest,in quem.s.dissoluitur, vtpote tpibus parê. Post deinde,duo Trochæi. At hic versus, Nunc primum fac isthæc vt lauet,est ne Dimeter Iambicus? Doctor.an fuerit, nescio mihi certe nunquam erit. Iam quartum versum,cuius Doctor. genus non notauit,quem esse dicemus?Quintum etiam quod Dimetrum facit catal.vidit meo iudicio parum. Mihi scenæ huius versus generis sunt eiusdem, Iambici enim sunt omnes, mensuræ tamen disparis. Quatuor primi, quibus cum ijs,qui domi sunt,loquitur Lesbia,ea ratione sunt,vt primi & tertij extremæ syllabæ initia sint secundi &quarti,ita omnes Acatalectici erũt, Octonarij omnes,præter quartum,is.n.Dimeter est, qui Octonarius quoq; fuisset,nisi ad spectatores,& se,& oronem Lesbia conuertisset. Sic illius in Eunucho, Ita fac vt iussi, deducantur isti,&c.Et illius quoq; in eadem Scena,Meminit,tametsi nullus moneas, &c. extremæ syllabæ initijs sequentium versuum sunt accommodandæ,quod & alijs locis non paucis,& animaduertimus,& indicauimus. Scripti mihi sic videantur à Terentio.

Adhuc Archillis quæ adsolent,quæque esse oportet ad salutẽ
Signa, omnia huic esse video. Nunc primum istæc vt lauet
Facite,post deinde,quod iussi,ei date libere, & quantum imperaui.
Date: mox ego reuertar huc.

Facite,vt pro Fac,reponerem non fecit versus ratio,sed ꝙ,Date dixit postea, non Da. Date, porrò esse legendum,non Dare,& lib.nonnulli testantur,& ratio indicat loquendi, dictum tamen id Interpres putat consuetudine magis, quàm ratione, quòd si consuetudinis.i.non scripturæ vitium ostende debuit, aut alibi Terentium sic scripsisse, aut Comicorum omnino quenquam ita locutum,quorum de medio sumpta est omnis oratio.Quin tum versiculum Iambicum esse puto octonarium, à quo quæ detracta sunt, sequenti adiecta sunt versui. Ita ergo legimus.

Per ecastor scitu' puer natu' est Pamphilo, quæso Deos,
Superstes vt sit, quando quidem ipse est ingenio bono.

Magis res erat desperata Actus quarti initio,

Hoccine credibile est, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam vt siet,
Vt malis gaudeant, atque ex incommodis
Alterius sua vti comparent commoda? ha
Id ne verum est? imò id genus hominum est pessimum, in
Denegando modo quies pudor est paululum.
Post vbi est tempus promissa iam perfici,
Tum necessario sese aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit denegare. Ibi
Tum impudentissima eorum oratio est,
Quis tu es? quis mihi es · cur meam tibi: heus
Proximus sum egomet mihi. Attamen, vbi fides,
Si roges,nihil pudet. hic, vbi opus est,
Non verentur: illic, vbi nihil opus est, ibi verentur.

Primum pentametrum Iambicum facit Doct.quos nullos scripsit Terentius,sequentes duos Dimetros Creticos, quod (taceo eorum versuum esse auctorem Doct.(fieri minime potest, cum, Atque ex in,Molossum nõ Creticum efficiant,quatuor sequentes qui essent non notauit, Creticos certe Dimetros dicere non potest. In nono versu deesse aliquid putauit, quod pro Cretico quarto Iambus poneretur. At Res cogit,erat ne Creticus secundus, vt pro quarto positum diceret Iambum? In decimo Creticos tres notauit,qui vbi essent,vellem profecto indicasset,ne nos in quærẽdo frustra laborassemus.In vndecimo vt in nono,pro Cretico quarto Iambum poni notauit. Primum, si in nono pro Cretico esse iambum putabat, ꝙ versui deesse aliquid videretur, quid hic commissum est flagitij,vt qui Creticus esse debuerat factus sit Iambum? Tum vero. Quis tu es, Creticũ quis esse dixerit,ac nõ potius Spondeũ? Iam in versu sequenti vbi quatuor Cretici? vbi in illo,Si roges,&c.tres?est ne, Nihil pudet,Creticus? equidẽ non arbitror. Extremum esse voluit Trochaicũ Scazontem, addere debuit Catalecticum, quos nullos scripsit Terent.Ego omnes esse arbitror Iambicus Tetrametros hoc est Octonarios, siue Quadratos,quales sunt qui sequuntur omnes vsque ad Trimetros, quibus pene clauditur scena.Legendos artem ita censeo.

Hoccine credibile, aut memorabile, tãta vt cuiquã vecordia
Innata siet,vt gaudea malis, atque ex incommodis
Alterius,sua vti cõmoda comparet?ha,verum ne ideſt?genus
Imò hoium pessimum id est,in denegãdo queis pudor modo
Paululum adest,post vbi iam tempus est promissa perfici,
Tum se necessario aperiunt,timent, & cogit res eos
Tum denegare. Ibi tum impudentissima eorum est oratio,
Quis tu es? quis es mihi? cur meam tibi? heus proximu'
sum egomet mihi.
Attamen vbi fides, si roges, nihil pudet: hic,vbi est opus,
Nihil verentur: illic,ibi verentur,vbi non est opus,

Si quia vides immutata, quæ pauca vides,cogitare primum debes quanta in exemplaribus sit varietas,tum quam facile fuerit Est addere,E geminare,Et,in contextum venire,pro Tum scribi Tamen, Nihil,& non,suis se mutuo sedibus expulisse. Eos, quod additum à nobis eo loco quo Doct.de esse nonnihil imprudens diuinauit, addimus certe codicis testimonio Eiusdem sunt qui sequuntur, & generis, & mensuræ.

Sed quid agam? adeam ne ad eum,& iniuriam hanc expostulem cum eo.

Mala ingeram multa? Atqui aliquis dicat,nihil promoueris.

Multum. molestus certe ei fuero,atque animo morẽ gesse ro.Ita enim sunt legendi.Plura Guil.Bellai capere epistolæ breuitas non potest,& omnia persequi,negocij esset,& ocij maioris,vnum si addidero, quia in eo sum loco, scribendi finem faciam. Legitur paulo post,

P. Cur me enecas? hoc audi. Nunquam destitit
Instare,vt dicerem esse ducturum patri,
Suadere,orare vsque adeo donec perpulit.
C. Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. interturbat.
C. quamobrem? P. nescio.

Nisi mihi deos satis scio fuisse iratos, qui auscultauerim.

Qui duo posteriores versus Octonarij sunt Iambici,vt nũc qui dem sunt,iudicio tñ nostro Trimetri esse debent tres,ac sic legi.

C. Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. Dauos omnia. C. quamobrem? P. nescio. nisi mihi deos satis
Scio fuisse iratos, qui auscultauerim.

Quanta orationi accesserit venustas intelligis. quæ certe cum locus suspectus non esset vehementer, ad immutandum momẽti nunquam satis habuisset, nisi in vetere satis exemplari ita scriptum repereriſſem. Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. Dauos interturbat omnia ego Interturbat esse interpretis affirmare ausim. Eius generis,quàm sint multa neque credi, neq; dici facile potest.In Phorm.ita legebatur. Ita ne tandem quæso ciuem item vt meretricem, vbi abusus sis, cuius versiculi duo illa verba, Vt meretricem, esse quoque interpretis indicat aperte Senarius. In And. Act.4. scen. 4. scriptum sic erat.

M. Ne me attingas sceleste,si pol Glycerio non omnia hæc.
D. Eho inepta, nescis quid sit actum. M. quid sciam?

Ego vtrunque trimetrum esse puto,Illudq., Quid sit actum,interpretis esse,non auctoris, proinde ita legendum.

Ne me attingas sceleste, si pol Glycerio.
Non omnia hæc. D. eho inepta, nescis. M. quid sciam?

Neque recusem quin quantum de iudicio hoc meo, tantum de existimatione detrahatur.

Habes Guil.Bellai conijcere vnde possis,aut quid ego effecerim,aut quid efficere voluerim,neque vero dubito,quin vt post alios multa nos satis deprehendimus, post nos alij quoq; multa sint animaduersuri. Optamus autem gratus tibi sit conatus iste noster,& vtilis studiosis,vt fauore tuo cum publica vtilitate coniuncto,in qua vigiliarum omnium mearum præmium semper putaui reponendum,in vtriusque linguæ auctoribus castigandis nostra in dies accendatur industria. Vale.

Lugduni ad cal. April.

ANTONIVS GOVEANVS de versibus Terentianis.

TErentiani versus aut Iãbici sunt,aut Trochaici.Iambici pedes duos recipiunt,Iambũ,& Spondeũ,& in quos ij dissoluuntur, nullos pterea. Trochaici item duos,Trocheum,& Spõdeum,& in quos ij dissoluuntur,nullos pterea. Iãb.aut monometri sunt,aut Dimet. aut trim. aut tetram. Monometri vnam habent mensuram, hoc est pedes duos,duas Dimetri. tres Trimetri,hoc est pedes sex,vnde à Latinis Senarij dicti sunt, Tetrametri quatuor, hoc est, pedes octo,qui,& Octonarij à Latinis,& Quadrati, & Longissimi dicuntur. Monometri,& Trimetri iustæ semper sunt mensuræ, & veri semper iambici, hoc est pedem vltimum semper habent Iambum,Dimetrorum, & Tetrametrorum iustæ quidam sunt mensuræ, qui Acatalectici vocantur, ijque veri semper apud

hunc auctorem sunt iambici, Iniustæ quidam mensuræ sunt, & ij non semper veri sunt Iambici, sed vt plurimum Spondeũ, aut Dactylum vltima sede recipiunt, dicunturq. Scazontes. Iniustæ autem esse versus mensuræ modis duobus accidit, aut .n. iusto syllaba minores, sunt aut maiores, illi Catalectici, ij Hypercatalectici sunt nominati. Dimetri vt multi sint Catalectici, ita nulli Hypercatalectici reperiuntur. Nunc, Trochaici aut Dimetri sunt, aut Trimetri, Catalectici omnes, vel Hypercatalectici, & ij Octonarij, nulli si quidem Dimetri Hypercatalectici sunt. Nimis fuere ingenioſi, qui Denarios versus in Terentio sunt commenti, qui Pentametros Iambicos, qui Dimetros redundante pede, qui Dimetros Creticos, qui Creticos Monometros redundãte pede, qui è Cretico vno versum breuissimum, qui Creticos in quibus pro Cretico poneretur Molossus, poneretur, & Iambus, qui Senarios Iambicos Hypercatalecticos, qui nec ab iambicis ad Trochaicos, monstra illa versum è Trochaicis, & Iambis conflata. Porro nec ab ijs ad illos transit Poëta nisi (quæ vetus doctorum fuit opinio, longo à me interuallo renouata) res id aut postulet, aut ferat, suis locis in ijs Commentarijs docebimus, quos in Terentium paramus. Quæ Poëtarum more licere sibi voluit Terentius, quæ quidem pauca sunt, hæc animaduerti in vnam contrahit syllabam Meus, Tuus, suus, deus, deum, deos, deæ, prior, puer rei, Eho, Fuit, ea, in duas Eadem, Eodem, Duarum, dissoluit Iam in syllabas duas in tres Vero, in quatuor Virginem, in quinque Eiusmodi. Redducere Reductus Relliquus geminata effert consonante, Literam, quæ in Optimus extrema est, tollit frequentissime, extrema prioris versus vocali est cum ad inchoandum sequentem vtatur, est cum si forte vocalis sit, à vocali quæ sequentem inchoat versum elidi velit, quemadmodum quæ sequentem inchoat ab ea interim absumitur vocali quæ præcedentem cludit. Hæc iudicio nostro sunt, quæ de versibus Terentianis, & præcipi debuerunt necessario, & vere potuerunt.

DE LVDIS MEGALENSIBVS.

DE Ludis Megalensibus, quia certi nihil apud auctores, reperiebam, non abs re putaui, quæ colligere ipse potui in mediũ afferre μεγαλεσίους Magnos dici à Græcis Deos auctor est Don. σίους .n. Aeoles Deos vocant, vnde Sibyllas dici vult Arist. ϕ Deorum mentes consiliaq. perspiciant. Magnos vero Deos intelligo, quos Maiorum gentium Cic. vocat, qui à terris in cœlum non peruenerẽt, tales habebantur Iuppiter Neptunus, Minerua, Iuno, at neque magnis omnibus Dijs, sed tantum cœlestibus erant hi ludi consecrati, Hos esse quos Romanos interim videmus appellatos ex eo colligo, quod Asc. scribit Romanos ludos Magnos quoque appellari, quod magnis Dijs erant instituti, quos eodem Circenses dictos putat. Vnde illud Virgilij, Magnis Circensibus actis, Non esse eosdem ludos Megalensis, & eos quos Megalesia dicimus, ex Cic. Oratione de Aruspicum respõsis aperte colligimus, vbi Megalesia Megalensibus celebrauit dicit, verba sic habent, Nam quid ego de illis ludis loquar quos in Palatio nostri maiores ante templum in ipso Matris Magnæ conspectu Megalẽsibus fieri celebrariq. voluerunt, qui sunt more institutisq. maxime casti, solennes, religiosi, quibus ludi primum ante populi confessum Senatui P. Africanus iterum consul ille Maior dedit, vt eos ludos hęc lues impura pollueret, quo si quis liber aut spectandi aut etiam religionis causa accesserat manus afferebantur. quo matrona nulla adijt propter vim confestimq. seruorum. Ita ludos eos quorũ religio tanta est vt ex vltimis terris accersita in hac vrbe consederit, qui & vni ludi ne verbo quidem appellantur Latino, vt vocabulo ipso, & appetita religio externa, & Matris magnę nomine susceptа declaretur, hos ludos serui fecerunt, serui spectauerunt, tota deniq; hoc Aedili seruorum Megalesia fuerunt. Extrema hæc verba declarant illos ludos quos Megalensibus in Palatio in ipso Matris Magnæ conspectu fieri dicebat initio, esse Megalesia. nam & Liuius scribit M. Iunium Brutum ędem Magnę Matri deum in Palatio dedicasse, & ludos ob eam dedicationẽ factos Megalesia appellasse. Megalenses porro ludi siue Romani, siue Magni, siue Circenses sub regibus fuere instituti, fiebãtq. sub initium mensis Septembris, durabant autem non amplius dies nouem. Cic. in actione prima in Verrem, Nonæ sunt hodie Sextiles, hora nona conuenire cœpistis, hunc diem iam ne numerant quidem, x. dies sunt ante ludos votiuos, quos Cn. Pompeius facturus est, ij ludi dies xv. auferent, deinde Romani continuo consequentur, ita prope 40. diebus interpositis, tum denique se ad ea, quæ à nobis dicta arunt, responsuros esse arbitrantur. Quorsum dicrum si quis rationem subducat, & sub initium Septembris cadere Ludos Rom. & non amplius nouem dies durasse deprehendet. De ijs ludis Romanis ita Cicero lib. 5. in Verrem, Nunc sum designatus Aedilis, habeo rationem quid à P.R. acceperim mihi ludos sanctissimos maxima cum ceremonia Cereri, Liberæ, Liberoq. faciendos, mihi Floram matrem Populo plebiq. Romanæ ludorum celebritate placandã, mihi ludos antiquissimos, q primi Romani sunt appellati, maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæq. esse faciundos, mihi sacrarũ ædium procurationem, &c. Quo loco Megalẽses ludos non omisisset, quos Ædiles summa religione, & dignitate faciebant, nisi ijdem, & Megalenses ludi fuissent, & Romani, Hæc tñ tota, de re assueueranter dictum nihil velim.

DE TIBIIS PARIBVS, ET IMPARIBVS.

Choros ad distinguendos actus adhibebant Græci poëræ, Latini tibias adhibuere in graui comędia dextras, in leui sinistras, quare grauem sonum dextræ, acutum sinistræ emittebant, vt sono comœdię, vel leuitati, vel grauitati respondерent. Quod vt fieret commodius impares fiebant dextrę, hoc est vnico foramine, sinistræ pares, & geminæ, vt cũ duobus foraminibus exiret, sonus, distractus, & dissectus acutior ad aures peruenіret. Adhiberi vtræque solebant, cum mixta è gñe vtroque erat comędia.

ANTONIVS GOVEANVS EX INSCRIPTIONE ANDRIAE.

Mihi sic inscriptio hæc videtur legenda.

Andria Terentij acta ludis Megalensibus M. Fuluio, M. Glabrione Aedilibus Curulibus. Egere L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Prænestinus Modos fecit Clau. Flaccus, Clau. Filius tibijs paribus, & imparibus, hoc est sinistris, & dextris. Tota græca est Menandrou. edita M. Marcello, Cn. Sulpicio Cos.

Ex act. j. sc. j. Imò, apud hunc auctorem priore, & producta, & breui reperio. Vnde venio in opinionem scribi debere gemino M. alteriusq. detractione corripi posse priorem. Et Scen. 2. Circuitionem pentasyllabum. Et sc. 4. [Ne ad morbum, hoc etiam. M. teneo) Versus hic finitur scenæ sequentis initio. Ex act. 2. sc. 1. [Quis ais Byrrhia?) Finis præcedentis versus. Et sc. 2. Notatu dignum id putaui quòd in illo, Etiam puerũ inde abiens conueni Chremis, Olerã & piscículos minutos ferre obolo in cœnam seni, Conueni pro inueni, & occurri sumitur. Eodẽ modo sumitur in illo Eunuchi act. 2. sc. 2. Conueni hodie aduenіens quendam mei loci hinc atque ordinis, quod non visus est Don. intelligere. Cicero in Cat. maiore, Equidem efferor studio patres vestros quos colui, & dilexi videndi, neque eos vero solum conuenire aueo quos ipse cognoui, sed illos etiam de q-bus audiui, & legi, & ipse conscripsi. Quo in loco conuenire Theodorus interpretatur ἐυρεῖν, quod certe est inuenire, vbi nos errasse Theodorum putauimus aliquando. Terentij illud in Hecyra aperte id demonstrat.

Pam. In arcem transcurso est opus. Par. Cui hoi. Pam. Tibi.
Par. In arcem? quid eo? Pam. Callidemidem hospitem.
Myconium, qui mecum vna aduectus est, conuenі.
Quid cessas? Par. Quid vis dicam? an conueniam modo?

Ex act. 4. scen. 1. [Nisi mihi deos satis Scio fuisse iratos) Nisi posteriore producta. sumitur autem hoc loco vt multis, alijs in hoc eodem auctore pro Sed. vide Eun. act. 3. sc. 4. versum vltimum. Et sc. 5. [Ah, ah, ah,) Histrionis tertia interiectio esse videtur, proindeq. extra versum est. Vide Eun. act. 3. sc. 1. & Heaut. act. 5. sc. 1. Et sc. 6. [Quæ se inhoneste optauit parare hic diuitias) Egere locus hic notatione visus est propter nouitatem malam fauoris conciliatricem. Sunt qui parere non parare scripsisse poëtam velint, at id, facere est, non sanare vulnus, neque enim parare in causa erat cur suis numeris nõ constare senarius neque parare, vt constaret. Ego Ditias non Diuitias scripsisse Terent. puto. Idem in Heaut. Act. 1. sc. 2. Parentes, patriam incolumem, amicos, genu' diuitias, vbi quoque ditias postulat Oct. Iambicus. Rursus Act. 3. sc. 2. Vicinum hunc nostin', at quasi is non diuitijs, vbi & Ditijs versus efflagitat senarius. Dijs certe pro Diues idem dixit in Adelph. Dis quidem esse Demea. Cũ igitur diuitiæ nusquam reperiam apud hunc auctorem nisi his locis quos citaui, & his ipsi omnibus Ditiæ carmen postulet, & quemadmodum Dis pro Diues, ita Ditiæ pro diuitię dici potus

potuerint,rem dignam putaui quam,& indicatem ego,& inquā alij diligentius inquirerent. Optume hoſpes pol Crito antiquum obtines. Opportune pro optime qui legendum putant vt verſui, conſulant potiuſquam Morem addant vident meo iudicio parum, nam, & opportune ſententia non poſtulat, & in Hec. ita Terent.

At tu ecaſtor morem antiquum atq; ingenium obtines. Non eſt quod nos moueat interpretis auctoritas in illud Gnathonis in Eun. Non cognoſco veſtrum tam ſuperbum, vbi ille ſuperbum dici vult abſolute, vt hoc Andriæ, Antiquum obtines, non eſt inquam quod nos moueat, ſcriptum ſi quidem inuenio eo loco, Non noſce genu' veſtrum tam ſuperbum. Eſt quod Galli dicunt, vous ne ſerez pas ſi maluais, voſtre pere eſtoit ſi bon. Et act. 5. ſcen. 4.

Andrium ego Critonē video? & certe is eſt, ſaluos ſis Crito. Verſus hic cū Trochaicus eſſe debeat catalecticus, corrupte legitur, quem vt emendaret Doct. Is, detraxit. verſui quidem certe conſuluit, elegantiæ non habuit rationem, quę Is ſibi detrahi nō patitur. Ego poſt eam interrogationem, Andrium ego Critonē video? Et certe, ſubijci non puto commode. Ecere, non Et certe puto ſcripſiſſe Terentium. Ecere autem aduerbium eſt iurandi, ac ſi diceres, Per ædem Ceteris, vt Ecaſtor, per ædem Caſtoris, Aedepol, per ædem Pollucis. Eo vſus eſt Plautus, eo Terentius non ſemel. Ita, & elegantia, & verſus Terentium ſcripſiſſe clamant. Idem erat flagitium in Eunuchi. Act. 5. ſc. 2. Idem in Adel. Act. 1. ſce. 1. idem multis alijs locis. [Ita ne vero obturbat) Locus ſi, vt interpretes volunt, accipiatur, vt vero aduerbium ſit, ſintq. hæc inter ſe diſtincta, Ita ne, vero obturbat corruptum eſſe locū aſſeueratione omni confirmo. Quòd ſi vero nomen ſit caſu dādi, referaturq. ad verbū Obturbat, obturbare vero, erit veritati obſterpere. Miratur ergo Crito tam eſſe veritati aduerſum Simonem, vt ei obſtrepat, & vera dicentes amet interpellare.

EX INSCRIPTIONE EVNVCHI.

Mihi inſcriptio hæc ſic legenda videtur.

P. Terent. Afr. Eunuchus. Acta ludis Megalenſ. L. Poſthumio Albino, L. Cornelio Merula ædilibus curulibus. Egere, L. Ambiuius Turpio, L. Attilius prænestinus. Modos fecit Claudius Flaccus Claudij filius tibijs duabus dextra, & ſiniſtra. Acta ſecundo eſt. Græca eſt Menandrum. Edita M. Val. Meſſala, C. Fannio Strabone Coſs.

Ex prologo. [Poſtquam ædiles emerunt) Antequam fabulæ ante populum agerentur, agebantur priuatim apud ædiles. [Quàm plurimis, & minime multos lædere) Quàm plurimis duæ ſunt dictiones. Loci ſententia, cuius nos Aemylius Ferretus admonuit, hæc eſt, Si quiſquam eſt, qui bonis placere velit potius quàm malis (nam per plurimos eoſdem hic intelligimus quos Græci per πολλοὺς) neque tamen malos lædere, in ijs eſſe ſe poëtā profitetur. Aduerbium Potius ſubintelligi non eſt nouum, ſic Vlp. ſic Cic. lib. iij. in Verrem eſt locutus. Sic Hom. Od. ρ.

Αὐτὸν ἔχοντι σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤπια τώνδε.

Ex act. 1. ſc. 1. [Perficies) Alibi pertendes. in quam ſignificationem dicitur à Terentio Heautont. Act. 5. ſc. 5 Video non licere vt cœperam hoc pertendere. Ex act. 2. ſc. 2. [Ad cœnam vt veniat) Cœna hic pro prandio, nunquam nunc cœnam dicimus veteres veſpernam dixiſſe teſtis eſt Non. Marcellus. Vide Act. 3. ſc. 2. verſ. 26. Ego illum. Et ſcen. 3. [Callidum) Male interpretatur Callidum ſcribendum, nam, & Græci στεμὸν dicunt, & verſus aliter non conſtat. Ex act. 3. ſc. 1. [Ha, ha, hæ) Poſteriore quæ interiectiones hiſtrionis ſunt, & extra verſum. vide And. act. 4. ſc. 4. & Heaut. act. 5. ſc. 1. Et ſc. 2. [Vel ſobrius) Hinc colliges inuitatam fuiſſe Thaidem à Milite non ad veſpernam vt veteres loquebantur cum adhuc eſſet ſobrius, vide quod ſupra notauimus Act. 2. ſce. 2. vide act. 4. ſc. 7. verſu penultimo. [Parata omnia. G. fiat. Th. diligenter Pythias) Aut præſto omnia, ſcribendum eſt, aut fiat ſyllaba vna faciunda, quod magis placet. parta omnia maluiſſem ſi proprietas ſermonis paſſa fuiſſet, non enim parate cœnam dicimus, ſed parare. Et ſc 4. [Niſi quidquid eſt) Niſi pro ſed, vide Adel. Act. 1. ſc. 2. verſuum vltimum. Ex actus quarti ſc. 5. Verum hercle hoc verbum eſt, ſine Cerere, & Libero friget Venus. Verſum hunc ſcriptum etiam hoc modo reperio, Verum hercle verbum hoc eſt, ſine Cerere, & Baccho friget Venus. Atque ita ſi legatur iambicus erit Octon. Acatal. quales, & ſuperiores, & inferiores omnes. Niſi velis Liberos eſſe Dactylum. Vide quæ in verſiculum illum Adelphorum actus 1. ſce. 1. eſt à nobis adnotatum. Et ſcena 6. [Abi tu) Abi poſteriore correpta. Et ſc. 7. [Domique focique fac viciſſim vt me mineris) Hinc colligas non fuiſſe ad veſpernam vt antea dicebamus act. 3. ſce. 2. inuitatam Thaidem cum eodem die Sanga coquus à Gnathone ſui officij commone fiat. Præterea, quod multo maximum eſt argumentum, tot res poſt cœnam geri eodem die non potuerunt, ſi cœnam pro veſperna ſumimus. Ex act. 5. ſc. 5. [Quod mœchis ſolet) Athenienſes mœchis pudenda, & ſedes expilabant, quòd ſupplicij genus παραπιλμὸς dicebatur.

EX INSCRIPTIONE HEAVTONT.

Inſcriptio hæc mihi ſic legenda videtur.

P. Terentij Afri Heautontimorumenos. Græca eſt Menandru. Acta ludis Megalenſibus, L. Cornelio Lentulo, L. Valerio Flacco ędilibus curulib. Egit L. Ambiuius Turpio. Modos fecit Cl. Flacc. Cl. F. tibijs paribus. Acta deinde duabus dextris. Acta etiam tertio. Edita T. Sempronio Graccho, M. Iuuentio Helua Coſs.

Ex prologo.

Id primum dicam, deinde quod veni eloquar.

Locum hunc, quo in hoc auctore obſcurior nullus, notare malui, quàm emendare, vt in re tam difficili, atque perplexa, ſuum cuique iudicium relinqueretur. Primus non eo ordine, quo res propoſita eſt, narratur, neque enim hæc quæ ſequuntur.

Ex integra Græca integram Comœdiam
Hodie ſum acturus Heautontimorumenon.

Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici. Hæc inquam non demonſtrent, cur partes ſeni poëta dederit, quæ erant adoleſcentium, quod tamen dicturum ſe primum, pollicetur. Iam vbi poſt paulo dicit, Oratorem eſſe ſe, non Prologum, non docet, cur venerit, venerat enim Hiſtrio non vt Prologum, recitaret, ſed vt ageret Fabulam, id tamen fuerat quod ſecundo loco erat dicturus. Deinde quis ille ſenex, cui adoleſcentium erat datæ partes? quæ illæ ipſæ adoleſcentium partes? Ego vt quod ſentio paucis dicam, verborum ordinem perturbatum tantas loco tenebras puto attuliſſe, quod ſi ita legamus, Id deinde dicam, primum quòd veni eloquar, erunt omnia clariora. Nam cum prologi ab adoleſcentibus ſolerent recitari eſſetque L. Ambiuius ſenex, qui prologum recitaret, cur adoleſcentium partes ſeni eſſent demandatæ, mirari populus iure potuiſſet, cuius facti cauſam dicturum ſe pollicetur, vbi qua re venerat explicaſſet. Veni, inquit, vt ex integra Græca integram comœdiam agam, quæ ex ſimplici argumento duplex facta eſt. Dicerem, & Cuia eſſet Græca, & Latinam quis fecit, niſi partem veſtrum maximam ſcire arbitrarer. Habetis cur venerim, dicam iam nunc cur partes has prologi, quæ erant adoleſcentium, ſenex didicerim. Non Prologum voluit me eſſe poëta, hoc eſt fabulæ argumentum narrare, ſed Oratorem fecit, qui pro ſe apud vos cauſam dicerem aduerſus eos rumores, quos de ſe maleuoli diſtulerunt, Contaminaſſe, ſcilicet Græcas multas dum facit paucas Latinas. Orator ergo ad vos venio ornatu Prologi. Ex act. 4. ſce. 3. [Voſtrum ſenem Sy. imò vt) Imò priore breui.

EX INSCRIPTIONE ADELPHORVM.

Mihi ſic inſcriptio hæc videtur legenda.

Adelphi Terentij. Acta ludis Funebrib. L. Aemilij Pauli, Q. Fab. Max. P. Cornelio Africano ædilibus Curulibus. Egere, L. Attilius Prænestinus, L. Numidius Poſthumius. Modos fecit Cl. Flaccus, Cl. Fil. tibijs dextris. Facta latina eſt è Græca Menandru, L. Anitio Gallo, M. Cornelio Cethego Coſſ.

Ex act. 1. ſc. 2. [Niſi quidquid eſt) Niſi pro ſed. Ex act. 2. ſc. 1. Domo me eripuit, verberauit, me inuito abduxit meam. Domo me e, anapęſt. eſſe videtur, alioquin non conſtabit Troc. Ablatiuos eſſe, primo, vero cito, ſedulo, mutuo, crebro, ſero, vlti misque correptis dici interim, nemo neſcit. Act. 5. ſc. 8. animo extremam corripere adnotauimus. Ex act. 4. ſc. 1. [Quaſi puero) Puero diſſyllabum. Et ſce. 2. [Niſi me credo) Niſi pro ſed. Quonam? SY. illic vbi, &c. Verſum hunc Denarium Catalecticum Trochaicum faciunt, quos nullos ſcripſit Terentius. Alibi Quidnam? SY. illuc, &c. Ego legendum putarim. vbi nam? SY. vbi etiam, &c. vt ſit. Trochai. Octona. Hypercat. Quonam, non videtur ſententia poſtulare, illic Donatus non legit. Et ſcena 5. [Domi virginem) Domi poſteriore correpta,

nisi virginem quadrisſyllabum facis. [Abi domum) Abi poſter. correpta. Ex Act. 5. ſc. 8. [Corpore,& animo. M. gaudeo)ni u mo u gau anapæſtus hoc idem etiam act. 2. ſc. 1. adnotauimus, in Domo me eripuit &c.

EX INSCRIPTIONE HECYRÆ.

Hæc inſcriptio iudicio noſtro ita legenda eſt.

Terentij Hecyra. Tota Græca eſt Apollodorou. edita Cn. Octauio, T. Manlio Torquato Coſs. Acta primo ludis Romanis ſex. Iul. Cæſare. Cn. Cor. Dolabella Aedilibus curulibus, ſine Prologo. non eſt placita. Relata eſt iterum Ludis Funebribus L. Aemilij Pauli, non eſt placita tota. Relata eſt tertio Q. Ful. L. Martio ædilib. Curulib. Egit L. Ambiuius Turpio. modos fecit Claudius Flaccus. Claud. Fil. tibijs paribus. Placuit.

Ex act. 3. ſc. 4. [Imò quod) Anapæſtus, vide verſum vlt. ſc. 4. act. 4. vnde Hecyr. ſcen. vlt. Ex act. 4. ſc. 4. [Imò ue) Anapæſtus. vide Act. 3. ſcen. 4.

EX INSCRIPTIONE PHORMIONIS.

Hæc inſcriptio iudicio noſtro ita legenda eſt.

P. Terentij Afri Phormio. Acta ludis Romanis L. Poſthumio Albino, L. Cornelio Merula Aedilibus curulibus, Egere L. Ambiuius Turpio, L. Attilius Prænestinus. Modos fecit Clau. Flaccus. Clau. F. tibijs paribus. Tota græca eſt Apollodoru ἐπιδικαζομένη Acta quarto eſt. Edita C. Fannio Strabone, M. Valerio Meſſala Coſs.

Ex act. 1. ſc. 4. [Nam abſque eo eſſet. Rectè mihi vidiſſem) Scriptum in alio exemplari reperio, Nam abſque eo rectè ego mihi vidiſſem. Quod ſi eſſet legamus, aut notandum nouum erit locutionis genus, aut ita oratio diſtinguenda. Nam abſque eo, eſſet rectè, ego mihi vidiſſem. Et act. 2. ſc. 1. [Nil ſuaue meritum eſt) In hæc verba ita interpres) Ordo, & ſenſus hic eſt, Nihil mihi mercedis ſuaue eſt vt ego illam cum illo nuptam ſeram. Suaue enim meritum ſuauem mercedem ſignificat. Ego ſcriptum fuiſſe puto, Nil ſuaue meritu' eſt: vt Antiphonem ea verba ſic referantur, Ego ne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem? non faciam non enim meritus à me eſt, ei vt eſſe dulce aut ſuaue aliquid patiar. Poteſt, & ſic id intelligi, Nihil mihi fecit Antipho ſuaue, vt ei aliquid eſſe ſuaue permittam. Mereri, pro facere non hoc tantum loco vſurpauit. Ita in Hecyr. Act. 3. ſc. 5.

Quæ nunquam quidquam erga me commerita eſt pater
Quod nollem, & ſæpe quod vellem meritam ſcio.

Nempe Phormionem) Alia exemplaria habent, Num Phormionem? atque ita conſtat. Senarius. Vide an malis literarum tranſpoſitione in Phormionem primam breuiter dici; cum, & Apollodorus, cuius hæc fabula eſt, eius dictionis ſyllabam primam corripuerit. Quod qua ratione fecerit non video, niſi pro Phormio, Phormio ſcripſerit. De his literarum tranſpoſitionibus vide Theodorum Grammaticæ lib. 4. Et ſcen. 3. [Eho tu ſobrinum tuum) Apud Cic. in oratore ad Brutum legimus, Eho tu cognatum. [Id quod lex iubet) Vide num legendum Ei quod, &c. vt paulo poſt, cum Senis verba repetit Phormio, Mercedem dare lex iubat ei, atque amittere. [Non agam) Dactylus. Ex act. 3. ſc. 2. [Dorio audi obſecro. D. non audio. P. parumper. D. quin omitte me) In hunc verſum ita interpres, Sunt qui ſic legant, vt Dorio Phædria dicat? Leno, audi; iterum Phædria obſecro. Certe qui ita orationem diſtinguebant id viderunt non petere Phædriam à Lenone vt audiret, ſed vt parumper Leno pecuniam expectaret. Neque enim reſpondiſſet Leno, non audio, ſi audientiam tantum adoleſcens poſtularet, id ſi quidem reſpondere ſolemus, cum quod petitur non conceſſuros nos ſignificamus. Ego diſtinguendam ita orationem non puto, cum illud Audi Lenoni tam obſtinato ad denegandum minus conuenire videatur. Verſum eſſe Trochaicum conſtat, ſi Audi non detrahimus, Hypercatalecticum, cum Dorio primam habeat longam, à muneribus enim, non ab haſta nomen habet, & in hac ipſa Scena his prima producta reperitur, ſin detrahimus, & ſententiæ conſulitur, & verſus Trochaicus fiet catalecticus, qualis qui ſequuntur omnes, qui quidem Troch. ſunt. Parumper illud Phædriæ ad expectionem pecuniæ, non ad audientiam referri debere omnino confirmo ſequitur enim, Nequeo exorare vt maneas triduum hoc? Locus hoc habere ſententiæ videtur, Dorio inquit Phædria expecta obſecro dum pecuniam conficio. Surdo, inquit Dorio, fabulam narras. Miſſum me fac, moleſtus es. Hic Phædria, Audi quod dicam Dorio, non me capis, quod parumper peto vt expectes, eſt vt triduum tantum expectes, ne quod parumper vt expectes peto, putes petere me hominum aliorum more vt in multos dies, aut menſes expectes. [A. Miſeritum eſt. P. Hei veris vincor. G. Quam eſt vterque ſimili' ſui?) In hac ſcena verſus non eſt alius difficilior intellectum. Miſeritum eſt, dicere per Ironiam Antiphonem vult interpres, quod ego illi aſſentior. At quid ſit Veris vincor, quid, Quam eſt vterque ſimilis ſui, neque ille dicit, neque ego aſſequor. Scriptum fuiſſe credo, Hei verbis vincor. Vincebat enim Lenonis in negando pertinacia, & loquacitas adoleſcentis ingenui atque liberalis pudorem. Quamobrem ſecum Geta, quàm Lenonis, inquit, mores Lenonis habet, & Phædria pudentis atque liberalis adoleſcentis, qui verbis à Lenone verbis vinci ſe fateatur. Et ſc. 3. [Dum igitur diem licet) Diem vna ſyll. hunc verſum citat Priſc. ſine Diem. Ego malo propter elegantiam ſyll. facere vnam quam tollere, cum ea dictione ſublata verſus etiam aliquid deſideret. Ex act. 4. ſc. 4. [Aruſpex) Aruſpex quia ab Haruga deriuatur primam vocalem habere debet aſpiratam. Ex act. 5. ſc. 2. [Vorſuram ſoluis) Vorſura potius legendum potius ſeptimo caſu, quàm vorſuram, & ſi Budæo aliter videtur. Et ſcena 3. [Capiebat ſtatim) Statim priore longa pro perpetuo, & æqualiter. Et ſcena 6.

G. Vapulabis. A. Id tibi quidem iam fiet niſi reſiſtis verbero.

G. Familiariorem oportet eſſe hunc qui minitatur malum. Scenam hanc è Trochaicis conſtare catalecticis verſus metientibus clarum eſt. Quare cum prior ille verſus neque Trochaicus eſſe eius menſuræ quam Terentiani verſus nunquam excedunt, hoc eſt, cum neque Octon. eſſe Catalecticus, neque Hyper catalecticus, incidit animo ſuſpicio loco aliquid eſſe additum, vel certe detractum, quid id eſſe poſſet, cum reperire nō poſſem cogitando in librum incidi, vix dignum, qui mihi fidem facere deberet, niſi iudicij ratio acceſſiſſet. In eo ita ſcriptum reperi.

G. Vapulabis. Curialis neruula eſt qui me vocat.

A. Id tibi quidem iam fiat, niſi reſiſtis verbero.

G. Familiariorem oportet eſſe hunc qui minitat malum. Quæ lectio propter multas res mihi probatur, verſui enim conſulitur, & id, quod ſubiecit, Familiariorem eſſe oportet, qui minitat malum explicatur magis, vocare enim potuit quiuis, vernula etiam, minitare malum (vt loci huius verbo vtar, quo vſus antiquos notandum video à Priſciano) non niſi qui in eum ius habeat, & imperium, vnde in ſuſpicionem venit Geta, herum eſſe, à quo vocaretur, non vernulam, quemadmodum initio putabat, cui verbera etiam minitauerat. Id vnum relinquebatur dubium, quid Curialem vernulam dixiſſet Poëta, cum Curiales in dicantur, qui curiæ ſint eiuſdem, curiamq. ſerui non haberent, neque apud Romanos, neque apud Græcos. Ea de re quæ animo ſubibant opiniones, aut legendum, Familiaris venula eſt nam, & ſubiecit, Familiorem, & verſus vtrunque patitur Trochaicus, aut ſeruos curiales dici poſſe, qui dominus ſeruiūt eiuſdem curiæ. Populares enim dicuntur etiam ſerui, q dominis populi eiuſdem ſeruiunt, ita. n. ſumēdum illud puto Act. primi ſcenæ primę, Amicus ſummus meus, & populares Geta. Palliatam enim eſſe fabulam meminiſſe debemus, Ciuitatemq. Athenienſem in δήμους, hoc eſt populos diuiſam fuiſſe quemadmodū hodie eſt Florentina. Nam putare ideo à Dauo popularem Getā appellatum, q eſſent nationis eiuſdem, quod interpreti video placuiſſe, ignorare eſt populos fuiſſe diuerſos Getas, & Dauos, & ſeruis nomina dari ſolita ab eo populo vnde eſſet quiſque. Diuerſos autem fuiſſe populos Strabo libro ſeptimo his verbis teſtatur, Fuit, & alia regionis diuiſio ex antiquis permanens temporibus, alios enim Dacos alios Getas appellant, Getas quidē qui ad Pontum in orientem vergunt, Dacos autem qui in oppoſitum verſus Germaniā, & ad Iſtri fontes, quos olim Dauos vocatos eſſe reor. Ex quo apud Athenienſes Dauorum, & Getarū nomina ſeruilia plurimum abundabat. Hoc ſanè credibilius eſt, quàm à Scytarum gente deriuari, quos Daas vocant, longe enim illi ad Hyrcaniam poſiti ſunt nec ex eo loco Athenas mācipia deportata putandum eſt. Hæc Strabo. Regio ergo eadem erat, & Dauorum, & Getarum, & lingua eadem quemadmodum poſt paulo ſcribit idem Strabo proinde gens eadem, ſed in populos varios diuiſa, neque protinus eiuſdem populi dici debent, qui eiuſdem gentis ſunt, & nationis. Et ſc. 7. [In angiportum hoc) Priſcian. legit hunc vt probet etiam genere maſculino Angiportum reperiri. Et ſc. 9. [D. vt voles faciet. N. Imò vt iam ſcias) Et imò vt, anapæſtus.

Terentij

TERENTII VITA, ET DE TRAGOEDIA, AC COMOEDIA NON PAVCA, EX AELIO DONATO.

VB. Terentius Afer, Carthagine natus seruiuit Romæ Terentio Lucano Senatori, à quo ob ingenium, & formã, non institutus modo liberaliter, sed, & mature manumissus est. Quidam captũ esse existimant. quod fieri nullo modo potuisse Fenestella docet, cum in fine secundi belli Punici, & ante initium tertij natus sit, & mortuus, nec si à Numidis, aut Getulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisset, nullo commercio inter Italicos, & Afros, nisi post deletam Carthaginem, cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano, & cum Lęlio. quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur, quod, & ipsum Fenestella arguit, contendens vtroque maiorem natu fuisse, quamuis, & Corn. Nepos æquales omnes fuisse tradat, Porcius suspicionem de consuetudine per hæc faciat.

Dum lasciuiam nobilium, fucosas laudes petit:
Dum Africani voce diuina inhiat auidis auribus:
Dum ad Furium se cœnitare, & Lælium, pulchrum putat.
Dum se amari ab hisce credit, crebro in albanum rapi
Ob florem ætatis suæ, ipsius sublatis rebus ad summam
Inopiam reductus est.

Itaque è conspectu oium abijt in Greciã in terram vltimam. Mortuus est in Stimphalo Arcadiæ oppido: nihil Publius Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius,

Tres per idem tempus, qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem vt esse quo referret obitum domini seruulus.

Scripsit comœdias sex. ex quibus primam Andriam cum ædilibus daret, iussus ante Cerio recitare, ad cęnantem cum venisset, dictus est, initium quidem fabulę, quòd erat contemptiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse post paucos vero versus inuitatus vt accumberet, cœnasse vna, deinde cetera percurrisse non sine magna Cerij admiratione, & hanc autem, & quinque reliquas æqualiter populo probauit. Quamuis Volcatius de enumerationem omnium ita scribit. Sumetur Hecyra sexta ex his fabula.

Eunuchus quidem bis acta est, meruitq. precium quantum nulla antea cuiusquam comœdia. i. octo milia nummum. propterea summa quoque titulo ascribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam præfert principio Menandri. Non ob scura fama est adiutum Terent. inscriptis à Lælio, & Scipione, quibus cum familiariter vixit. Eandem ipse auxit, nunquam enim nisi leuiter se tutari conatur, vt in prologo Adelphorum.

Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Hunc adiutare, assidueq. vna scribere.
Quod illi maledictum vehementes existimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet,
Qui vobis vniuersis, & populo placent;
Quorum opera, in bello, in otio, in negocio.
Suo quisque tempore vsus est sine superbia

Videtur autem se leuius defendisse, quia sciebat Lælio, & Scipioni non ingratam esse hanc opinionem, quæ tamen magis, & vsque ad posteriora tempora valuit.

Q. Memmio in oratione pro se ait, P. Africanus, qui à Terentio personam mutatus, quæ domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit. Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Lęlium quondam in Puteolano cal. Martijs admonitum ab vxore, temporius vt discumberet, petijsse ab ea ne interpellaretur serius tandem ingressum triclinium dixisse, non sæpe in scribendo magis succesisse sibi, deinde rogatum, vt scripta illa proferret, pronunciasse versus, qui sunt in Heaut.

Satis pol proterue me Syri promissa hunc induxerunt.

Santra Terentium existimat, si modo in scribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione, & Lęlio vti potuisse, qui tũc adolescentuli fuere, q̃ Sulpicio Gallo homine docto, & qui consulatibus ludis initium fecerit fabularum dandarum, vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, cõsulari vtroque, ac Poëta. Ideo ipsum non iuuenes designasse, qui se adiuuisse dicerentur, sed viros, quorum operam, & in bello, & in ocio, & in negocio populus sit expertus. Post editas comœdias nondum quintum atque trigesimum agressus annum causa euitandæ opinionis, quia videbatur aliena pro suis edere, seu percipiendi Græcorum instituta moresque, quos perinde exprimeret in scriptis, egressus vrbem est, neque amplius redijt. de morte eius Volcatius tradit.

Sed vt Afer sex populo edidit comœdias,
Iter hinc in Asiam fecit; nauium cum semel.
Conscendit, visus nunquam est. sic vita vacat.

Q. Consetius redeuntem è Græcia perijsse in mari dicit cũ centum, & octo fabulis conuersis à Menandro. Ceteri mortuum esse in Arcadiæ Stimphalo, siue Leucadia tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio nobiliore Coss. morbo implicitum acri dolore ac tædio amissarum satyrarum, quas in naui præmiserat, ac simul fabularum quas nouas fecerat. Fuisse dicitur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiam, quæ equiti R. nupsit. Item hortulos xx. iugerum via Appia ad Martis villam, quo magis miror Porcium scribere, -nihil Publius

Scipio profuit, nihil ei Lælius, nihil Furius,
Tres per idem tempus, qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem vt esset, quò referret obitum domini seruulus.

Hunc Afranius quidem omnibus comicis præfert, scribens in compitalibus, Terentio non similem dices quempiam.

Volcatius autem non solum Næuio, & Plauto, & Cæcilio, sed Licinio quoq; postponit. Cic. in Limone hactenus laudat,

Tu quoque, qui solus lecto sermone Terenti
Conuersum, expressumq. latina voce Menandrum
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quidquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

Item C. Cæsar.

Tu quoque tu in summis, ò dimiate Menander,
Poneris, & merito, puri sermonis amator,
Lenibus atque vtinam scriptis adiuncta foret vis
Comica, vt æquato virtus polleret honore
Cum Græcis, neque in hac despectus parte iaceret,
Vnum hoc maceror, & doleo tibi deesse Terenti.

Hæc Suetonius Tranquillus. Nam duos Terentios poëtas fuisse scribit Metius, quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo, alter Libertinus Terentius Afer patria, de quo nunc loquimur, Scip. fabulas edidisse Terentium Valgius in Actæone ait,

Hæ quæ vocantur fabulæ, cuius sunt?
Non has qui iura populis recensentibus dabat,
Honore summo affectus fecit fabulas?

Duæ ab Apollodoro translatę esse dicuntur comico, Phormio, & Hecyra, quatuor reliquæ à Menandro, ex quibus magno successu, & precio stetit Eunuchus fabula, Hecyra sæpe exclusa, vix acta est.

De Tragœdia, & Comœdia.

INitium Tragœdiæ, & Comędiæ à rebus diuinis est inchoatum, quibus pro fructibus vota soluentes operabantur anti qui. Nam incensis iam altaribus, & admoto hirco, id genus carminis quod sater chorus reddebat Libero, patri tragœdia dicebat, vel ἀπὸ τῆς τράγου, hoc est ab hirco hoste vinearum, & à cantilena. eius ipsius rei apud Virgilium plena fit mentio. vel q̃ hirco donabatur eius carminis poëta, vel q̃ vter eius musti plenus solenne prędmium cantoribus fuerat, vel q̃ ora sua fæcibus pertinebant scenici ante vsum personarum ab Aeschilo repertum. Faces enim dicuntur Græce τρύγες. Et his quidem causis Tragœdiæ nomen est inuentum. At vero nondum coactis in vrbem Athenięnsibus, cum Apollini Nomio i. pastorum vicinorumq. præsidi deo, constructis aris in honorum diuinę rei circum Atticæ vicos, villas, pagos, & compita festum carmen solenniter cãtarent, orta est Comœdia, ἀπὸ τῆς κωμάζειν καὶ ᾄδειν, quod est comessatum ire cantantes, quod à poëtis solẽni die, vel amatorie lasciuientibus choris comicis non absurdum est. Itaque vt rerum, ita etiam temporum ipsorum cœpto ordine Tragœdia primo prolata esse cognoscitur. Nam vt ab incultus, & feris moribus paulatim peruentum est ad mansuetudinem, vtbesqu e sunt conditæ, & vita mitior atque otiosior processit, ita res tragicæ longe ante comicas inuentę. Quamuis autem retro prisca voluentibus reperiatur Thespis Tragœdiæ primus inuentor, &

Comœdiæ veteris patet Eupolis cum Cratino, Aristophaneq. esse dicatur. Hom. tamen, qui ferè omnis Poëticæ largissimus fons est, etiam his carminibus exempla præbuit, velut quadam suorum operum lege præscripsit, qui Iliadem instar Tragœdię, Odysseam ad imaginem Comœdiæ fecisse monstrat. Nam post illius tale, tantumq. documentum, ab ingeniosissimis imitatoribus, & digesta sunt in ordinem, & diuisa ea, quæ etiam tũ temere scribantur adhuc impolita, atque in ipsis rudimẽtis haudqua quam vt postea facta sunt, decora atq; leuia. At nos ea quæ proprie de Tragœdia dicẽda sunt, titulo propositi operis instantes, in alia tempora differamus, & de his fabulis iam loquamur quas Terentius imitatus est. Postquam demõstrandæ originis causa de vtrisque generis initio diximus, quod necesse est iam dicemus. Comœdia ferè vetus, vt ipsa quoque olim Tragœdia, simplex carmen (quemadmodum iam diximus) fuit, & chorus circa ara fumantes nunc spatiatus, nunc reuoluens gyros, cum tibi cine continebat. Sed primo vna persona substituta est cantoribus, quę respondens alternis choro, locupletauit variauitq. rem musicam. cum altera, tum tertia, & ad postremum crescente numero, per auctores diuersos, personæ, pallæ, cothurni, socci, & ceteri ornatus atque insignia scenicorum reperta, & ad hoc vnicuique suus habitus. & ad vltimum qui primarum partium, qui secũdarum, & tertiarum, qui quartarum, atque quintarum actores essent, distributa, & diuisa q̃nque partito tota est fabula. quæ tamen in ipsis ortus sui velut quibusdam incunabilis, & vix dũ incipiens, παμφιλία ἑτεώνυμος καὶ ἀρχαία dicta est, ἀρχαία iccirco quia est de nobis parum cognitis vitijs, ἑτεώνυμος autem, quia inest in ea velut historica fides verę narrationis, & denominatio omnium, de quibus libere describebatur, Etenim per priscos poëtas, non vt nunc, penitus ficta argumenta, sed res gestæ à ciuibus palam cum eorum sæpe gesserant nomine decãtabantur. ideo ipsa suo tempore moribus multum profuit ciuitatis, cum vnusquisque caueret, culpa ne spectaculo ceteris esset, & domestico probro. Sed cum poëtæ abuti licentius stylo, & passim lædere ex libidine cœpissent plures bonos, ne quisquam in alterum carmen infame proponere, lege lata, siluere. Et hinc deinde aliud genus fabulæ, id est satyra sumpsit exordium. quæ à satyris, quos illatus semper ac petulantes deos scimus esse, vocitata est. etsi aliunde nomen traxisse praue, putant alij. Hæc, quæ Satyra dicitur, ciusmodi fuit, vt in ea quamuis duro, & veluti agresti modo, de vitijs ciuium tamen sine vllo proprij nominis titulo carmen esse. Quod item genus comœdiæ multis obfuit Poëtis, cum in suspicionem potentibus ciuibus venissent illorũ facta descripsisse in peius, ac deformasse genus stylo carminis. quod primo Lucilius nouo conscripsit modo, vt Poësim inde faceret, id est vnius carminis plures libros. Hoc igitur, quo supra diximus modo, coacti omittere satyram aliud genus carminis τὴν νέαν παμφιλίαν, hoc est nouam comœdiam reperere poëtæ, quæ argumento cõmuni magis, & generaliter ad omnes homines, qui mediocribus fortunis agunt, pertineret, & minus amaritudinis spectatoribus, & eadem opera multum delectationis afferret, concinna argumento, consuetudine congrua, vtilis sententijs, grata salibus, apto metro. Vt igitur superiores illæ suis quæque celebrantur auctoribus, ita hæc νέα παμφιλία cum multorum antea, tum præcipue Menandri Terentij, est, de qua cum multa dicenda sint, sat erit tamen velut admonendi lectoris causa, quod de arte comicam veterum cartis continetur, exponere. Comœdia vetus vt ab initio chorus fuit, paulatimq. personarum numero in quinq; actus processit, ita paulatim velut attrico atque extenuato choro ad nouam comœdiam sic peruenit, vt in ea non modo non inducatur chorus. sed ne locus quidem vllus iam relinquatur choro. Nam postquam ocioso tempore fastidiosior spectator effectus, tunc cum ad cantores ab actoribus fabula transibat, consurgere, & abire cępisset, admonuit poëtas primo quidem choros prætermittere, locum eis relinquentes, vt Menander fecit, hac de causa, non vt alij existimant, alia. Postremo ne locum quidem, reliquerunt, quod Latini fecerunt Comici. vnde apud illos dirimere actus quinque partitos difficile est. Tum etiam Græci prologos non habent more nostrorum quos Latini habent. Deinde θεοὺς ἀπὸ μηχανῆς, id est deos argumentis narrandis machinatos ceteri Latini instar Græcorum habent: Terentius non habet. Ad hoc σχοπτικὰ πρόσωπα, id est personas extra argumentum accersitas non facile ceteri habent, quibus Terentius sæpe vtitur, vt per harum inductiones facile pateat argumentum. Veteres etsi ipsi quoque in metris negligentius egerunt iambici versus, duntaxat in secundo, & quarto loco. tamen à Terentio vincuntur resolutione huius metri, quantum potest, comminuti ad imaginem prosæ orationis. Tum personarum leges circa habitum, ætatem, officium, partes agendi nemo diligentius Terentio custodiuit. Quinetiam solus ausus est cum in fictis argumentis fidem veritatis assequeretur, etiam contra præscripta comica meretrices interdum non malas introducere, quibus tamen, cur bonæ sint, & voluptas per ipsum, & causa non desit. Hæc cum artificiosissima Terentius fecerit, tum illud est admirandum, q̃ & morem retinuit vt Comœdiam scriberet, & temperauit affectũ, ne in Tragœdiam transiliret, quod cum alijs rebus minime obtentum, & à Plauto, & ab Afranio, & Actio, & multis ferè magnis Comicis inuenimus. Illud quoque inter Terentianas virtutes mirabile quòd eius fabulæ eo sunt temperamento, vt neque extumescant ad tragicam celsitudinem, neque abijciantur ab histrionicam. Adde quod nihil abstrusum ab eo ponitur, aut quod ab historicis requirendum sit, quod sæpius Plautus facit, & eo est obscurior in pluribus locis. Adde quòd argumenti ac styli ita attente memor est, vt nusquam non cauerit, aut curauerit ea, quæ obesse potuerunt, tum quòd media primis, atque postremis ita nexuit, vt nihil additum alteri, sed aptum ex se totum, & vno corpore videatur esse compositum. Illud quoque mirabilem eo, primo, quòd non ita miscet personas quatuor, vt obscura sit earum distinctio. Et item quòd nihil ad populum facit actorem velut ex Tragœdia loqui. quod vitium Plauti frequentissimum est. Illud etiam inter cetera eius laude dignum videtur, quòd locupletiora argumento ex duplicibus negocijs delegerit ad scribendum. nam excepta Hecyra in qua scribit Pamphili amorem, ceteræ quinque binos adolescentulos habent. Illud vero tenendum est, post νέαν παμφιλίαν Latinos multa fabularum genera protulisse, vt Togatas, à scenicis atque argumentis Latinis, Prætextatas ab dignitate personarum, & Latina historia, Atellanas à ciuitate Campaniæ vbi actitatæ sunt plurimæ. Rhyntonicas, ab actoris nomine, Tabernarias, ab humilitate argumenti, & styli: Mimos, ab diuturna imitatione vilium rerum, & leuium personarum. Inter Tragœdiam autem, & Comœdiam cum multa, tum in primis hoc distat, quòd in Comœdia mediocres fortunæ hominum, parui impetus, periculaque, lætiq. sunt exitus actionum, At in Tragœdia, omnia contraria, ingentes personæ, magni, timores exitus funesti habentur. Et illic turbulentia prima, tranquilli vltima: In Tragœdia contrario ordine res aguntur. Tum q̃ in Tragœdia fugienda vita, in Comœdia, capessenda exprimitur. Postremo quòd, omnis Comœdia de fictis est argumentis: Tragœdia sæpe ab historica fide petitur. Latinæ fabulæ primo à Liuio Andronico scriptæ sunt ad cuncta res, cum etiã tum recentius idem, & Poëta, & actor fabularum suarum fuisset. Comœdiæ autem, motoriæ sunt, aut statariæ, aut mixtæ, motoriæ, turbulenta, statariæ quietiores, mixtæ, ex vtroq; actu consistentes. Comœdia, per quatuor partes diuiditur Prologũ Protasin, Epitasin, Catastrophen. Prologus, est velut præfatio quædam fabulæ, in quo solo licet prẽter argumentum aliqd ad populum, vel ex Poëtæ, vel ex ipsius fabulæ, vel ex actoris commodo, loqui. Protasis, primus est actus, initium drammatis. Epitasis, incrementum, processusque turbarum ac totus, vt ita dixerim, motus erroris. Catastrophe, conuersio rerum est ad iucundos exitus, patefacta cunctis cognitione gestorum. Comœdia, est fabula diuersa instituta continens affectumque ciuilium ac priuatarum, rerum, qua discitur quid sit in vita vtile, quid cõtra euitandum. Hanc Græci sic definiere. παμφιλία ἐστὶν ἀνατπῶν, καὶ πολιτικῶν πραγμάτων ἀλήθεια, & περιοχή. Comœdiam esse Cicero ait, imitationem vitæ, speculum consuetudinis, imaginem veritatis. Comœdiæ autem à more antiquo dictæ, quia in vicis huiusmodi carmina initio agebantur apud Græcos vt in Italia compitalitijs ludicris admixto pronunciationis modulo, quo dum actus commutantur, populos detinebatur. Aut ἀπὸ τῶν κωμῶν, hoc est ab actu vitæ hominum, qui in vicis habitabant ob mediocritatem fortunarum, non in aulis regijs, vt sunt personę Tragicæ. Comœdia vero, quin poëma sub imitatione vitæ atque similitudine compositum est, in gestu pronunciatione consistit. Comœdiam apud Græcos dubium est quis inueniret primus, apud Latinos certum est Comœdiam, & Tragœdiam Togatam primo Leuius Andronicus reperit, aitq. Comœdiã esse quotidianæ vitæ speculum, nec iniuria. nam vt intenti speculo veritatis lineamẽta facile per imagines colligimus, ita lectione comœdiæ imitationem vitæ, consuetudinisq. non ęgerrime animaduertimus. Huius autem originis ratio ab exteris ciuitatibus, moribusque peruenit. Athenienses nanque Atticam custodientes

dientes elegantiam, cum vellent male viuentes notare, in vicos & compita ex omnibus locis læti, alacresq. veniebant, ibiq. cũ nominibus singulorum vitam publicabat, vnde nomen compositum vt Comœdia vocaretur. hæc autem carmina in pratis primum mollibus agebantur. nec deerant præmia, quibus ad scribendum doctorum prouocarentur, ingenia, sed, & actoribus munera offerebantur, quo libentius iucundo vocis flexu ad dulcedinem commendationis vterentur. Caper nanque pro donobis dabatur, quia vitibus noxium animal habebatur, à quo etiã Tragœdiæ nomen exortum est. Nonnulli autem ex amurca olei fece, quæ est humor aquatilis, Tragœdiam dici, vocariq́ maluerunt. Qui ludi cum per artifices in honorem Liberi patris agerentur, etiam ipsi Comœdiarum Tragœdiarumq́ue scriptores huius dei velut patris, numen colere venerariq́ue cœperunt. cuius rei probabilis ratio extitit ita enim carmina inchoata proferebantur, vt per ea laudes eius, & facta glorioſa celebrari, proferriq. constaret. tum paulatim fama huius artis increbuit. Thespis autem primus hæc in scripta in omnium notiam protulit. Postea Aeschylus secutus exemplum, publicauit. de quibus ita Horat. in arte Poëtica loquitur.

Ignotum tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur plaustris vexisse poëmata Thespis,
Quæ canerent agerentq́; perunctis fecibus ora.
Post hunc personæ, pallæq́; repertor honestæ
Aeschilus, & modicis instrauit pulpita tigni:
Et docuit magnumq́; loqui, nitiq; cothurno.
Successit vetum his Comœdia non sine multa
Laude, sed in vitium libertas excidit, & vim
Dignam lege regi, lex est accepta, chorusq́;
Turpiter obticuit sublato iure nocendi.
Nihil intentauum nostri liquere Poëtæ.
Nec minimum meruere decus vestigia Græca
Ausi deserere, & celebrare domestica facta,
Vel qui prætextas, vel qui docuere togatas.

Fabula generale nomen est. eius duæ primæ partes sunt, Tragœdia, & Comœdia. Si latina argumentatio sit, prætextata dicitur. Comœdia autem multas species habet, aut enim palliata est, aut togata, aut tabernaria, aut attellana, aut mimus, aut thyntonica, aut planipedia. Planipedia autem dicta ob humilitatem argumenti eius, ac vilitatem actorum, qui non cothurno aut socco vtuntur in scena, aut pulpito, sed plano pede, vel ideo quòd non ea negocia continet, quę personarum in turribus, aut in cœnaculis habitantium sunt, sed in plano, & humili loco. Personati primi egisse dicuntur Comœdiam Cincius, & Faliscus: Tragœdiam Minutius, & Prothonius. Omnium autem Comœdiarum scripta ex quatuor rebus omnibus sumuntur, nomine, loco, facto, euentu. Nomine, vt Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus. Loco, vt Andria, Leucadia, Brundusina. Facto, vt Eunuchus, Asinaria, Captiui. Euentu, Commorentes, Adelphi, Heautontimorumenos. Comœdiarum formæ sunt tres, Palliatæ, Græcum habitum ferentes, quas nonnulli tabernarias, vocant. Togatæ, iuxta formam personarum, habitum togarum desiderantes. Attellanæ, salibus, & iocis compositæ, quæ in se non habent nisi vetustam elegantiam. Comœdiam autem diuiditur in quatuor partes, Prologum, Protasin, Epitasin, Catastrophem. Prologum est prima dictio, à Græcis dicta πρόλογος. i. antecedens veram fabulæ compositionem elocutio. Eius species quatuor sunt, συστατικὸς commendatitius, quo fabula vel Poëta commendantur, ἀναφορικὸς, relatiuus, quo aut aduersario maledicta, aut gratiæ populo referuntur, ὑποθετικὸς, argumentatiuus, fabulæ argumentum exponens, μικτὸς, mixtus, omnia hæc in se continens. Inter Prologum, & Prologium quidam hoc interesse voluerunt, quia Prologus est vbi Poëta excusatur, aut fabula commendator. Prologium autem est, cum tantum de argumento dicitur. Protasis est primus actus fabulæ, quo pars argumenti explicatur, pars reticetur ad populi expectationem tenendam. Epitasis inuolutio argumenti, cuius elegantia connectitur. Catastrophe, explicatio fabulæ, per quam euentus eius approbatur. In plerisque fabulis ipsarum nomina propria ponebantur, quàm Poëtarum, in nonnullis poëtarum, quàm fabularum. cuius moris diuersitatem antiquitas probat. Nam cum primum aliqui fabulas ederent, ipsarum nomina pronunciabantur ante quàm Poëtæ pronunciarentur, ne aliqua inuidia à scribendo deterriri possent. Cum autem per editionem multarum Poëtæ iam esset auctoritas acquisita, rursus priora Poëtarum nomina proferebantur, vt per ipsorum vocabula fabulis attentio acquireretur. Actas diuersis ludis manifestum est inscribi. Nam ludorum quatuor sunt species, quos Curules Aediles munere publico curant. Megalenses, magnis dijs consecrati, quos Græci μεγαλησίους appellant. Funebres, ad retinendum populum instituti, dum pompa funeri decreta in honorem patricij viri plene instruitur. Plebeij qui pro salute plebis eduntur. Apollinares, Apollini consecrati. In scena duę aræ poni solebant, dextra Liberi, sinistra eius dei cui ludi fiebant, vnde Terentia in Andria ait.

Ex hara hac sume verbenas.

Hinc Vlyssem palliatum semper inducunt, siue quòd aliquando insaniam simulauit, quo tempore tectum se esse voluit, ne agnitus cogeretur in bella prodire, seu ob singularem sapientiam, qua tectus minutusque plurimum socijs profuit. Huius enim virtutis erat, animi semper decipientis ingenium Nonnulli Ithacæ incolas, sicut Locros, palliatus fuisse commemorant. Achillis, & Neoptolemi personæ diademata habent, quamuis regalia sceptra nunquam tenuerint, cuius argumenti probatio talis inducitur, quod nunquam cum reliqua Græciæ iuuentute ad gerenda cum Troianis bella, sacramenta coniurationis inierunt, nec vnquam sub Agamemnonis imperio fuerunt. Comicis senibus candidus vestitus inducitur, quod is antiquissimus, fuisse memoratur. Adolescentibus discolor attribuitur. Serui comici amictu exigo conteguntur, paupertatis antiquæ gratia, vel quo expeditiores agãt. Parasiti cum intortis palijs veniunt. Læto, vestitus candidus, ærumnoso, obsoletus, purpureus, diuiti, pauperi, phœniceus datur, militi, chlamys purpurea, puellæ habitus peregrinus inducitur. Leno pallio varij coloris vtitur. Meretrici ob auaritiam lutem datur. Syrmata dicta sunt ab eo, quod trahuntur, quæ res ab scenica luxuria instituta est. Eadem in luctuosis personis incuriam sui per negligentiam significat. Aulæa quoque in scena in terra sternuntur, quod pictas ornatus erat ex Attalica regia Romam vsque perlatus, pro quibus si paria ætas posterior accepit. Est autem minutum velum, quod populo obsistit, dum fabularum actus commutantur. Diuerbia histriones pronunciabant. Cantica vero temperabantur modis non à Poëta, sed à perito artis musicæ factis. Neque enim omnia ijsdem modis in vno cantico agebantur, sed sæpe mutatis. vt significat qui tres numeros in Comœdijs ponunt, qui tres continent muratos modos cantici illius. Qui huiusmodi modos faciebant, nomen in principio fabulę, & scriptoris, & actoris superponebant. Huiusmodi adeo carmina ad tibias fiebant, vt his additis, multi ex populo ante discerent quã fabulam acturi scenici essent, quàm omnino spectatoribus ipsi antecedens titulus pronunciaretur. Agebantur autem tibijs paribus, aut imparibus, & dextris, aut sinistris. Dextræ autem tibiæ sua grauitate seriam Comœdia dictionem pronunciabant. Sinistræ, & serranæ acuminis leuitate iocum in Comœdiæ ostendebant. Vbi autem dextra, & sinistra acta fabula inscribebatur, mixtim ioci, & grauitates denunciabantur.

CASTIGATIONES IN ALIquot loca Terentij ex dialogo quodam PETRI BEMBI hominis doctiſs. & eloquentiſs.

ORorem falſo. Argumenta ſingularum fabularum ſunt illa quidem C. Sulpicij Apollinaris, eius quem ſæpe citat Gellius docti,& eruditi viri,quidq. Pertinacem Imperatorem Latinas literas docuit.

act.1.ſ.4 Myſis. M. quid eſt? hem Pamphile optume mihi te offers. P. quid eſt?

Hunc verſum omni lepore denudatum ſic elegantia veſtiendum exiſtimat Bembus.

Myſis. M. quid eſt? hem Pamphile oportune te mihi offers. P. quid eſt?

Ne iſtam multis tuam inueniri gaudeo.

Accuratius Bembus hunc locum expendit, ſic enim legendum, citans teſtes Grammaticorum obſeruationes cenſet.

act.3.ſ.4 Ne iſtam tuam multimodis inueniri gaudeo.

Venuſta nimirum, & antiqua compoſitione per detractionem s, literæ.

EX EVNVCHO.

In plogo Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis.

Hunc verſum paulo aliter adducit Bembus,

Si quiſquam eſt, qui placere ſtudeat bonis

Quamplurimis,

Non enim ſe ad carmen multum pertinere arbitratur eſt, & alioquin ab imitatore quopiam adſcriptum videri poteſt. Quòd Saluſtius hiſtoriam ſic exorſus eſt? Omnes homines qui ſe præſtare ſtudent.

Exiſtimat eſſe ſic exiſtimet, ſciat,

Reſponſum non dictum eſſe, quale ſit. prius

Et hos aliter legendos monet Bembus

Ibidem. Exiſtimauit eſſe, ſic exiſtimet

Reſponſum non dictum. Quia læſit prior.

act.2.ſ.2 Opus faciam, vt defatiget vſque, ingratus, vt dormiam.

Hoc ita Bembus,

P. Opus faciam, vt defatiget vſque, ingratus vt dormiam.

Lepidus enim multo eſt, ſi per aduerbium elocutio fiat. Et videtur hoc quoque Donatum non latuiſſe cum ingratis non vltro ſignificare docet. Frequens hoc aduerbium apud Plautum, pro non ex animi ſententia.

act.2.ſ.2 Viden' ocium, & cibus quid faciat alienus?

Ille in hunc modum?

Vide' oſſum, & cibus quid faciat alienus?

Nam oſſum pro os poſitum adſerit, Quid enim quiſpiam aliter aſſequi poſſet, preſertim ex hoc hominum genere, qui lingua tantum aluntur.

P. Ita faciam. T. quidquid aliud volui dicere.

Hem curate iſtam diligenter virginem.

act.5.ſ.3 Ad hunc modum Bembus.

P. Ita faciam. T. quid, quid aliud volui dicere?

Ehem: Curate iſtam diligenter virginem.

Hic Thais Ancillas ſuas propere alloquitur, mandas ea quæ curari velit, ſic: Quid, Quid aliud volui dicere? Ehem curate, &c. Quaſi poëta ſuſpenſam Thaidem oſtenderet ſecum ipſam quærere, quidnam illud eſſet, quod mandare ancillis in animo habuerat ſuo, neque reminiſcebatur. Itaque ait: Quid aliud? Quo item ſenſu Cic. ſæpius.

act.3.ſ.9 Omnem oſtendere. cui tam ſubito tot congruerit cõmoda.

Bembus mutata litera ſic legit.

Omnem oſtẽderet, qui tam ſubito tot congruerint cõmoda.

Vbi qui vetuſto more à quis nominandi caſu dandus caſus.

EX ADELPHIS.

act.1.ſ.2 D. Tun' conſulis quidquam? M. ah, ſi pergis abiero

Sed quanto rectius, & elegantius Bembus,

Tun' conſilijs quidquam? &c. Hæc enim efficax repetitio maiorem vim addit orationi.

act.2.ſ.1 S. Egon' debacchatus ſum in te, aut tu in me?

Ae s. omitte iſta, atque ad rem redi. At ſic ille.

S. Egon' debacchatus autem? an tu in me? Ae s. mitte iſthæc atque ad rem dedi.

Fratrem homini neminem eſſe primarum artium magis principem,

Bembus mutato caſu longe rectius,

Fratrem homini nemini eſſe primarum artium magis principem.

Obſecro mea nutrix, quid nunc fiet? quid fiet rogas? recte. *act.3.ſ.1*

Bembus rectius putarit ſi ad ſecundum verſum rectè pertineret hoc modo:

Obſecro mea nutrix quid nunc fiet? C. quid fiet rogas? Rectè ædepol ſpero, &c.

Niſi me in illo credidiſſe eſſe hominũ numero qui ita putant *act.4.ſ.3*

Sibi fieri iniuriam, vltro, ſi quam facere ipſi expoſtulant.

Ea ſic ad priſtinam integritatem Bembus reſtituenda putauit.

Niſi ſi me in illo credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant

Sibi fieri iniuriam, vltro ſi quam fecere ipſi expoſtules:

Et vltro accuſant.

EX HECYRA.

Plus potis ſe illa abſtinere vt puerit: *act.1.ſ.2*

Sed deum immortalem quanto rectius, & melius Bembus.

Plus potius (deinde diſtinguit) tum ſeſe illa abſtinere vt potuerit. Hæc enim circunſtantia mirum in modum admirationem puellæ iuuat.

Horum ad hos redibat lege hæreditas. *Ibidem.*

Verum Bembus paulo aliter qui videbat vna mutilatum eſſe verſum ſyllaba.

Horunce ea ad nos redibat lege hæreditas.

Horunc pro eo quod eſt horum antique, c, interiecta nec fieret. colliſio.

Sibi vero hanc laudem reliquit, vixit dum vixit, bene. *act.3.ſ.3*

Noſter autem in pluralem numerum commutando ſic habet:

Si vero hanc laudem relinquunt, vixit, dum vixit, bene

Fors fiat pol.) Bembus habet fuat, ab eo deductum verbo *act.4.ſ.3*

perantiquo quod eſt Fuo, valetque idem quod ſum, quo etiam eſt Virg. vſus.

Tros Rutilus ue fuat. pro ſit.

Remiſſam opus ſit vobis an reductum domum. *act.4.ſ.4*

Vxor quid faciat in manu non eſt mea,

Neutra in re vobis difficultas à me erit.

Sed quid faciemus puero?

Ex his primo verſuum inuerſo ordine ſic legit,

Remiſſam opus ſit vobis, reductam ad domum. In poſtremũ, Quid faciemus puero? ſic ſcribit, Quid faciemus puero. Quo in loco animaduerti hunc dicendi, ſiue mortem, ſiue figuram.

(Quid faciemus puero?

Qua etiam in alijs fabulis ſæpe vſus eſt,

Quid hic faciet ſua?

Quid te futurum cenſes?) vſurpauiſſe Ciceronem percupide

Quid me fiet?

Quid pecunia fiet?

Quid hoc nomine facias?

Quid factum eſt Stratone, & Nicoſtrato.

EX PHORMIONE.

Eho tu ſobrinum tuum non noras. D. enecas.

Dic nomen. P. non? maxume. D. quid tunc taces? *act.2.ſ.3*

Aliter, & mauis vetuſte Bembus.

Eho tu conſobrinum tuum non noras. D. enicas.

Dic nomen. P. nomen? maxume. D. quid nunc tacis?

Vbi enicas, pro enecas, tacis, pro taces poſitum vetuſto more.

Sic in eadem comœdia.

Ea quæ præbit, poſitum eſt in tertia coniugatione, pro pbet.

Ne me iſtoc nomine appella ſis.

Bembus in hunc modum.

Ne me iſthoc nomina appellaſſis.

Quem ſemper te eſſe dictitaſti? C. eſt. S. quid? *act.5.ſ.1*

Idem cautius animaduertendo ſententiam,

Quem ſemper te eſſe dictitaſti? C. ſt. S. quid? &c. *Ibidem.*

St. Silentia eſt illa quidem nota, ſt, vt eo quaſi nutu, & ſigno potius, quàm voce oſtendamus velle nos ſileri ab ijs, quibus cum ſumus quemadmodum volebat Chremes ſilere Sophronam, ne ab vxore ipſius exaudiretur.

INDEX EORVM OMNIVM QVAE IN DONATI, ET CALPHVRNII COMMENTARIVS ANNOTATA SVNT.

A illo est 18
ab re 81.151
ab studio studuit 176
abducere 41. 124
abduci 170
abi 136.139
abigo 125
abactores ib.
abire 136
abradere, & corradere 81
abradi 189
absoluere 120
abstraho 141
abest 31
absurdum 124
abundare 182
abuti 191
Ac 31
accerso 58
accersi 171
accidit, & obtigit 186
accidere ad genua 159
accingor 76.189
accipio 41.76
acta res 191
actum agere 117
actum est 18
acyrologia 102
Ad 156
ad dianæ 131
ad exemplum 152
ad se redire 25
ad te 173
adagia adagiones 52
adesse 1.180.187
adesse causæ 190
adhuc 19
adire 186
adiungere 144
adiuro 110.156
adiuro 109
adiura eis onera 159
adiutor 102.145
adiuuare 147
adlegare 33.34
admittere 104.127
admodum 22.162.189
adoriri 25.125
adornare 60
adsolet 19
adstrinquere fidem 40
aduentus 45
aduenti genitiuus 182
aduerto 156
aduerte animum 1
aduersum, aduersus 10
aduersum ire 109
aduersatores ib.
Æger 8.81
ægre est 182
ægritudo 199
ægrotus 8.81
æquum bonum 179
æqualis 18
æquanimitas 176
æque quidquam nunc quidem 18
æquitas, & ius 110
ærumna diuersa 187
æstimo, & existimo 85
ætas 79
ætatem 171
Affectare 86
affectus participium 157
affectus nomen ib.
affinis 102.147
affinis, & cognatus 102
Age 22.38.117.144
agere 141.125.169
ager 125
agi fabula quando dicatur 79
agere se 27
agitare 98
Ah 170
Ain' 33.106
aio 14
ais 95
ait 45.95
aiunt 13.ib.
Alacris, alacritas 59
alia 150
alias ibid.
alius 7
alienus 152
aliquis 133
aliter 1
alligat se furti 85
alligari ad aliquid 141
alter 4
altercor, non altercо 24
Ambitio 14
amabo interiectio 61
amare, & desiderare 42
inter se amare 141
amans, & amator 4
amator 4.41
amoliri 26
amoris quinque lineæ 61
amicus 41
amitto, & dimitto 91
amittere 190
amouere 130
anacoluton 33
Angiportus, & angiportum 69 131
animus gladiatorius 104
animum inducere 151.156
animo male est 135
animus omissus 104
animo præsenti 81
animum recipere 121
animam debet 197
an ne 151
annuncio 130
antecessit 193
antehac 7
anteuertere 79
anuis 85
Aperite aliquis 130
aperire se 24
aposiopesis, & eius species 29
apprime 156
apud Antiphonem 69
apud se esse 16
apud se non esse 34.169
apparari 26
apparare 81
appellere 1.18
applicare 34
apprime 156
Arbiter 79.90
arbitrari 41.173
argumentum 1
arrhabon 92
arridere 45.141
arrigere aures 34
ars 3
Asinus 144
asper 89
asperitas 7
aspernari 185
assentari 120
asserere manu, & assertores 115
assis 178
astu 71
astutia 29
asymbolus 189
At 25
at vero 125
atat 4
atque 9
atqui 152
atenes 135
attentiores 141
attica eloquentia 77
attici ibi.
attingere, & tangere 114
atrox 159
Au 28
audio, pro sentio, vel intelligo 150
aufer 147
ausim 89
auctor 147
auctoritatem defugere 50
auctor his rebus 135
autumare 79
Axioma 3

Babylo 143
bassis 41
basium 54
Bellaria 131
bellissimum ib.
bene 4
bene audire 177
bene facis 42
beneuolus 171
benigne ibi.
benignitas 41
Biduum 42
Bolus 106
bonus 127
bona venia 189
bona verba quæso 8
bonæ felicitates 49
bonitas 177
boues egregij 150
boues mutili ibi.

Cadauerosa facies 161
cadere spe 17
cæca testimonia 34
cæsius 161
calces 179
calleo 91
callidus 125
canis 85
capere 191
capere arbitrum 165
capere generum ibi.
capillus pro capilli 180
captus est 3
captus seruorum 127
caprificus 131
caput 18.119
caput festiuum, caput ridiculum ibi.
caro 100.161
carnifices ibi.
carnifex 7.100
carus, a, um 189
carpo 131
cato vnde dictus 31
catus ibi.
cautio est 15
causa 74.184
causa liberalis 117
causam orare 187
Cedo 15.27.29
celo 58
cella 130
cellarium ibi.
censere 43
censores ibi.
certare 175
certe 14
certum esse, & credere 85
ceruix 86
cessare 51
cetarij 45
Cibus, & victus 4
circuitio 8
circumuallare 120
circunspicio 135
citharistria 175
Clam me habet 169
claudit, pro claudum est 49
clemens 3.110.141
clemens seruitus 4
clientela 75
Coactores 81
cocus coquus 125
cœlebs 110
cœna dubia 189
cœpi 148
cogitare 109
cogitatio orationis est 110
cognoscere 71.152
cognatus, & affinis 112
cogo 156
cogere, & coactores 81
coire 57.189
collacrymare 4
colloquium 54
collocare 71
colere 121.144
columellæ serui 187
columen ibi.
columna ibi.
comœdia 109
comici decorum ib.
comiter 195
comites 148
commeare 152
commendare 70
commentor 135
commentum 96
commereor 4.165
commereri, mereri, & promereri 115

commeruisse culpam 151
comminiſci 96. 136. 157
commitigari 75
committo 9. 114
commodum 49
commode 151
commotus 183
commune 187
commutare verba 16
comparare 24. 39. 117
comparatiuus minus poſitiuo ſignificans 148
comparatum eſt 178
compertũ, & exploratum 81
complexio ἁπλοῦς 121
complure compluria 197
compoſito factum eſt 199
compos animi 121
comprehendo 74
con 164
conati 10
conciliatio 76
conciliatum ibi.
conclamatum eſt 49
conclaue 58. 102
concludo 170
concludor 8
condictio, & conditio 86
conditio 4. 86
condono 38. 204
conficere pecuniam 177
confectus 13
confeſſio 154
confido 81
confidens 31. 180
confidentia 33
confieri 5. 144
congredi 189
conflictatio 4
confutatio 184
conijcere 23. 79
coniectura, coniectores 79
coniuratio 154
conſcidit capillo 61
conſcius 182
conſiſtere 114
conſpicari 50. 76
conſobrini 162
conſtituere 152
conſueſco 161
conſueui hanc rem 135
conſuetudo 182
conſultor, & conſilia 131
contaminare 1
contemplari 94
contenti 191
continere 41
continere ſe 191
contigit 26
contra 52. 110
contrahere frontem 141
contumax 183
conuaſare 184
conuenio 45
conueniunt hæc mihi tecum 110
conuentio 54
conuertere ſe 120
conuincere 106
copiæ ∴ 80
coquere 125
cordi 13
corrado 81. 143
corripui me intro 159
Credere 34. 178. 112. 146. 187
creditores 179
creditus 31
creduit foris 119
crimen 172
Cuba dea 178
cuiam 34
culpa 155
cum iſtoc animo 193
cum illo ſtare 187
cupedinis forum 45
cupedinarij ibi.
cupedinariorum nomina ibi.
cura 3. 48. 58. 192
curabitur 15
curatio 3. 48
curatura 48
curriculo 99
curſatio 157

DAmnum 4
damnatum domum ducere 189
dare 8. 49. 62. 126
dare bibere 19
dare ſeſe 56. 140
dare verba 79
dare fidem 76
dare operam 46. 179
dare veniam 144
dari in manum 197
datum 91
datio 22
De 54. 137
deambulatio 100
debere animam 197
decernere 9. 10. 151
decet vobis 128. 144
decidet ira 163
declinare 154
decrepitus 44. 144
decrepiti ſenes 19
ἀλεῖσπις 125
ἀλεινὸς 199
dedecorari 154
dedo 3. 8
deditio 34
deducere ∴ 52
deferre 100
deferuere 112
defeſſus 164
deficere 94. 127
defieri 172
defugere auctoritatem 61
defunctus 37. 128
deierare 49. 172
deintegro 1
delator 100
deliberatiuæ loci 192
delibutus 107
deliro 144
demenſum 178
demiror 165. 186
demiſſis humeris eſſe 48
demulcere caput 99
demum 25. 144
denique 4. 151
depaciſci 183
derepente 164
deridere 141
deriuatio 189
deſerere, prodere, & deficere 190. 127
deſiderare 42
deſignare 111
deſignatores ibi.
deſignatio ibi.
deſignata ibi.
deſinas 70
deſpondeo, & ſpondeo 4. 138
deſpicere 23
deſpicatus 50
deſpondere 4. 138
deterius, & peius 89
detinere 46
deuictus 152
deuorti 187
deus quiſpiam voluit 69
ad Dianæ 113
διαπέρησις 183
dica 180
dicaces ∴ 37
dic mihi 25
dico, cas 179
dico, cis 109. 195
dico, & edico 73
dicere, pro intelligere 141
diceres. i. crederes 180
dictus dies 4
dictum ac factum 15
dicta, & prouerbia 52
diecula 79
dies, & noctes 76
differre 9. 79
differri doloribus 127
digamma 7
dilatio 74. 97
diminutiua ſimulata 131
dimittere exercitum 85
dinumero 143
dionyſia 81
ἁπλοῦς complexio 121
dis, dites 139
ditior 178
diſcedere 27
diſco 149
diſco de illo 45
diſcipulus 18
diſiungi ∴ 172
diſpicere 23
diſputare 1
diſſidium 172
diſſimulo 198. 192
diſtrahere 184
diſtributum 124
diuerſe 10
diuerticulum 61
diuinare 169
diuinus ibi.
dixi 168
Doceo ∴ 148
dolare 56
dolet 182
dolet mihi 120
dolor 10
dolus 56
dolos ∴ ibi.
dolo dicere 124
dolones 56
domus 138
dono 38
donum præmiũ, & munus 75
donax 66
dos 163
Drama 108
Ducere 7. 45. 124. 141
durare 130
dure 4
duriter ibi. 135

E, & i, cognatio 139. 177
è re nata 120. 140
Earum partim 148
Ecaſtor 16. 22
ecce 137
ecce autem 186
ecquid 54
Edepol 165
edicere, & iubere 71
edictum ibi. 85
educare, & educere 84
educare 109
edulia dea 178
Efferri 112
efficere 3. 151
effugere ∴ 10
effutire 199
Ego 169
egreſſus 161
egregij boues 150
egregie 3
egregium ibi.
Ehem 158
eho 25. 61. 156
ehodum 7
Eia corrigentis 76
εἰκόγε 19
elegans 51
eloqui ∴ 120
eludere 43
Emergere 57
emergi 120
emunctus homo 198
En 190
enecare 24
enimuero 15
eniti 22
εὐσυμπαθείας καὶ μεταφορικὸς λόγος 109
Eo 52. 155
eo ne 44
ἐπαγωγὴ ∴ 112
ἐπαγγελμὰ 154
ἐπαναφορὰ 127
ephebus 86
ephebia 3
epitheta tribus de cauſis nominibus adduntur 49
ἐπιτροχασμὸς 191
ἐπιτροπὴ 112
Erat 76
ergo 150. 179
eripere 189
ero eronis 180
erratio 131
error ibi.
erumpere gaudium 57
Es, & eſto 135
eſſe 179
eſſe opus facto 22
Etiam 4. 14. 19. 164. 174
etſi 160
Euadere 4. 7. 128
euenit 169
euenire 150
euentus 169
euge 14
eunuchi à Perſis inſtituti 48
euomere 128
Ex 72
ex animo 29. 143
ex ſententia 186
exactus 148
exanimatus 9. 160
exanimus 9
excarnificare 100
excludere 173
excludi 158
excurſo ſpatio 141
exemplum 72
exigo vitam 85
eximius porcus 150
eximia pecora ibi.
exin 29

exiſtimo 85.178
exoriri 154
exoro 42
exorator 52.149
exoſſare 124
expecto 17.121
expectatio 41.182
expedire 171
expedire animum 157
expetere 88
expiſcari 191
explanare ib.
explere animum 171
exponere 94.160
exporrigere frontem 141
expoſtulare 23
expoſtulatio 1.148
exprobratio 3
expromptamemoria 18
expuere 52
extillare 204
extollo 109
extorquere 127
extrema linea 74
extrudere 152
exulo 58

F, & h, commutatio 198
Fabulas, & partes eius 109
fabula data 148
faceſſat 197
facetus 52.91
facis 48
facile 27
facio 3.13.125.136
facio cum ablatiuo 23
facere fabulas 1
facere facinus 61
fac te 138
fac te huc 197
facere vorſuram 200
facta pecuniam 178
factum eſſe 120
facilis 141.171
facilitas 75.94.145.156
facilitas, & clementia 97
facul 197
fallere 8
falſus 17.24
falſum 10.41
famelicus 45
familiariter ferre 4
familia, & genu 120
fartores 45
fatuus, & infulſus 76
fatui, & fauni dij, & fatuæ nimphæ ib.
Felicitas aduerſa 49
ferè 191
ferme 18
fere 3.18.184
ferre æquo animo 180
fert conditionem 195
ferri canem foras 49
feſtinare 61
feſtiuum caput 119
feſtiuitas, & feſtiuus dies 75
feſtiuus dies 57
Fiat 55.159
fictum 41
fides 3.27
fides, & clientela 99
fidem habere 41
fideiuſſor ib.
fidelis 18.152.175
fidus 16.150.179
fidicina 180
fiducia 23.33
fieri 120
fingere 13.102
Flagitium 47.102.125
floccifacere 58
Fœdum 72
fœneratum 117
foris nominatiuus ſingul. 119
foras, vel foris locare 144
forcipes 180
forma 4.180
formoſus ib.
formidoloſus 81
fornax 205
fors fortuna 160.202
fors fuat 168
forum 179
forte pro fortuna 138
forte fortuna 41
fortuna 160.202
Fraus 40
frequens 4
fretus vobis 76
fructus 85.185
frugi eſt 85
fruor, & deriuata ib.
frui 81.144
frumen 144.184
fruges 85
frumentum ib.
Fucum facere 55
fugitans litium 197
fugitiuus 99
fundere verba 139
fungor 80
funus 4.179
furciferi 23
furtum 85
futilis 23.190

G Aneum 124
Ganeo ib.
gannitus 130
garrire 101
gaudere 34
Genialia curare 178
genus, & familia 120
gerræ 106
gerro, & congerro ib.
geſtire 57.185
Gladiatoribus animus 154
Gnarus, & gnaritas 41
Grandis 30.135.191
grandis natu 135
grandior 161
gratia 17.189
gratiam habere, & referre 81
gratulari 34
grauis 171
grauem ſe præſtare 144
grex 124

H, & f, mutua cõmutatio 194
Habere 50.110.114
habere gratiam 81
habet 4
haberi 32
habere fidem 48
habetur vxor, hĩ mulier 125
habita 32
habilis 64
habitior ib.
habitudo ib.
hæreo 66
hara 198
hariolus ib.
haruga ib.
haruſpex ib.
hau 76
Hei, & heu 85
hem 7.17.18.85
hercle vero 146
here, & heri 138
herilis filius 24
heus ib.
heus heus 120
Hic 15
hinc illinc 135
hilarus 138
hinc 4
Hoc 111
hoc agere 117
hoc illud 4
hodie 8.117.135
homo per paucos, & hominum 53
honeſtus 4
horreſco 133
hortor 178
hoſtis 172
hoſpes 101
Huc viciniæ 4
hui, hem, & ſimilia 85
huius non facio 114
Hymen 143
hymenæum ib.

IAM 17.114.131
Iam dudum 9.22
Ibi, pro tum 151
Id quod res eſt 115
Idoneus 19.159
Ignis 180
Illicet 18
ilico 20.114
ille 141
illiberaliter factum 135.191
illis pro illic 112.151
illicere 34
illudo 204
illuuies, proluuies 185
Impeditus 23
impendio 58
impero 3.31.50
impersonale verbum 4
impetro 17.61.170
implorare 127
imponere manum rebus 17
importunitas 9.100
impos animi 121
imprudens 38.41.94 15
impulſor 102.145
impulſio 127
impurus 94.124
In 57
in commune 20
in diem 74
in loco 146
in ipſo tempore 39
in ipſi nuptijs 34
in malam crucem 191
in medio ſtare 168
in mentem venire 61
in neruum erumpere 189
In neruum ire 198
in os laudare 119
in præſentia 148
in irem 151.174
in tempore 28
in vita 191
ἴναμὴ 183
incipere 75
incipio, & facio 73
incipere, & inceptare 91
incipere orationem 10
incogitans 183
indicare 109
indicium 74
indicio erit 109
indigne, & indignus 121
indignum 72
indiligens 135
inducere animum 54
induci 98
inductio 111
inducię 39
indulgeo 146
indulgeo me 48
induſtria 29
ineo 189
ineptio 192
ineptum 10.124.173
ines 23
infectum velle 3
inficias ire 121
infrigere 115
ingenuum 18.88
ingenia pro hominibus 4
ingenua 183
ingreſſus mare 34
ingratus 43
ingratis 178
inhoneſtum 49
inimicus 172
inire gratiam 57.50
initiari 178
initum 31
iniurie 114
inquam 96
inque, pro dic 101
inſanio 144
inſciens 178
inſciens, & imprudens 94
inſcitia ib.
inſcitum 170
inſimulare 191
inſolens 34
inſomnia in plurali, & in ſingulari 43
inſtigari 184
inſtat factum 4
inſula 131
inſultus, & fatuus 76
integrum 146
integra ab adoleſcente virgo 151
integra ætas 4
integrare 26
intendere 27.56
inter 15
interdico 165
interea 3.14.49.152
interea loci 45
intereſt 110
inter ſe amare 141
inter vias 61
interim 153
interloqui 96
interminari 19
interrogare 30
intertrigo 99
intertrimentum ib.
interturbo 25
interuenire 125
intrita 189
intro 158
inuadere 167
inuenire 13.43.75
inuenuſtus 173
inueſtigare 49
inueteraſcere 148

inuitus 184
inuocatus 76
inuolare in capillum 69
Ipſe 13
Ira 138
ira decidere 192
iracundia 10.138
ire 124
irritari 23
irruere 85
Iſti 1
iſtorſum 195
Ita aiunt 144
ita vt 166
itaque 119
itaque 21.154.166
item 4.110
itidem 155
Iubeo 50.71.127
iube 143
iudicare 165
iunceæ virgines 48
Iuno Lucina 18
ius 114.127
ius,& æquitas 110

L Abaſco 117
labeones 49
labia,labra, & labræ ib.
lacerare 150
lactare 24
lacus 131
lætari 34
lanij 45
laniſtæ ib.
lapis 156
laterem lauare 192
laudare 57
lauatum 94
lautus 52
Lectæ oues 150
lectos ſternere 81
legitima hæreditas 152
lenis,acer 186
lenitas 22.125
lenonia lex 193
lepidus 34
lepos ibi.
lepus 52
leuis 171
lex 8.180
lege agito 204
lex lenonia 193
Libella 178
liberi,pro vna filia 155
liberi, vnde 111
liberi,de vno dictum 81.127
liberalis 4.115.135.108
liberalis cauſa 115
liberalitas 110
liberaliter 3
liberatio 14
libertus 3
libuit 85
libenter ibi.
libido 84.155.199
licitum 18
licia 34.36
ligare 141
ligurite 45.72.91
limen 58
limis ibi.
lingua hæret 74
linea extrema 61
liquet 49
liquido 27
Locus 14.176
Λόγῳ ἀθυμμαχικὸς καὶ πρόφρικτος 109
loco motus 176
lora 114
longe 110
Lucina 18
lucus pro luce 141
ludere 189
ludibrio habere 151
ludit piſcis 124
ludere ludum 58
ludus in officio militari 9
lupus in fabula 129
lupum vidiſſe ib.

M Litera 115
Macellum 45
maceria 143
magis ex vſu 76
magiſter 3.176
maior 125
malum 4.125.130
malum,& damnum 94
male conciliatus 76
male loqui 191
malignus pro difficili 152
mature 71
manare 120
mancipium 46
mancipia,& ſerui 114
mancipio & cedendorum mos ibid.
mane aduerbium 3
manſuetus 11
Mea, & mea tu 6
mea ſententia 110
me vide 189
me habet ib.
mecum 56
mecum gaudeo 151
mecum teſtis 121
mecaſtor 150
medicina 131
memor,& gratus 117
memoria 28
memoriter 71
mercatus 117
mereri 13.100.115.163
mereo,& mereor 81
meritum 54
meridies 141
metuere 4.19.180
metus 179
meus 143
Mi 26
mihi 143.191
mihi crede 112
mihi dolet 120
μιμικὸς fabula 109
minus 8
minus feciſſe 170
minime hentium 60
miror vnde 28
miſargyrides 109
miſer 74.165
miſere 136
miſereri, & miſerari 90
mitto 125.187
mittere munera 178
miſſum face 25
Modeſtus 4.152
modo 24.51.162
modus 4
modo 120
modo meo 71
modi comœdiæ & agendæ 109
moleſtus 24
mollis frontis homines 67
molliter 139
moneo 150
monitor 186
monumentum 81
monſtrum 61
morbi graues 158
morata narratio 52
morata vxor 169
mores 166
moroſi 163.166
motorius modus agendi comœdias 109
motus loco 176
moueri 19
Mulciber 111.150
multare 111
munus, donum, & præmium 75
Muſicus 79
muſſitare 115
muſtela 62
muto factum 170
mutatio 169
mutilare 150
mutili boues ibi.
mutire 19
mutuum 36
Myconij,calui 34

N Litera 189
Nam 109
nanciſci 169
nares vnde dictæ 125
narrare 27
narratio conſtituta 180
narratio morata 51
natus abortus 161
nata res 140
nata oratio ibi.
natalis 182
nauiter 39
Nebulo 46.53
neceſſe,neceſſus,neceſſis, neceſſum, neceſſitas 74
nedum 89
negat 45
negatiuæ duæ, & tres 8
negocium 1
nemo 20
nemo quiſquam 150
nemo homo 119
nequeo mirari ſatis 61
nequeo quin lacrymem 159
neſcio quam 173
neſcio quid ibi.
nequitia 90.124
neſcio 157
neſcio 29
neutiquam 13.151.160
Nihil 8
nihil eſt 117
nihil prorſus 17
nimirum 56
nimis 132.143
Nobis 172
nolo 18.124
nolo factum 170
non auſim 69
nomina in dus 10
non, non 187
non vſus facto 157
non pœnitet me fama 171
noſco 3
noſcere,cognoſcere 71
noſter 48
noua fabula 148
noua forma oris 58
nouum 138
noxa, & noxia 69
Nubes 169
nubere ib.
nupta mecum ibi.
nugæ 124
nullus ſum 136.22.169
nullus 14.150
nunc 39.165
nunc vbi 41
nuncius 88
nunquam 15.120
nunquam quidquam 129
nunquidnam 9
nunquiduis 49
nuper 22
nupta cum illo 165
nuſquam gentium 130
Nymphæ fatuæ 101

O Noſter 141
Ob 23.174
obfirmare viam 162
obire mortem 9
obitus 174
obijcio 133
obiurgare 4
oblatum 120.159
oblectare 24
obnuncio 130
obuolus 14
obſecro,& oro 127
obſecundare 100
obſequium 3
obſequium non dictum à Terentio primum ibi.
obſeruare,obſeruatio 7.109
obteſtatio 10.184
obticeo 81
obtigit, & accidit 186
obtundere 14.58
obtrudere 10.18
Occidere 143
occipere 19
Odioſum 161
odium 151
OE, vox haruſpicum 179
Offendere 76
offerre iniuriam 176
offerri 159
officium 187
Oh 142
ohe 102
Olim 165
Omen 8
omiſſior 141
omnes,omnia 145
omphale 99
Opem ferre 9
opera 119.154.191
opera, & opus 80
operæprecium 9
opinari 14
opinari,& putare 96
opitulari 9
oppido 155
opportune 168
optimates 180
optatio,optari 76
opus illam rem 27
Orator 79.148
ordo 45.124
oriri 155
oratio 171
ornati genitiuus 14.45

oro 13.170
oro,& obsecro 127
Os lædere 141
os imprudens 69
os alicui lædere 141
oscitatio oscitantes 7
osculum 54
ostendere 168
Otiose 114
otiosus 81.ib.
Oues lectæ 150

PAce tua pacto 54
pædagogus 3
palma 179
palmarum 176
panis ater 71.91
papæ 72
par ingenium 48
par referre 152
parare 110
parare animo 150
paralepsis 151
parasitus 183
parcere,parsi,& peperci 189
parens 156
pariter 163
paræmia quid 40
paromion quid 22
paronomasia quid 10
partim ib.
partum 148
parui retulit 178
parumper 197
pati 152
passus ib.
passus capillus 86
paterfamilias 179
patrissare 120
patro 131
patronus 170
patruelis 127
pauere 162
paulisper 157
paulum,paululum,pauxillum, pauxillulum 110
pax,aduerb. 177
Peccare 97
pecora eximia 4
peius 150
pendere 90
pendere pœnas 81
pendet animi 99
penus in vario genere ib.
pepuli 48
per annos 134
per me 144
per tempus 172
percellere 29
percontari 49
percunctari 150
percurro ib.
perditus 14
perdoluit 81
perducere 41
peregrina 4
perij ib.192
perfeci 168
perficere 148
pergo 75
periculum 102.131
periculum facere 179
περὶ δυνατῶν quid 22
περίστασις 129
permanare,& manare 187
pernocto 120
perparce nimium 165
perpaucoꝝ hominũ homo 18
perpetuum 52
perquam,pro nimio 36.151
perquam 150
perreptatio 131
persequi 137
personarum in comœdijs decorum 20.114
perspexi his oculis 109
perspicere 159
persuadere 15
persuasio 119
pertinacia 127
peruicax 154
peto 165
petulantia,& procacitas 17.106
Phalerata dicta 195
phasma 193
phormio vnde 41
phormion 180
phy 177
Piget 125
piscatores 85.ib.
pistrilla 45
pitissare 131
Placet pro displicet 89
placidus 169
placitum 141
plaga 18
plasis 178
platea 127
pleonasmos 30
plerique omnes 189
plerique omnes,& pleraque omnia 3
plus satis 40
Pœnas pendere ib.
pœnitet 98
polliceri 74
pollicitus sum 99
pollicitatio 23.48
popularis 17.20
popularitas 114.177
porrò ib.
porro autem 11.22.27
porta 125
portare 131
portitores 184
portus 180
posco 131
postea 17
posteriores ferre 135
postquam 141
postremum aduerb. 109.176
postulare 13
postulatio 18.24.26.117
potica dea 27
potis 178
potior à potis 17
potissimum 18
præ 18.120
præme 129
præ, & præut ib.
præbere se 48
præcipito 142
præfinito 131
prædicare 57
præmium 58
præparare 23
præsens, absensque 81
præsentes dij 76
præsentia,& proxima 189
præstolari 49
præter 74
præter cetera 17
præterea autem 3
præterit 117
præteriti imperfecti vis 193
prætermitto 76
præuidere 110
prauum 7
precari, & precator 125
prehendere 104
precium 41
precium pro periculo 23
primæ partes 149
primulum 177
primus 120
primo lucu 130.141
prima fabula 141
primum 109
proh fidem, vel pro 121
pro 99
procacitas, & petulantia 74
procare 100
procax 84.152
proci ib.
procliue ib.
pro deambulare 4
prodere 139
prodere, & deserere, & deficere 13.94.169
producere 127
productores 23.41.81
profecto ib.
proferre 22
profugus 13.150
profuit 91
profundere 165
proin 112
proinde 39
prolixe 191
prologi officium 144
prolubium 79
proluuies,& illuuies 146
promereri,& mereri 58
promittere 121.15
promissio 24
promissionis modus 15
promoueo 161
propemodum 71.27
proprium 22.42.184
propter 27.36
propulsare 114.131
prorsum 15
prorsus 157
prorsus,& prorsum 19.141
proruunt se ib.
prosa oratio 59
prospicio 48
prospicere 135
protelare 175
protelum 184
proteruitas ib.
proteruas 100
prouerbia,& edagia 91.163
prouidere 52
prouiso 8
prouincia 36.165
prouinciam capere 142
prouoluere 179
proximus 19
proxima,& presentia 24
prudens 49
prudens,& sciens 39.41.94
Publicani 94
pudet 180
puditum 85.145
pudicitia 18
pudor 191
puer puellus 24
puera puella 19
puerpera ib.
pugil ib.
pugna 184
pugnus ib.
pulchre sobrius 114
pulpa 79
punctum 161
purgo 182
pus 156
puto 52
putare, & opinari 4.18.61.90.140
putatores 14
putamina 140
ib.

QVA 135
quaqua 26
quærere 4.48.127.150
quærere,& reperire 150
quæritare 4.124
quæritare, & quærere 40
quæstus 43
quàm geminatum 191
quàm pro quantum 169
quàm vellem 129
quando 19
quantum 8
quantum potes 32.121
quantum queo 69
quanti est 146
quantus quantus 125
quasi 179
quatietur foras 49
qui 136
quid 119
quid agitur 46
quid cõmemorem primum 75
quid est,si non hoc est? 10
quid facius? 125
quid hominis est? 68
quid ita? 27
quid me faciam 133
quidni 49
quid tum postea? 165
quid tu ais? 143
quid vis faciam 75
quidam 54.134
quiescere 60
quin 14
quinque amoris lineæ 61
quinque actus fabulæ 148
quippiam 18
quiritari 114
quis 133
quisnam ib.
quoad,pro quandiu 180
quod 11.30
quod faustum felixque sit 180
quod sciam 134
quoniam 109
Cum, pro quo 4

RApe in peiorẽ partem 109
rapina, raptio, raptus 124
Recepto 104.170
recta 157
recte 34.49.142.158
recte facitis 76
reddere 12.41.141.197
reddere animum 13
reddere iniuriam 170
reddi,& restitui 173
redite ad se 23.140
redintegratio 22
refero 19
refello 156.177.191
referre gratiam 65
refutatio 193
religiosus 94

relinquere 179
reliquum 1
remedium 183
remittere 79
remittere aliquid 159
remora 27
remorari ib.
renumerare 168
renuncio 19
reperio 184
reprehendo 109
reputo 18.61.90.
res 80.117.138.140.141
rem habere 42
rei seruire,& res seruit 155
rescire 152.164.174
rescisco 55
rescribi 209
resipiscere 26
respicere 36
restare 150
restitare 62
restim ductare 138
restituere 41
restitui 173
reticeo ∴ 81
retinere 110
reuiso 16
reuolutum esse 169
rex 189
Ridere 138
ridiculum 18
ringi ∴ 189
riscus 65
riuales 62
Rogare 127
rogitare 4
Ruere, & actiuum, & neutrum 141
rursum 157
rursum prorsum ib.

Sæuus 141
Sal 50
salsamenta 124
saltem 13
salue 10.74
salue mecastor 150
saluus sis 30
sanctum 143
sanctius 171
sane ∴ 8
sapio 189.191
sat habeo 13
satago 84
satis credo 75
satis pro imperio 184
satietas 74
satrape 80
saxum voluere 76
Sceleroſus,scelestus,sceleratus 61
scelus ib.
σχῆμα 58
scilicet 7.85
scire 36.164.104
scibis, & scies 85
scito 150
scitus 19
scitum 170
sciens 39.94
scirpus 36
scirtus vnde dictus 150
sciscitari 57
scortari 183
scortum 52
scribere 1
scriptura,& scriptor 108
scrupulus 34.117
Sectari, & secta 52.179
secundare 146
sed 33.279
sedere 135
sedulo 40.41.117
segnities 8
segregare 163
segregari 172
sempiternum 39
senior 191
sententia γνωμικὸ 22
sentio 33
sentus 45
sepultus sum 204
sequi 110
sera ∴ 65
seria 80
sermo 60
seruare 99
serui, & mancipia 114
seruire rei 154
seruitium 25
sexcenta, pro multis 197
Si, pro cum 180
si dijs placet 71
si est, vt admiserit 187
sic 30
sic est res 22
signum 14.33
silicernium 131
similia his, & horum 65
simulare 173
simultas 186
sincerum 41
sino sui 7.187
sine comminantis 169
sine modo 191
si quando 52
sis sciens 29
situs, a, um 121
Sobrini 30.162
sobrius 29
socordia ∴ 8
sodes 2.92
solers 54
solicito 89
solicitudo 192
solicitudo,& solicitatio 11.83
solicitari 26.169
solidum 24.48
soluere 114
sola soli 159
solæ 120
solus 130
somniare 41
sordidus,& sordidatur 85
sors,& fœnus 117
Spargere 121
spatium 159
spectator 58
spectatur 3
spero 17.81
spero me habere 71
spes 41
spoliare 150
spondeo,& despondeo 3.138
Squalidus 45
Statarius agendæ comediæ modus 109
statariæ comœdiæ 79
statim 201
statura, & status 58
statur 46
stat fabula 148
stellio 62
stillare 204
sto 26
stolidus 91
storax vnde 109
studere 154
studium 149.154
stupidus 148
stylus 1
Sua mater 169
suadere 124
suasoriæ loci 192
suauium 54
sub 89
subditus pro suppositio 106
subducere 71
subducere rationem 141
subijcere 191
sublatus 163
sublimem 32
submouere 58
succedere 25
succensere 17.102
succenturiari 184
succus 48
succus orationis 187
sumere 10.109.150.223
sumptus 109.178
summus 27
superesse 84
superstes 12.106
superstitiosi 19
suppeditate 76
supplicio 13
supponere 71
sursum deorsum 76
suscipi 18
suspectus 160.167
surrina 131
synecdoche quid 119

TAberna 124
taceo,reticeo,obticeo 81
tace 117.104
tacere 15.81
taciturnitate 3
tam diu 183
tam paruula 120
tandem 135
tangere 52
tantidem 115
tantillus 131
tantisper ∴ 81.110
tantopere 132
tardus 76
Tegere 152
temere 99
temetum 9.61
temulentus ib.
temno,temnor 19
temperans 185
templum, vnde contemplari 94
tempus 19
tempus ita fert 141
tempore,& tempori venit 28
tempus dum tulit 276
tendere 60
tendere,& retinere 112
tennitur,& tenditur 189
testimonij dictio est 187
Timere 157
timere,& metuere 4.180
timor 24
timidus 61.121.184
Tolerare 151
tollere 18.94
torquere 127.116
Tralatum 167
transdere ib.
transire 56
trepidatio 157
triclinium 81
tristis 60.151
truculentus 141
Tute 27
tubet 117
tum 19.37
tundere ∴ 151
turba 85.149
turbare 169
turpari 155
tuæ istæ 141

VPro V valeas 151
valeant ∴ 133
validus 26
vallus 163
Vbi 46
vbi vbi 14
Ve,vehemens 26
vel 89
vellem equidem 19
venire in dubium 286
venire in mentem 117
venter 61
venustus 204
verbenæ 174
verbum pro ἀξιώματι 27
verbum pro verbio 2
verba commutare 65
verba 197
verba ad rem conferre 65.144
verba dare 65
verbum facere 9.38
verecundia 7
vero 24
vertere 28.62.69.72
vertumnus 115.37
verus 115.138
verus color 17
verum, nomen 58
veterator 49
veternosus 18.102
vetus, vetulus 62
Vi,clam,precario ib.
via 49
vicina,vicinitas 18
victus 79
videlicet, & scilicet 156
videre 85
vide 14.27.152.158
videndum est 86.191
viere, vietores 179
virtus 62
villa ib.
vimenta 98
vimina 62
violenter ib.
vir 193
virgo 138.64.65
virtus 138
vi coactus 177
visa 184
visere 55.157
vita 152.158
vita clemens 104.110
vitam viuere 110
vitium ∴ 141
vitio dare 148
vituperare 1
victus,& cibus ib.
vix 89
vix 121.156.186
vix 161

vix tandem 186
Vltima platea 184
vltro 45
vltro cito 76
Vncia, vnciatim 178
vnde vnde 26
vnus 4
Volare 161
volo 18
voluo 197
voluptatis affectus dupl. 141
vorsura soluis 100
vorsuram facere ib.
Vspiam 109
vsque 161
vsura 146
vsus 81
vsus venit 193
Vt 1. 14. 19. 49. 133. 159
vtut 26. 117. 133
vt ne 16. 183
vterque parens 69
vtinam 30. 128
vtinam ne 182
vtor 146
vtantur sine 140
vti foro 179
vti 1. 191
vtrum 168. 197
Vultus 4
Vxor vnde dicta 151

FINIS TABVLAE.

VOLCATII SEDIGITI DE COMICIS LATINIS IAMBI.

Multos incertos certare hac rem uidimus,
Palmam poëtæ comico cui deferant.
Eum, me iudice, errorem dissoluam tibi.
Vt contra si quis sentiat, nihil sentiat,
Cæcilio palmam statuo de comico.
Plautus secundus facile exuperat ceteros.
Dein Nævius qui seruet, precio in tertio est.
Si quid quarto detur, dabitur Licinio.
Post insequi Licinium facio Attilium.
In sexto consequitur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octauum obtinet.
Nono loco esse facile facio Luscium.
Decimum addo antiquitatis causa Ennium.

IVDICIVM DE COMPARATIONE TERENTIJ, & PLAUTI.

Quarcos poëtas comicos mitto libens?
De Latinis quid sentiam iam iam eloquar.
Plautum Terentio qui obstinate præferunt,
Grauiter mihi videntur errare. Siquidem
Nemo negat Plauto sermonis Latij
Proprietatem supremam. Sed nec ea deest
Terentio, vel maior. Atque præterea
Seruile Plauti ingenium, & plebeium nimis
Terentius liberali stylo, & extra sales
Vulgares posito non vulgariter superat.
In hoc, Latinæ musæ, parcite Sedigito,
Qui principi Latinæ comœdiæ abstulit
Meritam hercle laudem, si comico cuiquam alij.

TERENTII ANDRIA.

FABVLÆ INTERLOCVTORES.

Simo senex,
Pamphilus adolescens,
Dauus seruus,
Dromo lolarius,
Sosia libertus,
Charinus adolescens,
Byrrhia seruus,
Crito hospes,
Chremes senex,
Glycerium meretrix,
Mysis ancilla,
Lesbia obstetrix.

IDIOMATA PERSONARVM PRÆCIPVARVM.

SImo pius in filium, sed natura vehemẽtior. Pamphilus pius in patrem, sed fideliter amans, & cordatus vt adolescẽs. Dauus vafer, ac spei pertinacis. Charinus simplex, ac nullius consilij. Byrrhia, Dauo dissimilimus, desperandi auctor. Crito pauper, sed ob probitatem impatiens contumeliæ. Chremes pius in filiam, alioqui Simonis dissimilimus, ingenio sedato, & placido componens omnia. Mysis callida, & heræ amans.

RATIO NOMINVM.

SImo dictus est à specie. Simi enim ferè sunt iracundi. Chremes, παρὰ τὸ χρέμπτειν, quòd senes tussi expurgent pectus. Pamphilus à fideli amore. Charinus à beneuolẽtia animi. Sosia, quòd seruatus in bello. Dauus à patria. Opinor, & Byrrhia, sicut & Mysis. Nam Mysi quemadmodum Phryges seruile genus erant. Glycerium, à voluptate. Lesbia, à patria. Crito, quòd controuersiam dirimat. Dromo, à cursu.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

ORorem *falsò creditam meretriculæ,*
Generæ Andriæ, Glycerium vitiat Pãphilus.
Grauidaq́ facta, dat fidem vxorem sibi
Fore hanc, nam aliam pater ei desponderat
Gnatam Chremetis: atque vt amorem comperit,
Simulat futuras nuptias, cupiens suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Daui suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium insperato agnitam,
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

AELII DONATI PRAEFATIO IN ANDRIAM TERENTII.

COMOEDIA Andria, cum palliata sit, de loco nomen accepit, & à Menandro prius, & nũc ab ipso Terentio, qui cum de Chryside loqueretur, sic ait, Hei vereor ne quid Andria apportet mali hoc. & cõe vocabulum est, & in Græca, & in Latina lingua. Hæc maiori ex parte motoria est, continetq. actus amatorum adolescentium, & patrum pios. Sunt ibi callidi serui, astutæ ancillæ, seueri senes, adolescentulæ liberales. In hac primæ partes senis Simonis sunt, secũdæ Daui, tertiæ Chremetis, & deinceps reliquorũ. Prologus in hac acer inducitur, & in aduersarios non mediocriter exasperatur, sed tamen id subtiliter, vt omnia lacessitus facere videatur, ac dicere. Hic protasis subtilis, epitasis tumultuosa, catastrophe penè tragica, & tamen repente ex his turbis in tranquillum peruenit.

Hæc prima acta est ludis Megalensibus M. Fuluio ædile, & M. Glabrione, & Q. Minutio Val. Curulibus. Egerunt L. Attilius, Latinus Præneſtinus, & L. Ambiuius Turpio. Modos fecit Flaccus Claudij filius tibijs paribus, dextris, & sinistris. & est tota Græca, edita M. Marcello, & Sulpitio Coss. pronunciataque est Andria Terentij ob incognitum adhuc nomen Poëtæ, & minoris apud populum auctoritati ac meriti. Diuerbijs auctenticis lepide distincta est, & successu spectata prospero, hortamento Poëtæ fuit ad alias conscribendas. Initium autem προτατικὸν πρόσωπον. i. aduentitiam personam recepit Sosiæ propter euoluendam argumenti obscuritatem. Persona autem protatica ea intelligitur, quæ semel inducta in principio fabulæ, in nullis deinceps fabulæ, partibus adhibetur. Adnotandum sanè puellarum liberalium nullam orationem in proscenio induci in Comœdia Palliata, præter inuocationem Iunonis Lucinæ: quæ, & ipsa quoque post scenam fieri solet.

ARGVMENTVM EIVSDEM IN EANDEM.

CHremes Atticus, pater Pasibulæ & Philumenæ, cum ex his duabus se Pasibulam perdidisse falso crederet relictam Athenis, nec visam postea multo tempore, tanquam vnicam sibi putabat Philumenam: quam Charinus adolescens Atheniensis adamabat vnice, & sibi petebat vxorem. Sed pater eam Pamphilo cuidam Simonis filio vltro desponderat: qui Pamphilus cõtra sororem Chrysidis, ac peregrinam tum creditam Pasibulam supradictam alteram Chremetis filiam sub nomine Glycerij latenter sic amauit, vt ex ea filium suscepisset inscio patre, qua re intellecta commotus Simo pater Pamphili, dum per falsas nuptias tentat animum filij, multis dolis à Dauo ipse deluditur seruo, periculoq; Charini, & Pamphili motus error in fabula, vsque ad eum finem ductus est, dum Athenas veniens Andrius quidam Crito rem aperiat, & nodum fabulæ soluat: per quem agnita Pasibula recipitur à parentibus, & traditur Pamphilo amanti, Philumena vero Charino desponderur, & traditur exoptanti.

Perspecto argumento scire debemus hanc esse virtute Poëticam, vt à nouissimis argumenti rebus incipiens initium fabulæ, & originem narratiue reddat spectatoribus: auctoremq; præsentem sibi exhibeat, vbi finis est fabulæ. hunc enim ordinem, & circulum poëticæ artis, vel virtutis non modo secuti sunt Tragici, Comiciq; auctores, sed Homerus etiã, & Virgilius tenuerunt. Diuisionem actuum in Latinis fabulis interno scere difficile est, causam iandudum demonstrauimus. Vnde autem, aut quo modo, quamuis ægre, tamen intelligi distinguiq; possint, est operæprecium dicere. Principio dicendum est, nullam personam egressum quinquies, vltra exire posse. Sed illa re plerunque decipimur, quòd personam cum tacuerit egressam falsò putamus: quæ nihilominus in proscenio tacens loquendi tempus expectat. Est igitur attente animaduertendum, vbi, & quando scena vacua sit ab omnibus personis: vt in ea chorus, vel tibicen audiri possit, quod cum viderimus, ibi actum esse finitum debemus agnoscere. Confundit sæpe lectorem id, quod persona in superiori scena desinens, & in proxima incipiens loqui non intelligitur ingressa, quod ipsum experientes statim diudicant de rerum ac temporum quantitate potest enim fieri vt & sit ingressa ac egressa, quam praue credimus de proscenio non recessisse. Posse autem quinto egredi personam, non & necesse esse dicimus, vt appareat vltra exire non posse. In Tragœdia, & parcius exire, & solere pariter, & licere. Primus actus in Andria narrationem Simonis apud Sosiam continet argumenti, quòd populus hac occasione perdiscit mox querelam apud se Daui de domino, & eiusdem cum domino verba, & rursus eiusdem serui deliberationem quid rerum gerat. Secundi actus hæc sunt, Charini verba primo cum Byrrhia seruo, & post cum ipso Pamphilo de nuptijs, Pamphili sermo cum patre dolo consentientis in nuptias. Byrrhiæ verba Daui callida oratio aduersum senem. Tertio actu hæc attribuuntur, Mysidis cum obstetrice colloquium, Dauo, ac Simone audientibus, partus Glycerij suspectus seni: & Daui apud eum fraudulenta sermocinatio, Simonis verba cum Chremete de nuptijs, Daui perturbatio ac Pamphili. Quartum actum per hæc intelligimus, primo Charini verba sunt indignantis, velut fidem sibi non seruatam à Pamphilo, tum Mysidis verba apud Pamphilum, eiusdemq; quæstus, Daui administratio doli aduersus Chremetem. In quinto actu Simonis, & Chremetis propè turgium disputatio, tum detectio fallaciarum Daui, tum indignatio patris aduersus filium, tum Critonis interuentus, & per eum cognitis rebus in tranquillum res acta, ducentibus vxores quas concupiuerant Pamphilo, & Charino. Illud non commouere nos debet, quòd in horum actuum distinctione videntur de proscenio nõ discessisse personæ quædam: sed tenere debemus ideo Terentium vicinitatis mentionem fecisse in principio, vt modico receptis, & adesse, & abesse personam intelligamus, nihil ergo secus factum est ab antiquis, qui ad hunc modum Terentianas fabulas diuiserunt.

ACTA

ACTA LVDIS MEGALENSIB. M. FVLVIO, ET M. GLABRIONE AEDILIB. CVRVLIB. EGERVNT L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII, TIBIIS PARIB. DEXTRIS, ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRAECA, EDITA M. MARCELLO, CN. SVLPICIO COSS.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

HVius Prologi ratio eò tendit, vt nouo Poëtæ veniam paret, quòd non vt reliquit Poëtæ, argumentum suo loco narret: tum deinde, vt veterem in odium ducat. Postremo, vt Terentium modestissimum, minimeq; errantem comprobet.

PROLOGVS.

Trimetri.

OETA cum primũ animum
ad scribendum appulit,
Id sibi negoti credidit so-
lum dari,
Populo vt placerent, quas
fecisset fabulas.
Verum aliter euenire multo
intelligit:
Nam in prologis scribundis
operam abutitur,
Non qui argumentum narret, sed qui maleuoli
Veteris poëtæ maledictis respondeat.
Nunc, quam rem vitio dent, quæso animũ aduortite,
Menander fecit Andriam, & Perinthiam.
Qui vtramuis recte norit, ambas nouerit.
Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen
Dissimili oratione sunt factæ, ac stylo
Quæ conuenere, in Andriam ex Perinthia
Fatetur transtulisse, atque vsum pro suis.
Isti id vituperant factum, atque in eo disputant,
Contaminari non decere fabulas.
Faciunt næ intelligendo, vt nihil intelligant,
Qui cum hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium
Accusant, quos hic noster auctores habet:
Quorum æmulari exoptat negligentiam
Potius, quàm istorum obscuram diligentiam.
Dehinc vt quiescant porrò, moneo, & desinant
Maledicere, malefacte ne noscant sua.
Fauere, adeste æquo animo, & rem cognoscite,
Vt pernoscatis, ecquid spei sit relliquum,
Post hac quas faciet de integro comœdias,
Spectandæ, an exigendæ sint vobis prius.

OETA cum primum animum ad scribẽdum appulit) Principium factum est à commendatione personæ, & prudens, quòd honestus Terentius, & onore maiore Poëtam potius quàm Terentium dixit: vt illum, hoc ipso, de quo laborat, nomine ornaret. [Poëta cum primum) omnis huius prologi intẽtio hoc agit, vt nouo Poëta veniam paret, & veteri odium, & vt quam maxime modestum, minimeq. errantem Terentium probet. [Poëta cum primum animum, &c.) Iam meritum poëtæ dedit, Poëtam eundem dicendo, & ab omni eius, quem defendit. [Poëtam cum primum animum ad scribendum appulit) Sensus hic est, Proposuerat quidem poëta noster, vt in prologis argumenta narraret, sed hoc imputat L. Lauinio aduersario, qui eum facere non permisit quod proposuerat, male dictis suis ad respondendum eundem prouocans. [Appulit) Appellere proprie dicitur, cum ex pelago aut freto quis ad littus accesserit. Virg. Hinc me digressum vestris Deus appulit oris. [Appulit) In secunda lectione attulit fuit, sed appulit magis, vt Terentius postea sic, Animum ad vxorem appulit. [Negoti) Modo pro molestia, & cura, non labore. [Populo vt placerent) Vt, ne non, significat, nec est modo coniunctio. [Fabulas) Ad Fecisset, retulit fabulas, non ad Placerent, & est figura syllepsis. [Fecisset) Bene fecisset, non scripsisset. Vnde & poëtæ ἀπὸ τῆς ποιήσεως .i. à faciendo dicti sunt. Sic Virg. Pollio, & ipse facit noua carmina. [Verum aliter) Sic Virg. Maior rerum mihi nascitur ordo, & Maius opus moueo. Non enim hoc se elegisse dicit, sed quasi ex ordine ipso natum sibi esse. [Intelligit,) Quod credimus, plerunque falsum, quod intelligimus, certum est. [Aliter autem) Contra significat. Virg. Dijs aliter visum. [Verum aliter euenire multo intelligit) Adeo nec præparauerat, nec intenderat quenquam lædere, vt ipse falsus, lacessitusque hoc faciat. [Operam abutitur) Vtimur fructibus rei, quæ ab amantibus saluo vsu nobis subministratur. Abutimur, quando deperdimus, & rem, & fructum. Nã vsui est ager, domus, abusui vinum, oleum, & cetera huiusmodi. Cicero: Non debet, inquit, ea mulier, cui vir bonorum suorum vsum fructum legauit, cellis vinarijs, & olearijs plenis relictis, putare id ad se pertinere. vsus. n. non abusus legatus est, ea inter se sunt contraria. Hæc in Topicis. [Argumentum narret) Quod vere prologi est officium. [Qui) Pro vt. ergo non est modo pronomen. [Sed qui maleuoli Veteris poëtæ) Primum à natura, maleuoli: deinde à tempore, vel ab inuidia, veteris, à signo æmulationis, poëtæ. Verus plerunque refertur ad laudem, interdum ad vituperationem, vt hic. & alibi. Vetus, veternosus, senex. [Veteris) Pro carioso, & quasi rancidi, posuit, atque ideo maleuoli, non criminibus, sed maledictis. Quid autem inter maledictum, & crimen intersit, docet Cic. in Tusc. [Veteris) Ratio inuidiæ. [Poëtæ) Causa insectationis. [Maledictis) Criminatio aduersarij. [Veteris poëtæ) Quia senex Lucius edebat fabulas, adolescentulo tunc Terentio. Et eleganter, maleuoli veteris maledictis, commendatio poëtæ à persona aduersarij. [Respondeat) Excusatio respondentis, quòd non obsistat, sed respondeat. [Nunc quam rem) Quã, qualem. [Vitio dent) Vituperent, culpent. Vituperare, est mala vitio dare, & etiam bona. [Nunc quam rem vitio dent,) Vtrum, Nunc animaduertite, an, Nunc vitio dent? & oratorie quasi multos facit, cum vnum supra dixerit, vt Virg. Desiste manum committere Teucris. [Nunc quam rem vitio) Propositio est. [Aduertite) Legitur, & attendite, vnde manifestum est, & aduertite, & attendite non esse plenum, nisi addideris Animum. [Menander fecit Andriam) Narratio est, & proprie fecit. Scribit enim Terentius, qui verba adhibet tantum: facit Menander, qui etiam argumentum componit, sed sæpe ad laudem Terentij, Fecit, pro eo quod est transtulit. [Vtramuis) Prima scena Perinthie, pene ijsdem verbis, quibus Andria, scripta est: cetera dissimilia sunt, exceptis duobus locis, altero ad versus xj. altero ad versus xx. qui in vtraque fabu-

DON.

la positi sunt. [Qui norit vnam,ambas nouerit) Omnem rem vno versu nouerit.[Vtramuis)Deest harum . [Nō ita dissimili) Ordo : Ita non sunt.Ergo Ita subdistinguendum . [Sed tamen) Discretio est à superioribus,& est ἀνακόλουθον.nō enim supra posuit Quidem. [Non ita dissimili sunt oratione) Ita,pro valde, & caute : potuit.n.dici,Quomodo ergo sunt duæ dissimili oratione?[Ita)Ne Menandrum culpare videatur,Ita adiūxit,quod laudis est.[Oratione ac stylo)Oratio in sensu est: stylus in verbis:Oratio ad res refertur,stylus,ad verba:Stylus non est in tempore,sed prolata oratione,oratio autem est,&in cogitatione & in prolatu . Orationem in sententijs dicunt esse,stylum in verbis,argumentum in rebus. Ergo in poëmate oratio est . [Quæ conuenere in Andriam) Apparet non de industria, sed casu esse trāslata ea quæ ex Perinthia in Andriam eodem sensu,ijsdemq. verbis perscripta fuerunt.[Quæ conuenere in Andriam)Vnam ergo,non duas transtulit. [Quæ conuenere in Andriam) Quæ apta & commoda fuerunt,in Andriam Latinam,non Græcam, fatetur transtulisse . Sed quare se onerat Terentius, cum possit videri de vna transtulisse?Sic soluitur,Quia conscius sibi est primam scenam de Perinthia esse translatam, vbi senex ita cū vxore loquitur,vt apud Terent. cum liberto.at in Andria Menandri,solus senex est.[Id isti vituperant factum) Isti,ad repræhensionem sumitur personæ:interdum rei repræhensionem significat . vt Virg. Quid petis istis? [Vituperant) Vitium rei parant. [Disputant)Immorantur,calumniantur,argumentantur.[Contaminari)Proprie contaminare est manibus luto plenis aliquid attingere . & contaminare,attingere est,& polluere.Virg. Linquere pollutum hospitium.i.cōtaminatum.[Contaminari) Tāgi & relinqui polluta manu, ac per hoc voluit fœdari aut maculari,vt ipse ait,Ne hoc gaudium contaminet vita ęgritudine aliqua . [Contaminari non decere).i.ex multis vnam non decere facere . [Faciunt næ :) Næ quidam corripiunt,& cum interrogatione pronunciant,quidam producunt . quorum alij,ne,pro nec accipiunt.i.non alij næ pro valde . vt,Næ ego sum infelix : & Cic. Næ illi vehementer errant . Et hoc melius : nam statim infert . [Qui cum hunc accusant,Næuium , Plautum , Ennium Accusant)In singulis magna emphasis auctoritatis,sed ordo nō est seruatus . Ennius nanque ante Plautum fuit , sed , quod est summæ auctoritatis,Ennium vltimum dixit.[Næ)Nimis,multum, plurimum. [Qui cum hunc) Terent.inquit,specialiter accusantes,nesciunt se bonis omnibus maledicere,quos ille imitatur. & argumentum est ab exemplo & auctoritate . [Dehinc vt quiescant) Recte. nam quiescere ille dicitur , qui est insolens & inquietus.[Porrò)Porrò in futurum dixit . [Moneo) Terribiliter dixit . Cic. Moneo , prædico , ante denuncio . Liberatus culpa etiam terret,alibi etiam criminaturus aduersarios . [Noscant)Melius,quàm si dixisset audiant.[Fauete) Iam ad adiutores conuertitur,à quibus fauorem captat. Fauete dixit,q.d. Hoc aduersarij faciunt,vos autem,quod in vobis est,fauete. Vos ergo fauorem fauite . Et Adeste non vt absentibus dicit , quippe qui corporibus præsto erant,sed,intenti estote,fauete, silete . sic & Pontifices dicunt,fauete linguis, fauete verbis . Vnde Virg. Ore fauete omnes . [Adeste) Animis .s. auxilium præbere : vt aduocatus reo dicitur adesse.[Aequo animo) Ab honesto . [Et rem cognoscite)A iusto.[Cognoscite)Pernoscite: Sic dixit,Cognoscite vt pernoscatis,quemadmodum in Hec.Orator ad vos venio ornatu prologi:Sinite exorator sim. [Vt pernoscatis) Ab vtili.[Reliquum)Sunt qui pro reliquorum accipiant,vt sit sensus,De hac fabula sumite specimē, vt sciatis an ceteræ vobis spectandæ sint. Nam postmodum dictum alio prologo,Alias cognostis eius , quæso hanc noscite . [Reliquum) Quasi diceret , Postremum . ergo aduerbium est .i. τὸ λοιπόν . Sed siue hoc reliquum dicit,siue reliquum pro reliquorum: geminato u,scribitur . [Deintegro) Vtrum denuo,an ex integris Græcis? [Quas faciet comœdias) Syllepsis,vt supra, ad verbum enim faciet declinauit,non ad spectandæ sint . [Spectandæ) Proprie , vt fabulæ .i. probandæ . [Exigendæ) Excludendæ .

OVID. POETA cum primum &c.) Hic prologus quam in manibus habemus est relatiuus quoniam in aduersarium, maledicta referuntur & quidem acriter ea tamen subtilitate vt poëta videatur omnia refellere lacessitus aduersarij maledictis . Sunt quatuor prologi species , alius est commendatiuus in quo fabula aut poëta commēdatur. Alius relatiuus quo aut aduersario maledicta aut genere populo referuntur. Quidam est argumentatiuus fabulæ argumentum exponens . Quidam minus omnia hac in se continens.Hic autem prologus relatiuus est in quo defensor poëtæ introductus,intendere nititur poëtam modestum minimeque errantem,& aduersarium in inuidiam vocare,cuius maledictus respondendo occupatus à narrando argumento sua persedere cogitur . Comici autem solent introducere non seipsos in prologis loquentes,sed alium inducūt ex abrupto aduersarium repræhendentem poëtæ commendationē adhibita.quod fecit Aristophanes inducens in prima comœdia sua Chremete, quid etiam satis videre est in ipso Andrię prologo in quo poëtę defensor inductus captat beneuolentiam à persona poëtæ eam commendando,& à persona aduersarij eā in crimen, & in inuidiam vocando.Poëta cum primum &c.Poëta à ποιέω.i.facio dicitur q̄ carmina faciat.Virg.Pollio & ipse fa. no. car. Appello lis ex.ad & Pello significat subducere naues ad littus, quasi appellere naues ad littus,Inde appulsus.i.accessus & proprie ad aquam vel ad littus , transferē ad alia sed appellos as,significat nomino nominas.Cic.j.epist.iij.quoque verbo orationis suę me appellabat , quod ex ad & pello as componit quod simplex non est in vsu , sed composita eius appello & compello cōpellas quod est alloquor alloqueris . Virg. Prior Aeneam compellat Achates. Negocium interdum capitur pro labore vt nō est magni negocij debilem superare.i.magni laboris.Interdum capitur pro molestia cura,siue solicitudine. Cum primū vt primum vbi primū statim vt simulat , simulatq. postquā posteaquam idem ferè sibi volunt postulantq. quo verba,quamprimum vero quod significat citissime vnum tm vt veni ad me quamprimum.i.citissime , interdum cum primum duæ partes sunt, vt hæc. Ordo est. Cum .i.qñ poëta appulit animum.i.applicuit, vel adhibuit ingenium adscribendum.i.componendum poëma credidit id negocij.i.illam solicitudinem solum.i.tantummodo dari sibi vt.i.ne nō vt (Donati sententia)fabula.i.fabulæ vel subaudiat fabulæ quas fabulas feciſſet placerent populo vt sit sensus putauit sibi duntaxat illam curam,siue illum timorem relinqui q̄ suæ fabulæ populo non placerent,de quo vnusquisq; poëta solet esse solicitus. Aut si ponatur negocium pro labore,& vt pro q̄ sensus erit putauit solum illum laborem sibi relinqui , vt efficeret suas fabulas populo placere sed spe falsus intelligit sibi esse maledictis poëtæ laceſſentis respondendum , itaque ordo est . Verum poëta intelligit euenire multo aliter.i.longe secus vel valde contra . quare , nam abutit opera .i. labore & industria,hoc est non bene collocat laborem suum in prologis.i.in præfationibus scribendis præsertim qui poëtas.s.non narret argumentum .i. fabulæ materiā vt facere deberet,sed respondeat maledictis .i. purget detractiones est criminationes poëta natura maliuoli & longa consuetudine quia iam veteris & in æmulatione inueterati,Vbi aduertēdum puto dictum Diomedis legentis operam abutitur, inquit , enim ita fuisse antiquos locutos vtor hanc rem,& abutor hac re quod à recentioribus dictum est vtor hac re,& abutor hac re,vt ait Donat. vtimur fructu rem ipsam non deperdentes . Abutimur autem,& rem deperdentes, & fructum . vtimur enim agro abutimur oleo aut vino . Nunc quæso .i. posco vos spectatores animum aduertite.i.diligenter attendite quam rem vitio dent.i. quid vituperent , & improbent quod si subauditur hic datiuus poëtæ sensus est attendite de qua re poëtam vituperent . Nam dare rem aliquam , vitio alicui est eum vituperare super illa re . Itidem vertere rem aliquam vitio cuiquam idem significat Menander narrat,quod vitio,illi dant inquiēs verti sibi vitio quòd transferrens Menandri Andriam , & Perinthia altera comœdia Græca concesserit in suam latinam Andriam quæ illi cōgruere, visa fuerunt , quod non diffitetur confutans ab auctoritate , & exemplo id vitium non esse præcipue eū id grauissimi auctores comici effecerint.Attendite ordinem. Menander poëta Græcus fecit Andriam,& Perinthiam Græcas comœdias, & bene fecit , quia earum argumentum excogitauit,scribit autem Terent.trāsferens,licet in eius laudem,& facere quoque dicaſ, qui norit .i. cognouerit,recte.i.bene,& vt intelligi debet vtramuis earum .s. hoc est vtramlibet,siue alterutram earum,nouerit ambas,nō ita .i. non adeo dissimili sunt argumēto.i.materia,sed tm̄ sunt factæ dissimili oratione.i.dissimilibus sententijs ac dissimili stylo.i.iūctura verborum.Vbi aduerte orationem in sensu siue sententijs esse, stylum in verbis siue eorum iūctura qui etiam character dicitur, argumentum autem in rebus . Ipse poëta fatetur transtulisse .i. traduxisse ex Perinthia Græca in Andriam Latinam , ea quæ conuenere.i.commoda fuerunt & apta,atque fatetur se esse vsum illis trāslatis pro suis.i.tanquam à se inuentis vel pro sibi conuenientibus isti maleuoli .s. per contempus dicitur, vituperant factum illud atque disputant .i. immorantur,calumniant , vel argumentantur in eo videlicet quod sequitur.i.nō decere .i. honestum esse fabulas contaminari.i.quasi fędari,aut maculari

ex

ex multis vnam faciendo. Contaminare.n.est manibus luto pleno aliquid attingēdo illud relinquere pollutum maculatum si ue fœdatum. Ne.i.certe, vt ait Laurentius vel vt Donatus.i.valde ne intelligendo.i.prout nimis curiosi minima quęque rimando efficiunt, vt nihil intelligunt, interdum.n.nimia curiositas.ac vt poëta, inquit, obscura diligentia potius est omittenda qua sequenda. Alij capiunt ne pro vtrum interrogatiue illud dictum legendo, alij pro non verum vt bene sentit Donatus, melius est vt pro certe aut valde accipiatur. Qui maleuoli cum accusant.i. arguunt hunc Terentium accusant Nævium, Plautum, Enniū, poëtas magnæ auctoritatis, quos poëtas hic noster poëta habet auctores.i.imitandos.i.quorum sequitur auctoritatem, & eorū imitatur auctoritatem. Quorum poëtarum exoptat.i.præelegit, æmulari.i.imitari aliquando inuadere negligentiam .i. non nimiam curiositatem potius quàm exoptet æmulari diligentiā .i. curiositate, obscuram.i.afferentem obscuritatem dictis istorū maleuolorum. Dehinc, admonet eos vt cessent maledicere ne audiant malefacta sua. Dehinc.i.deinceps, moneo.i.admoneo eos vt porro.i.in futurum siue postea, quiescant.i.quieti sedent qui tam insolentes sunt inquieti neque amplius animum suum perturbatione inuidiæ vexent, & desinãt.i.cessent, maledicere .i. detrahere ne noscãt sua malefacta manifestatione poëtæ qua sit criminaturus eos, & vitia detecturus ni cessent detrahere. Fauete, ad auditores conuertitur à quibus fauorem captat. Fauete.i. fauorem dare silendo, sic & pontifices dicebant. Fauete verbis. Fauete linguis. & Virg. Ore fauete omnes, adeste .i. auxilium præbere, & intenti estote, vt aduocati ad sunt clientibus, æquo animo.i.bono animo, & cognoscite.i.intelligite rem.i.comœdiam agendam, vt pernoscatis .i. perfecte noscatis eam rem, & etiam cognoscatis quid spei reliquum sit.i.quæ sit apud vos reliqua spes, vel quid spei.i.quæ spes reliquum .i. reliquorū, hoc est reliquarum comœdiarū sit apud vos, an scilicet .i. vtrum comœdias.i.comœdiæ, vel subaudi comędię, quas comędias, poëta faciet.i.transferet, vel scribet post hac .i. a modo, vel in posterum, de integro.i.ex integris græcis, vel denuo, vt sit aduerbium. sint spectandæ.i.aspiciendæ vobis, pro à vobis an prius.i.antequam spectentur vtrum sint exigendæ.i.excludendæ, ejiciendæ, ab ex quod est extra, & ago agis, quod est duco ducis. Tanquam dicat de hæc fabula sumite specimen.i.degustationem, vt sciatis an ceteræ vobis spectandæ sint.

LATO. ARGVMENTVM Prologi) In prologo argm narrari solet, sed hic actor dilato eo, vt in ceteris etiam fabulis, defendit poëtam contra criminationes aduersarij, & interim perstringit illum admixtis vituperationibus, & postremo deterret, in fine attentionem cum silentio postulat à spectatoribus. [Poëta cū primum) Exordio captat beneuolentiam ab officio, factum suum excusans, & inuidia onerans aduersarium. [Veteris poëtę) Vetus poëta Lucius Lauinius Terentij æmulus. [Menander fecit) Narratio. [In Andriam ex.) Andriam subaudi Latinam, nam ante Græcam, nominauit. [Atque in eo disputant) Status controuersiæ. [Faciunt næ) Refutatio quam firmat exemplis. [De hinc vt quiescant) Comminatio. [Maledicere) Prouerbiale. [Fauete) postulatio attentionis ab augenda industria Poëtæ.

PETR. MARS. POETA cum primum &c.) Calliopius beneuolentiam & nominis claritatem Terentij, verbis venatur suis, illum poëtæ nomine honestans, quod aduersarij negabant, & aduersariū publicas oblectationes magno animo ac liuido impedientem, in odium populi adducit. Et vtitur statu absoluto. Fatetur enim id fecisse Terentium, quod aliorsum Poëtis conceditur. Et aduersarium ignorantiæ accusans, à iusto, honesto, & vtili efflagitat, vt Comœdia æquo animo spectet, ceteris comœdijs de integro edendis factura præiudicium. [Negocium pro labore ponitur) Cic. in oratione pro Roscio: Cum pater istius nullo negocio sic occisus. Maleuolentia est voluptas ex malo alterius sine emolumento suo. Prologus debet continere argumentum, & capita rerum, quæ postea per argumentationem explicandæ sunt, vt in Plautinis Comœdijs intueri licet. Ideo Terent. abutitur Prologo, quoniam non explicat argumētum, quo docilitas comparatur, & attentio, sed respondet maleuolis, quibus facit inuidiam. Maledictio, inquit Cic. in orat. pro Cœlio, nihil habet propositi præter contumeliam, quæ si petulantius tractatur, conuitium: si facetius, vrbanitas nominatur. Perinthus dicitur Heraclea, insula propontidis, à qua Perinthiam fabulam appellauit Menander, vt ab Andro Andriam. [Non ita dissimili sunt argō &c.) Fabius lib. v. sic ait: Argumentum quoque plura significat: nam & fabulæ ad actum scenarum compositæ argumenta dicuntur. Et Cic. ad Brutum ait: Quod argumentum simile non erat. Quo apparet, inquit, Fabius, omnem ad scribendum destinatam materiam ita appellari. Vulgoq. paulo numerosius opus, argumentosum dicitur. Cic. in orat. de Aruspicum responsis ait: Argumentum sententiamque audite. [Ac stylo &c.) .i. qualitate, nam modi orationis duo sunt, vt recte sentit Macrob. dispari moralitati diuersi. Vnus est maturus, & grauis, qui conuenit Comœdijs statarijs.i.quietioribus. Alter ardens, & erectus, qui motorijs.i.turbulentis conuenit. Cic. in lib. de oratorijs, quod Fabius in decem repetijt, optimum esse effectorem ac magistrū dicendi stylum dixit. Stylus instrumentum est, quo in pugillaribus olim aliquid adnotabatur. Quapropter stylus pro ipsa scriptione ponitur. Et est proprie stylus loquendi modus atque scribendi quem variant sententiæ colores, atque materia. [Oratione &c.) Oratio est generale vocabulum, cuius duę species, metrica, & soluta. [Porro moneo &c.) Porro significat olim, certe, valde. Hic ponitur pro olim .i. deinceps, & in futurum.

Henrichi Loriti Glareani, Patritij Claronensis apud Heluetios, in P. Terentij carmina per omnes eius Comœdias Iudicium.

QVoniam hoc in libello rudibus prodesse volumus, quædam admonere placet, verum id non perpetuo, sed semel atque iterum. Sunt enim quidam quibus non satis est, semel tantum admonuisse Lector id boni consulat, etiam atque etiam oro. [Id sibi negoti credidit solum dari) Negocium secundam syllabam producit. Horat. lib. ij. Ser. Cum tot sustineas, & tanta negocia solus. Ideoq. duo ij in vnam syllabam hoc loco contrahuntur per synæresim, nisi bacchiū tertio loco constituamus. [Nam in prologis scribundis operam abutitur) Aut non eliditur m, in Nam, aut prologis dixit, vt Græci polypus, & nos opilio. Hæc præceptor noster. At Ioan. qui in hunc auctorem, & diligenter, & oppido eleganter scripsit, existimat hoc factum latinorum more, apud quos præpositio pro lōga ferè est. Nisi quis, inquit, censeat non elidendum esse, m, in prima dictione versus. Sed alterum magis placet, cum præsertim alias quoque producat velut, in Heaut. Oratorem voluit esse me, non prologum. Et in Hec. Orator ad vos venio ornatu prologi. Hæc ille. Verum cum in Phormionis prologo primam syllabā de prologo corripiat. Nullum inuenire prologum potuisset nouus. Videtur hic etiam prologus legi posse adiectione u, ad o, vt Græci πολυδέμας καὶ κούρη, pro πολῳ δέμας, & κόρῃ, quoties eam syllabam longam habere volumus, alioqui manere illam breuem. Sen. tamen opinio placet. [Non ita dissimili sunt argumento) Nisi elidas in argumento syllabā, non constat trimeter: aut nisi legas, dissimili argumento sunt. Potest etiam legi, vt puto, commodius, Non ita sunt dissimili argumento, sed tamen. [Id isti vituperant factum) Eliditur .s, in isti. Quidam vituperant trisyllabon legunt, duabus primis breuibus, non elisо, s, Sed meo iudicio d, potius elidendum est in id, quod huic auctori valde familiare. Nisi bacchius sit primo loco. [Vt pernoscatis, & quid spei sit reliquum) Aut in pernoscatis eliditur s, aut spei per synæresim in vnam coalescit syllabam. Reliquum in prima producitur. addendum est enim κατ' ἐπάθεσιν alterum l. Hæc Sen. Posset autem, & carmen ita legi: Vt pernoscatis, & quid reliquum sit spei. & euitabimus tres has difficultates. Sanè longe maiores versum mutationes quotidie fieri in hoc auctore à criticis.

ACTVS I. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Simo narrat liberto primum honestam filij vitam. Deinde amatoriam. Ad postremum etiam aperit quo consilio se daturum illi vxorem simulare statuerit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hæc scena pro argumenti narratione proponitur, & totius fabulæ fa ciunctur fundamenta, ita vt virtute Poëta sine officio Prologi, & materiam Comœdiæ populus teneat, & res agi magis quàm narrati videatur: Simo enim hic argumentum narrat, quod prologus in maledictis refellendis occupatus omiserat.

Trimetri.

SIMO senex, SOSIA seruus.

OS istæc intro auferte: abite Sosia
Ades dum: paucis te volo.
so. dictum puta.
Nepe vt curentur recte hec.
si. imò aliud. so. quid est,
Quod tibi mea ars efficere hoc possit amplius?
si. Nihil istac opus est arte ad hanc rem quam paro.
Sed ijs, quas semper in te intellexi sitas,
Fide, & taciturnitate. so. expecto, qui velis.
si. Ego postquam te emi à paruulo, vt semper tibi
Apud me iusta, & clemens fuerit seruitus,
Scis. feci, è seruo vt esse libertus, mihi,
Propterea quòd seruiebas liberaliter.
Quod habui summum precium, persolui tibi.
so. In memoria habeo. si. haud muto factum.
so. gaudeo.
Si tibi quid feci, aut facio, quod placet Simo, &,
Id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam.
Sed mihi hoc molestum est: nam istæc cõmemoratio
Quasi exprobratio est immemoris benefici.
Quin tu vno verbo dic, quid est, quod me velis.
si. Ita faciam. hoc primum in hac re prædico tibi;
Quas credis esse has, non sunt veræ nuptiæ.
so. Cur simulas igitur? si. rem omnem à principio audies.
Eo pacto & gnati vitam, & consilium meum
* te hac in re Cognosces, & quid facere * in hac re te velim.
Nam is postquam excesit ex ephebis, Sosia,
Liberius viuendi fuit potestas: nam antea
Qui scire posses, aut ingenium noscere,
Dum ætas metus, magister prohibebant? so. ita est.
si. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli,
Vt animum ad aliquod studium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philosophos,
Horum ille nihil egregie præter cetera
Studebat, & tamen omnia hæc mediocriter.
Gaudebam. so. non iniuria, nam id arbitror
Apprime in vita esse vtile, vt NE QVID NIMIS.
si. Sic vita erat: facile omnes perferre, ac pati:
Cum quibus erat cunque vnà, ijs sese dedere,
Eorum obsequi studijs, aduersus nemini.
Nunquam præponens se alijs. ita facillime
Sine inuidia inuenias laudem, & amicos pares.
so. Sapienter vitam instituit: nanque hoc tempore
OBSEQVIVM AMICOS, veritas odium parit.
si. Interea mulier quædam ab hinc triennium
Ex Andro commigrauit * huc viciniæ, * huic
Inopia & cognatorum neglegentia
Coacta, egregia forma, atque ætate integra.
so. Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.
si. Primum hæc pudice vitam, parce, ac duriter
Agebat, lana, ac tela victum quæritans:
Sed postquam amans accesit, precium pollicens,
Vnus, & item alter; ita vt ingenium est omnium
Hominum à labore procliue ad lubidinem
Accepit conditionem, dein quæstum occipit.
Qui tum illam amabant, forte, ita vt fit, filiam
Perduxere illuc secum, vt vna esset, meum.
Egomet continuo mecum: Certe captus est:
Habet. obseruabam mane illorum seruulos
Venientes, aut abeuntes: rogitabam, heus puer,
Dic sodes. quis heri Chrysidem habuit? nam Andriæ
Illi id erat nomen. so. teneo. si. Phædrum, aut Cliniam
Dicebant, aut Niceratum, (nam hi tres tum simul
Amabant) eho, quid Pamphilus? quid? symbolam
Dedit, cœnauit. Gaudebam. item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere. enimuero spectatum satis
Putabam, & magnum exemplum continentiæ:
Nam qui cum ingenijs conflictatur eiusmodi,
Neque commouetur animus in ea re tamen,
Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum.
Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes omnia
Bona dicere, & laudare fortunas meas,
Qui gnatum haberem tali ingenio præditum.
Quid verbis opus est? hæc fama impulsus Chremes,
Vltro ad me venit, vnicam gnatam suam
Cum dote summa filio vxorem vt daret.
Placuit: despondi: hic nuptijs dictus est dies.
so. Quid * obstat, cur non veræ fiant? si. audiens. * Quid igitur obstat,
Ferè in diebus paucis, quibus hæc acta sunt,
Chrysis vicina hæc moritur. so. ò factum bene:
Beasti: metui à Chryside. si. ibi tum filius
Cũ illis, qui amarant Chrysidem, vna aderat frequẽs:
Curabat vna funus: tristis interim,
Non nunquam conlacrumabat. placuit tum id mihi.
Sic cogitabam: Hic paruæ consuetudinis
Causa mortem huius tam fert familiariter:
Quid, si ipse amasset? quid mihi hic faciet patri?
Hæc ego putabam esse omnia humani ingeni
Mansuetique animi officia. quid multis moror?
Egomet quoque eius causa in funus prodeo,
Nihil suspicans ẽt mali. so. hem, quid est? si. scies.
Effertur: imus. interea inter mulieres,
Quæ ibi aderant, forte vnam aspicio adolescentulam,
Forma. so. bona fortasse. si. & voltu Sosia
Adeo modesto, adeo venusto, vt nihil supra.
Quia tum mihi lamentari præter ceteras
Visa est, & quia erat forma præter ceteras
Honesta, & liberali; accedo ad pedisequas;
Quæ sit, rogo. sororem esse aiunt Chrysidis,

Percusſit illico animum. at at, hoc illud eſt,
Hinc illæ lacrumæ, hæc illa eſt miſericordia.
S O. Quàm timeo, quorſum euadas. S I. funus interim
Procedit: ſequimur: ad ſepulcrum venimus.
In ignem * poſita eſt: fletur. interea hæc ſoror,
* impo ſita
Quam dixi, ad flammam accesſit imprudentius,
Sati' cum periclo. ibi tum exanimatus Pamphilus
Bene diſſimulatum amorem, & celatum indicat:
Accurrit; mediam mulierem complectitur:
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum illa, vt conſuetum facile amorem cerneres,
Reiecit ſe in eum flens quàm familiariter.
S O. Quid ais? S I. redeo inde iratus, atque ægreferens.
Nec ſatis ad obiurgandum cauſſæ. diceret,
Quid feci? quid commerui, aut peccaui pater?
Quæ ſeſe voluit in ignem inijcere. prohibui.
Seruaui. honeſta oratio eſt. S O. recte putas:
Nam ſi illum obiurges, vitæ qui augilium tulit;
Quid facias illi, qui dederit damnum, aut malum?
S I. Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans,
Indignum facinus, comperiſſe Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinam. ego illud ſedulo
Negare factum. ille inſtat factum. denique
Ita tum diſcedo ab illo, vt qui ſe filiam
Neget daturũ. S O. non tu ibi gnatũ? S I. ne hæc quidẽ
Sati' vehemens cauſſa ad obiurgandum. S O. qui cedo?
S I. Tute ipſe his rebus finem præſcripſiſti pater:
Prope adeſt, eum alieno more viuendum eſt mihi:
Sine nunc meo me viuere interea modo.
S O. Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus?
* nolet S I. Si propter amorem vxorem * nolite ducere.
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria eſt.
Et nunc id operam do, vt per falſas nuptias
Vera obiurgandi cauſſa ſit, ſi deneget;
Simul, ſceleratus Dauus ſi quid conſili
Habet, vt conſumat nunc, cum nihil obſint doli:
Quem ego credo manibus, pedibusque obnixe omnia
Facturum, magis id adeo, mihi vt incommodet,
Quàm vt obſequatur gnato. S O. quapp? S I. rogas?
Mala mẽs, malus animu'. quem quidem ego ſi ſenſero.
Sed quid opu'ſt verbis? Sin eueniat, quod volo.
In Pamphilo vt nil ſit moræ: reſtat Chremes:
Qui mihi exorandus eſt, & ſpero conſore.
Nunc tuum eſt officiũ, has bene vt aſſimules nuptias,
Perterrefacias Dauum, obſerues filium,
Quid agat, quid cum illo conſilij captet. S O. ſat eſt:
Curabo: eamus iam nunc intro. S I. i præ, ſequar.

DON. VOS iſtæc intro auferte:) In hac ſcena hæc virtus eſt, vt argumenti narratione actio ſcenica videatur, vt ſine faſtidio longus ſermo ſit, ac ſenilis oratio. [Vos iſtæc) Hæc ſcena pro argumenti narratione proponitur, in qua fundamenti fabulæ iaciunt vt virtute poëtæ, ſine officio prologi, vel θεῶν ἀπὸ μηχανῆς, & periocham comœdias populus teneat, & res agi magis qui narrari videatur. [Vos iſtæc intro auferte: abite Molliter retenturus, & experturus Soſiam, imperat vt remaneat. addit etiam cauſam alijs abeundi, dicendo, Iſthæc intro auferte, ne ſuſpicionem inijciat, Soſiam communicandi ſecreti cauſa remanſiſſe. Et bene, auferte. Auferimus enim ea quæ cum faſtidio cernimus. Ferimus ea quæ cum honore tractamus. Deinde quaſi reſpicientes increpat, dicendo. [Abite,) Abite, concitatius legendum: eſt quia & reſpectantes properanter diſcernit à Soſia. Soſiæ perſona protatica eſt, non enim vſque ad finem perſeuerat, vt eſt Daui in Phormione, in Hecyra Philotidis & Syræ. [Ades dum) Ades, imperatiuum, eſt dum παρέλκον. eſt enim productio & adiectio ſyllabæ, vt Ehodum ad me. [Paucis te volo) Deeſt colloqui, & verbis, & eſt figura eclipſis. [Dictum puta) Ad hoc reſpondet, vt agi res videatur, quemadmodum ſupra diximus. [Vt curentur recte hæc) Diligenter coquantur. Curatio, proprie medicorum eſt, cura, reliquorum. ſed coquina, medicinæ famulatrix eſt. [Hæc) ἀκριτικῶς. [Nempe vt curentur) Deeſt vis, vt ſit, nempe vis. [Imò aliud) Bene ἀντίφρασιν τὸ Imò, & deeſt volo. [Me ars) Ars ἀπὸ τῆς ἀρετῆς dicta eſt per ſyncopam ἀρετή autem, virtus eſt. Virtutis vero quatuor generales ſunt partes. Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, & Temperantia. ſed prudentia, in multis rebus deſcendit. [Efficere) Facere, eſt in opere eſſe: ſed efficere, perfectionem deſignat. [Nihil iſthac opus eſt arte) Mire ait, arte opus non eſt, ſed opus eſt artibus. [Sed his quas ſemper in te intellexi ſitas) Ipſe hic ſignatiſſime oſtẽdit, multas, variasq; artes eſſe. i. ἀρετὰς quæ virtutes intelliguntur. [Sed his) Zeugma à ſuperiore, quòd ſubauditur artibus. [Sitas) Conſtitutas, poſitas. [Fide & taciturnitate) Fides eſt commẽdatorum fides executio, vel obſeruantia. Taciturnitas vero obſeruantię genus in ſilẽtio conſtituta, & in celando ſecreta. Quærit autẽ taciturnitatem, ne prodat Pamphilo ſecretum quod ei commendaturus eſt. Fidẽ, ad complenda: taciturnitatem, ad celanda mandata. [Expecto) Expecto deſidero, vt Virg. Expectate venis. [Quid velis) Deeſt, ſcire. nam ſi dixiſſet, quod velis, nihil deſideraſſet. [Ego poſtq;) Commendatio perſonæ potius quàm ſerui, ne contra filiũ leui ſeruo aliquid committi indecore videatur. [Te emi à paruulo) Tale eſt, Paruulum ego te Iugurta apud Saluſt. [A paruulo) Nõ enim à paruo, ſed à paruulo. [Scis) Hoc eſt à paruulo ſcis. [Sem per) Continuationem ſignificat ſemper. [Iuſta & clemẽs) Ita dixit iuſta: vt alibi, Nõ neceſſe habeo omnia pro meo iure agere. Quid enim non iuſtum domino in ſeruum? [Iuſta) In qua nihil iniquum iubetur, clemens, in qua etiam de iuſto, multum remittitur. [Apud me Iuſta). i. moderata, æqualis. cui contrarium ait Virg. Et iniquo pondere raſtri. Et, Iniuſto ſub faſce viam dũ capit. Nam qui iuſtam, debitam, nunc dici putãt, nihil afferunt ad iuuandam ſententiam. [Iuſta & clemẽs fuerit Seruitus) Liber tatem imputaturus, clemẽtem intulit ſeruitutem. [Seruitus) Mi re ſeruitutem pro dominatu poſuit. Sic Saluſt. Dein ſeruili impe rio P. C. [Feci è ſeruo vt eſſes libertus mihi) Dulcem libertatem fecit operatione, & tractatione ne verborum, dicẽdo ex ſeruo liberum. non enim tantam haberet gratiam, ſi dixiſſet, feci libertus vt eſſes, quàm ſi dicat, feci è ſeruo vt eſſes libertus, ac ſi quis dicat. feci vt eſſes ſanus, non tantam habere gratiam, quàm ſi dicat. feci vt ex ægro ſanus eſſes. Et mihi emphaſim habet, quòd mihi libertus factus ſis, non filio. Aut ideo mihi additum eſt quia libertus ad aliquem dicitur. Et bene mihi ne pertimeſceret filiũ, cui nec liberti munus debeat. [E ſeruo) Mire addit è ſeruo, vt vim beneficij exprimeret. [Scis, Feci è ſeruo vti eſſes libertus mihi) Hinc Virg. Aen. xij. Nympha decus fluuiorem animo gratiſſima noſtro, Scis, vt te cunctis vnam, q̃cunque Latinæ Magnanimi Iouis ingratum aſcendere cubile, Prætulerim, cœliq́ue libens in parte locarim. [Liberaliter) Bene quia omne bonum libero, aptum eſt, malum ſeruo. Idem alibi Factũ à vobis duriter immiſericorditerq;, atque etiam ſi eſt pater, dicendum magis aperte, illiberaliter. Et bene admonuit cur dederit beneficium, eadem & nunc officia queſiturus. Nunc enim dicit artificioſe, quia ſupra ait, Nihil iſtac opus eſt arte. [Seruiebas) Bene imperfecto tempore, non perfecto, vſus eſt, vt oſtendat eum potuiſſe ſibi etiam, atque etiã ſeruire, quale eſt illud Virg. Aen. vj. Atq; oẽs pelagiq́. minas cœliq́. ferebat Inualidus. vt oſtendat eum quam uis inualidus eſſet, tñ adhuc potuiſſe laborem exercitiumq́. ferre. [Sũmum precium) Libertatem dicit. [Perſolui tibi) Quia precium dixerat, perſolui dixit proprie. [Perſolui tibi) Modeſte precium redditum dixit, non beneficium erogatum. [In memoria habeo) Hoc eſt non ſum ingratus. [In memoria habeo) Plus dixit in memoria habeo, quàm ſi dixiſſet, ſcio. Nam quæ ſcimus, poſſumus obliuiſci, quæ vero memoriæ commendamus, nunquam amittimus. [Haud mutuo factum) Venuſte, non me pœnitet. nam ſi quid pœniteret, infectum velle dicebant. Legitus muto, an ſm ius quod aduerſus libertos ingratos eſt, vt in ſeruitute reuocentur? ſed hoc non conuenit ſenem dicere. Legitur & multo: hoc eſt damno, repræhendo, quod ſi eſt, ſic intelligetur, non nollem factum. Nemo. n. poteſt factum, infectũ reddere. Sed admirabiliter dixit, vt dicimus, nollem factum, nollem huc exitũ, Ergo, haud muto factum, nõ pœnitet me facti. [Si tibi quid feci, aut facio) Et feciſſe ſe, & adhuc facere oſtendit, quamuis eum ma

nu misisset.[Gaudeo,si tibi quid feci,aut facio quod placeat) Felicitatis est,vt ea quæ facta,& facienda sunt,grata sint. [Quid) Pro aliquid.[Aduersum te)Apud te,& penes te.[Aduersum) Sine dubio præpositio est.Aduersus participium potest esse,ab eo quod est aduerto,sed alibi. Ergo aduersum te,dixit pro apud te. [Exprobratio) Exprobratio est commemoratio beneficij cum enumeratione factorum. [Quasi exprobratio) Recte ostendit se in memoria habere. Sunt qui ad beneficium referunt immemor,vt Memorem Iunonis ob iram.vt sit sensus. Istæc commoratio,quasi est exprobratio immemoris beneficij.i.cuius nemo meminerit. [Quin tu vno verbo) Vno verbo, ἀξιώματι vna sententia. Nam ἀξίωμα sententia est, vel enunciatio,vno verbo nexam continens,& perfectam intelligentiam. ἀξίωμα.n.constat ex nomine,& verbo. Sed dic,quod est ἀξίωμα? hoc est,Has bene vt adsimules nuptias.ergo omnis virtus,adsimulatio est.[Quin tu vno verbo)Vna sententia,vt in Adelph.Non meum illud verbum verum facio quod tu Mitio bene ac sapienter dixit dudum vitium cõe omnium est, Quòd nimium ad rem in senecta attẽti sumus.Nam male intelligit qui putat adsimiles,verbum signi ficare. [Ita faciam) Hoc est vno verbo dicam,& quod verbum promittit,ibi dicit,Nunc tuum officium est,has bene vt adsimules nuptias. [Quas credis esse has) Syllepsis. [Cur simulas igit?) Virg. Et quæ tanta fuit Romam tibi causa videndi?[Eo pacto) Pacto modo.qm̃ antecedit pactum modus sequitur.Ergo ab eo quod præcedit,id quod sequitur dicit.Et Gnati vitam,& consilium meum cognosces,& quid facere in hac re te velim. Nam istæ diuisiones sunt.Gnati vitam,qm̃ dicturus est,Nam is postquam excessit ex Ephebis Sosia. Consilium meum,quia dicturus est,Et nunc id operando. Et quid facere in hac re te velim. quia dicturus est,Nunc tuum est officium. [Et Gnati vitam, & consilium meum cognosces, & quid facere in hac re te velim) Tripartita distributio.[Et Gnati vitam)Vitam filij in duas partes diuidit in narratione,in ante actam bonam,& præsentẽ malam.& incipit mala ibi,Interea mulier quædam.Et bene actæ vitæ narratio ad eam rem valet,vt ostendit quam iustus dolor patri sit spe decepto.[Nam is) Necessario Is positum pronomen, ἀναφορικὸν ad illud, Gnata vitam.nam si non posuisset hoc pronomen : Sosia erat intelligendus. [Nam is)Pamphilus. [Postquã excessit ex Ephebis) Argumenta per coniecturas. [Ex ephebis) Ephebia prima pars adolescentiæ,& extrema pueritiæ.[Excessit ex.)Cum sufficeret vnum. [Liberius)Liberius,non est comparatiuus gradus,non.n.potuit libere viuere dum ætas,metus magister prohibebant.Ergo deest aliquanto,vt sit,aliquanto liberius.[Liberius viuendi)Deest ei. [Qui scire) Scimus quod certum,est, Noscimus quæ adhuc incerta desideramus. Idẽ alibi, Forma in tenebris nosci non quita est.[Metus,magister)Magister,pædagogus.[Ita est)Intercidit poëta,ne solus Simo loqueretur, ceterum non erat rñdendi locus. [Quod plerique oẽs) Hæc adiectio dr̃,in primo posita loco. adiectionis vero, aut in prima parte orationis,aut in vltima adijciuntur. hic ergo plerique,ex abundantia positum est. Omnes vero necessario additũ est.Et alibi,Calescs plus satis. In vltimo,sicut,Interea loci,interibi.Attendenda est sanè locutio.[Quod plerique oẽs)Aut.n. Quod in Quæ vertendum est, vt sit, Quæ plerique oẽs: Aut Quod ad singula eorum studiorum adiungendum erit. Equos alere,canes ad venandum. Aut certe erit figurata locutio,vt est illud, Si quisq̃ est qui studeat placere bonis quamplurimis, & minime multos ledere, in his poëta hic nomen profitetur suũ. Et alibi,Aperite actutũ ostium. [Plerique oẽs faciunt) ἀρχαϊσμός est.Nam errant qui Plerique πλεῖστον intelligunt,aut qui subdistinguunt Plerique,& sic inferunt oẽs,hoc.n.pro vna parte orationis dixere vetares, eodem modo Græci πάμπολλα, & Latini plus satis.Næuius Bel.Pun.Plerique oẽs subiungunt sub suum iudicium. Figurate Terentius, * quod plerique oẽs faciũt, pro,quæ faciunt plerique adolescentuli.[Horum ille nihil egregie)Est ergo figuratiuum,quod esset rectum,Quæ plerique omnes faciunt adolescentuli, horum ille nihil egregie præter cetera studebat.[Adolescentuli)Bene diminutiue,vt propter ętatem facile ignoscatur.[Adiungant) Alligent,aptent aut accommodent.[Aut equos)Alere,aut canes ad venandum. Si & equos ad venandum alunt, quomodo & canes? quod multi docti improbant, & dicunt separata esse, & ad venandum extra rationem pro ad venatum. vt, Venatum Aeneas,vnaque miserrima Dido.[Ad philosophos)Eclipsis pulchra,& familiaris. Terentio. Nam possumus subaudire audiendos,siue sectandos.[Ad philosopho)Vitium est: quia dixit,ad aliquod studium,aut si ad philosophos, separanda locutio est, sic, vt animum adiungant ad philosophos. [Egregie) Egregium dicitur, quod ex grege eligitur. sed hic egregie,valde,nimis. non est ergo ad laudem positum, Hæc,inquit,vt cetera similiter studebat. [Præter cetera) Mediocriter, ergo non extenuauit rem, sed ad laudem retulit. [Gaudebam) Non dixit laudebam, sed gaudebam. Laudat enim etiam alienus: Gaudet qui pater est. [Non iniuria) Intempestiue Sosia respondet,sed prudentia tantæ sententiæ, compensauit importunitatem.[Apprime) Adiectio est confirmationis. [Vt) Admirabiliter dixit.[Vt ne quid nimis)Sententia non incongrua seruo, quia est peruulgata. & non refertur ad personam domini dicentis,& de quo dicitur. An magis quia Sosiæ conuenit eiusmodi character in verbis? [Ne quid nimis)Deest agas: vt sit,ne quid nimis agas. [Facile omnes perferre)Lateris argumentatio est, qua filium ad meretricem commeasse errans pater,non ad corruptelam, sed ad obsequium amicorum crediderit.[Perferre,ac pati) Ferre,est cum certo tempore: Perferre, finem expectat effectus. Feruntur onera. & Sustinentur Supplicia. [Perferre) Mediocriter stultos,odiososque. [Cum quibus erat cunque) Figura πτῶσις. [Dedere) Plus est dedere,quàm consentire,quemadmodum in hostium potestatem hostes se dedunt. [Dedere ergo,pertinacibus) Eorum obsequi studijs.commodiorum,scilicet. [Eorum obsequi studijs) Talem esse Pamphilum,adiuuat argumentum fabulæ,simul & Charinum.[His sese dedere) Dedere se,& obsequi,superioribus : non aduersari, paribus : non se præponere,inferioribus.[Ita) Deest faciens,volens,agens. [Vt facillime sine inuidia) Salustius, Et cum omnes gloria anteiret,omnibus tamen carus esse. [Inuenias) Secunda persona pro tertia,vt,Migrantis cernas. [Sapientẽm vitam instituit. Nam hoc tempore, Obsequium amicos, veritas odium parit) Improbatur à sapientibus hæc sententiam. Nam obsequium,assentator debet,veritatem amicus,sed in theatro dicitur,non in schola. [Obsequium amicos) Hic versus per improperium est, Veritas odium parit. Falsum est autem quod Cicero dixit, obsequium primum dixisse Terentium, cum & Plautus, & Næuius ante dixerint. & est sententia παρὰ λόξαν, & magis theatro apta, quàm officio de qua Tullius multa dixit. Obsequium amicos. Sententia, probabilis magis,quàm necessaria & honesta. [Interea) Interea,est cum habet instantiam superiorum actorum. [Mulier quædam) Sic dixit quasi ignoraret nomen eius, paulo post Chrysidem nominaturus, sed ideo vt gratam expectationem faciat. simulque lectorem auidum nominis reddat. Vt Virgilius paulo post nominaturus, ait, Ecce manus inuenem interea post terga reuinctum. [Interea mulier) Hic digressio est. nam proposuit Gnati vitam dicere. [Ab hinc triennium) Artificiose dixit triennium, cum posset plus minus ue temporis ponere,vt sit verisimile, vnum annum fuisse pudicæ, parcæque vitæ : sequentem,conditionis acceptæ : tertium,mortis. Primo ego anno ignorata est domus Chrysidis Pamphilo,secundo,Glycerio cognitus : tertio,nupsit Glycerium Pamphilo, & pariter inuenit parentes. [Hunc vicinæ) Vicinæ πλεῖστον,huc loci,vel huc locorum. legitur & huic vicinæ. [Inopia, & cognatorum, negligentia) Laudatis Pamphili moribus, qui mox ducet vxorem, superest vt futuræ quoque matrone.i.Glycerio, probitatem debitam pro persona reddat. quæ quia honesta nunquam esse poterit, si sic eam constet ante nuptias impudicam ductam esse: partim defendãda,partim laudanda est Chrysis, cum qua cõmemorata est: quem qm̃ necesse est meretricem fateri, in conditione turpissimi nominis multũ sumitur excusatio voluntatis. Et cognatorum Hic nos iam parat ad Critonis aduentum.[Egregia).i.eminenti,præstantique. [Atque ætate integra)Integra est ætas,quæ in flore consistit,cui neque addendum iam sit, neq; quidquam adhuc sit imminutũ, vt Virg. Integer æui Ascan. Et contulit quo ad quæstum meretricium congrua. [Hei vereor ne quid Andria apportet mali) Andria mire. audiuit.n. excessisse ex Ephebis Pamphilum, illa tamq̃. mentionem mulieris peregrinæ adolescentulæ pulchræ. [Ne quid Andria)Eleganter,ex Andro.Andria,nomen ostendit & mulieris, & fabulæ, Et bene, Apportet, quia portare ignotis est.[Primum hæc) Defendit,vt diximus,vitam Chrysidis,vt potuerint apud eam recte morata esse Glyceriũ,quæ ex argumento matrona erit.[Primum hæc pudice) Bene Hæc quidem.i.illa quæ coacta est. [Duriter) Contra rõne regulæ,debuit.n.dicere dure,ab eo quod est durus.Et tamen est differentia.est enim duriter,sine sensu laboris dure autem,crudeliter,illud, ad laborẽ, hoc ad sęuitiam relatum est. sed dure in alterum,duriter in nos aliquid facimus.[Lana ac tela)Subdistingue tela. Finis.n.est laboris Victum quæritans.vt Virg.Aen.8. Cum fœmina primũ,

Cui

Cui tolerare colo vitam,tenuiq́ue. Minerua Impositũ cinerem & sopitos suscitat ignes. Deinde finem laboris intulit, non cibum,sed victum. Cibus.n.est qui etiam delicatis præbetur. Victus, in paruis aridisq́ue alimonijs est constitutus. Vnde Virg. Victum infelicem baccas,lapidosaq. corna, Dant rami. Et post tantum laborem, victum,non cibum dixit. vt Virg. At patiens operum, paruoq. assueta iuuentus. Et non quærens, sed quæritans dixit. Quærit enim, qui ad plenum, & perpetuum reponit: Quæritat, qui vix quotidie inquirendo victum inuenit. [Lana ac tela victũ) Artificiose,vt videatur pudice apud eam fu tura materfamilias educari posse,quam meretricem necessitas fe cit.[Sed postquam amans) Amator fingere potest. Amans vere amat.[Vnus,& itẽ alter) Post vnum duo,ex quibus alter,vt sint tres.inquit.n.post,Nam hi tres tum simul amabant: vt,Alter ab vndecimo. Ergo alter non est secundus, sed tertius. [Procliue) Procliue est porro inclinatum,est pronum,inclinatumq́ue.[Ac cepit conditionem) Cum vno,quæstus non est,cum altero,non est: cum multis sic.[Vt ingenium est omnium hominum) Alia defensio Chrysidis, vt quæ antea fecerat, ipsius sint, quæ postea peccauerit,naturæ hominum adscribantur.[Conditionem)Cõditio est pactio certam legem in se continens.[Postquam accessit vnus,& item alter) .i. plures, quæstus iam meretricius factus est. [Perduxere) Inuitum isse Pamphilum his verbis significat. Perducuntur.n. necessitate coacti. Hoc etiam verbum iudices pronunciare solent. Et hoc est quod supra ait, His sese dedere, eorum obsequi studijs.[Vt vna esset,meum) Et producte legitur Esset,vt Cibum capiat,& correpte,vt alibi.[Vna) Simul.i.vna cibum caperet.[Perduxerunt illuc secum)Secum duxere,vt se cũ esset.[Egomet cõtinuo mecum) Bene mecum,vt appareat nihil temere constitutum,vel prolatum foras hoc ipsum satis quęsitũ esse,quod statuit de falsis nuptijs,& infensus esset filio. [Egomet continuo mecum)Deest voluebam,cogitabam,versabam.[Captus est) Tenetur,& irretitur ex translatione ferarum,atque venatus.[Habet).i.vulneratus est.Habet.n.qui percussus est,& proprie de gladiatoribus dicit, quia prius alij vident quàm ipsi sentiant se percussos.[Captus est)Salustius: Sin captus prauis cupidinibus.[Certe)Sine dubio,pro certus captus est.[Habet) Sic dicitur de eo qui letaliter vulneratus est. Virg. Hoc habet, hæc melior magnis data victima diuis. Ergo quid sequitur captum, nisi occidi? [Obseruabam Mane) Mane aduerbialiter. [Obseruabam)Deest tamen,hoc est quamuis captus erat,& hæc tamen obseruabam.[Rogitabam) Non togabam,sed rogitabam,quia sedulo faciebat. [Dic sodes) Dic imperatiuum est: ideo temperauit iniuriam blandimento,sodes.est autem,si audes,& si scias: nam delirat qui * interpretatur sodes. [Dic sodes) Exhortantis est vox,vt Amabo,Rogo.[Quis heri Chrysidem habuit: nam Andriæ illi id erat nomen) Opportune nomẽ intulit Chrysidis.Et bene.Illi,q.d,quam tu Andriam nominasti.[Nam Andriæ illi, id erat nomen) Attico more, peregrinæ mulieri à patria nomen imposuit. Et simul celebrat nomen Comœdiæ, dicendo, Ex Andro commigrauit. Et nunc, Nam Andriæ illi id erat nomen. [Quid? Symbolum dedit) Sed subdistingue Quid,vt sit vos quærentis quid dicat de Pamphilo. [Eho, quid Pamphilus?)Primo sic egit vt de Pamphilo quærere videretur. ad vltimum adiecit nomen: ne quid reliqui faceret. [Cœnauit) Cetera in gestu sunt quærentis quid dicat de Pamphilo, nec inuenientis. [Symbolum dedit) Mire,nulla pro Pamphilo negatio facti est posita, sed per puerilem simplicitatem omnia gesta narrata sunt. & quidem tacitum est,non celatum,sed vt non factum esse ita videatur.[Item alio die)Item,similiter.& vide,diligentiæ tempus adiectum,quasi non sufficeret vnus dies. [Comperiebam) Vide,si non verba patris sunt,& de rebus venereis circa filij mentionem agentis. [Nihil ad Pamphilum quidquam) παρέλκον,nam abũdat Quidquam. nam nemo quisquam,non dicitur.[Spectatum) Ad Pamphilum,non ad exemplum,refertur: & spectatum,probatum. [Et magnum exemplum continentiæ) ὑπερβολὴ laudis, Pamphilum exemplum continentiæ.[Nam qui cum)Qui,animus.s.aut certe homo subaudiendum. [Animus) deest, eius. [Cum ingenijs) Ingenua pro hominibus posuit. [Conflictatur) .i. atteritur. Conflictatio est tactus corporum inuicem,& collisio. [Neque commouetur) Vtrum animus, an homo, vt subaudiamus eius? [Neque animus commouetur) vtrum deest eius? an ordo est,qui animus,cum ingenijs conflictatur eiusmodi,neque commouetur in ea re tamen.ἀναπόλεθον, eo quòd non præmisso Licet vel,Quanquam,subiecit, Tamen Salustius. Atque edita vndique, tribus tamen cum muris, & magnis turribus.[Suæ vitæ modum)Moderationem,regimen. [Cum id mihi)Cũm.i.præter quàm quod. [Tum vno ore omnes) Omnes: ne pater amore falli videretur. & ideo mox ait, Bene dissimulatum amorem,& celatum indicat. [Laudare fortunas meas) εὐτυχέστερον fortunas,quàm fortunam,& de more: vt,Qui te tanti talem genuere parentes. Et, Vale ait felix nati pietate. Et Plautus, fortunatus qui illum eduxit sibi. [Hac fama) An vere laudatus sit, singula hæc pro argumentis sunt: & excusatio est non esse stultitiam falsum,sed impulsum.[Impulsus)Bene impulsus,vltro enim venire impulsus est,qui daret cõtra officium soceri. [Vnicam gnatam suam) Abundat quidem suam,sed tamen asseuerantius est.[Vnicam gnatam) Quid si tædio multorum filiorum? at vnicam.[Cum dote summa) Quid si pauper est?at cum dote summa.[Placuit:)Cum pronunciatione,placuit.[Hic dictus est dies)Vtrum constitutus? an dicatus? vt Iunoni infernę dictus sacer.[Despondi:)Ex veteri more,quo spondebat etiam petitoris pater.vnde sponsus,& sponsa dicitur. [Placuit)συντυμία,adeo bona cõditio fuit,vt quamuis vltro obijceretur,tamen statim placeret.[Despondi:) Proprie.nam despõso dicitur,quia respondet puellæ pater,despondet,adolescentis. [Chrysis vicina)Commemorat nunc quæ esset Chrysis. [Vicina hæc) Supra enim ait, Ex Andro commigrauit hoc vicinæ. Vicina hæc ἐνάμνησις. [O factum bene:) Animaduerte, vbique à Poëta sic induci comitas mortes, vt cum ad necessitatem argumenti referantur, non sint tamen tragicæ. Nam aut meretrix sumitur, aut senex: aut de duabus simul vxoribus vna vxor. Itaque huiusmodi obitus, aut mediocri tristitia excipitur, aut etiam gaudio. [O factum bene;) Quasi qui dixerit, Vereor ne quid Andria apportet mali. [Beati) Artificiose quidem gaudiũ subiecit, ne mores in comœdia, luctus in tragœdia personaret. [Metui à Chryside) Metuo illum dico, qui mihi ipsi aliquid facturus est. Timeo ab illo, cuius causa possum aliquid mali pati, etiam si ipse nihil in me mali consulat. [Metui à Chryside) ἀρχαϊσμός. [Vna aderat frequens) Vt supra,Cum quibus erat cunque vna,his sese dedere.[Aderat frequẽs) Possumus.n.adesse,& frequentes non esse,si præsentes non adhæremus his quibus adsumus. & frequens, vt miles apud signa. [Curabat vna funus) funus,est pompa exequiarum, dictum à funalibus, etenim noctu efferebant propter sacrorum celebrationem diurnam.[Curabat vna funus) Vt non potuerit in exequijs videre partem. [Interim) Descriptio est huius rei quæ ad narrationem pertinet superiorem.[Non nunquam conlacrumabat) Illis.n.magis causa flendi fuerat,qui quam amabant,amiserãt. hic amore.propter suam Glycerium collacrymabat, qui alienis lacrymis suas commodabat.[Si cogitabam) Ac si diceres,hoc cogitabam,sensum tantum cogitationis dicere debuit: sed quia. Sic rogitabam dixit,ipsum gestum cogitantis exponit, & dicitur, μίμησις. [Hic paruæ consuetudinis) Hoc est conuiuij tantum, & quia dixerat puer hoc solum egisse Pamphilum,nihil aliud, Symbolũ dedit,cœnauit.[Tam fert familiariter).i.grauiter. nam quæ nobis sunt familiaria, grauia sunt animo nostro. Familiariter, quasi familiaris, an potius familiariter?[Quid hic mihi faciet patri?) Mihi circa me. Et postquam mihi dixit, pondus intulit nominis,dicendo Patri.[Quid hic mihi) Vide quàm venuste repetierit hic.[Hæc ego putabam) Putare est eius qui simplicita te pectoris aberrauit.Cic.Non putauit,lapsus est.[Hæc ego putabam)Cum adhuc nihil peccationis ostenderit,tamẽ dolor in futura prorumpit:vt,Et gener auxilium Priamo,Phrygibusq́ue ferebat.[Humani ingeni) Circa Chrysidem. [Mansueti) Circa amicos.[Egomet quoque)Vt & ipse Pamphilus,aut etiam ego, quẽ minus crederes.[Eius causa) Eiusdem mansuetudinis,& humanitatis,& eius Pãphili.[In funus prodeo) In funus,in ipsum officium,aut in pompam exequiarum, quod à funalibus dictũ est,& vncis vel cuneis candelabrorum,quibus deliburi funes, & cerei fomites infiguntur.[Nihil suspicans etiam mali) Bene suspendit auditorem.[Etiam) Alia est suspensio audientis,& excusatio alia. [Etiam) Adhuc. [Effertur) ἐκφέρεται, Græcum est, quod vitans Virgil. ne diceret effertur, inquit, Tum corpora luce carentum Exportant tectis, & tristia funera ducunt. Efferri proprie dicuntur cadauera mortuorum: &, Ire proprie ad exequias. Virg. Ite,ait,egregias animas, quæ sanguine nobis Hanc patriam peperere. [Vnam aspicio) Ex consuetudine dicit vnam,vt dicimus,vnus est adolescens,tolle Vnam,& ita fiet, vt sensui nihil desit. sed consuetudo mirantis non erit expressa. Vnam ergo τῷ ἐκπλαγματικῷ dixit.vel vnam,pro quandam. [Adolescentulam,Forma,& voltu)Et hic duo sunt,& ætas,& forma,quibus additur pudor,quia meretrix non est.[Forma,& voltu)Forma,immobilis est,& naturalis,vultus mouetur,& fingitur. [Et

voltu Sosia Adeo modesto) Quia formæ laudatio cùm meretri ce commissa est, progreditur artifex Poëta ad laudanda ea, quæ honestiora sunt, q̃ forma. [Et vultu Sosia) Quid hic deest, vt eã murum dignetur Simo, nisi sola cognitio? & formam probat in puella Pamphili pater, & matronalem modestiam mirat in vultu, & venustatem stupet. Non ne ergo iam cernimus hoc p̃struxisse Terent. vt cũ Chremetis filiam esse cognouerit Simo, hanc potius eligat, quàm Philumenam, nurum? quanquam ex sororis pulchritudine, & amore Charini, & Daui laudatione idipsum quoque probe monstrauerit nobis. [Voltu) Hæc laus adiuuat post cognitionem futurum nurum. [Adeo modesto, adeo venusto,) Modestus, ad probitatem vultus, & morum pertinet: Venustus, ad naturam corporis, atque adeo sibi vultum fingere, multi possunt: fortunam nemo. [Vt nihil supra) ἔλλειψις Terentiana. nam non necesse est subiungere duos versus. [Quia tum mihi) Excusatio necessaria. [Præter ceteras,) Id est plus quàm ceteræ. [Honesta, & liberali,) Honesta, ad formam: Liberali, ad vltimum retulit. [Percussit,) Hoc est suspicio, vel aliquid tale. [At at,) Interiectio admirantis. [Hoc illud) ἀπιστικὸν eius re est quam in animo conceperamus. Virg. Hoc illud germana fuit. [Hinc illæ lacrumæ,) Hinc, ex hac causa. [Quam timeo) Non videtur adhuc Sosiæ plenum amoris argumentum, adeo pendet ad ea quæ dicturus est Simo. [Euadas,) Id est exeas, vel peruenias. [Funus Procedit) Funus à funalibus dictum est, vt supra nos tauimus, & est funus, pompa exequiarum. Et bene, funus procedit, nos sequimur, dixit. quasi post ipsam morituri: vnde exequiæ dicuntur. [Funus interim Procedit) ἀδύνατον. [Ad sepulchrum) Sepulchrum κατ' ἀντίφρασιν vt diximus, q̃ sine re pulchra sit. an quòd ibi sine pulsu sint, id est mortui? an quòd illic animæ à viuis sepeliantur, id est separentur? Et sepulchrum dixi futurum, non quod iam esset. Sepulchrum enim à sepeliendo dictum. Virg. proprie, At pius Aeneas ingenti mole sepulchrum Imposuit. [In ignem posita est:) ἔλλειψις, non enim est Quæ. Et mire, cum funus supra dixerit. [Fletur) Hic bene impersonaliter, fletur ab omnibus, extrema enim quæque mortuorum omnes commouent ad lacrymas. [Hæc soror,) Id est quam dixi esse sororem Chrysidis. [Ad flammam) Innuit affectum sororis, vnda omnes vinceret: ceteri enim flent? hæc flammæ se ingerit. Virg. Extinctum nymphæ crudeli funere Daphnim. Atque deos. atque astra voce crudelia mater. [Ibi tum exanimatus) A voluntate, à facultate. à summo ad imum, vbi sunt dicta, & facta, ibi est πάθος. & mire Ibi. [Bene dissimulatum) Bene, multum: an quasi dolens, quòd etiam negaturus sit Chremeti, dixit Bene? [Indicat,) Omnia significanter. non ostendit inquit, sed indicat: non accedit, sed accurrit: non vestem, aut manus, sed mediam mulierem: non tenet, sed complectitur. & quia his tribus rebus inducitur in alicuius rei gestionem persona affectu, facto dicto. Affectus est quod ait, Ibi tum exanimatus Pamphilus. Factum quod ait, Accurrit. mediam mulierem complectitur. Dictum quod ait: Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum? [Indicat) Indicium proprie est oris, & linguæ. factis ergo indicat. non enim dixit, amo. [Accurrit) Virgil. Interiora domus irrumpit limina, & altos Conscendit furibunda rogos. [Mea Glycerium) Mea, quasi amator. [Glycerium,) Quasi familiaris dixit. [Quid agis?) Quasi perturbatus. [Cur te is perditum?) Quasi consolaturus. [Vt consuetum facile amorem cerneres,) Mire, non suspicatur, dixit, sed cerneres. & est ordo, vt facile cerneres, sed cerneres, sicut supra. Laudem inuenias, & amicos pares. [Reiecit se in eum) Obiicitur, ei quod à Glycerio factum est: vt, Quis enim vnquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quã ille, atque illius amici, vt ne hęc mihi delatio detur? [Quid ais?) Non interrogantis, sed mirantis est. [Iratus, atque ægre ferrẽt) Iratus, culpa. ægre ferens, quia præter spem. [Nec satis) Mire expressit indulgentiam patris erga filium. erat, inquit, causa: sed pro amaritudine obiurgationis non erat satis, hoc est non idonea videbatur. [Nec satis ad obiurgandum) Deest Habui, vel Erat. Virgil. Nec satis rationis in armis: & hic, Erat, vel Habui, deest ad sententiam. [Diceret) Deest Enim. [Quid feci?) Mire fiduciam prętulit argumentum quod est in sequenti versu. [Quid feci, quid commerui, aut peccaui?) αὔξησις à maioribus ad minora. Et feci, quasi facinus dixit. Facere enim quis, & homicidium dicitur. Commerui, minoris culpæ. Peccaui, multo minoris, vel leuioris. [Quæ sese) Illic, mea Glycerium, hic pronomen dixit. mira dissimulatio. tanquam illam præter periculum nesciat. [Nam si illum) Argumentum per rationem à contrario. vt si dicas, Viro forti præmium debetur, si desertori pœna constituta est. [Tulit) Pro attulit. sed multa significarẽ & alias pertulit. Virgil.

Non tulit hanc speciem furiata mente Chorœbus.

Alias sustulit, vt Idem, Omnia fert ætas animum quoque, pro aufert. [Illi) Pro illo. [Dederit damnum, aut malum) Damnum, rei est: malum, ipsius hominis. [Venit Chremes) Argumentum ex coniectura, id est à testibus. Et mire supra, Vltro venit ad me. Ergo hic causa iusti doloris ostenditur, quia dolet etiam Chremes: nam potuit. non daturus filiam, non venire. [Postridie ad me) Vt sine dilatione sciti posset. & Clamitans. indignantis est: vt, Clamant omnes. [Indignum facinus) Distinguendum, vt per se intelligatur indignum facinus, & ipse doleat Pamphilum corrumpi. [Comperisse) Ergo ab alijs: vt appareat verum quod ait, Tum vno ore omnes: &, Hac fama impulsus Chremes. [Indignum facinus comperisse) Deest se: incertaque distinctio. [Pamphilum) Cum emphasi dixit, id est pudentem, & bene moratum. [Et nec amicam, sed pro vxore) Mire ergo, quasi non hoc doleat, quòd amet, sed q̃ pro vxore habeat. Et simul excusat filiam denegaturus socer. [Hanc peregrinam) Hanc, cum contemptu dictum est. & peregrinam, vt alibi, Adeo ne est demens ex peregrina? nam hoc nomine etiam meretrices nominabantur. [Ego illud sedulo) Quãto affectu patet factum quod viderat, negabat. [Sedulo) Quomodo sedulo, si negabat? an sedulo, vt Sosiæ? id est simpliciter. [Factum) Impersonaliter. [Sedulo) Quia non semel non negauit, vel ille institit. [Negare factum) Officium patris, & simul per hoc expressio probationis. [Ille instat factum) Plaut. Instare factum, simile est ἀρχαϊσμός. [Instare factum) Vetuste. i. instat dicere factum esse. [Denique) Quid denique? ad summam properat, & ad finem dictorum. [Denique). i. postremo. [Discedo) Proprie: non enim ab eo. vt de discessio. [Vt qui se neget) Probauit quod non volebat senex Sosiæ: adhuc superest vt ostendat. quòd non sit irascendum, quin iuste iracatur. [Non tu ibi gnatum?) ἀποσιώπησις, vel eclipsis. deest inuasisti, obiurgasti, ad ortus es. [Ad obiurgandum) incusandum, inclamandum. [Tute his rebus) Modo non addidit diceret. [Propè adest) propè adsunt nuptiæ: in proximo sunt metæ libertatis: & ideo auidius voluptaria sub finem carpenda sunt. [Cum alieno) Cum pro quo, hoc enim significat cum. [Meo me viuere interea modo) Meo modo, mea voluntate, meo arbitrio. [Relictus est obiurgandi locus?) Mire, obiurgandi: tanquam in census pater in filium videretur. nam supra commotus plus per ἀποσιώπησιν significauerat. [Si propter) Hoc erat secundum in diuisione, Et cõsilium meum cognosces. [Si propter amorem) Initium consilij sui demonstrandi. [Nolit) Legitur, & nollet. [Ab illo animaduertenda iniuria) Nota participium à passiuo castigandã vindicanda est. [Ab illo iniuria) Quam facit, non quam patit. [Ea primum animaduertenda iniuria) Vt iam hoc sit peccatum, quòd recusat nuptias, non quòd peccat adolescens. Ideo ergo primum dixit, animaduertenda iniuria. certissimam enim notat ad personam, quæ debeat pro iniurijs pœnas soluere. quòd si dixisset, Iniuria eius, ἀμφιβολίαν fecisset, vtrum quam passus est ab alio, an quam ipse alijs intulit. [Et nunc id) Hic reddit quod dixerat, Consilium meum cognosces. Id, id est propter id. [Vera) ἀντίθετον, quia Falsa dixit, intulit Vera. [Manibus, pedibusq.) Prouerbiale, id est omnibus membris. [Obnixe) Cum conatu, instanter contra conantem. [Magis id) Id, propter id. [Incommodet) Noceat. incommodum afferat. [Magis id adeo, mihi vt incommodet) Non enim, inquit, prodest filio amare meretricem. [Quapropter) Mire Sosia interrogat, quasi vlla causa sit fallendi dominum. [Mala mens) Voluntas, est mens, etiam ratio. [Mala mens) Argumentum à natura, & an aliquis sine causa malus, an ab impulsione. [Mala mens) Quia dixit, Magis vt lædat, quàm vt prosit. [Quem quidem ego si sensero) ἀποσιώπησις est grauissimam pœnam offendentis. [Exorandus) Legitur, & expurgandus. si expurgandus, lege cui, non qui: quia cui per, q, veteres scripsere. [Confore) Ab eo quod est confit, id est perficitur, futurum tempus infinitum modi confore facit, id est perfectum iri. Sic in Adelph. Verum, quid ego dicam? hoc confit quod volo. Confiteri, id est perfici. vnde confectum negociũ dicitur, vel confecta res quæ ad plenum perficitur. Virgil. Nunc qua ratione quod instar, Confiteri possit, paucis, aduerte, docebo. [Nunc tuum est officium) Hoc ad illud tertiũ respicit: quod dixit, Et quid facere in hac re te velim. Has bene vt ad simules nuptias: perterrefacias Dauum. hoc erat tertium de his, quæ dicturum se promiserat. [Adsimules) Hoc est vnum verbũ Adsimules, quod dixit, quin tu vno verbo dic, q̃d est quod me velis. [Perterrefacias) venuste, & poëtice. [Obserues filiũ) Obseruatio

Cicer. in Diu. in Verrẽ.

in

in duabus rebus est,in obsequio,& speculando. [Curabo) vt co quus . & supra sic, Nempe vt curentur recte hæc . [I præ) Figura ἀναστροφή, quod nos præi , dicimus .

GVID. VOS istæc) Hæc scena pro argumenti narratione proponi tur,atque pro iacendis fabulæ fundamentis,in qua quidem introducitur prostatica persona Sosia quæ semel inducta in principio fabulæ in nullis deinceps fabulæ partibus adhibetur , hic aũt Simo senex Pamphili pater Sosiani seruũ alloquitur super nuptijs falsis quibus animum filij tentare nitebatur , isque suo sermone subtiliter fabulæ argumentum explicat quod in prologo omiserat, vt maliuoli poetæ dictis responderet,sermonis ẽt principium abrutum est, sic enim incipitur quasi epulæ nuptiales iam essent coëmptæ,& in coquinam ferendæ.Ordo est.Vos serui auferte.i.asportate,hæc edulia intro puta ad coquinam. Ipsis aũt seruis respicientibus neque properantibus subdit, abite , quasi discedite domum,& facite quod iubemini. Vbi aduerte illa auferri quę cum fastidio cernuntur ea vero ferri quę cũ honore tractantur.Deinde summissa voce dicit Simo.Sosia in vocati uo ade,dum.i.adueni huc, seu ad me veni vbi dum est syllabica adiectio,& ades vel adsis imperatiuum est,vel ades capitur pro prope sis hic . volo te alloqui paucis verbis .i. breui sermone . Sos. Dictum puta.i.existima te dixisse,ac reputa id dictũ esse. Nempe.i.certe vis,sup.vt hæc educta rectè curentur.i.coquantur.Nam curatio medicoꝝ est,& cura reliquorum.Cura enim interdum significat,reficere,vnde curare corpus generale verbũ est ad omnia quæ spectant ad curam corpori,& præcipue ad egestionem siue ventris euacuationem . SI. Imo .i. sed aliud volo. Sos. Quidem quod mea ars .i. meum artificium mea industria possit efficere tibi amplius.i.maius hoc.i.hac te.s.vt recte edulia coquãtur.Facere est in opere esse,sed efficere designat perfectionẽ.Inde effectus & efficax . SI. Nihil.i.non,vel nullatenus est opus mihi, scilicet.i.non egeo istac arte.i.tua arte coquinaria,ad hanc rem.i.ad experimentũ filij, quam rem ego paro.i.facere dispono.sed opus est his artibus,sup.videlicet fide ad complenda iussa & taciturnitate.i.ad celanda commissa secreta. Interdum .n. fides est mandatorum fida executio, quas.s.artes intellexi.i.cognoui sitas.i.impositas esse semper in te . Sos. Expecto.i.desidero.Virg.Expectare venis.scire qd velis. SI. Ego Simo postquam te emi à paruulo.i.quo tempore paruulus adhuc eras . nedum paruus sis,vt.i.qualiter seruitus .i. tua seruilis ꝓdõ fuerit tibi semper apud me iusta & clemens.i.iuste & benigne tractata capiendõ videlicet illa verba iusta & clemens passiue vel si mauis capere actiue tunc vt sentit Don.seruitus pro dominatione capi debet feci vt esses mihi patrono tuo non filio libertus .i. manumissus,ex seruo .i. cum prius esses seruus , ꝓpea ꝙ.i.ideo ꝙ seruiebas liberaliter.i.liberali animo,vel liberaliter quia tuæ priuatæ vtilitati non auide consulebas , sed meæ persolui tibi Sosiæ summum precium , quod habui.s.libertatem dando. Sos. In memoria habeo.i.non sum ingratus,sed memor accepti beneficij, & plus est quam scio . Nam quæ scimus possumus obliuisci quæ memoriæ commendamus nunq̃ amittimus . SI. Haud.i.non muto factum.i.non vellem non esse factum,siue non me pœnitet id feciſſe,videlicet te à seruitute liberasse,quia cuius non pœnitet id in infectũ esse vellemus . Aut ꝓpea dicit se factum non mutare , ꝙ libertus factus non fecit quidquam indignum . quo factum esset mutandum, & reuocatio in seruitutem facienda,Legitur aliqñ haud multo factum .i. non damno non reprehendo. Sos. O Simo gaudeo si quid.i. si aliquid feci aut facio quod placeat tibi & habeo gratum.i.habeo animum gratum in te,id quod feci fuisse vel esse (vt alij volunt) gratum aduersum te.i.apud te, vbi aduersum nõ declarat contrarietatem aduersum autem dici põt, & aduersus sicut rursum & rursus, sed hoc est mihi molestum .i.hoc mihi displicet, Nam istæc.i.ista hæc commemoratio.i.ad memoriam reductio est quasi.i.tanquam exprobatio.i.vituperatio hominis sup.immemoris.i.qui est ingratus beneficij accepti.Vel si capiatur immemoris passiue , vt memorem Iunonis ob iram sit intellige . est quasi exprobatio.i.obiectio . [Est.n.exprobatio tunc cõmemoratio beneficij cũ enumeratione factorum)beneficij immemoris.i.obliti passiue videlicet de quo non habetur memoria . Quin.i.quinimò dic vno verbo.i.vna sententia perfectã intelligentiam continenti, quæ conficitur ex nomine & verbo quid est quod velis facere. SI. Ita faciam.i. vno verbo dicam. prædico.i.aperte dico tibi hoc primũ.i.ante reliqua in hac re.i.in hoc negocio . has nuptiæ .i. hæ nuptiæ non sunt veræ quas nuptias videlicet credis esse veras. Sos. Cur igitur simulas.i.fingis eas esse cum non sint . SI. Audies omnem rẽ à principio eo pacto .i.eo modo.nam pactum præcedit,& modus sequitur,& ita dicitur id,quod præcedit ab eo quod sequitur . cognosces,& vitam Gnati quæ fuit prius bona,& nunc mala,& consilium meum .i. id,quod facere proposui,& quod velim te facere in hac re . Nã is incipit narrare vitam nati bonam inquiens.nam ò Sosia post quam is natus excessit ex ephębis .i. postq̃ non fuit amplius de numero ephæboꝝ . Ephæbi .n. sunt qui pubescere incipiunt, & ephæbia est prima ætas adolescentiæ . potestas.i.facultas fuit ei subaudi viuendi liberius.i.vel libere comparatiuum pro positiuo,vel supplendum est aliquanto quasi aliquanto liberius solito viuere potuit . Nam antea.i.ante illud tps qui pro quo modo posses scire aut noscere ingenium.i.inclinationem naturalẽ . dum ætas tenera .s.metus verberum . & magister .i. pædagogus prohibebant.i.impediebant quo minus ingenium nosceret. Scimus quod certũ est, noscimus quæ adhuc incerta desideramus . Sos. ita est vt dicis.s.& hoc interponitur ne solus Simo loqueretur. SI. Ille natus nihil hoꝝ.i.nihil ex his,quæ sequuntur.ttu debat.i.studiose faciebat egregie.i.valde vel nimis ꝑter cetera .i. vltra reliqua quæ agere solebat . & tñ studebat inq̃ hæc omnia in litera potius contenta,mediocriter .i. modeste quod.s.egregie studere aliquid hoꝝ præter,plerique oẽs,alterum .s. pleriq; abundat quo ad sensum,sed sonoram reddit orationem.alteꝝ.s. oẽs ponitur necessario oẽs adolescentuli faciunt,videlicet,vt .i. ita quot adiungant.i.applicent animum ad aliquod studium .i. ad aliq̃ vacationem aut alere .i. ad alendos equos,aut canes ad venandum .i. ad venatum vel venandi gra, adiungant inquam animum ad philosophos aut sectando subaudi aut audiendos . potest ẽt subaudiri infinitiuus sic aut adiungant animum adire philosophos .i. ad adeundo philosophos,aut audiendos,sed tũc in idem redit. gaudebam lætabar quod tam mediocriter cuncta agebat. Sos. Non iniuria.i.non immerito gaudebas.Nam arbitror id esse apprime.i.valde vel mirum in modum vtile in vita,vt.i.quod ne quid.i.agas sup. nimis .i. negat aliquis vltra id, quod satis,est. SI. Vita eius erat sic.i.eiusmodi siue talis,hoc est modus viuendi eius talis erat,videlicet,facile.i.benigne pferre , & pati oẽs cum quibus erat.i.facile tolerare eoꝝ mores cum quibus viuebat,est dedere sese vna cum his.i.se esse deditum, aut paratum ad ea quæ socij erant parati, aut dediti,& obsequi.i.morem gerere studijs .i. cupiditatibus,& voluptatibus eorum cum qbus erat . Vbi est aduertendum dedere significare valde dare , quemadmodum hostes se dedunt in hostium potestatem . SI. Inquam eius vita erat nemini esse,sup.aduersus.i.nullis aduersarij aut repugnare nunq̃ præponens.i.vita eius.Sic erat. nunq̃.s. præferens se alijs. Vel sic astrue literam exponendo illa infiniti ua per præterita imperfecta indicatiui sic.Vita eius erat sic vt sequitur facile perferre .i. perferebat. ac pati .i. patiebatur omnes cum quibus erat, & dedere.i.debebat sese .i. accommodabar se vna cum ijs cum quibus viuebat , obsequis .i. morem gerebat complacebat studijs eorum memini,sup. erat aduersus,nunquã erat,sup.præponens.i.præferens se alij erat ita agens sup.vel faciens vel volens vt inuenias.i.vt inueniret aliquis facillime inter eos laudem,sine inuidia .i. sine detractione, & amicos pares .i.concordes. Sos. Pamphilus instituit .i. suscepit,siue incœpit & formauit, sapienter vitam .i. viuendi modum . Nanque hoc tempore obsequium quasi obedientia, siue (vt ita loquar) complacentia parit.i.acquirit amicos veritas parit odium . SI. Incipiunt hic vitæ malæ narratio,& prius fit digressio ad Chrysidem . Interea .i. interim dum hæc aguntur quædam mulier .s. Chrysis egregia forma.i.eminenti , & præstanti facie atq; ætate integra.i.florente cui nihil esset addendum.nihil quoque foret diminutum commigrauit ex Andro insula.i.patriam linquens accessit huic vicinæ.i.ad hanc viciniam coacta inopia .i. paupertie, & negligentia.i.incuria cognatorum.i.propinquorum triũ nium ab hinc.i.ex tribus ante annis,quod barbare dicitur à nõnullis de post tres annos præpositio itaque aduerbio iungi potest,vt abhinc dehinc. A mane vsque ad vesperum illic pugnata est pugna dicit Plaut.in Amph. Sos. Hei interiectio dolentis & indignantis,vereor ne quid mali.i.ꝙ aliquod malum Andria fœmina .s. Chrysis, quæ ex Andro insula maris Aegei Athenas venerat. apportet.i.afferat,& bene apportet,quia portare ignoti est . SI. Defendit vitam Chrysidis, vt potuerit apud eam rectè morata esse Glyc.Primum.i.in principio hæc Chrysis agebat vitã.i.viuebat pudice.i.caste,parce.i.tenuiter ac duriter.i.laboriose.Nam dure aduerbium significat crudeliter,quęritans victum .i.vix quotidie quærendo victum inueniens . Nam quærit ꝙ ad plenum & perpetuum reponit. quæritat qui vix quotidie quærẽdo victum inuenit. Bene etiam dicit victum,qui in paruis ari

disq.

disque alimonijs est constitutus. Cibus etiam delicatis præbetur, quæritãs ergo victum lana.i.opera lanificio,& tela,quæ est finis laboris. Tela autem est pannus quicunque tam laneus, q̃ lineus. Pannus enim proprie duntaxat pannum significat qui vilis est & crasso vilo contextus, solos paupere decens,vnde pãnosus homo qui pauper est q̃ veste vili induatur. Sed postquam amans.i.qui vere amat,amator enim fingi potest,accessit aduenit pollicens .i. vltro promittens precium vnus primo. & item.i.similiter.vel post alter duo, ita vt.i.eo modo quo ingenium.i.natura omnium hominum est procliue.i.pronum incli natum ab labore ad libidinem.i.voluptatem.ipsa Chrysis accepit conditionem .i. pactioni promissioniq. assensit. Interdum enim conditio pro pactione capitur. Inde ferre conditionem quasi certa lege, siue certe pacto aliquid promittere. Dehinc.i. deinde. occipit.i.cœpit vel incipit quæstum facere,vel exercere .i.lucrum facere,nam quæstus significat lucrũ,sed proprie nummarium, illi qui tum.i.tunc amabant illam forte.i.casu quodã ita vt fit.i.fieri solet perduxere secum illuc.i.ad Chrysidem filiũ meum vt esset vna cum eis.i.vt comitaretur seu sociaret eos.vel si producte legatur esset ab edo es. sensus est vt comederet vna cum eis, & conuiueret,& quidem bene perduxerunt quasi inuitum. nam perducuntur necessitate coacti. egomet.i.ego ipse. continuo .i. illico mecum subaudi volutabam vel cogitabam. Certe captus est .i. irretitus siue illaqueatus est amoris praua cupidine,tractum à feris laqueo implicatis,habet.i.vulneratus est qui enim percussus est,habet. tractumq. est à gladiatoribus, qui dicunt alterutrum eorum habere qui percussus est obseruabam .i.animaduertendam mane seruulos illorum iuuenum venientes,aut abeuntes rogitabam,frequenter rogabam. heus, aduerbium vocantis,ò puer.i.serue.dic sodes.i.si audes quod vocabulum Prisc. vult esse defectiuum verbum. Seru. vult esse aduerbium,& precationem significare. Don.dicit esse vocem exhortantis,vt amabo rogo. Fast.& Non.volunt esse copulata verba, vt sodes ex si & audes componatur, vt capsis cape si vis si pro si vis. exponit etiam Don.sodes pro si scias, dic ergo sodes si audes,vel si scias, quid habuit heri Chrysidem.i.q̃s est ea potitus. Nam id nomen.s.Chrysis erat illi Andriæ.i.illi mulieri de Andria. Sos. Teneo .i. intelligo. SI. Dicebant seruuli Phædriam,aut Cliniam,aut Niceratum iuuenes habuisse Chryside, nam hi tres,tum.i.tũc simul amabant.i.amore capti erant. Eho interiectio est nonnunquam admirantis,interdum deposcit intentionem,nutus, & animaduersionem. quid Pamphilus fecit? dicebant inquam quid? modus interrogandi, & facta distinctione subnectenda est responsio. dedit symbolum.i.vt sentit Tort. portionem suam,vel signum dedit,vt annulum,vel aliquid tale quousque pecuniam conferret. Symbolum enim teste Iulio Poll.de vocabulis rerum paruum erat numisma,vnde, & signũ à nonnullis traditur,qui,& eusymbolum bonũ omen interpretatur. Cum autem συμβάλλω quod est confero deducatur quidam collationem interpretari voluerunt. ita vt cœnæ illa dicatur collatio,in quam comparandum plures aliquid contulerunt Symbola enim huius symbolæ est collatio, Cęnauit cum socijs .s.ego pater gaudebam.Item similiter alio die quærebam comperiebam.i.inquirẽdo reperiebam,siue cognoscebam nihil q̃dquam, abundat quidquam,vt cape nihil pro non,vt sæpe fit.attinere .i. spectare ad Pamph. Enimuero .i. certe putabam suis spectatum .i. satis probatum, & putabam ipsum esse magnum exemplum.i.magnam imitationem continentiæ cautionis conuersationis à libidine, hyperbole laudis est fidem excedens. Nam homo qui conflictatur.i.atteritur,siue agitatur. frequentatiuum enim est confligo à confligo gis, quod significat concertare,& manus conserere. Inde conflictus prœlium. Conflictatio autem est tactus corporum inuicem,& collisio.conflictatur ergo.i.colliditur, atteritus, colluctatur cum eiusmodi.i.talibus ingenijs,hoc est cum hominibus talis naturæ,puta lasciuis. neque tamen animus eius cõmouetur.i. à suo ductu, & tenore non deflectitur, vbi aduerte tamen poni vbi non præcessit q̃q̃, quod Laur.Val.vult esse subaudiendum, scias ipsum.i.tale iuuenem posse habere modum.i.regimen, & moderationem suæ vitæ.tum .i. vel partim id .s. quod non commouetur animus eius mihi placebat tũ .i. & vel insuper,vel præterea omnes vno ore.i.vno consensu,vna voce. dicere.i.dicebant omnia bona.& laudare.i.laudabant fortunas meas.i.me fortunatum,& felicẽ, qui refertur ad meas,quo ad personam possessoris, q̃ videlicet, ego haberem Gnatum.i.filium præditum tali ingenio.i.tali natura,& talibus moribus moratum siue institutum.quid opus est verbis.i.cur pluribus verbis laudes eius inculcarem. Chremes ciuis Atticus impulsus.i.inductus,motus hac fama.i.bono rumore de filio venit ad me vltro .i. non rogatus vt daret vnicam gnatam suam vxorem.i.quę foret vxor filio meo Pamphilo,cũ summa dote.i.cum optima dotis conditione. Placuit.i.fui contentus, volui despondi.i.promisi me etiam daturum filium virum suæ gnatæ. & bene despondi, nam spondet pater puellæ, despondet vero pater adolescentis,hic dies.i.præsens dies dictus est.i.constitutus,& assignatus nuptijs.i.ad nuptias celebrandas. Sos. Quid igitur obstat.i. impedit. cur propter quod non fiant veræ,& non fictæ. SI. Audies.i.cognoscis, ferè.i.prope modum,in his paucis diebus.i.in hoc breui tempore, quibus.i. diebus hæc prædicta sunt acta.i.facta. hæc Chrysis vicina.i.quę commigrauerat huic vicinæ moritur. Sos. O factum bene .i.ò bonus euentus,vel ò bene collocatum est quòd ipsa obirẽt ex qua mali quidquam filio poterat oriri. Beasti me.i.beatum me reddidisti. Hei,interiectio dolentis,metui à Chrysidis causa. Nam metuo illum dico qui nihil aliquid facturus est, metuo ab illo cuius causa possum mali pari quidquam, etiam si ipse nihil in me mali consultat. SI. Ibi .i. apud Chrisidem. tum.i.tunc filius meus aderat.i.præsens erat,frequens.i.adhærẽs (nam præsentes esse possumus,neque tamen adhæremus ijs quibus adsumus) vna cum illis iuuenibus qui amabãt Chrysidem. Curabat,diligenter disponebat, funus.i.pompam siue spectaculum exequiarum. Dicitur enim funus à funalibus.i.à funibus qui intra cæram latent. Virg. & noctem flammis funalia vincunt. Etenim noctu efferabantur mortui propter sacrorum celebrationem diurnam, propterea opus erat funalibus.i.facibus seu cæreis,interim interea dum curaret funus ipse tristis collacrymabat.i.simul cum alij lacrymas emittebat.id.s.q̃ lacrymabat.i.simul cum alij lacrymas emittebat. id.s.q̃ lacrymabat.placuit tum .i. tunc mihi sic .i. hoc pacto cogitabam. hic filius meus fert tam familiariter.i.tam grauiter quasi familiaris mortem huius mulieris causa paruæ consuetudinis.i.paruæ conuersationis. quid feciſſet sup. si amasset eam .i. eius fuisset amore captus,quid hic filius faciet mihi patri.i.mihi q̃ sum pater. ego putabam,voluebam mente tanquam pectoris simplicitate ober rans. hæc omnia.s.quæ faciebat filius esse officia.i.esse debita in genij humani.i.naturæ benignæ circa Chrysidem,& esse officia mansueti animi .i. bonæ mentis in amicos quid .i. cur moro te multis verbis, scilicet.i.cur longo sermone te detineo põ etiã dici quid moror.i.immemor consisto multis.i.in longo sermone. & hoc dicendi genus cum similibus solet adhiberi vbi aliquid præcipuum aut creditu difficile addendum est. quoque .i. etiam ego ipse pater causa eius.s.filij prodeo.i.exeo in funus .i. officium ipsum, seu pompam exequiarum nihil mali suspicans .i.cogitas. Etiam.i.adhuc,vt suspensio auditoris. Sos. Hem, interiectio indignantis. quid est .i. quid sibi vult quod dicis etiam. SI. Scies effertur .i. exportatur ad rogum .s. cadauer mortuæ nam efferri proprie dicuntur cadauera mortuo⁹, imus ire proprie ad exequias spectat. interea inter mulieres quæ aderant ibi.i.in eo loco forte.i.casu quodam aspicio vnam adolescentulam.i.iuuenculam.forma.i.habentem formam,& ibi subdistinguendum est.vocem subleuando. Sos. Fortasse bona forma aspexisti iuuenculam.i.vidisti eam habentem bonam formam. SI. O Sosia ad attentionem excitandam proprium nomen exprimit,& aspicio inquam illam vultu.i.fronte vel indicio voluntatis,adeo.i.ita modesto.i.moderato,& probo,& adeo .i.ita venusto formoso,& eleganti vt nihil supra excogitari possit, vel nihil sit præterea requirendum. est enim eclypsis quæ.s. adolescentula,tum.i.tunc visa est mihi lamentari.i.plangere,flere,præter ceteras.i.plus quàm ceteræ, & quia erat forma.i.specie,seu factura honesta.i.pulchra. ac liberali.i.præ se ferenti liberalitatem quantum ad vultum.s.forma enim immobilis est, & naturalis vultus, mouetur, & fingitur, accedo ad pedissequas .i. ad ancillas & comites glycerij. & rogo.i.interrogo percunctor quæ sit illa adolescentula,aiunt.i.pedissequæ eam esse sororem Chrysidis.illico.i.continuo suspicio,vel responsum earum percussit, hoc est commouit animum meum. At at, interiectio subitum motum designans, & imperium admirãtis,hoc est illud propter quod.s.curabat vna funus,hinc.i.ex hac causa illę lacrymæ filij.s.procedunt hæc est illa misericordia qua.s. eũ duci putabam in mortuam cum tamen ex superstite Glycerio proficiscantur. Sos. Qui .i. quantum timeo quorsum euadas.i. ad quæ prosequenda te conferas, & exeas, seu peruenias. SI. interim.i.interea funus.i.mortuæ corpus. Procedit.i.progreditur.i.assidue potatur ad rogum. Sequimur.i.imus. post venimus accedimus ad sepulchrum. Dicitur sepulchrum, aut quasi

sine

sine re pulchra,aut quasi sine pulsu cum ibi mortui sint,aut à sepeliendo dicitur.Chrysis posita est in ignem fletur (impersonaliter dictum) ab omnibus,scilicet interea hæc soror .s. Glycerij quam dixi accessit imprudentius .i. nimis inconsiderate vel cõparatiuum pro positiuo ponitur ad flammam satis cum periculo.i.non satis sibi consulens ibi .i. in eo loco,tum.i.tunc Pamphilus examinatus .i. perturbatus exanimis autem vel exanimus dicitur mortuus. indicat.i.indicijs,& argumentis ostendit ab effectu.s.facto,& dicto . amore bene.i.multum,& dissimulatum,& celatum.i.occultatum accurrit.i.ad eam currit. complectitur mediam mulierem .i. medium mulieris, inquit Pamphilus tanquam amator.mea Glycerium .i. amica mea quid agis, cur is perditum.i.destructum te . tum.i.tunc Glycerium reiecit se in eum Pamphilum flens . quam .i. quantum familiariter .i. amice . vt.i.ita quòd facile .i. clare cerneres.i.cernere posses,vel cernere posset aliquis,vt secunda persona pro tertia ponatur amorem consuetum . Sos. Quid ais,mirantis est,non interrogantis . SI. Redeo inde iratus atque ægre.i.indigne impatienter difficulter ferens culpam filij .s. nec satis causæ .i. sufficiens causa erat sup. ad obiurgandum .i. incusandum, vel inclamandum. diceret enim sup. ò pater quid feci tanquam facinus quid commerui & bene.nam commeremur mala promeremur bona tantum, aut quid.i. in quo peccaui erraui.prohibui impediui seruaui eam,sup.quæ voluit inijcere,sese in ignem, ratio vel vt alij volunt oratio est honesta . Sos. Rectè putas .i. bona est tibi sententia. nam si obiurges.i.incuses illum,qui tulit.i.attulit (alias sustulit, vel pertulit) auxilium vitæ . dicimus auxilium dare,& ferre ideo dixit tulit auxilium,quid facias,illi, qui dederit.i.intulerit damnum rei.s.aut malum,quod est hominis. Si Chremes venit postridie.i.die sequenti ad me clamitans tanquam indignabundus. indignum facinus.i.turpe, & deforme factum,& indignum iuuene . ita bene prius morato . & est illud per se legendum sicut Prò dolor, & similia . clamitans ergo quid clamitans se .s. comperisse.i.ab alijs cognouisse Pamphilum habere pro vxore,non pro amica.hanc peregrinam.i.alienigenam,& per contemptum dictum est.nam etiam peregrinæ nomine meretrices nominabantur, ego Simo negare.i.aut negabam,aut subaudi cœpi sedulo.i.instanter illud factum.ille puta Chremes instat.i.contendit & vrget factum esse,scilicet . Denique .i. postremo,tum.i.tunc discedo ab illo.ita vt.i.tanquam ab eo,qui neget se daturum filiam . Sos. Non tu,ibi .i. tunc non obiurgasti,sup.Gnatum.i.filium.s.Pamphilum . SI. Nec quidem.i.nec etiam hic pro tunc . causa erat satis vehemens ad obiurgandum.i.inclamandum,vel incusandum. Sos. Qui.i. cur . cedo? .i. dic,vel da. & est manuum porrigentis . SI. O pater,tute .i. tumet,præscripsisti .i. præfiniuisti, determinasti finem.i.terminasti finem.i.terminum his rebus voluptati,& libertati . prope adest tempus sup. Cum.i.quo tempore mihi est viuendum,more alieno.i.vxoris arbitrio . iam adsunt nuptiæ,in proximo sunt meræ libertatis . ideo auidius voluptaria sua finem capio . interea.i.dum nuptiæ parantur . sine.i.permitte me viuere,meo modo.i.mea voluntate,meo arbitrio, meo more . Sos. Quis igitur locus.i.quæ opportunitas,vel occasio obiurgandi est relictus tibi. SI. Hoc est initium consilij sui demonstrandi,Si propter amorem Glycerij . nolit .i. renuat,ducere.i. accipere vxorem sibi promissam .s. Philomenam . primum .i. tunc primum . ea iniuria,quam facit nuptias recusando est. animaduertenda.i.castiganda . vindicanda ab illo.s.Pamphilo, pœnas sumendo ab eo,& nunc do operam . id.i.propter id. vt vera causa.i.occasio obiurgandi .i. incusandi eum sit per nuptias falsas.i.fictas,si deneget.i.recuset ducere Philomenam . simul.i. etiam,vt si quid consilij.i.astutiæ,vaframenti. Dauus sceleratus .i. vitiosus habet consumat .i. conterat, & in vanum exponat nunc,cum nihil.i.in nullo. doli.i.fraudes,obsit noceant . quem Dauum ego credo facturum obnoxiæ.i.instanter.toto conatu, & nisu manibus pedibusque.i.omnibus membris,hoc est omnibus viribus,adeo.i.certe,vt magis incommodet .i. noceat mihi id .i. per id,quod faciat, quam vt obsequatur .i. morem gerat. Gnato.i.filio . Sos. Quapropter? .i. quare id faciet Dauus,vt tibi incommodet,siue incommodum afferat,cum iustus sis dominus . SI. Rogas? id est interrogas . inquiris? responsio . mala mens malus animus, quasi mala inuentio, siue excogitatio,ac mala voluntas est, sup. causa,quem Dauum,ego si sensero.i.si percepero aliquid moliri,& est apostopesis . Sed quid est opus verbis eueniat .i. contingat,quod si sit sine, tunc est sensus permitte,quòd eueniat id in Pamphilo,quod volo.s.vt experiar eius amorem per falsas nuptias,vt .i. ita,quod nihil sit moræ .i. tardationes . Chremes restat .i. reliquus est,qui est exorandus mihi.i.à me persuadendus,& spero confore .i. perfectum iri,vt Chremes adiuue figmentum nunc in hac parte tuum est.i.ad te spectat,vt assimules.i.fingas bene .i. vt decet has nuptias,& perterrefacias .i. territum facias . Dauum,obserues .i. animaduertas, vel oculis diligenter custodias filium quid agat quid consilij.i.quod consilium captet .i. capiat cum illo Dauo . Sos. Satis est.i.sufficit. Curabo.i.parabo omnia. eamus nunc intro. SI. I præ.i.præi,præcedi,sequar.i.ibo post te,& i,præ est anastrophe pro præ.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Sosiæ,extraneæ personæ per occasionem argumentum narrantur.[Vos istæc intro)Præparatio ad ingressum narrationis, quod ferè in omnibus scenis est obseruandum.[Ego postquam)Initium à meritis,ad beneuolentiam conciliandam.[In memoria habeo)Interpellatio Sosiæ partim amplificat orationem,& spectatorem admonet,partim adiuuat ordinem narrandi . [Hoc primum) Propositio consilij,& mox partitio narrationis,ad docilitatem . [Qui scire) Argumenta ab ætate,& disciplina . Et est occupatio.[Aut ad philosophos) Ad Philosophos . subaudi,ibat . Nam eclypsis est figura frequens. Terent. [Sic ita erat) Facilitas,& modestia Pamphili . [Interea mulier)Transit à laude filij ad mulierculam,de quo ordine narrandi Rodol.Agric.lib.2.de expositione. [Certe captus)Senilis prosopopœia de filio . [Symbolum Dedit) Symbolum pignus collatitium in cœnam vt anulus , Alij tamen pignus tum partem confectam intelligunt.[Nam qui cum)Argumentum à maiori.[Quid verbis) Præteritio apta ad transitum,& connectendum ordinem. [Beasti) Vox gaudentis. [Hic paruæ) Prosopopœia,& est argumentum à maiori.[Hem)Perculsi &metuentis. [Et vultu) Pulchra & morata continuatio verborum Sosiæ . [At at,hoc) Prosopœia deprehendentis . [Hinc illæ lacrumæ) Prouerbiale.[Nec satis ad)Prosopopœia excusantis Pamphili . [Nisi illum) Ratio à minori. [Ego illud) Mire expressa sentis concertatio.[Propè adest)Verba Pamphili,& est defensio à tempore. [Animaduertenda iniuria) Animaduertenda.i.captanda, & obseruanda. Et est hic locus,quo exponitur consilium senis, ad quod tota antegressa narratio confertur . [Nunc tuum est officium) Sosiæ officium, & est tertia pars quam partitione posuit .

PETRVS MARS.

VOS istæc intro,&c.) Id,quod in prologo agendum fuisset, Poëta necessitate coactus,hac scena præcedenti exequitur . Senis de filiorum vita solicitati ac natura loquacis, decorum seruans,mediocritatem illam in qua virtus humana consistit, & laus celebratur , in primis ostendens rectam educationem esse adhibendam . cum sumantur à conuersationibus mores, & vitandam,ne proximum quenquam transfigant, & contactu noceant, quod Pamphili prius bonæ indolis pueri deprauatio testatur atque declarat.[Nam istæc commemoratio,&c.)Lacerat animum & præmit, inquit Seneca, frequens meritorum commemoratio . [Excessit ex Ephebis, &c.) Ephebi dicuntur pueri quorum lucida facies iam pubescens, prima lanugine obducitur,Phœbi enim dicuntur lucidi,quasi extra phœbitatem, vt ita dixerim . Incipit autem pubertas post annum decimumquartũ. [Nam antea qui,&c.) Humani animi difficilis est coniectura, inquit Plato,qui in septimo de Legibus loquens de puerorum educatione sic ait: Pueri sine pædagogis non sint . Est autem puer omni bestia intractabilior . Nam cum prudentiæ fontem nondum perfecte habeat,insidiosissimus est acerrimusque,& petulantissimus omnium bestiarum. Ideo multis quasi frenis vinciendus est . Et in 10.de Legibus ait: Iuuenum mores sæpe in dies varieq. mutantur. [Vt ne quid nimis)Plato in eo dialogo, qui Hipparchus inscribitur,sic ait: Hipparchus instituta sapientiæ,elegijs carminibus inclusit,adeo vt ciues non admirarentur egregia illa Epigrammata Delphica, Cognosce teipsum,Nihil nimis.Idem in Prothagora sic ait:Sapientes ex cõi consensu has Delphici Apollinis templo primitias dedicarunt,quæ tẽplo inscriptæ ab omnibus celebrant:Cognosce te ipsum,Nihil nimis. Sponsioni non deest iactura,&c. Huius præcepti meminit etiã in Charmide.[Veritas odium parit)Sententia digna theatris,& auribus confusæ multitudinis , indigna vero bonorum virorũ cœtu confessuque honesto.Seneca scribens de clementia ad Neronem

ronem sic ait: Malo verbis offendere quàm placere adulando. Et alibi: Si merito aliquis te obiurgabit, scito quia profuit, si immerito, scito quia prodesse voluit. Et alibi: Malis displicere, laudari est. Epicurus dicebat: Qui peccare se nescit, corrigi nō vult. Et Sen. lib. 4. Epist. sic ait: Malis artibus popularis fauor ac quiritur, & conciliari nisi turpi ratione amor turpium non potest. [Accepit conditionem). i. modum viuendi cum libidine ac facilitate quæstuosum. [Dic sodes &c.) Sodes, inquit Sext. Pompeius. i. si audes, vti sis, pro si vis, & ilico, pro in loco. Terent. in And. Dic sodes. Symbolū dr à συμβάλλω verbo Græco, quod Latinæ significat confero, & simul trado. Gell. lib. 6. sic ait: Cum domum suam nos vocaret tantus philosophus, ne omnino, vt dr immunes & à symboli veniremus, coniectabamus ad cœnū iam non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum Plato sic ait in Cratilo: Non secus & nos elementa rebus accommodabimus, & vnum vni quocunque egere maxime videatur, symbolaq;. i. coniecta conficiemus, quas syllabas vocant Pli. lib. 33. loquens de anulis, dicit: Apud nos Prisci anulum appellabant vngulum, postea, & Græci, & nostri symbolum. [Nuptijs dictus &c.) Condicere denunciare significat & constituere, vt condicta est cœna. [Mortem fert &c.). i. ita commouetur ac dolet, ac si fuisset cum illa coniunctus summa familiaritate, & amoris vinculo. [In funus &c.) Celebrare funus, est officium homini ab homine studiose præstitum. Non est humanum pectus, sed ferreum potius, quod res humanæ non tangunt. Et hominem qui ex homine tollit. i. humanitatem fera verius q̄ homo appellatur. Seneca loquens de Amic. sic ait: Alienis delectari malis, voluptas inhumana, & alienis bonis torqueri, æterna miseria est. Animus ergo humanus bene à natura institutus, aliena dolet infelicitate, felicitateque lætatur qm̄ homo est homine non est alienus. Vnde Antonius Pius de Marco plorante suum educatorem iam vita functum, dixit: Permitte illi vt homo sit: Non enim vel Philosophia, vel imperium tollit affectus. Funus est exequiarum pompa. [Lamentari præter ceteras &c.) Flere est emittere lacrymas & vocem. Plotare lacrymas tantum. Gemere in pectore. Eiulare est sublata voce flere quod ad mulieres pertinet. Lamentari est voce querula & tristi oratione, calamitatem testari suam. [Hæc est illa misericordia &c.) Misericordia est ægritudo ex miseria alterius, iniuria laborantis. Lamentatio, inquit Cic. in 4. Tusc. est ægritudo cum eiulatu. Crudelitas minime humanum malum est, indignumq̄. tam miti animo. Ferina ista rabies est sanguine gaudere ac vulneribus, & abiecto homine in siluestre animal transire. [Ibi tum exanimatus &c.) Exanimatus vehementer commotus est præ timore, quasi extra se positus & semi mortuus. Hic affectus collocantur sub metu, terror, rubor, pallor, timor, pauor, qui est timor mentem è loco mouens, & exanimatio, quæ est comes pauoris & conturbatio, quæ est metus excogitata excutiens. [Dissimulatum amorem &c.) Affectum exprimit amantis Pamphili, qui cogente necessitate, ac periculo vrgente, præsente etiam patre, amorē suum indicauit. Ideo dicit Mart. Quid non cogit amor? [Nam si illum obiurges &c.) Obiurgatio est castigatio post turpe factum, & pertinet ad amicos, & affinitate, & propinquitate coniunctos. [Vt per falsas nuptias &c.) Apul. lib. 6. sic ait: Luxuria puerilis nuptialibus pedicis colliganda est, & primi impetus iuuentutis, fræno quodam coërcendi sunt. Flamma sæui amoris parua quidem primo vapore delectat, sed fomento consuetudinis exæstuans, totos comburit homines. Et Plaut. in Cist. dicit amorem melle ac felle fecundissimum esse.

GLAR. IN huius actus versu xj. seruiebas trissyllabon esse i, & e, in vnam syllabam contractis (quanquam & tertio loco Creticus esse poterat, vt xv. versu, loco & secundo, & in xvj. versu, loco primo idem pes.) in xv. verbum fuisse, dissyllabon esse, & in xvj. mihi pro mi totum elidi. In xix. primo loco Proceleusmaticū poni, denique in xxij. esse monosyllabon Ioan. putat. In proximo deinde carmine pro, In hac re te velim, non paulo elegantius legunt alij, te hac in re velim. In tertio deinde carmine Liberius viuendi fuit potestas, Doct. u, in viuendi, elidendū existimat, alioqui non constitutum carmen, tuū fuit monosyllabon esse, Ioan. s, obliterandū putat in liberius, postremis vocalibus coalescentibus, ita vt primo loco sit Dactylus. Ego vero quo ex i, & u, fiat breuis syllaba non video, fuit autem monosyllabon. Idem ostendit, q̄ postea in hoc inquam scena Scias, eius, suæ, sint monosyllaba in his versibus, Nam qui cū ingenijs conflictatur eiusmodi, Neque commouetur animus in ea re tamē, Scias posse habere iam ipsum suæ vitæ modum, Quid si fuit tolatur? Neque enim minus constabit sententia, cum is, qd̄ præcedit, non referatur ad fuit. Et Donatus supplet ei, nulla mentione verbi fuit facta. Itaque, ei data est, tam suppleri pōt, abiecto verbo fui, quàm soluta datiuus ei. Et carmen optime se habebit. Sed iudice lector. Ceterum in hoc versu, Scias posse habere iam ipsum suæ vite modum, ego primo loco Bacchium cōstituo, & quarto loco Creticum. [Nunquam prēponens se illis, vt facil.) Varia hic est lectio. nam quidā legunt, illis, quidam, alijs quidā vlli. [Si vltima lectio esset vera, in scansione nihil esse difficultatis, in alteris s, elidendum putant, vt sit quarto loco Iambus. Quanquam poterat s, manere, & a, in ita, nō elidi, ac facillime, per vnum l, legi, vt habet natura eius nominis, geminatum. n. ll, per epenthesin est. Potest & Creticus esse loco quarto, qui tollit omnem hanc dubitationem. [Sine inuidia laudem inuenias) Eliditur u, consonans, & nisi sit proceleusmaticus, inuidia fit synæresis. Hæc Doctor. consimiliter Ioan. Eliditur & eodem modo vt in enimuero, quod semper obseruasse Teren. idem ait Io. Ego puto hic loco primo esse Pæana secundum in enimuero aut Bacchium vbicunque hi Anapæstum ponunt. [Quid igitur obstat cur non vesi) Si quid igitur obstat, legas, pro Quod obstat, tum vere expungendum esse ait Doct. quod mihi non displicet, nam de fieri simpliciter quærit. Ioā. putat Proceleusmati cum primo loco esse, & verbum fiant, in vnam contrahendā syllabam, nec quidquam tollendum esse Pōt & proceleusmaticus primo loco esse, & Bacchius quinto. Porro in nono hinc versu Huius dissyllabum est, In X. Mihi dissyllabum. In 13. Eius dissyllabum, quod frequentius monosyllabum perhibent. [Quæ ibi aderāt forte vnam aspi.) In hoc carmine primo loco ex Tribrachys. In quarto Proceleusmaticus. [Percussit illico animum. at at, hoc) At at Iambus est, Ego h, in hoc, habet vim consonantis. Vt in illo j. Aen. Post habita coluisse Samo, hic illius arma, Hic currus fuit. Item in quinto versu ante hunc Creticus est loco quarto. [Satis vehemēs causa ad obiurgandū) S eliditur in satis, vt superius, Satis cum periclo. Est aūt & hoc loco in prima sede Proceleusmaticus. [Quis igitur relictus est obiurg.) Ita habent vetustiores libros, verbū est post participium relictus, vt s, elidatur in quis. Doctor. ponit est verbum ante participium relictus & in participio elidit s, literam de syllaba ctus. Tertium deinde carmen ita legendum est, vt verbum est, ad finem versus veniat. Ea primum ab illo animaduertenda iniuria est. Non vt quidam emendarunt temere, Ea primum ab illo est animaduertenda iniuria. Hæc in hanc scenā diximus, cum plurima dicenda essent. Verum cum tot videam qui scribant, obiter duntaxat loca quædam notamus. Nam hoc carmen, Sed quid opus est verbis? Sin eueniat, qd̄ volo &c. ab Doctor. ante XX. annos nobis expositū fuit. Ioan. ex Linacro hanc laudem primam Crotino tribuit.

ACTVS I. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Filij amorem explorat pater, simulat futuras nuptias, interminatur Dauo pistrinum, si quid fallaciæ in ipsis conatus fuerit nuptijs.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Sequenti scena Simo à Dauo filij amorem explorat. Idem falsis nuptias vafre simulat, interminando ipsi Dauo, ne quid in ea re fallaciæ struat. Postremo Daui hæsitabundi est consultatio, Pamphilum ne adiuuet, an potius obtemperet hero.

Partim Senarij, partim Octonarij. Dimeter vnus, quo distinctionis causa vsus est per mediū, inquit Priscianus.

SIMO, DAVVS.

NOn dubium est quin vxorem nolit filius:
Ita Dauum modo timere sensi, vbi nuptias
Futuras esse audiuit. sed ipse exit foras.

D. Mirabar, hoc si sic abiret: & heri semper lenitas, Verebar, quorsum euaderet.

Qui

Qui postq̃ audierat non datum iri filio vxorem suo
Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit, neque id ægre tulit.
s. At nũc faciet, neq;, vt opinor, sine tuo magno malo.
D. Id voluit, nos sic nec opinantes duci falso gaudio.
Sperantes iam amoto metu, interea oscitãtes opprimi,
Vt nec esset spatiũ cogitandi ad disturbandas nuptias:
Astute. s. carnufex quæ loquitur? D. herus est, neque præuideram.
s. Daue. D. hem, quid est? s. ehodum ad me. D. quid hic volt? s. quid ais? D. qua de re? s. rogas?
Meum gnatum rumor est amare. D. id populus cura, scilicet.
s. Hoccine agis, an non? D. ego vero isthuc. s. sed nunc ea me exquirere.
Iniqui patris est: nam quod antehac fecit, nihil ad me attinet:
Dum tempus ad eam rem tulit, sciui animum vt expleret suum:
Nũc hæc dies aliam vitam affert, alios mores postulat.
Dehinc postulo, siue æquum est, te oro Daue, vt redeat iam in viam.
* Quid hoc. D. * Hoc quid sit? s. omnes qui amant, grauiter sibi dari vxorem ferunt.
D. Ita aiunt. s. tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum,
Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partem plerunque applicat.
D. Non hercle intellego. s. non hem? D. non: Dauus sum, non Oedipus,
s. Nempe ergo aperte vis, quæ restant, me loqui. D. sanè quidem.
* hisce. s. Si sensero hodie, quidquam in * his te nuptijs
Fallacie conari, quo fiant minus;
Aut velle in ea re ostendere, quàm sis callidus:
Verberibus cęsum te in pristinum Daue dedam vsque ad necem,
Ea lege, atque omine, vt, si te inde exemerim, ego pro te molam.
*Quid? hoc itel lextin'? * Quid, hoc? intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem? D. imò callide:
Ita aperte ipsam rem modo locutus: nihil circuitione vsus es.
s. Vbiuis, facilius passus sim, quàm in hac re, me deludier.
D. Bona verba quæso. s. irrides? nihil me fallis. sed dico tibi,
Ne temere facias, neque tu hoc dicas tibi non prædictum. caue.

DON. NON dubium) Narratione iam habita, persona Sosiæ non erat necessaria. ergo subsistit senex, per quem agenda sunt reliqua. [Non dubium) Ad hoc certus inducitur Simo, vt magis perturbetur inopinata consensione Pamphili ad ducendam vxorem, & præterea nihil agat Chremete de tradenda filia, confirmandisque nuptijs. [Ita modo) Non recessit de loco senex, Sensi ergo ante, quàm cum Sosia loqui cœpisset. [Ita modo Dauum timere sensi) Argumentum quod supra, ab eo quod nostri faciunt. [Modo) Ante quàm cum Sosia loqui cępisset Simo. & Dauus non rectè scribitur, Dauos scribenduni, quòd nulla litera vocalis geminatam vnam syllabam facit. Sed quia ambiguitas vitanda est nominatiui singularis, & accusatiui pluralis, necessario pro hac regula, digamma vtimur, & scribimus DaFus, serFus, corFus. [Miraber hoc) Hic locus est in quo Dauus insinuatur spectatoribus multa gesturus. [Si sic) Sic, pro leuiter & negligenter, quod Græci οὕτως dicunt. significant aũt οὗτος, sic, & est de his, quæ adiuuanda gestu sunt, vt Tantillum puerum, &, Huius non faciam. [Lenitas) Clementia, facilitas. cui contraria, asperitas & difficultas. [Et heri semperlenitas) An semperlenitas, vt sit ὑφώ. Lucr. Semperflorentis honoris. [Semperlenitas) Ac per hoc simulata vsque nunc lenitas, nam nemo in diuersis actibus semper lenis est, nisi forte fictus, ac simulator & callidus. [Semperlenitas) Sine differentia est importuna lenitas. [Quorsum euaderet) Ad quam partem erumperet. Et euadere, est per quantunque difficultatem ad aliquid peruenire. [Verbum fecit) Non dixit litigium, aut rixam, sed verbum. istæ exiguitates, asseuerationes dicuntur. & cum pronunciatione, vt in telligatur, ne verbum quidem. [Neque id ægre tulit) Hoc est semper lenitas. [Faciet) Subaudiendum verbum. & est Faciet, persona tertia pro prima. [Faciet) .i. irascetur, denunciabit, loquetur. [Sine tuo magno malo) .i. comminabitur tibi, & minas contemnes, vt ad pœnas peruenias. [Id voluit) Aut absolute accipiendum Id, aut Id, quomodo sic, demonstratio est, vt magis gestu, quàm sensu intelligatur, vt supra diximus. Nec opinantes. ὑφώ. [Duci) Ducere est expectatione longi temporis malum protelare. Vel induci, vt feras in retia. [Falso gaudio) Velut ex ira, & vitæ senis iracundia. [Amoto metu) Ista singula sunt, & amoto metu, sic dixit, quasi metus sit corpu brutum, quod cum molimine mouetur. [Oscitantes) Oscitatio est animi ocium, & seueritas dictum ab ore ciendo. i. commouendo. Oscitantes, securi, vel nihil pro videntes. [Cogitandi ad disturbandas) Miranda locutio, vt si dicas, Cogitat ad dicendum. [Astute) Hoc & gestu, & vultu seruili, & cum agitatione capitis dixit. [Carnifex) Aut excarnificans dominum, aut ipse dignus carnifice vt caro fiat .i. lanientur. Lucilius, Carcer vix carcere dignus. [Neque præuideram) Præuidentia duplex est, aut enim animo, aut oculis prouidemus. [Hem) Quasi correptio totius corporis. [Ehodum) Nutus est, intentionem animaduersionemque deposcens eius cum quo vult loqui. [Ehodum) Dum περίεργον est hoc loco. [Quid hic volt?) More seruili, & vernali gestu, sic enim vocati à dominis, secum vultuose agunt. [Qua de re?) Negantis vim habet hæc interrogatio. plus est enim qua de re, quam nihil. [Rogas?) Hoc cum interrogatione indignantis. [Meum gnatum rumor est amare) Mire apud seruum dissimulat, id quod iã probauit. [Meum gnatum rumor est amare) Grauiter, constanterque senex nondum se fatetur credere, nec verum scire, ne amittat vim vindicaturi si rescierit. [Id populus curat .s.) Quia rumigeratio populi est, sed hoc auersus ab illo contumaciter. Sic Virgilius, Scilicet superis labor est. Scilicet, semper cum εἰρωνείᾳ ponitur. [Hoccine agis) Agis .i. audis. Alibi sic, Hoc age amabo. Plaut. vos hoc agite. Spectat pronuncians simul demonstratiue, veluti autem suam tangens. [Istuc) Deest ago, vel audio. [Iniqui patris est) Iniqui est, si nunc velim quærere actus liberos adolescentis. [Nam quæ ante hac fecit) Pro ante hæc, consuetudine magis, quam ratione dicitur. [Nihil ad me) Id agit vt superius consilium se seruare ostendat. [Dum tempus ad eam rem tulit) Deest se, vt sit, dum tempus se præbuit, quia sua pra dixit, Tute his rebus finem præscripsisti pater. [Ad eam rem tulit) Absolute, & deest se. [Sciui animum vt expleret suum) Mira ratio cur sciuerit, vt & hoc quod permisit, ad bonum permiserit, non ad luxuriam. Sciui autem distingue. est autem sciui modo, permisi, cessaui, sciui antique. Aliter in Adelphis, Non sciuit egestas facere hoc nos. [Nunc his dies aliam vitam affert) Hoc est, recte, & seuere, & inexorabiliter denunciat. Aliam vitam, pro diuersam, & contrariam. sic & Virgil. Dijs aliter visum est. [Te oro Daue) Grauius illud fecit, nomine appellando. [Vt redeat iam in viam) Iam modo tarditatis est signum. & in viam dixit, quasi qui deuius sit, & errarit, à recta via. [Siue æquum est) προδιόρθωσις. [Vt redeat iam in viam) Prouerbiale. [Hoc quid sit?) ἔκπληξις, deest enim quæris. [Ita aiunt) Hæc credunt, & loquuntur vniuersi, & est trepida confessio, & quasi inuiti responsio, vt in Heaut. Ita credo, monente patre filium. [Tum si quis magistrum) μεταφορικῶς an quia, & pædagogus est magister? vt Geta in Phormione, Me filijs relinquunt, quasi magistrum. [Ad eam rem) .i. super eam rem, hoc est super amorem. [Animum ægrotum) Pro ægro. nam animus eger, corpus ægrotum. [Hem) Interiectio est irascentis. [Dauus sum nõ Oedipus) Multiplex contumelia. potest. n. senem quasi sphyngẽ dixisse. i. deformem, monstrique similem. potest etiam inhumanum

num,& ferum,vt ſpinx.Poteſt per Oedipum ſe vltorem promittere futurum,atque oppreſſorem ſapientiæ ſenis. [Dauus ſum, non Oedipus) Facete ſe negauit Oedipũ,vt ſenem ſphinga eſſe confirmet,non Oedipum. Imitationum duo ſunt genera quandam neceſſitas, quandam introducit voluntas.[Non Oedipus) ſi Latine pronunciens,genitiuus Oedipi faciet. ſi Græce,Oedipodis.[Sane quidem)Sane,valide,quia qui ſanus,& validus eſt. [Si ſenſero)Cominatio,& fit pronunciatio,vt in ſingulis verbis ardeant minæ.[Hodie)Non ad tempus non plenum,ſed ad cõminationem refertur. vt Virg. Nunquam omnes hodie morie mur inulti.Et dies pro nocte accipitur,vt hoc ipſum,Nunquam omnes hodie moriemur inulti.[Quo fiant minus)Quo minus hoc eſt quo impeditius.[Verberibus cæſum te in priſtinum Dae)vult in pronomine,& nomine exagitare comminatione ſeuum,ne quid relinquent iracundiæ.[Dedam)Dare,eſt quod repetas: Dedere eſt ad perpetuum. Damus,& amicis: Dedimus, tantum hoſtibus.[Ea lege atque omine)Lege,ad homines,omine,ad rem diuinam refertur.i.firmamentum per humana,& diuina.Omen autem eſt quidquid ore dicitur. [Ea lege atq; omine)Bene legit atque omine, quia lege auſpicijs ſeruatis ferebantur.Ergo ſit intellige,quaſi dixerit,ea lege,& conditione,& anti qui auſpicato omnia faciebant,quæ rara eſſe vellent. [An nondum etiam)Quartum πλεόνασμον quia abundat etiam. [Ipſam rẽ) Ipſam rem .i. voluntatem ſuam,aut interminationem ſuã,hoc eſt piſtrinum,& pœnas ſeruiles. [Nihil circuitione) Nihil,pro non.Circuitione,periphraſi.[Vſus es)Legitur,& vſo res.[Vbiuis facilius) Admonitio. [Vbiuis facilius) Cicero, Non eſt in hac cauſa peccandi locus vllus.[Bona verba quæſo) Hic in ἐξουσίᾳ eſt παρρησιασὰς,q.d.meliora loquere,rogo te.ergo cum admonitione,Bona verba,inquit,rogo.[Nihil me fallis)Nõ te ignoro,non me decipis. ſic Menander,ἀλλὰ μελανθάνεις ἄν. [Nihil me fallis) Figura eſt ἐλλειψεως. [Fallis) Lates,vt ſit ἀλλὰ μελέλησας. [Nihil me fallis)Nihil,pro etiam nunc. [Neque tu haud dicas tibi non prædictum) Duæ negatiuæ faciunt vnam affirmatiuã, tres negatiuæ pro vna negatiua accipiuntur: vt hic, Neque haud non. Saluſtius, Haud impigre,neque inultus occiditur. Vera ergo lectio eſt, Neque tu haud dicas. quod plurimi non intelligentes, hoc dicas legunt. [Neque haud tu dicas tibi non prædictum) Vera lectio,Neque haud dicas. eſt enim quintum πλεόνασμον. Plautus in Bacchidibus. Neque haud ſubdititia gloria oppidum arbitror.

GVID. NON dubium) Hic Simo alloquitur populum. Nã Soſia protactica perſona non erat amplius neceſſaria narratione iam habita propterea diſceſſerat ſenex, aut ſubſiſtit per quem agenda erant reliqua, Non eſt dubium,quin.i.non filius nolit vxorem ſenſi Dauum ita timere. modo.i.antequam cum Soſia loqui cepiſſet. vbi.i.cum primum audiuit nuptias eſſe futuras,ſed ipſe Dauus exit foras.i.egreditur. D A. Mirabar ſi hoc.i.hoc commiſſum Pamphili,vel ſi hoc factum Simonis,fit.i.ita negligenter,& facile abiret.i.traduceretur,&.i.verebar.i.timebam heri quorſum.i.ad quem effectum ſemper lenitas.i.continua,& aſſidua clementia euaderet.i.quam partem erumperet. Nam euaderet eſt per quamcunque difficultatẽ ad aliquid peruenire. qui poſtq; audierat vxorem. non datum iri.i.non eſſe dandam filio ſuo,nunquam fecit verbum cuiquam noſtrum.i.nihil dixit nobis ne verbulum quidem, neque ægre tulit.i. non impatienter aut moleſte tulit illud.ſ.vxorẽ filio non datum iri. S I. At.i.ſed nunc faciet.i.ægre feret,& Simo de ſe per tertiam perſonam loquitur ſummiſſe, & ſecreto reſpondens verbis Daui neſcientis eum,neque vt opinor ſine tuo maximo malo. D A. Id voluit quod ſequit.ſ.nos duci.i.induci tanquam in retia,aut duci.i.foueri.Nam duci eſt expectatione longi tpis malum prolaturi falſo gaudio.ſic.i.tali lenitati,nec opinantes.i.non ſuſpicantes. voluit inquam nos ſperantes.i.ſpem habẽtes quietos iam amoto metu.i.poſito timore. opprimi.i.deprehendi inter oſcitantes.i. vel ſecuros,vel nihil prouidentes,oſcitatio.n.eſt animi ocium, & ſecuritas dicta ab ore ciendo.i.cõmouendo. Ne ocium eſſet nobis.i.ne haberemus opportunitatem. cogitandi.i.cõmiſcendi.ad diſturbandas.i.impediendas diſſipandas nuptias,aſtute fecit ſup.& agitatione capitis dictum eſſe putandum eſt. S I. Cornifex.i.Dauus, carnifice.i. ſaniatore dignus vel ipſe carnificans dñm .i. vel deſtrues. vel in eius perniciem,& malum tendens, aut cum ſuis verbis lanians. Carnifex ergo quæ loquitur cum exclamatione lege. D A. audiens dauus murmur aithærus eſt .i.dominus adeſt,neque prẽuideram meam ſimplicitate ductus. S I. Daue. D A. Hem, interiectio indignantis quid eſt? S I. Ehodum,hæc particula eſt ſignum depoſcentis,attentionem, & animaduerſionem,& dum eſt Syllabica adiectio. ad me.ſ.veni. D A. Quid hic.ſ.Simo volt? S I. Quid ais? D A. De quare? S I. Rogas.i.interrogas. rumor eſt.i.fama volat gnatum meũ amare.i.amore capi. D A. Populus curat id.i.filium amare.ſ. id eſt quod vulgo dicitur deus ſciat,& ferè ſemper ironice dicitur. S I. Hoccine.i.vtrum hoc agis.i.audis an non agis.ſ.q.d. intelligis quod dico an non. D A. Ego vero ago .i. audio. iſtoc .i. iſtud quod ais. S I. Sed eſt iniqui patris .i. ſpectat ad patrem non æquum me nunc requirere ea quæ.ſ.ante fecit.Nã nihil ad me attinet.i.ſpectat de his ſup.quæ fecit ante hac.i.ante hoc tempus,dum.i.quando, tempus.i.temporis opportunitas. tulit.i.præbuit ſe ſup.ad eam rem.i.ad amandum, ſiui à ſine fini .i. permiſi. vt expleret animum ſuum .i. vt ſatisfaceret animo ſuo. nunc hic dies.i.hoc tempus,pars pro toto,affert.i.recte denunciat,ſiue adhibet aliam vitam.i.diuerſum viuendi modum, & poſtulat.i.requirit alios mores .i. contrarios à ſuperioribus. Dehinc .i. ex hoc tempore in poſterum poſtulo,tanquam rem iuſtam,& ſi equum.i.rectum,q.d.non dare te oro tanquam maiora vt ipſe filius iam.i.nunc & modo. tarditatis ſignum eſt redeat in viam rectam, ſcilicet .i. reſipiſcat. eſt qui viam laſciuiæ deſerat,& redeat in viam. prouerbialiter dictum eſt,& translatiue ab eo qui delirauit ſeu deuiauit, & tandem in rectam redit viam. D A. Miror quid hoc ſit quod.ſ.dicis. S I. Si quæris.i.ſi ſcire vis dicam. Oẽs qui amant.i.amore ſunt capti.grauiter ferunt.i.moleſte,& ægre patiuntur vxorem ſibi dari. D A. Ita aiunt,q.d. ferè oẽs dicunt,& eſt tepida conſenſio,& quaſi inuiti reſponſio. Tum.i.deinde vel præterea.cepit magiſtrum improbum ad eam rem.i.ad amandum,ſiue ſub amore. plerunque .i. ſæpenumero applicat .i. adiungit ipſum animum ægrotum .i. male habentem, pp amoris inſaniam ad partem deteriorem .i. peiorem. Aegrotus tñ hic vſurpatur pro ægro. Nam æger eſt animus,corpus vero ægrotum. D A. Hercle .i. certe iurantis aduerbium non intelligo.i.non capio verba tua. S I. Non? Hem?interiectio iraſcentis. D A. Ego ſum Dauus,q.d.ſimplex ſeruus. non Oedipus.i.non interpres ænigmatum mihi propoſitorum niſi apertus fiat ſermo. Oedipus enim poſteaquã ſphingis monſtris ænigma proponentis,& neſcium diſſoluere opprimentis diſſoluit,& monſtrum interfecit dictus eſt iterum obſcuriſſimarum interpres, itaque Dauus hic poteſt intelligi dixiſſe ſenem deformem,& monſtri ſimilem,aut inhumanum,& ſæuũ inſtar ſphingos. S I. Nempe.i.certe ergo vir me loqui aperte.i. plane. ea quæ reſtant.i.reliqua ſunt. D A. Quidem.i.certe ſane .i.valde volo ſup. S I. Senſero hodie.i.tam nocte quam die.Cõplectitur .n. dies naturalis tam diem quam noctem. te Dauum conarier.i.moliri quidquam fallaciæ .i. aliquam deceptionem, aut cauillationem in his nuptijs quas.ſ.ſimulo duo minus .i. vt impeditius fiant,aut ſi ſenſero te velle oſtendere in ea re. quam .i.quantum ſis callidus.i.aſtutus à calleo es. Nã vt manus labore,ſic mens callidi aſſiduitate malitiæ, ſeu aſtutiæ concalluit, ac callum fecit. ò Daue dedam.i.perpetuo dabo tẽ. Damus.n.ad tempus quod repetimus vt amicis.Dedimus vero ad perpetuum vt hoſtibus. in priſtinum, videlicet, ad circumagendas. molas quas truſatiles vocant,vt Gellius ait. Dicitur enim priſtinum à pinſo is quod eſt molo is, ſiue tundo is. cęſum.i.flagellatũ verberibus.i.virgis ſuſtibus loris. Nam vt ait Lau.licet verbera p verberatione accipiatur tamen rem corpoream proprie ſignificant. vt flagella virgas baculo fuſtes lora ferulas harundines,& ſi quid eſt ſimile, vſque ad necem.i.mortem.ea lege.i.tali conditione,referendo ad homines,& eo omine.i.eo auſpicio,ſeu augurio,& voto mentis,& vocis referendo ad rem diuinam.Omẽ enim teſte Feſto eſt augurium, quod ore fit, & voce non auribus,aut alio modo dictum quaſi orimen q; ore fiat. Seruẽt dicit eſſe auſpicium item votum mẽtis,& vocis. ergo lege,& omine vt.i.quòd ſi eximerim.i.eduxerim te inde .i. ex piſtrino, ego dominus molam.i.circumagam molas pro te.i.vice tua. Quid intellextin'?.i. intellexiſti nec hoc quod nunc dixi.an nondum .i. non adhuc. ẽt hæc quidem .i. nec etiam hæc intellexiſti ſicut nec cetera te dicebas intelligere. abundat etiam. D A. Imò.i. ſed intellexi. ſup.tu locutus ita aperte.i.clare. rem ipſam.i.tuã. tuam voluntatem,modo.i.paulo ante nihil.i.nõ vſus es circuitione.i.ambage verborũ. S I. Vbi vis.i.quacunque alia re facilius paſſus ſim.i.minus moleſte ferrẽ deludier.i.deludi per Paragogem,hoc eſt derideri, q̃ in hac re.i. in his nuptijs. D A. quæſo.i.rogo bona verba, q.d.meliora loquere vel ſuauius loquere pcor. S I. Irrides. nil.i.non me fallis.i.non te ignoro,nõ me lates,non me prẽteris,aut fugis,ſed dico tibi.i.admoneo.caue fuge,ne facias quidquam ſup.temere.i.inconſulte inconſiderate,

rate, neque pro & non caue inquam .i. fuge, ne haud dicas.i.q̃ dicas (duæ enim negatiuæ faciunt vnam consentiuam) malum futurum non prædictum fuisse tibi, vel sic dici potest, caue.i. ani maduerte vel prouide, ne.i. vt & vt pro q̃, haud .i. non dicas non prędictum &c. dicimus enim caue cadas, & caue ne cadas in eodem sensu, vbi significare videtur, q̃ si caue capiatur pro fuge quo quidem pacto capi debet. Nam cum dicimus caue ne cadas intelligimus fuge, hoc videlicet casum & lapsum tui. Aliter legit Donatus quod mente & ingenio reuolue.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Terret Dauum senex, & animũ eius de Pamphilo explorat. [Ita Dauum modo) Signum ex adiunctis. [Mirabar) Semper, pro perpetua. Et est sermocinatio Daui depræhensio senis consilio. [Speranteis) Speranteis.i. securos, nomen non participium. [Astute) Subiecta in fine ironia. [Qua de re) Negantis interrogatio. [Id populus) Ironica reiectio dissimulantis. [Siue æquum) Ironica correctio. [Hoc quid sit) Perstat in dissimulatione Dauus, & subaudiendum. non intelligo. [Non? hem) Hem indignantis. [Dauus sum non) Sumptum ab Oedipi fabula, & in prouerbium abijt. [Si sensero) Comminatio senis. [Ea lege, atque omine) Omine.i. auspicio & conditione quia leges auspicato ferebantur. [Me deludier) Deludier, paragoge. [Bona verba) Ironia.

PETRVS MARS.

NON dubium est, &c.) Humani ingenij prudentiæ conie cturam in re ciuili non sufficere ad veritatem despiciendam hęc scena præcedens declarat, & serui non stolidi, sed versuti callidi tas exprimitur, qui rem omnem pro captu seruilis ingenij ac ra tionis considerat, & ratiocinatur ne incautus opprimatur, & pa tris nimia indulgentia erga filios, ac negligẽtia in illorum edu catione describitur. Duo hęc illorum malorum causę sunt, quę facile emendantur. Et patrem decet in primis ita filium instituere, vt se ac patria dignus adolescat. Plato in eo Dialogo qui Theages de sapientia inscribitur, sic ait: Non enim hactenus cognoui, cui rei maiorem diligentiam quisquis mẽtem habet adhibere debet, quàm vt filium optimum reddat. [Nihil ad me attinet, &c.) Hęc sententia non quocunque patre digna est, sed illo qui sua indulgentia pariter, & negligentia filium errare sinit, & ita labi, vt suæ imprudentiæ tandem det pœnas, ac filiorum delictis torqueatur. Plato in 2. de Legib. loquens, de vitæ puerorum disciplina, sic ait: Disciplinam appello virtutem, quę primo pueris, vel iuuenibus aduenit, si voluptas, & amor, dolorq̃. & odium recte in animus influant, antequam ratione mouean tur, & ratione deinde prędente rationi consentiant, propter superiorum bonorum morum cõsuetudinem. In 6. sic ait, Hominem mansuetum animal esse dicimus. Certe si cum natura feli ci rectam quoque disciplinam fuerit affecutus, diuinum animal & mansuetum efficietur. Sin vero aut non satis aut non bene fuerit educatus, ferociſſimum omnium quæ in terris nascũtur, animal redditur, quamobrem non debet legumlator summopere necessariam pueritiæ educationem postponere, sed operam dare in primis, vt optimus vir eligatur, qui pueris educandis p̃sit. Idem in 3. de Rep. sic ait. Qua propter ipsis principibus, & primo & maxime Deus præcepit, vt nullius rei maiorem curã custodiam ue suscipiant, quàm filiorum. [Ea lege atque omine, &c.) Cic. lib. 1. de Diu. sic ait: Neque solum deorum voces Pythagorei obseruauerunt, sed etiam hominum, quæ vocant omnia, quæ maiores nostri, quia valere censebant, iccirco omnibus rebus agendis, quod oonum felix fortunatumq̃. esset, precabantur, rebusque diuinis, quæ publice fierent, vt fauerent linguis, imperabant. Quod Seneca loquens de vita beata sic interpretatur: Quoties mentio sacrarum literarum interuenit, fauete linguis. Hoc verbo non, vt plerique existimant, abstrahitur, sed imperatur silentium, vt rite possit peragi sacrum nulla mala voce vel ore obstrepente. [Tum si quis magistrũ cepit, &c.) Quoniam nihil quod animos dubios, & in prauitatem inclinatos magis prępcipites, q̃ malorum virorum conuersatio, & improborum magistrorum persuasiones, quas Plato in eo Dial. Qui zophista inscribitur, non præceptores, sed seductores ac p̃stigiatores appellat, his verbis: Seductores quasi pręstigijs quibusdam vtentes, adolescentulos procul à veritate rerum adhuc existentes decipiunt. Sen. Facile est teneros adhuc componere animos, difficulter reciduntur vitia quę nobiscum creuerunt.

GLAREANVS.

IAMBICI triplices, omnes Acatalectici. Vnus dimeter, Senarij sex, reliqui quadrati, vno aut altero Trochaico Tetra. Cat. permixto. [Non dubium est quin vxorem nolit filius) Sin & quin apud hunc Poëram perpetuo producuntur. De sin precedente scena patet, Sed quid opu'st verbis? Sin eueniat, quod volo. cuius priores quinque pedes sunt vt carminis heroici. De quin, hic patet. Ita Virg. 1. Aen. quin aspera Iuno Consilia in melius referet. Quanquam act. 3. sc. vers. penult. videatur bre ue quin. sed excusatur si cum monosyllabum faciemus vt sæpe est apud hunc Poëtam. Præterea in vltima scena huius fabulæ, versu vndecimo à fine. Si eam monosyllabum factũ totum elidas, fit longum, alioqui credi potest ab hoc Poëta quin, corripi etiam. [Futuras audiuit, sed ipse exit foras) Esse, redundat in metro, ni facias synæresin in audijt, aut nisi elidas e, in sed, quod aliquoties facere videtur Ter. sd ipse, vt sit interiectio veluti con ticescentis repente. Ioan. autem putat s, in prima dictione elidẽ dum, Ego malim (si quidem elidere quid oporteat) d, in sed frequentissimum apud hunc auctorem, cui continuo Dimetrum subiecit distinctionis causa, inquit Prisc. quod ego non planè capio, ego puto Tetrametrum & Dimetrum pro duobus senarijs positos. Verum res non est tanti. [Nunquam cuiquam nostrum verbum fecit) Hic primus Trochaicus Tetr. Catal. est, si cuiquam, dissyllabum accipimus, vt est in frequenti apud Poëtas vsu alioqui si trisyllabum acceperimus hic versus Iambicus Tetr. Acat. erit, vt proxime præcedens. At sequens absque dubio est Trochaicus, Tetr. Catal. Et deinde rursus duo Iambici Tetr. Catal. Quartus rursus Trochaicus Tetr. Catal. ni e, literam in Ne, non elidamus. fieret enim sic Iambicus Tetr. Acat. sicut deinde omnes, num. 13. Quanquam in tertio, nempe illo, Daue. hem quid est? Ehodum ad me. ter ponitur quid, sequente vocali. Et necesse est, vel semel d, in eo elidi, vel Creticum alicubi admittere est, vt sit Iambicus Quad. Acat. Quòd si bis d, elidas, fiet Trochaicus Quad. Cat. Sic vides quàm leue momentum faciat vel Iambicum, vel Trochaicum, & vtriusque generis versibus permixtim hunc Poëtam vsum omnes vno ore fatentur. Et si vspiam alibi, certe hac scena perspicuum fecimus, sed & in sequentibus sæpe obiter ostendemus. Cetera lubens transeo quæ alij notarunt, vt Metum esse monosyllabon in Meum gnatum rumor est amare. quanquam & Bacchius ibi esse poterat, & Qui non elidi in Omnes qui amant. exemplo Virg. Et illos rursus esse Trimetros, tres.

Si sensero hodie quidquam in his te nuptijs
Fallacia conari, quo fiant minus,
Aut velle in ea re ostendere, quàm sis callidus:

Item rursus deinde Terrametros Iambicos Acatal. ad finem vsque scenæ. & secundos versu vel ea monosyllabum esse, vel Bacchium loco primo. Rursus vel d, in continuo sequenti versu initio elidi, vel Bacchium esse loco primo, denique nihil, monosyllabon, & circuiti dactylum esse in sequente versu. Nam ea leuia sunt, & à mediocriter exercitatis facile intelligi possunt. Id fortassis non prætereundum silentio Donatum in act. 3. sc. 2. ad illud Simonis, Edixin' tibi Interminatus sum, ne faceres? in penultimo huius Scenæ carmine legere, Sed edico tibi Ne temere facias. vt reddere intelligamus Simonem quæ antea interminatus fuerat. quod sicut, certe vel d, in Sed elidatur necesse est, vt constet hic versus. vel Creticus est loco sextus.

ACTVS I. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

In hac scena deliberat Dauus, velit Pamphilo esse adiutor, an auscultare seni.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic breuis, & comica deliberatio est, anxia expectatione rerum plurimarum imminentium commotiua, excitans, perturbansq̃ Daui considerationem propositam.

Iambici

Iambici, tum Octonarij, tum Senarij.

DAVVS.

NIMVERO Daue nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ.
Quantum intellexi modo senis sententiam de nuptijs.
Quæ si non astu prouidentur, me, aut herum pessundabunt.
Nec, quid agam, certum est, Pamphilum ne adiutem, an auscultem seni.
Si illum relinquo, eius vitæ timeo; sin opitulor, huius minas:
Cui verba dare difficile est. primum iam de amore, hoc comperit:
Me infensus seruat, ne quã faciam in nuptijs fallaciam.
Si senserit, perij; aut, si libitum fuerit, causam ceperit.
Quo iure, quaque iniuria præcipitem me in pistrinum dabit.
Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam: hæc Andria,
Siue ista vxor, siue amica est, grauida è Pamphilo est:
Audireque eorum est operæprecium audaciam:
Nam inceptio est amentium, haud amantium:
Quidquid peperisset, decreuerunt tollere:
Et fingunt quandam inter se nunc fallaciam,
Ciuem Atticam esse hanc: fuit olim quidam senex,
Mercator: nauem is fregit apud Andrum insulam:
Is obijt mortem: ibi tum hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam, paruam. fabulæ
Mihi quidem hercle non sit verisimile.
Atque ipsis commentum placet.
Sed Mysis ab ea egreditur. at ego hinc me ad forũ, vt
Conueniam Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem opprimat.

DON. NIMVERO Daue) Hic breuis, & comica deliberatio est, magnam expectationem plurimarum verum imminentium cum motu excitans, Daui consideratione proposita. [Enimuero Daue) Omnis persona aut ab altero commendatur, aut seipsam populo commendat, aut ab altero, & a seipsa, vt hic Daui, & per Simonem supra descripta est, vbi dicit, Mala mens, malus animus, & hic per se, dum hoc, gestu ac sermone agit ac disputat secum. [Enimuero Daue) Enimuero significationem habet nimiam permoti atque irritati animi. Cic. Hic cum alijs ex alia parte, Enimuero ferendum hoc non est, vocetur mulier. [Segnitiæ) Ad agendum. [Socordiæ) Ad considerandum. [Quantum modo) Quantum pro inquantum. [Prouidentur) Prouisio rerum duas significationes habet. Prouidemus enim nobis tam bonum, quam malum. Malum, sicut quis emimus veniens, telum prouidit, atque sic cauerit. Ergo hic Prouidentur, cauentur, vitantur. Et nuptias velut vndam nauigio imminentem fecit. quod si quis vndam ex aduerso venientem prora non exceperit, demersus vndis in pessum abit. est ergo metaphora. [Me, aut herum) Herum hic, herilem filium. [Pamphilum ne adiutem. an auscultem seni) Semper deliberatiua verba, habent quendam sonum per quem exitus rei demonstratur, vt hic ostendit se Pamphilum magis adiuturum, quam verbis senis obtemperaturum. [Si illum relinquo) Partium tractatus, quæ supra sunt, Pamphilum ne adiutem, an auscultem seni. [Vitæ eius timeo:) Vt alibi, Syre, tibi timui male. [Sin opitulor) Opem ferre dicitur in malis rebus, & ijs qui de salute dubij sunt: vt, Fer opem, serua me obsecro. Opitulor & opitulatio dicta ab opem tollendo, hoc est ferendo. [Huius minas) Subauditur, timeo. [Cui verba dare) Verba dare, fallacia est, & illud spectat, Nihil me fallis. [Difficile est) Non dicit impossibile est, ergo ostendit partem se sequi quæ pro Pamphilo est. [Primum iam) Primo, inquit, iam infensus est senex. deinde à Pamphilo grauida est Glycerium. [Primum iam) πρῶτον. est enim ἀναστροφή, pro iam primum. [De amore, hoc) Hoc amore, sic quasi cum tædio, & reprehensione eius amoris loquatur. [Me infensus). s. de amore filij, senex me seruat, & re vera timendus est. [Seruat) φυλάττει. [Ne quam faciam) Hoc ad illud spectat, Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum. [Quo iure, quaq. iniuria) Prouerbiale hoc est, qualia sunt, fas & nefas, nolis velis. [Ad hæc) In ipsa re maior est difficultas, quia grauida est Glycerium. [Siue ista vxor) Et hoc cum quodam tædio, & indignatione stomachi interrumpit. [Operæprecium) Dicitur de mirificis, & laudabilibus. nam & ea quæ magna sunt, etiam si mala, tamen miramur, quia libenter audiamus. & hoc precium est operæ. i. audiendi. [Et audaciam) Proprie dixit, vt in Eunuc. Audaciam meretricum specta. [Nam inceptio est amentium, haud amantium) Amabant veteres de proximo similia dicere, vt Cic. Minus earum putauit. s. ore de armario, quàm quòd de sacrario fuisset ablatum. Et quidem si in verbis sunt παρόμοιον dicitur, in nominibus, παρωνομασία. [Quidquid peperisset) Maiorem reprehensionem sonat, quidquid peperisset, paritur enim aut masculus, aut fœmina, & solet iustior esse causa tollendi, si marem vxor peperit. sed nimij amoris est non expectare quid tollas. [Decreuerunt) Decernere est, de magnis rebus certam proferre sententiam. vnde etiam Senatus decretum. [Et fingunt) Argumenti partem narrat, & non credit futura esse quæ dicit, vt supersit locus errori. Et fallaciam quandam, ne verisimilis sit * ipsa fallacia totius contemptionis, & vtilitatis. [Fuit olim) Modo totius summæ argumentum populo narrantur, sed vt restet aliquid ad errorem abrogatur fides. [Fuit olim quidam senes) A διηγήματικῶ ad μιμητικὸν trã sit. [Is obijt mortem) Plene dixit, quod nos obijt tantum. Virg.

Mortẽ obita qualis fama est volitare figuras.

[Recepisse orbam, paruam) Paruam propterea adiecit, vt fiat verisimile non posse eam facile suos agnoscere. [Fabulæ) Redit ad narrationem. [Atqui ipsis) Atque pro tamen. vt sit, tamen ipsis commentum placet, quod comminiscuntur probant. [Sed Mysis) παράσκευὴ alterius scenæ. [Mysis) Semper autem nomina comicorum seruorum aut à nationibus sunt indita, vt Mysis, Syrus, aut ex accidẽtibus, vt Lesbia velut ebriosa, à Lesbo insula, quæ est ferax suauissimi candidissimique vini, aut à moribus, & vernilitate, vt Pseudulus, aut ex negocio, vt Chrysalus, aut ex qualitate corporis, vt Chylacus, aut ex specie formæ, vt Pinacium. [Ego hinc) Nihil adhuc Dauus inuenit consilij, nisi vt quærat Pamphilum, moneatque. [Ego hinc me ad forum) Vultuose hoc pronunciatur, vt desit, pergam, aut ducam me.

ENIMVERO) Hic Dauus secum sequentia volutat atq; loquitur. Enimuero. i. certe ò Daue nihil loci est segnitiæ. i. negligentiæ, neque socordiæ. i. stultitiæ, q. d. non oportet hic Dauum esse negligentem neque stultum, & inconsideratum, vel nihil valet hic segnitia, aut socordia, dicitur. n. segnis negligens, & segnitia, vel segnities negligentia quasi vt Festus ait sine nitendo quod vtile, & honestum est. Socros autem dicitur aut ignauus. i. timidus, aut stultus, siue inconsideratus. Inde socordia ignauia, vel stultitia, dicitur enim secors quasi sine corde. i. animositate vel prudentia. Nam cordati homines prudentes dicuntur, quantum. i. inquantum intellexi modo. i. paulo ante, sententiam. i. propositum senis. i. Simonis, de nuptijs, quæ nuptiæ si non prouideantur. i. caueantur, & vitentur astu. i. vel astute, vel astu. i. astutia vt vult Tortell. ab astu vrbe in quam versanti fiunt cauti, ipsæ nuptiæ pessundabunt. i. præcipitem dabunt metaphora ab his, qui irruentibus vndis in aquas præcipites dantur atque submerguntur, & ab vndis opprimunt, sic hic Dauus timet ne à nuptijs opprimatur aut herilis filius, pessundabunt ergo me, aut herum. i. herilem filium, nec certum est mihi. i. non est mihi exploratum, aut cognitum, siue non est apud me deliberatum, aut constitutum quid agam. i. agere debeam, ne. i. vtrum, adiutem. i. adiuuem Pamphilum, an auscultem. i. obsequar morem geram, sine obediam seni. i. Simoni. Si relinquo. i. defero illum. s. Pamph. timeo vitæ eius. i. metuo ne pereat, sin. i. sed si opitulor. i. opem fero Pamphilo. timeo inquam minas. i. interminationes huius senis. cui seni difficile est dare verba. i. fallacias. Nam verba dare alicui est fallere aliquem. Primum iam. i. iam primum anastrophe, competit, id est veritatem deprehendit, de hoc amore hic dixit quasi cum tedio ipse infensus, id est vehementer iratus, & odium gerens, obseruat me, id est diligenter animaduertit quid agam ne quam, id est vt non aliquam fallaciam faciam nuptijs quo

GVID.

minus

minus fiant. si senserit.i.perceperit me feciſſe fallaciam, perij.i. male agetur mecum aut si libitum fuerit.i.si libuerit, seu placuerit ei, ceperit.i.capiet coniunctiuum pro indicatiuo, cauſſam.i. occaſionem dabit me præcipitem.i.me præcipitabit in piſtrinũ .i.in eum locum quaſi ergaſtulum in quo ingens erat mola, qua equis voluentibus molebatur triticum. In eum autem locum mitti ſolebant serui contumaces, vt equorum vice molam verterent, neq; illuc eximebantur niſi dominus ipſi poſtulantibus. quo iure, q;, pro &, qua iniuria, puerbiale eſt, quaſi fas nefas velis nolis, q.d. iure, vel iniuria me in piſtrinum dedet, & ita ad literam poterit intelligi. ceperit cauſſam quo iure.i.p quod ius. interrogando. que.i. &, qua iniuria.i.per quam iniuriam. Vel quo iure.i.aliquo iure, & qua.i.aliqua iniuria dabit me &c. Veruntamen quia prouerbiale eſt ita ſumendum eſt. vt ſumi ſolet ijſdem verbis etiam hoc quod ſequitur accedit.i.adiungitur ad ditur, ad hæc mala quæ imminent propter nuptias. hæc Andria .i. hæc puella de Andro .ſ. Glycerium ſiue iſta (cum quodam tædio, & indignatione ſtomachi hanc fecit interruptionem) eſt vxor ſiue amica.i.amaſia eſt grauida.i.prægnans è Pamphilo.i. ex opere Pamphili, q;.i.& operæprecium eſt.i.mirum eſt. Operæprecium enim dicitur de mirificis, & laudabilibus, miramur enim quæ magna ſunt etiam mala, & libenter audimus, & ita ad miratio, & delectatio preciũ eſt opere.i.laboris audiendi. Operæprecium igitur ſignificat iucundum laudabile neceſſarium fructuoſum, & haud ab re.i.non præter rem, ſiue non vltra poſitum. Operæprecium itaque.i.iucundum eſt vel mirum eſt audire audaciam.i.temeritatem eorum.ſ.Pamphili, & ſocioꝝ. Nam id ſup.eſt inceptio.i.inchoatio amentium.i.mente deſtitutorum haud.i.non amantium.i.amore captorum.paranomaſia eſt. Nam veteres amabant de proximo ſimilia dicere. Decreuerunt.i.cõſtituerunt. Decernere eſt de magnis rebus certam pro ferre ſententiam. Vnde Senatus decretum. Tollere .i. educare quidquid peperit, ſiue maſculum, ſiue fœminam. vbi oſtenditur nimius eſſe amor, cũ non expectetur quod tollatur, & nunc fingunt inter ſe quandam fallaciam.ſ.hanc Glycerium eſſe ciuẽ Atticam .i. ex vrbe Athenienſi quæ eſt in Attica regione. quidam ſenex mercator fuit olim .i. iampridem is fregit nauem .i. naufragium, fecit eius fracta naui apud Andrum inſulam appoſitiue is mercator obijt mortem .i. mortuus eſt quaſi iuit ad mortem. Nam Cic. in epiſt. dicit obire villas pro adire. Inde obire mortem.i.ire ad mortem, obire diem ſuum.i.ire ad diem fati, hoc eſt mori. ibi.i.in Andro, tum.i.tunc fingunt inquam, aut fama eſt, ſupp.patrem Chryſidis recepiſſe hanc Glycerium eiectam.i.ad littus emiſſam ex naufragio. Nam naufragus dicitur nauifracta eiectus, orbam.i.ſine parente, paruam.i.vt agno ſcere parentes nequiret fabulæ.i.vt Perſius ait nugæ ſunt, ſupp. quidem hercle .i. per herculem id, ſup.non fit mihi, ſup.veriſimile.i.probabile.atque.i.tamen commentum tale figmentum mendacium excogitatum tale iuuentum. Nam comminiſci ſignificat excogitare inuenire. Inde commenticia ratio.i.ratio fictitia commentum ergo placet ipſis, quaſi dicat quod commiſcuntur probant. Sed Myſis hic eſt paraſceuæ .i. præparatio alterius ſcenæ. My. ergo.i.ancilla illa à natione ſic dicta. Seruorum enim comicorum nomina, aut à nationibus, ſunt indita, vt Myſis, aut ab accidentibus, vt Lesba quaſi ebrioſa à Leſbo inſula quæ feras eſt ſuauiſſimi candidiſſimiq́ue vini, aut à moribus, & vernilitate vt pſeudulus, aut negocio vt Chryſalus, aut ex qualitate corporis vt Chilacus, aut ex ſpecie formæ vt pinacium. Myſis egreditur.i.exit ab ea.ſ.Glyc.at.i.ſed ego Dauus ducam ſup.vel conferam me hinc ad forum, vt conueniam .i. alloquar Pamphilum, ne pater Simo opprimat.i.deprehendat eum imprudentem.i.improuiſum non ſuſpicantem de hoc amore.i.quantum ſpectat ad hunc amorem.

LATO. ARGVMENTVM) Conſultatio Daui excitatis ſe ad uerſus minas ſenis. [Si illum relinquo) Complexio, qua periculum colligit. [Cui verba) Occupatio, quam firmat à ſagacitate, & diligentia ſenis, & verba dare, eſt decipere. [Quo iure) Prouerbialis figura, & ſignificat, quocunque modo. [Ad hæc) Aliud periculum. [Fuit olim) Narrat partem argumenti per occaſionem. [Fabulæ) Reiectio minime credentis. [Sed Myſis) Præparatio ad ſequentem ſcenam, quod alibi quoque in fine obſeruandum eſt.

PETR. MARS. ENIMVERO Daue &c.) In aliqua difficultate celeriter eſſe deliberandum atque prudenter, & id quod è re noſtra eſſe videbitur, ſine cunctatione agendum, hæc ſcena præcedens monet, & ingenij celeritatem in rebus aduerſis cognoſci declarat in primis, qm̃ explorant aduerſa viros, vt inquit Silius, & ingenium in ſubitis caſibus à cui teſtatur. Vnde illud Mart. O quantum eſt ſubitis caſibus ingenium. Tunc enim prudens quis dicitur, cum mala imminentia cum ratione declinat. Vnde Plato in eo Dialogo, qui Hippias maior inſcribitur, ſic ait, Multi in hoc conſentiunt, ſapientem in primis ſibijpſi ſapere oportere. Quapropter, & Ennius dixit: Sapiens qui ſibi prodeſſe neſcit nequidquã. [Accedit etiam hæc Andria &c.) Andrus eſt inſula in mari Myrtoo, vna ex Cycladibus quæ Delon ambiunt. [Nã inceptio eſt amentium &c.) Inſania ſignificat mentis ęgrotationem, ac morbum, ac vehementem alicuius rei cupiditatem à ratione penitus alienam, quam Philoſophi nominauerunt amentiam, dementiamq́ue. Vnde eſt aliquis amor, qui non multum differt ab inſania. Amor autem rei honeſtę laudatur in primis, quem miris laudibus celebrat Plato in Phædro. In quo ſic ait. Scias in nobis duas eſſe Ideas, quas ſequimur duces quocunque ducunt, cupiditatem.ſ.voluptatum, & rectam opinionem optimi affectatricem. Cupiditas abſque ratione ſuperans opinionem ad tendentem, rapiensq́. ad voluptatem formæ ἀπὸ τῆς ῥώμης .i. robore, & vehementia, ἔρως amor appellatus eſt. [Operæ precium) dicitur fructuoſum, & ad rem pertinens.

IAMBICI Trimetri atque Tetrametri omnes Acatalectici, Vndeni primi nouem ſunt Quadrati, ſequentes deinde decem Trimetri. Vigeſimus rurſus Quadratus. Vigeſimuſ primus rurſus Trimeter. Vltimus rurſus Quadratus. [Enimuero Daue, nihil loci) In enimuero eliditur m, & u, conſonas, inquit Doct. Ego ſatis puto ſi vel u, conſonans elidatur, vt ſit Anapæſtus primo loco, vel Bacchium loco primo conſtituamus. In quinto vero verſu Eius, & Huius monoſyllaba eſſe. In nono Me redundare. In vndecimo iſta abundare idem admonuit. Ego poſtrema duo per Creticos facile excuſauero, vt nihil tollam. Vigeſimum ait, eſſe Trochaicum Hypercatalecticum, quem ego puto Iambicum quadr. Acat. eſſe, vt ſunt alij initio huius Scenæ, abiecto, vel quidem, vel hercle. Nam quid ambo hic ad ſenſum magnopere faciant, non ſane video. Et ſi alterutrum tollatur, optime habent, & ſenſus, & carmen. Trochaicum enim Hypercatalecticum ad hunc modum apud hunc Poëtam, non timere inuenias. Si quidem tollatur, Mihi diſſyllabon erit, ſequente eliſa ſyllaba, præterea, Atqui legendum, non, Atque. Scio quoſdam ægre laturos, q; auſi ſimus alterutrum horum verborum quidem, & hercle, ex hoc carmine expungere, & velut in exilium relegare, quaſi non & hoc per totum hunc auctorem alij fecerunt, & nominatim in hac ſcena duo verba, me & iſta, Doctor ſuſtulerit. Denique quaſi non ſit manifeſtiſſimum plus mille dictiones huic auctori in contextum inſertas, de quibus, & Ioan. & Doct. ac multi alij eximij viri ſæpe ac diligenter ſcriptas admonuerunt. GLAR.

ACTVS I. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Narrat Myſis quamobrem à glycerio exierit, & hic docet Terentius immoderatum vini vſum fugiendum eſſe ijs qui ſeriꝭ præſunt negocijs. Nihil eſt enim quod recte agi ab ebrio poſſit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Sequenti ſcena exiens è proſcenio Myſis, de quo geſtura eſt dicit, ſimulq; docet, quidnam ab altera geſtum ſit.

Trochaici Catal. præter duos poſtremo. Solet autem mutare interdum metri genus, cum ad παρασκευὴν ventum eſt ſcenæ ſequentis.

MYSIS ancilla.

VDIVI Archillis iam dudum: Leſbiam adduci iubes.
Sane pol illa temulenta eſt mulier, & temeraria.
Nec ſati' digna, cui committas primo partu mulierem;
Tamen eam adducam importunitatẽ ſpectate aniculę.

Quia compotrix eius est. Di date facultatem obsecro
Huic pariundi,atq; illi in alijs potius peccandi locum.
Sed quidnam Pamphilū exanimatum video? vereor,
quid siet.
Operiar, vt sciam nunquidnam hæc turba tristitiæ
afferat.

DON. VDIVI Archillis) Hæc sunt inuentionis poëticæ, vt ad ἀνανομίαν facetiæ aliquid addant. nam ἀνανομία est accersatur obstetrix, & conueniatur Pamphilus. facetia scribentis in his verbis est, q̄ Archillis compotricem potissimum adduci iubere fingitur. [Audiui Archillis) Frequenter hoc modo Terent. compendium facit, vt egrediens loquatur persona de eo quod est gestura. & simul doceat quid ab altera gestū sit. [Audiui Archillis iamdudum: Lesbiam adduci iubes) vtrū iam dudum audiui, an iam dudum iubes, incerta distinctio est. & sunt qui iam dudum, iam primum intelligant: vt, Iam dudum sumire pœnas. [Sanè pol) Sanè, multum. alias, valde, nanque validus est qui multum rerum necessariarum habet ad salutem. [Temulenta) Producit primam syllabam Te. [Temulenta) vinolenta, hoc est ebriosa. quia temetum vinum dicitur, vnde abstemius, sobrius. Dictum autem temetum ab eo quia tentet mentem. [Temulenta) Vino: Temeraria, natura. [Nec sati' digna) Bene in conclusione illa specialiter probauit, dicendo non idoneam cui committatur primus partus mulieris. Sed mire signateq́ dixit Committas: etenim committimus magna, & quæ salutem in dubio habent. [Nec sati' digna, cui) duas res, nec parientem, nec primo partu. Figura ἀπὸ κοινοῦ. vt Virg. Non me tibi Troia Externum tulit: Et, Dum domus Aeneæ Capitoli immobile saxum Accolet. [Tamen adducam) Redit ad illud, q̄ vi coacta. [Importunitatem) Importunitas neque hoc, neque temporis habet commoditatem. [Aniculæ) Archillis. s. [Quia compotrix) In vultu remansit oratio. deest enim per figuram ἐλλειψιν, ideo illam vult accersiri. [In alijs) Vtrum in alijs mulieribus, an in alijs rebus? [Exanimatum) Exanimatus, est perturbatus. Virg. Exanimata sequens impingeret agmina muris. Exanimus mortuus. Idem: Corpus vbi exanimum positum Pallantis Acestes. [Vereor, quid siet) Quid, ob quid, propter quid sit exanimatus. Aut aliter, quid fiet. i. quid sit negoti. Sed quidam putant quid pro quare: vt, Quid veniant. Aut deest, potest, vt sit, quid esse potest. [Nunquidnam) Comicum est, & Terentianum Nunquidnam, cum exemptis num, & nam, sufficere ad interrogationem potuisset quid?

OVID. AVDIVI Archillis &c.) Hic Mysis egrediens. & de quo gestura est loquitur, & simul docet quid ab altera gestum sit, O Archillis. i. ò anus audiui quid. s. me facerè velis iubes. i. vis, vel præcipis. Lesbiam. i. illa obstricem ebriosam, adduci iam dudū. i. quamprimum: pol. i. per pollucem, siue per ædem pollucis. illa Lesbia est mulier sanè. i. multum temulenta. i. vinolenta, quasi temetu vino plena. Temetum enim vinum est, quod teneat mêtem. Inde abstemius abstemia abstemium. i. sobrius, & à temeto abstinens. Et temeraria. i. inconsiderata, præceps non satis cõsiderans quid agat. Nec est satis digna, cui committas. i. credas. Committimus enim magna quæ salutem in dubio habent. Tamen quamuis sit temulenta adducam eam quia tantopere vis, vos sup. spectatores spectate. i. considerate importunitatem. i. in considerationem siue incommoditatem loci, & temporis aniculæ. s. Archillis. quia Archillis est compotrix eius. s. Lesbiæ. i. simul cum ea potat. Deest per aposiopesin. Ideo vult illam accersiri. O dij obsecro. i. per sacra rogo. date huic Glycerio facultatem pariundi. atque date illi Lesbiæ potius locum. i. opportunitatem sine occasione peccandi. i. errandi in alijs, vel rebus vel mulieribus. Sed quidnam. i. cur video Pamphilum exanimatū. i. pertubatum. Exanimis autem dicitur mortuus. Vereor. i. timeo quid fiet. i. quid sit negocij, vel quid. i. cur, vel propter quid sit exanimatus, opperiar. i. expectabo quidnam tristitiæ. i. quam tristitiam, hæc verba. i. hæc turbatio, commotio afferat.

LATO. ARGVM.) Hæc scena œconomiæ, hoc est rerum dispensationi potius q̄ argumento seruit in fabula. Nam ancilla inducitur, vt ab ea mox conueniatur Pamphilus, & obstetrix accersitur ad parturientem Glycerium. [Audiui Archillis) Facetia sermocinatio mulierculæ, ad exhilarandum spectatorem quæsita extra argm̃ de industria Poëtæ. [Dij date) Moralis præcatio.

PETR. MARS. AVDIVI Archillis, &c.) Animi ò vini vsu ac tumulentia, qua nihil est turpius illis maxime fugiendum esse monet scena hæc, qui alicui negocio præsunt, cum nihil profecto fit qđ agi ab illis recte possit. Plato lib. 3. de Rep. sic ait: Qui Remp. gubernant, ebrietatem fugiant. Nihil quippe minus conuenit, q̄ custodi ebrio nescire quod terrarum degat. Ridiculum profecto est, custodem custodis indigere. In 2. de Leg. sic ait: Pueri vsque ad duodeuigesimum annum vini vsum prorsus ignorēt nempe eos monebimus, non oportere ignem igni addere furiosum nanq; habitum iuuentutis cauere oportet. Deinde vino moderare vtantur, viq; ad annum ætatis xxx. Ab ebrietate vero & vini repletione iuuenes omnino abstineant. Bacchus, inquit, vinum quasi remedium aduersus duritiem senectutis largitus est. Anacharsis Scytha dicere solebat, auctore Laërtio, vitem tres vnas ferre. primam voluptatis, secundam ebrietatis, tertiam mœroris. Qui interrogatus, qua ratione quis abstemius fieri posset respondit. Si turpes ebriosorum motus sibi ante oculos ponat. [Lesbiam adduci &c.) Metymna est vrbs Lesbi insulæ optimi vini feracissima. Ideo Poëta iocose simul & ingeniose finxit hanc obstetricem temulentam, vocari Lesbium alludens. Plin. lib. 14. loquens de vini vsu, dicit. Non licebat id fœminis Romæ bibere. Cato ideo propinquis osculum dari iussit vt scirent, an temetum olerent, hoc temetum nomen vino erat. Vnde & temulentia appellata.

HOS versus omnes Doctor Trochaicos Tetrametros ea talecticos ait, excepto penultimo, quem Iambicum Tetrametri cum Acat. dicit, nisi sed, si extra versum additum. Sen. existimat metri genus mutatum, idq. sæpiuscule facere hanc Poëtam, eũ vētum est, inquit, ad parascheuem scenę seq. Quòd si cui, vt sunt hominum ingenia cauillari liberet, is possit satis cõmode ósa propemodum carmine huiusce scenæ Iambica facere. In 1. si in Audiui vltima vocalis sit breuis, nec elidatur, fiet. n. carmē Iãbicum quad. Acat. In 2. si in verbo Temulenta prima sit longa, vt in commentario admonuit Don. absq; dubio id carmen erit Iambicum quad. Acat. Nec poterit esse Trochaicum, nisi auctoritate Iuuen. vtranque syllabam de Temeto correptam credamus, cum Horat. longe maior auctor, vltima Ep. ad Florum, vtranq; produxerit. Carmen Iuuen. est Sat. 15. De Corcyrea temetum deduxerat vua. In quo qdem carmine ambæ syllabæ de Temeto correptæ vñr. Quanquam non incpte, méo quidem iudicio, existimarunt, qui Duxerat legendum apud eundem contendunt, non deduxerat, cum initio carminis. De præpositio sit posita, atque ita etiam apud Iuuen. vtraque syllaba de Temeto producta esset. Ego sanè puto, hoc secundū huius scenæ carmen Iambicum Tetram. Acat. nisi quis dictionum ordinē inuertat, aut tollat quippiam, quod non video qua ratione defendi possit. Tertium Trochaicum fuerit, nisi q̄s verbum. Cui contra cõ suetudinem dissyllabū faciat, & legat. Nec digna satis, cui. Quidam codices habet Neque pro Nec, vt sit primo loco Tribrachys, Neq; sa, deinde Spondeus, tis, di. rursus Iambus, gna, cui. Et erit Iambicum quad. Acat. Quæ lectio mihi placet. Quartū item Trochaicum est, nisi contra fidem exemplarium legas, Eã tamen adducam. cum contra codices quidam habeant, Tamen adducam eam. quæ lectio Trochaicum magis ostenderit. Quin tum absque dubio Trochaicum est. Et, eius verbum dissyllabū, & ain' quia, correptum. Sextum item Trochaicum, nisi quis contra consuetudinem Huic dissyllabon fecerit. Septimum est vt iu dicauit Doctor, Iambicum Tetr. Acat. vltimum eiusdem generis. Ergo in vniuersum quatuor, nempe secundus, tertius, penultimus, & vltimus, huius scenæ versus erūt Iambici quadr. Acat. reliqui quatuor Trochaici quadr. Catal. GLAR.

ACTVS I. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Habet hæc scena Pamphili dolorem de nuptijs, fidem se Glycerio seruaturum pollicetur, vel inuito si res ita exigat, patre.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac scena inducitur Pamphilus stomachabundus, & ira concitus vehementer dolens de nuptijs tam subito celebrandis. Pollicetur præterea Mysidi fidem omnino seruaturum se Glycerio, vel inuito si res ita exigat, patre.

Partim Tetrametri cum Iambici tum Trochaici, partim Trimetri, sed & Monometer vnus, & Dimetri aliquot.

PAMPHILVS adolescens, MYSIS.

HOccine est humanum factũ, aut inceptum? hoccine officiũ patris?
M. Quid illud est?
M. Pro Deum, atq; hominum fidem, quid est, si non hęc cõtumelia est?
Vxorem decreuit dare sese mihi ho die: non oportuit
Præsciſſe me ante? non ne prius cõicatum oportuit?
M. Miseram me, quod verbum audio? P. quid Chremes? qui denegauerat,
Se cõmissurum mihi gnatam suam vxorẽ: id mutauit;
Quoniam me immutatum videt,
Ita ne obstinate operam dat, vt me à Glycerio miserum abstrahat?
Quod si fit, pereo funditus.
Adeon' hominem inuenustum esse, aut infelicem quẽ quam, vt ego sum?
Pro Deum, atque hominum, nullon' ego
Chremetis pacto affinitatem effugere potero? quot modis
Contemptus, spretus? facta transacta omnia. hem
Repudiatẽ repetor, quamobrem? nisi si.i.qđ suspicor:
Aliquid monstri alunt: ea qm̃ nemini obtrudi potest,
Itur ad me. M. oratio hæc me miseram exanimauit metu.
P. Nam quid ego dicam de patre? ah
Tantã ne rem tam negligẽter agere? prẽteriens modo
Mihi apud forum, vxor tibi ducenda est Pamphile ho die, inquit: para:
Abi domum. id mihi visus est dicere, abi cito, & suspende te.
Obstupui. censen' vllũ me verbum potuisse ploqui?
Aut vllam causam, ineptam saltem, falsam, iniquam? ob mutui.
Quòd si ego prius id resciſſem; quid facerem, si quis nunc me roget;
Aliquid facerem, vt hoc ne facerem. sed nunc quid primum exequar?
Tot meme impediunt curæ, quæ meum animum diuerse trahunt;
Amor, huius misericordia, nuptiarum solicitatio;
Tum patris pudor, qui me tam leni passus est animo vsque adhuc.
Quæ meo cunque animo libitum est, facere: ei ne ego vt aduorser? hei mihi,
Incertum est, quid agam. M. misera timeo, hoc incertum quorsum accidat?
Sed nunc peropu' est, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa aduorsum hunc loqui.
Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.
P. Quis hic loquitur? Mysis salue. M. ò salue Pamphile. P. quid agit? M. rogas?
Laborat è dolore: atq; ex hoc misera solicita est, diem
Quia olim in hunc sunt constitutæ nuptiæ: tum autem hoc timet,
Ne deseras se. P. hem, ego ne istuc conari queam?
Ego propter me illam decipi miseram sinam;
Quæ mihi suum animum, atque oẽm vitam credidit,
Quam ego animo egregie carã pro vxore habuerim;
Bene, & pudice eiu' doctum, atque edoctum, sinam,
Coactum egestate ingenium immutarier?
Non faciam. M. haud vereor, si in te solo sit situm:
Sed vim vt queas ferre. P. adeon' me ignauum putas?
Adeon' porrò ingratum, aut inhumanum aut ferum,
Vt neque me consuetudo, neque amor, neque pudor
Commoueat, neque commoneat, vt seruem fidem?
M. Vnũ hoc scio, hãc meritam esse, vt memor esses sui.
P. Memor essem? ò Mysis Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta sunt in animo Chrysidis
De Glycerio. iam fermè moriens me vocat:
Accesi: vos semotæ; nos soli: incipit:
Mi Pamphile, huius formam, atque ætatem vides:
Nec clàm te est, quàm illi vtræque res * inutiles
Et ad pudicitiam, & tutandam ad rem sient.
Quòd ego per hanc te dextram oro, & * genium tuũ,
Per tuam fidem, perque huius * solitudinem
Te obtestor, ne abs te hanc segreges, neu deseras,
Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te solum semper fecit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Te isti virum do, amicum, tutorem, patrem:
Bona nostra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei:
Hãc me in manum dat: mors cõtinuo ipsam occupat.
Accepi: acceptam seruabo. M. ita spero quidem.
P. Sed cur tu ab illa? M. obstetricẽ accersо. P. propera:
Atque audin'? verbum vnum, caue de nuptijs,
Ne ad morbum hoc etiam. M. teneo.

* vtiles

* ingenium

*solicitudinẽ.

OCCINE est) Hic inducitur adolescentis animus circa nuptias, vt ex magnitudine eius ingẽs gaudium comparetur in fine fabulæ, cognita Glycerio. & simul id agitur, vt magis magisq. per Mysidem Pamphilus excitetur ad resistendum patri nuptias inducenti. [Hoccine est) Ab iracundia, & dolore cœpit. Iracundia descendit ex iniuria. Dolor ex miseria. [Hoccine est humanum factum) Quasi deliberatio est. in qua duæ partes sunt, vna patris, altera amicæ. pro sua sore Mysis est. Principium ab inuectione, in qua vt hominem accusat, deinde vt patrem. [Hoccine est) Hoc est dilatare oratio nem, ne diceret quod fecit. & est peruersa αὔξησις, à maioribus descendens ad minora per amplificationem accusationis. [Factum, aut incœptum?) In alijs, factu, aut incœptu, fuit. [Hoccine est officium) Officium ab efficiendo, ab eo q̃ quæritur quid efficere in eo vnumquenque conueniat pro conditione personæ. [Quid est, si non hoc) Sic dicimus de his, quæ necessario hoc sunt quod dicimus. [Si non hoc) Hoc cum stomacho dictũ, quasi aliquo contradicente non esse contumeliam. Cicero: Quid est quæso Metelle, iudicium corrumpere, si hoc non est? [Vxorẽ deerat) Decernere, est de magnis certam proferre sentẽtiam. [Vxorem decrerat) Propositio iniuriæ. [Nonne oportuit) Oportuit. Se ad patrem refert. Nam nec sic consentirem ad nuptias. sed fac me velle: Non ne oportuit præsciſſe me ante? Do let aũt se spatium non habuisse consilio. [Non ne prius consul tum oportuit?) q̃ de stomacho repetitum est Oportuit? Et de more, Præsciſſe me ante. Præsciſſe proprie ad eum referẽ, hoc est Pamphilum. [Cõicatum) Quod neque huius proprium est, neque illius. Et Ante abundat, aut certe præ, cum sufficiat sciſſe. [Cõicatum) Quia nuptiarum non omnis potestas in parte est. [Quod verbum) Verbum pro ἀξίωμα more suo posuit. i. vxorẽ dare q̃ ait. [Quid Chremes?) Transit à patre nunc, & ad socerũ redit. Quid, non ad Chremetem dr̃, sed ad illum transeuntis esse, & non considerantis quid dicat. [Quid Chremes?) Irascitur patri q̃ cogat Chremetem q̃ non neget vxorem. Noue dolet, non odio hr̃i, non repudiari. [Quid denegarat, Se cõmissurum) non latuerat Pamphilum repudiasse Chremetẽ. vnde & Dauus ait, Qui posteaquam audierat non datum iri filio vxorem suo. [Id mutauit:) Noue dixit Id. Id enim ad Denegauerat. [Commissurum)

DON.

missurum) Putauerat nuptias, * & Chremetem mutare sententiam. Id mutauit quoniam me immutatum μεμόμενον. Nã quoties verba sunt, μεμόμενον dicitur. quoties nomina μεμονωμαι. [Ita ne obstinare) Obstinate facere aliquid, est in alterius malum eum conatu facere perseueranter, & in alterius perniciẽ nimis niti. [Abstrahat?) Magna vi verbi, & proprietate vsus est. vnde illud est, Iphitus, & Pelias mecum diuellimur inde. [Abstrahat?) Magna indignatione vsus est, tanquam Chremes non tam filiæ consultum velit, quàm læsum Pamphilum. Alia exclamatio est aduersum socerum. [Adeon' hominem) Neminẽ putat esse in genere humano ita infelicem vt se, quod est commune omnium qui in aliquo mœrore consistunt, itaque non se, sed conditionem humanam dolet, & quæritur natum esse quenq̃, qui possit esse tã miser vt ipse est, ac per hoc se. [Adeon' hominem) Amatorie, amore nominato exiluit in geminis. Sic Virg. Aut si lux alma recessit, Hector vbi est? [Inuenustum, aut infelicem) Inuenustus est sine venere. i. sine gratia, quem omnes, respuant, repudientq. pulchræ, & quem deformes appetant. [Inuenustum, aut infelicem) Inuenustus, cui displicens obijcitur. Infelix, cui placens negatur. [Aut infelicem quenq̃, vt ego sum?) Adeo se miserum dicit, qꝙ sibi repudiare non licet, vt propter se doleat humanum genus, in quo sit aliquis tam miser. Virg. Heu cadit in quanquam tantum scelus? [Vt ego sum?) ἀναπόλογον, est vt. Quàm enim inferre debuit, non vt. [Proh deum) Quàm ferueat indignatione hic aspice, qꝙ frequenter exclamat. [Effugere) In totum fugere. [Quot modis contemptus, spretas?) Si Chremes, spretus, intelligimur Pamphilum dicere, qꝙ operã dederit, vt se repudiaret Chremes, vt supra dixit, Mutauit, qa me immutatú videt. [Quot modis Contemptus) Chremes, an Pãphilus? [Facta, transacta omnia) Prouerbiale est in id negocij, de quo nihil superfit ad agendum. Facta autem, à Pamphilo, transacta etiam à Chremete. [Repudiatus repertor) Quasi hæc iniuria sit, repudiare, & repetere. Et tale est in Eun. Exclusit, reuocat. [Nisi si, id est) Contecturale argumentum. [Aliquid mõstri aiunt, ea) Duplex contumelia, & monstri, & aliquid minus enim esset, aliquod monstrum. sic, Quid hominis vxorem habes? Et mutauit genus, dicendo ea quoniam fœmina est. Sic in Eun. taces monstrum hominis? non dicturus es? [Aliquid monstri) Dum monstrum dixerat ea subiunxit, tanquam non verbis, sed sententiæ seruiens. [Nemini obtrudi) Mire obtrudi, quasi inuito. & totum cum iracũdia obtrudi, infringi, impingi. [Itur ad me) Dotem amator non cogitat, & ad vilitatem trahit quod vltro venit, & qꝙ se repetit Chremes. [Itur ad me.) Quasi ad hostem. Plaut. in Pseud. Itur ad me. Et Virg. Simul ense relicto, Ibat in Euryalium propere. [Oratio hæc) Etiam pauca verba veteres orationem dicebant. [Nam quid ego) redit ad patrẽ in quo noue hoc accusat, negligenter eum agere qđ noluit fieri. [Tantam ne rem) Summum voti ac nuptias. [Præteriens modo) Hic ostendit specialiter quid peccauerit. [Pater præteriens modo Mihi apud forum,) Vndique conflatur excusatio. ex facto, qꝙ prꝛteriens. ex tempore, qꝙ modo ex loco, quia in foro. ex verbis, Vxor tibi ducenda est. Mire ducenda, semper hoc genus declinationis, necessitatem ostendit. vt Virg. Vt pacem Troiano ab rege petendum. Salust. Agendum, atq; obuiam eundũ est. [Abi cito, & suspende te) Ad Hodie, Cito tetulit, ad Vxor tibi ducenda est, Suspende te. [Ineptam saltem, falsam) Duo comparantur in defensionem, aut vera, aut ad tempus accommodata. Ineptum est, quod à quouis repræhendi potest. Falsum, quod etiam prudentem possit fallere. [Quòd si ego rescissem) Si mecum communicasset prius. [Quid facerem) Ipse se reprꝛhendit. [Quid facerem) ὑποφορά. [Vt ne hoc facerem) Tacerem. & nota Facerem, pro tacerem. [Sed nunc) Deliberatio, & Partes eius. [Amor, misericordia) Hæc oratoria sunt, cum vnum negocium in multas distrahimus partes. [Diuerse trahunt) Pro in diuersat trahunt. [Amor) à necessario. [Misericordia) ἀπὸ τῶ οἰοίου. Misericordia huius ἀμφιβολία. [Nuptiarum solicitatio) A perturbatione. Quibus colligit consulere se non posse. Solicitudo est quæ inhęret mentibus. Solicitatio, quæ ab alio fit. [Tũ patris pudor;) ἀμφιβολία. [Qui me tam) Explanatio, in quo pudendum sit sibi apud patrem. Et ad illud spectat, Tute his rebus finem præscripsisti pater. [Ei ne ego) Pronomen hoc, vim qualitatis habet. & est, An tali, tam bono? [Qui me tam leni passus est animo) Atqui accusabat eum. Sed amator est. [Ego ne vt aduersẽr?) videtur inclinasse vt secundum patris animum consistat. sed amore ad incerta iterum deuoluitur. [Quorsum accidat) Ad quam rem, quò versus. [Sed nunc peropus est) Calliditati fœmineæ, & astutiæ sententia hæc congruit. [Cum ipsa) Ipsa nunc omina mea. [Aduersum hunc) Apud hunc. vt alibi, Et id gratum fuisse aduersum te, habeo gratiam. [Dum in dubio est animus) Translatio hæc est à mole alicuius ponderis, quæ ante, quàm in loco sederit, cum incerta pendet, facillime commouetur. [Quis hic loquitur?) Hoc secum. deinde conuersus, vt vidit, Mysis salue. [Salue) Difficile est aliud inuenire verbum quod sic declinetur. salue, & saluete, quippe huius verbis pro modus est rara declinatio. [Quis hic loquitur?) Principiũ Terentianum in iungendis personis. [O salue) O interiectio optantis aduentum, aut reperte perculsit. [Quid agitur?) Amatorie, & familiariter non addidit quæ. Virg.

Quæ mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem.

[Rogas:) Lenta quædam. & tristis est responsio, & dolore plena. [Laborat è dolore) Duplicem laborem Glycerij esse dicit, vnum paritudinis, alterum curæ, & solicitudinis nuptiarum Pãphili. [Laborat è dolore) Callide aggreditur iuuenem. nam vtraque propter illum perpetitur, & dolorem, & solicitudinem. Atque ex hoc Mysis, quæ contra patrem suasura est, incertum inueniens Pamph. facile ad se conuertit mentione dominæ suæ, & maxime qꝙ addidit, cur illam ægram esse dicat. quare statim perfectum est quod volebat. vt dicat Pamphilus, Ego ne istuc conari queam? [Constitute) Nec addit à patre, sed inuidiose quasi, & à Pamphilo sint constitutæ. An timet in negocio; [In hunc diem) Idem enim dies est quo placuerant destinatæ nuptiæ, quã uis Chremes denunciauerat. & supra. Hic nuptijs dictus est dies. [Tum autem) Tum, præterea. Tertiam solicitudinem habere Glycerium, ne deseratur à Pamphilo. [Solicita est) Solicitudo rerum incertarum magis est. [Quod in hunc diem sunt constitutæ nuptiæ) hic certior metus est, & grauior. [Ego ne istuc) Ideo sic Pamphilus, quia ille inuidiose non Deserere cogatis, dixit, sed, deseras. [Ego ne istuc conari) Non perficere, sed conari velle aliquid ad scelus, effectio est, etiamsi non potest fieri. hic enim voluntas, non factum damnatur, vt Virg. Ausi omnes immane nefas, ausoq. potiti. [Ego ne conari) Leuius est conari, quàm facere. [Ego ne propter me) Magna vis est in pronominibus, & diuersa sunt, & singula, & non prꝛcipitantur, nec dicuntur vno spiritu, sicut in Eunucho: Ego ne illam, quæ me, quæ illum? Quæ illum, deest, amat, quæ me, deest, non amat. [Ego ne) Suadenter, subauditur, vt fieri sinam. [Quæ mihi suum animum) Ab eius beneficijs. [Suum animum) Quantum ad amorem pertinet. [Atque omnem vitam) hoc est, vt maritum speraret. [Quæ mihi suum animum; atque omnem vitam credidit) Argumenta à consequenti. Si eam, deserit, hæc subijciuntur. [Quam ego animo egregie caram) Egregie, præter ceteras. i. nimis. [Bene, & pudice) Hic illud soluitur, Lana, & tela victum quæritans, vt hoc præstruat bene, & pudice Glycerium esse educatam, Lana & tela victum quæritans. Et non pertinet ad argumentam nisi post vitam Glycerij intelligas. [Bene, & pudice) Ab honesto. [Bene, & pudice eius doctum) Hanc sententiam quasi de exemplo probat. nam bene educata est à Chryside, quæ primo pudice vitam, parce, & duriter agebat. [Coactum egestate) Propterea qꝙ Chrysis, inopia, & cognatorꝝ negligentia coacta. [Coactum egestate) Non paupertate, sed egestate. cui contrarium, Inopia, & cognatorum negligentia. [Haud vereor) Acuit animum adolescentis contra partem, cuius etiam nomen graue est. [Sed vim vt queas) hic, vereor subauditur. Vt, pro ne non posuit, vt sit, Sed vereor non queas vim patris ferre. Et ne non possis, non damnatio est verum adolescentis prouocatio in contemptum patris. [Adeon' me ignauũ) A verisimili. [Ignauum) Quod aduersum necessitatem profe rendum fuit, id primum dixit, adesse sibi virtutem. quæ sequuntur, ad fidem pertinent. Ita pro tempore contemptum patris pro fortitudine habet. [Ignauum) Ignauus est, qui vim non potest ferre, qui non est perseuerans. [Adeon' porro ingratum) Porro coniunctio est expletiua, alias aduerbium temporis. [Ignauũ, & ingratum) αὐξησις est. Inhumanum aut ferum. Post subiecta dixit, Adeon porro ingratum, aut inhumanum. Mira omnis conuersio. non enim dixit, Adeon me obsequentem patri existimas, adeo gratum, adeo pium, adeo mansuetum? ita amatoris per omnia seruat conditiones, vt oratorie hoc cogatur, scelus esse si pareret nunc patri. [Vt neque me consuetudo) Non ordinem reddit. ferum enim reddit ad mansuetum, quòd etiam feræ mansuescunt. [Neque amor) Ad illud, inhumanum. Amor nanque vehementior est in homines. Virg.

Quid inuenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor?

[Pudor) Ad ingratum retulit. [Vt neque me consuetudo, neq; amor) ἀπόλεσις ad superiora. Consuetudo, aduersus feritatem, Amor,

Amor,aduersus inhumanitatem.Pudor,aduersus ingratum animum.[Commoueat neque commoneat) αὔξησις est ad maiora. [Vt seruem fidem)Exquisite,non dixit vt contemnam patrem. [Vnum hoc scio) In eodem hæret,vt excitet iuuenem,neq; audire se fingit quod dicit.[Vnum hoc scio) Vnde quã callida sint quæ à Mysde subijciuntur ad irritandam promissionem Pamphili. [Vnum hoc scio) Subijcit illa quæ ardentem incendant magis.Nam dixit ille omnia quibus cogitur seruare fidem,sed de merito eius aut nihil dixit,aut parum.[Vnũ hoc scio)Quasi hoc dicas, Quid tu facturus sis equidem nescio,sed vnum scio. [Vt memor esses sui) Inuidiose, quasi oblito,adeo commouet hoc dicto Pamphilus. [Vt memor esses sui) Bene præterito,qm̃ quæ præterita sunt,in recordatione magis lacrymabilia sunt,vt Virg. Cui paruus Iulus,Cui pater,& coniux quõdam tua dicta relinquor? Idem alibi: Per caput hoc iuro,per quod pater ante solebat.[O Mysis Mysis) Primum vocandi,alterum increpandi est.[Etiam nunc scripta) Id argm̃ est,quàm viua memor sit,qui etiam mortuæ verborum meminerit Chrysidis de Glycerio.[Iã fermè) Fermè aduerb.est festinantis. [Moriens me vocat) Ex tempore probauit locutam vera esse,non ficta, & simulata. nã qui sani sunt,spe longioris vitæ adulantur. Virg. Et dulceis moriens reminiscitur Argos. [Iam fermè moriens) Affectus à tempore,quod postrema vos erat. [Accessit,vos semotæ,nos soli)Figuræ propriæ Terentianæ,ἀσύνδετον καὶ ἔλλειψις. Vos semotæ,deest,estis.Nos soli,deest remansimus. vt illud,Ego ne illam,quæ illum,quæ me? [Vos semotæ,nos soli)Habuit fidem, ꝙ soli fuimus,ꝙ nemo testis.an timuit,ne hoc pater ante firmatum amorem cognosceret? [Incipit) Deest dicere. Præparatio, & quasi vestibulum orationis est. Inceptio dr orationis, quæ longa taciturnitate,meditate,grauiterq. protertur,vt Virg. Tũ pater omnipotens,rerum cui summa potestas Infit. [Mi Pamphile) μίμησις per προσποίησιν. & principium à blandimento. [Mi Pamphile) Imitatus est etiam blandimentum Chrysidis. [Huius formam,atque ætatem) Amat compendium lassitudo, formam.n.dicendo,pulchritudinem significat ætatem,ꝙ parua. [Huius formam atque ætatem) Duplex causa cõmendationis, forma & ętas,vt supra,Forte vnam aspicio adolescentulam Forma,&c.[Mi Pamphile) Vide redditam voci morientis densis,in teruallis interruptam orationem, vtpote lasso anhelitu interueniente.[Vtræque res inutiles)Legitur,& vtiles.[Et ad pudicitiã) Propter formam dixit.[Et ad rem tutandam)ꝑꝑ ętatem ἀποδόσις.[Quod te per)Quod,ꝑꝑ quod: vt,Quod te per superos. Et est ordo,propter quod te oro. [Per hanc dextram) Tenet eum, vt apparet. [Per hanc dextram) Fidei & fœderis membrum. Ad manum fit conuentio. [Et ingenium) Legitur & genium. [Per huius solitudinem)Legitur & solicitudinem. [Obtestor)Obtestatio dicitur quando eum adiuramus,quem rogamus.Oramus per eas res propter quod rogamus. Virg. Per euersæ genitor fumantia Troię Excidia obtestor.[Ne abs te hanc segreges,neu deseras)Ad fidem,ne segreges,retulit, ad solitudinem,ne deseras,hoc est ne alium ducas,aut amare desinas,etiamsi aliam ducas.[Ne abs te hanc segreges)Quasi ipsam manu tenens. Hanc propter formam, & ætatem. [Segreges) Hoc verbum simplex fieri non potest, neu deserat, postremo te Obtestor. Sextum παρέλκον.dixit.n.iam,Quod ego te per hanc dextram oro. [Si te in germani)Sic tunc dicimus,quando præstitimus aliquid,& tã nolumus exprobrare,vt Virg. Si qua tuis vnquã pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit. Et alibi,Si bñ qd de te merui.[In germani fratris)Non fratris solum,sed ẽt germani.[Siue hæc,te solum) Si aut te mihi quoque prætulit,aut nullum alium nouerit amatorem in domo meretricis. [Morigera) Hoc quasi amanti vtile fuit. Virg. Fuit aut tibi quidq̃ Dulce meum. [Te isti virum do) Hæc,vt diximus,& singula sunt,& non præcipitantur, nec dicuntur vno spiritu.[Amicum)Potest enim & maritus esse,sed non amicus,sed affectu mariti retulit amicum. [Tutorẽ) Quasi orbæ. [Patrem)Quasi paruæ.[Virum)Ne segreges.[Amicum) Ne deseras. [Patrem) Ad illud quod ait,Et ad pudicitiam.[Bona nostra tibi hęc commendo,& tuę committo fidei) conclusio per mandatum,&obtestationem efficax satis.[Te isti virum do) Apparet ꝙ iunctis dextris hæc dicebat. ideo &, Per hanc dextram te oro.[Bona nostra) Hæc verba quasi supellectilem suam ostendentis sunt. [Bona nostra) Hoc est, Ad rem tutandam.[Hanc mihi in manum dat) Confirmatæ sunt legitimæ nuptiæ per in manum conuentionem. Et mire hanc,non,huius manum.[Mors continuo ipsam occupat)Quo magis memorẽ esse oportet eorum,post quæ illa nihil locuta est. [Accepi) Proprię,quasi vxorem. [Acceptam seruabo) Conclusit partem deliberationis suæ per electionem. [Sed cur tu) Corripi, quòd abeat ab illa. Cur,non interrogantis,sed corripientis est,& increpantis,quòd Glycerium deserat.[Obstetricem) Quæ opem tulerit parienti, obstetrix dicitur, vnde & parturientes fer opem clamant. [Propera,atque audin'?) Et interrogatio quo eat, & reuocatio, ad argumentum magni amoris accedit. [Verbum vnum caue de nuptijs) Deest,dicas,figura ἔλλειψις. [De nuptijs) non quòd hodie futuras nescierit Glycerium, sed quòd illas hodie indixerit pro filio,cum supra, & Pamphilo, & Glycerio disturbatæ viderentur, Quia sunt constitutæ in hunc diem. [Caue) Annotant quidam caue hic corripiendum esse.[Ne ad morbum hoc etiam) Iterum ἔλλειψις,deest enim,accedat.

HOCCINE &c.) Inducitur Pamph.iracundus,& dolens de nuptijs tam repente celebrandis. Iracundia descendit ex iniuria dolor vero ex miseria. Hoccine.i.vtrum,hoc est factum humanum,aut inceptum aliqui volunt factu,& inceptu,vt sit sensus. Vtrum hoc est humanum factu aut incœptu.i.vt fiat,aut incipiatur. Hoccine.i.virum,hoc est officium patris.i.id,quod deberet facere pater. M Y S. Quid illud est? P A M. Proh fidem deum .i. deorum atque hominum pro interiectio est doloris. vnde proh dolor dici solet ab eo qui dolens loquitur atq; exclamat. potest etiam esse interiectio indignantis. Inde proh pudor dici consueuit ab eo qui cum vituperatione alicuius loquitur hic aũt proh fidem Deum, atque hominum dr à dolente iracundo atque indignante,& præ indignatione in exclamatione prorũpente. vbi sensus est proh fidem,q.d.testor & inuoco fidem.i.veritatem vel opem siue auxilium,Deum.i.deorum atque hominum.quid hoc est si hæc contumelia.i.iniuria non est,q.d. nihil aliud est quàm contumelia hoc aũt dicendi genus per Si. apte accommodari solet his,quæ necessario sunt,hoc etiam cum sto macho dictum est,quasi in eum, qui diceret non esse contumeliam.In eo ẽt dicto si hæc contumelia non est potest esse sensus. si hæc.i.si hæc res quæ incipiuntur contumelia non est .i. si non sunt contumelia.Etenim si contumelia.postponeretur in eo ordine sunt diceretur non est.Decreuit.i.constituit pater.i.sese daturum subaudi mihi hodie vxorem.Nonne oportuit me Pamphilum præsciisse ante.Vbi alterum abundat vel ante,vel patre. Nonne oportuit id,sup. de nuptijs cõicatum fuisse .i. collatum fuisse prius inter patrem,& me.Quia nuptiarum non omnis potestas in patre est. M Y S. Me miseram subaudituro vel dico,sicut te infelicem hominem nequam, pro,ò hominem nequam. Fungitur aũt id dicendi genus vice interiectionem ostendentis aut indignationem,aut dolorem cum exclamatione, quod verbum.i.quem sermonem audie. P A M. Quid Chremes ait,sup. vel facit qui denegarat se commissurum.i.traditurum aut daturum mihi gnatam suam vxorem.i.in vxorem.& est appositione dictum mutauit id,quia videt me immutatum.i.non desistẽtem ab amore Glycerij.ne.i.vtrum Chremes dat operam ita obstinate.i.perseueranter pertinaciter. Obstinate.n.aliquid facere est aliquid in alterius malum cum conatu perseueranter facere, &in alterius perniciem nimis niti.Vt abstrahat.i.diuellat,me mi serum.i.afflictum Glycerio. proh Deum atq; hominum fidem. Exclamatio affectũ indignantis dolentisq. demonstrans.Quod si fit.i.si abstrahat ab eo pereo.i.actũ est de me. funditus.i.prorsus radicitus, adeon'.i.vtrum est verum,sup. quenq̃ hominem esse adeon' .i. ita vel tñ inuenustum .i. sine venere,& grã quem oẽs pulchræ respuat,& repudient,& appetant deformes,atq; infelicem.i.infortunatum,vt ego. P A M. sum.Inuenustus.n.dicitur cui displicens obijcitur.infelix cui placens negatur. nullo.i. vtrum nullo pacto .i. nullo modo potero effugere.i.in totum fugere affinitatem.i.propinquitatem per nuptias.Chremetis,ne videlicet sim eius gener.Quot modis,q.d.multis modis sum cõtemptus sprerus exaggeratio est indicans affectum exprimẽtis. Omnia sunt facta transacta.i.pacta concordata, prouerbiale est hoc dictum de eo de quo negocio nihil supereſt agendum. Hẽ, interiectio indignantis est.Ego repudiatus .i. recusatus à Chremete.Repetor.i.reuocor. Quamobrem.i.cur repetor,siue hoc faciunt pater & Chremes,nih.i.quod suspicor.i.opinor. & est argm̃ coniecturale,aiunt pater & Chremes aliquid monstri con tumeliosius dicitur, quàm si diceret aliquid monstrum, sic alibi quid hominis vxorem habet alunt ergo aliquid monstri,q.d. te gunt & celant aliquid mali,seu aliquid deforme quod mihi cõmitti volunt,qm̃ monstrum aliquid deforme est præter naturæ ritum productum ea.s.filio Chrem.murauit autem genus dicendo ea quoniam fœmina est quoniam nemini potest obtrudi .i. infringi . impingi,impelli,vt nubat . itur impersonaliter .i. venitur recurritur ad me. M Y S. Hæc oratio .i. hic sermo

GVID.

exanimat.i.perturbat me miseram infelicem,& afflictam metu. PAM. Nam.i.sed quid ego nũc dicam de patre.ab interiectio dolentis, & indignantis, ne.i.vtrum decur subaudi, agere tanta rem.s.nuptias tam negligenter, pater meus modo.i.paulo ante præteriens, inquit, mihi apud forum hæc verba Pãphile hodie vxor est tibi ducendam. hoc dicendi genus semper ostendit necessitatem,para.i.dispone te. Abi.i.recede domum aduerbialiter visus est mihi dicere id,abi cito,& suspende te.i.suspendio vitam termina,obstupui.i.attonitus,& exanimatus totus fui nihil rñsioni, hñs, censen.i.putas ne me potuisse,proloqui.i.proponere profari,siue pronunciare.Inde proloquium dr propositio. Item profatum, & pronunciatum vt habet Gellius, vllum verbum,aut vllam causam .i. excusationem saltem ineptam absurdam quæ à quouis posset reprehendi. falsam.i.fallentem etiam prudentẽ iniquam iniustam non admittendam obmutui.i.obticui . quid ? fecissem sup. si ego rescissem .i. cognouissem prius id.s.me hodie ducturum vxorem ? q.d.aliquid cõmentus essem. Deinde se reprehendit si quis me nunc roget .i. interroget quid facerem responderem sup.facerem aliud vt ne.i.non facerẽ hoc .i. vt non tacerem . sed nunc quid exequar primum,tot curæ impediunt .i. perturbant me ne possim deliberare quid optimum factu sit, quæ curæ trahũt diuerse.i.in diuersas sententias animũ meum.Deinde quæ sint ea quæ distrahunt eius animum subdit, & est articulus exornatio rhetorica vel dissolutũ, siue dyaliton, vel forte schesonomaton deficientibus copulis amor misericordia huius Glyc. solicitudo nuptiarum. Solicitudo est quæ inhæret mentibus solicitatio autem est quæ fit ab alio,tum.i.insuper pudor patris,vel pudor quẽ propter me pater est habiturus,vel quem apud eum tum passurus . Itaq; amphibologia est hæc omnia prædicta trahunt animum diuerse,qui pater passus est tam leui .i. benigno animo vsque adhuc .i. hucusque siue hactenus me filium facere quæcunque(thmesis est)libitum est.i.libuit animo meo facere subaudi.ne.i.vtrum passus est,sup.hæc prædicta vt ego nunc aduerser ei.i.repugnẽ voluntati eius ? Hei interiectio dolentis.incertum est mihi.i.non est mihi exploratũ. Quid agam.i.agere debeam . MY. Mysis nondum se ostendit Pamphilo,sed eum apud se conquerentem latenter auscultat . & sola etiam secum per interualla loquitur, vt vidimus in prioti parte istius scenæ ego misera timeo . Quorsum.i.ad quam rem vel versus quam partem hoc incertum qd dixit Pamphilus accidat.i.perueniat vel vertatur,sed nũc est per opus.i.valde opus aut hunc Pamphilum loqui cum ipsa Glycerio,vt me Mysidem loqui aliquid de illa Glycerio aduersus.i.apud hunc Pamphilũ. Dum.i.quandiu animus est in dubio.i.nutat,& nescit quo potissimum se vertat . paulo momento.i.facile ac paruo tempore,& absq; longa mora impellitur.i.inducitur huc vel illuc.i.in hunc vel in illam sententiam quam eligat. Hoc autem dictum tractum est à mole ponderis alicuius quæ anteaquam in loco sedet,& quandiu pendet facile commouetur,& huc vel illuc impellitur . PAM. Quis loquitur hic, secum.n.voluntas prædicta audiuit Mysidis vocem,deinde conuersus vt aspiceret visa.Myside dixit . ò Mysis salue . MY. O, optantis est aduentum aut repente percussi. Pamphile salue. PAM. Quid agitur amatorie perfamiliariter dictum . MY. Rogas.i.interrogas . lenta,& tristis responsio dolore plena . Laborat.i. ex dolore partus, & ægritudinis atq; ipsa misera.i.afflicta, & miserabilis solicita est .i.anxia ex hoc die . Quia olim.i.multo ante nuptiæ constitutæ sunt.i.destinatæ, & determinaræ in hunc diem autem.i.sed tum .i.præterea timet tertiam solicitudinem .s. ne deseras.i.derelinquas se Glyc. PAM. Hem interiectio dolentis, & indignantis affectũ demõstrans ne .i.vtrum queam conari.i.velle vel nedum proficere istud? q.d.nõne.i.vtrum ego sinam.i.patiar istud .i.istud quod sequitur fieri, sup.s.illam Glycerium miseram.i.afflictam decipi propter me quia ex me grauida,& de me solicita quæ Glycerium credidit.i.meæ fidei cõmisit animum suũ quantum ad amorem, atque omnem vitam suam . sperans se nactã maritum quo cum vitam transigeret suam,quam Glyc.ego haberem caram pro vxore animo egregio.i.optimo animo sum moq desiderio,q.d.credidit mihi, & animum, & vitam vt eam pro vxore caram haberem . Sinam .i.patiar ingenium.i.naturã eius Glyc.ductum.i.sustentatum atq; educatum.i.alitum, bene .i. honeste, & pudice .i. caste . Immutarier paragoge .i. mutari coactum egestate indigentia rñdet sibi ipsi non faciam . MY. Haud.i.non vereor si negocium subaudi sit situm in te solo.i.si tuo ipsius relinquatur arbitrio,sed vereor inquam vt nequeas.i. q non possis ferre.i.pati,vim.i.impetum patris. PAM. Adeon' .i. verum ita putas me ignauum .i. timidum , parum fortem . Ignauus.n.est qui vim ferè non potest qui non est perseuerans. porrò hic coniunctio copulatiua est. Porrò autem particula significat,sed longe certe postea vltra . adeon'.i. vtrum ita ingratũ me putas.i.immemorem beneficij accepti, aut ita inhumanũ .i.ita durum,aut ita secum.i.immansuetum immitem . Vt.i. q neque consuetudo.i.diutina conuersatio q etiam feræ mansuescunt contra id, q dicit ferum , neq; amor contra inhumanitatem, neque pudor contra ingratitudinem commoueat me.i.in me affectionem inducat,neque.i.nec etiam cõmoueat me sup.i. incitet vt seruem fidem.i.sum ei fidelis. M. Scio hoc vnum,q.d. quid facturus sis nescio equidem vnum scio hanc Glycerii meritam esse.i.meruisse vt esses memor sui. P. Dicis vt memor essem,ò Mysis Mysis, prius est vocandi alterum increpandi . etiã nũ illa dicta Chrysidis de Glycerio sunt mihi scripta in animo ipsa Chrysis iam ferme.i.propemodum . & est aduerbiũ festinãtis moriens,& propterea vera dicens neque adulans vocat me, Pamphilum accessi ad eam.s.vos aliæ mulieres ab ea fuistis,vel iuistis subaudi semotæ.i.separatæ seiunctæ seorsum,nos ego,& ipsa Chrysis mansimus sup.soli . ipsa incipit dicere.s.ò mi Pamphile vides formam .i. pulchritudinem atque ætate .s. paruam iuuenilem huius Glyc. nec est clam te .i. tu non ignoras q .i. quantum nunc vtræq; res.s.forma, & ætas parua (nihil plus significatur per vtræque res in plurali q significaretur si in singulari diceretur vtraque res) Sient.i.sint inutiles non cõmodæ & ad tutandam.i.conseruandam pudicitiam.i.castitatem,& hoc propter formam,& ad tutandam rem.i.substantiam,& fortunas quantum ad ætatem paruam quod.i.post dictum,vt Virg. Qd' te per superos.i.post quod ego te oro te per hãc dexterã quam teneo,hinc.n.apparet Chrys.eum tenuisse,& oro inquam p ingenium.i.per naturam tuam mansuetam,& bene moratam alij per genium legunt quasi per familiarem.i.naturæ deum per tuã fidem.i.per constantiam,& veritatem,seu fidelitatem q polles, & per solitudinem.i.quia sola est nisi tibi vni cõsocietur. alij legunt per solicitudinem obtestor te.i.adiurando te rogo ne segreges.i.seiungas elonges hanc Glyc. abs te.neu.i.vt non deseras.i.desertam relinquas hanc. Si dilexi te.Vtimur si in talis genere loquendi cum aliquid præstitum volumus exprobrare . si ergo dilexi te loco fratris germani.i.fratris ex eodem vtroq; parente, siue.i.vel si, hæc Glyc.semper maxumi fecit.i.plurimi æstimauit . te solum.i.sine riuali . seu si inquam fuit morigera.i. officiosa obseq osa tibi in omnibus rebus do te virum.i.maritũ isti Glyc. do in qua te amicum.s.vt eam non deseras.do te tutorem vt eam tuearis tanquam orbam do te patrem vtpote quæ persuasit,& adhuc paterno egens auxilio, cõmitto tibi.i.credo, seu trado tibi hæc bona nostra.i.hanc nostram supellectilem,& mando.i.commendo ea bona tuæ fidei.i.tuæ fideitati . Chrysis dat mihi hanc Glyc.immanum,q.d.per manum coniunctionẽ nos coniunxit continuo .i. illico mors occupat .i. arripuit eam Chrysidem qui magis me oportet esse memorem eorum post quæ illa locuta non est . Accepi proprie quasi vxorem . seruabo eam acceptam tanq vxorem. M. Spero ita futurum subaudi vel ita facturum . P. Sed cur tu abis.i.discedis ab illa eam .s. solam relinquens,& hoc dictum increpantis est. M. Accerso.i. eo ad vocandum obstetricem .i. sagacem mulierem quæ parturientibus fert opem. P. Propera atque audi.i.audis ne,& reuocam eam hic ait,q.d.intelligas ne? caue dicas,sup.illi vnum verbum de nuptijs ne etiam hic doloris accedat subaudi ad morbum eius. M. Teneo.i.intelligo capio audiui quid velis .

ARGVMENTVM) Querela Pamphili aduersus patrem,& Chremetem, cognito nuptiarum consilio . Est aũt pathetica tota oratio, exprimens affectum perturbati amantis, & ab exclamatione incipit. [Hoccine est)vrget iniuriam à persona patris,à re ipsa, à persona Chremetis, & mox indignitatem exaggerat. [Ita ne obstinate)Indignitas à sua persona,cui Chremetem admiscet,mox ẽt puellam adiungit.[Contemptus)vehemens locus,& per rõcinationem mox figuratus.[Nam quid)redit ad patrem,& rem prosopopœia amplificat.[Quod si ego rescissem)cordatus adolescens post querelam consultat patri ne, an amori obsequatur . Ergo hæc pars deliberatiua est,superior accusatoria fuit . [Amor misericordia)congeries colligens partes deliberationis.[Misera timeo) Opportune Mysis intercedit ad confirmandum labantem animum , ne à Glycerio deficiat . [Laborat ẽ dolore)Responsio idonea ad commonendum animum Pamphili . Et est tacita admonitio à persona, achortationem spectans.[Quæ mihi suum)honestum à meritis,& qualitate personæ.[Haud vereo)Obiectio,quæ ab honesto refellitur . [O Mysis Mysis) Repetuntur merita quæ per prosopopœiam

LATO.

commemo

commemorantur & augentur circunſtantijs, qui locus eſt mire patheticus. [Amicum tutorem) Incrementum. [Hanc mihi) Pathos à modo rei & tẽpore. Ne admodum. Subaudi accedat.

PETR. HOCCINE eſt humanum factum, &c.) Qualis debeat eſſe

MARS. Oratio pathetica, hæc ſcena procedens docet, & amantis iuuenis vehementes æſtus, & animum ancipitem exprimit, qui curis diſtrahitur, hinc capiente appetitu, hinc reuocante rõne, cuius imperio incontinentes minimem parent voluptate decepti, pro qua corruptæ iudicare ſolent. Macr. lib. 4. loquens de affectibus, ſic ait: Oratio pathetica aut ad indignationem, aut ad miſericordiam dirigitur, horum alterum accuſatori neceſſarium eſt, alterum reo. Et neceſſe eſt initium abruptum habeat, qm̃ ſatis indignantibus leniter incipere non conuenit. Ideo apud Virg. Iuno ſic incipit: Quid me alta ſilentia cogis Rumpere? Nec initium ſolum tale debet eſſe, ſed omnis, ſi fieri poteſt, Oratio pathetica, & breuibus ſententijs, & crebris figuraꝝ mutationibus, debet velut inter æſtus iracundiæ fluctuare. Ita, inquit, quæ breuis eſt furor, non poteſt continuare vnum ſenſum in loquẽdo. [Quid eſt ſi hæc non contumelia eſt &c.) Sen. in libello de Am. ſic ait. Contumelia à contemptu dicta eſt, quia nemo niſi quem contemnit, afficit tali iniuria. [Tum patris pudor, &c.) Ariſt. in 2. lib. Oeconomicon, ſic ait: Duplex eſt timoris ſpecies. Vna quidem cum pudore, & verecundia, qua vtuntur erga parentes filij ſobrij, & ciues compoſiti ad benignos rectores: Alia vero cũ inimicitia, & odio, ſicut ſerui ad dños, ſubditi ad tyrannos iniurioſos, & iniquos. Plato in lib. 10. de Leg. ſic ait, metuimus quo que ſæpenumero, cum formidamus, ne dicendo aut faciendo ali quid minus honeſtum, mali videamur, quem quidem timorem nos, imò oẽs, vt arbitror, pudorem appellamus. [Si ego reſciſſem, &c.) Gel. lib. 2. Qui factum aliquod occultius, aut inopinatum, inſperatumq. cognoſcit, is dr proprie reſcire. Solicitudo eſt ægritudo cum cogitatione. Solicitatio vero eſt quæ fit ab alio. [Dum in dubio eſt animus, &c.) Momento. i. motu, Fabius lib. 3. ſic ait: Laudare teſtem vel contra. pertinent ad momenta iudicioꝝ. [Laborare dolore, &c.) Dolor eſt ægritudo crucians.

GLAR. HIC vero ingens carminum confuſio ſe nobis offert, aliter apud alios ſectis ordinatis, ac iudicatis eius ſcenæ verſibus. Iambicoꝝ vnus, nempe ſecundus, monometer eſt. Sunt tres itẽ dimetri, nempe ſextus, dein decimus, ac decimus octauus. Senarij ſunt decimus quartus, trigeſimus ſextus, ac deinceps oẽs vno antepenultimo excepto ad finem vſque ſcenę. Quadrati ſunt primus, tertius, quartus, quintus, octauus, nonus, vndecimus, decimus tertius, decimus nonus, cum quinque continuo ſequẽtibus. Item 27. cum octo continuo ſeq. Item antepen. Atque hi Iambici omnes ſunt acatalectici præter antepenultimum huius ſcenæ Catalecticum Trochaicorum vnus eſt Trimetri Catalecticus, nempe duodecimus, quem Doctor dimetrum vocauit, redundante pede, non adiecto tñ cuius nam gñis dimetro. Reliqui ſunt Tetrametri etiam Catal. vt tertius, ſeptimus, decimus quintus, cum duobus continuo ſeq. Item vigeſimus quintus, & vigeſimus ſextus. Sed nunc de ſingulis, vbi videbitur operæpretium, diligentius dicemus. [Hoc ne eſt, humanum factum) Hoc ne diſſyllabon legit Doct. vt ſit ſpondeus primo loco. Sub finẽ verò verſus Hoccine, vt loco ſexto fiat Iambus. Similis verſus eſt in Adelp. Act. 2. Sc. 2. vbi Sannio de Aeſchino, Hoc ne illo dignum eſt? Hoccine incipere Aeſchinum? At ego puto primo loco eſſe Creticum, ideoq. Hoccine legi poſſe. Quidam vtrinque Hoccine legunt, ſed initio prima ſyllaba breui, ſub finẽ aũt prima longa, quod ego non probauerim. [Quid illud eſt? P. Pro Deum atq; hoium) Quid illud eſt? Tetrametro accinitur Monometer, inq; Doct. quod ego de præcedenti Tetrametro Iambico Acat. intelligo, non de ſequente. In verſu continuo ſequẽte, Vxorem decrerat dare ſeſe mihi hodie nonne oportuit hic Dare verbum ante ſeſe legendum, quod neglectum alibi, & Mihi monoſyllabum totum ſcandendo eliditur. [Gnatam ſuã vxorem? id mutauit qm̃) Pro illo Qm̃, alibi, Quia, legitur. Ceterum Doctor Trochaicum Tetr. Cat. iudicauit, eliſo, vt puto Suã monoſyllabo, quod ego diſſyllabum malim, vt loco ſecũdo ſit Iambus, an carmen ſit Iãbicum quad. acat. vt continuo ſequens. Quod ſi qm̃ pro quia legas, neceſſe eſt carmen Iamb. Tetram. Acat. eſſe, etiam Suam monoſyllaba eliſo. Porrò præcedens carmen, Quid Chremes quid denegarat ſe cõmiſſurum mihi. Trochaicum eſt Tet. Cat. Et illud, Miſerã me, quod verbum audio. Dimetrũ Iambicum Acat. vt eleganter diſtinxit Doct. [Quod ſi ſit, pereo funditus. Adeon' hominem eſſe inuenuſtum aut infelicem quenq̃, vt ego ſum?) Prior, inquit Doctor. dimeter eſt Trochaicus, alter eſt dimeter Catal. in penult. duas breues habens pro longa. Poteſt tamẽ totus eſſe Iambicus, ſi legas adeo, aut in Inuenuſtum elidas u, conſonantem. Hæc ille. Quæ verba maxime de ſecundo carmine ego ſanè non intelligo, ſed puto priorem verſum eſſe Dimetrum non Trochaicum vt Ille dixit, ſed Iambicum Acat. nec ſecundum Dimetrum, ſed Tetrametrum Iambicum Acat. & u, non elidi in Inuenuſtum vt ipſi viſum eſt. Sed verbũ Eſſe, ponendum poſt inuenuſtum, ac ita legendum carmen, Adeon' hoiem inuenuſtum eſſe, aut infelicẽ quenq̃, vt ego ſum. [Pro deum atq; hoium fidem, nullon' ego) Dimeter redundante pede. ita Doct. Ego puto eſſe Trochaicum Trimetrum Cat. & o, in nullo longum eſſe. Si quidem ablatiui eſt caſus. Verũ de huius gñis carmine latius dicemus Sc. 1. Act. 4. huius fabulæ. [Nam qd ego nunc dicã de patre? ah) Doctor nunc ſuſtulit poſt Ego, vt eſſet dimeter Iambicus Acat. poterat meo quidem iudicio, etiam delidi in quid, quod huic poëtæ frequens admodum eſt. Aut poterat carmen eſſe Dimetrum Iãb. hypercatalecticum. [Quòd ſi ego reſciſſem id prius qd facerẽ) Prius vnica ſyllaba eſt, inquit Doctor. At dubiũ eſt Trochaicũ ne ſit Tetrametrũ, an Iambicum. Si Iãbicum eſſe voluerimus, i in Si, nõ eliditur, ſed corripitur, vt primo loco ſit Dactylus Qđ ſi e, & prius monoſyllabon erit. Sin Trochaichum, rẽ ſi eliditur totũ, & tria hęc Quod ſi ego, Dactylus erit, ſimiliter Prius facto monoſyllabo Lector ſequatur vtrum voluerit. [Amor, miſericordia huius, nuptiarum ſolicitatio) Quidam ſolicitudo legũt, quemadmodum Doctor, vt ſit Iambicus Tetr. Cat. penult. longa. Alij ſolicitatio, vt ſit Iambicus quad. Acat. Ex Donato certum ſciri non põt, adeo euariant codices quos nos vidimus. Quia vero nullus alius præter antepenult. huius ſcenæ eſt Catal. Iambicus. ego malim, vt alios, Acatalecticum accipere. Ceterum in miſericordia verbo, dia, vna ſyllaba tota eliditur ab Huius diſſyllabo, niſi Creticus ſit loco tertio, quod malim, ſicut & ſequentibus verſibus duobus, loco primo, Tum patris: E, Quæ meo. Ei autem in tertio verſu monoſyllabum eſt, in quinto ſeptem ſunt ſynalœphæ. In 7. quid agit legendum, vt rectè ex Donato Ioan. oſtendit, non quid agitur. porrò s, in Quis eliditur initio carminis, niſi quis Pœana ſecundum loco primo conſtituere audeat. Item deinde in hoc carmine quo incipiunt rurſus Senarij, Ne deſeras ſe. P. Hem ego ne iſtuc conari queam? Se, hem, ego ne iſt. pro Anapæſto, vt hem totum abſorbeatur cum præcedente vocali, in verbo ſe. Cuiuſmodi & alibi poſt Sc. 5. Act. 3. verſus eſt: Tu rem impeditam & perditam reſtituas? hem quo fretus ſum. Hic hem prorſus extra carmen, vt ait Doctor niſi s, elidamus in reſtituas. [Et pudicitiam, & ad tutam rem ſient) Ego alterum Ad tollerem, nec. n. ſenſus deſiderat, nec carmen bene pati poteſt. In tertio deinde carmine Per tuam fidem, tuã monoſyl. eſt, inquit Doctor. Ego creticum puto loco primo. Item in hoc dein' carmine Bona noſtra hæc tibi committo, & tuæ mando fidei. Tuæ monoſyllabon eſt, & Fidei diſſyllabon. [Sed cur tu abis ab illa? obſtetricẽ) Sunt duo Dimetri Cat. Poſterior habet duas breues in penult. pro longa. Doct. At mea quidem opinione, totum carmen eſt Iambicũ Tetr. Cat. & à vocalis longa in verbo illa non elidit, ſed ſit breuis, & in penultimo pro lõga ſyllaba ſunt duæ breues, vt ſæpe alias ſolet, & ipſe Doct. oſtendit in præfatione de metris adducto hoc carmine ex Sc. 2. Act. 4. Orare iuſſit, ſi ſe ames hera iam, vt ad ſeſe venias. Quanquam poſtea en in loco carmen aliter legit, vt ibidem annotabimus, oblitus credo in tanta præcipitantia, quid antea dixerit. Vltimus autem verſus ſenarius idem, inquit, perficitur initio proxime ſcenæ, Quid ais Byrrhia.

ACTVS II. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Charinus intelligit Pamphilo nupturam Philumenam. Idem vocat Pamphilum ne ducat. Hic Charinus, & Byrrhia fabula adjiciuntur, ne ſpreta relinquatur Philumena.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac ſcena colloquium eſt duorum adoleſcentum, Charini & Pamphili in qua altera pars fabulæ oſtenditur. Nam ex duorum iuuenem periculis gaudijſq;, Andria componitur. Pamphilum Charinus precatur obnixe, Philumenam ne ducat.

Trochaici, & Iambici, quidam, partim Tetrametri, partim Senarij.

CHARINVS adolescens, BYRRHIA seruus. PAMPHILVS.

VID ais Byrrhia?
Datur illa Pamphilo hodie nuptum?
B. sic est. C. qui scis Byrrhia?
B. Apud forum modo de Dauo audiui. C. væ væ misero mihi.
Vt animus in spe, atque in timore
vsque antehac attentus fuit,
Ita, postq̃ adẽpta spes est, lassus, cura confectus stupet.
B. Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri, quod vis, non potest,
Velis id, quod possit. C. nihil aliud, nisi Philumenam, volo.
B. Ah, quanto satius est, id operam te dare,
Istum q amorem ex animo amoueas, quàm id loqui,
Quo magis libido frustra incendatur tua.
C. Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus.
Tu si hic sis, aliter sentias. B. age age, vt lubet.
C. sed Pamphilum
Video. omnia experiri certum est prius, quàm pereo.
B. quid hic agit?
C. Ipsum hunc orabo: huic supplicabo: amorem huic narrabo meum:
Credo, impetrabo, vt aliquot saltem nuptijs, pdat dies.
Interea fiet aliquid, spero. B. id aliquid nihil est.
C. Byrrhia,
Quid tibi videtur? adeon' ad eum? Quid ni? si nihil impetres,
Vt te arbitretur sibi paratũ mœchum, si illam duxerit,
C. Abi hinc, abi in malam crucem cum suspicione istac, scelus.
P. Charinum video. salue. C. ò salue Pamphile:
Ad te, aduenio, spem, salutem, auxilium, consilium expetens.
P. Neque pol cõsilij locum habeo, neq; auxilij copiã.
Sed istuc quidnam est? C. hodie vxorem ducis?
P. aiunt. C. Pamphile,
Si id facis, hodie postremum me vides. P. quid ita?
C. hei mihi,
Vereor dicere: huic dic quæso Byrrhia. B. ego dicam. P. quid est?
B. Sponsam hic tuam amat. P. næ iste haud mecum sentit. ehodum dic mihi,
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit, Charine?
C. ah Pamphile
Nil. P. quàm vellem. C. nunc te per amicitiam, & per amorem obsecro,
Principio vt ne ducas. P. dabo equidem operam.
C. sed si id non potes,
Aut tibi si nuptiæ hæ sunt cordi. P. cordi? C. saltem aliquot dies.
Proser, dũ ꝓficiscor aliquo, ne videã. P. audi nunc iã:
Ego Charine, neutiquam officium esse liberi puto,
Cum is nil promereat, postulare id gratiæ apponi sibi.
Nuptias effugere ego iltas malo, quàm tu adipiscier.
C. Reddidisti animum. P. nunc si quid potes aut tu, aut hic Byrrhia;
Facite, fingite, inuenite, efficite qui detur tibi:
Ego id agam, mihi qui ne detur. C. sat habeo.
P. Dauum optume
Video. cuius consilio fretus sum. C. at tu hercle haud quidquam mihi,
Nisi ea, quæ nihil opu' sunt scire. fugin' hinc?
P. ego vero ac lubens.

VID ais Byrrhia?) In hoc colloquio altera pars ostẽditur fabulæ. Si quidam ex Andria duorum adolescentium pauoribus, gaudijsq. componitur, cum ferè solam Hecyram Terent. ex vnius comœdia adolescentis effecerit. [Quid ais Byrrhia?) Has personas Terentius addidit fabulæ, nam non sunt apud Menandrum, ne περιγραφώτερον fieret Philumenam spretam relinquere sine sponso, Pamphilo aliam ducente. [Quid ais Byrrhia?) Ex verbis Charini apparet Byrrhiã nunciasse nuptias futuras cum Pamphilo, nec adducitur tamen vt statim credat, & accommodet animum. Sæpius ergo repetit interrogando. Et bene Illa, velut amatorie, de certa loqueretur persona. Sic Virg. Solam nam perfidus ille Te colore, arcanos etiam tibi credere sensus: Ergo non Aeneas, sed ille. Et itẽ hic, non Philumena, sed illa, dixit. [Quid ais Byrrhia?) Miratur magis, quam interrogat, vel potius indignatur. [Sic est) Hoc cũ indignatione stomachi dixit. [Qui scitis?) Non vult enim verum esse. Qui, quatenus, vnde hoc scis? [Apud forum) De loco. [De tempore modo) De persona, de Dauo. [Væ misero) Tandẽ aliquando peruictus est vt crederet. Væ interiectio in his rebus quas execramur. [Apud forum modo de Dauo audiui) Plurima dixit ad confirmandum Byrrhia, quando interrogatus est, à loco, à tempore, à persona. [Vsque antehac) .i. ante, q̃ tua verba audirem. & duas præpositiones posuit vt dicitur, sed vna est tãtum velut aduerbium, non iam præpositio. [Attentus fuit) Vt attentius audire dicitur. [Vsque antehac attentus) Nulla præpositio præpositioni adiungi separatim potest. Vsque, eiusmodi est, vt sine aliqua præpositione raro inueniatur. [Lassus, cura cõfectus, stupet) Lassus cura, ex præterita spe nunc. Confectus .i. sic vulneratus, aut percussus, aut sanari non possit. [Lassus, cura confectus, stupet) Lassus, adempta attentione. Cura confectus, confirmato timore. [Stupes) Abiecta spe. [Quæso ædepol) Obiurgantis est Quæso, vel etiam rogantis. [Qui non potest) Consolatio ad id, quod fieri non potest suadens. [Id velis quod possit) Prouerbiale. [Nihil aliud) Hoc magis gemitu amatorio quàm vt responderet Byrrhiæ, dicit, quasi magis Philumenam velit, quàm vitam, & lucem. Idem alibi, In eo me oblecto, solum .i. carum mihi. Non .n. dixit, Nullam volo aliam quàm Philumenam, sed Nihil volo aliud, quod infinitum est. [Qui istum) Qui, pro vt. [Ex animo dimoueas) Legitur ex corde eijcias. [Tu si hic sis) Hoc gestu scenico melius commendatur. Nã hæc magis spectatoribus, quam lectoribus scripta sunt. Hic ergo, seipsum ostendens, dicit, & est Hic pronomen. [Sed Pamphilum) Sed, inceptiuum pro atque, eccum Pamphilum, vt Sal. Sed Metellus in vulnere. Hoc non discretiuum? vt si dicas, sapiens, sed miser, hic .n. discretiuum erit. [Age age vt lubet) Aduersus hęc non habuit quid loqueretur. & est permissio reprobantis ea quæ consentit. [Sed Pamphilum video) Hæc per ἀποσοφὴν fingũtur. [Omnia experiri) Idem alibi, Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet. Virg. hanc quoque posuit sententiam, Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat. [Ipsum hunc) Bene ipsum, quasi auctorem, & principem, refertur etiam ad dignitatem. [Orabo, huic supplicabo) Oramus, quæ bona sunt: Supplicamus in aduersis magis, vel cum lacrymis. [Amorem) Non studium, aut voluntatem, sed amorem. Nec petam, sed Narrabo dixit, totum magnifice. [Hunc orabo, huic supplicabo) Proœmia sunt petitionis, quibus ostendit poëta rationem, qua noua, & improba res, tamen petitur. [Vt aliquot saltem) Saltem desperatis rebus solam petentes salutem, hoc verbo vtimur. Prodat vero proferat. prolatet, differat. Lucil. in 5. An porro pudenda dies fit. [Interea fiet aliquid) Tale est hoc, quale illud, Interea aliquid accidet boni. Sed nihil illum, dixisse, poëta per seruum ostendit, dicendo, Id aliquid nihil est. [Fiet aliquid) Vt supra, impetrabo. [Adeon' ad eum?) Consuetudine magis quàm ratione dicitur. vnum enim ad abundat. [Quid, nisi nihil, impetres?) Aut, Quid ni? si nihil impetres vt te, &c. In vtroque idem sensus est, sed superior per ἐφωτέαν, inferior per simplicem explanationem soluitur. Et si quid in legitur,

DON.

tur,subaudiendum,adeas,vt sit,Quid ni adeas? vt si nihil impetres,te arbitretur paratum mœchum,si illam duxerit. [Si nihil impetres)Impetres per ὑστερολογίαν dictum videtur,pro petas.qñ petitionem sæpe impetratio sequitur. [Charinum video) Non imperite Pamphilum priorem loqui fecit, sed vt fiduciam det Charino loquendi,quod & Virg eleganter,Heus inquit,iuuenes monstrate,mearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum. [Charinum video) Ad hoc prior incipit Pamphilus, vt ad confessionem,Charino minus clausa præ pudore sit via.[Cõsilium expetens) Eleganter,quoniam demens,& improbum est quod petit,nouissimum posuit consilium, vt si non possit concedi,vel consilium expetat ad sanãdum dementiam. Cic. Tu da salutem,qui splendidisti.[Salutem,auxilium,consiliũ expetens) Vt in petitionibus fieri solet,beneficium petens vtitur partibus deliberatiue. [Neque pol consilij locum) Apud amantem,neq; consilij facultas apud inopem neque copia auxilij.Hic duobus ostendit etiam sese amatorem.Neq; pol consilij locum habeo, quia amo,neq; auxilij,quia sum miser. [Sed istud quid nã est?) hoc si non adderet,locus cõsitendi amoris Charino nullus fuisset.[Hodie vxorem ducis?)Vide miram interrogationem,ante confessionem.[Aiunt)De ea re dicimus,quam volumus esse falsam.[Si id facis) Nihil prius,quam se moriturum dixit,pudenda dicturus. Inde datum est,vt ille instantius quæreret causam. [Hodie postremum)Plus dixit,quam si dixisset,Morior hodie. [Hodie postremum)A necessario,quia viuere nõ potest.Et postremum aduerbium est. [Sponsam hic tuam amat) Nulla cunctatione Byrrhia,sed facete, παρρησιαστικῶς seruili paratissime narrat. [Næ iste haud) Næ,valde,vt & Cicero, Næ illi vehementer errant. Sensus hic est,Non id amat quod amo. nec id odio habet quod odi,hoc est,valde iste, inquit, non mecum sentit,id amat quod ego odi.[Sponsam hic tuam amat)Callide,& sponsam,& amat,hoc est, neque adhuc vxor tua est,neque aliquid admisit, quia amat tantum. [Næ iste haud mecum sentit) Næ,valde,aut vt quidam volunt,ò quàm. Lucil. in x. Ne in arce bouem discerpsi magnifice,inquit. [Nihil ne amplius tibi cum illa fuit?) Artificiose personam expressit Terent. nuptias recusantem, & simul τὸ πρέπον virgini seruauit. [Quàm vellem) Vtique vt esset causa recusandæ. [Per amicitiam) Suam & Pamphili. [Et per amorem)Suum tantum circa virginem.[Vt ne ducas)Sufficeret dixisse,ne ducas.[Dabo equidem operam) Plus illi promisit,q̃ ille poposcit.[Non potest) Deest,fieri. & hoc ad patrem retulit. [Aut hæ tibi nuptiæ) Hoc ad Pamphilum pertinet. non .n. vnum,& idem est. nam si idem esset nuptiæ hæ sunt tibi cordi, superuacuum esset additum.[Cordi?)Animo,acute.[Dabo equidem operam) Pronunciatione leuandum est. Plus enim dixit, dabo operam,quàm si diceret,non ducam.[Saltem aliquot)Primo quæ maiora sunt,petit, postremo quæ ex his videntur minima. & hoc arte: vt,Incute vim ventis,submersasq. obrue puppes. Et ad postremum,Aut age diuersas,& dijice corpora ponto.[Profer)Prolata,produc,differ. [Aliquo,ne videam)Aliquo dixit,vt exilium esset incertum.[Audi nunc iam) Correptio impatientis,qui non sustineat audire de exilio.[Ego Charine)Sententiæ quæ ex pronominibus incipiunt, fera semper, sed vera promittunt. Virg. Me natam nulli veterum sociare precorq̃. Fas erit. [Ego Charine, Neutiquam officium) Sensus hic est, Non puto,inquit,hominem liberum,qui cum nihil præstet,haberi gratiam sibi poscat ergo cum tibi nihil præstem,nolo mihi gratias agas. non enim tui causa fugio, quòd prius quàm me peteres,magis nolebam ducere,quàm tu cupis. [Cum nihil promereat)Mereri est aliquid mercedis pro labore sumere. cum dicimus, Nihil meretur,hoc intelligitur, nihil mercedis dignus est accipere. [Neutiquam) Vna pars est orationis,pro nequaquam. Aut alio modo dicitur,cum his nihil promereat.i.præstet,vt Virg. Quique sui memores alios facere merendo. Et, Nunquam regina negabo Promeritam. Econtrario lædit. Quid commerui,aut peccaui pater? [Cum is nihil promereat) Laboret,vel mereatur,vel mercedi petere debeat: vt, Quid meret machæra? Plaut.in Pseud. [Id gratiæ apponi sibi) Addi in gratiam suam.i.sibi gratiam merere. [Nuptias effugere) Interposita distinctione, vultuose hoc dicitur,hoc est cum gestu. [Reddidisti animum) Plus dici non potuit? [Aut tu,aut hic Byrrhia) Hic ἀπιστικῶς quasi efficaciorem ostendit. ergo ad comparationem alterius refertur. [Facite,fingite,inuenite,efficite) Fit quod verum est. Fingitur quod falsum est,Inuenitur,ne temere sint. Inuenite ergo,agite dicit post cogitationem. [Efficite) .i.in effectum perducite. Salust. Nam & prius quàm incipias consulto,& vbi consulueris,mature facto opus est. [Facite,fingite,inuenite) Mire expressit Pamphili animum nuptias recusantis, cui quidquid dixerit, parum est. [Qui detur) Qui, pro quemadmodum.[Ne mihi)Veteres frequenter ne pro non dicebant. [Ego id agam,mihi qui ne detur) Non dixit ego non instabo,vt ducam,sed quod est amplius. & recte vtriusque opera opus non enim continuo ducet Charinus,si non duxerit Pamphilus. [Sat habeo) Sic antiqui pro sufficit,sat habeo dicebant. an vel abundat? [At tu hercle) Deest affers. dicis nuncias. [Nisi ea quæ) Hoc est, Datur illa Pamphilo hodie nuptum? B. sic est. C. qui scis Byrrhia? B. Apud forum modo de Dauo audiui. Quod meror est Charinus se non libenter audisse. [Fugin' hinc?) Comminantis est,& abigentis à se.[Ego vero, ac lubens) Nemo lubenter fugit, nisi coactus necessitate. Hic, etiam lubens dixit,quod est,lubenter.

QVID ais) In hoc colloquio duorum adolescẽtium Charini,& Pamphili altera pars ostenditur fabulæ. nam Andria ex duorum adolescentum periculis gaudijsque componitur, cum ferè solam Hecyram Terent.ex vnius comœdia adolescentis effecerit. C. O Byrrhia serue quod animis? ne .i. vtrum, illa Philumena datur nuptum .i. datur vt nubat Pamphilo hodie. Ex verbis Charini apparet Byrrhia ergo repetit interrogando & bene dixit illa velut amatoria de certa loqueretur persona. ipse etiam miratur magis quàm interrogat vel potius indignatur. B. sic est .i. datur hodie nuptum. C. qui.i.hoc quatenus .i.quomodo scis,q.d.vnde hoc scis. B. audiui.i.accepi id modo .i. paulò ante Dauo apud forum. C. Væ interiectio execrantis & detestantis quidquam, mihi misero vt.i.sicut animus fuit attentus.i.arrectus in spe de futuro bono, & timore de futuro malo vsque ante hac .i. assidue ante hoc tempus harum præpositionum iunctarum vsque,& ante. altera est velut aduerbiũ non præpositio, & cum nulla præpositio præpositioni adiungi separatim possit,vsque tã est eiusmodi vt sine aliqua prepositio ne raro inueniatur ita sic postquam spes est adempta .i. ablata animus inquam lassus defatigatus, & confectus .i. cruciatus sic vulneratus,&percussus,vt sanari non possit cura.i.solicitudine. stupet.i.totus attonitus,& stupidus est. B. Aedepol.i.per ædem pollucis iurantis est,& obiurgantia. O Charine quasi.i.oro te, quoniam id,quod vix non potest fieri. velis id,quod possis, & prouerbiale est. C. nihil volo aliud nisi Philumenam,q.d.ne vitam quidem,& est amatorie dictum. B. Ah,quanto satius est .i.melius,te id.i.in eo dare operam.i.laborare qui.i.vt amoueas istum amorem ab animo tuo quàm loqui id quo .i. per quod tua libido.i.immoderatus amor, intẽdatur.i.inflãmetur frustra .i.incassum. C. omnes nos cum valemus.i.sani sumus facile damus recta consilia ægrotis si tu sis hic .i. ego. vel si ageres partes meas,nam hic pronomen in hoc loco non aduerbium, aliter sentias. B. age age.i.perge.& hoc dictum reprobantis est. vt lubet tuo arbitrio. C. sed particula est hic inceptiua quasi pro atque video Pamphilum certum.i.deliberatum est mihi experiti.i.tentare omnia.i.oẽs vias,& rationes quibus Philumena habere possim priusquam peream.i.obeam moriar. B. quid hic agit? q.d.quid randiu immoramur hic vanis verbis tempus consumentis. C. totus in amorem raptus non attendit ad verba. Byrrh. serui, sed pergit dicens orabo hunc ipsum Pamph. huic supplicabo .s. Pamph. oramus aũt quæ bona sunt,supplicamus in aduersis malis vel cum lacrymis narrabo huic Pamph. meũ amorem credo,q̃ sup.impetrabo,vt saltem protrahat alij ꝑdat quod in hac parte idem significat,hoc est proferat protelet differat,aliquot dies nuptijs: interea.i.durantibus illis diebus spero quod fiet aliquid. B. id aliquid.s.quod tu dicis facturum iri nihil est. C. Byrrhia, Quid tibi videtur? adeon'.i.debeo ne adire ad eum? dicimus enim adeo à te & adeo te,sed Don.ait adeo ad eum dici magis consuetudine quam rõne cum alterum ad abundet. B. quid ni? .i. cur non adeas subaudi vt.i.quatenus si nihil impetres saltem arbitretur .i. reputet te paratum. Mœchum .i.adulterium sibi si duxerit illam Philumenam, & hoc dictũ intelligi debet ironice proferendum. C. ò scelus.i.scelerate substantiuum pro adiectiuo,abi.i.facesse descede hinc à me in malam rem .i. in malam fortunam, vt dici solet abi ad patibulum aut ad suspendium, cum istac .i. ista tua suspicione .i. turpi opinione tua. P. Video Charinum,salue. C. ò optantis est hic, Pamphile; salue venio ad te expetens spem vt des mihi aliquid spes quo recreet à meis curis. expectens inquam salutem .i. incolumitatem si non ducas eam vxorem cuius amore depereo, auxilium vt saltem pro roges nuptiarum tempus in aliquot dies consilium vt (quia amans sum ideo amans,& non mei cõpos) des mihi consilij quidquam ad sanandum meam dementiam,

GVID.

tiam, quod verbum bene in fine dicti positú est veluti expectat illud tanquam magis conducibile,& consentaneum. P. Pol ne que habeo locum,id est facultatem,aut opportunitatem cõsilij qui ipse consilij egeo,neq; habeo copiam .i. facultatem auxilij ferendi,quia miser sum,sed quid nam.i.quid istud,id est istud est quod te impellit ad hæc petenda. C. hodie ducitur.accipis vxorem Philumenam. P. aiunt id dicimus de re quam volumus esse falsam. C. Pamphile, si id facis .i. si eam ducis vides me postremum, id est postremo nouissime hodie quasi insani amoris dolore iamiam sim moriturus. P. quid.i.cur ita postremum .s. hodie te video si id facio. C. hei mihi, Vereor dicere: ò Byrrhia, quæso dic huic Pamphile. B. Ego dicam. P. Quid est? B. Charinus amat hanc Philumenam sponsam tuam.i.tibi promissum. P. Næ.i.valde,vel næ.i.ò quam,vel incerte,Iste Charinus haud.i.non sentit mecum.i.longe à mea sententia est alienus,nam eã deperit, quam vehementer odi. ehodum particula mouens attentionem,quia se conuertit ad Charinum. O Charine dic mihi .i. responde mihi. Nunquidnam .i. nunquid amplius,quàm amare fuit.i.interceſſit tibi cum illa Philumena, q̃ sit eius recusandæ causa. C. ah dolentis particula,ò Pamphile, nihil fuit inquam,&c. P. Quàm.i.quantum,vellem vt aliud tibi cum illa fuisset. C. Nunc ò Pamphile obsecro te per amicitiam .i. per beneuolentiam inter te,& me mutuam,& per amorem meum in eam Philumenam, quo ita crucior vt mei sit miserendum,principio.i.in primis,vt ne.i.non ducas eam. P. equidem ego quidem.sæpe apud Virgilium,dabo operam.i.elaborabo,ne id fiat plus est,quam non ducam. C. Sed si id non potest fieri .s. q̃ eam non ducas propter parentis instantiam, aut si hæ nuptiæ sunt tibi cordi.i.si placent tibi. P. Pamph.dictum interrumpens nouissimum verbum sibi non placens repetit inquiens cordi,q.d.dubitas,aut timeas,ne sint mihi cordi? C. Deinde pergit in petitione Charinum saltem quasi salutem,desperatis enim rebus solam salutem petimus. Profer,id est prolata, protela, proroga,produc,differt,dum .i. quousque,proficiscor,id est pergere me conferam aliquò.i.in aliquem tanquam exilij locũ ne videam nuptijs .s. P. O Charine iam nunc audi correptio est impatientis qui non sinar audire de exilio. ò Charine, ego sententiæ quæ ex pronominibus incipiunt seria semp hac vera promittitur. Ego ne vtique, id est nequaquam puto esse officium liberi hominis .i. hominis ingenui animi postulare id, poni, id est attribui, ascribi sibi gratiæ, id est ad gratiam quasi diceret postulare,vt ob id sibi gratia habeatur cum his nihil mereatur.i. nihil mercede dignum efficiat. Mereri enim est aliquid mercedis pro labore sumere, ideo cum dicimus nihil meret hoc intelligitur nihil est mercedis dignus accipe, & quòd nihil meretur, probat inquiens. Ego malo effugere, id est euadere, istas nuptias, quàm tu velis adipiscier .i. assequi. C. Reddidisti animum. P. Nunc si quid potes,aut tu Charine,aut hic Byrrhia, Facite quod verum,& fingite quod falsum est inuenire, id est excogitate,ne quid temere.i.inconsiderate fiat,efficite .i. date operam qui,id est vt detur tibi,Charino Philumena.s.Donat.tamẽ dicit qui capi pro quemadmodum,ego agam id qui,id est vt ne, id est non detur mihi Pamph. C. Sat habeo .i. sufficit mihi. P. Video optume Dauum, quasi diceret opportune eum video seruum cuius consilio.i.suasione, fretus sum .i. confisus. C. An tu Byrrhia es,supple similis Dauo,hercle haud,id est non dicis, aut nuncias, aut affers quidquam mihi nisi ea quæ nihil .i. non vel in nihilo opus est me scire, vel si dicatur sunt addendum est sciri. sic nihil affers. nisi ea quæ nihil, id est non sunt opus, id est non attinent sciri à me,scilicet fugin', comminantis, & reijcientis seruum à se,quasi dicat,es tu adhuc hic,neque hinc facessis,seu discedis. B. ego vero fugiam,supple à te,ac lubens,id est & quidem bono animo.

LATO. ARGVMENTVM) Solicitudo Charini adolescentis ob rumorem nuptiarum Pamphili. Et est altera pars protaseos, & velut nouum negocium extra argumentum Pamphili, quo plus sit turbæ in fabula. [Vt animus in) Aptæ solicitudinis,& ægritudinis periphrases. [Nisi Philumenam) Attende minus cordatum Charinum,quàm Pamphilum,& Byrrhiam illum admonentem. [Quid hic) Dehortantis interrogatio quæ sit acrior per tertiam personam. [Si nihil impetres) Faceta irrisio. [Ad te venio) principium ad beneuolentiam à solicitudine sua,& imploratione Pamphili. [Hodie vxorem) per ambages trahit rem quam eloqui pudet. [Sponsam hic) propositio petitionis ex qua reliqua intentio colligitur. [Nunc te per amici) Apetta petitio qua primum maiora, deinde leuiora postulat, vt facilius impetret. [Cordi) Repetitio ironica,& quasi stomachantis. [Promereat) Vetuste, nunc non est in vsu. [Facite) Asyntheton exprimens vehementiam recusantis. [Video cuius) præparatio ad sequentem scenam.

QVID ais Byrrhia? &c.) Amore alicuius rei optatæ vltra quam oporteat irretitos, desipere ac penè insanire exprimit, & docet hæc scena. cum mentis acies voluptatem corrupta illecebris, decorum ipsum non videat, & ad id tandem deueniat, vt ab his moneri cogatur,& regi, quos ipsa regere deberet, & gubernare. Huius rei causa est incontinentia, quæ prudentiam destruit. Duorum igitur adolescentium ardores, & vota dissimilia,nec non amatoria describitur inconstantia & suspicio. Socrates apud Platonem in Symposio, Alcibiadem formosissimũ adolescentem sic alloquitur: Tunc sanè mentis oculis acute incipit cernere, cum primum corporis oculis defloreſcit: tu vero ab hac ætate es procul. Et in Phædro sic ait: Quando cupiditas absque ratione ad voluptatem trahit. nobisq. imperat,imperiũ illud libido vocatur. Libido autem quomodo multiformis sit, multarumq. partium,mutas itaque appellationes habet. [Tu si hic sis aliter sentias,&c.) Plato in Phædro sic ait. Amantes propter cupiditatis ardorem in iudicando falluntur. [Quid tibi videtur &c.) Hic locus quam molesta sit veritas amanti, quanque iucunda sit assentatio declarat. [Officium liberi homini esse puto,&c.) Sensus est. Non puto illum agere,vt decet liberum hominem,qui cum nullum beneficium conferat,petit gratiam sibi deberi. Vnde cum ego fugiendis nuptijs mihi potius,quam tibi inseruiam,nolo mihi debeas. His enim debemus,qui in nos benefici fuerunt. [Cum is nihil promereat,) Id est nihil conferat propter quod aliquis affectus beneficio illi debeat,&antique dixit. Virgil. in iiij.

Ego te quæ plurima fando
Enumerare potes nunquam regina negabo.
Promeritam.

Id est contulisse in me omnia beneficia,quæ potes verbis explicare tuis,vt mihi nullo modo liceat esse ingrato. [Ille igitur nihil promeretur,qui nihil agit, ob quod possit esse de aliquo bene meritus. [Non est ergo officium animi generosi, velle aliquem sibi debere alicuius rei gratia,quam illi non est gratificatus .i. non fecit gratia illius.

PETR. MARS.

POST fragmentum prioris scenæ vltimi versus, Quid ais Byrrhia? sequitur Iambicus Dimeter Acat. Detur ne illa hodie Pamphilo. Deinde sequuntur tres senarij. Iambici Acatal. Deinde duo Tetr. Iamb. Acat. Deinde tres varie distincti, vt dicemus. Deinde nouem Tetr. Iamb. cum decimo Iamb. Trimetro. Postremo Trochaici ad finem vsque scenę Tetr. Cat. Nisi in 23. d,non elidamus in sed 33. u,in postulare. [Quęso ędepol Charine,quoniã id fieri quod vis non potest) Hactenus est, vel Iamb. Tetr. Acat. Et ędepol prima longa,quam tamẽ rarius producit, vel Trochaicus si ædepol prima breuis fuerit. Deinde sequitur alter eiusdem generis. [Vel id,quod possit. C. nihil aliud,nisi Philumenam,volo) Verum hic omittunt quidem τὸ id, vt etiã possit fieri Trochaicus. Et sanè miror,quomodo Doct. hoc non animaduerterit,cum tamen meũ tum habuerit codicẽ, in quo hæc distincta erant ad eum,quem iam diximus,modum. Sequentes tres senarios ita quidem constituunt. [B. Ah,quanto satius est, id operã te dare, Istum qui amorem ex animo amoueas, quam id loqui, Quo magis libido frustra incendatur tua.) Doctor ex his verbis, Ah, quanto satius est, Monometrum facit. ex reliquo, duos Troch. Tetr. Catal. ad hanc formam.

GLAR.

Te id dare operã, qui illũ amorem ex animo dimoueas tuo.

Quam id loqui, quo magis libido frustra incendatur tua.

Monometer ille hypercat. alteros mouit,vt tres Iambicos senarios malint. Sed obijciet aliquis,quare istum pro Pyrrhichio legunt. Respondent,abiecto s,id posse fieri, & ne longe testimonium petant,ipse Doct. ait in carmine 23. huius adeo scenæ, in Istud idem fieri. Vbi tamẽ ego malim d,in Sed elidere,vt paulo post dicemus,Ceterum dimoueas,pro amoueas idem legit,& s, in magis eliditur. Ipse lector sequatur quod velit. [C. Abi hinc, abi in malam crucẽ cum suspicione istac,scelus.) Doct. pro abi suspicatur legendum,vel abin,vel ab eas,vt cõstet versus. Atqui In breue est in Abin,ea certe ratione qua in viden, en breue est. Is.n.facit interrogatio. Et eas ego non legerim,Ideoq. facile assentior Ioan.q hoc loco i,longum exiſtimat,siue poetæ hoc cõsilio factum,siue aspiratione,quæ sequitur,tantam vim habente, vt apud Virg.j.Aen. Posthabita coluisse Samo,hic illius arma. [Ad te venio,spẽ,salutẽ,auxilium) Prisc.lib.17.bis hunc locũ allegat,adiecta præpositione ad,ad verbum aduenio,vt altera abũ det quemadmodum in quinto antea versu, adeon' ad eum?

Verum

Verum hoc nihil ad carmen. In ſequente mox verſu Troch. Neque pol auxilij locum habeo, neque conſilij copiam Auxilij poſt pol legendum, & conſilij ante copiam, vt recte legit Doct. quanquam hoc in pleriſque cod. neglectum. Proximus deinde verſus erit Iamb. Tetr. Acat. niſi d, in ſed elidamus. Doct. putat ſ, in iſtud elidi, vt ſit Trochaicum, quemadmodum cetera ſunt, ad finem huius ſcenæ, quod mihi durum videtur. [Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit, Charine?) Vel amplius diſſyllabum erit, vel fuit monoſyllabon, vel Creticus loco ſecundo, vel Amphibrachys loco quinto. In quinto deinde verſu Iam diſſyllabum eſt ad finem eius. In proximo deinde primus per Tribrachys, quartus Dactylus, reliqui omnes Trochæi. Rurſus continuo ſequens verſus Iamb. Tetr. fuerit niſi elidas u, in poſtulare, inquit Doct. Id quod Alibi habet liber, & mihi etiam placet, vt ſint omnes conformiter Troch. Et vel ex hac ſcena apparet, Ego ſecunda ſyllaba frequentiſſime corripi apud Latinos, quan quam quidam contrarium feciſſe videntur.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Dauus cum ex varijs coniecturis, & ſignis comperiſſet, nuptias non cohærere, Pamphilum toto quærens oppido exultat inſolentiam.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac ſcena conſilium continetur perſonarum, ad quas potiſſimum argumentum ſpectat. Et eſt locus, in quo, vt fieri ſolet, fortuna mixta rebus diſpoſitis, magnas turbationes dat, in cuius principio Dauus, compertæ ex varijs coniecturis nuptiarum falſitate, Pamphilum quærens, inſolentius exultat.

Trochaici, Tetrametri, Catalectici.

DAVVS, CHARINVS, PAMPHILVS.

DI boni, quid porto? ſed vbi inueniam Pamphilum.
Vt metum, in quo nunc eſt, adimam, atque expleam animum gaudio?
C. Lætus eſt, neſcio quid. P. nihil eſt. nondum hæc reſciuit mala.
D. Quem ego nunc credo; ſi iam audierit ſibi paratas nuptias,
C. Audin' tu illum? D. toto me oppido exanimatum quærere.
Sed vbi quæram? aut quò nunc primum intendam?
C. ceſſas alloqui.
D. Abeo. P. Daue ades, reſiſte. D. quis homo eſt, qui me? ò Pamphile,
Te ipſum quæro. euge ò Charine: ambo opportune: vos volo.
P. Daue, perij. D. quin tu hoc audi. P. interij. D. quid timeas, ſcio.
C. Mea quidem hercle in dubio vita eſt. D. & tu quid, ſcio.
P. Nuptiæ mihi. D. & id ſcio. P. hodie. D. obtundis, tam etſi intelligo.
Id paues, ne ducas tu illam: tu autem, vt ducas. C. rem tenes.
P. Iſtuc ipſum. D. atque iſtuc ipſum, nihil pericli eſt: me vide.
P. Obſecro te, quamprimum hoc me libera miſerum me tu. D. hem,
Libero: vxorem tibi iam non dat Chremes. P. qui ſcis? D. ſcio.
Tuus pater modo me prehendit: ait, tibi vxorem dare
Hodie, itẽ alia multa, quæ nunc non eſt narrãdi locus.
Continuo ad te properans percurro ad forum, vt dicam tibi hæc.
Vbi te non inuenio, ibi aſcendo in quendam excelſum locum,
Circunſpicio: nuſquã. forte ibi huius video Byrrhiã:
Rogo: negat vidiſſe: mihi moleſtum. quid agam, cogito.
Redeũti interea ex ipſa re mihi incidit ſuſpicio: hem,
Paululum obſoni, ipſius triſtis, de improuiſo nuptiæ:
Non cohærent. P. quorſum nam iſtuc? D. egomet continuo ad Chremem.
Cum illo aduenio, ſolitudo ante oſtiũ: iam id gaudeo.
P. Recte dicis. perge. D. maneo. interea introire neminem.
Video, exire neminem, matronam nullam, in ædibus
Nil ornati, nil tumulti: acceſſi. introſpexi. P. ſcio.
Magnum ſignum. D. num videntur conuenire hæc nuptijs?
P. Non, opinor, Daue. D. opinor, narras? non recte accipis.
Certa res eſt. ẽt puerum inde abiẽs conueni Chremis.
Olera, & piſciculos minutos ferre obolo in cęnã ſeni.
C. Liberatus ſum Daue hodie tua pera. D. at nullus quidem.
C. Quid ita? nempe huic prorſus illam non dat. D. ridiculum caput.
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic nõ dat, te illam vxorẽ ducere.
Niſi vides, niſi ſenie amicos oras, ambis. C. bene mones.
Ibo: etſi hercle ſæpe iam me ſpes fruſtrata eſt. Vale.

DI boni) Hæc ſcena conſilium continet perſonarum, ad quas maxime pertinet argm̃. Et hic eſt locus in quo, vt fieri ſolet. fortuna mixta rebus diſpoſitis, magnas turbas dat. [Di boni, boni quid porto?) Non mirum q̃ inſolentius Dauus exultat, qui, vt Simo dicebat, timidus fuit, vt ipſe Dauus, etiam deſperauit ex nuptiarum terrore, quas nunc falſas cõperit. [Di boni, boni quid porto?) Ex proximo repetiuit bis, ſed tamen alterum nominatiuo plurali, alterum genitiuo ſingulari dictum eſt. [Quid porto?) Non ſolum corpore, ſed etiam animo portamus tam bona, q̃ mala. Sic alibi, Ne quid Andria apportet mali. [Vt metum in quo nunc eſt, Adimam, atque expleam animum Gaudio) Ordine locutus eſt. prius enim metũ adimere, ſic demum gaudio perfundere. Hic ordo etiam in laude ſeruatur. [Neſcio quid) Deeſt propter, vt ſit, propter neſcio quid. [Quid) Aduerbiale. [Exanimatum) Perterritum, perturbatum. [Sed vbi quærã?) Nunc in oẽs ſe partes verſat, quærẽs quo dirigat curſum. [Habeo) Videtur quaſi conſtituiſſe, deinde quaſi elegiſſe, quo pergat. Habeo per H, inueni. legitur, & abeo, vti merito illi dicatur, Reſiſte. [Quis homo eſt qui me? ò Pamphile) An te videt, q̃ compleat orationem. [Euge ò Charine) Euge, modo pro interiectione poſitum eſt. [Opportune) Deeſt, ad eſtis: non, opportune vos volo. [Daue, perij) Proprium eſt dolentibus præfeſtinare quæ dolent, ἀπολούμεθα. Habet nonnullum affectũ quod addit, Daue. [Quin tu) Quin modo pro imò, alias cur non? [Mea qdem hercle) Videtur Charinus plus dixiſſet, Perij, q̃ Pamphilus. Mea quidem hercle certe in dubio eſt vita. Sed non eſt hoc, plus. n. Pamphilus dixit. Nam qui viuit, non poteſt interiſſe, is autem qui viuit, vitam poteſt in dubio habere. Ideo & iurauit hercle, & affirmans iuſiurandum, Certe addidit. Bene Certe, quaſi illud Interij, falſum ſit, Ita Pamphilus plus fecit periturum ſe eſſe dicendo, quàm Charinus interiiſſe. [Et quid tu, ſcio) Mira compendia, quæ contrahit Poëta longitudine fabulæ, nec tamen perdit affectus perſonarum. [Et tu quid) Deeſt, timeas. [Et id ſcio) ὑποκρίσεως. tanquam dicat, nihil eſt. [Et id ſcio) Legitur, etſi ſcio. [Hodie) Tempus addidit, tanquam rem ſciẽs. [Obtundis) Sæpe repetendo, idem dicere, obtundere eſt. translatio DON.

tio à fabris,qui ſæpe repetunt tundendo aliquid malleo,& ideo obtundunt,& hebetant.[Obtundis,tametſi) Poteſt eſſe ἀναφορὰ, ſed ſincerius eſt,& melius ſubdiſtinguere.[Id paues) Deeſt Ob, vt ſit ob id. hoc autem Pamphilo dicit. [Tum aũt vt ducas)Pro ne non,Vt poſuit.Hoc Charino.[Atque iſtũc ipſum)κὰ ὑποκρίσει. Ille.n.hoc idem dixerat cum exclamatione, quod quaſi vanum contemnit. [Me vide)Vtrum, lætus ſum?an,me ſpectat fidei datorem? vt dici ſolet,me habe,me reſpice.[Obſecro te)Cum precibus,& tempus admiſcuit . Et bene Libera . perfecta.n.ſecuritas,liberatio nominatur. [Hem) Ecce , demonſtratio eſt facti . [Vxorem tibi non dat iam Chremes)Oratorie à ſumma cœpit, cuius partes,multis dicentur. [Iam non dat)Bene iam . quod ſi non dixiſſet,intelligeret Pamphilus,vel poſtea Chremetem filiam eſſe daturum . Sed addito,Iam plena ſecuritas eſt. Iam .n. renunciatio eſt perpetuitatis.[Scio) Præparatio eſt auditoris ad eam narrationem,quæ oſtendit argumenta falſarum nuptiarũ. [Me prehendit)Pro prendit. Addita aſpiratione geminauit ſyllabam . Et prehendit dixit, quaſi vitantem ac fugientem . [Ait tibi) Ait, proprie,quia contemnenda dicuntur. [Ait tibi vxorem dare ſe.) Coniecturam facit ex malis , quæ præceſſerunt . [Ait tibi vxorem dare ſe.) Dicit cur primo crediderit veras dicturus ſubinde cur falſas.[Item alia multa) Bene diſtulit narratione,ne ſi audiret Charinus,& Byrrhia , deſinant dolos ſtruere aduerſum vigilantiſſimum ſenem.[Item alia multa) Commoda narratio à neceſſarijs tantum. Minas autem ſenis prætermiſit,ne corrumperet bona quæ nunciabat . [Quæ nunc) Argumentum eſt , quærere potuiſſe eum qui ſit territus . nam timor curam parit. [Narrandi locus) Modo tempus,ſpatium . [Quæ nunc non eſt narrandi locus) Non vult dicere,quàm minaciter ſecum egerit ſenex,quamque inſtet nuptijs, ne Charinum Byrrhiamq. de ſpe deijciat, quos vult ſecum admitti ne vxorem Philus ducat. [Properans percurro)Vide quantum dixerit,Properans,& percurro,vt continuationem curſus oſtenderet . [Vbi te non inuenio) Vbi,modo non eſt aduerbium loci,ſed temporis,pro poſtquam . [Vbi te non inuenio,ibi) A ſummo ad imũ diuiſiones,quibus dicta,& facta continentur,ſub quorum genere ſunt ſpecies nunc dictorum,tunc factorum,cum conſideratione rerum perſonarumque.[Nuſquam)Deeſt,vidi. [Video Byrrhiam)Deeſt ſeruum . & recte. dixerat enim,Apud forum modo de Dauo audiui.[Rogo negat vidiſſe) Mira breuitas,& imitanda.[Paululum obſoni)Hinc eſt,quòd ait,Nimium parce facere ſumptum.[Ipſus triſtis,de improuiſo nuptiæ) Mire,& moraliter . ex his enim quæ facta non ſunt,docet quid feciſſe deberet . &,de improuiſo nuptiæ,pronunciandum. [Ego me continuo) Et bene continuo ad Chremem , vt ſi ab vtroque hoc fieret,eſſet vera ſuſpicio Daui . [Ego,me continuo) Deeſt, duco . Conſuetudo dictum eſt,& ἐλλειπτικῶς . [Egomet) Vna pars orationis eſt. [Chremem) Chremem,& Chremetem,vt Darem,& Daretem . [Solitudo ante oſtium) Signa ab his quæ ſunt , quæ non eſſe deceret. [Iam id gaudeo) Quaſi auerſum,& non conſentientem Pamphilum,excitat ad gaudium lætitia ſua.[Iam id gaudeo) Sic Virg.

Cum venit aulæis iam ſeregina ſuperbis.

[Recte dicis perge)Vultu enunciandum. Hoc dicit Pamphilus. [Maneo) Ne , At parum temporis fuiſti . [Interea) Temporis longi ſignificatio.[Introire neminem)A non factis. [Exire neminem)Quid ſi intus erant? ideo ait,exire neminem.[Nihil ornati) ἀφελῶς . Sic Saluſt. Ergo Senati decreto ſeruiendum ne ſit.[Signum)Proprie pro argumento.[Non videntur) A ſequẽtibus argumentum . [Non opinor) Ille opinionem accommodat tantum hic multum tribuit coniecturis.[Non opinor) Qm̃ argumenta ſunt,& coniecturæ,opinor dixit. Nam contra opinionem,certa res eſt . quæ autem opinamur,putamus : quæ putamus,incerta ſunt . [Opinor narras ?) Bene à prima ad ſecundam perſonam. [Piſciculos minutos) Sufficerer diminutiue piſciculos dixiſſe . Quòd ſic minutos dixit,& precium,obolo eſſe emptos,quæ eſt vltima nummorum ſignificatio . Sunt enim genera minutorum piſcium,quæ magno veneãt. Hic ergo etiã ex precio viliſſimos piſces ſignificauit . Et,quid ſi minutos, ſed omnibus? Seni dixit,vt obſonationis oſtenderet cauſam. [Olera,& piſciculos) Quod ſupra generaliter,paululum obſoni: hic ſpecialiter dixit.[Chremi)Sic Chremi,vt Vlyſſi,& Achilli.[Etiã puerum) Etiam pro præterea. [In cœnam ſeni) Mire Seni,cuius eſt maior cura domi . [Nullus) Pro,non : vt alibi,Nullus dixeris . [Quid ita ?) Vna pars orationis . [Ridiculum caput) Pro toto homine . nemo enim ore contempto,ex alijs membris hominem velit ſignificare . & eſt συνεκδοχικὸν σχῆμα . [Quaſi neceſſe ſit,ſi huic non det,te illam vxorem ducere) Oſtendit ἀσύμμετρα, vitioſum hoc eſſe, in quo, altero ſublato,non neceſſario alter relinquatur . [Niſi vides, niſi ſenis amicos oras,ambis) Hoc laborat Dauus quemadmodum Philumenam Charinus proprijs laboribus promereatur vxorem . [Niſi vides, niſi ſenis amicos oras) Artificioſe Dauus Charinus excitat,vt ſi fieri poſſit, adiuuetur negocium Pamphili,dum ille ſibi prouidet. [Niſi vides) Prouides. [Ambis)Magnarum rerum deſiderium,& appetitus, ambitio dicitur. Confirmata re à factis,& à perſonis,deliberatiua naſcitur .

DI boni, &c.) In hac ſcena continetur conſilium perſonarum,ad quas maxime pertinet argumentum . In cuius principio Dauus cõpleta nuptiarum falſitate inſolentius exultat quæ rens Pamphilus Da. ò Di boni propter beneficia in homines quid boni porro.i.geſto in pectore. Portamus non ſolum corpore,ſed etiam animo. Portamus autem tam bona,quàm mala, vt alibi vereor ne quid Andria apportet mali nunc autem dicit Dauus ſe aliquid boni ſcire,&illud geſtare in animo,ſed vbi inueniam Pamphilum vt adimam .i. abſtergam auferam metũ in quo nunc eſt atque vt expleam .i. repleam animum gaudio . C. Lætus eſt Dauus.ſ.neſcio quid.i.pro vel propter neſcio,qd quaſi diceret lætus eſt,propter neſcio quid . vel lætus eſt neſcio quid.i.neſcio quare . P. Nihil eſt quo lætus ſit.nondum.i.non adhuc reſciuit.i.cognouit hæc mala.ſ.indictas nuptias . D. Dauus quærens Pamphilum,neque videns pergit in ſermone incepto ad ſpectatores. Quem Pamph.ego nunc credo ſi iam audierit nuptias paratas ſibi . C. Charinus alloquens ſecreto Pamphilum, inquit . Audin'.i.audis ne tu illum Dauum quomodo de nuptijs loquitur tanquam reſcierit. D. Daui ſermo Charini ſermonis interpoſitione interruptus eſt,ideo repete, quem Pãphilum exanimatum.i.perterritum perturbatum credo quærere me Dauum toto oppido.i.in tota vrbe, ſed vbi quæram eum .ſ. aut quo.i.quam partem nunc primum intendam.i.curſum dirigam . C. Charinum timens me abeat Dauus dicit Pamphilo ceſſas loqui,q.d.non vis loqui vel quid ni loqueris ? D. Habeo .i.diſcedo,quaſi elegerint quo pergat . P. Daue ades .i. adeſis, imperatiui modi eſt reſiſte.i.remanere . Virg.j. Aen. Reſtitit Aeneas claraque in luce refulſit . D. Dauus in omnes partes ſe verſans,inquit,quis eſt homo, qui me vocat ? deinde animaduertens Pamphilum ſubdit ò Pamphile quæro reipſum. O Charine . euge interiectio eſt lætitiam mouens , q. d. exulta. interdum applaudentis eſt & adulantis , interdum etiam irridentis , ſeu exprobrantis,& præcipue quando geminatur . ambo Pamphile , & Charine opportune .i. tempeſtiue , vel mature adeſtis ſubaudi volo vos.i.quæro vos . P. Daue perij.i.dolore confectos ſum . D. Qui .i. quinimò potius audi hoc quod ſum dicturus . P. Interij quaſi actus eſt de me niſi conſulas . D. Scio quid timeas . C. Quidem hercle.i.per herculem,vbi quidem expletiua duntaxat particula eſt.mea vita eſt in dubio.i.in periculo ne dum mortem cõmutetur . D. Et.i.ẽt ſcio quid tu timeas. P. Nuptiæ mihi,indictæ ſunt ſubaudi à patre. D. Et id ſcio tibi indictas,& nunciatas futuras nuptias. P. Hodie.ſ.ſunt indictæ, & in hunc diem conſtitutę. D. Obtundis.i.toties repetendo me hebetas,& moleſtus es, qui.n.ſæpe repetendo aliquid dicit obtũdere dicitur translatio autem eſt à febris, qui ſæpe repetunt tundendo aliquid malleo,& idem obtundunt,& hebetant . obtundis ergo,q.d.caput mihi frangis,& aures hebetas tua crebra repetitione . tametſi.i.quamuis intelligo quod.ſ.repetis,& inculcas toties prę caues.i.times,id.i.pp id.ſ.ne id.i.quod tu Pamphi le ducas illam Philumenam, autem.i.ſed tu Charinæ præcaues .i.times,vt .i. ne non,hoc eſt quod non ducas eam,vt enim,pro ꝙ non interdum vſurpari inuenitur . C. Tenes.i.intelligis rẽ .i.negocium ipſum vti eſt . P. Iſtud ipſum eſt ſup.quod dicis. D. Iſtud ipſum quod.ſ.times . nihil periculi eſt.i.nullum eſt periculum in eo quod times . vide .i. ſpecta me Dauum vel fidei datorum vel an lætus ſim,& vultus meus in ſpem aliquã geſtire videatur . P. Obſecra,quaſi per ſacra rogo te libera quamprimum.i.citiſſime me miſerum afflitum, hoc metu quo crucior , &bene libera,perfecta.n.ſecuritas liberatio nominatur. D. Hẽ, hæc particula hic demonſtrantis factum eſt.quaſi ecce libero te. Chremes non dat iam, tibi vxorem filiam.ſ.& bene addit iam , eſt.n.hinc renunciatio perpetuitatis,q.d. neq; dat iam, nec poſt hac daturus eſt . P. Qui.i.quomodo ſcis . D. Scio tuus pater prehendit .i. comprehendit tanquam vitantem , & fugientẽ me Dauum modo .i. paulo ante,aut,bene ait . quia contemnenda dicũtur,ait ſeſe dare tibi hodie,vxorem. Item ſimiliter alia multa ait.ſ.quæ nunc non eſt,locus .i. tempus vel ſpatium,aut oppor-

GVID.

tu

portunitas narrandi, continuo ego properans ad te percurro, quasi celeriter curro ad forum. potest etiam ibi addi ad te quasi ad conueniendum, & alloquendum, vt dicam tibi hęc, vbi.i. post quam non inuenio te tibi.i. in foro ascendo in quendam locum excelsum.i. edium eminentem circunspicio.i. circumlustro oculis an te videam. nusquam.i. in nullo loco vidi te. s. forte ibi.i. in eo loco video Byr. seruum subaudi huius Charini. Rogo.i. interrogo viderit te nec ne. negat se vidisse te id, sup. mihi molestum fuit. Cogito quid agã interea suspicio incidit mihi redeunti de foro. s. ex ipsa re quasi ex ipso apparatu nisi dicatur redeunti ex ipsa re agenda, sed superior sententia melior. Hem particula sæpe est interiectio corripientis seipsum vel indignantis, quã doque etiam demonstrantis est, vt dictum est, & hic quoque capi potest, paululum, ob erat .i. rei cibariæ, siue pulmenti. est enim obsonium, quod Græci obsonio dicunt qdquid in comedendo additur pani, & vino, à quo obsono nas verbum neutrum, & ob sonor aris verbum deponens. ipsius.i. ipse more vetusto. s. pater Simo erat tristis.i. mœstum, nuptię de improuiso.i. ex abruto, & insperato indictæ. non cohærent.i. non quadrant non sunt verisimiles. P. Quorsum nam.i. ad quem finem. istud.i. istuc dicis. s. vbi nam syllabica adiectio est ad significationem nihil efficiens. D. Egomet continuo.i. pro ad Chremetem vado subaudi, hoc est me confero ad eius domum cũ aduenio, illo .i. illuc, solitudo.i. hominum vacuitas, & carentia est subaudi ante hostiũ iam.i. tunc gaudeo id .i. propter id. C. recte dicis. P. Perge .i. prosequere. D. Maneo interea tam loci, quam tẽporis habet significantiam, neminem video introire, neminem video exire. nullam video matronam.i. mulierem. Matronam quidam dñt eam esse quæ peperit q; mater sit quidam autem locupletiorem fœminam matronam appellãt. Festus etiam ait matronas fuisse appellatas quibus stolas hñdi ius erat. Nullam ergo matronam video in ædibus.i. in domo Chremetis. nihil ornari ꝓ ornatus, nihil tumulti pro tumultus, in genitiuo. s. & est Archaismos inuenit etiam in Salustio senati in genitiuo pro senatus vbi dicitur. Ergo senati decreto seruiendum ne sit. Accessi.i. audiui intro aspexi. P. Scio intelligo magnum signum.i. magnum argm̃ est sup. quòd tu dicis, non mihi datum iri. Philumenam. D. Hæc non videntur conuenire nuptijs, q.d. Hæc signa sunt à nuptijs aliena. P. Non videntur inquam &c. opinor .i. in ea sum opinione. D. Narras.i. dicis, opinor, non recte accipis.i. intelligis cum opinor dicas res est certa, de ea itaque non est opinandum. Etiam.i. præterea. ego abiens.i. discedens inde conueni .i. casu inueni puerum.i. seruum Chremi.i. Chremetis. Chremes enim, & Chremi genitiuum facit vt Vlyxi, & Chremetis. Inueni igit puerum ferre olera, & piscículos minutos emiobolo (quæ est vltima nummorum significatio) in cœnam.i. in vsum cœnæ. seni.i. propter senem Chremetem. cuius est maior cura domi. C. O Daue liberatus sum hodie tua opera .i. D. Ac nullus qui dem sum.i. non sum, quia adhuc cura confectus. C. Quid ita.i. cur ita nullus es nempe.i. profecto. Chremes prorsus non dat illam Philumenam huic Pamphilo. D. Ridiculum caput, pro toto homine ponitur per sinecdochen, q. d. valde homo ridiculus es.i. ridendus, quasi per ironiam dicitur .i. tanquam necesse sit si Chremes non dat huic, te ducere illam vxorem. Ambis.i. appetis quæ non assequeris. nisi vides.i. prouides. nisi oras amicos senis .i. Chremetis. C. Bene mones, Ibo, tametsi hercle sæpe iam hæc mea spes frustrata est.i. decepit me Charinum. Vale his superioribus dictis artificiose Dauus laborauit vt si fieri posset Charinus proprijs laboribus promeretur vxorem.

LATO. ARGVMENTVM) Deprehensa nuptiarum simulatio ne confirmat Pamphilum Dauus. Estque hoc loco initium epitaseos. Nam per inconsultam fiduciam, & Daui temeritatem in maius periculum conijciatur Pamphilus. [Dij boni) vicẽ exordij habet hæc seruilis exultatio, qua habitus futuri colloqui ostẽditur. [Daue perij) Attende facetam, & moratam interpellationem. [Nihil pericli) Propositio nuncij. [Tuus pater modo) Narratio ad coniecturam, & est longe venustissima, primo autem narrat errorem suum de veris nuptijs, vt augeat expectationem, deinde falsarum argumenta colligit. [Redeunti interea) Suspiciones falsarum nuptiarum ex præcedentibus, & adiuncti. [Ornati) Vetuste. [Etiam puerum) Aliud argumentum ex adiunctis. Et ferre in cœnam, subaudi se dicebat, est enim eclipsis. [Ridiculum caput) Reprẽhendit vitiosam argumentationem à falsa propositione. Nam falsa impositio est: necesse est aut Pamphilum ducere Philumenam, aut Charinum. Deinde assumptio: Sed Pamphilus non duces, sequitur falsa complexio: Ergo Charinus ducet.

CARMINA sunt omnia Trochaica Tetrametra Catale GLAR.
ctica. [Nuptiæ mihi. D. Etid scio. P. Hodie. D. Obtundis) In huius versus loco secundo Creticus est, & Mihi monosyllabum totum eliditur. In loco tertio Tribrachys est. [Tuus pater modo me deprehendit, ait tibi vxorem) Tuus monosyllabam est auctore Doctor, vt primo loco sit Trocheus. Ego Amphibrachyn puto, Tuus pa postea dactylus, ter modo, Tertio rursus Trocheus, me pre [Quarto loco rursus Dactylus, hedit a. Quinto loco rursus Trochæus, it tib' Ad finem spõdeus cũ Trochæo ad syllaba, vxo, rem da, re, Ioan. ait versum esse Hypermetrũ ac ita scandit, vt in penultimo loco dactylum faciat, quod inauditum est in hoc genere carminis, rem dare, cum syllaba deinde se, elidit à sequente versu. Legit. n. sese. At Doctor semel Se legit, atque ita habet codex Aldi & plerique alij, idq. nos sequemur. In septimo deinde versu antepenultima in suspicio, contra natu ram producitur. Quod & Doctor & Ioan. notarunt. Deinde rursus in quinto versu Introire trissyllabon esse idem Doctor. admonuit. quanquam loco sexto potest esse Amphibrachys.

ACTVS II. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Suadet Pamphilo atque etiam persuadet Dauus, vt patri dicat vxorem se dicturum.

Trochaici Tetrametri Catalectici, & Iambici tum Senarij tum Octonarij.

PAMPHILVS, DAVVS.

VID igitur sibi volt patri? cur simulat? D. ego dicam tibi.
Si id succenseat nunc, quia non det tibi vxorem Chremes,
Ipsu' sibi esse iniurius videatur: neque id iniuria:
Prius, quàm tuum, vt sese habeat animum, ad nuptias, perspexerit.
Sed si tu negaris ducere, ibi culpam in te transferet:
Tum illæ turbæ fient. P. quid vis, patiar? D. Pater est
Difficile est. tùm hæc sola est mulier. dictum ac factum inuenerit
Aliquam caussam, quamobrem eijciat oppido. P. eijciat? D. cito.
P. Cedo igitur, quid faciam Daue? D. dic te ducturũ. P. hem. D. Quid est?
P. Ego dicam? D. cur non? P. nunquam faciam? D. ne nega.
P. Suadere noli. D. ex ea re quid fiat, vide.
P. Vt ab illa excludar, huc concludar. D. non ita est.
Nempe hoc sic esse opinor dicturum patrem:
Ducas volo hodie vxorem. tu, ducam, inquies:
Cedo, quid iurgabit tecum? hic reddes omnia,
Quæ nunc sunt certa ei consilia, incerta vt sient,
Sine omni periculo: nam hocce haud dubium est, quin Chremes.
Tibi non det gnatam: nec tu ea caussa, minueris
Hæc, quæ facit, ne is mutet suam sententiam.
Patri dic velle: vt, cum velit tibi iure irasci, non queat.
Nam quod tu * speres, propulsabo facile. vxorem his moribus *timeas
Dabit nemo. inopem inueniet potius, quàm te corrumpi sinat:
Sed si te æquo animo ferret accipiet, negligẽtẽ feceri.

* Aliam

* Alia * Aliam ocioſus quæret: interea aliqd acciderit boni.
P. Itan' credis? D. haud dubium id quidem eſt.
P. vide, quò me inducas. D. quin taces?
* ex P. Dicam. puerum autem ne reſciſcat mihi eſſe * ab illa, cautio eſt:
Nam pollicitus ſum ſuſcepturum. D. ò facinus audax. P. hanc fidem
Sibi, me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum; vt darem.
D. Curabitur. ſed pater adeſt. caue te eſſe triſtem ſentiat.

DON. VID igitur ſibi volt pater?) Hæc ſcena deliberationem continet Daui, & Pamphili. Et bene igitur. ſi enim falſæ ſunt nuptiæ, quid cogitat? ſtomacho ſe etiam hoc dixit Sibi volt. Virg. Quid vult concurſus ad amnem? [Si id) Id, ob, id propter id. [Neque id iniuria) .i. vſque adeo iniuſtus ſibi videbitur, vt ſe iniuſtitiæ ipſe condemnet. [Perſpexerit) Perſpicere eſt ad plenum, & perfectum videre. [Tum illæ turbæ) Illæ ad terrorem retulit. [Quid vis patiat?) Hoc eſt patiar ne vxorem ducere? [Pater eſt Pamphile) Hoc vultuoſe pronunciandum eſt. & mire pater dixit: vt ipſo nomine videatur habere auctoritatem, & veluti dormitantem, & oblitum poteſtatis paternæ, his rebus excitat. [Quid vis patriar?) Sunt qui quid vis, pro quidquid eueniret, intelligant: quia dixerat, Adeon' me ignauum putas? Alij pronunciant, vt ſit ſenſus. Quid me facere, an vt hoc patiar, vxorem mihi dari? [Pater eſt) A neceſſario argumentum. [Difficile eſt) Hoc eſt reſiſtere, contradicere. Pamphilo difficile, pernicioſum Glycerio. [Sola autem) Sine defenſoribus proprijs. & ſola, & mulier dixit. [Sola) Sine auxilio, ac per hoc deſerta. [Difficile eſt) ἀποσιώπησις cum vultu Deeſt reſiſtere. [Dictum ac factum) Prouerbium celeritatis. i. cito. [Inuenerit) Pro inueniet. Coniunctiuo modo pro indicatiuo vſus eſt, & eſt honeſta locutio. [Quamobrem ejiciat) Callide ad eius periculum ſe conuertit, cui plus amator timet, quàm ſibi. ideo vincitur ſtatim. Apparet autem Dauum male ſuadere, qui tum caueat Pamphilo, cum maxime formidat ſenem. [Oppido) Ex ciuitate. [Ejiciat?) Miratum, & ſtupet. [Cito) Illo admirante, hic etiam confirmauit, addidit & tempus celeritatis. [Credo) Singularis tantum numeri eſt. cetera enim pluralis, vt Salue ſaluete. [Dic te ducturum) Pronuncia, dic: quaſi rem facilem, & nullius præiudicij. [Dic te ducturum) Hoc eſt quod ab initio nitebatur. [Ego dicam?) τὸ Ego ἔμφασιν habet, hoc eſt, vel quem nõ oporteat dicere, vel quem non conueniat fallere, atque mentiri. [Cur non?) Non interrogat, ſed facilitatem rei oſtendit. [Nũquam) Plus habet negationis, quàm non. [Ex ea re quid fiat, vide) ἀπὸ τῆς ἐμβάσεως. [Vt ab illa excludar, huc concludar) Mire hanc cum pronomine ſignificat, dicens ab illa. Illi nec ſextum ſeruauit, ne vxor eſſe videatur. Et ex ferarum translatione concludat dixit. vt alibi, Concluſam hic habeo vxorem ſæuam. [Vt ab illa excludar) ὡς ὑπεκφύσει. Nam aliud infert atque intelligit Dauum diceret. [Nempe hæc ſit eſſe) Coniectura, atque diuinatio, an hoc, an illud ventorum ſit. [Nempe hoc ſic eſſe opinor) Ab imitatione (μίμησις enim dicitur) deducitur. [Nempe hoc) A poſſibili. [Cedo) Cedo ſingulariter tantum, cetera pluraliter. [Hic reddes omnia) Hic, aduerbium loci non eſt, ſed aduerbium temporis. vt Virg.

Hic annis grauis, atque animi maturus Aletes.

[Reddes) Facies, reſtitues. [Cedo, quid iurgabit) Ab vtili. [Incerta, vt ſient) Hic eſt euentus. [Sine omni periculo) Hoc eſt ſiue ducenda Philumena. [Nec tu ea cauſa, minueris) Hoc eſt quod ſupra, Id mutauit, quoniam me immutatum videt. [Nec tu ea cauſa) Quia promiſeris te eſſe ducturum. [Ne is) Chremes .ſ. [Ne is mutet) Ad conſilium redit, & coniugit euentum. [Patri dic velle: vt cum velit) .ſ. ne ſecuros, quòd non ſit Chremes daturus filiam ſuam, parui faciat iram patris, & neget vxorem ducere, vtpote fretus neminem alium ſibi commiſſurum coniugem. [Nam quod tu ſperes) Sunt qui pro ſperes, timeas habeant. vt ſit, Nam quòd tu timeas. ſ. aliam daturum. [Propulſabo) Hoc eſt cauſam inanem eſſe monſtrabo. i. oſtendam nihilominus te eſſe ducturum aliam vxorem, etiam ſi hanc non duxeris. [Propulſabo) Eleganter pro eo quod eſt repellam. [His moribus) Deeſt aliquid. vt ſit, his moribus agenti, aut his moribus prædito. [Vxorem his moribus Dabit nemo:) Ne, At alteram quæret. [Inueniet inopem) ὑποφορὰ δύσκολος. [Negligentem feceris) Hoc eſt etiam in paratis nuptijs. [Aliam ocioſus) Ex ocio, hoc eſt ſecurus. [Interea aliquid boni acciderit). ſ. ne. At quærendo inueniet. [Interea aliquid) Mortem patris adoleſcenti in delicto pro bono ſeruus oſtentat. [Acciderit) Et ad cauſam refertur. & certe quia mortem patris bonum denunciat. [Acciderit) Nota acciderit etiam pro bono, & ab hoc, & apud veteres frequentatum. [Haud dubium) Plus intulit quam eſt interrogatus. [Inducas) In eadem translatione permanſit, quia ſupra dixit, Huc concludar. Bona οἰκονομία, vt mox iuſte Daũo ſuccenſeat Pamphilus. [Quin taces?) Cur non ſecurus es? ſignificat. nam nunc tacere, ſecurum eſſe ſignificat, vt in Adelph. Tace, egomet conueniam Pamphilum. Et ideo ille, vt conſentire dicenti, Quin taces? videretur: ait Dicam vt ſcias illum, non ſilentium, ſed ſecuritatem imperaſſe. [Quin taces?) Correptio eſt ſilentium præcipientis, de eo duntaxat, ne timeat de nuptijs. i. eſto ſecurus. nam tacere, ſecuri eſt. [Puerum autem) Videtur hoc illi contrarium eſſe quod dixit. Quidquid peperiſſet, decreuerunt, tollere. Sic ergo ſoluitur, Quod ibi ſeruus cum ſtomacho dixit, hic tantum Pamphilum verecunde locutũ accipimus. [Puerum autem ne reſciſcat) Aut diuinat, aut puerum pro quolibet ſexu, ſobolem, hoc eſt fœtum: vt, Quidquid peperiſſet decreuerunt tollere, vt Græci pueros παῖδας. Hom. πίσμὸ πίσμασίο τεπαίλες. & Horat.

Dicam, & Alcidem, puerosq; Læda.

[Cautio eſt:) Cautione opus eſt, hoc eſt cauendum eſt. [Nam pollicitus ſum) Promiſſio, & pollicitatio eandem vim habent: ſed Pollicitatio, maioris aſſeuerationis eſt. [Hanc fidem) Ordo eſt, vt hanc fidem ſibi darem, me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſertum. [Curabitur) Non curabo, ſed imperſonaliter, cum difficultate, quod quaſi arduum eſſet, & graue oſtendit.

QVID igitur &c.) Hæc ſcena deliberationem continet Da GVID.
uus, & Pamphilus. P. Eſto illud falſas eſſe nuptias. Igitur quid ſibi vult pater. i. quid quærit quid cogitat, & ſtomachoſe dictum eſt, cur ſimulat illas nuptias. D. Ego dicam tibi pater ſuccenſeat .i. iraſcatur. nunc id, id propter id, quod Chremes non dat tibi vxorem, ipſus .i. ipſe videatur ſibi eſſe iniurius .i. iudicet ſe tibi iniuriam intuliſſe, neque id iudicabit. ſ. iniuria. i. non immerito. priuſquam inſpexerit. i. ad plenum, & perfecte nouerit animum tuum, vt. i. qualiter ſeſe habeat .i. ſit diſpoſitus ad nuptias, ſed ſi tu negaris. i. nolueris ducere. ibi. i. tunc tranſferet. i. conferet tra ducet in te omnem culpam, tum. i. inde. Illę ac terrorem dictum eſt. Illæ turbæ. i. turbationes, commotiones, rixæ fient. P. Patiar, quid vis .i. quidlibet dum culpa in me non transferatur, & turbas patris non audiam, vel vt alij volunt quid. i. quam rem. vis vt ſup. patiar, ſed ſuperior mihi magis placeat. D. O Pamphile ipſe eſt pater, & ideo habens auctoritatem difficile eſt reſiſtere. i. condicere ſubaudi pater. Alij hñt difficile eſt ei verba dare. i. cum verbis decipere. tum .i. deinde, hoc mulier. i. Glyceriũ eſt ſola. i. deſerta ſine auxilio. Dictum ac factum, vel eſt prouerbium celeritatis quod ſæpe in ore populi eſt. tumque ſenſus huiuſcemodi eſt, ſtatim dictum, ſtatim factum inuenerit. i. inueniet coniunctiuum pro indicatiuo aliquam cauſam. i. aliquam occaſionem quamobrem. i. propter quam eijciat. i. exigat eam oppido .i. ex ciuitate, ſiue mauis ex vrbe, vel ſi non ſit prouerbium ſenſus eſſe poteſt inuenerit. i. inueniet aliquam cauſam, puta dictum aliquod ait factum quamobrẽ eijciat oppido. P. Eijciat Pamph. miratur & ſtupet. D. Et cito. ſ. eijciet tempus celeritatis illi admiranti affert. P. Igitur ò Daue cædo. i. dic quid faciam. D. Dic te ducturum eam Philumenam. P. Hem interiectio dolorem oſtendant. D. Quid eſt cur ita ingemis. P. Egon'. i. ego ne. i. vtrum. ego dicam. i. dicere debeam mentiturus. D. Cur dices. P. Nunquam faciam. i. nunquam dicam. D. Ne nega. i. noli negare. P. Noli ſuadere. i. conſulere hoc. D. Vide qd fiat ex ea re. P. Fiet ſup. vt excludar ab illa Glycerio, & concludar, .i. claudar cum hac Philumena captus, & irretitus ferarum in morem. D. Non eſt ita nempe. i. certe, opinor. i. puto patrem tuum dictuꝝ eſſe hoc ſic. Volo ſup. qd ducas hodie vxorem, tu inquies. i dices (ducam) cædo. i. dic, quid obiurgabit. i. pp quod rixabitur tecum. hic. i. tunc, reddes .i. efficies, vt omnia conſilia quæ nunc ſunt certa ei fient .i. ſint incerta ſine omni periculo. Nam hoc haud eſt dubium. ſ. quin. i. quod Chremes non det tibi gnatam Philumenam, nec. i. nec ẽt tu minueris .i. diminues, coniunctiuum pro indicatiuo, vel mutabis ea cauſa .i. propter eam cauſam hęc quæ facis Chremes mutet ſuam ſententiã. Dic patri te velle ducere vxorem, vt nequeat iraſci tibi iure. i. cũ cau

ſa

sa velit irasci .s. Nam facile propulsabo .i. repellam id, quod tu speras.i.confidis.videlicet quod nemo dabit vxorem, his moribus.i.viro talibus moribus prędito,ecce quod confidis,sed illud dictum ita propulsabo pater inueniet inopem.i.vxorē pauperculam potius quę sinat.i.patiatur te corrumpi à meretricibus.s. sed si accipiet, id est audiet, vel intelliget te ferre æquo animo nuptias, feceris.i.facies reddes eum negligentem in parandis nuptijs,ipse ociosus.i.securus, sine cura, sine solicitudine nuptiarū quæret alia.i.alium modum . interea aliquid boni accident.i.accidet : coniunctiuum pro indicatiuo . P. Ita.i.ita ne credis futurum . D. Quidem id haud.i.non dubium Pamphile vide.i. diligenter animaduerte quo indicat.i.immittas me Pamphilū . D. Quin.i.cur non taces.i.non es secutus.Non enim silentium illi imperat, sed securitatem . P. Dicam ego me velle ducere subaudi autem.i.sed cautio est.i.cauendum est, vel cautione opus est,ne pater resciscat puerum.i.fœtum esse mihi ex illa Glycerio. Nam p.m.s.m.s.pu.i.recepturum, & educaturum . D. O facinus audax.i.factum temerarium . P. Glyc.i.obsecrauit me vt darem sibi hanc fidem.i.vt firme promitterem illi hoc.s.me susceptum puerum, qui.i.vt sciret me,sup.non deserturum.i.de relicturum se . D. Curabitur impersonaliter.i.opera dabitur vt non resciscar,sed pater adest .i. propè est, vel aduentat caue sentiat te tristem .i. prouide, vel prospice ne sentiat te esse tristem, vel si capiatur caue pro vita,vel fuge,sensus est,caue.i.fuge illud .s. quòd sentiat te tristem . P. Faciam .i. cauebo .

LATO. ARGVMENTVM) Hęc scena continuatur ad superiorem summota Charini persona,& est consultatio Daui, & Pamphili, qua imprudens in periculum conijcit Pamphilus . [Quid igitur)Exponit causam simulationis,& eadem opera præmollit aditum ad propositionem consilij,terrendo adolescentem à difficultate,& periculo,qui locus haud dubie est insinuationis. [Dicte ducturum) Propositio . [Vt ab illa excludar) Faceta occupatio,qua propositum in diuersum torquetur, & est trāslatum à seris,quæ caueis includuntur.[Nempe hoc sit)Confirmatio consilij à tuto,& vtili,quam mox sequitur occupatio aduersus metum periculi . [Patri dic velle) Repetitio intentionis . [Nam quod spe) Speras pro times,abusiue , & est repetitio occupationis. [Sed si te æquo animo) Antithesis ducta ex occupatione,& totum de parte loquitur . [Vide quo inducas) Oeconomica ad augendam futuram perturbationem . ex consilio Daui .

PETR. MARS. DI boni,boni quid porto,&c.) Dexteritatem seruilis ingenij,& aliquod vestigium prudentiæ, quæ futura signis quibusdā prouidet,hæc scenę describit:& dolosam iactantiam,& animum ad circunueniendos,dominos natura propensum, vt difficile sit cauere.Iccirco,prouerbium erat apud antiquos, totidem nobis esse hostes,quot seruos.Plato lib.vj.de leg.ait: Nihil in animo seruiente integrum esse,nec quidquam seruorum generi esse,credendum . Quod sapientissimus Poëtarum testatur nobis, cum de Ioue sic loquitur. Dimidium mentis Iuppiter illis aufert qui seruitutis sorti subiecti sunt. Amantium insuper affectus exprimitur,qui libidinis caligine obducti consilio seruidolosi regun tur,quod vel maxime dedecet . Prudentis proprium est,inquit Seneca,examinare consilia,&non cito facili crudelitate ad falsa prolabi . Si prudens est animus tuus,tribus temporibus dispensetur . præsentia ordina,futura prouide,præterita recordare . Nam qui nihil de præterito cogitat, perdit vitam , qui nihil de futuro meditatur,in omnia incautus incidit.Hem paululum obsonij,&c. Obsonium est quidquid comeditur,præter panem,& vinum.[Ambis)Ambire in re ciuili est prensare aliquos,& circumeundo id impetrare quod petitur . Et ambitionem appellamus cupiditatem honoris . Et lex ambitus eos punit,qui ambitu,& pensatione,largitionibusque magistratus occupāt. Plaut. in Amph.ait : Virtute ambire oportet,non fautoribus . Si te æquo animo,&c. Seneca : Non amare parentes , impietas est : non agnoscere, insania . Et nunquam beneficio vincitur,cuius beneficio est ipsum quod vincit .

GLAR. HVIVS Scenæ in prima carmina sunt Trochaica Tetrametra Catalectica , vt præcedentis Scenæ . Sequentia deinde ix. senaria Iambica.Vltima x.quadrata Iambica Acatalectica.[Ipsus sibi esse iniurius videatur,)In ipsius eliditur s , inquit Doct. Itaque primo loco erit Dactylus. In sequēte autem versu Prius monosyllabum est,& tuum monosyllabum , quod totum scandendo eliditur,nisi se,pro sese,legas.Possunt & duo Bacchij initio esse. In Decimo ab initio scenæ versu,haud dubie verum est id,quod Doctor. admonet duas deesse syllabas . Itaque legendū faciam Daue.quoniam sequens persona lectorem decepit,vt putarit idem nomen Daue bis positum . Et hoc quidem feliciter eruit . [Sine omni periculo . nam hocce haud dubium est quin Chremes) At hic non eadem felicitate iudicaui . Omni,inquit, super est. Mihi quidem non videtur . Nam si Omni tollas . vel carmen defectum erit vna syllaba , vel secundo loco erit Trochæus , quem pedem Iambicum carmen nullo pacto admittit . Periculum enim ri,longam habet,& cu,breuem . Ouid. Felix quem faciunt aliena pericula cautum.Quanquam quidam existimant Terentium ri, nonnúquam in periculum corripuisse licentia qua in quartæ,ac secundæ coniugationis verbis, ac, inde deriuatis vti solet,Abi,redi,caue,vide,iube,& u,etiam ante l.elisisse,quod in nominibus in lum,ei oppido familiare est. At ego existimo Creticum esse secundo loco,& i,longum,sed cum elisione u,vocalis breuis . quare carmen ita legendum, Sine omni periclo . nam hocce haud dubium est,quin Chremes.Vt primo loco sit Iambus . Secundo, vt diximus,Creticus . Tertio spondeus . Quarto rursus Dactylus . Quinto rursus spondeus . Et Sexto rursus Iambus.In proximo deinde versu.vel Bacchius est quarto loco,vel spondeus est,vt in Ea sit vna syllaba. Rursus in sequente vel,facis ne is,abiecta s, litera de facis , pro Anapæsto erit.vel suam monosyllabum accipe, vel creticus erit loco quarto absque elisione s , in facis . [Dabit nemo . inueniet inopem , potius,quam te corrumpi sinat)V,eliditur in verbo inueniet,inquit Doctor.& potius dissyllabum est.Mire hic lapsus est. Neutro.n.modo ita pones in numerum, vt sit iustum Quadratū Iābicum,semper enim syllaba abūdabit. Tu tolle quam,quod nec carnem patitur,nec sensus. De Chremete enim loquitur,non illi curæ fore Pamphili salutem , ac illum potius filiam inopi daturum, quam ei qui in meretricio sit occupatus amore . Continuo autem de patre subnectit,illū ex promissione filij negligētem futurum. Hæc pluribus verbis dici necesse erat ei,qui pertinacibus persuadere quid velit.At ego nil moror quenquā.Mentem meam breuibus explicui. lector quod velit sequatur per me licebit.Tertio deinde,vide,Pyrrhichium esse idem Doctor. admonuit.Sed & vltimo versu,Pyrrhichius est. Quanquam Bacchius vtroque in loco productionem seruare potest .

ACTVS II. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Hæc scena consiliorum executionem habet . Monet Pamphilum Dauus apud patrem ne titubat , sed animo præsenti loquatur .

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena continetur erroris fabulæ nodus , & periculum comitum , atque executio consiliorum .

Trimetri Iambici .

SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

REviso quid agant , aut quid captent consili .
D. Hic nunc non dubitat,quin te ducturum neges :
Venit meditatꝰ alicūde : ex solo loco
Orationem sperat inuenisse se ,
Qua differat te : proin' tu face ; apud te vt sies :
P. Modo vt postim . D. crede mihi hoc inquam Pamphile .
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum esse verbum , si te dices ducere .

REviso) Hæc scena nondum iniecit erroris fabulæ,& periculum comicum.Facit etiam executionem cōsiliorum. [Reuiso quid agant,aut qd captent consilij) quid agant, auribus opus est. πρὸς τὸ quid captent consilij,prudentia,& sagacitate . & quod supra dixit,non pœnituit idem repetere.Obserues filium quid agat,quid consilij cum illo captet. Quod.n.prudenter dictum fuerit non piger repetere. Actio tamen DON.

men ex his tribus consistit,cogitatione,dicendo,gerendo. [Reuiso) Redeo vt videam. [Quid agant) Quid respondeant,quid dicant. [Hic nunc non dubitat) Non dixit,senex,aut pater, sed Hic cum odio qm animo aduerso loquit. [Ex solo loco) Solo, deserto,vbi meditari facilius possit. Et orationem dixit, quòd quasi ad plenum cogitari potuisset,quippe meditatus ex solo loco. Menander ἄρτιον ἥνικα φασὶ τὸν ἐρημίαν οἱ πὶς ἐφεῦς αἴροντες. [Venit meditatus alicunde) Terror obiurgaturi patris,hortatio est ad promittendum Pamphilo quod iubetur. [Qua differat) disturbet,& in diuersum ferat. Virg. Atque arida differt Nubila. Et in Adelph. Miseram me, differor doloribus. hoc est in diuersum rapit,dissipat. [Apud te vt sies) Non,ne timeat,cauet Dauus, sed ne amore à consilio suo alienetur Pamphilus. [Apud te sies) Præparatus sis. Cui contrarium est, Non sum apud me. [Modo vt possim) Vt,pro ne non. [Modo vt possim) A possibili, possim apud me esse. [Nunquam hodie) Ab vsitato euentu. Nunquam, plus asseuerationis habet quam non. vt Virg. Nunquam omnes hodie moriemur multi. [Commutaturum patrem) Iurgium habiturum, hoc est enim verba mutare. [Commutaturum verbum) Altercaturum. Sic in Phorm. Non commutabis verba inter nos hodie, hoc est dabis atque accipies .i. iurgabis. Ego puto commutare verba, hoc esse, pro bonis dictis mala ingerere, hoc est iracundia in maledicta compelli.

OVID. REVISO &c.) Hic continetur erroris fabulæ nodus, & periculum comicum atque executio consiliorum. S. Reuiso .i. redeo ad videndum qd agant.i.dicant loquanto respondeãt, aut quid consilij.i.quod consiliũm, capterit.i.ineant suspiciant. D. Hic cum odio dixit hic .s. Simo nunc non dubitat, quin neges te ducturum. Venit meditatus.i.munitus ratione quare opprimat alicunde.i.ex aliquo loco. quod exponit subijciẽs ex loco solo. i. deserto solitario,& propterea aptiori ad meditandũ: sperat.i.credit se inuenisse.i.excogitasse, rationem.i.viam modũ qua ratione.s.differat.i.disturbet dissipet,& discutiet,quasi in diuersum ferat te. Proin'.i.proinde.i.ea propter, tu fac .i. labora vt sies .i. sit apud te .i. præparatus ad respondendum. Ideo non sum apud me, significat non sum paratus. P. O Daue modo vt.i.non possim esse.s.apud me,vel cape vt pro qualiter sic. Daue qualiter modo possim esse apud me.i.possim esse paratus. Illud etiam dictum. sic vt sis apud te,potest eleganter collocari loco horum dictorum,attende diligenter vel animaduerte quid tibi sit agendum vel quod vulgo dici solet, tenere in tuis custodijs,& caue tibi. D. O Pamph. inquam .i. dico tibi crede mihi hoc nunquam patrem tuum esse commutaturum .i. altercaturũ tuum verbum iurgij.s.tecum si dices te ducere. Philumenam cõmutare verba dicit Don. esse pro bonis dictis mala ingerere,hoc est pro iracundia in maledicta compelli.proinde illius dicti crede patrem tuum non commutaturum tecum vnum verbum.Sẽsus est patrem nullum iurgium tecum habiturũ id.n.verba commutare.Sic in Phorm.Tua non cõ u.inter nos h.i.non iurgabis.

LATO. ARGVMENTVM) Exit in proscenum tentaturus Pãphilum senex, & Pamphilus à Dauo confirmatur. Non seruit autem nisi congressui personarum. [Qua differat te) Differat.i. perturbet,& incertum reddat,quasi dicas,in diuersum ferat.[Hodie commutaturum) Commutaturum .i. altercaturum.

PETR. MARS. REVISO quid agant,&c.) Senis cura de filio,& serui calliditas, atque adolescentis ingenuitas, ac patris præsentiam verentis titubatio describitur hac scena.[Crede mihi hoc inq̃ &c.) Quasi rem penitus exploratam haberet,affirmat se fore Dauus, hoc sibi persuadens ingenito acumine. Seneca tamen ita præcipit.De dubijs non definias,sed suspensam tene sententiam. Nihil inexpertum affirmes.

GLAR. HVIVS scenæ versus omnes sunt Trimetri Iambici Acatalect. Ergo in sexto versu vocatiuus Daue locum non habet. post verbum possim, quem aliquis inseruit, vt superiori scenæ omissus est,Carmen itaque sic legendum, Modo vt possim. D. Crede mihi hoc inquam Pamphile, atque hæc quinque vltima verba peruerso quidam libros ordine posuerant.

ACTVS II. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Pamphilum Byrrhia obseruat,idem Pamphilus patri respondet, se facturum quæ velit ille omnia, Charino eadem renunciat Byrrhia.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hæc scena habet quemadmodum Pamphilum Byrrhia obseruet, exinde eiusdem Pamphili consensum ad nuptias: tandem Byrrhia re intellecta,Charinum mœrore conficit.Hic quatuor personæ sine intellectus confusione loquuntur.

Senarij, vt superiores.

BYRRHIA, SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

HERVS me,relictis rebus,iussit Pamphilum
Hodie obseruare, vt, quid ageret de nuptijs,
Scirem. id propterea nunc * hunc venientem sequor. * huc
Ipsum adeo præsto video cum Dauo. hoc agam.
S. Vtrunque adesse video. D. hem serua. S. Pamphile.
D. Quasi de improuiso respice ad eum. P. hem pater,
D. Probe. S. hodie vxorem ducas, vt dixi, volo.
B. Nunc nostræ parti timeo, quid hic respondeat.
P. Neque istic,neque alibi tibi vsquam erit in me mora. B. hem.
D. Obmutuit. B. quid dixit? S. facis, vt te decet.
Cum istuc, quod postulo, impetro cum gratia.
D. Sum verus? B. herus, quantum audio, vxore excidit.
S. I iam nunc intro, ne in mora, cum opu' sit, sies.
P. Eo. B. nulla ne in re esse homini cuiquam fidem?
Verum illud verbum est, volgo quod dici solet,
OMNES SIBI melius malle esse, quàm alteri.
Ego illam vidi virginem: forma bona
Memini videre: quo æquior Pamphilo,
Si se illam in somnis, quàm illum amplecti maluit.
Renunciabo; vt pro hoc malo mihi det malum.

HERVS me,relictis rebus) Vide quam mire,cum omnes consulto consilio sibi agere videantur, tamen oẽs rerum exitu inopinato ludificantur, & Simo,& Dauus,& Pamphilus,& Charinus,& ipse Byrrhia. [Herus me,relictis) Ad hoc venit Byrrhia,vt in errorem cõciliet Charinum. & in hac scena quatuor personę sine implicatione intellectus loquuntur. [Herus me,relictis rebus) Imponitur manus rebus,cum perficitur id,quod cœperit,vt Virg. Imposuit regina manum. [Relinquuntur vero res, cum imperfectæ relinquuntur. Item Virg. Atque opere in medio desixa reliquit aratra.[Hodie obseruare) Obseruatio duplex est,vel captionis, vel obsequi. [Relictis rebus,me) Adeo præposuit hoc negocij rebus omnibus. [Id propterea) Necesse est aut alterum esse superuacuum,aut propterea post accipiendum. [Hoc agam) In gestu est:nam est figura corporis obseruantis quid agatur. [Vtrunque) Et Dauum,& Pamphilum. [Quasi de improuiso respice) Interest eius qui repente aspexerit:nam videbitur nihil dolose locuturus:vt Magnam respexit ad vrbem. [De improuiso).s.ne meditãta intelligat eum habuisse consilia. [Hodie &c.volo) Nolo,& volo nimis imperiosa,&superba dictio est,vt alibi,Pisces ceteros purga Dromo: Congrum istum maximum in aqua finito ludere Paulisper. vbi ego venero,exossabitur,Prius nolo.[Vsquam erit in me mora) Recusantis est magis,quàm non volẽtis,consensio ea segnis, ac tepida, si penitus consideres. [Hem) Perculsus hoc dicto Byrrhia,interiectione magis, quàm verbo exclamauit. [Quid dixit?) Nota hic Byrrhiæ personam quartam,sed non admixtam. [Cum istuc,quod postulo, impetro) Nimis obsequenter locutus est pater.Et postulo,pro iubeo,& Impetro,pro extorqueo. Postulo, iuste volo. Petimus enim precario: Poscimus imperiose: Postulamus iure.Impetro,pro cum impetrem. [Vxore excidit) Cadere spe dicuntur, qui leuati animo, à summo ad infer

DON.

inferiora labuntur. Vxore, hoc est matrimonio ac nuptijs. [Sum verus?) Id est veridicus, vt falsus, pro falsidicus. [Vxore excidit) Quod Græci dicunt ἐξεπίτου, καὶ ἀπέτυχον. [Nulla ne in re esse homini cuiquam fidem?) Non in nullis terris, sed neque in terris, neque in persona. Vt Virg. Nusquam tuta fides. cum in amore fracta esset ab eo, Quem subijsse humeris confectum ætate parentem. Alibi Terent. Cuius tu fidem in pecunia perspexeris, vetere ei verba credere? vbi quid mihi lucri esset? [Illud verbũ) .i. prouerbium pro sententia. & sic veteres verbum pro sententia. [Omnes sibi melius) Sic alibi, Proximus sum egomet mihi. [Ego illam vidi) Hic corrigitur à poëta quod per iracundiam dixit Pamphilus, Aliquid monstri alunt. [Nemini videre) Aut memor sum me vidisse: Aut memini vide, hoc est intelligo, scio. Aut memini q; viderim. Memini videre pro vidisse. Ennius, Memini me tum fieri pauidum. Alibi sic, Memini videre, non probare. [Forma bona) Distinguitur. [Quo æquior,) Hoc est quare æquior Pamphilor, beneuolentio, non iratus, vel minus iniquus. [In somnis,) Per noctem ait Virg. Libera dies, somniq. pares vbi fecerit oras. Plautus. Miris modis ludos faciunt hominibus, mirisq. exemplis omnia in somnis. [Quàm illum) Dicit nunc quod vulgo dicitur, cum illa manere, cum illa dormire. Alij, insomnis, vigilans: sed melius per noctem.

OVID. HERVS me, &c.) Hic quatuor personæ sine implicatione intellectus loquuntur. ex quibus Byrrhiæ persona per se loquitur ad populum non alijs admixta Herus dominus. s. Charinus iussit me Byrrhiam obseruare. i. animaduertere oculis menteq. custodire. [Obseruatio autem ex duplex, vel captionis cum damus operam, vt aliquem deprehendamus in aliquo negocio, Altera est obseruatio obsequij cum videlicet accurate animaduertimus, & intentos tenemus oculos in eum cui plene obsequi cupimus) Obseruare inquam hodie Pamph. omnibus rebus. i. negocijs ceteris semotis, & postpositis, siue posthabitis, vt scirem quid ageret de nuptijs in diem istum constitutis id propterea vocat. Id ait Donat. aut propterea pro post, aut propter capiendum est, posset tamẽ iungi id cum scirem, & esset sensus, vt scirem id .s. quid ageret de nuptijs. nunc sequor hunc Pamphilum venientem, quasi diceret eum venientem oculis lustro, & obseruo, adeo. i. certe video hunc Pamphilum præsto. i. præsentem, siue contra cum Dauo hoc agam. i. faciam quod iussus sum, & eum obseruabo. quod pronunciandum est gestu corporis obseruantis quid agat. S. Video vtranque Dauum, & Pamphilum, adesse. i. animaduenire, vel propè esse. D. Hem dolentis interiectio, obserua. i. custodi teipsum Pamphile, ne op primaris improuisus imò caue tibi attende quid tibi agendum sit. S. Pamphile. D. Respice ad eum quasi de improuiso. i. quasi præter spem inopinato ex insperato præter opinionem ex abrupto. P. Hem patet responsio est Pamphili qualis sit quotidie à nobis vocatis. D. Probè. i. rectè respondisti. S. Volo vt ducas hodie vxorem, vt dixi prius. s. tibi apud forum. B. Nunc metuo nostro pati quid hic Pamphilus respondeat. P. Neque & nunc mora non erit tibi in me. i. in hoc negocio, neque alibi. i. in alijs negocijs, vsquam. i. in aliquo loco, in quo dicto ponuntur aduerbia loci pro rebus, & negocijs quæ in locis fiunt præter vsquam, quod proprietatem suam seruat. B. Hem dolentis est. D. Obmutuit, si .s. obticuit. nec vnum addidit verbum? B. Quid dixit? exclamando hoc pronuncia. S. Facit vt decet te. i. est tibi honestum cum imperio .i. obtineo, cum gratia. i. beneuolentia, istuc. i. istud quod postulo. i. iuste volo. Petimus enim precario poscimus imperiose, postulamus iure. D. Sum verus. i. veras, vel veridicus sicut falsus pro falsidicus. B. Herus excidit ab vxore. i. à matrimonio & nuptijs quantum audio. i. quantum possum intelligere ex verbis auditis. S. I. i. vade nunc intro .s. domum ne sies. i. sis in mora dum opus sit. i. sis paratus cum erit opus. P. Eo. i. intro. B. Ne. i. vtrum subaudi fidem. i. veritatem constantiam num ei se cuiquam homini in illa re, illud verbum. i. prouerbium, vel sententia est verum, quod solet dici vulgo. i. communiter, vt ita dicam. Omnes homines malle. i. præeligere melius esse sibi, quam alteri. Sic alibi. Proximus sum egomet mihi. Ego vidi illam virginem Philumenam, bona forma. i. honesta pulchritudine, & rectè bona, ne illa forma lasciuiæ potius irritamẽtum esset, quàm castimoniæ ornamentum. Vbi poëta corrigit per Byrrhiæ personam quod Pamphilo dictum fuerit aliquid aiunt monstri cum dicat se eam vidisse bona forma, memini videre. i. vidisse sum memor, vel forte est sensus nunc adhuc eam mihi videre videor, vel vt dictum est præsens ponitur pro præterito, & quia memini præteriti vox est cui præteritum infinitiui non sæpe inuenitur iunctum, fortassis ea causa dicere maluit, quam vidisse, quo. i. qua re sum æquior. i. minus iniquus Päph. .i. quam Pamphilus, si maluit se amplecti illam in somnis. i. per noctem, quam illum Charinum amplecti illam inquam. Renũciabo. i. referam illi Ch. vt det mihi malum pro hoc malo.

ARGVMENTVM) Tentat animum filij Simo, & Byrrhia Charini vice perturbatur. [Herus me, relictis) Docetur spectator qui agat hic Byrrhia, quod in aliis quoque principijs interdum est obseruandum. [Hem. D. Obmutuit) Hem, dolẽtis subito, & perculsi. [B. Quid dixit?) Interrogatio indignantis & secum hoc totum loquitur Byrrhia. [Quo æquior) Ironia est. LATO.

HERVS me, relictis rebus, &c.) venerea face ardentem iuuenem, quamuis nobilem ac generosum, & appetitus, imperio parum, vel nihil pp consilij imbecillitatem, ac libidinis æstus repugnantem, hæc scena nota, q vrgente voluptate blanda quidem domina, rem domesticam negligit, & maxime id curat ad quod ætatis feruor, & cupiditas rationi non obtemperans, eum trahit, suis malis non multum repugnantẽ, sed potius illis gaudentem. Amoris quippe facibus nonnulli fruuntur. Hæc omnia prudentiam non adesse ostendunt, qua præsente, ac regnante, id homo videt, agitque, quod suæ excellentiæ consentaneum est. Qui prudens est, inquit Seneca, non dicit, Non putaui quidem hæc fieri, quia non dubitat, sed spectat, nec suspicatur, sed cauet. Plato loquens de voluptate in eo Dialogo, qui Philebus de hominis bono inscribitur, sic ait: Voluptas maxime omniũ temeraria. Fertur enim de Venereis affectibus, qui maximi putantur, quod peierantibus illis dij penitus ignoscunt, quasi pueri qdam sint, nullius intelligentiæ compotes. [Facis, vt te decet, &c.) Qm̃ filius debet parere patri, ac ipsum venerari. Plato in 4. de Leg. hic ait: Putare quisq; debet, omnia quæ possidet, eorum esse, qui genuerunt, & educarunt, ita vt illis hæc omnia pro viribus ministrare debeat primum quidem externa bona deinde etiam corporis, postremum quæ ad animum pertinent in verbis, quoniã etiam per totam vitam parentes venerari maxime decet. Oportet itaque iratis, animumq. explentibus cedere, seu verbis, siue rebus Id faciant, non ignorantes patrem iure admodum filio valde succensere, si quando ab eo iniuriam sibi fieri arbitretur. PETR. MARS.

HVIVS Scenæ carmina, vt præcedentis ac sequentis, sunt trimetra Iamb. In Herus statim ab initio s, eliditur, vt si primo loco anapæstus, nisi quis bacchium malit. [Quasi de improuiso respice ad eum. P. Ehem pater) Quia in Quasi frequentior est correptio vltimæ quam productio, puto primo loco esse anapæstum, & Ehem legendum bissyllabum, vt rectè annotauit Ioan. Est enim Ehem de improuiso, hem vero simpliciter respondentis. Cuius differentiæ multa ex hoc auctore exempla idem satis appositè adducit. [Neque istic, neque alibi tibi vsquam erit in me mora) S, eliditur in istic, inquit Doct. Quod mihi non videtur. Si quidem carmen rectè legas, vt alibi, præcedat Tibi, & vltima in eo sit correpta syllaba, vt est in primitiuo. Atque ita habet liber Aldi, & alij plerique. GLAR.

ACTVS II. SCENA VI.

ARG. ADR. BARL.

In hac scena Dauus Simonem, & Dauo Simo fallit, quæ res non iucunda est.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hæc scena dolos continet vtriusque personæ, Daui, & Simonis, quibus vterque miro modo, & fallit, & fallitur.

Senarij.

DAVVS, SIMO.

HIC nunc me credit aliquam sibi fallaciam
Portare, & ea me hic restitisse gratia.
S. Quid Dauus narrat? D. æq; quid quam nunc quidem.
S. Nihil ne? hem. D. nihil prorsus.
S. atqui expectabam quidem.
D. Præter spem euenit: sentio: hoc male habet virũ.

S. Potin' es mihi verum dicere? D. nihil facilius.
S. Num illi moleſtæ quippiam hæ ſunt nuptiæ,
Huiuſce propter conſuetudinem hoſpitem?
D. Nihil hercle: aut, ſi adeo, bidui eſt, aut tridui
*ſolitudo Hæc * ſolicitudo: noſtin'? deinde deſinet:
*reportaui Etenim eam ſecum rem recta * reputauit via.
S. Laudo. D. dum licitum eſt illi, dumq. ætas tulit,
Amauit: tum id clàm: cauit, ne vnquam infamiæ
Ea res ſibi eſſet, vt virum fortem decet.
Nunc vxore opus eſt: animum ad vxorem appulit.
*viſu'ſt S. Subtriſtis * viſu' eſt eſſe aliquantulum mihi.
D. Nihil propter hanc rẽ; ſed eſt, quod ſuccenſet tibi.
S. Quid nam eſt? D. puerile eſt. S. quid eſt? D. nihil. S. quin dic quid eſt.
D. Ait nimiũ parce facere ſumptum. S. me ne? D. te.
Vix, inquit, drachmis obſonatus eſt decem:
Num filio videtur vxorem dare?
Quem, inquit, vocabo ad cenam meorum æqualium
Potiſſimum nunc? &, quod dicendum hic ſiet,
Tu quoque perparce nimium. non laude. S. tace.
D. Commoui. S. ego, iſtæc recte vt fiant, videro.
Quid nam hoc rei eſt? quidnã hic volt veterator ſibi?
Nam ſi hic mali eſt quidquam, hem illic eſt huic rei caput.

DON. HIC nunc me credit) Hæc ſcena dolos continet vtriuſque perſonæ, quibus vtraque capit, & capitur miro modo. [Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciã) Dauus ita videtur loqui, vt nullus ſpectator audiat, ſed hoc ait, vt velit audiri à ſene. [Gratia) Gratia veteres pro cauſa ponebant. [Quid Dauus narrat?) Videtur illi blandius locutius eſſe. [Aeque quidquam nunc quidem) Bene, nunc quidem ſimiliter nũc nihil, vt paulò ante, cum dixit. Id populus curat. ſ. [Aequa q. quam nunc quidem) Hoc eſt nihil. [Nihil ne? hem) Hem interiectio eſt irati aduerſum eum, qui neget ſe aliquid locutum eſſe ſimul quid ſit Aeque quidquam nunc quidem, ſenex explicat, cum ait, Nihil? Et eſt ἀντιφρασμὸς antiquorum pro Nihil. [Nihil prorſus). i. neque prorſus. Nihil prorſus dicitur, in quo nulla eſt ambiguitas, & eſt confirmatio negantis. [Atqui exſpectabam quidem) Expectamus tam bona, q̃ mala, Speramus bona. [Præter ſpem euenit) Præter, pro contra: vt, Prẽter ætatem tuã. [Hoc male habet virum) ἀφρονυμὸς virum dixi defeſſum ſenem. modo enim virum ioculariter dixi. [Virum) Ad vituperationem cum ironia. ad laudem vero ſine ironia. [Potin' es verum) Integrum potis ne. i. potes. Virg. Nec potis Iunios fluctus æquare ſequendo. & deeſt illi es. Eſt enim nomen potis, & facit, potis potior potiſſimus. [Num illi moleſtæ quippiam) Quippiam ſignificationem minime rei habet. [Propter huiuſce hoſpitæ conſuetudinem) Hæc omnia pronominibus bene mollita ſunt etenim atrocia ſunt, ſi cum ſuis nominibus nuda ponantur. Et huiuſce hoſpitæ, non meretricis, & conſuetudinem, non amorem dixit. ita omnia extenuat, vt Dauus audeat confiteri. [Aut ſi adeo, bidui eſt, aut tridui) Bene, aut ſi, adeo: ne ſi omnino negaret. Cui igitur triſtis eſt ille? diceret. [Solicitudo) Propter turbationẽ. [Noſtin'?) In ſignificationem multorum, quæ compendio facimus, Noſtin' dicimus. [Recta reputauit via) Reputauit, retractauit, quia putare, purgare eſt. vnde & arbores, & vires putare dicimus. [Via) Conſilio, ratione. [Laudo) Senex inducitur, & credit. [Dum licitum eſt) Deeſt, per te, hoc eſt, dum tu permiſiſti. Et mire hic vtitur verbis ſenis. ipſe enim ſupra dixit, Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui animum vt expleret ſuum. [Dumque ætas tulit) Dũ eſſet ætas immatura nuptijs. Tulit duo ſignificat, attulit, & abſtulit, paſſus eſt & pertulit. [Dum licitum eſt ei) Sic veteres, & placitum, & pudicum dicebant, quæ nos placuit, puduit. [Tum id clam) Quia nunc liquido apparet Pamphilum voluntatem, propoſitumq. mutaſſe. [Cauit ne vnquam infamię ſibi eſſet) Mire vtitur ſenis verbis ipſe enim ſupradixerat, Dum tempus ad eam rem tulit, ſiui animum vt expleret, ſuum. [Nũc vxore opus eſt) Quaſi denunciatio eſt quædam neceſſitatis ſeni impoſitæ. Et bene appulit, quaſi ab iactatione fluctuũ, & marini æſtus. has. n. tempeſtates habet amor. Et ſic dixit, Ad vxorem animum, appulit, vt ſupra, Animũ ad ſcribendum appulit. [Sub triſtis viſus eſt) Sub temperamẽtum eſt plenè pronunciationis, vt ſubtriſtis, ſubridet, non ad plenum triſtis, aut ridet, vt confeſſionem eliceret. [Subtriſtis viſus eſt aliquantulum mihi) Mirè ſeruatum eſt in adoleſcente libero τὸ πρέπον, & in amatore τὸ πιθανόν. Nam & honeſto iuueni non congruebat, verſipellis vultus, & in amatore abſurdum fuerat, ingenuum celare triſtitiam. Itaque nec ad plenum triſtis fuit, quia dixit celenda res erat, nec gaudium fuerat, quia ingenium, & amoris neceſſitas in triſtitiã retrahebat. [Sed eſt quod ſuccenſeat tibi) Quod ille à ſummo ad imum oppoſuit, hic cauſæ deriuationem oppoſuit. [Quod ſuccenſeat tibi) Succenſere potioris eſt. Succenſere in re graui, & iuſta iraſci. [Puerili eſt) Apparet Dauum nunc quærere quid reſpondeat, & ad quam cauſam deriuet auerſa ſuſpicione triſtitiam Pamphili, quam animaduerte ſenex. [Puerile eſt, nihil eſt) Vtrum magis ideo ſuſpendit, vt ſenex audire deſideret, an quia necdum commentus eſt cauſam contra rependendam propoſitioni ſenis? [Nihil eſt) Videtur inuenire non poſſe. [Ait nimiũ parce facere ſumptum) Mire ipſum dicere veluti fecit, & nimiũ, parce. [Nimium parce facere ſumptum) Peperci, ne diceret ſordide. [Me ne?) Perturbati iudicium eſt, quia ſeipſum pronomine oſtendit. [Meorum æqualium potiſſimum?) Aequalium ætate, potiſſimum dignitate, etenim potis, potior potiſſimus facit. [Et quod dicendum hic fiet) Bene hic, vbi non ſit adoleſcens. [Tu quoque perparce) Bene quoque, q. d. cum ille peccet quod pueri licet ſuccenſeat, tu quoque peccas, perparce nimium faciendo ſumptum. [Tu quoque perparce nimium) Et perparce, & nimium, cum ſufficeret vnum. Et nimium, vituperatio eſt, vt Nequid nimis. [Non laudo) Et quia perparce, & quia nimium. nã parce agere, laudis: nimium peccati. Et magna moderatione, nõ laudo, dixit potius, quam vitupero. [Commoui) Ideo commoui, quia argumenta dixit ſeni, quibus proditur non eſſe veras nuptias. [Commoui) Supra ſolicitaui dixit, modo commoui dixit apud ſe, vt ſpectator audiat, non ſenex. [Quid nam hoc eſt rei?) Verba ſunt ſecum cogitantis ſenis, aut de his nunc locutus eſt Dauus aut de aduentu mulierum quæ in ſcenam veniãt. [Quid nam hoc eſt rei?) Pulſatus eſt ſenex argumento falſarum nuptiarum paululum obſonij, tanquam ſe illuderet Dauus. [Quid nã hic volt veterator ſibi?) Veterator, eſt verus in aſtutia, & qui in omni tẽ callidus eſt. Et hi duo verſus oſtendunt pulſatum eſſe ſenem argumento falſarum nuptiarum, illo argumentum, quòd ait, paululum obſonij, tanquam ſe illuderat Dauus. Sunt ergo verba, vt diximus, ſecum cogitantis ſenis, aut de his, quæ nunc Dauus locutus eſt, aut de aduentu mulierum, quæ in ſcenam veniunt modo. [Nam ſi hic eſt mali quidquam) Si promiſſa non compleuerit Pamphilus. [Illic eſt huic rei caput) Caput, eſt origo, & ſumma vniuſcuiuſque rei. Vt Virg. O Latio caput, horum & cauſa malorum.

HIC nunc &c.) Hæc ſcena dolos continet vtriuſque perſo GVID.
næ Daui & Simonis quibus vtraque capit, & capitur miro modo. D. Dauus ita videtur loqui vt nullus ſpectator audiat, ſed hoc ait vt velit audiri à ſene. Hic Simo nunc credit me portare .i. animo commentitiam geſtare aliquam fallaciam, & credit me reſtitiſſe .i. remanſiſſe hic ea gratia. i. ea cauſſa. S. Quid Dauus narrat. i. dicis. D. Aeque. i. ita nunc quidem quidquam. i. aliquid narro. ſubaudi vt prius, q. d. nihil narro nunc te alloquens pluſquam narrabam cum tu interrogaſti, quæ reſponſio æqui vallet nihil. S. Nihil ne? vtrum nihil narras? Hem interiectio irati aduerſus eum, qui ſe negat aliquid dixiſſe. D. Nihil prorſus. i. omnino nihil narro. S. Atqui. i. ſed certe expectabant vt. ſ. aliquid narres, & alloquitur eum per verbum tertiæ perſonæ. Expectamus bona, & mala, ſperamus bona tantum. D. Sentio. i. percipio, q̃ hoc. i. talis reſponſio ſibi euenit præter ſpem. i. contra opinionem patris, hoc male habet quaſi male tractat virum .ſ. Simonem ſenem, propterea vtrum dixit per ironiam, & iocu lariter. S. Potis ne eſt ſupple. i. Dauus eſt ne potens dicere mihi vel. D. Nihil facilius eſt illi quam dicere verum tibi. S. Num nunquid hæ. nuptiæ ſunt quippiam .i. non nihil ſine aliquantulum moleſtiæ. i. inuiſæ diſplicentes illi Pamphilo vbi quippiam ſignificationem habet minime rei. pp conſuetudinem .i. conuerſationem huiuſce hoſpitæ. i. peregrine alienigenę. ſ. Glycerij, D. Hercle nihil ſunt inquam moleſtæ, aut ſi adeo .i. certe. hæc ſolicitudo. i. perturbatio. eſt bidui. i. ſpatij duorum dierum, aut tridui. i. trium dierum. noſtin'. i. noſti ne. Noſtin' dicimus in ſignificationem multorum, quæ compendio facimus. Deinde .i.

poſt

postea desinet.i.desistet cessabit etenim ipsum Pamphilus putauit.i.retractauit,quia putare purgare est. vnde, & arbores,& vites putare dicimus, putauit ergo eâ rem.i.amorem recta via .i. ratione,& consilio. S. Laudo. Dum licitum est ei per te.s.id est dum permisisti. nam licitum est pro licuit dicimus,sicut placitum est pro placuit, & puditum est pro pudiuit, que.i. & dum ætas immatura nuptijs: tulit.i.passa est, aut pertulit significat et tulit attulit, & abstulit. amauit.i.amori operam dedit. Tum.i. deinde cauit.i.prouidit,clam.i.secreto. id quod sequitur ne nũquam ea res .s. amare esset infamiæ vt decet fortem virum .s. vt honestũ est viro forti. nunc opus est vxore,appulit.i.applicuit quasi ex multis iactationibus fluctuum amoris qui innumeras habet tempestates. appulit animum ad vxorem relictæ amasia. S. Visus est mihi aliquantulum subtristis quasi non ad plenum tristis. D. Nihil est tristis pp hanc rem.i.non est tristis ob nuptias, sed est aliquid quod.i.propter quod succensеat.i.iure irascatur tibi.succensere enim est cum ratione irasci,& hoc in re graui,& iusta. S. Quidnam.i.quid est. D. Id sup.est puerile.i.grauem virum decedens. S. Quid est? D. Nihil est. S. Quin.i. imò dic quin est. D. Pamphilus. ait te facere sumptum.i.impẽsas nuptiarum nimium parce.i.nimium tenue, vel tenaciter. S. Me ne.i.vtrum ait me id facere. D. Te.i. ait te id facere. Inquit Pam.hæc verba pater meus vix obsonatus est.i.vix comparauit obsonia pro decem drachmis.Habemus obsono as,neutrum, obsonor aris depones in eodem sensu drachma autem ex decem,& octo siliquis, hoc est ex tribus scrupulis constare dicebatur.Ait etiam Iulius Pollux de vocabulis rerum ad commodum Cæsarem fuisse Athenienſium numisma quod etiam bos vocabatur, quia eiusmodi animalis figura designatus erat. Ipse pater non videtur dare vxorem filio,inquit,Pamphilus.Quem potissimum .i. dignitate principalissimum meorum æqualium .i.æquorum vocabulo.i.inuitabo ad cœnam,& quod nunc. hic dicendum sit.i.quod potest à me dici in absentia Pamphili, q.d. non dicerem in conspectu eius. quoque.i.ẽt nimium .i. nimis perparce .i. tenaciter,& tenuiter sumptum facis,non laudo. S. Tace. D. Commoui .i. sollicitaui,& irritaui iam eum,idq. dicit vt audiat spectator non senex. S. Ego videro.i.meæ partes sunt non tuæ vt hęc recte fiant.Quidnam hoc rei.i.quid,hoc est? quod nam hic veterator.i.in astutia inueteratus, & callidus sibi vult.Nam ex eo pendet quod dixit inueteratore. si hic qdq. mali est vt si promissa non compleat. Pamph. Hem interiectio indignantis,& excandescentis,illic.i ille. D. Est caput.i.origo huic rei. Caput enim est origo, & summa vniuscuiusque rei. Virg. O latij caput horum, & causa malorum. hic videre est commotum esse senem ex argumento falsarum nuptiarum.

LATO. ARGVMENTVM) Confirmat dubitantem senem Dauus,& suspicionem callide auertit,ex quo promouetur epitasis. [Aeque quidquam)Periphrasis est,q.d.nihil.[Præter spem) Hoc secum Dauus. [Etenim eam rem) Confirmatio à modestia, & frugalitate Pamphili,quam breui expositione ornat. [Subtristis)Obiectio suspicionis. [Puerile est) Quærit Dauus quid respondeat. [Ait nimium parce) Callida ratio ad auertendam suspicionem, quam prosopopœia attollit. [Et quod dicendum) προσωποποιία. [Quidnam hoc) Cogitatio suspiciosi senis.

PETR. MARS. HIC nunc me credit, &c.) Serui calliditate,ac pro temporis conditione commento heros circumueniri,hæc scena docet, & quibus rationibus mentem quis alienam facile possit mouere præscribit,cum .s. ea tanguntur,quibus hi laborant,quorum affectus concitare nitimur. Mouetur.n.senex cum sibi audit auaritiam obijci eo tempore,quod liberalitatem efflagitat. Arist. lib.ij.Rhet.ad Theodectem,sic scribit: Senes sunt pusillanimes, quia humiliati à natura,ea tantum concupiscunt, quæ ad vitam pertinent. Sunt etiam auari, sciunt enim propter experientiam quàm durum sit possedisse,ac facile abijcere. Sunt etiam formidolosi,omnia timentes,quare inquit:Viam præparauit senectus formidini. Non desiderant voluptates,sed lucrum. [Potin' es mihi verum dicere,&c.) Prisc. sic ait: Hic & hæc potis,& hoc pote. Vnde Persius. Qui pote vis dicam? .i. quomodo possibile est? Inde componitur hic,& hæc potior,& hoc potius. & in superlatiuo potissimum. Aduerbia potius,& potissime. Diomedes sic ait: Potis est, pro potest. Virg. At non Euandrum potis est vis vlla tenere. Ennius: Qui potis ingenteis causas euoluere belli? Pote pro potes,crebro dicebatur. Persius: Qui pote vis dicam? [Recta reputabit via) Putum,inquit, Sex.Pompeius dicebant antiqui pro puto. Vnde putare vites & arbores quoque,quòd decisis impedimentis remanerent.Putum aurum quoque putum dici solet.i.expurgatum,& ratio putata.i.pura facta. Veterator,vt inquit Sextus Pomp.callidus à multarum rerum gerendarum vetustate.

OCTAVVM carmen Doctor depraua tum existimat in- GLAR.
uerso dictionum ordine. Constabit,inquit,si legas Huiusce pp consuetudinem Hospitæ, Ioan. putat legendum, Propter hospitæ huiusce conditionem,& h,habere vim consonantis,ppea æ,diphthongum corripi,non elidi. Lector sequatur vtrum velit. In quarto deinde carmine. Etenim eam secum rem recta reputabit via, Eam monosyllaba est, & scandendo totum cum syllaba nim,eliditur. Etn'am enim Anapæstus est. In septimo deinde carmine d,in Sed elidi, admonuit Doctor. sed est quod tibi succenseat,& proxime deinde sequente, in medio idem admonui quid.i.an, quidnam.i.legendum. quod placet. Sic.n. constabit versus. Idem in sequente cõtinuo carmine admonuit verbum, Ait monosyllabum esse, & in quarto deinde. Meo& dissyllabum,ego tamen creticum quartum in loco constituerẽ. In vltimo denique versu Rei monosyllabum, cũ in penultimo sit dissyllabum. Ceterum in vltimo versu Hem totum eliditur, perinde atque non adesset,quod alibi idem admonuit Doctor.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Hic Simo præ nimia sagacitate mirum in modum fallitur, partim simulari credens, qui verus erat.

ARG. PAVLI MALLEOLI

Sequenti scena nouo quodam modo. Dauo inscio cessantq; fallitur Simo præ nimia sagacitate sua. Et hoc ita fingit Poëta, vt vehementius ad nuptias agendas,accendatur Simo,& quadam industria sic quædam agit Poëta tanquam casu eueniant, vt est hæc suspicio senis de partu ficto.

Senarij.

MYSIS, SIMO, DAVVS, LESBIA obstetrix, GLYCERIVM meretrix.

TA pol quidem res est, vt dixti Lesbia:
Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum.
S. Ab Andria est ancilla hæc. quid narras? D. ita est.
M. Sed hic Pamphilus. S. quid dicit? M. Firmauit fidem. S. hem.
D. Vtinam, aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.
M. Nam quod peperisset,iussit tolli. S. ò Iupiter,
Quid ego audio? actum est, siquidem hæc vera prædicat.
L. Bonum ingenium narras adolescentis. M. optimũ.
Sed sequere me intro,ne in mora illi sis. L. sequor.
D. Quod remedium nunc huic malo inueniam? S. quid hoc?
Adeon' est demens ex peregrina? iam scio: ah
Vix tandem sensi stolidus. D. Quid hic sensisse se ait?
S. Hæc primum affertur iam mihi ab hoc fallacia.
Hanc simulant parere, quo Chremetem absterreant.
G. Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro.
S. Hui, tam cito? ridiculum. postquam ante ostium
Me audiuit stare, approperat. non sat commode
Diuisa sunt temporibus tibi Daue hæc. D. mihin'?
S. Num * immemores discipuli? ego quid narres, nescio. *immemores displici.
S. Hiccine me si imparatum in veris nuptijs
Adortus esset,quos mihi ludor redderet?
Nunc huius periclo fit. ego in portu nauigo.

DON. TA pol quidem res est,) In hac scena nouo modo cessante Dauo fallitur Simo, per nimiam sagacitatem suam simul in hac scena id agit poëta, vt ad nuptias faciendas magnis accendatur. Si. & quædam industria, quædam velut casu euenium, vt nunc suspicio senis. in multis enim οἰκονομίαι, comicorum poëtarum ita se habet, vt casu putet spectator venisse, quod consilio scriptorum factum sit. [Ita Pol quidem res est, vt dixti, Lesbia) Et hoc sermone, quem habent ingredientes, scenæ apparet principium. quod enim auditur, non quod incipitur, initium dicunt. [Ita Pol quidem) Productio est narratiua ad explendum modo potius iusiurandum. [Vt dixti) Et dixti, & dixisti legitur. [Fidelem haud fermè) fidelem maluit, quàm fidum dicere. fidum enim honestius dixisset. Fermè pro facile posuit. & fermè, facilitatem significat, quia sunt aduerbia extenuationis. [Inuenias) Secundam pro tertia persona posuit, pro inuenire inueniat quis, vel possit. vt Virg. Migrates cernas, totaq. ex vrbe ruentes. [Ab Andria hæc ancilla est) Simpliciter dixit ab Andria est, pro Andriæ est. nam & vsu sic dicere solemus. Ergo ab Andria est, hoc est Andriæ fauet, Andriæ est. vt cum dicimus, Ab illo, est hoc significamus, illi fauet, illi accommodat suffragium. [Sed hic) Semper sed contrariæ sententiæ significatio est. Et bene hic vt ostendat de illo fuisse sermonem. [Hem) Interiectio est accipientis verba, & admirantis. [Vtinam, aut hic surdus) Comice & facete. aut hic surdus, qui audire non possit. aut hæc muta facta sit, ne possit dicere. [Aut hic surdus aut hæc muta facta sit) ἀναλυτικῶς per genera. [Iusit tolli) Hæc est fides: suscipi filios legitimos faciunt parentes, & sublatio, matris est, patris tollere. [Iuppiter quid ego audio?) Bene rursum adducitur ad desperationem senex Mylidis verbis. [Actum est) In summa rerum desperatione ponitur, actum est, licet, Perijsti. Hæc res, secundum ius ciuile dicitur, in quo cauetur, ne quis rē actam apud iudices repetat. Sic ipse in Phorm. Actum, aiunt, ne agas. [Bonum ingenium) Ingenium naturam. [Quid hoc?) Secum senex ἐλλειπτικῶς, deest enim rei est. [Adeon' est demens ex peregrina?) ἔλλειψις per ἀποσιώπησιν apta cogitanti. reliquum, aut sic pronunciat, quasi reperto consilio. Et bene adeo: quia tam demens est, quod amat ex peregrina .i. ex meretrice. Mulieres enim peregrinæ, inhonestæ ac meretrices habebantur. Sic ipse alibi, Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. Et seruus, potest taceri hoc quidem, hoc est meretricem habuisse te matre verisimile est. [Ex peregrina) ἀποσιώπησις. deest enim vt filium suscipiat, aut aliquid tale. [Vix tandem sensi stolidus) Pulchro colore inducto, poëta ostendit non minus falli suspiciosum, quam qui stultus est. huic enim veritas fallacia videtur, dum nimis est acutus ac perspicax, & hoc est quod ab euentu fingit poëta. non enim in Dauo est sic errare nunc senem. [Vix tandem sensi stolidus) Quinque sunt sensus quorum duos, visum, & auditum, magis sensibiles habemus, quam pecora. Vnde Cic. non solum videam, sed etiam audiam, planeque sentiam, quasi ad tactum retulit, quo etiam pecora impelluntur ad sensum. duabus ergo rebus scimus, aut ratiocinatione, aut sensu quibus maxime præstamus ceteris animalibus. Ergo senex se non sensu, non ratiocinatione sensisse, sed veluti calcaribus, & stimulis punctum. [Hæc primum) Satis se sagacem senex ostendit, quando principia ipsa inceptionesque comprehendit. [Hæc primum) Bene primum, quasi ex multis quas parauerat Dauus contra Cremetem. [Quo) Quare. [Iuno Lucina fer opem: serua me) Iuno Lucina. Iunonis filia, Græce εἰλείθεια dicitur. Latine Iuno a iuuando dicta. Lucina ab eo q̄ in lucem producat. Et gemina vota sunt. vt & partus, & pariens seruetur. nam fer opem, propter partum: Serua me propter parientem dicitur. [Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro) Nota, hoc versu totidem verbis vti omnes puerperas in Comœdijs, nec alias inducī loqui in proscenio: nam hæc vox post scenam tollitur. [Fer opem) Propter quod Lucina est. inde obstetrix, quod opem tulerit. [Serua me obsecro) Hoc, extra etiam hanc potestate Iunoni attributur, quanquam illam Menander Dianam appellet & hoc sentiat in Buc. Virg. [Hui, tam cito?) Tam cito, vt felicitatem partus ostendat incredibilem. Tam cito, ad reprehensionem. [Ridiculum) Ad irrisionem. & inspice, ridiculum aduerbium sit, an nomen, vt sit, vide hominem ridiculum, sed aduerbium est magis. [Non sat commode diuisa) Confusa sunt. tibi omnia, inquit, nec vnumquodque suo tempore geritur quare ponderis. [Non sat) Non satis. [Diuisa sunt) Digesta, & composita, & disturbata Temporibus, id est per tempora. [Mihin'?) Adhuc Dauus non percipit, & bene, q.d. cum ille loquatur, ille agant. [Num immemores discipuli?) Discipuli Mysis, Lesbia, & Pamphilus, omnes per quos agitur fallacia. Bene ergo discipulos imperitos ostendit, & magistrum Dauum, quia supra dixit, Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum. [Num immemores discipuli?) Alij hic Pamphilum ligni ficari putant discipulum, quia Dauus magister. Nam nomina ad aliquid sunt, discipulus, & magister. & tunc discipuli, genitiuus est singularis casus. Alij nominatiui pluralis putauit: vt discipulos dixerit, omnes per quos agitur fallacia, secundum illud, Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum. [Ego, quid narres, nescio) Quasi fabulam. [Num immemores discipuli?) Deest, nunc. Et bene discipuli. quia ipsum magistrū supra fecit. [Ego, quid narras, nescio) Semper ita respondet Dauus seni tanquam non intelligat quid loquatur. [Hrccine me si imparatum) Redit ad illam sententiam, Simul sceleratus Dauus, si quid consilij habet, vt consumat nunc, cum nihil obsint doli. [Adortus esset) Adortus dicitur qui ex insidijs repente inuadit. dictum ab eo, quod corpora aggredientius exurgant subito, atque increscant. [Ad ortus) Aggressus. Omnia hæc ex translatione maris dicta sunt μεταφορικῶς.

ITA Pol, &c.) In hac scena nouo modo fallitur. Simo per nimiam sagacitatem suam. M. Pol quidem iusiurandum est, ò Lesbia res est ita vt dixti pro dixisti pro syncopen. haud fermè .i. non facile inuenias .i. inueniat aliquis, vel inuenire possit secunda persona pro tertia, virum fidelem .i. fides seruantem mulieri. S. Hæc ancilla est ab Andria. i. ex parte Andrię, hoc est Glycerij. nam illi fauet quid narrat. D. Ita est. M. Sed hic Pamphilus sibi firmauit fidem, sed audio nomine Pamphili patet intercepit loqui inquiens. S. Quid dicit? neque tamen alloquitur Misidem, sed Dauum. M. firmauit .i. confirmauit fidem .i. promissionem suam quasi quod promiserat ratificauit. S. Hem interiectio est verba accipientis, & admirantis. D. Vtinam, aut hæc Simo sit factus sup. surdus, aut hęc Misis sit facta muta illeplis est per genera. nam pendent ex eo quod dicit firmauit fidem. M. Nam iussit tolli. i. educare nutriri quidquid peperisset, siue masculum, siue fœminam propterea sic firmauit fidem. S. O Iupiter quid ego audio? Actum est in summa rerum desperatio deponitur actum est, q.d. peristi male tecum agetur. est autem illud dictum a iure ciuili deductum in quo cauetur ne quis re acta apud iudices repetat. Cic. ad Pætum. Actum igitur de te est nisi prouides, si quidem .i. si certe hæc Misis prædicat. i. loquitur vera. L. Narras. i. refers: bonum ingenium. i. bonam naturam adolescentis. M. Optimum narro inq ingenium, sed sequere me intro ne sies .i. sis in more cum illi Glyc. sit opus .i. ne cum egeat tua opera in te mora sit neque illi adsis satis tempestiue. L. Sequor te. s. D. Quod re, nunc inueniam huic malo. S. Quid hoc rei est sup. Adeon'. i. tantum ne est demens Pamph. deest vt suscipiat filium, vel aliqd tale, sed hoc tacuit per aposiopesin. reliquumq pronunciauit, prouide, atque consilio repertum, & bene demens dixi. Nam demens est qui amore captus est sequitur enim quo ducit voluptas non quidem sui compos adeo, itaque demens, est. f. suscipiat filium ex peregrina .i. ex meretrice. Nam peregrinæ mulieres inhonestæ ac meretrices habebantur. iam, q.d. nunc primo scio factum filij. Ah interiectio dolentis. vix tandem. i. post multum temporis adhuc vix potui sentire, & id dicendi genus non tam refertur ad diuturnitatem temporis quam ad effectum expectantis. Cic. ad Appium. Vix tandem legi literas dignas Appio, & Virg. Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus composito rumpit vocem. Vix tandem ego Simo stolidus sensi .i. percepi, fallaciam .f. quam comminiscuntur aduersum me, & Chremetem. Stolidus dicitur qui proxime accedit ad naturam sensum pecudum. Et cum quinque sensus habeamus communes cum beluis duos tamē visum, & auditum magis sensibiles habemus quam pecora. Duabus autem rebus scimus, aut ratione, aut sensu quibus maxime pstamus ceteris animalibus. D. Quid hic Simo ait se sensisse. S. Hæc fallacia, primum adfertur iam mihi ab hoc Dauos. f. Simulant hanc. G. Parerent .quo. i. vt absterreāt. i. deflectans Chremete à dāda filia sua Glyc. O Iuno Lucina sic dicam ab eo quod in lucem producat. Fer opem dr in malis rebus, & ab his, qui de salute dubij sunt. igitur fer opem .i. opitulare partui .f. propter quod Lucina es dicta. Inde obstetrix, vt Donat. vult dicitur quod opem ferat, obsecro .i. per sacra rogo, serua .i. custodi me parientem, siue puerperam, hoc est etiam serua me cum ero partu liberata. S. Hui interiectio est irridentis, tam cito illucusque subaudi peruentum est ridiculum sicut prius dixit fabulæ. & Persius nugæ, & est vul

GVID.

tuose

tuose.it:cum gestu,& capitis motu pronunciandum,q.d. quanta ridendi materia quod verbum nomen an aduerbium dicendum sit.Donat.dubitans tandem in eam descendit,sententiam vt magis aduerbium sit.videtur tamen non inepte dici posse illud esse nomen substantiuum neutri generis.Postquam audiuit me stare.i.stantem esse ante hostium approperat.i. eiulare,& Iunonis auxilium implorare festinat. O Daue hæc quæ fiunt.s.non sunt diuisa.s.digesta composita distributa tibi.i. à te satis commode .i.opportune, vt non prodaris, & vt non tua sentiantur fallacia temporibus.i. per tempora. D. Mihin'.i. mihi ne non sunt sat cõmode diuisa quia dixerat Simo tibi rñdit. D. Mihi quasi non intelligens quid loquatur senex. S. Num.i.nunquid, q.d. non es immemor.i.oblitus discipuli.i.Pamphili quem ad has fallacias faciendas instruis. Dixerat.n.prius tum siquis magistrum cœpit ad eam rem improbum.ideo Dauus reputetur magister. Pamphilus vero discipulus. D. Ego nescio quid narres.i.quod dicas. S. Hiccine .i. hic ne hoc est verum si hic Dauus adortus esset.i.aggressus esset.nam odoriri dicitur qui ex insidijs repente inuadit dictum ab eo quod corpora aggredientium exurgant subito atque increscant si adortus esset me imperatum.i.impro uisum in nuptijs veris.i.vere celebrandis.quos ludos.i.quos iocos quas irrisiones nunc redderet.i.obijceret mihi, & retorqueret in me.Nunc sit impersonale est.vt Cic.ad Cecin.sedulo sit.i. res agitur in nuptijs laboratur periculo.i.in periculum, & pernicem huius Daui ego Simo nauigo in portu.i. turo res meas ago citra omne periculũ metaphoricos ex maris trãquillitate.

LATO. ARGVMENTVM) Primum terretur, deinde nimia sagacitate decipitur senex,& Dauo irascitur. [Ab Andria) Non locum,sed personæ necessitudinem significat,vt à me,à te,à nobis,pro meus est,tuus est,noster est,Andriæ est. [Iussit tolli).i. educari. [Vix tandem) Repræhensio tarde intelligentis. [Hui tam cito) Ironia secum loquentis. [Non sat commode) Increpat,&terret Dauum,nondum prolata suspicione,qua ipse se fallit. [Ego in portu nauigo) Prouerbium securitatis.

PETR. MARS. ITA Pol quidem res est,&c.) Tertius actus meretricum ex postulationes ac laqueos,quos iuuenibus ac imprudentibus,ac ob ætatis fauorem naturamq. voluptati addictis insidiose tendunt, hæc scena describit, & illos interdum sua interpretatione falsa decipi ostendit atque solertia,qui nimium sibi tribuentes, rem aliter accipiunt quam veritas postulet,& sic dum prudentes atque sagaces videri volunt,& credunt, in magnis versantur erroribus,& callidis ingenijs,vt stolidi turpiter irridenter. Quapropter Cic.i.Off.loquens de officijs,quæ manant à prudentia, sic inquit: Labi,errare,nescire,decipi,malum,& turpe ducimus. Et Seneca dicit,proprium esse prudentis nominis atque sagacis, omnia bene examinare,ne sua credulitate ad falsa labatur: Hęc enim significant non adesse prudentiam. [Fidelem aut ferme mulieri &c.) Fides,inquit Seneca,sanctissimum humani pectoris bonum est,nulla necessitate ad fallendum cogitur,nullo corrumpitur præmio. Et alibi: Dignus est decipi,qui decipere cogitauit. Et alibi: Non est iniuria,pati quod prius feceris. Corn.lib.j.sic ait: Fides integra non manet,vbi magnitudo quę stuum exspectatur. [Ah vix tandem sensi stolidus) Stolidus, & stultus dicitur is,qui est crassioris ingenij, & hebetioris, carens .s.prudentia,& quæ habet delectum bonorum, & malorum, & verum videt est enim oculus animæ, quo hi qui carent,stollidi appellantur. [Iuno Lucina,&c.) Iuno dicta est à iuuando, & à luce Lucina,&ideo parturientes eam inuocant.Lucina enim est nascentium dux. [Non immemores es discip. &c.) Seneca sic ait. Quidem fallere docuerunt, dum timent falli.

GLAR. IN quarto huius scenæ versu, in Sed, inquit idem, videtur elidi d,litera, aut certe vocalis e. Mihi d, videtur elidi, vt antea etiam alicubi diximus. In octauo s,eliditur in Adolescentis vltima syllaba,nisi quis malit esse creticum loco quinto,quod places. In xij. huius scenæ versu,in Stolidus eliditur s, in fine,inquit Doctor.Quod cur dicat,non intelligo. nihilominus enim versus non constat, nisi abijcias Se, quod ego quoq; reijciendũ existimo,& d,in Quid elidendum,quod in hoc auctore frequẽtissimum est, vt ita legatur carmen, Vix tandem sensi stolidus. D. Quid hic sensisse ait? In dubia enim sententia nihil hic facit se. Ceterum nisi memoria fallat,ante aliquot annos contendit mecum,carmen hoc esse Trochaicum Tetr.Catal. adiuncta ex priore versu syllaba ah. Quod mihi quidem non videbatur,nisi qs totum versum sic legat;Ah,vix tãdem sensi stolidus. D. Hic quid se sensisse ait? In editione autem hac mutasse videtur sententiam,nihilo plus carmine sanato quàm antea.In vltimo huius scenæ versu,Huius monosyllabum, vt annotauit Doctor.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Lesbia egrediens narrat, quo in statu sit Glycerium puerpera, simul agit de danda illi potione, imitata medicos, qui præscribere solent ægrotis omnia ad esum potumq; pertinentia. Deinde Simo, & Dauus de puero nato callide altercantur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Sequenti scena quàm scitissime exprimitur consuetudo medici vel medicæ, de domo ægrotantis abeuntis. Nam Lesbia egrediens de negocijs eius & morbo loquitur. Præterea Daui, & Simonis de puero edito callida habetur altercatio.

Initio scenæ Poëta Trochaico Trimetro, mixto vel confuso cum Iambico vtitur, cuius & Prisci alicubi meminit. Dein sequitur dimeter Iambicus catalecticus, finiendi sermonis causa, quem ad Archillida obstetrix habuit. Post quem Iambici Tetrametri Acatalectici, & Trochaici Catalectici. Dein dimeter Trochaicus. In fine Iambici aliquot senarij.

LESBIA, SIMO, DAVVS.

DHVC Archillis, quæ assolent, quæque oportet
Signa ad salutem esse,omnia huic esse video.
Nunc primum fac istęc vt lauet: post deinde,
Quod iussi ei * dare bibere, &, quantum imperaui, * date
Date: mox ego huc reuertor.
Per, ædepol scitu' puer natu' est Pamphilo.
Deos quæso,vt sit superstes: quando quidem ipse est ingenio bono,
Cumque huic veritus est optumæ adolescente facere iniuriam.
S. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te esse ortum? D. quidnam, id est?
S. Nõ imperabat corã,quid opus factò esset puerperę:
Sed postquam egressa est, illis, quæ sunt intus,clamat de via.
O Daue,itan' cõtẽnor abs te? aut ita ne tandẽ idoneus
Tibi videor esse,quẽ tam aperte fallere incipias dolis?
Saltem accurate, vt metui videar certe, si resciuerim.
D. Certe hercle nunc hic se ipsus fallit, haud ego. S. edixin' tibi?
Interminatus sum,ne faceres? nũ veritus? qd rettulit?
Credon' tibi hoc nunc, peperisse hanc è Pamphile?
D. Teneo,qd erret: qd ego agã habeo. S. qd taces?
D. Quid credas? quasi non tibi renunciata sint hæc sic fore.
S. Mihin' quisquam? D. eho, an tute intellexti hoc assimulari? S. irrideor.
D. Renunciatũ est. nã qui istæc tibi incidit suspectio?
S. Qui? quia te noram. D. quasi tu dicas,factum id consilio meo'.
S. Certe enim scio. D. non satis me pernosti etiam, qualis sim, Simo.
S. Ego ne te? D. sed, si quid narrare occœpi, continuo dari
Tibi verba censes. S. falso. D. itaque hercle nihil iam mutire audeo.

S. Hoc ego scio vnum. neminem peperisse hic. D. intellexin'?
Sed nihilo seciu' mox deferent puerum huc ante ostium.
Id ego iam nunc tibi renuncio here futurum, vt sis sciens;
Ne hoc posterius dicas, Daui factũ consilio, aut dolis.
Prorsus à me opinionem hanc tuam ego esse amotam volo.
S. Vnde id scis? D. audiui, & credo. multa concurrunt simul,
Qui coniecturam hanc nunc facio. iam primum hæc se è Pamphilo
Grauidam dixit esse. inuentum est falsum. nunc, postquam videt
Nuptias domi apparari, missa est ancilla illico
Obstetricem accersitum ad eam, & puerum vt afferret simul
Hoc nisi fit, puerum vt tu videas, * nil mouentur nuptiæ.
S. Quid ais? cum intellexeras,
Id consilij capere, cur non dixti extemplo Pamphilo?
D. Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nos quidem
Scimus quàm misere hanc amarit: nunc sibi vxorem expetit:
Postremo id mihi da negoti. tu tamen has nuptias
Perge facere vita, vt facis: &, id spero * adiuturos deos.
S. Immo ab intro. ibi me opperire, & quod parato opus est, para.
Non impulit me, hæc nunc omnino vt crederem.
Atque haud scio, an quæ dixit, sint vera omnia:
Sed pauipendo. illud mihi multo maxumum est,
Quod mihi pollicitu' est ipsus gnatus. nũc Chremem
Conueniam: orabo gnato vxorem: si impetro,
Quid alias malim, quàm hodiè has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitu' est, haud dubiũ est mihi.
Si nolit, quin etiam merito postim cogere,
Atq; adeo tempore eccum ipsum obuiam Chremem.

*nil mouentur

*adiuturos

DON. DHVC Archillis) In hac scena specta, quàm scite expressa sit consuetudo medici, vel medicæ egredientis ex ægri domo. Nam veniens, de negocijs eius loquitur, abiens, de morbo. & hæc sunt præter ὀικονομίαν, quæ dicuntur διαίτατικα. [Adhuc Archillis) Sic veteres scribebant adhuc quando incerti futurarum rerum, ex præsentibus firme nunciabant, quod est genus certissimæ promissionis, & cautæ. [Adhuc Archillis, quæ adsolent, quæque oportet) Medicina, aut in ratione, aut in consuetudine, aut in exemplis. Adsolent ergo, consuetudinis est. Oportet, rationis [Signa esse ad salutem) Deest hærentia, aut pertinentia. sic in Heautontimorumeno, Atque hæc sunt ad virtutem omnia. Ergo absolute dixit, vt desit aliquid tale. vnde & nos dicimus, Quid ad rem? vel, Quid ad me? [Nũc primum facistæc vt lauet) Imperitiæ notantes Menandrum, aut Terentium, ipsi vltro imperiti inueniuntur. nam & ille λούσατε αὐτὴν dicens, a consuetudine non recessit, cum lauisse, aut non lauisse dicimus à parte totum significantes. & Terent. pro pius ad significationem accessit, istæc dicendo, ne pudenda nominaret. Et sunt qui, Adhuc Archillis, correptionem esse nimium solicitæ nutricis putent. quod ego non probo. [Fac istæc vt lauet) Istæc quæ ex puerperio sordebãt. Quidam Istæc, ipsam puerperam dicunt. sic enim & Menander, λούσασα αὐτήν. sed imperitia accusantur, quòd non continuo solent post puerperium lauare, sed diebus omnibus. [Quod iussi dare bibere, & quantum imperaui, date) Consuetudine magis, q̃ ratione dixit, pro, Date ei potionem. Lucilius in vj. Date bibere summo. Nam quo verba actiua nullam hãc significationem sine nomine, aut pronomine, vt si dicas, Dic facere. [Quod iussi dare bibere, & quantũ imperaui date) Et qualitatem, & modũ rei dixit. [Mox ego huc) vide, vt auctoritatem, & iactantiam medicorum imitetur, dicendo, quod iussi. & nõ sufficiebat, sed etiam, imperaui dixit. simul, hæc quæ solent medici promittere frequenter, Mox ego huc reuertar. [Scitus puer) Satis obstetrici est adhuc incertum, qualem dicat. Ita & à matre sanguinolentum, non pulchrum, quod ipsum nimium videretur cito dicere, sed scitum pronunciat. Ideo sublanditur, vt operæprecium maius accipiat. [Per ecastor) Per Castorem, & Pollucem, ornatiua sunt iurandi, apta fœminis. [Et natus est Pamp.) Vt Virg. Quem Dardanio Anchisæ Alma Venus Phrygij genuit Simoëntis ad vndam. [Scitus) Elegans, pulcher, quem Græci κόσμιον dicunt. Quod enim quis scit, hoc scitum, & pulchrum. Et est ἀναίρεσις, nã ordo est, Perscitus ecastor. vt in Hecyra, Per Pol quam paucos reperias meretricibus Fideles euenire amatores. vt si, perquam paucos. [Deos quęso vt sit superstes) Superstes, nunc saluus. alias superstites sunt senes, & anus, quia ætate multis superstites, iam delirant. Vnde, & superstitiosi. qui deos timent nimis, quod signum est deliramenti. [Vt sit superstes) Superstes nunc saluus. [Quandoquidẽ ipse est) Quã, & cum, interdum sunt conunctiones causales. & quã pro quãm, & pro quia intelligimus. [Quãquidem) Ipse tranfit à puero ad ipsum Pamphilum. [Vel hoc quis non credat?) ἐρώτησις est. Vel, modo non est disiunctiua coniunctio, sed pro etiam posita. vt apud Virg. Vel Priamo miseranda manus. Et, Carmina vel cœlo possunt deducere lunam. Et bene, vel hoc. subaudias, exceptis illis quæ reprehendit supra. [Abs te esse natum?) Et ortũ legitur, vt sit instructum, commentum, & compositam. [Non imperabat coram) Coram, ad certas personas refertur: Palam, ad omnes. [Quid opus esset facto) Esset, impersonatiue dicitur. Opus facto esset. [Puerperæ) Datiuus casus est, vt sit, ipsi, puerperæ coram non imperabat, quid facto opus esset. Sic. n. dicimus, Quid uis tibi faciam? [Puerperæ) Omnis quæ peperit, puerpera. παρὰ τὸ πάρω, quæ primum. Et non q̃ puerum, sed quòd filium peperit, puerpera dicta est. Et apud veteres, puer puellus, puera puella. [Illis quæ sunt intus) Argumentum ex eo quod nunc factum est, cum fieri potuerit, & ex eo quod factum est, cum fieri non oportuerit. [Clamat de via) Mire clamat, q.d. maluit clamare, quàm sine labore intus imperare. [Ita ne contemnor?) Hoc est, vsque adeo. ne contemnor. Temnor autem Græcum est. i. cæior & reijcior; τὸ τέμνομαι. nam veteres temno dicebant sine præpositione. [Ira ne tandem?) Indignatio est ad æstimationem reuocantis eius dicta vel facta, à quo contemnitur quis. [Idoneus) Aptus, & ei rei natus. [Aperte fallere) ἀνοήτους, & fallere, & aperte. [Saltem accurrere) Mire saltem, quod ponitur in desperatione rerum. primo. n. fuerat hortatur Dauum, vt non conaretur fallere. [Saltem accurate) ἐξάπτομαι à superiore, fallere incipias. aut certe συλλήψις fallere incipiat. [Certe si resciuerim) Et vtrum pro cum resciuerim an quia stultum me putas? [Certe hercle nunc hic se.) Hoc ita dicitur, vt audiat spectator, non vt Simo. [Edixin' tibi?) Hic illud reddit, Edico tibi, ne temere facias. [Interminatus sum) Pro minatus sum. Plaut. in Aulul. Præterea tibicinam, quæ mihi interbibere sola, si vino scateat Corinthiensem fontem, & Pyrenæum potest. [Num veritus?) Veretur libet, metuit seruus, & deest est apta eclipsis irascenti. Alibi, Non simultatem meam reuereri? [Quid retulit?) Retulit. profuit, vel interfuit, & producit Re syllabam, & est sensus, Sic contempsisti quasi tibi non comminatus sim. [Teneo quid erret) Hoc dixit, non vt Simo, sed vt spectator audiat. hoc denique senex probat dicens Dauo, Quid taces? [Et quid agam habeo) Et quid respondeam scio. [Quid credas?) Propter quid, aut propter quam rem, aut quo modo, aut propter quid. [Quid credas?) Repetit verbum eius. quod a't, Credon'. quare adiuuandum pronunciatione est. [Quasi tibi non Renunciata) Nunciata, compositum pro simplici. [Mihin' quisquam?) Fauet sibi senex in eo, quòd se vult perspicaciorem videri. [Eho an tu te) Eho modo interiectio est admirantis aliàs ad se vocantis. Ehodum ad me. [Nam qui) Qui, vnde. [Quasi tu dicas) Dicas, pro credas. non. n. dicimus, nisi q̃ credimus, ab eo quod sequitur, id quod præcedit. figura μετάληψις à posterioribus ad priora. Idem alibi, Audacter dicito. Et alibi, Fœueratum istud beneficium pulchre tibi dices. i. credes, scies, senties. [Etiã qualis) Etiã pro adhuc, vt Virg. Idæumq. etiam currus, & dama tenentem. [Egon' te?) Duobus istis pronominibus ostendit se senex scire omnia. [Sed si quid tibi narrare occepi) Occepi melius, q̃ incepi.

pi. dicitur ab occipio. est enim occepi, quasi caput rei instituí. [Falso) Potest & ἐφυνικῶς falso pronunciari. potest & falso loqueris dici. vt Salust. Falso queritur de natura sua humanum genus. Et vocalitatis causa sic, vt sedulo, optato, certo quasi sedule, optate certe. [Nihil iam mutire) Ennius, Nec dico, nec facio. Vnde & mutos dicimus, quod Graeci φθέγγεσθαι. [Nemine peperisse hic) Neminem dicendo, maiorem confirmationem fecit, non solum Glycerium non peperisse, sed etiam neminem. & Hic ostendit domum, Et est neminem, nullum hominem. Et nota in foeminino genere etiam neminem positum. [Mox deferet puerum,) q.d. nobis. [Id ego iam tibi renuncio) Fingit se prodere quod ipse facturus est, vt non credat senex ab eo fieri, quod prædixerit fore. [Id ego tibi renuncio hære futurum) Resyllaba apud veteres interdum abundant, vt modo renuncio pronuncio. & Cicero, Renunciatur mihi. [Renuncio) quasi secretum consilium. vt supra, Renunciatum est. [Daui factum consilio, aut dolis) Commodius, & magis cum inuidia dixit, Daui, q̃ si meo dixisset. vt Virg. cum Turnus incusaretur dixit, Nulla mora in Turno. [Prorsus à me) Prorsus quasi porrò versus, qd Graeci μάκρον dicunt. i. vel longum actum. [Prorsus à me) quidam prorsus pro μάκρον positum putant. Ego pro eo quod est omnino, Sunt qui coniunctionem velint esse. [Opinionem hãc tuam) Hanc tuam, cum tædio dixit, hoc est nimis molestam, nimis suspicacem, nimis accusatricem. Sic dixit hanc tuam, vt ille de apibus, Vere suo. Et solemq̃ suum, sua sidera norunt. Et in Adelph. Iam vero omitte Demea tuam istam iracundiam. [Audiui, & credo) Locus communis, an famæ credendum sit. Et bene subiunxit, Credo. non enim audisse, statim credere est. [Multa concurrunt) Restat enim vt multis concurrentibus signis, vna coniectura confletur. [Iam primum hæc se è Pamphilo grauidam dixit esse. inuentum est falsum) Secundum quod credit senex. Et à summo ad imum, & ex factis, & ex dictis, & ex rebus atque personis sumit argumenta. [Postquam videt nuptias domi apparari) Eleganter omisit, in cuius domo. [Missa est ancilla illico) Quod Graeci dicunt αὐτίκα ἐπέμφθη. Nam loci significatio est, etiam breuitatem temporis notans. [Nihil mouentur nuptiæ) Non perturbantur nuptiæ. [Morantur) Differũt. [Quid ais? cum intellexeras id consilij capere) Quaqua se verteret Dauus, obuium infestumq̃. inueniat senem, & tñ ita veriũte it obuiam, vt etiam compræhensus elabatur. [Quis igitur rem ab illa abstraxit?) Non frigide intulit, dixisse se, sed cum magna asseueratione. & Abstraxit proprie. vt supra, Me à Glycerio miserum abstrahat? &, Diuellimur inde, Iphytus, & Pelias mecum. [Quis igitur eum) Hoc sic audiendum est, q. d. Dixi. [Id mihi da negocij) De proiectione pueri pro foribus. [Tu tamen idem) Idem abundat. Apud veteres, Tamen idem, integrum fuit. vnde apud nos, Tandem, & tamen natum est. sic & idem * eorumq̃. dictum. [Misere hanc) Misere, valde, nimis. [Nunc sibi vxorem expetit) Oratorie, pro eo quod est non recusat expetit. [Id mihi da negocij) vt caueatur ab oppositione pueri ante ostium. [Tu tamen idem) Tamen idem, aut ꝑ tamen positum est, aut pro tandem, vt sit. Tu tandem fias nuptias perge facere ita vt facis. [Quod parato opus est) Diserta, & latine dixit, quod parato opus est. [Non impulit) Non impulit, non persuasit, non perfecit vt crederem Glycerium peperisse. Et cum dicit Omnino, ostendit quædam se credidisse, in quibusdã iam esse circũuentum. Mire autem cautum capi inducis senem, vt crederet ꝙ Glycerium non peperisset. [Quæ dixit, sint vera omnia) Quæ postea dixit Dauus. Et Bene, omnia, vt appareat senem multa credere vera esse, quæ Dauus dixerit. [Multo maximum) Multo etiam comparatiuis antiqui adiunxerunt. [Quod mihi pollicitus est) Pollicitatio, multarum rerum præmissio. [Gnato vxorem) Subauditur, vt det. [Quid alias) Pro cur alias. alio tempore. [In ipso tempore) In ipsa opportunitate, in ipso articulo. [Eccum ipsum obuiam Chremetem) Continuo mutauit declinationem: vt, Iubeo Chremetem.

GVID. ADHVC Archillis, &c.) In hac scena spectari potest quam scite expressa sit consuetudo medici vel medicæ egredientis de ægri domo nã veniens Lesbia de negocijs eius loquitur abiens de morbo. O Archillis adhuc .i. hucusque, video omnia signa quæ assolent quæq̃. i. & quæ oportet quidam codices hñt oportent, at in oportet raro personale inuenitur, esse ad salutem adesse huic Glyc. Medicina habet esse aut in ratione aut in consuetudine, aut in exemplis. Assolent ergo consuetudinis est, oportet, rationis. Nunc in primum in primis fac. i. da operam, vt isthæc. i. puerpera Glycerium lauet se .s. vel si istæc sic accusatiuus pluralis gñis neutri, vt vult Don. sic a true, fac vt Glycerium lauet istæc. i. illa quæ ei lauanda ostendebat Lesbiam. Et hanc sententiam comprobat Don. altera improbata propter hanc rationem quod non continuo solent puerperæ post puerperium lauate, sed diebus omissis post deinde, alterum abundat. dare ei habere quod iussi & quantum imperaui, hoc aũt dicenti genus datę ei bibere consuetudine magis quam rõnem dictum est. nam duo verba sic vna iuncta male cohærent sine nomine aut pronomine, vt si dicas die facere. date ergo ei potionem, mox .i. statim reuertar huc. Per ecastor, periungenda est cum scitus vt sit ecastor .i. per Casto. aduerbium iurandi, aptum fœminis sicut Pol. i per Pollu. perscitus pu. i. puer valde scire factus, vel perscitus. i. elegans pulcher natus est è Pam. i. ex opere Pam. quæso de. vt sit superstes. i. saluus diu viuens. superstites sunt senes, & auus q̃ senes multi superstites. i. superuenientes ętate delirãt, vnde & superstitio dr̃. i. vana religio, & superstitiosi qui vane religione implicati delirant, qñ quidem .i. quia certe ipse .s. Pam. hic enim transitus fit à puero ad ipsum Pam. est bono ingenio. i. bona natura. q̃. i. & qñ. i. quia &. i. etiam veritus est facere iniuriam huic optimæ adolescentulæ. s. Glycerio. S. Vel. i. etiam q̃s non credat q̃ norit te. Dauum hoc. s. hanc fallaciam esse ortum .i. perfectum cõmentum compositum, instructum abs te Dauo. Da. Quidnam. i. Simo. Lesbia, nõ imperabat puerperæ. Glycerio (puerpera. n. omnis dr̃ quę peperit, siue quę superioribus diebus mater est effecta) coram. i. in cõspectu siue in prędentia puerperæ, coram ad certas personas, palam ad oẽs refertur, quid esset opus facto. i. facere, sed postquam egressa est, clamat illis mulieribus quæ sunt intus de via. i. de itinere siue de vico. O Daue iran'. i. adeo ne contemnor abs te? Temno græcum est. i. cedos & reijcior. veteres enim illum dicebant sine præpositione, aut tandem tibi. tandem habet quiddam vrgens & acceleratus, q. d. sine longiori sermone, ita ne videor tibi idoneus esse. i. aptus & huic rei natus, quẽ. s. me incipias fallere dolis. i. fallacijs siue fraudibus tam aperte, saltem incipias inquam me fallere dolis, tam inquam accurate. i. tam diligenter, & cum tanta cura & tam subtiliter vt videar metui à te. s. certe. i. profecto, si resciuerim. i. si cognouerim te. s. fallere me per aposiopesin. deest acerbe te punã, vel te in pistrinum dedam. quidam dicunt si resciuerim pro cum resciuerim, vel certe si resciuerim, q. d. putas ꝙ non resciuerim, & ita stultum me putas vt id me latuerit. se prima sententia mihi potissimum placet. D. Certe hercle .i. per herculem hic ipsius .i. hic ipse fallit se. i. se decipit: haud. i. non ego eum. s. fallo. S. Si è dixin'. i. iussi ne vel impetraui ne tibi & interminatus sum. i. minatus sum & prohibui ne faceres fallaciam in nuptijs. Num .i. nunquid, q. d. non veritus es. s. facere fallaciam, veretur liber meus seruus, quid retulit .i. quid interfuit quid profuit tibi edicere faceres nam referre prima longa significat interdum vtile esse siue prodesse, & est sensus, & sic contempsisti, quasi non tibi comminatus sim. & ideo nihil profuit prohibere tibi ne faceres, quia nihilominus effecisti contra iussum meum. credon'. i. credo ne tibi hoc quod sequitur videlicet hanc Glyc. nunc peperisse e Pamph. i. ex operæ Pamphili. D. Teneo .i. scio intelligo quid. i. propter quid erret. i. fallatur deliret. & habeo. i. scio. Cic. ad Lentulum habes de Vatinio, cognosce decrasso. i. habeo ego .i. scio quid agam .i. loquar, & respondeam, & hoc populo dicit non seni. S. Quid taces, quia non auderat Dauum allo quentem populum. D. Quid credas? peruia Simo dixerat credon' tibi hoc &c. ideo nunc repetit Dauus verbum quid. i. propter quam rem credas, quasi per ironiam dicitur, quasi hæc non sint, renunciata. i. nunciata. compositum pro simplici: tibi sic. i. eo modo fore .i. futura esse. S. Mihin'. i. mihi ne quisquam renunciauit subaudi, q. d. meo ingenio id perspicaciter excogitaui. D. Eho modo, eho est interiectio admirãtis, interdum ad se vocantis, vt alibi. Ehodum ac me, an tute. i. tumet tuipse intellexti .i. nouisti hoc. s. partum Glycerij assimulariter. i. fingi, paragoge est. S. Irrideo .i. illudor. D. Renunciatum est tibi hoc assimulari. Nam qui. i. quomodo vel vnde. istæc. i. ista suspicio .i. opinio incidit tibi. S. Qui? q. d. miraris vnde incideri it profecto quia noram te .i. iam pridem tuos mores cognoueram. D. Quasi tu dicas. i. credas ab eo quod sequitur id, quod prędedit in telligitur (figura est metalepsis, à posterioribus ad priora) id factum esse meo consilio. i mea suasione. Scio enim. i. quia certe, scio .i. exploratum mihi. D. O Simo etiam .i. adhuc non satis pernosti me. qualis sim. Simo ego ne. i. vtrum non pernoui te. D. Sed si quid occepi ab occipio. i. instituí tãquam caput rei narrare tibi cõtinuo censes verba. i. fallacias dari tibi, hoc est re falli & decepi à me. S. Falso aduerbium ironicéque dictum, quasi dicat falso censeo. s. vel si sine ironia dicatur, sensus est falso loque

ris,q.d.tu mentiris. D. Itaque.i.ideo hercle nihil audeo iam mutire .i. loqui, vt inquit Festus, Persius. Men mutire nefas .i. non licet mihi loqui, vel aut Don.mutire.i.nec dicere nec facere, vnde muros dicimus.Forsitan etiam dici posset non absurde iam non audeo mutire .i. non modo non audeo loqui, sed nec hiscere quidem quasi non audeo os aperire ad loquendum, vel inter dentes immurmurare,& susurros efferre.Mutire enim videtur esse mutorum,& eorum qui more mutorum volunt loqui,sed non audent sicut muti non possunt. S. Scio hoc vnum neminem .i. nullam mulierem (vbi aduerte neminem fœminino genere positum) peperisse hic in ea domo in qua est Glycerium. D. Intellextin' .i. intellexisti ne neminem peperisse, sed nihilo secius .i. nihilominus, puer .i. infans defertur nobis .s. mox .i. statim huc ante hostium . ò here iam nunc renuncio .i. significo tibi id futurum,vt scis sciens .i. vt cognoscas, ne .i. vt non dicas mihi hoc posterius .i. hoc sequens factum .s. quando deferetur mox puer ante hostium, factum fuisse supp. consilio aut dolis . Daui .i. meis ego volo hanc tuam opinionem esse prorsus.i.omnino amotam à me . S. Vnde scis, id .s. puerum ablatum iri . D. Audiui, & credo . S. Multa signa.s.concurrunt.i.conueniunt simul,& eodem tendunt mihi supp.qui facio nunc hanc coniecturam.i.qui nunc hoc quod sequitur conijcio siue coniectura iam primum.i.in principio hæc Glycerium dixit se esse grauidam è Pamphilo . inuentum esse falsum.i.compertum est illud esse falsum vel inuentum.i.commentum illud est falsum,& tunc inuentum esset substantiuum . nunc postquã Glycerium videt nuptias apparari.i.præparari domi, ilico.i.statim ancilla missa est accersitum.i.vocatum obstetricem.i.mulierem puerperium ad iuuantem ad eam puta Glycerium iuuandam.s.& vt si nul.i.etiam afferret puerum . D. Nisi hoc fit vt tu videas puerum nuptiæ nihil.i.non mouentur.i.perturbantur quin statim fiant. S. Quid ais? cum intellexeras Glycerium capere id consilij cur non dixtin' extemplo.i.ilico Pamphilo . D. Dicis sup.cur non dixti, quis igitur abstraxit.i.abstulit aual sit eum Pamphilum ab illa Glycerio nisi ego Dauus, nam quidem.i.certe nos omnes scimus quam misere .i. valde vel nimis amarit eam nunc expetit.i.non recusat sibi vxorem dari .s. postremo.i.tandem da mihi id negocij,q.d.relinque mihi illud faciendum,vt videlicet,non recuset vxorem . tamen tu idem .i. tu temet. perge.i.prosequere facere has nuptias ita vt facis, & spero,id videlicet, vos adiuturos fore subaudi . alij codices habent adiuturos, & tunc est sensus spero deos adiuturos id negocium .i.nuptiarum . S. Imò.i.sed,abi .i. discede intro,ideo in domũ opperire.i.expecta me ibi,& para id,quod est opus . parato.i.parare hic Dauus non impulit me .i. non mihi persuasit omnino vt crederim nunc. Atque haud scio an animo quæ dicit sint vera,sed paruipendo.i.non multum cura illa.Illud est mihi multo maximum quod ipsus gnatus .i. ipse Pamphilus pollicitus est mihi.Nunc conueniam.i.alloquar Chremem orabo vt det sup. vxorem gnato . S. Impetro vt det.s.quid .i. cur mali.i.eligam has nuptias fieri alias.i.alio tempore quam hodie. nam id haud .i.non est dubium mihi quin.i,quod si filius nolit.i.recusat facere quod est pollicitus possim cogere merito eum vt.s.faciat atque adeo.i.certe vel valde vel in tantum . eccum .i. ecce hic ipsum Chrem.obuiam.i.occursum aduerbium est obuiam in ipso tempore.i.tempestiue mature in ipsa opportunitate, & in ipso articulo negocij suscepti.

LATO. ARGVMENTVM) Confirmat errorem senis Dauus, & officium suum commendat. [Adhuc Archillis) Verba obstetrici ad ancillam.[Scitus puer).i.elegans . [Optumæ adolescenti)Fœminino genere.[Non imperabat) Alia coniectura senis à dicto mulierculæ,& loco,ad confirmandam suspicionem . [O Daue Itan')Expostulatio cum Dauo. [Saltem accurate) Auget à modo facti . [Certe hercle) Hoc secum Dauus, sentiens errorem senis . [Quid credas) Attende callidam confirmationem falsæ suspicionis, vt noua occasione fallat . [Non satis me) Purgatio à persona . [Falso) Ironia . [Sed nihilo secius) Astute præmuniuit euentum futuri consilij,nam ipse facturus est quod hic prodit ne facturus videatur . [Multa concurrunt) Contrahit vnum in locum suspiciones, quo res probabilior videatur . [Quid ais) Obiurgantis . [Quis igitur) Defensio cum officij commendatione,quo plus sit facultatis ad fallendum.[Non impulit) Cogitatio senis . Conueniam orabo παρασηθώ.

PETRVS MARS.

ADHVC Archillis, &c.) Obstetricum iactantiam, verba imperiosa circa id,quod ad suam possessionem pertinet, & blanda inter dura pro temporis conditione, vt parentum animos emereantur,& lucrifaciant,hęc scena exprimit,& senis non omnino prudentis,sed nec pia,& stolidi ratiocinatio describitur, q sic interdum loquitur,vt merito contemni posse videatur . Rursusque animum ad rationem reuocans,id meditatur, quod suis rebus in primis conducere putat,ne seruili vaframento decipiatur, quod ideo accidit, quoniam pauci prudentes reperiuntur: Quapropter diuus ille Plato in eo Dialogo, Qui Protagoras inscribitur, sic ait: Iccirco si quis eos vituperare pergat,defatigabitur.[Per ecastor,&c.)Gell.lib.x.sic ait: In veteribus scriptis neque Romanæ mulieres per Herculem deierant, neq; viri per Castorem. Aedepol autem,quod iusiurãdum est per Pollucem, & viro,& fœminæ commune est . Scitus.i.bonæ indolis, & præ se ferens futuram elegantiam in moribus, & rerum solertiam . Scite quis aliquid agit,cum docte,& prudenter agit . Ob spem igitur, & adulatorie obstetrix appellat infantem scitum . [Eho an tute intellexti, &c.) Apuleius dicit esse maximam stultitiæ speciem non intelligere se alijs esse ludibrio. [Multa cõcu.&c.) Affectus erga filios parentum exprimitur,qui non facile credũt vitia filiorum,& illos excusant cogente amore,qui causa est vt iudicium paternum decipiatur . Quapropter Adrastus Papinianus sic dicit:

Quantus honos, quantusq; pudor, ne credite, patri
Et super hesternas lucuit cognoscere mensas.

[Non impulit &c.)Hæc est senis prudentiæ non expertis ratiocinatio,qui & præterita meditatur, & futura prospicit, ne decipiatur,& alijs ludibrio sit, quod maxime illum dedecet,qui bene, prudenterq. viuendi ceteris exemplo esse debet . Prudentia enim,vt inquit Philosophus,lib.iij.Polit.est propria virtus eorum,qui alios regunt .

MAGNA initio huius scenæ,quod ad carminum rationẽ attiner, difficultas, vt videre est etiam apud Prisc. Primos tres versus Doct. ait Iambicos dimetros esse, quibus accinantur bini trochæi,de quarto nihil dicit,fortassis quòd is versus varie legitur . Prisc.de versibus Comicis ita legisse videtur, Quod iussi dari bibere, & quantum imperaui . ita liber Agrip. alius liber ita habet, Et quod iussi da bibere,& quantum imperaui . Nonnulli adijciunt in fine verbum dare, quod tamen ad versum sequentem connectendum est, si quidem versus est Dimeter Catalecticus,vt Prisc.docet,nec secus doct. Ex commentario Donati vix certum deprehendi potest vtrum dare, an date legerit, & num absque pronomine Ei,adeo euariant lib. verum quantũ ego iudico ita legisse versum Donatus videtur . GLAR.

Quod iussi dare bibere, & quantum imperaui.

Vt sit Iambicus Trimeter Catalecticus. Neque carmen repugnabit, etiam si polt Iussi addatur pronomen Ei, vt habet liber Ald. Deinde sequatur Dimetr.Iamb.etiam Catal. Date, mox ego huc reuertar finiendi sermones causa,vt, inquit Prisc. Atq; ita malim hunc versum legere, quam quod Prisc. habent lib. Porro tertius versus à scenæ initio eiusdem rationis esse potest, si Deinde dissyllabum legas .

Nunc primum fac vt illæc lauet, post deinde .

Sextus versus,& ipse varie legitur . Aldinus liber ita habet:

Per ecastor scitus puer natu'st Pamphilo .

Quæ lectio si e, in ecastor producte legit, necesse habet s, literã elidere in Scitus,vt sit Iambicus Trimeter Acatal.Vetustior lib. Venetus ita habet .

Per ecastor scitus puer est natus è Pamphilo .

In qua lectione e,in ecastor corripitur,& s,in Natus eliditur,vt sit similiter Trimeter Iambicus Acat.Ex exemplo Virgilij quod Don. allegat, apparet Donatum legisse Pamphilo datiuum,nõ ablatiuum cum præpositione e . Et potest sane absque e,legi . Ceterum apud me nondum certe constat,sit ne in ecastor,e, producta,an correpta. In ædepol ambiguum videtur,etiam si ab æde,quod diphthongo scribitur,grammatici deriuent . Lector ipse iudicet Septimus versus cum nouem continuo sequentibus est Quadr. Iamb. Acat. Et Deos monosyllabum in hoc primo . In quarto autem Puerperæ ait Doct. trissyllabum esse, quod non ita habet, vt in numeros ponenti facile apparebit . Rursus in quarto post, Tibi videor,quem tam aperte fallere incipias dolis? Si legas videbor,inquit, constat versus. Sed ego le gere malim,Tibi videor esse,vt veteres habent lib. atque ita, & sensus,& carminis ratio optime constabit . Esse verbum omiserat Doct. Ceterum,& proceleusmaticus est loco primo .

Credo ne tibi hoc nunc peperisse hanc è Pamphilo?

D. Teneo quid erret,quid ego agã habeo . S. Quid taces? Hi duo versus sunt Iambici Trimetri Acat.sequentes autem septem Tetrametri Iambici Acat.Quanquam Doct.quintum inter

ter eos Trochaicum Tetrametrum existimauerit, quod ego nõ intelligo, nisi hypercatalecticum voluerit. Ego malim eum Iambicum Tetr. Acat. dicere vt reliquos, & Cert' enim creticum, esse & Scio pro iambo accipere. Ceterum. in secundo horum septẽ versu, Mihi ne q̃squam, Mihin' monosyllabum accipere vt constet versus. In tertio, & suspicio, & suspectio legi potest. Octauus autem versus est Iamb. Tetr. Catal. Deest. n. illi syllaba, ideoque & scazon dicitur. S. Hoc ego scio vnum, neminem peperisse hic. D. Intellextin'? Sequentes deinde duo trochaici sunt Tetrametri Catal. tertius Iambicus Tetr. Acat. nisi posterius diffyllabon quis faciat, quod ego nolim. Rursus sequentes septem sunt Trochaici Tetr. Catal. Octauum autem Doct. Dimetrum Trochaicum Catal. putat, nonum rursus Tetr. trochaicum, cum quinque continuo seq. Atqui hic octauus ac nonus trimetri duo esse possunt Trochaici Catalectici.

Quid ais? cum intellexerat id consilij
Capere, cur non dixti extemplo Pamphilo?

Post hoc sex trochaicos, reliqui deinde omnes ad finem vsque sunt Iambici Acat. Quãquam vltimum Doct. Iambicum Tetr. Catal. existimauit, adiecto ad finem Chremetem accusatiuo trisyllabo, quem Ald. lib. non habet. Ioan. Chremem adijcit ex Don. verbis, quæ ad finem huius scenæ leguntur. Continuo, inquit Don. mutauit declinationem, vt Iubeo Chremetem. Atq; ita fuerit hic versus Trimeter Iamb. vt præcedentes, non tetrameter. elisa, videlicet prima syllaba à superiore carmine, & adeo syllabo facto. Quidam existimant Don. comparationem fecisse ad eum accusatiuum Chremem, qui in sexto præcedit versu, hic vero omissum, in scena autem sequente variatum. Quod si verum est, melius hic omittitur, vt sit versus trimeter, quemad modum præcedentes, absque omni molestia synæreseon, atque insuetarum elisionum.

ACTVS III. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

In hac Scena congressu duorum senum ex falsis vera fiunt nuptia.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti Scena continetur congressio duorum senum, quæ ad tale periculum redigit fabulam, vt id videatur consilio vitari non posse, sed euentu qui euenturus est Critonis præsentia. Nunc etiam ex falsis veræ fient nuptiæ.

Pauci Octonarij, partim Acatalectici, partim, vt in fine scenæ, Catalectici, bona pars senarij, Dimeter vnus.

SIMO, CHREMES.

VBEO Chremetem. c. oh, te ipsum quærebam. s. & ego te. c. optato aduenis.
Aliquot me adiere, ex te auditum qui aiebant, hodie filiam
Meam nubere tuo gnato: id viso, tu ne, an illi insaniant.
s. Ausculta paucis: &, quid ego te velim, & tu quod quæris, scies.
c. Ausculto: loquere quid velis.
s. Per ego te deos oro, & nostrã amicitiam Chreme,
Quæ incepta à paruis cum ætate accreuit simul;
Perque vnicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cuius tibi potestas summa seruandi datur;
Vt me adiuues in hac re, atque ita, vti nuptiæ
Fuerant futuræ, fiant. c. ah ne me obsecra:
Quasi hoc te orando à me impetrare oporteat.
Alium esse censes nunc me, atque olim, cum dabam?
Si in rem est vtrique, vt fiant, accersi iube.
Sed si ex ea re plus mali est, quàm commodi
Vtrique; id oro te, in commune vt consulas,
Quasi illa tua sit, Pamphiliq́ue ego sim pater.
s. Imò ita volo, itaque postulo vt fiat, Chreme:
Neq; postulem abs te, nisi ipsa res moneat. c. qd est?
s. Iræ sunt inter Glycerium, & gnatum. c. audio.
s. Ita magnæ, vt sperem posse auelli. c. fabulæ.
s. Profecto sic est. c. sic hercle, vt dicam tibi:
AMANTIVM iræ amoris redintegratio est.
s. Hem, id te oro, vt, ante eamus, dum tempus datur,
Dumq́ue eius lubido occlusa est contumelijs,
Prius quàm harum sceleria, & lacrumæ confictę dolis
Reducant animum ægrotum ad misericordiam.
Vxorem demus. spero consuetudine, &
Coniugio liberali deuictum, Chreme,
Dehinc facile ex illis * sese emarsurum malis. * esse
c. Tibi ita videtur. at ego non posse arbitror
Neque illum hanc perpetuo habere, neq; me perpeti.
s. Qui scis ergo istuc, nisi periculum feceris?
c. At istuc periculum in filia fieri, graue est.
s. Neque incommoditas denique huc omnis redit;
Si eueniat, quod di prohibeant, discesio.
At si corrigitur; quot commoditates, vide:
Principio amico filium restitueris:
Tibi generum firmum, & * filiæ inuenies virum. * gnatæ
c. Quid istuc? si istuc animum * induxti esse vtile, * induxisti
Nolo tibi vllum commodum in me claudier.
s. Merito te semper maxumi feci Chreme.
c. Sed quid ais? s. quid? c. qui? scis eos nunc discordare inter se?
s. Ipsu' mihi Dauos, q̃ intimu' est eorũ consilijs, dixit:
Et is mihi suadet, nuptias, quantum queam, vt maturẽ.
Num cẽses faceret, filium, nisi sciret eadem hęc velle?
Tute adeo iam eius audies verba. heus euocate huc Dauon.
* Sed eccum video ipsum foras exire. * Atque

VBEO Chremetem) Hæc congressio duorum senum ad tale periculum adigit fabulã, vt id non videatur consilio, sed euẽtu posse vitari, qui euẽtus est Critonis præsentia nã nunc ex falsis fient veræ nuptię. [Iubeo Chremetem) Firme aliquid iubere, velle est, Iubeo ergo, volo. & deest, salue re, quod exprimitur ab alterius personę interuentu. vt Virg. Reddiq. viro promissa iubebat. Et μετωνυμικῶς, quia qui dicit salue, iubet. volumus. n. animo, iubemus, verbis. [Te ipsum quærebam) Placabilis, & lenis amicus per totam fabulam inducitur Chremes, vt cognitioni ad vltimum interesse possit. [Optato aduenis) Optato aduerbium est. vt Virgil. Ac velut optato ventis. [Aliquot me adiere) Aliquot, hoc est nec multi, nec pauci. Adiere, non accesserunt, quia aditus arduus, difficilisq. est. Ergo adiere, quasi importune; & interpellantes adierunt. sic alibi, Byrrhia quid tibi videtur? adeon' ad eum? [Ex te auditum) Et est, De Dauo modo audiui. [Ex te auditum) Ergo nõ rumor, sed veritas. [Id viso) Ob id viso, deest te, vt viso, ad videndum venio. [Tu ne, an illi insaniant) Tu insanis, si dixisti, illi insaniũt, si non audita referunt. [Paucis) Et paucis, & pauca legitur. [Et quid ego te velim;) à docilitate. [Per ego te deos oro) Ordo est, te per deos oro, vt Virg. Per ego te has lacrymas. [Et nostram amicitiam Chremes) Legitur, & Chreme. [Quæ incepta à paruis, cum ætate) Mire autem, incepta à pueris cum ætate, vt ostendat non nuper coitam amicitiam, sed antiquam. vt, Veterem Anchisen agnouit amicum. Idem alibi: Neque enim nouus isse Dianæ Venit amor. [Accreuit) Vt supra, Accurate. Ad præpositione vtitur familiariter. [Accreuit) Hinc Virgil. Crescent illæ, crescetis amores. [Et meum gnatum) Ineptum est sic adiurare aliquem, Per salutem filij mei, vt facias id, quod te rogo. sed huic etiam subiungit. [Cuius tibi potestas datur

DON.

datur seruandi summa) In tua est,inquit potestate, & tuus est, hęc ergo obtestatio dicitur,eum per eas res adiuramus aliquem de quibus agitur causa,Vt,Iliaci cineres, & flāma extrema meo rum . Idem alibi, Per euersæ genitor fumantia Troiæ Excidia obtestor . [Vt me adiuues in hac re) Atque ipsam petitionem . [Vt nuptiæ fuerant futuræ,fiant) Breuiter & Latine . Et hoc genus compositionis veteres mutabant.[Ne obsecra) Pro ne obse cres. [Quasi hoc te orando à me impetrare oporteat) Hæc plena vox est & caritatis,& officij. quod enim amicus ab amico petit,iustum esse debet,nec pro eo quod nō est iustum, supplicare oportet.[Olim cū dabam)Nos dicimus,cum darem . Virg. Tū decuit cum sceptra dabas,En dextra, fides q. Et nota olim, p nu per.[Alium esse censes nunc me,) Non personæ,sed rei cōditio est commutata.[Si in rem est vtrique) τῷ ἑτέρῳ συλλογισμῷ praue proposuit,vt rectè replicaret. Hic syllogismus negatiuus dicitur.nam in secundo λήμματι negat quod prius dixit,Sed si ex ea re plus mali est,quam commodi.[Si in rem est vtrique)Ab vtili argumentum.Vterque duobus constat . Bene vtrique,mihi & tibi nō,alteri vtile,alteri inutile.[Sed si ex ea re).i.nuptiarum,mutauit numerum ex plurali singularem,Fiant,& ex ea re. [In commune consule).i.ex æquali prouide. [Quasi illa tua sit,Pamphi liq. ego sim pater)Nota suauissimam varietatem.nō dicit,quasi tua sit,& ille meus . [Imò ita volo) Quia vtile est , quia in rem est.[Itaque modo duæ partes orationis sunt. vt in Hecy. Itaque nos vna inter nos ætatem agere liceat.[Neque postulem)Quia postulo prætulit.[Iræ sunt inter Glycerium,& gnatum) Hoc læto vultu pronunciauit Simo,&hoc à possibili est.loquitur enim apud eum,ex quo audiuerat,Pamphilum pro vxore habere hāc peregrinam.[Audio)εἰρωνεία.[Mox fabulæ) Et hic paulo sapientior inducitur,& minus obnoxius dolis.[Profecto sic est)Profectio,confirmatio est . [Amantium iræ) Sententia γνωμική in qua à specie receditur,& in omnes aliquid dicitur.παροιμία,est autem sine auctore sententia.[Redintegratio)Instauratio.[Id te oro,) Deest ob,vt sit,ob id,vt Virg.Quod te per superos oro. [Prius, quam harum) Inuidiosius,harum cum vna sit . sic in Eun. Non perpati meretricum contumelias. [Animum ægrotum) Hoc vt supra, Ipsum animum ægrotum ad deteriorem partē applicat . [Vxorem demus,) ἀπλῶς, vt in Heautont. Quo modo minimo periculo id demus adolescētulo. [Neque illum hanc perpetuo) ἀμφιβολίαν de industria posuit,aut vtrunq; significat.[Nisi periculum feceris)Periculū,tentamentum.Cic. Tute melius periculū feceris.Idem Terentius,Fac periculū in literis. [At istuc periculum in filia fieri graue est)Memorabile dictum,& id,quod merito in prouerbium cesserit.[Quod dij prohibeant,) παρὰ τὸ εἰωθὸς, per δυφημισμόν.[At si corrigatur) Alter est syllogismus per contraria λήμματι,& ipse negatiuus . [Principio,amico filium) Principio, nec intulit,secundo.[Restitueris,inuenies)Ergo ἀναπόδοτον duplex.[Amico filium)Ab honesto.[Quid istuc?) Concedentis,& veluti victi verbum.tanquam si diceret,quid ? & abundat istuc . Vel potius,quid istuc,significat hominem de loco, ac de sententia decedere.vt ecōtrario perstare ac resistere,dicitur,qui aliquid negat . [Si id animum induxti) Legitur & animum induxisti . [Sed illud plenum est, hoc per μετάπλασμοῦ συγκοπήν diminuitur . [Ipsus mihi Dauus dixit)Commendatio testis:vt,In foro modo de Dauo audiui.Ergo ipsus quasi qui maxime sciat.[Tute adeo) παρέλκοντος . Adeo modo, & abundat, vt Virg.

Tuq; adeo quem mox quæ sint habitura deorum
Concilia , incertum .

[Sed eccum) Eccum quasi ecce eum, veteres dixerunt, eccum eccuius . Ellum quod apertius significat ecce illum , & obscurius ellum .

GVID. IVBEO) Hæc congressio duorum senum ad tale periculū redigit fabulam,vt id videantur consilio non posse mutari , sed euentu qui euentus est Critonis præsentia . nam nunc ex falsis fient veræ nuptiæ,Iubeo.i.volo(nam firme aliquid iubere velle est) Chrem. saluere subaudi , sed supprimitur alterius personæ interuentu. volo autem & iubeo differunt. nā volumus animo, iubemus verbis . C. O,aduerbium optātis,quærebam teipsum . S. Ego te quærebam inquam . C. Aduenis optato .i. multum optatus,aliquod.i.neque multi neque pauci adierūt me.i.venerunt ad me.nō autem dixit accesserunt.nam aditus arduus difficilisq. est itaque adierūt quasi importune & interpellantes aduenerunt qui aiebant id,sup. auditum esse ex te .i. à te,videlicet filiam meam nubere hodie.i.dari nuptui gnato.s.Pamph. id.i.ob id,viso.i.ad videdum venio, ne.i.vtrum tu Simo insanias qui id dixisti,an illi q id aiebant,insaniant q.s.non audita referant . S. Ausculta.i.audi paucis.i.breuibus pauca ēt legitur quasi audi aliqua,& scies quid ego velim te,vel intellige facere, vel est sensus scies propter quid ego te tantopere optarem , & scies inquā id , quod tu quæris . C. Ausculto,loquere.i.dic, quid velis.i.cupias vt fiat . S. Per ego te deos oro,& nostram amicitiam Chreme , Quæ incepta.i.instituta,à paruis.i.iam tunc cum adhuc parui essemus,&a paruis pro aduerbio ponitur.sicut à paruulo à puero, accreuit.i.cepit incrementum, simul.i.pariter cum ætate . que .i. &, oro inquam te præter tuam gnatam Philumenam vnicam , & solam sine sororibus aut fratribus & per gnatum meum (cuius gnati seruandi.i.custodiendi ne perdatur summa potestas da tur tibi) oro ergo te vt adiuues me in hac re in hoc negocio abstrahendi filij à libidine,atque ita.i.eo pacto,nuptiæ.fiant.i.celebrentur,tu.i.sicut,Fuerant futuræ.i.faciendæ à fio potiusquam à sum . C. ah dolentis interiectione,obsecra me .i. noli me obsecrare.i.per sacra rogare. Quasi.i.tāquam,oporteat te impetrare hoc.i.vt nuptiæ fiant à me Chremete orando me. si censes.i.putas me esse, nunc alium.i.aliorum morum.i.quam olim.i.præterito tempore,cum.i.quando,dabam filiam meam filio tuo, Si in rem est vtrique.i.si vtrique nostrum est vtile & nemini inutile . Res enim interdum pro vtilitate ponitur vt hoc est è re mea .i. mihi vtile , è re tua .i. tibi vtile &c. similiter puto hoc esse in rem vtrique nostrum.i.puto hoc esse vtile vtriq; nostrum,ergo si est in rem vtrique nostrum vt nuptiæ fiant accersi.i.euoca me, seu fac me certiorem vel mone.nam accerso vel arcerso,ab accio is est quod significat voco as,quemadmodū est accerso eiusdem significationis,antiqui enim dicebant arcio is,mutantes,d, literam in r. Inde arcesso is nunc autem dicimus accio is,d,in c, mutata,& inde fit accerso sis,vel accerso is,tertię inflexionis,vel quartæ,iube.i.impera vt fiant . sed si plus mali est ea re .i. ex nuptijs quàm commodi vtriq; mihi & tibi oro te id .i. à te peto vt consulas.i.prospicias,prouideas in commune.i.in commodum quod si mihi commune tecum vel in cōmune.i.æquali vt Don. vult communi sæpe dicitur de duobus tantum vt hic & Cic. ad Sulp. quidquid nos cōmuni sentētia statuerimus.i.mea & tua & in multis alijs locis, consulas igitur in commune quasi .i. tanq; illa filia mea sit tua,que.i.&,ego sum patet Pam. S. Imò .i. sed, ò Chrem.in vocatiuo sicut Vlyss.volo,itaq;.i. postulo ita vt fiat .i.vt hoc negocium compleatur,neque postulem.i.postulare velim abs te nisi ipsa res moneat .i. incitet & postulet vt fiat . C. quid est? S. Iræ sunt inter Glycerium,& gnatum. C. audio.i.intelligo , capio qd' dicis . S. Ita magnæ sunt iræ vt sperē Pamph. posse auelli.i.abstrahi ab illa . C. fabulæ.i.nugæ sunt . S. Profecto.i.proculdubio & est particula confirmatiua,sic est.i.iræ sunt magnæ . C. sic hercle,vt dicam tibi : Amantium iræ .i. amorum captorum,reintegratio.i.instauratio est amoris,est autem syllepsis cuiusmodi illud est Xenophō deliciæ meæ sunt mādata tua meditatio mea est,verbum enim sequitur vltimum nominatiuū & cum illo congruit . S. Hem interiectio ostendens dolorem profectum ex dicto Chremetis qui catholicam.i.cōem protulit sententiam,id .i. ob id quia Amantium iræ, &c. oro te vt eamus ante.i.præueniamus. dum.i.quandiu tempus.i.opportunitas datur dumq. libido.i.extrema voluptas & lasciuia eius Pamph.est occlusa.i.cohibita repressa contumelijs.i.probris vltro citroque datis demus vxorem priusquam scelera .i. scelerati mores & lacrymæ(harum pro huius Glyc.inuidiose dictum est vt Eun.non perpeli meretricum contumelias) confictę .i. simulate doli .i. astutijs fraudibus ad decipiendum reducant.i.redigant animum ægrotum quod amore saucium ad misericordiam .i. vt miseratur eius Glyc. ò Chrem. spero.i.confido ipsum Pamph. deuinctum .i. alligatum irretitum allectum consuetudine .i. conuersione tuæ filiæ,& coniugio.i.matrimonio liberali.i.factio cū libera & non serua qualis forte putabatur peregrina illa Glyc.vel coniugio liberali.i.liberaliter facto spero itaque sese sic deuictū dein, vel dehinc.i.postea facile emersurum .i erepturum ex illis malis quæ in amore sunt . C. Hoc videtur tibi ita futurum sup. at.i.sed ego arbitror neque illum Pamph. posse habere hanc filiam meam, vel contra dici potest hanc non posse habere illum perpetuo , ideo amphibologia ex industria vsus est vt vtrunque ostenderet,& arbitror inquam me Chrem. non posse perpeti.i. vsq; ad finem pati, vt filiam meam habeat secum.s.qñ eiusmodi mores post connubia sit prosecuturus . S. Ergo qui .i. vnde,vel quomodo scis,istuc pro istud.nisi feceris periculum.i.tentamentum seu experientiam . C. At est graue .i. molestum istud periculum.i.tentamentum fieri in filia mea . S. Nempe .i. certe responsioniq. aptum est,denique.i.tandem omnis incommoditas .i.importunitas redit huc.i.in meipsum recidit nam huc de persona loquentis dicitur si discessio .i. separatio eueniat . quod .s.

discef

discessionem euenire dij prohibeant .i. auertant parenthesis est per euphenismon. At si.i. sed si, corrigatur.i. resipiscat propter filiam tuam, quo quæ cõmoditates.i. opportunitates inde procedunt. s. Alij hñt vide quod ipsum satis quadrat quantum ad sententiam. Principio.i. in primis restitueris.i. reddes coniunctiuũ indicatiuo anacoluthõ filium amico tuo quem.i. filium vides la sciuia perditum iri inuenies tibi generum firmum .i. stabilem & virum.i. maritum filiæ tuę. C. Quid istuc? verbum concedentis est, & veluti victi ita vt istic abundet, vel est sensus, Quid istic facis sup. quasi concessionem tandem subiuncturus. Vel quid istic .i. iste dicit sup. admirãdo? si induxti, induxisti per syncopen animum .i. si tibi imperasti vel tibi psuasisti istud esse ita vtile nolo vllum cõmodum claudier, pro claudi, per paragogẽ, tibi in me, hoc est nolo tuum commodum retardari per me. S. O Chr. merito.i. iure, semper maximi feci te.i. plurimi estimaui. C. Sed qd ais? S. quid? C. qui .i. qũo, scis eos nunc discordare inter se? .i. Pamph. & Glyc. & eos dixit quod masculini genus præponderare debet fœminino. S. Ipsu' Dauos quasi qui maxime sciat, qui intimu' est.i. familiarissimus propinquissimus, cõsilijs.i. propositis eorum Pamph. & Glyc. dixit mihi: Et is mihi suadet, vt maturem.i. accelerem, nuptias quãtum queam. Num.i. nunquid, q.d. non censes .i. iudicas q̃ sup. faceret, filium nisi sciret eadem hæc velle? Tute.i. tuipse, adeo.i. certe, iam.i. nunc, eius audies verba. Deinde admonet alios seruos vt euocent Dauum ad Simonem. heus aduerbium vocantis & attentionem petentis, euocate.i. accersite, huc Dauom.i. ad me. Sed eccum.i. ecce hic ꝑpe, video ipsum foras exire. ipse.n. iussu Si abierat intro vt pararet parãda.

LATO. ARGVMENTVM) Congressu senum exfictis veræ fiunt nuptiæ, vnde omnibus consilijs & factis fabula ad epitasin progreditur. [Iubeo Chremetem) Eclipsis, subaudi, salutre. [Per ego te) Obsecratio Simonis, admixtis rationibus ab honesto & vtili. & est propositio petitionis. [Ah ne me) Modestum responsum Chremetis, quod amplificatur per antithesim. [Neque postulem) Confirmatio vtilitatis à tempore. [Fabulæ) Reiectio. [Sic hercle,) Faceta ironia. [Hem, id.te oro) Expolitio argumenti à tempore, & ab vtili cohortatio. [Sese emersurum) Emersurum, transitiue tum accusatiuo, nam emergor non dicimus. Licet dicamus, mergor. [At ego non) Obiectio periculi & incommoditatis. [Nempe incommoditas) Solutio ab vtilitatis comparatione, quam colligit, auget congerie. [Merito te semper) Gratiarum actio. [Nam censes) Argumentum ex adiunctis.

PETR. MARS. IVBEO Chremetem, &c.) Honesta & vtrique parti vtilia ab amicis petenda esse docet hæc scena, cum homo ab homine non sic alienus, & mutuis beneficijs vita ciuilis constet. quam hi destruunt, qui propriam vtilitatem respicientes, negligunt alienam quod à boni viri officio penitus alienum est. Quapropter omnium bonarum artium magister Cicero, hanc legem in amicitia sanxit, vt neque rogemus res turpes, neque faciamus rogati, & vt ab amicis honesta petamus, atque amicorum causa honesta faciamus, neque expectemus quidem dum rogemur, sed studium semper adsit, cunctatio absit. Plato in 5. de Leg. sic ait: Prima ciuitas est & Resp. optimæq. leges, vbi quãmaxime per vniuersam ciuitatem priscum illud prouerbium locum habet, quo dicit: Amicorum omnia esse communia. Humanitas, dicebat Plato, tribus modis exercetur in vita ciuili: Vno modo per salutationem vt cum obuios salutamus, & manus porrigimus: Secundo cum quis opem fert alicui calamitatibus laboranti. Tertio, cum homines inter se conuiuia celebrant, & epulati accubatione se refouent, atque ciuiliter oblectant. Seneca lib. 8. epist. sic ait: Humanitas vetat superbum esse aduersus socios. Arist. 3. Pol. sic ait: Homo natura ciuile animal est, & qui in ciuilis propter naturam, & non propter fortunam, aut prauus est, aut melior, quàm homo. Vnde dicitur: Homo solitarius, aut bestia, aut deus. [Amantium iræ, amoris &c.) Prudens homo inducitur Chremes, qui mores hominum adolescentium, & iuuenum callens id, quod erat iudicabat. [Ad misericordiam &c.) Misericordia est, inquit Seneca ægritudo animi, ob alienorum malorum speciem, aut tristitia ex alienis malis.

GLAR. QVATVOR primi versus Iambici Tetrametri Acatalectici, sed in tertio vel Meam monosyllabon erit, & Tuo dissyllabon, vel contra, Meam dissyllabum, & Tuo monosyllabon, aut quod malim, vel primo loco, vel tertio bacchius est. In quarto vel in Paucis s, eliditur vel d, in Quid, quod malim, quanquam Donatus pro paucis etiam pauca legi asseuerat. Quod si est, carmen absque elisione d, constabit, potest & creticus esse loco quinto, sine elisione vel s, vel d. Quintus versus est Iambicus Dimeter, inquit Doct. Reliqui deinde huius scenæ omnes trimetri præter sex vltimos Iambicos Tetr. Cat. Porrò hic in primo, Per te ego Deos oro, legẽdum vt legit Doct. te ante ego & Deos monosyllabon est. Item in quarto dein Cuius monosyllabon. Potest tamen & legi, Per ego te Deos oro, vt creticus sit loco primo & quarto. [Amantium iræ amoris reintegratio est) Facile hic Ioan. assentior, quod veteres habent codices. [Integrãtio legi debere, non redintegratio. Nam meus venustus quidem ille codex ita habet. In tertio deinde versu Eius monosyllabum est. In quarto primus monosyllabum est, aut Bacchius loco primo. In decimo l, eliditur in illum, ait Doctor. ego malim Bacchium loco primo. At in 12. idem ait s, elidi in istuc. Vbi ego malim aut s, in Feceris, quod in præcedente est carmine, elidere, & at in priore constituere versu, atque ita habet Ald. liber. aut loco primo bacchium ponere. In 39. proceleusmaticus est initio Tibi gene. In sex vltimis qui sunt scazontes Tetrametri, vt vocat Doct. aut Terr. Iamb. Cat. vt alij appellant, nihil est notatu dignum, nisi vltimum versum perfici initio scenæ seq. in 2. autem, Eorum verbum dissyllabum esse, nisi quod malim, bacchius est loco quinto, cum Eos in præcedente etiam sit dissyllabon. Item in vltimo pro Sed, legi in Alijs, Atque.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Dauus seni insultans, hortatur eum ad faciendas nuptias, non enim putabat fore vt sic ageretur. Cum igitur videt herum serio de trahenda filia colloqui cum Chremete, anxius & exanimatus redditur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti Scena Dauus seni insultans vt nuptias acceleret hortatur, cui facile acquiescit. Simo Dauo consilium suum prodit, conatu; q; ex fictis veras efficere nuptias, quæ rex Dauum anxium exanimatum reddit.

Octonarij Acatalectici, & Dimeter vnus.

DAVVS, SIMO, CHREMES.

D te ibam. s. quidam est?
D. Cur vxor non accersitur? iam adueſperascit.
s. Audin' tu illum?
Ego dudum non nil veritus sum Da
ue abs te, nec faceres idem.
Quod volgus seruorum solet, dolis vt me deluderes?
Propterea quòd amat filius. D. egenu' istuc facerem?
s. credidi.
Idque adeo metuens vos celaui, quod nunc dicam. D. quid? s. scies.
Nam propemodum habeo iam tibi fidem. D. tandem agnosti, qui siem.
s. Non fuerant nuptiæ futuræ. D. quid? non? s. sed ea gratia
Simulaui, vos vt pertentarem. D. quid ais? s. sic est res. D. vide.
Nunquam quiui ego istuc intelligere. vah consilium callidum.
s. Hoc audi. vt hinc te iussi introire, opportune hic fit mihi obuiam.
D. Hem, nummam perijmu'? s. narro, * quæ tu dudum narrasti mihi. * huic
D. Quidnam * audio. s. gnatam vt det, oro; vixque id exoro. D. occidi. * audiã
s. Hem, quid dixti? D. optume inquam factum. s. nunc per hunc nulla est mora.

C. Domum

C. Domum modum ibo: vt apparentur, dicam: atque huc renuncio.
S. Nunc te oro Daue, quoniam solus mihi effecisti has nuptias.
D. Ego vero solui. S. corrigere mihi gnatum porro enitere.
D. Facium hercle sedulo. S. potes nunc, dum animus irritatus est.
D. Quiescas. S. age igitur: vbi nunc est ipsis? D. mirum, ni domi est.
S. Ibo ad eum, atque eadem hæc, quæ tibi dixi, dicam itidem illi. D. nullu' sum.
Quid caussæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via?
Nihil est preci loci relictum. iam perturbaui omnia:
Herum fefelli: in nuptias conicci herilem filium;
Feci hodie, vt fierent, insperante hoc, atque inuito Pamphilo.
Hem astutias. quòd si quiessem, nihil euenisset mali.
Sed eccum ipsum video: occidi:
Vtinam mihi esset aliquid hic, quo nunc me præcipitem darem.

DON. AD te ibam) Dauus vt recte scribatur, Dauos scribendum est, quia nulla litera vocalis geminata, vnam facit syllabam, sed quia ambiguitas vitanda est nominatiui singularis, & accusatiui pluralis, necessario pro hac regula, digamma vtimur, DaFus, serFus vulgus, corFus [Ad te ibam) Locus est, in quo iam ad discrimen mali producta comœdia, in meliorem partem iam incipit inclinare. [Ego dudum) Semper grauis inceptio orationis quæ exordium sumit à pronomine ego: vt, Ego te quæ plurima fando. &, Ego postquam te emi à paruulo. [Ego dudum) Aduerbia tpis, aut certa sunt, vt hodie cras, aut incerta, vt dudum, nuper. Itaq; incertis certum additur tempus, vt iam dudum, nunc nuper. [Nonihil veritus Daue abs te) breuiter, pro, veritus ne quid abs te fieret sicut supra, Hei metui à Chryside. Et Cic. Quod precatus sum à dijs immortalibus, p eo, quod est, quæ à dij petij, precatus eos. [Quod volgus seruorum solet) Totum cum extenuatione protulit, tanquam qui satisfactum voluerit Dauo ob comprobatam fidem eius. [Nam propemodum habeo) Ridicula dilatio eius rei quæ iam dudum nota est auditori. [Nam propemodum habeo iam) Hoc est propemodum, cuius accusatiuus est à modus. [Sed ea gratia) Gratia, pro causa posuit, noue. [Sic est res) q Græci dicunt, ὅπως ἔχει. [Numnam) Nam περίεργως, vt in quisnam. [Quidnam audio?) legitur, & audiam. Menander. n sic ait, τί δῆτ' ἀκούω. [Occidi. optume) Bene vsus est παροιμίᾳ, occidi & optume, vt similitudine falleret audientem. [Per hunc) Chremetem. s. [Ibo, atque huc renuncio) Varie, ibo & renuncio. [Nunc te oro Daue) Te. i. per quem stat summa negocij. [Et modo magis vere rogat, quam tunc cum ait, Dehinc postulo, siue æquũ est, te oro Daue. ibi. n. iracundia latet, eum dixit, siue æquum est. [Effecisti has) Non fecisti. est enim efficere, perficiendo faciendo. Et bene Has, quarum causa laboro. [Ego vero solus) Et hoc ad increpationem dixit, non ad confirmationem. [Solus). i. cui non attentiebat Pamphilus. [Porro) In futurum, deinceps. Futuri temporis aduerbium. vel adhortantis, vt, Porro q q quæ. [Enitere) Labora, quasi difficile sit, & conatu sit opus. [Hercle sedulo) Productiones sunt Comici stili ad fucum orationis positæ. [Potes nunc) A possibili argumentum. [Dum animus irritatus) Quia dixerat, Iræ sunt inter Glycerium, & gnatũ, Irritatus est, cõmotus, ira prouocatus. vt in Phorm. Ducitur autem verbum à canibus, qui restrictis dentibus hãc literam r, imitantur. [Quiescas) .i. conquiesce, imperatiui modi, ne iniurio-sum videretur. [Age igitur) Age, dic, vt est, Egi, atque orauì tecum, aut aduerbium est hortandi. [Quiescas) Pro quiesce, aut deest volo, aut facito. [Mirum, ni domi est) Existimationem intulit, incertum fugiens, & est compositum quasi niiror. [Mirũ, ni domi est) Compositum est, quasi hoc est mirum, ni domi est. Caute seruus callidam interrogationem senis paratus excepit. Memor simulatæ discordiæ cum amica, fingit non se alibi eum esse suspicari, quam domi. [Dicam eadem illi) In alijs itidem scriptum est. quod si est, pro item accipimus. An ego idem, pro item: [Nullus sum) Plus est nullum esse, quàm perijsse. nam qui perit, vel corpus habet reliquum, qui vero nullus est, ita non est, ac si natus non sit. [Recta proficiscar via?) Bene recta, & corporis impulsionem lucrifaciam, aut recta, vt non eam ad precatore, aut ad Pamphilum. Et bene proficiscar. proficisci enim in rem ægram ac difficilem dicimus. Ea recta via, plena dixit, non tantum recta. [Hinc). i. ex hoc loco. [Nihil est preci loci relictum) subiungit ergo causas cur proficiscatur in pistrinum. [Nihil est preci loci) Quod prædixit senes. [Iam perturbaui omnia) Allocutio in qua quid metuat, quid velit, manifestum est. [Herum fefelli) Hæc enumeratio causarum est, qua magnifice exaggerauit errores suos. [Conieci) Nec immisi, sed conieci, quod impetum, & iniuriam significat. [Herilem filium) τὸν τέκμιον. [Feci hodie) Non solum feci, verum et addidit tps, Hodie, vt ne diecula quidem eius sit. quod fecerat, mali. [In sperante hoc, atq; inuito) Insperante. & inuito, duplex offensio. [Hem astutias?) bona εἰρωνεία, Pluraliter dixit astutias, quasi is qui abundet astutijs, vt ei vna non sufficeret. [Vtinam mihi esset aliquid) Non dixit gladium, aut laqueum, ne esset tragicum. Ergo expressit bene, dicens, Quo me nunc præcipitem darem.

AD te ibam, &c.) Hic locus est in quo iam ad discrimen mali producta comœdia in meliorem parte iam incipit inclinare. GVID

D. Ibam ego Dauus ad te Simonem. S. Quidnam est? D. Cur vxor non accersitur? .i. aduocatur, vel adduci curatur, iam adesperascit. i. ad vesperum inclinatur dies. S. Audin'. i. audis ne tu illum? Ego semper grauis est inceptio orationis quæ exordium sumit à pronomine ego, dudum. i. paulo ante. Aduerbia tpis, aut certa sunt hodie cras, aut incerta vt dudum nuper. Itaque incertis certum additur tempus, vt iam dudum iam nuper ò Daue veritus sum non nil. i. aliquid timui ne quid à te fieret, sed breuiari studuit poëta, vt alibi, metui à Chryside, ne. i. q. faceres idẽ, q vulgus. i. maior pars seruorum solet. s. vt. i. q, deluderes? .i. ludibrio offenderes me senem dolis. i. astutijs malis. Propter ea q filius amat. i. amore captus est. D. egenu'. i. ego, ne facerẽ? .i. facere vellem, istuc, videlicet te deludere dolis. S. credidi quę .i. &, ego adeo, valde metuens. Id ne. s. deciperer, celaui vos seruos id, sup. q dicam nunc. D. quid? S. Nam propemodum. i. vel admodu, vt vult Don. vel ferme prope, habeo iam tibi tidẽ .i. credo tibi. D. tandem cognoui. i. nouisti, qui siẽ, hoc est sim. S. Non fuerant nuptiæ futuræ. i. faciendæ. D. quid? .i. cur, non fuerant futuræ? S. sed simulaui nuptias futuras, ea gratia. i. causa, vt pertentarem vos. i. perfecte de vobis periculum facerẽ. D. quidnais? S. sic est res. D. vide. Nunquam quiui ego istuc intelligere. vah, interiectio indignantis, vel increpantis ac deridentis, consilium .i. propositum commentum: callidum. i. astutia, & calliditate plenum, hoc autem dictum exclamatione tollendum est, q.d. consilium illud est multum callidum, & irridet Daue eo pacto Simonem. eum enim non latebat eiusmodi consilium. S. Hoc audi. vt. i. postquam iussi te Dauum introire, huc. i. in domum parandorum obsoniorum gratia, hic fit obuiã .i. occurrit præsto est mihi opportune. i. tempestiue. D. Hem, dolentis interiectio, numnam .i. nunquid, perijmu'? .i. perditi sumus, & nam adiectio est syllabica vt quisnam. S. Narro huic Chrem. quæ tu dudum .i. paulo ante narrasti mihi. D. Quid nam audio. alij, audiam. S. Oro, vt ipse Chremes det gnatam; vixque exoro. i. obtineo id. D. Occidi .i. perij, perditus sum. S. Hem, indignantis interiectio, hic est, quid dixit? D. Inquam .i. dico, vel dixi, optume factum. S. Nunc per hunc nulla est mora. i. non stat per Chremetem quo minus nuptiæ fiant. C. Nunc ibo domum dicam, vt apparentur obsonia .s. atque renuncio .i. significo huic filiæ meæ. S. Nunc te oro Daue, quoniam solus mihi effecisti. i. faciẽdo perfecisti has nuptias. Dauus interrumpens sermonem dicit. D. Ego vero solus effeci nuptias, hoc autem dicit non ad confirmationem, sed ad increpationem. S. Subdit Simo quod fuerat Dauum rogaturus, porro. i. deinceps in futurum, vel hortandi est aduerbiu, enitere. i. labora quasi difficile sit, & conatu opus corrigere. i. ad viam rectam redigere mihi gnatum. s. Pamphilum. D. Hercle. i. per herculem, faciam sedulo. i. instanter quasi sine dolo. S. potes corrigere nunc, dum animus eius irritatus est .i. commotus ira, siue concitus, & prouocatus. D. Quiescas id est conquiesce neque de hac re labores. S. Age igitur, vel dic, & loquere vel est aduerbium hortantis, quo hortetur, eum vt faciat quod pollicetur, vbi nunc est ipsis? D. Mirum,

est

est.i.miror,ni.i.si non est,domi cum sint inimicitię illi cum amasia. S. Ibo ad eum filium,atque dicam itidem.i.similiter illi hæc eadem,quæ dixi tibi. D. nullu'.i. non,sum, plus est enim nullum esse,quam perijsse. Nam qui perit corpus habet reliquum, qui vero nullus est ita non est ac si natus non sit. Quid caussæ .i. quæ caussa,est,quin.i.cur non proficiscat tanquam res ægra & difficilis recta via.i.plana,hinc.i.ex hoc loco. pristinum .i. in ergastulum pistrinum ad circumagendas trusalites molas. Nihil loci.i.nullus locus,hoc est nulla opportunitas relictum est preci. quasi nunc preces apud Pamphilum non sint valituræ. iam perturbaui omnia conieci.i.impetu & iniuria immisi,filium herilem.i.Pamph. filium heri mei Si. in nuptias,feci vt nuptiæ fierent hodie hoc Pamph.inspirante atque inuito.i.nolente. Hem irascentis sibi interiectio est astutias omisit, vt hominem nequam,pro ò hominem nequam bona ironia,pluraliter dixit astutias,quasi ei qui abundat astutijs vna non sufficiat ac superat, quod.i.sed si quiescem.i.in ea re non laborassem nihil mali euenisset. Sed eccum .i. ecce hic ante oculos video ipsum Pamphilum occidi.i.perditus sum,vtinam aliquid esset mihi hic,quo .i. vt velle quo darem me præcipitem,nunc.i.præcipitarem me mihi ipsi mortem consciturus.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Quid actum sit,cognoscit Dauus, & consilium suum detestatur. [Ego dudum) Principium à beneuolentia per antithesim. [Ego isthuc) Cum auersatione pronunciandum. [Nos fuerant) Narratio. [Quid ais) Admirantis. [Nunquum quiui) Facetaassentatio. [Hem, num nam) Metuentis. [Optume inquam) Callida iteratio ad fallendum ex vocum similitudine. [Ego vero) Repetitio tacite stomachantis. [Nullus sum) Perturbatio Daui, & consilij sui detestatio. [Nihil est preci) Preci datiuus à prex, quod non est in vsu.

PETRVS MARS.

AD te ibam &c.) Homines non vndique circunspectos,nec planè prudentes,quibus abundat vita communis, assentationibus capi docet hæc scena.Iccirco Tull.lib.1.Off. monet,ne assentationibus patefaciamus aures, & ne adulari nos sinamus, in quo falli facile est. Vnde Solon.auct.Laërtio,dicere solebat: Caute singulos obserua, ne forte odium in corde tegant, dum blanda & arridenti facio te allocutus duplaque illis lingua atra ex mente sonet. Hominem insuper malitia quæ vino iungitur, grassantem, confundi aliquando, ac in proprios incidere doceet laqueos. Impossibile,quippe est,vt id habeat successum,cum principium malum est. Seneca scribens de ira ad Nouatum,sic ait: Nulli fortuna tam dedita est, vt multa tentanti vbique respondeat. Cic.in Orat.pro Cluent.sic ait. Minus stultus est,cui nihil in mentem venit, quam ille qui quod stulte alteri venit in mentem,comprobat. [Sed ea gratia &c.) Arist.interrogatus,auctore Laërtio, quidnam mendaces lucrarentur, respondit: Vt cum vera dixerint, illis non credatur. Socrates apud Plat. in 2. de Rep. sic ait: An nescis, quod ipsum mendacium omnes homines dijque oderunt?

GLAREANVS.

PRIMVM carmen fragmentum est, vt diximus, vltimi carminis prioris scenæ. Deinde sequitur adhuc vnus scazon, in quo Vxor abundat, vt rectè annotauit Doct. satis enim notum erat Simoni,atque adeo Chremeti, qua de loqueretur Dauus. Reliqui omnes sunt tetrametri iambici acatalectici præter extremos duos. Quanquam decimumtertium ab initio huius scenæ versum Doct.trochaicum tetr.cat. iudicarit,qui corripuit o, in audio. Sed cum alij omnes sint iambici, ego illum eiusdem iudico generis,presertim cum o in audio longari commode possit. In 7. ab initio scenæ,primo loco est dactylus,secundo proceleusmaticus. Nam propemodum habeo, iam tibi fidem. In 10. aut eliditur u,in quiui, aut s, in Istuc ait Doct. Ego malim creticum loco secundo. In 11. Introire trissyllabon est,vt superius in Act.2.Scen.2.quanquam ego loco quarto creticum malim. In hoc versu Mihi monosyllabon totum eliditur, perinde atque non adesset. Hem autem quod in sequente ponitur versu à superiore eliditur,aut extra versum est,vt sæpe. In 20.s,eliditur in Nullus. Vtrunque annotauit Doct. Penultimus versus est dimeter iambicus acat. vltimus est trochaicus tetrameter catal. qui τὸ mihi monosyllabon totum elisit. Quod si dissyllabum fuerit,sequente tantum elisa syllaba,carmen erit iambicum quadratum catalecticum vt multa præcedentia.

ACTVS III. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Stomachatur Pamphilus quod dolosum Daui consilium secutus, respondit patri se ducturum vxorem.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Quemadmodum hæc sequens scena perturbationis plena esset futura, supra posuit Poëta,cum ad consentiendum Daui consilio tardum induceret Pamphilum. Hic nunc indignatur Pamphilus Stomachaturq; quod seruo futili auscultauerit.

Tetrametri, Iambici, admixtis Trochaicis quibusdam.

PAMPHILVS, DAVVS.

BI illic scelus est, qui me perdidit? D. perij. P. atque hoc confiteor, Iure obtigisse: quandoquidem tam iners, tam nulli consili Sum, seruon' fortunas meas me commisisse futili?
Ergo precium ob stultitiam fero. sed inultum id nunquam à me auferet.
D. Post hac incolumem sat scio fore me,nunc si euito hoc malum.
P. Sed quid ego nunc dicam patri? negabon' velle me, modo
Qui sum pollicit⁹ ducere?qua fiducia id facere audeā?
Nec, quid me nunc faciam, scio. D. nec de me equidem, atque id ago sedulo.
Dicam aliquid iam inuenturum,vt huic malo aliquam producam moram. P. oh,
D. Visus sum. P. ehodum bone vir, quid ais? viden' me consilijs tuis
Miserum impeditum esse? D. at iam expediam. P. expedies? D. certe Pamphile.
P. Nempe vt modo. D. imò melius spero. P. oh, tibi ego credam furcifer?
Tu rem impeditam, & perditam restituas? hem quo fretu' sim,
Qui me hodie ex tranqllissima re cōiecisti in nuptias,
An non dixi hoc esse futurum. D. dixti. P. quid meritus es? D. crucem.
Sed paululum sine ad me vt redeam: iam aliquid dispiciam. P. hei mihi,
Cur non habeo spatium, vt de te sumam supplicium, vti volo:
Nanque hocce tempus præcauere mihi me, haud te vlcisci, sinit.

BI illic scelus est) Hæc scena,cuius perturbationis esse debeat,etiam supra poëta præstruxit cum ad consentiēdum Daui consilio tardum Pamphilum faceret. [Vbi illic scelus est) Accusatio. [Vbi illic scelus)Nimium terribile est,seuire ante,q̄ videas eum contra quem iraseris. [Vbi illic scelus est,) Ad intellectum,non ad verba redegit. & est figura συλλαβὴς per gña.Virg.Pars in frustra secāt.Sed hic figura est p numeros, nam quia scelus,sceleſtus intelligitur,modo qui subiunxit,non quod. [Tam iners)Sine arte. [Tam nulli consilij)Vna pars orationis est,nulli consilij. nos,nullius & solius. rectè aūt veteres, nullo nulli,solo soli declinabant. [Me commisisse)Non,cōmen dasse,sed cōmisisse. [Cōmittimus.n.quæ cū magno periculo volumus DON.

lumus esse seruata. [Futili?) Leui, nam à vase, quod futile dicitur, quod non deponunt ministri sacrorum quod est acuto fundo, & patulo ore. eoque instabile est. Virg. Consilijs habitus non futilis auctor. [Ergo precium) Precium pro stultitia, pœna est, pro virtute, præmium. Ergo precium generaliter pro bene, aut male facto redditur sed discernitur ita nam. precium pro stultitia, est pœna, precium pro virtute, honor est, & lucrum. [Precium ob stultitiam) Sic Plaut. locutus est, Precium ob asinos. pro, asinorum precium. Virg. Rem magnam, preciumque moræ fore. Et alibi, Illum Titides alio pro talibus ausis Affecit precio. & est figura ἐπαναφὸρὰ, vt apud Virg. Inuidisse deos patrijs vt redditus oris. [Posthac incolumem sat scio fore me) sic dicere solemus in magno periculo positi, nunquam nos periclitaturos, si illud periculum potuerimus euadere. [Posthac) Audacter se incolumem in futurum promittit fore, cum vita hominis tam varijs multisque sit periculis conferta. sed hoc dicit, Sic inquit, periclitor. si hoc euasero, scio me non postea periclitaturum. Menander sic * & est sensus, Tam difficile est hinc euadere, vt qui hinc euaserit, videatur immortalia futurus. [Dicam patri) Bene patri, non Simoni, vt de auctoritate huius nominis summus terror exurgat. [Modo pollicitus sum) Modo mire, etenim maiorem vim hũt recentiora promissa. [Modo pollicitus sum) Oratorie melius pollicitus sum dixit, quam si promisi, diceret. [Qua fiducia) Qua fiducia, ad personam suam retulit. & fiducia modo impudentiam significat. [Nec quid me nunc faciam) Nos, quid faciam, veteres autem me addebant. Et nota faciam, cum ablatiuo casu. Ablatiuus casus me. [Atque id ago) Id quæro, hoc est vt inueniam quid faciam. [Aliquam producam) Productem legitur, & perducam. Significat autem differam, protendam, prolarem. [Ehodum bone vir) Grauis interrogatio, & minantis cum iracundia. Et hoc εἰρωνείᾳ prosequitur, cum omne genus contumeliæ leue in eum dicimus, in quem se rimur iracundia. [Viden' me) Hoc est nunquid negare potes? [Impeditum esse?) Impeditus est proprie, qui ita pedes habet illigatos, vt progredi non possit. Sed hic ad negocium retulit. [At iam expediam) Non se defendit, ad emendaturum promittit. & bene ad impeditum, expediam retulit. duo permisit simul, & tempus cum celeritate, & effectum. [Imò melius) Bene Melius comparatiuo est vsus, quasi huc bonum sit, illud melius. [Furcifer?) Furciferi dicebantur, qui ob leue delictum cogebantur à dominis, ignominiæ magis, q̃ supplicij causa circa vicinos furcam in collo ferre, subligatis ad eam manibus, & prædicare peccatum suum, simulq. monere ceteros nequid simile admittant. Itaque, & Cicero de seruo, Quid inde furcifer? quo progreditur? [Impeditam, & perditam restituas?) Multum progressus est, impeditam dicere, modo perditam dixit. Sensus hic est, Integram perdidisti, & perditam restituas? [Tu) Hoc est, qui integram expeditamq. turbasti. [Quo fretu' sim) Est memor se ante dixisse, Dauum video, cuius consilio fretus sum. [Hoc futurum?) Vt ab illa excludat, huc concludar. &, Vide quo me inducas. [Crucem) plena satisfactio est, cõfectio peccati sine recusatione pœnarum. nam maiores eos reddimus quibus vultu operæprecium pro delictis nostris offerimus. Virg. Equidem merui, nec deprecor, inquit. [Ad me vt redeam) Redire ad se dicitur, qui animum recipit, & sedem mentis. Virg. Victus redit ad se. & hic de corpore dixit. Ad se autem redit, qui amens esse desistit. [Dispiciam) Dispicere est disquirere consilium despicere, deorsum aspicere. [Cur non habeo spaçium) οἰκονομία. [Nanque hoc tempus præcauere. Sic Virg. Sed motos præstat componere fluctus. & est συλλήψις, il lud enim cogit, hoc finit.

GVID. VBI illic est scelus) Syllepsis est per genera. Relatiuum non ad nomen scelus, sed ad rem refertur, & scelus pro scelerato posuit. [Tam iners) Hebes ac recuso ingenio. Rodol. Agric. lib. iij. dialecticæ, inquit, Et docere quidem rem facilem esse, & quam quisque tantum non incertissimæ mentis præstare possit. [Tam nulli cõsilij) Prisc. institutionum grammaticarum lib. ij. Tradit veteres octo illa nomina vnus, vllus, vter, nullus, totus, solus, alius, & alter, sic inflectere consueuisse, vt alia primi, & secundi ordinis. citat, & hunc Terentij locum inter exempla ex idoneis auctoribus. Trapezontio consilium quandoque significat vim, qua facile quisque aliquid perficere possit. [Seruon' fortunas meas Laur. Val. 2. Comment. Me ne incepto desistere victam, Nec posse Italia Teucrorum auertere regem? Hic placet, inquit, mihi vt subintelligas, vere ne ita est, me non posse Italia auertere regem Teucrorum? Plinius Iunior. Hominem ne Romanum tam græce loqui. i. vere ne ita est, vel oportuit ne, siue oportet. Terent. in And. Seruon' fortunas meas cõmisisse me futili? [Seruon' fortunas meas me commisisse futili) Me ne fortunas cõmisisse homini inimico eidemq. adeo nocenti, vt ne si velit quidem posset sibi temperare, quin alium mactet infortunio. Damnat his verbis suam stultitiam Pamphilus, & recte addidit futili. Qui enim salutem suã committit ei, cuius opera mox sit periturus, perinde facit vt ij, qui viuum, quod seruatum fideliter velint futili infundunt vasi, vnde continuo sit effundendum. [Futili). i. leui. Metaphora est à vase futili, & rimoso. [Precium ob stultitiam fero) Sero in vj. Aen. hunc locum citãs dicit precium pro pœna positum esse. [Id inultum nunquam à me auferet) Pro eo quod est, nunquam eo facto non punito abibit, sic loquitur & in Apelph Ni faciant, quæ illos æquum est, non sic auferent. [Posthac sat scio incolumem fore me) Ita dicere solemus in magno periculo positi nunquam periclitaturos, si periculum illud possimus euadere, satis audacter Dauus se incolumem post hac fore promittit, cum dubia incertis versetur vita periclis, cũ vita hominis tã varijs multisq. sit obiecta casibus. Locum hunc sic intellige, tam difficile est euadere, vt qui hic euaserit futurus videatur immortalis. [Modo qui sum pollicitus) Modo maiorem vim habet ob recentiora promissa. [Producam moram). i. vt huic pœnæ dilationem interponam. [Ehodum) Verbum est intentionem deposcentis. [Miserum impeditum esse) Donat. dicit eum proprie impediri, qui ita pedes habet illigatos vt progredi nequeat, sed hic ad negocium de nuptijs retulit Pamphilus, & Dauus non defendit, sed emendaturum se promittit. [Vt credam furcifer?) Subauditur verbum vis, vt sit, vis ò furcifer vt credam tibi hoc? Donatus adnotauit furciferos olim dictos, qui ob leue aliquod delictum cogebantur à dominis ignominiæ magis quam supplicij causa circa vicinias ferre in collo furcam ligatis ad eam manibus, & palam dicere peccatum suum simulque admonere ceteros ne tale quid admitteret. [Quo fretu' sim) Memi nit ante se dixisse, Dauum video, cuius consilio fretus sum. [An non dixi hoc esse futurum) Dixit in Sce. iij. Act. ij. vt ab illa excludat, hac concludat. [Quid meritus es) Priscianus participia pro verbis, ponunt, inquit Attici, faciunt idem, & frequenter Latini. Terent. in And. Quid meritus es, pro, Quid meruisti. Hoc Romani faciunt in omnium passiuorum, & deponentium & communium præteritis adiungentes verbum substantiuum. [Crucem) Plena satisfactio est, inquit Donatus, cum peccatum confitentes, pœnam non recusamus. Meretur veniam reus, cum ipse sibi pœnam eligit innocentiæ proximus est, qui culpam fatetur suam. [Crucem) Bene hoc seruus. Nam seruorum, non ciuium crucis erat supplicium. Hinc & Cic. in Orat. pro Rege Deiot. Quæ crux hinc fugitiuo potest satis supplicij afferre. [Haud te vlcisci finit) Quidam hunc locum sic explicant. vlciscor de te. i. contra te facio vindictam, vel accipio pœnam de te in vindictam.

ARGVMENTVM) Querela, & expostulatio Pamphili cum Dauo. [Vbi illic scelus) Scelus. pro scelerato per auxesin, & est metonymia. [Sed multum) Comminatio. [Posthac incolumem) Trepidatio Daui. [Sed quid ego) Instauratio querelæ per dubitationem. [Visus sum) Trepidantis. [At iam expediam) Promissio auxilij loco defensionis. [Oh tibi ego) Refutatio à persona, & antefactis. [An non) Amplificatio à præmonitione antegressa. LATO.

VBI illic scelus &c.) Illos stultitiæ suæ pœnas dare hæc scena docet, qui vilissimæ personæ freti consilio, ad id tandem, deueniunt, vt locum pœnitentiæ vbique relinquant, & merito ab omnibus qui recte sapiunt, in rebus agendis deridcantur. Quapropter Herod. lib. vj. Bene, inquit, consultare, maximum est lucrum, & rei consilio gestæ lætus plerunque est exitus. Cic. lib. j. Off. sic præcipit. Est igitur adolescentis, maiores natu veteri, ex hique eligere optimos, & probatissimos, quorum consilio, & auctoritate nitatur. ineuntis enim ætatis inscitia senum constituenda & regenda prudentia est. Socr. apud Plat. in eo Dialogo, qui Theages de sapientia inscribitur, sic ait, Consilium res sacra dicitur. Non est diuinius aliquid, de quo homo consulere queat, quàm eruditione sui ac suorum. PETR. MARS.

CARMINA sunt omnia Iãbica Quadrata Acatalectica præter vltima quatuor Trochaica Quadrata Catalectica, quanquam Doct. refragantibus prope modum omnibus exemplaribus, ea iambica facit vt priora. In primo carmine confiteor trisyllabon est. reor enim vnam facit syllabam. In 5. carmine, scio fore, proceleusmaticus est, & hoc, pronomẽ post deuito verbum ponendum. In vj. à fine hem additur extra metum, inquit Doct. In iiij. à fine Ioan. tollit es, vt sit Trochaicum Quadratũ Cat. vt diximus. In sequente legit, Sed sine paululum. & eris GLAR.

itidem

itidem trochaicum. In penultimo huius scenæ versus ad vt alterum, vt addit Doct. quod non habent veteres codices. In vltimo hoc tempus legendum, non hocce. Erunt itaque quatuor hæc trochaica, vt rectè indicauit. Ioan.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Hæc scenæ potißimum continet iurgium Charini in Pamphilum.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena elegans perturbatio est, in qua inter se Simo, Pamphilus, Dauus, Charinus, Byrrhia, Chremes, omnes omnibus redduntur offensi, sed potißimum Charini in Pamphilum continetur iurgium.

Trochaicis Iambici permixti, partim quidam Senarij, partim vero Tetrametri.

CHARINVS, PAMPHILVS adolescentes, DAVVS seruus.

OCCINE credibile est, aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam vt siet,
Vt malis gaudeat alienis atque ex incommodis.
Alterius sua vt comparat commoda? ah
Id ne est verum? imò id genus est hoïum pessumum,
Id denegando modo queis pudor est paululum:
Post vbi iam tempus est promissa perfici,
Tum coacti necessario se aperiunt, & timent,
Et tamen res cogit eos denegare. ibi
Tum impudentissima eorum oratio est:
Quis tu es? quis mihi es? cur meam tibi? heus,
Proxumus sum egomet mihi. attamen, vbi fides est,
Si roges, nihil pudet. hic, vbi opus est,
Non verentur: illic, vbi nihil opus est, ibi verentur.
Sed quid agam? adeam ne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expostulem?
Mala ingeram multa. atque aliquis dicat, nihil promoueris.
Multum. molestus certe ei fuero, atque animo morem gessero.
P. Charine, & me & te imprudens, nisi quid di respiciunt, perdidi.
C. Ita ne imprudens? tandem inuenta est caussa: soluisti fidem.
P. Quid tandem? C. etiam nunc me seducere istis dictis postulas.
P. Quid istuc est? C. postquam me amare dixi, complacita est tibi.
Heu me miserum, qui tuum animo ex animo spectaui meo.
P. Falsu' es. C. non tibi satis esse hoc visum solidum est gaudium.
Nisi me lactasses amantem, & falsa spe produceres?
Habeas. P. habeam? ah nescis quantis in malis versor miser,
Quantasq. hic suis cõsilijs mihi confecit solicitudines
Meus carnufex. C. quid istuc tam mirum est? de te exemplum capit.
P. Haud istuc dicas, si cognoris vel me, vel amorem meum.
C. Scio, cum patre altercasti dudum, & is nunc propterea tibi
Succenset, nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres.
P. Imò etiam, quo tu minus scis ærumnas meas,
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi.
Nec postulabat nunc quisquam vxorem dare.
C. Scio. coactus tua voluntate es. P. mane,
Nondum scis. C. scio equidem illam ducturũ esse te.
P. Cur me enicas? hoc audi. nunquam destitit
Instare, vt dicerem esse ducturum patri:
Suadere, orare, vsqueadeo donec perpulit.
C. Quis homo istuc? P. Dauos. C. Dauos? P. Dauos omnia.
C. Quam ob rem? P. nescio. nisi mihi Deos satis
Scios fuisse iratos, qui auscultauerim.
C. Factum est hoc Daue? D. factum est. C. hem quid ais scelus?
At tibi dij dignum factis exitium duint.
Eho, dic mihi, si omnes hunc coniectum in nuptias
Inimici vellent, quod, nisi hoc consilium, darent?
D. Deceptus sum, at non defatigatus. C. scio:
D. Hac non succesit, alia aggrediemur via:
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum.
P. Imò etiam: nam sati' credo, si aduigilaueris,
Ex vnis germinas mihi conficies nuptias.
D. Ego Pamphile hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus, pedibus, noctesque, & dies
Capitis periculum adire, dum prosim tibi.
Tuum est, si quid præter spem euenit, mi ignoscere.
Parum succesit quod ago, at facio sedulo.
Vel melius tu aliud reperi, me missum face.
P. Cupio. restitue in quem me accepisti, locum.
D. Faciam. P. at iam hoc opus est. D. hem, st, mane: crepuit à Glycerio ostium.
P. Nihil ad te. D. quæro. P. hem, nunccine demum?
D. At iam hoc tibi inuentum dabo.

DONATVS.

OCCINE credibile est) Elegans perturbatio, in qua inter se Simo, Pamphilus, Dauus, Charinus, Byrrhia, Chremes, omnes omnibus redduntur offensi. [Hoccine credibile est) Et incredibile est, inquit, & nefandum. econtrario enim ab interrogatione quadam incipiunt, qui nimis irascuntur. & illud, Hoccine humanum factum. Et totum hoc in pronunciatione est. hoc. n. genus interrogationis vim negandi exprimit. [Hoccine credibile est) A generalitate incipit, vt Cic. Quàm facile serpat iniuria & peccandi consuetudo, quàm non facile reprimatur, videte iudices. [Cuiquam siet) Singulari & plurali numero respondet. [Vt malis gaudeat) Cum dixisset Cuiquam, intulit numerũ pluralem. vt alibi, Si quisquam est qui placere se studeat bonis Quamplurimis, & minime multos lædere: In his poëta hic nomen profitetur suum. [Vt malis gaudeant) Legitur & gaudeat. [Ex incommodis. Alterius) Et hic, gaudeant, subauditur. [Sua vt comparet) Hoc est acquirant, vel æstiment. [Atque ex incõmodis. Alterius sua comparent vt commoda?) Hoc est, non intelligunt cõmoda sua, nisi ex alterius incommodis ea æstimauerint. [Id ne est verum? imò id genus) Alij sic, Verum est hoc genus hominum * hominem se probauit esse, cum maius sit, & sic contra hoc, Imò non hoïem, sed pessimum hominem

se

se probauit. [Id ne est verum? imò id genus) Parum accusauerat,dicēs,Id ne est verum hominum genus?& ideo addidit,Imò id genus hominum est pessimum,vt hoc facere,nō hominis modo sit,sed pessimi hominis. [In denegando modo) Modo, pro tantummodo. [Queis pudor paululum adest) Adest pudor,ne denegēt,non adest, vt,& præstent. [Post vbi iam tempus) Deest est,vt sit,tps est. [Necessario se aperiunt) Mire ait necessario,qa sunt tales,necessitas autem in natura est constituta. [Aperiunt) Mire,aperiunt,qn̄ tunc cum promittebant,mali erant,sed latebat malitia intra pectoris altitudinem. [Et timent, Et tamen) Bis numero subauditur denegare.Et melius timent,q̄ si diceret. pudet eos.nam timor,est malorum,pudor tn̄ bonorum. [Res) Malitia.s.tāquam mali sint ad rem quam præstare non possunt. [Quis mihi es? quis tu es?) Quis tu es,ad dignitatem refertur. qs mihi es,ad necessitudinem.i.frater,aut cognatus.Et hæc verba,mollia sunt dictu,sed animo aspera. [Cur meā tibi?) ἐπιπλήξις [Heus, proximus sum) Heus significatio est modo nominis ad intentionē considerationemq̄. reuocandi.[Proximus sum ego met mihi).i.carior mihimet ipsi sum quām quisquam alienus. [Proximus) Carus,beneuolus. & hoc est quod ait supra, Quo æquior sum Pamphilo,si se illam in somnis,quam illum amplecti maluit.Inde proximi &propinqui dicuntur,q nobis cari esse debent. [Nihil pudet) Pudor est mali facti,Verecundia,recti & honesti.Ergo mire posuit.[Si roges) Abūdat,si roges,sed πλεονασμῶς additum est. [Hoc) Vbi promiserant. [Illic,vbi nihil opus est, ibi)Illic & ibi aptum iraſcēti repetitionis genus. [Hic vbi opus est)Saluo pudore [Illic)Legitur & illi.[Vbi nihil opus est) Vbi nondum promiserunt,ibi verentur,quod ait supra,In denegando modo quis pudor est paululum.[Adeam ne ad eum?)Hic locus deliberationis est,an adeat ad Pamphilum. & vnum ad abūdat,& moraliter verba Charini sunt posita.[Iniuriā)Pro de iniuria.[Expostulem?) Expostulatio est aduersus eum quem incusamus.nam expostulare,est querelam apud eum ipsum deponere,de eo ipso qui fecit iniuriam. Postulare autem,querelam dicere de altero apud alterum.[Ingeram mala multa)Quasi tela, ita se dicit ingesturum mala. [Atque aliquis dicat nihil promoueris)h.d.Etsi exīstat aliquis qui mihi dicat,quid profeceris? respondebo,Multum.[Multum)Non subiunxit,quo modo multum? sed illud faciam.[Multum)Subauditur,promouero.[Molestus certe ei fuero) Transitum fecit dicendo,Molestus certe ei fuero, hoc est si nihil aliud ꝓmouero, certe ei molestus fuero. [Atque animo morem gessero) Erit fructus iracundiæ ex vindicta. Et per iracundiam atque turbationem non inuenit,quod sit multum,aliud ergo inuenit,molestus certe ei fuero.[Charine & me & te) Mire, & artificiose fecit Pamphilum priorem alloqui ad perfringendam iracundiam Charini. alioquin si prior vocifer rari potuisset, tragica exclamatione vsus fuisset. [Imprudens,) Defensio ab imprudentia. etenim nisi bonæ esset conscientiæ, nunquam diceret, te perdidi purgaturus. [Ita ne imprudens?) Imprudens,distingue,& attende hoc illum repetere,quod indignatur magis,quasi audierit imprudens,& nō audierit reliqua. [Ita ne imprudens?) Quia articulus omnis defensionis per concessiuam qualitatem hoc dicto est cōstitutus, iccirco hoc ipsum Charinus per infirmationem repetit,hoc cupiens eripere Pamphilo quo ille maxime nititur.[Qui tuum animum)Legitur & Cum. [Falsus est) Modo participium est.i.falleris,si Pamphilū dicit. Si vero coniungitur,pro fallax accipitur. [Hoc solidum) Solidum.plenum,idoneum,integrū.[Nisi me lactasses) Produxisses,oblectasses,induxisses. quæ significatio frustrationem ostendit. Lactare,est inducere in aliquam voluptatem. à lactando, vnde & oblectare dicitur. [Habeas) Permissio animi irati. Habeam? vt supra,Aut si tibi hæ nuptiæ sunt cordi. P. Cordi? [Hic suis consilijs mihi conf.)ἀφωνία.Dixit vt supra,Cuius consilio fretus sum.Et cum verset protulerit,conficiat debuit inferre.est ergo ἀναπόδοτον. aut vt est illud,principio,amico filiū restitueris.Tibi generum firmum & filiæ inuenies vtrum.[Confecit)Legitur & conflauit.[Solicitudines)Perturbationes. [Meus carnufex).i.in me carnifex qui me torserit. vt alibi, Deo irato meo,hoc est in me irato Deo.[De te sic exemplum capit)Vtrū, si te imitatur,an si de te exigit pœnas? vt ipse alibi,Vterq̄. exempla in te edēt. sed melius,te imitat,accipimus.[Haud istud dicas si cognoris)Nosti enim sed si cognoris,non ita dicas.[Cū patre altercasti) Ab ijs quæ facta sunt,ad ea quæ facta nō sunt. [Cū patre altercasti)Legitur & altercatus es nō enim alterco dicimus. [Nec te quiuit hodie cogere) Hoc argm̄ attulit ex ijs, quæ non facta, cum fieri debuerit. [Imò etiam,) Propterea & amplius. [Imò etiam,)Deest,audi.[Quo tu minus scis) Quo.i.ꝙ & deest,audi,vel accipe,vt sit,ꝙ,vel quoniā minus scis. Vel quo.i.ex quo,aut quare,aut certe erit sensus,cum huiusmodi tamen subauditione,Imò etiam quo tu minus scis ærumnas meas,eo magis audi. Aut,Imò etiam hæ nuptiæ non parabantur mihi, quo ipso minus tu scis ærumnas meas.i.falsæ nuptiæ erāt,quæ res te fallit magis,iraſciq̄. mihi cogit merito. [Hæ nuptiæ) Legitur & hæc nuptiæ.sic.n.veteres dixerunt.[Non apparabantur)Apparari cum datiuo casu semper cladē &perniciem significat.vt Virg. Mihi sacra parari.[Coactus tua voluntate)Hæc est accusatio.ille enim excusat per imprudentiam,hic arguit voluntatem. hoc ergo dixit,Eo grauius,quo nullo cogente peccasti. [Cur me enicas:)Excrucias.[Instare,Suadere,orare,) Quia dixit,instare,suadere,orare non plus dicere posset,quando,nihil potest esse.[Dauos?) Dauus,cum admiratione pronunciandum. [Interturbat omnia)Deerat,vt & hic,Dauus,dicere,sed plus intulit,interturbat.Et inter,modo non mediocriter,significat,est enim adaucta particula. vt interfectus,interemptus. Modo post,vt,Nunc inter,fluuio Tyberinus amœno Vorticibus rapidis, & multa flauus arena In mare prorumpit.[Nescio)Quia iraſcitur Dauo,dixit nescio, alioqui sit. [Nisi mihi Deos satis scio fuisse iratos) Deest.quia,vt sit,nisi quia.[Factum est hoc)Non ꝙ non credat, interrogat,sed quod increpat.[At tibi dij) At principium increpationi aptum,vt Virg.At tibi pro scelere.& Horat. At ò deorꝙ squis in cœlo regis Terras,humanum genus. [Eho dic mihi) Ego interiectio est intentionem audientis exposcēs. [Dic mihi) Semper τὸ dic mihi,iniuriosum est,vt Virg. Dic mihi Damœta, cuium pecus?[Quod,nisi hoc,consiliū darent?) Cum odio Hoc pronunciādum est.Ideo Coniectum dixit.[Deceptus sum) Cōcessio. [Scio) τὸ Scio,non ad deceptionem sed ad defatigationē reddit. ergo cum ἀφωνία,sonandum.[Hac non successit)Deest, quod conabamur.& proprie de bono sic dicitur.[Alia aggrediemur via)Vel adoriemur.i.enitemur.Adoriri proprie dicitur repente ex insidijs aliquē inuadere. [Hoc tibi pro seruitio debeo) Seruitium pro seruitute posuit:vt,Seruitio enixe tulimus. [Conari manibus pedibus)Ad id intulit quod ait supra,Quem ego credo manibus,pedibusq̄. obnixe omnia facturū.Et accusatiuo casu siue intermissione significat,Noctes &dies [Manibus,pedibus)ὑπερβολικῶς.[Præter spem euenit)Euenit,productum magis, quia hoc perpetuo non vult Pamph.accidere. Ergo euenit,non autem euenit media correpta.[Parum succedit quod ago)Si nostrum est officia præbere, at nostrum non est fortunā posse præstare.Et bene succedit,vt quod agimus,ostēdat successus esse fortunæ.[Sedulo).i.ex animo &sine dolo.[Me missum face).i.noli vti opera mea.[Parum successit quod ago)Vtilis sentētia pro sapiente contrā fortunam. [Restitue in quem me accepisti locū) Sensus hic est,Omnia mihi integra salua redde, qualia tibi tradidi cōsulturo,vel cum nihil promisissem patri. [Hem,sed mane) Hoc quasi incipiētis, demonstrantisque aliquid noui se inuenisse. [Nihil ad te) Hæc enim ad cogitantem nihil pertinere oportuit.[Nunccine demum)Pro denique. [At iam hoc tibi inuentum dabo) Consilium .s. quo in pristinum locum restituaris.

HOCCINE est &c.) Elegans perturbatio in qua inter se omnes omnibus reddūtur offensi Cat.Hoccine.i.vtrum,hoc est credibile,q.d. est incredibile & nefandum,aut memorabile.i.memoria dignum,vt tāta vecordia.i.malitia cordis dicitur enim vecors malis cordis, sit innata cuiquam vt gaudeat malis alienis, atque vt comparet.i. acquirat assequatur, sua commoda ex incommodis alterius. Ah,dolentis interiectio,ne.i.vtrum id genus hominum est verum.i.verax,veridicum fidele,imò.i.sed id genus hominum est pessimum,quis.i.quibus hominibus pudor paululum adest,modo.i.duntaxat denegando.i.negent se facturos,post.i.deinde,vbi.i.quando tempus iam promissa perfici.i. præstari,tum.i.tūc ipsi coacti,necessario quasi ducti necessitate, se aperiunt.i.malitiam suam ostendunt quām prius texerant in pectoris altitudine, & timent denegare, & tamen res .i. malitia sua cogit eos denegare quod promiserāt ibi.i.deinde, oratio eorum est impudentissima.i.insolentissima petulantissima,quis es tu.i.qua dignitate polles? quis es mihi .i. frater, an cognatione iunctus? cur optas sub,vel petis tibi.i.pro te meā videlicet vxorem. Heus,hoc particula heus,hoc significationem hem reuocandi aliquem ad attentionem, siue considerationem eius quod statum est dicendum,egomet sum proximus.i.charus, beneuolus, mihi idem proximi & propinq̄ dicuntur q nobis chari esse debent attamen.i.sed tamen si percuncteris,vbi est fides.i.fidelitas,veritas,constantia dictorum & commentorum. nihil, illic, pudet.i.nullo afficiuntur pudore, vbi nihil potest capi pro non aut genitiui casus esse potest,quasi nullius rei eos pudeat,aut no

GVID.

minatiui

minatiui & tunc pudet personale verbũ est. Hic vbi est opus vereri denegare videlicet vbi promiserunt nõ verentur denegare. Illic vbi nihil.i.non est opus.i.vbi nondũ promiserunt ibi verẽ tur denegare. Sed qd agam? Adeam ne ad eum, alterum ad abũdat, vt expostulem.i.conquerat hanc iniuriam .i. de hac iniuria cum eo Pamphilo expostulare est querelã apud eum ipsum deponere qui fecit iniuriam, postulare autem est querelam dicere de altero apud alterum, & vt ingeram .i. injciam. mala multa tanquam tela illi Pamphilo, q. d. vt multis probris eum afficiã, atque aliqs dicat expostulando & ingerendum mala multa, nihil promoueris.i.profeceris, vel ꝓfueris, & quod vulgo dici solet, nihil lucraberis. Respondeo subaudi quod multum promoueo, inquam.i.profecero, quoniam certe .i. saltem fuero molestus ei Pamphilo .i. eum saltem aliqua affecero molestia, atque amorẽ gessero.i.complacuero obsecutos fuero, satisfecero animo meo. P. O Charine ego imprudens.i.male prouidus & incautus male prospiciens rebus meis, perdidi .i. destruxi & me & te, nisi quid.i.nisi aliquantulum dij respiciunt nos .i. nisi dij sint adiutores, q respiciendo mortales iuuant. C. Ita ne.i.vtrum est ita & distinguendum est hic, atque subiungendum imprudens me perdidisti inquam, q. d. non imò consulto id effecisti tandẽ causa.i.occasio inuenta est, vt me perderes soluisti.i.fregisti, vio lasti, non præstitisti fidem .i. sanctam promissionem, vel soluisti fidem .i. fidelitatem quàm iuncti eramus tanquam vinculo quodam, & similiter soluisti fidem.i.promissionem. Nam promissionibus obligantur homines vt patet in iure de stipulationibus, & ideo soluitur fides quando non præstatur, sed contemnitur. P. Quid tandem? ibi tandem hem quiddam vrgens & accelerans responsionem.i.responde paucis & sine lõgis ambagibus cur soluerim fidem. C. etiam postulas.i.contẽdis seducere me, nunc.i.me decipere istis dictis .i. tuis verbis. P. Quid istuc est? C. postquam me amare dixi.i.amore capi. ipsa amica complacita est tibi.i.placuit tibi vt & mihi Heu me miserum.s.dico, vel fateor me miserum & clamando proferendum est me miserum, qui spectaui.i.consideraui animum tuum ex animo meo.i.puta ui te gestare animum adeo fidelem vt ego habeo, conjecturã.n. ex meo animo capiebant. P. Falsu' es .i. deceptus ò Charine q eam de me habes opinionem malam. C. non ne hoc gaudium .s. eam habere quã amo visum est tibi satis solidum.i.integrum idoneum plenum nisi lactasses.i.ꝓduxisses, induxisses, oblectasses & tuis suauibus sermonibus me fouisses, & allexisses. Interdum enim lactare vltra notam significationem est inducere in aliquam voluptatem à lactando, vnde & oblectare dr nisi ergo lactasses me amantem.i.amore captum & produceres .i. produxisses me, spe.i.expectatione falsa.i.fallaci & decipienti, ibi enim falsus actiue capitur, sed superius passiue habeas ꝓmissio animi irati. P. habeam? id est dicis vt habeam ah, interiectio dolentis, ne scis in quãtis malis ego miser verser.i.assidue sim & voluter, & quanta solicitudine. Meus carnufex.i.tortor in me qui videlicet ira me torqueat, quasi faciens carnẽ carnifex dicitur, mortuorum.n.potius caro est vt corpus viuorũ. Quãtas soli. Meus carnufex.i.carnifex in me conferit.i.comparauit, contraxit mihi cõflauit mihi suis ꝓsilijs.i.suasionibus. C. qd istuc .i. cur istud est tam mirum si capit exemplum de te.i.si te imitat. P. Haud istud dicas, si cognoris, per syncopem, pro cognoueris me .i. ingeniũ meum, siue naturam & amatorẽ meum, quo complector Glyc. C. Scio, ꝙ sup. altercasti, alij altercatus est, nam alterco non dicimus.i.contẽdisti dudum.i.paulo ante cum patre, & is pater propterea nunc succenset.i.irascitur tibi, nec quit.i.potuit cogere te hodie vt duceres illam Philumenam. P. Imò etiam.i.sed ẽt vel præterea, aut amplius hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Apparari cum datiuo casu semper cladem, & perniciem significat, vt Virg. mihi sacra parari, qđ.i.quare.s.ꝙ ignoras illud, tu scis me lius meas ærumnas.i.miserias, nec qlquam postulabat, nunc dare vxorem. C. Scio: q.d.intelligo bene ꝙ coactus est tua solius voluntate. P. mane.i.auscultas adhuc parum, nec discede nondum.i.non adhuc scis rem vti est. C. eqdem .i. ego qdem, scio re esse ducturum illam Philumenam. P. Cur me enicas? .i. crucias, hoc audi nunquam, subaudi Dauus, destitit.i.cessauit. Instare.i.instanter vrgere suadere tanquam parem, orare tanquam superiorem vt dicerem patri me ducturum, vsque adeo.i.intãtum, vel cousque donec.i.quousque perpulit.i.impegit impulit.i.me ad id faciendũ. C. Quis istuc homo est? P. Dauos. C. Dauos? P. Dauos omnia.i.valde turbat omnia.nã inter hic est particula auctiua adeo vt non pro mediocri significatione sit, sed ꝙ maiorem habere non potest vt interfectus interceptus nisi inter capiatur pro post, vt hunc inter flu.tyb.amore. C. Quam ob rem? P. nescio. Nisi mihi deos satis Scio fuisse iratos, qui auscultauerim.i. obediuerim ei seruo. C. Factum est hoc Daue? D. Factum est. C. hem, indignantis particula, ò scelus .i. scelerose sere, quid ais? At dij duint.i.dent tibi exitum dignum.i.pernicie dignam factis. Eho, interiectio intentionem audientis exposcens, die mihi, hoc semper iniuriosum est, si omnes inimici vellent hunc esse coniectum in nuptias quod consilium darent? nisi hoc quod dedisti. D. Deceptus sum, at non defatigatus .i. non ita fractus, vt nullas alias vias proseq velim, imò ad alia experienda paratus sum. C. scio.s.non esse fatigatum. C. Non successit.i.quod conabamur non prospere cessit hac via.i.hac ratione, aggrediemur.i.adoriamur & enitamur alia via. Nisi id putas, quod seqtur videlicet qa primo parum processit.i.parũ habuit momento quod moliti sumus hoc malum iam non posset verti ad salutem.i.ad prosperitatem & incolumitatem. P. Imò etiam, nam sati' credo, si aduigilaueris .i. dederis operã, adhibueris ingenium quod supp. cõficies mihi geminas nuptias.i.binas ex vnis nuptijs, q.d. vigiles scio te adeo mala mea posse augere, vt ex eo vno malo ad duo me deducas, ita ꝙ si nõ satis vnis crucier nuptijs binas mihi conficies. D. Ego Pãphile hoc tibi pro seruitio debeo.i.ꝓ seruitute videlicet conari. manibus, pedibus .i.omnibus membris & viribus totis. noctesque & dies.i.omni tempore adire periculum capitis.i.subire mortis periculum, dũ .i.dummodo, prosim tibi.i.sim vtilis tibi. Tuum est.i.tuum officium est tuæ, per.s.mi ignoscere, si euenit præter spem .i. contra opinionem, & voluntatem meam si id, quod ego.i.molior, Parum succesſit.i.parum ꝓspere cadit, ad facio sedulo .i. ex animo quasi sine dolo & instanter. Vel melius tu.i.tumet facis subaudi. Vbi vel posset correctiue capi, q. d. id, quod molior sedulo.i.facio, Vel potius tute ipse facis, quòd per me nihil feciſſet nisi promisisset te ducturum vt ego suadebã, Vel tute sup. facis melius quàm ego. Deinde eius mente occurrit qdquam quod ei placebat ad turbãdas nuptias. s. prolatio pueri ad hostium, ideo subdit reperi accepisti.i.aliud excogitaui & commẽtus sum, missum face, me.i dimitte me vt inuentum prosequar, neque vtaris opera mea. P. Cupio.i.ego volo, sed restitue in quem me accepisti, locum.i.in eum statum in quẽ me accepisti vel omnia mihi integra & salua redde qualia tibi tradidi consulto. D. Faciam .i. te restituam. P. at iam hoc opus est. vt hoc sit nominatiui casus, vel opus est hoc in ablatiuo. D. hem, st, mane, q. d. patientiam habe modi cum iam enim qdquam noui mihi occurrit ostium à Glycerio cum.i.Glycerium ostium apertum est. P. Nihil ad te spectat sub.si ostium Glycerio crepuit, q.d. nihil ad inuentionem tuã apertio illius ostij facit. D. quæro.i.inuestigo animo meo consilium quo restituaris in pristinum statum. P. Hem, dolentis, vel indignantis particula, nunccine demum? .i. vtrum nunc denique quæris sub. consilium & intentionem vt restituat in pristinum statum, q. d. adhuc incipis cum iam consilium excogitatum, & inuentum esse fore opus. D. at iam .i. statim nunc dabo tibi hoc consilium. s. quo restituaris in pristinum statum. inuentum .i. excogitatum.

ARGVMENTVM) Querela & expostulatio Charini cum Pamphilo, & est epitasis vtriusque partis fabulæ. [Hoccine credibile) Ab exclamatione incipit, & inuidiam commouet. [Id ne est) Affectus per locum communem à perfidiæ detestatione. [Quis tu es?) Rem accendit prosopopœia. [Sed quid est) Dubitatio. [Atque aliquis dicat) Obiectionis occupatio, quæ soluitur ab vlciscendo voluptate. [Charine, & me) Confessio deprecantis. [Soluisti fidem) Propositio criminis nam querela quę præcessit exordij loco fuit. [Me subducere) Subducere.i.fallere sic Græci ὑπάγειν. [Non ne tibi) Amplificatio à modo facti. [Habeas) Concessio indignantis. [Scio cum patre) Ironia. [Scio, coactus) Et hoc irrisorie, & ad prouerbialem & figuram, nolẽs volens respicit. [Instare, vt dicerem) Congeries ad vehementiam, nam accusatur Dauus, & in eum crimen transfertur. [Deos iratos) Lege Prouerb. Doct. Genius malus. [Imò etiam) Redargutio vrbana per ironicam assensionem, sententia in contrarium decora. [Ego Pamphile) Deprecatio Daui à fortuna. [Facio sedulo) .i. sine dolo. LATO.

HOCCINE credibile est, &c.) Fidem non esse violandã, ac retinẽdam esse in rebus omnibus, vt oportet verecundiam & pudorem, docet hæc scena, quoniam vbi non est fides, iustitia locum non habet, fidus amicus in aliqua difficultate cognoscitur. Vnde Plat. lib. j. de Leg. Testem habemus poëtam Theognidẽ, ciuem Megarensem ex Sicilia, qui ait: Fidelem virum omni argento atque auro in seditione meliorem. Est autem, inquit Theognis, maxima virtus illa fides, quæ maxime in periculis lu PETR. MARS.

cet,quam iustitiam perfectam quis nominabit.Et M. Cicero dicit in Off. Fidem esse iustitiæ fundamentum,& ita dici, qm̃ fiat quod dictum est. Et vbi non est pudor,illic regnat impudentia, quo vitio nullū est tertius, nullum humanis moribus ac ciuili disciplinæ perniciosius.Vnde Sen.lib.j.epist. Verecūdia bonum in adolescente signum.Et lib.12.Verecūdia malis conatibus obstat Xenophon lib.j. Ingratitudinem potissimum impudētia sequitur, quæ ad omnem turpitudinem maxima est dux. Et lib. viij. pudentes quæ turpia sunt,in propatulo fugiunt,temperantes vero ac pudici, etiam in obscuro. Plat.in j.de Leg. Legislator pudorem colere debet ac honorare,confidētiam vero huius cōtrariam impudentiam nominet,ac maximum priuatim &publice malum hominibus arbitretur.Nihil aliud est pudor,inqt, nisi timor infamiæ. Expostulare iniuriam, est cum querela aliquem exponere. [Nisi me lactasses,&c.) Sex. Pompeius sic ait, Lacit,inducit in fraudem. Vnde lactat,illectat, delectat, oblectat. [Tu minus scis &c.) Aerumna ægritudo laboriosa. [Hac non succesſit,alia &c.) Senec. lib. iiij. Epist. Non potest fieri,vt non succedat aliquando multa tentanti.

GLAR. HIC mihi hoc pfari necesse est, cum Doct. de huius scenæ versibus primis,etiam dum viueret nobis non conueniſſe,& certatione ea de re orta, qp ille Priscianum haberet auctorem, ego Terētianum. Quāquam quod Doct.de creticus scripsit,vbi Priscianus tradiderit,nondum scire potui,& tū ex eo, vt mihi indicaret,quęrere neglexi.Cretici non continuati,sed spatsim in omnibus fabulis reperiuntur,vbi tamen synæresi sæpe, aut consonantium elisione tolluntur, quod per totum hoc opus ostendimus. Porro cum creticus identidem objceret,ego vero contra in dimetris,trimetris, ac tetrametris eandem trochaicorum carminum rationem ex ipso Terentiano contēderem, quæ esset iā bicorum, modo in his acatalectica ratio in trochaicis catalectica obseruaretur. Quod ipse Terentianus ad longum deducit, vbi trochaicum ex iambico fieri ostendit,dimetro trochaico semel vsum esse Horatium. Non ebur neque aureum, ex tribus trochæis atque syllaba (Quanquā ibi quidam aliter mensi sunt, sed perperam,vt in eundem auctorem, annotationibus scriptis ostendimus) Talem ipsum Doct.superioris actus scena secunda iudicasse, Quid ais? cum intellexeras. Nos tñ eo in loco duos trimetros facere vbi ille dimetrum,& tetrametrum Hæc,& quæ dam alia cum ,p meæ opinionis defensione adduxissem, illa surda aure audiebat. Itaque ipse huius scenæ xiij. primos versus ita tractauit,vt sæpius mecum mirari soleam, qd ei tunc venerit in mentem.Sed ita Hercules natura comparatum videmus,vt maioris existimationis homines, nonnunquam minores, ēt bene admonentes grauatim audiamus, maxime vbi de ingenijs negocijs contētio incipit. Adeo victoriæ est cupida humana imbecillitas. Sed de hoc proœmio satis. Nos itaque dicimus 13. ab initio huius scenæ versus esse trochaicos trimetros catal. Quod aūt nemo hac ætate hoc scripto prodere voluerit, in causa fuisse error eius carminis insolentiam. Semel .n. ex proposito quod constet hic poēta vsus hoc gñe est,alibi,nisi aliquoties vno, aut altero, nusquam alioqui per scenam hoc trimetrum vsurpauit. Fortassis, & hoc impedimenti affuit, quod primus huius scenæ versus vna syllaba,nempe tertia,claudicare videtur.Vnde & Doctor. iambicum pentametrū perperam iudicauit,cū nullus talis sit apud hunc Poētam, quod equidem sciam. Quanquam si ita esset vt Doctor. mensus est,esset potius dimeter hypercatalecticus.Nam in iambicis,& trochaicis bini pedes in singulas veniūt mensuras,non singuli pedes. Atqui eam syllabam tum cæsura, tum positione ad caput sequentis dictionis longari posse crediderim,quod apud Græcos frequentissimum, apud Latinos non admodum, inuenitur tamen nec in comico duntaxat carmine, quod licentiosius est,sed in heroico, nec apud quoslibet proletarios tantum,sed apud ipsum adeo Maronem.Non mirum ergo ausum hoc quoque Terent. q in carmine nihil propemodum non audet. De ipsis versibus nunc sigillatim dicendum. Et Lectori sanè liberum fuerit sequi quod volet, mea parui referret. Spero tamen fore postquam omnia diligenti examine perpēderit, certo existimaturum nos non prorsus hæc somniasse. Ipse hercle Doctor. de metris in præfatione Terentij cum quædam de creticus dixisset,meo qdem iudicatu plane nihil ad rem faciē tia,tandem subiungit id,quod mecum certauit,Quidam tamē, inquit,malunt hic esse trimetros trochaicos catal. [Hoccine credibile est aut memorabile) Primus itaque versus non est iambicis pentameter,vt existimauit Doct.sed trochaicus trimeter,habens primo loco trochæū,secundo spondeum,tertio anapestū, quarto dactylum,quinto trochæum,ac deinde syllabam. In secundo versu primo loco est dactylus. prima.n.de Vecordia est breuis, quippe quæ à ve non à væ deriuetur. Secundo loco est trochæus,tertio spondeus,quarto anapæstus. Cuiquam.n.trisyllabon est hoc loco. Vltimo sequitur trochæus ac syllaba. Tertius versus primo loco habet trochæum,secūdo spondeū, in tertio, si gaudeat singulariter legatur erat anapæstus, sin gaudeant pluraliter,vel e,eliditur,vt sit spondeus,vel bacchius est loco tertio,deinde quarto loco rursus spōdeus, quinto iambus cum syllaba. Quartus versus initio duos dactylos habet,Alter ius sua, Deinde tertio loco trochæum,Compa.Quarto,si comparet singulariter legatur,erit tribrachys,vel anapæstus ret vti.Si pluraliter,dactylus erit rent vti. Deinde rursus trochæus cum syllaba, siue,quod idem est,creticus.ergo vti aduerbium post comparēt verbum legendū.In quinto versu legendum initio,Id ne est verum?vt sint initio duo spondei,tertio loco dactylus,quarto anapæstus,& ad finem rursus trochæus cū syllaba.Sextus versus initio duos habet trochæos. Tertio ac quarto locis anapæstus, ac rursus vltimo trocheum cum syllaba.In septimo versu si Est omittatur,aduerbium Iam ponendū est ante participium promissa Sin verbū Est non est omittendum, ipsum quidem post participium collocat Ald. lib. & placet. Octauus versus trochæum habet initio,loco aūt secundo,si tertia syllaba in Necessario lōga est,cretico erit loco primo,sed secundo, ac tertio trochæus, quarto anapæstus. In nono versu deest Doct. aliquid in suis creticis. Nam pro quarto,inquit, cretico posuit iambum. Nobis in trimetro trochaico catalectico nihil deest. In decimo versu idem ait tres esse creticos.Quod mihi nullo pacto vr̃,sed est eiusdem rationis cum alijs carmen,primo loco habens trochæum, secundo spondeum,tertio anapæstum,quarto spondeum, ita vt verbum Est legatur ante nomen,Oratio. Vndecimo versu,pro quarto cretico,inquit Doct.ponitur iambus.Quod mihi neutiquam videtur,sed est,vt ceteri,Trimeter trochaicus, habens primo loco trochæum. Quis tu. vbi u,in Tu corripitur propter vocalem sequentem,non eliditur. Loco secundo est spondeus, tertio anapæstus mihi es,vbi mihi dissyllabon, & posteriore breui,non elisa.Deinde sequitur trocheus cum cretico,cur,me,am, tib? hēus. In duodecimo rursus Doctor. ait quatuor creticos esse,mirabiles sane creticos,quos ego plane fateor me non intelligere. Ego primo loco constituo trochæum,secundo dactylū, tertio spondeum,vbi Mihi monosyllabum totum eliditur,quarto loco tribrachys est,vltimo sequitur creticus.In vltimo huius classis,primo loco est trochæus Siro. At in secundo loco, si leges nihil illos pudet, vt habent quidam vetusti lib. & mihi sane placet,erit dactylus,vel spōdeus (nempe nihil vel dissyllabo,vel nil monosyllabo)in tertio loco spondeus,in quarto anapestus, in quinto pro trochæo tribrachys, vt sæpe etiam in tetrametro huius generis. Ita habes candide lector meum de hisce versibus iudicium. Tu sequere quod tibi fuerit visum, nil offendat etiā si nemo subscribat nobis.[Non verentur illic,vbi nihil opus est ibi verentur) Hic versus trochaicus est tetrameter,Sed scazon,inquit Doct. Abundat enim acatalecticis tetrametris trochaici, vna syllaba. Quod si verent pro verentur legeretur,versus esset vere tetrameter catalecticus trochaicus, vt sunt qui sequuntur duo. Et sane hic mixta sunt carmina. Nam mox rursus duo sequentia sunt iambica quadrata acatal.

Multum molestus certe ei fuero,atque animo morē gessero.
P. Charine,& me,& te imprudens, nisi quid Dij respiciunt, perdidi.

Trochaicum inde sequitur,nisi quis Ita ne absq; elisione pro tribrachy legat.Rursus duo sequuntur iambica. Tertium trochaicum,hñs tertio loco trochæum,quarto ac qnto anapæstum. In quo pro q,alij legunt eum,ne q sit cum indicatiuo. Nam subiūctiuum postulat,vt paulo post qui auscultauerim.Quartum itē trochaicum,sed s,eliditur in Satis, nisi qs malit in Falsus. Duo reliqua item sunt trochaica, nisi qs Nisi iambum faciat. Nā sic prius iambicū quadratum fuerit. Post hos duos versus sequunt quinq; iambici tetrametri acatalectici,sed in primo,vel Suis est monosyllabum,vel creticus loco secūdo,in secundo Meus.Præterea d,in quid eliditur,meo iudicio,quanquam s,in Istuc,scripsit Doct.quanquam Bacchius primo ac tertio locis has elisiones tollit. [Imò etiam, quo tu minus scis ærumnas meas) Hic octo rursus sequuntur trimetri Iambici,in quorum primo s,elidtur in minus.In quarti autem versus primo loco Scio tu, anapæstus est,secūdo vero loco iambus sequtur, deinde creticus nisi Tua monosyllabum sit. Post hosce octo trimetros sequuntur duo quadrati iambici, quorum posterior multis modi in numerum poni potest. Nam per sex continuo iambos,tres spōdeos

& pyrrh

& pyrrhichium ſcandi poteſt. Vt ſit pentameter iambicus, qualis nullus eſt in hoc auctore, quod equidem ſciam. Poteſt item per quatuor triſyllabos pedes, & quatuor diſſyllabos ſcandi, quod placet. Vt primo loco ſit tribrachys, ſecundo anapæſtus, Tertio eliſa s, in ſatis, rurſus tribrachys, quarto rurſus anapæſtus, deinde tres ſpondei & pyrrhichius. Poſt hoſce duos verſus quadrates acatal. ſequuntur 17. trimetri iambici, in quorum quinto ni, legendum pro niſi. In nono s, eliditur in Satis ait Doct. Duodecimus eſſet heroicus ſi pro, noctesq. & dies, legas, noctesque, diesque. In 14. euenit mihi, legendum eſt, & Tuum monoſyllabon totum eliditur, niſi Bacchius loco primo, & euenit media producta, vt admonuit Don. nec ſiluit. Ioan. Vltimo duo ſunt tetrametri iambici, in quorum priore vel verbum Eſt omittendum, vel Hem extra carmen eſt, vt alibi quoq; ſæpe, nominatim ſcena præcedente, verſu ſexto à fine, vt admonuit Doct. eo in loco. Nam hic idem rurſus admonere omiſit. Sed & mane ſecunda correpta ſyllaba, vt in Vide, iube, caue, hic ſæpe facit poëta.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Pollicetur hic Pamphilus Myſidi, nunquam ſe deſerturum Glycerij̃, etiam ſi omnes homines ſibi eb id infeſtos ſit habitus.

ARG. PAVLI MALLEOLI

In hac ſequenti ſcena inſtauratio eſt adhortationis Pamphili per Myſidem. Opus enim erat rurſus adoleſcentem exhortari ad amorem Glycerij̃, ne ſub patris impulſione opprimatur frangatur. Itaque vtitur per Myſidem, ſpondet ſe nunquam amicam deſeruturum, etiamſi omnes homines ſibi eb id reddat infeſtos.

Iambici Tetrametri Catalectici.

MYSIS, PAMPHILVS, CHARINVS, DAVVS.

AM, vbi vbi erit, inuentum tibi curabo, & mecum adductum
Tuum Pamphilum: tu modo anime mi noli te macerare.
P. Myſis. M. quid eſt? hem Pamphile, optume mihi te offers? P. quid eſt?
M. Orare iuſſit, ſi ſe ames, hera, iam vt ad ſeſe venias:
Videre ait te cupere. P. vah, perij: hoc malũ integraſcit:
Siccine me, atq; illã opera tua nunc miſeros ſolicitari?
Nam iccirco accerſor, nuptias q̃ mi apparari ſenſit.
C. Quibu' quidem quàm facile poterat quieſci, ſi hic quieſſet.
D. Age, ſi hic non inſanit ſatis ſua ſponte, inſtiga. M. atque ædepol,
Ea res eſt, propterea q̃ nunc miſera in mœrore eſt. P. Myſis,
Per omnes tibi adiuro deos: nunquam eam me deſerturum,
Non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines.
Hanc mihi expetiui, contigit: conueniunt mores: valeant,
Qui inter nos diſſidium volunt: hanc, n ſi mors, mi adimet nemo.
C. Reſipiſco. P. non Apollinis magi' verum, atque hoc. reſponſum eſt.
Si poterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat,
Quo minus hę fierẽt nuptię; volo. ſed ſi id nõ poterit;
Id faciã, in procliui quod eſt, per me ſtetiſſe vt credat,
Quis videor? C. miſer æque, atque ego. D. conſilium quæro. C. fortis es.
Scio, quid conere. D. hoc ego tibi profecto effectũ reddam.
P. Iam hoc opus eſt. D. quin iam habeo. C. quid eſt? D. huic, non tibi, habeo; ne erres.
C. Sat habeo. P. quid facies? cedo. D. dies hic mi vt ſit ſati', vereor,
Ad agendum: ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas.
Proinde hinc vos amolimini: nã mi impedimẽto eſtis.
P. Ego hanc viſam. D. quid tu? quò hinc te agis? C. verum vis dicam? D. imò etiam
Narrationis incipit mihi initium. C. quid me fiet?
D. ſiho impudens, non ſatis habes, quòd tibi dieculam addo,
Quantum huic promoueo nuptias? C. Daue attamen. D. quid ergo?
C. Vt ducam. D. ridiculum. C. huc face ad me, vt venias, ſi quid poteris.
D. Quid veniam? nihil habeo. C. attamen ſi quid. D. age, veniam. C. ſi quid,
Domi ero. D. Tu Myſis, dum exeu, parumper opperire hic.
M. Quapropter? D. ita facto opus eſt. M. matura. D. iam inquam hic adero.

AM vbi vbi erit) In ſcena hac, inſtauratio eſt. DON.
adhortationis Pamphili per Myſidem. Opus eſt enim exhortari rurſus adoleſcentem, ne ſub patris oppreſſione frangatur. [Iam, vbi vbi erit) opportune rurſus æſtuante Pamphilo, amice mentio obijcitur per Myſidem, ne ſuccumbat ad nuptias patri, quãuis promiſerat patri ſe ducturum coniugem. aduerſus quam difficultatem, quia ipſius perſona non ſufficit, id agit vt ad Glycerium modo adducat Pamphilum, cuius affectũ excitat, non ex eo ſolum, q̃ eum puella vocat. ſed etiam q̃ deſiderat eum videre. [Vbi vbi erit) Vbi vbi, In prima parte vim ſuã tenet, in poſteriore productionem, & eſt quemadmodum vt vt, qua qua, vnde vnde, pro vbicunque, vtcunque, quacunque, vndecunque. [Iam vbi vbi erit, inuentum tibi curabo) Non ſolum ſe adducturã promiſit, ſed & tempus addidit. Et bene Tibi, quaſi amanti. [Anime mi) Mollis oratio, & fęminea multis implicata blandimentis. Ait enim, Tu modo anime mi. Mi, pro meus. [Integraſcit) Integratur, quod ad integrum redit, quod repetitur, quod inſtauratur. Virg. Ramoq. ſedens miſerabile carmen Integrat. [Solicitari?) Perturbari. [Hoc malum) Amor meus, aut Glyc. ſolicitudo, quã neſcire oportuit nuptias. [Quòd mihi apparari) Apparari ad honorem, & timorem refertur, & datiuo caſui ſubiũctum cladem, & perniciem ſignificat, vt Virg. Mihi ſacra parari. [Age ſi hic non inſanit ſatis) Hic excitus commit Charinum, ne fomenta iracundiæ Pamphilo præberet. Aut, ſi pœnitet te, quantum hic ſua ſponte inſanit. [Si hic non inſanit ſatis) ἐφρονεῖα eſt aut laus ad mitigandum Pamphilum. [Ea res eſt). i. nuptias apparari ſenſit. [Myſis) Aſſeueratio eſt ſi à nomine eius incipias, cum quo loqueris. [Per omnes tibi adiuro Deos) Ad, auctiua particula eſt, vt admirabiliter, valde mirabiliter, & aduerto. Et hoc ſupereſt amiſſa fide, vt adiurandum ſit. [Omnes homines) Mira verecundia, omnes homines maluit dicere, vt in his quoque parentes ſignificaret, quàm aperte dicere patrem, cuius metu promiſit nuptias. & eſt contra illud, Sed vim vt queas ferre. [Omnes homines) Ita dixit de vno, hoc eſt patre, omnes homines, vt idem alibi, O cœlum, ò terra, ò maria Neptuni. Nunquid & cœtum, Neptuni eſt? non vtique, ſed omnia hæc maria voluit eſſe, vt Virg. Omnia vel medium fiant mare. [Contigit) Quod vix euenit, contigiſſe dicitur. [Cõueniunt mores) Rectè & id, quod matrimoniũ firmat. [Valeãt) Hoc eſt abeant, recedant, quia & diſcedentibus & mortuis, vale dicitur, vt Virg. Salue æternũ mihi maxime Palla Aeternumq.

vale.Vel potius πρὸς ὑφημισμῷ, cum male optaturus esset,considerato patre παρασιώπησις locutus est . & non dixit . quod intenderat, pereant. Et attẽde quam moderate pluraliter dixerit,cum signifi caret patrem.[Valeant) Renunciationis & imprecationis est verbum.[Hunc,nisi mors,mihi adimet nemo)Etsi valeant,hanc,nisi mors,nemo adimet.Concessio hic est . hoc enim per concessio nem dicitur.[Hanc,nisi mos,mihi adimet nemo)Perseuerat, ne dicat pater,pro Non adimet pater. [Resipisco) Spiritum reuocat sensus.[Magis verum) Aut magis verũ,aut verius dicimus. [Vt ne pater)Vt ne,pro ne nõ.[Per me stetisse)Stetisse,hoc esse . vt Virg.Desertaq. montis Stat domus.Aliter,plenum est vt idẽ, Stant & iuniperi,& castaneæ hirsutæ. Aliter horreat,vt,Stant lumina flamma . & Lucil. Stat sentibus fundus . [Per me stetisse) Hoc est per me factum esse,ne fierent nuptię.[Miser eque,atque ego) Bene,atque ego,quia hic amore vexatur.Et intulit παρέλκον.Nam volebat Pamphilus sibi dici,fortis,quod illi tamẽ mox dicetur.Hic igitur aliter respondet,atque interrogat Pamphilus, ideo q̃ videat impossibile esse,palam resistere parẽti.[Scio quod conere) Sensus est,Scio quid est quid coneris,sed an efficere possis,nescio.[Scio quod conere) Si Pamphili est persona,cum ἐρωτᾶν dicitur . si Charini,simplex laudatio est . sed si Pamphili est, hoc significat quod supra, Ex vnis geminas mihi conficies nuptias . Sed non esse personam Pamphili ex subiectis ostenditur . [Non tibi habeo,ne erres) Deterret etiam nunc Char. vt & ipse adiuuet Dauum,ne Pamphilo nubat Philumena . Et eodẽ sensu vtit Dauus aduersum Charinum,quo supra, Quasi necesse sit,si huic non dat,te illam vxorem ducere . [Non tibi habeo, ne erres)Velut etiam pro se Charinus sentiat, h.d. vel vt solent serui contumaciores aduersum amicum domini, quia nuper à Chari no accusatus est. vel quia & quid dicat non habet,& videt tacendum non esse.[Sat habeo)Quia dilatio facta est.[Vt satis sit)Vt, pro ne nõ.[Ne vacuum esse me)Ne,pro nedum,aut aduerbium est prohibentis,vt sit,ne,non.Sal.2.lib.Ne illa tauro parita sint . pronedum.[Proinde hinc vos amolimini)Amoliri dicuntur ea quæ cum magna difficultate,& molimine summouentur,& tolluntur è medio.sic dixit,quasi odioso,& molesto.Discedere dicitur,qui facile abit è medio: Amolitur,qui vix recedit.[Proinde hinc vos amolimini)Molestum impedimentum ex rei magnitudine iacentis in medio,& ideo impedientibus se dixit Amolimini hinc,non abire.[Proinde hic vos amolimini)Spe iniecta,etiã domino imperat seruus callidus.[Nã mihi impedimento eltis) Vtrum hoc vero dicit, an fingit qui adhuc consilium nõ inuenit quod narrare possit . [Hanc) Glycerium .s. & cum miseratione puellæ, hanc .[Quo nunc te agis?) Vt tarditatem discedentis ostendat.Agere.n.se & tardi,& tristes dicuntur.sic Virg.Amissis remis atque ordine debilis vno,Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat . Idem alibi, Ecce gubernator sese Palinurus agebat.[Quo hinc te agis?) Admonitio discedentis vt solet . nam à quo discedere desideramus,admonemus cũ quo vadat, vel quo eat.Id facere,per interrogationem admone: Dauus Charinum, vt ipse abscedat Charinus,qui nunc vltimus remanet.[Verũ vis dicam ?) Pro initio sedulæ narrationis hoc sumimus . Ac si respondet Charinus, tanquam qui intelligat non discere velle Dauum quo eat,sed id agere,vt abscedat.[Narrationis mihi incipit initium) Narrationis .s. quo eat,quia, Verum vis dicam , velut proœmium narraturi est . [Quid me fiet?) Quid igitur,inquit, quid me fiet? Ab eo hoc, quasi à iocante, pronunciandum est . nam sic illi,impudens,respondet.[Quid me fiet?) De Philumena ducenda . [Eho tu impudens) Proprie Charino dixit impudens, quasi insolita & multa poscenti . quippe qui & sponsam alienam petere ausus sit,& non satis habeat,per Dauum sibi moram præstitam Pamphili nuptiarum. [Quod tibi dieculam addo?)Dieculam,horam & est ὑποπόρισμα . Dieculam, hoc est tempusculum,& sumitur ab eo quod est hæc dies. Diecula,mora,& quasi parua dies . & Dieculam,in qua.s.ambias,quantum poteris,ad ducendam Philumenam. Vult enim se Dauus adiuuari p Charinum,& Byrrhiam.[Promouco)Differo. [Promouco nuptias) Memoriter Dauus . scit enim illud his verbis petisse, Saltem aliquot dies profer,dum proficiscar aliquo,ne videam.Cuius rei oblitus Charinus,etiam vt ducat vxorem petit.[Ridiculum)Deest hominem.[Age veniam) Vix concedentis,vix consentientis est,age veniam . [Dum exeo) A Glycerio scilicet.

OVID. IAMIAM in hac scena instauratio est adhortationis Pamphili per Mysidem opus est enim exhortari rursus adolescentem ne sub patris oppressione astringatur aut frãgatur . M. Iamiam .i. statim,vel mox curabo.i.dabo operam,inuentum.i.inuenire &adductum.i.adducere tibi mecum tuum Pamphilum.vbi vbicunque erit, & bene tibi dixi quasi amanti modo ò mi anime .s. Glycerij quam toto pectore amo,& est mollis oratio & fœminea multis implicata blandimentis nolli macerare.i.excruciare te,vel noli te angore afficere . P. O Mysis . M. Quid est? deinde viso Pamphilo dixit habeo Pamphile optime.i.opportune & tempestiue offers te mihi .i. obuius mihi efficeris . P. Quid est? M. Hera.i.Glycerij iussit me orare te si ames se.i.si eius si amore captus vt iam .i. nunc venias ad se ait se cupere videre te. P. Vah interiectio increpãtis perij hoc malũ.i.amor meus & Glycerij solicitudo te integrascit .i. integratur, hoc est ab integrum redditur repetitur restauratur refricatur renouatur . Siccine. i. vtrum sic oportet supp.illam Glycerium atque me Pamphilum miseros.afflictus (vbi masculinum ponderat fœminino vt mos est) solicitarier.i.perturbari tua nũc opera.i.tua operatione,tuo labore.s.Daui qui operam dedisti vt nobis hoc malum pareres, nam iccirco accersor .i. euocor,q̃ .i. quia sensit ipsa Glycerium nuptias apparari mihi apparari ad honorem refertur & ad timorem & datiuo casui subiunctum cladem & perniciem significat . Virg.Mihi sacra parari . C. Quidem.i.certe quibus nuptijs,quã quantum facile potuerat quiescit .i. potuerat,superfederi & sine turbatione ac labore abstineri , vbi tam potuerat quàm quiesci impersonalia verba sunt si hic.s.Dauus quieseit.i.quieuisset neque aliquid fuisset molitus. age.i.agendum hortantis est aduerbium per ironiam & derisionem delictũ si hic Pamphilus non insanit .i. desipit,furit iracundus est & furore percitus satis sua spõte.i.ex seipso instiga.i.incita,& sub ministra iracundiæ fomẽta . M. Atque ædepol ea res est .i. ipsa Glyc. nuptias sensit apparari & propterea nũc ipsa misera est in mœrore.i.in luctu & squallore ac dolore . P. O Mysis assueueratio est vbi à nomine incipitur eius qui cum fit sermo adiuro.i.valde iuro nam ad actiua particula est vt admirabiliter.i.valde mirabiliter adiuro, igitur tibi p omnes deos nunquam me deserturum .i. derelicturum eam nõ addidit integrum non ad maiorem negationem & simul vt subnectat quod sequitur & est sensus non eam me inquam defuturum iuro tibi etiam si sciam,vel cape si pro quamuis, omnes homines (hoc verecunde dixit propter pacem) esse mihi capiundos inimicos.i.mihi maleuolos vbi capiũdos mutauit e,in u, vt moris est, expetiui .i. optaui elegi mihi hanc Glyc. contingit .i. euenit vt ea petiere optata,quod vix euenit contigisse dicitur . mores nostri conueniunt magnam habent similitudinem quod valet ad matrimonium confirmandum.illi valeant.i.abeant discedant à nobis,quia & discedentibus & mortuis vale dicitur.est autem valeant renunciationis imprecationis verbum , qui volunt dissidium.i.discordiam,dissideo es,quod significat discrepo as,discordo as, inter nos.s.Glycer. & me nemo adimet.i.abstrahet mihi hanc , nisi mors . C. Resipisco .i. vires resumo recreor sensus mei reuocant spiritum , & bene resipisco ait quod significat in pristinum sensum bonum redire, quasi dicat se paulo an te insanijsse , & desipuisse præ dolore . P. Responsum Apollinis non est magis verum,quàm hoc .i. meum si poterit fieri . vt ne .i. quòd non pater credat per me stetisse . per me factum esse quominus .i. vt non hæ nuptiæ fierent volo .i. bene cupio illud,ne irritetur, sed si id non poterit fieri faciam id , quod est in procliue , id quod impendent faciendum , quoniam iam res eo inclinata propè videtur, vt id fieri sit necesse quo eam non deseram. Deinde ostendit quid sit in procliue videlicet,vt pater credat per me stetisse quominus fierent nuptiæ . Quis.i.qualis videor ? C. Videris æque .i. ita miser atque .i. vt ego . D. Quæro .i. animo meo inuestigo consilium .i. viam ratione modum quo possim te restituere in bonum statum . C. Es fortis.i.validus magnanimus qui nullo infortunio deprimeris . P. Scio quid conere .i. moliaris . D. Profecto .i. certe ego reddam tibi hoc quod molior effectum.i.perfectum . P. Iam hoc est opus . D. Quin.i.quinimmo . iam habeo.i.iam excogitatum est consilium quod quærebam . C. Quid est quod habes , scilicet . D. Habeo .i. commentus sum aliquid huic .i. propter hunc Pamphilum non tibi .i. propter te . ne erres .i. ne decipiatis . C. Sat habeo .i. sufficit mihi quod sit dilatio nuptiarum . P. Cedo .i. dic quid facies Daue . D. Vereor vt.i.quòd non hic dies satis sit .i. sufficit ad agendum,quod, scilicet agere volo , ne .i. nedum , hoc est non solum credas me non esse vacuum .i. ociosum ad narrandum nunc propositum . Alij habent ne tantum , & tunc ne prohibentis est , q. d. noli credere me ociosum ad narrandum . proinde.i.ideo quia hic dies non satis est mihi vos Pamphile & Charine amolimini.i.discedite. hinc.i.ex hoc loco . Amoliri dicuntur quæ cum magna difficultate & molimine submouentur , ac tolluntur de medio . cum enim res aliqua iacens

in

in medio magnitudine & mole sua affert molestum impedimentum, neque nisi cum magna difficultate discedit dicitur amoliri non abire aut discedere, nam discedit qui facile abit de medio, molitur autem qui vix recedit, nam istis mihi impedimento. P. Ego visam.i.ibo ad videndum hanc.i.meam Glycerium. D. Quid tu Charine.s.ages quo agis .i. fers ducis te hinc. Agere se est proprie tarde discedentis ac tristis. C. Vis vt verum dicam. D. Imò & iam incipis mihi initium narrationis. C. Quid fiet de me? D. Eho tu impudens .i. verecundus & procax ac molestus in rogando. Non satis habes.i.non tibi sufficit. quòd adeo.i.adhibeo, & prorogo tibi dieculam .i. tempusculum. nam diecula significat paruum tempus, seu paruam moram quasi parua dies .i. tempus in fœminino genere quantum temporis .s. promoueo .i. differo nuptias huic .s. Pamphilo. C. Attamen. D. Intercipit sermonem Charini dicens, quid ergo petis .s. tibi fieri aliud. C. Vt ducam Philumenam .i. habeam coniugem. D. Ridiculum cum exclamatione & irrisione legendum est, & deest hominem.i.ò hominem ridiculum.i.plurimum ridendum & illudendum. C. Fac vt ad me venias huc si quid poteris.i.vel si aliquid poteris inuenire, vel si aliquo modo poteris huc venire. D. Quid .i. cur. veniam ad te. nihil habeo .i. nihil sum commentus quod tibi ex re sit. C. Attamen si quid habueris.s. venito. D. Age, hortantis aduerbium & vix concedentis veniam ad te .s. C. Quid habueris.s.ero domi.i.continebo me domi quo me possis facile conuenire. D. Tu Mysis operire .i. expecta me hic parumper.i.aliquandiu. M. Quapropter? id est quærere opperiar. D. Opus est facto .i. facere. ita. M. Matura .i. propera cum moderatione. D. Inquam .i. dico tibi adero .i. præsens ero iam .i. statim hic.

LATO. ARGVMENTVM) Confirmatur animus Pamphili erga Glycerium & impulsu adolescentum accingitur ad nouum consilium Dauus, & amantium solicitudo exprimitur. [Animemi) Blandimentum mulierbre. [Malum integrascit).i.renouatur. [Age si hic) Ironia increpatio dehortantis. [Hanc mihi expetiui) Concisa oratio ad effectum, & constantiam Pamphili exprimendam. [Resipisco) Animum recipio. [Si poterit) Dilemma quo tacita obiectio soluitur. [In procliui) Quo res inclinat & propendet. [Ne vacuum).i.ociosum. [Imò etiam) Increpatio. quia Charinus se ad narrandum præparabat. [Nam verum vis dicam) Præparatio est narrationem incepturi. Et attende sollicitudinem amantis.

PETR. MARS. IAM vbi vbi &c.) Duobus sensibus maxime, visu .s. & auditu, voluptatis æstum renouari, accendique vehementius, ac mentem à virtutis proposito detorqueri, ostendit hæc scena. Est enim, vt inquit Plato in Phædro, sensus oculorum nobis acerrimus, & ipso visu pariter & auditu affectus renouantur, & animum mouent, vt non planè ipsum honestum aspiciatur. Voluptas enim destruit iudicium rationis, &, vt inquit Philosophus, propter illam res post habemus honestas, estque in nobis affectus vehementissimus, cui ex sententia. Heraclti difficilius est repugnare, quàm iræ. Sed quod difficilius, hoc præclarius vt inquit Cic. in Offic. in Catone maiore. Impedit consilium voluptas rationi inimica, ac mentis, vt ita dicam, præstringit oculos. Diuinus Plato voluptatem escam malorum appellauit, quod ea videlicet homines capiantur, vt hamo pisces. Seneca scribens de vita beata: Altum quiddam est virtus, & excelsum, regale, voluptas humile, seruile, imbellum, cuius statio & domicilium, fornices, & popinæ sunt. Vnde Cyrus apud Xenophontem lib. 5. Flagitiosi homines cupiditatibus omnibus se præstant inferiores. Plato in epist. ad Dionysium: Homini sæpius detrimentum & dolorem affert voluptas; hebetat animum, atque oblitionem inducit insipientiam pariens. In nono de Rep. sic ait: Homines coeundo veluti pecora, ætatem contemnunt? [Videre te ait cupere) Auditus hic mouet effectum & visus. Nam visa ancilla, venit ei in mentem Glycerium. Vnde Seneca dicit, oculos interdum esse irritamenta vitiorum, & scelerum duces. [Id faciam in procliui &c.).i.ad quod sum procliuis .i. inclinatus ob amorem, qui est affectus vehemens .i. passio quæ trahit animum. Item in procliui, quod est facile, & ad quod sine magno labore descenditur. Procliue dicitur demissum, & inclinatum, & impotens ad resistendum affectibus, & ita inconstans vt ego sum, sed hoc clàm dicit. [Per omnes tibi adiuros deos &c.) Plato in 5. de Leg. Sed reuera nimius in se amor, omnium peccatorum, omnibus est semper causa, obcæcatur quippe circa amatum qui amat. [Proinde hinc vos amolimini: &c.) Nonius sic ait: Amolimini.i.recedite. Terent. Hinc vos amolimini. Pacuuius: Non tu hinc è conspectu amoliri. Sisenna impedimentum omne de itineribus amoliuntur. Est ergo auferte vos hinc. [Quid de me &c.) Miseriam suam profitetur hic verbis Charinus. Dieculam .i. parum diem, & spatium aliquod temporis, vt tibi prospicias.

GLAR. HVIVS scenæ versus omnes vnius sunt rationis, nempe iambici tetram. catal. quos Doct. scazones appellat. in quibus & ipse & Ioan. egregie sudarât. Primus versus loco primo habet tribrachyn, deinde iambum, tertio loco spondeum, quarto iambum. In secundo versu vel tuû monosyllabum est, vt sit primo loco spondeus, vel bacchius est loco primo, secundo Iambus, tertio dactylus, quarto anapæstus, quinto & sexto spondeus, septimo iambus, cum syllaba, siue amphibrachys contrarius cretico, qui sanè in hoc carminis genere frequentior esse debebat ad finem vt creticus in trochaico, sed poëta hoc non obseruauit, imò pro penultima longa sæpe duas posuit breues. quod etiam ipse admonuit Doctor. In tertio ac quarto versibus non conuenit mihi cû Ioan. neque omni ex parte cum Doctor. cum ipse etiam secum dissideat. Nam in præfatione de metris Doct. cum ostendere vellet in hisce iamb. catal. tetrametris, quos ipse scazontes appellat, vt ante diximus, nonnunquam pro penultima lõga duas adesse breues, adducit hoc carmen, Orare iussit, si se ames, hera, iam vt ad sese venias. At de hac scena iudicaturus, ad initium eiusdem versus adponit hæc duo verba Quid est. Et ne hoc librario quis tribuere possit, sciat eum priori carmini, quando ei nimis concisum visum est, adiunxisse in marginibus hæc verba, Versus constat, si legas opportune te mihi offers. Ioan. vero Optime, pro opportune legit, vt omnes habent lib. sed in Te ait nullam fieri synalœpham & in sequenti carmine elidit s, in ames, præterea vt adiectum ab interprete aliquo videri vult, Sed, vt nunc meam dicam sententiam, neque Opportune, pro Optime legendum est, vt existimauit Doctor. neque opus est, vel s, elidere in ames, vel vt abijcere, quod omnes habent lib. & sensus optime patitur, si vnicum d, in τὸ, quid est (non in illo, quod sequitur verbum Mysis, sed quod ad finem prioris pertinet versus, & à Ioan. ad sequẽtem relectum est versum, sicut ab Doct. in hac scena, non etiam in præfatione, vt iam diximus) si inquam illud d, & τὸ ante offers elidamus tum ambo versus bene habebunt, ita certe vt prior habeat primo quidem loco spondeum, Mysis, secundo iambum, quid est, vbi d, nõ elidit̃, tertio rursus spõdeum, Hem Pamph. quarto rursus iambum, phil'o, in quintum iambum, ptu me. Nã aduerbium e, lõgum est. In sexto iambum, mihi, in septimo spõdeum t'offers, deinde syllabam qu'st, vbi e, eliditur. quãquam si quis est, q hoc e, elidi neget, ex catalectico acat. fecerit, vt vnus hic tetrameter sic acatalecticus, ceteris omnes catalectici. Sequẽs inde carmen nullam prorsus habet difficultatem, vt etiam ipsi Doctor. in præfatione visum est. Meus certe lib. Aldinus, quo in his vsus est Doctor. bene habebat. vt mirer eum hic aliter atque in præfatione sensisse. In quinto huius scenę versu. Ait dissyllabum est sicut in sexto. Tua, in quo qdem versu liber Aldinus habebat solicitarier, pro sollicitari, sed male, nam sic fieret acatalecticum, & veteres libro omnes habent solicitari absque er, syllaba, quæ sæpe κατὰ τὸν παροιμιαβὴν adijci solet. In septimo mihi monosyllabon totum eliditur, nisi quinto loco sit creticus. In octauo s, eliditur in Quibus, nisi quis malit amphibrachyn esse loco primo, aut creticum loco quinto absque omni elisione. In nono s, eliditur in Satis, nisi quis Sua monosyllabon malit, & ædepol prima est breuis, vt sæpius apud hunc Poëtam. In decimo pro Propterea quòd, Ioan. propterea q̃ legit. Sed nihil refert ad carminis rationem, sed quod in Doct. libro, propter quam legitur, id carmen non patitur. In eodem tamen libro in versu sequenti, tibi, ante adiuro, quod excusare poterat creticus loco secundo, rectè sublatum est. In versibus decimotertio, ac decimoquarto Mihi monosyllabum totum eliditur. In decimo quinto s, eliditur in magis. In decimonono, Ego produci videtur, quod apud Latinos rarum est, & apud hunc rarissimum. In 22. Satis ante verbum Sit legendum est, in quo s, eliditur, & mihi monosyllabon totum absorbetur. Penultimus versus huius scenæ anapæstum habet ante vltimam syllabam. In vltimo m, non eliditur, vel in Iam, vel in Inquam, alterum adiuuat cæsura, alterum sequens aspiratio, vtrumcunque non eliseris.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

In hac scena Dauus puerum defert ante ostium Simonis, vt ita

Chremes deterreatur è nuptijs. Et consistit hæc scena in gestu magis, quàm in oratione.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hæc sequens scena administrationem doli continet, quod ideo fit, vt deterreatur Chremes filiam suam dare Pamphilo, & Dauus cum Mysside fraudem commiscitur. Attende etiam, Mysidi non minimas partes in hac Comœdia tribui.

Senarij.

MYSIS.

IL ne esse proprium cuiquam? Dij
vostram fidem.
Summum bonum esse heræ putabam
hunc Pamphilum.
Amicum, amatorem, virum in quo-
uis loco
Paratum: verum ex eo nunc misera quem capit
Dolorem? facile hic pius mali est, quàm illic boni.
Sed Dauus exit: mi homo, quid istuc obsecro est?
*Quem * Quò portas puerum?

DON.

IL ne esse proprium cuiquam?) Hæc scena administrationem doli habet, quo fit vt deterreatur Chremes filiam suam Pamphilo dare. Et vide non minimas partes in hac comœdia Mysidi attribui, hoc est personæ fœmineæ, siue hæc personatis viris agitur, vt apud veteres, siue per mulierem, vt nunc videmus. [Nil ne) Ne aduerbium percunctantis. [Nil ne esse proprium cuiquam?) Omne quod habemus, aut mutuum est, aut proprium. Ergo proprium, perpetuum, vt Virg. Propria hæc si dona fuissent. Ergo nihil nobis proprium esse potest. quod enim non fuit, nec esse quidem potest. aut quod eripi potest, non est nostrum, nisi illa quæ eripi non possunt, vt sapientia, iustitia, prudentia, quæ fortuna neque dare, neque eripere cuiquam potest. Et simul hoc ipsum & à re, & à persona hic ostendit. A re, Nihil ne esse proprium? A persona, Cuiquam. [Proprium) Perpetuum, non temporale ac mutuum. [Di vostram fidem) Admirantis aduerbium cum exclamatione. Fidem dixit opem & auxilium: vt, Tyrrhenamque fidem. [Summum bonum esse) Mire pro pleno. Et neutro extulit, summum bonum. [Amicum, amatorem, virum) Amicus animi est: Amator vero, corporis. non enim continuo amator est, qui bene vult: vt, Dido amauit quidem Aeneam, sed non & amica fuit quæ ait. Non potui auulsum diuellere corpus, & vndis Spargere. Et item Catullus, Cogit amare magis, sed bene velle minus. & est hic officium & blandimentum. Amatorem & virum dixit ad discretionem, vt per ea quæ enumerat, maritum ostenderet. [In quo vis loco Paratum) Paratum dixit ad omnes affectus, qui cunque de proximo esse possunt. & maxime ad Homericam sententiam respexit * [Verum ex eo). i. Pamphilo. [Nunc misera quem capit dolorem?) Cum admiratione pronunciat quē, & cum exclamatione quadam. [Facile hic plus mali est, quam illic boni) Facile, aduerbium confirmantis est. i. liquido & manifesto. Veteres dicebant facile, pro certo. Vt Cic. Illius ciuitatis facite princeps. [Dolorem?) Dolorem distinxit, probe, & post intulit separatum quod sequitur, Facile hic plus mali est, in dolore, & metu. s. amittendi, quàm in voluntate retinendi. [Quàm illic boni) In summo bono. Dicit enim, Ex bonis quæ bona existimamus, plus nos mali capere, cum aut amissuros nos credimus, aut amittimus, quàm boni, cum habemus. [Facile hic plus mali est) Plus mali, in dolore & metu, vt diximus. [Quàm illic boni). i. in amico, & amatore, & viro. [Mi homo, quid istud obsecro est?) Ex Mysidis verbis, quid Dauus faciat demonstrantur. [Quid istuc obsecro est?) Inuolutum puerum portabat Dauus. & ideo dicit mulier. Quid istuc obsecro est? Tum ille euoluit puerum, & profert. quem postquam expediuit, tum illa dixit. Quò portas puerum?

OVID. NIL &c.) Hæc in scena administrationem doli habet quod fit vt deterreatur Chremes filiam suam Pamphilo dare. Myſ. Nil ne aduerbium percunctantis. i. est ne verum subaudi nihil est proprium. i. perpetuum. cuiquam. i. alicui. dij vestram fidem, admirantis aduerbium cum exclamatione. vbi fides pro opere & auxilio ponitur. estque sensus. ò di imploro, sup. vostram fidem. i. opem & auxilium quo etiam modo potest capi in eo dicto proh Deum atque hominum fidem vt superius est explicatum putabam hunc Pamphilum amicum quantum ad animum amatorem, quantum ad corpus. virum. i. virilem, & non facile vincibilem paratum in quouis. i. in quolibet loco esse summum bonum. heræ. i. dominæ. s. Glycerio, verum. i. sed quem dolorem, q. d. maximum ipsa misera capit nunc ex eo Pamph. facile. i. liquido, & manifesto haud dubie clare. veteres etiam pro certo facile dicebant plus mali est hic. s. in dolore quam boni illic. s. in amico amatore viro, sed Dauus exit à domo Glycerij. Mi homo obsecro. i. quæso & per sacra rogo quid istuc mali est, quid. s. portas. Dauus enim portabat puerum inuolutum quem dum euoluit. Mysis subdidit quo. i. in quem locum portat puerum.

ARGVMENTVM) Instruit ancillam Dauus ad fallaciæ executionem. [Proprium cuiquam?) Proprium, perpetuum & firmum. Virgil. Propria hæc si dona fuissent. LATO.

NIL ne esse proprium &c.) Venereum amorem, & cupidineas faces, quibus plerique inflammari affectant, multo plus fellis, quàm mellis habere docet hæc scena. Id enim quod in his rebus oblectat, temporaneum est, & exile admodum, comparatione malorum, quę sequuntur, temporis iactura. s. qua nulla maior vitij deformitas, & infamia, & seruitus. Ad ea profecto quæ sunt his contraria, natus est homo diuinum animal. Vnde Cic. in 2. Phil. Nihil est detestabilior dedecore, nihil fœdius seruitute. Ad decus & libertatem nati sumus. Plautus in Cistell. Amor & melle & felle est fœcundissimus, gustu dat dulce amarum vsque ad satietatem aggerit. Seneca dicit: Nihil est tam mortiferum ingenijs, quàm luxuria. Silius lib. 14. PETR. MARS.

Ad laudes gentium capiat si munera diuum
Felix ad laudes hominum genus.

Et voluptatem sic taxat.

Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes.
Quantum sola noces animis illapsa voluptas,
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atra.
Circum te semper volitans infamia penna.

Seneca lib. 20. Indulgere voluptati, initium est omnium malorum.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

DAVVS, MYSIS.

YSIS nunc opus est tua
Mihi ad hanc rem exprompta memoria, atque astutia.
M. Quidnam incepturus? D. accipe
à me hunc ocyus,
Atque ante nostram ianuam appone. M. obsecro,
Humi ne? D. ex ara hinc sume verbenas tibi,
Atque eas substerne. M. quamobrem id tute nō facis?
D. Quia, si forte opus ad herum iusiurandum mihi
Non apposuisse, vt liquido possim. M. intelligo.
Noua nunc religio in te istæc incesit, cedo?
D. Moue ocyus te, vt, quid agam, porrò intellegas.
Pro Iupiter. M. quid? D. Sponsæ pater interuenit.
Repudio consilium, quod primum intenderam.
M. Nescio, quid narres. D. ego quoque hinc ab dextra
Venire me assimulabo, tu, vt subseruias
Orationi, vtcunque opu' sit verbis, vide.
M. Ego, quid agas, nihil intellego: sed, si quid est,
Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides,
Manebo, ne quid vostrum romorem commodum.

MYSIS

DON. MYSIS nunc opus est)Hæc scena actuosa est,magis enim in gestum, quam in oratione est constituta. [Mysis, nunc opus est) Properantis, & impense agentis Daui verba monstrantur. [Ex prompta)In medium prolata. [Mèmoria,atque astutia) Memoria, vt præcepta Daui retineat. Astutia,ad agendum strenue,quæ imperet. [Memoria)Simplici ter magis,vt memor sit Daui præceptorum.Et memoria,modo pro intelligentia,vt Virg.Instamus tamen immemores.[Ex ara hinc sume verbenas) Ex ara .s. Apollinis,quem Ἀπέλλιον,Menander vocat,aut quòd Apollini comœdia dicata est. in cuius honorem aram constituebant comœdiam celebrantes Apollini ergo comœdia,Libero patri tragœdia.[Sume verbenas tibi) Verbenæ,quasi herbenæ,redimicula sunt ararũ. [Tibi) τὸ,tibi,quasi gestum quendam,& motum stomachantis habet,vt alibi,Quid vis tibi? Et tibi,sume,dixit,& non,tibi substerne. [Ex ara sume verbena)Verbenæ sunt omnes herbæ frondesq. festæ ad aras coronandas, vel omnes herbæ frondesque ex aliquo loco puro decerptæ. Verbenæ autem dictæ, quasi herbenæ, sic Menander * [Quamobrem id tute non facis?) Tute cum dicitur,cum pronomẽ ad eam reuocatur persona, à qua sumitur, vt, v.g. cum dicimus, Tu lege, ille nobis respondeat, Cur tute non legis? [Quia si forte opus sit ad herum iurandum mihi) Sic locutus est,vt explicari atque intelligi non possit. aut enim est ius,vt sit iurandum pro iusiurandum,aut,vt vulgo dicitur, iuramentum. Et opus est illam rem, non opus est illa re. [Vt liquido possim)Liquido,pure,& manifeste. Nam quæ sunt pura,& defœcata,liquida sunt.[Noua nunc religio) Bene iusiurandum metuere seruum monstri simile est.[Noua rel.) In seruo,& subita.[Noua nunc religio) Seruum nolle mentiri,noua religio est. [Cedo?) Porrigentis est manum. [Porro intelligas) Porro,modo aduerb.est ordinis,alias temporis. [Sponsæ pater interuenit)Mire non dixit Chremes,ne,cum dixisset,quis Chremes? rursus hic responderet, sponsæ pater. & non temere hoc facit poëta, nam promiserat se rediturum domum Chremes,Domum modo ibo,vt apparentur,dicam, atque hunc renuncio. [Quod primum intenderam) Verbum à venatoribus translatum,qui retia intendunt ad feras captandas. Quia ergo parat Chremem,& Simonem fallere,intenderam dixit. Vel à sagittis atque arcu. [Nescio quid narres) Bene narres. narrare enim aliena, & quæ nobis non sunt necessaria, dicimus. [Ego quoque) Bene ait Quoque, quia & Chremes veniebat. [Tu, vt subseruias)Recte,vt subseruias,dixit non enim tantum loquitur Mysis,quantum Dauus. [Orationi,vtcunque opus sit verbis)Tuis verbis orationi meæ,plura enim loquetur Dauus. inde orationi dixit.illa subsequeretur,ideo verbis. [Vide) Cauta esto,intellige,specta. [Aut tu plus vide) Si sapis,intelligis. [Remorer commodum)Remorer,retardem, retineam. Remorari à remora piscе minutissimo, qui naues retinet. nam Græce ἐχενὶς vocatur.

GVID. MYSIS nunc est opus mihi tua memoria.i.intelligentia ad retinenda,& intelligenda mea præcepta exprompta .i. in mediũ emissa,seu prolata ab expromendo. aliquid enim expromitur, quod reconditum deducitur in medium ad hanc rem quam paro.s.& est etiam opus tua astutia .i. calliditate ad strenue agendum quæ imperabuntur tibi. M. Daue quidnam.i.quid es incepturus.i.susceпturus,& inchoaturus. D. Accipe.i.asporta, & recipe ex me ocyus .i. velociter comparatiuum pro positiuo hunc puerum,atque appone eum ante ianuam nostram. M. Obsecro.i.quæso, ne.i.vtrum apponam eum humi.i.super terram. D. Sume tibi (hoc tibi quasi motum quendam, & gestum stomachantis habet) verbenas.i.herbas,& frondes ex quibus hæc ara coronatur. Verbenæ enim sunt omnes herbæ, & frondes festæ ad aras coronandas, vel sunt omnes herbæ frondesque ex aliquo loco puro decerptæ dictæ quasi herbenæ. Sume ergo tibi verbenas hic ex ara quam tibi ostendo,quæ est ara Apollinis. nam Apollini comœdia dicata est in cuius honoré aram constituebant comœdiam celebrantes. Apollini ergo comœdia dicata est sicut libero patri tragœdia,atque substerne eas verbenas.i.suppone eas puero, & apta sub eo. M. Quamobrem.i.quare tu teipse.i.tumet est tautulogia non facis.i.non apponis ante ianuam,tute .i. tumet, tunc dicitur cum pronomen reflectitur ad eam personam à qua sumitur. vt v. g. cum dicimus tu lege, & ille nobis respondeat cur tute non legis. D. Quia si forte sit mihi opus iusiurandum .i. si mihi sit opus iurare, ad .i. erga herum .s. Simonem vbi iusiurandum potest esse nominatiuus,vel accusatiuus dicitur enim hęc res est mihi opus vel est mihi opus hanc rem, item est mihi huius rei opus, sed frequentius,& magis oratorie dicitur, est mihi opus hac re. Cicero etiam in epistolis ait, dux nobis, & auctor opus,& reliqua duo magis sunt poëtarum aut historicorum, vt possim iurare, sup.liquido aduerbium .i. pure,& manifeste(nam quæ sunt pura, & defœcata liquida sunt) me non apposuisse puerum ad ianuam. M. Intelligo.i.capio,cedo.i.dic,& est porrigentis manum,vnde istæc noua religio.i.subitus,& insolitus metus dei,& reuerentia vt timeas mentiri,& peierare, incessit in te.i. ingruit inuasit insedit ab insido in pectus tuum. D. Moue te ocyus .i. velociter,vt porro.i.deinde aduerbium ordinis. alias temporis intelligas quid agam.i.agere suscipiam.Deinde Da. subito aspiciens Chrem.venientem exclamat. Proh Iuppiter exclamatio est comica indignationem pariter ac dolorem ostẽdens vti Iuppiter potest esse nominatiui casus quasi ò Iuppiter fer mihi opem. M. Quid est? D. Pater sponsæ.s.Philumenæ promissæ Pamp. interuenit.i.intercidit. repudio.i.recuso,reijcio consiliũ .i. propositum quod prius intenderam.i.tanquam rete quod tenderam ad decipiendos Chremetem,& Simonem. tractum.n. est vel à sagittis vel ab arcu. M. Nescio quid narres.i.recites, loquaris, narrare .n. aliena quæ nobis non sunt necessaria dicimus. D. Quoque.i.etiam ego assimulabo.i.fingam me venire hinc.i.ex hoc loco, à dextera parte.s.tu Mysis vide.i.animaduerte.esto cauta intellige specta,vt sub inseruias.i.latenter, & caute foueas,obsequaris orationi meæ, quoniam oratione vtar tu solis verbis sum.n.diutius locuturus, quàm tu,ideo dixit vtcunq; .i.qualitercunque opus sit verbis tuis .s. M. Ego nihil intelligo quid agas .i. quid agendum proponas,sed si quid est quod .i. in quo sit opus opera mea.i.labore,&industria vobis,aut si tu plus vides.i.si plus intelligis,& sapis quam ego. manebo.i.hic permanebo,vt vobis morem geram.ne quid.i.non aliquo remorer.i. retardem retineam vestrum commodum esset,& ideo propositum suum de nuptijs non demitteret veniente Chremete mutat consilium de Simone, & exponitur in viam puer ante oculos Chremetis vt eum decipiat, quia toties mutabat consilium.

EXPROMPTA memoria) Exprompta facili, & parata, quia commentum aliquod mandaturus est, sed mox mutat hoc consilium, interueniente Chrem. [Ex ara hinc) Quæ erecta in scena in honorem Apollinis, & herbis, & frondibus redimita erat.[Noua nunc,&c.) Irrisio faceta in eum,qui alias sæpe peierare consueuerat.[Subseruas orationi).i.commentum adiuues. LATO.

EXPROMPTA memoria).i.in vsum educta. Opus,inquit, vt nunc exerceas memoriam, & astutiam, ab expromo, mis,psi,ptum. [Ex ara hinc sume verbenas,&c.) Plin. lib. xxij. Non aliunde sagmina in remedijs publicis fuere, & in sacris legationibus,quam verbenæ.Certe vtroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex ara cum sua terra euulsum. PETR. MARS.

DONATVS in medio septimi versus huius scenæ aliam inchoat scenam,quemadmodum,& Doct.annotauit. Nos conIunctim propter carmina legemus. Carmina omnia sunt senaria.In quarto versu vel Eo est monosyllabum,vel creticus loco tertio.In duodecimo,vel creticus est loco primo, vel Eas monosyllabon. In decimotertio,vel creticus est loco secundo, vel s,in opus eliditur,& Iurandum legendum ex Don. sequens scena omnes etiam habet senarios præter quatuor quadratos. In primo versu eliditur s,in Opus, nisi creticus in loco tertio. In tertio,Tu ne integre legendum. Nam tun',longum est. Quartus est iambicus tetrameter catal.Eodem modo,& sextus si non elidat,sed corripias æ,diphthongum Turbæ,alioqui erit trochaicus quadratus catal.Decimusextus autem est iambicus tetrameter catalecticus,& re syllaba in meretrix longatur. In 19.vel s, eliditur in Quibus, vel In à superiore versu, vel deniq; creticus est loco primo.In 20.proceleusmaticus est loco primo. In 21. vel mane,vel caue, secunda correpta legendum, quanquam vel amphibrachys loco primo,vel bacchius loco secundo, intelligi potest.In 27.Eho à priore eliditur versu.In 32.Ad fuerunt trisyllabum esse ait Doct.sed non est ita,imò tetrasyllabum est,& carmen pulchre incedit,vt mirer quid ille ibi hæserit.Eodem modo fallitur in carmine 35.vbi ait s,in Magis elidi.quod non puto.nam in penultimo loco anapæstus est,non dactylus, cle magis, sed initio, vel Suam monosyllabum est, vel bacchius loco primo In 40. versu,primo loco est proceleusmaticus. In 42. vel bacchius est loco primo,vel Eam est monosyllabum. In 44. s,eliditur in Quis, vt annotauit Doct. quanquam, & Pæan secundus eo in loco poni potest. In septimo à fine, recte Doct. bis intus legit, alioqui carmen non constat.Ioan.Qui superius in prouoluam, peruoluam,non satis mihi explicat,vtrum vtro

bique legendum præceperit Donat. vt sit παράμετρον. Quanquam in Donat. plane duo videntur Commentarij. In penultimo versu prorsus illi assentior legendum esse, hem prædiceres.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

In hac scena Chremes puerum ex Glycerio natum audit, & illam ciuem esse Atticam, vt sic à nuptijs deterreatur.

ARG. PAVLI MALLEOLI

In hac sequenti scena inducitur Chremes audiens de puero Pamphili ex Glycerio, ob cuius interuentum scena illis fraudibus instructa est, ne promissis compleat nuptias.

Senarij ferè paucis admixtis Octonarijs.

CHREMES, MYSIS, DAVVS.

REVERTOR, postquam, quæ opus fuere ad nuptias
Gnatæ, paraui, vt iubeam accersi. sed quod hoc?
Puer hercle est. mulier, tun' apposuisti hunc? M. vbi
Illic est? C. non mihi respondes? M. hem, nusquam est. væ miseræ mihi,
Reliquit me homo, atque abijt. D. di vostram fidem,
Quid turbæ est apud forum? quid illic hominum litigant.
Tum annona cara est. quid dicam aliud, nescio.
M. Cur tu obsecro hic me solam? D. hem, quæ hæc est fabula?
Eho Mysis, puer hic vnde est? quis ue huc attulit?
M. Satin' sanus es, qui me id rogites? D. quem igitur, rogem,
* videã? Qui hic neminem alium * video? C. miror, vnde sit.
D. Dicturan' quod rogo? M. au. D. cõcede ad dexterã.
M. Deliras. non tute ipse? D. verbum si mihi
Vnum, præterquam quod te rogo, faxis, caue.
M. Male dicis. D. vnde est? dic clare. M. à vobis.
D. ha ha hæ.
Mirum vero, impudenter mulier si facit.
C. Ab Andria est ancilla hæc, quantum intellego.
D. Adeon' videmur vobis esse idonei,
In quibus sic illudatis? C. veni in tempore.
D. Propera adeo puerum tollere hinc ab ianua.
Mane: caue quoquam ex istoc excesis loco.
M. Dij te eradicent. ita me miseram territas.
D. Tibi ego dico, an non? M. quid vis? D. at etiam rogas?
Cedo, cuium puerum hic apposuisti, dic mihi.
M. Tu nescis? D. mitte id, quod scio: dic, quod rogo:
M. Vestri. D. cuius vestri? M. Pamphili. D. hem, quid Pamphili?
M. Eho, an nõ est? C. rectè ego semp fugi has nuptias.
D. O facinus animaduertendum. M. quid clamitas?
D. Quem ne ego eri vidi ad vos afferri vesperi?
M. O hominem audacem. D. verum. vidi Cantharam
Suffarcinatam. M. Dijs pol habeo gratias,
Cum in pariundo aliquot affuerunt liberæ.
D. Næ illa illum haud nouit, cuius causa hæc incipit.
Chremes, si positum puerum ante ædes viderit,
Suam gnatam non dabit: tanto hercle magis dabit.
C. Non hercle faciet. D. nunc adeo, vt tu sis sciens.
Ni puerum tollis, iamiam ego hunc mediam in viam
Prouoluam, teque ibidem peruoluam in luto.
M. Tu pol homo non es sobrius. D. fallacia
Aliam aliam trudit. iam susurrari audio,
Ciuem Atticam esse hanc. C. hem. D. coactus legibus
Eam vxorem ducet. M. au, obsecro, an non ciuis est?
C. Iocularium in malum insciens pene incidi.
D. Quis hic loquitur? ò Chreme, per tempus aduenis;
Ausculta. C. audiui iam omnia. D. an ne tu omnia?
C. Audiui inquam à principio. D. audistin' obsecro? hẽ
Scelera: hanc iam oportet in cruciatum hinc arripi.
Hic ille est: non te credas Dauom ludere.
M. Me miseram: nihil pol falsi dixi mi senex.
C. Noui rem omnem. sed est Simo intus? D. intus est.
M. Ne me attingas scelestè. si pol Glycerio non omnia hæc.
D. Eho inepta, nescis quid fit actum. M. * quid sciam? * qui
D. Hic socer est. alio pacto haud poterat fieri,
Vt sciret hæc, quæ volumus. M. hem, prædiceres.
D. Paulum interesse censes, ex animo omnia,
Vt fert natura, facias, an de industria?

REVERTOR,) Adest nunc ipse Chremes, cuius causa scena fraudibus instructa est, ne promissas compleat nuptias. [Vt iubeam accersi,) Rectè iubeam, quia summa potestas nuptiarum in parte puellæ est. [Sed quid hoc?) Non interrogantis, sed mirantis & non intelligentis est, & appareret eum non oculis prius, q̃ corporis offensu puerum sensisse la tentem. [Puer hercle est) Ornatiua particula est Hercle. [Mulier) Magis, quam Mysis. [Vbi illic est?) Dauum quærit, q̃ nuuc abscessit, vt & ipse de foro venire videatur. [Non mihi rndes?) Bene non respondes. Se enim memor est veritam quidquã dicere, nisi subseruiat orationi Daui. [Reliqui me homo) Mire hominem, non Dauum dixit, vt etiam si audiat Chremes, incertam personam hominis audiat, non Dauum. [Di vostram fidem) Aduerbium admirantis cũ exclamatione. [Quid turbæ est apud forum. Hæc verba sunt venientis de foro. [Quid illic hominum litigant?) Legitur & litigat. [Tum annona cara est) Comminiscentis est potius, q̃ alicui referentis. [Quidnam aliud dicam?) Hoc post spectatores. [Cur tu obsecro hic me solam?) Aposiopesis tertia. [Fabula) Fabulam se dicit audire, qui rei principium, rationemq. ignorat. [Eho) Eho, interiectio est, vel principium animaduersionem in se poscentis, aut repẽte cernentis. [Hic neminem video) Callide affirmat non sibi visum Chremem, cũ & præuiderit venientem, & præsentem videat. [Miror vnde fit) Miror veteres cum Vnde, pro nescio ponebant, nam admiratio ab ignorantia descendit. Plaut. Nequis miretur qui sim, paucis eloquar. [Au) Interiectio consternatæ mulieris. [Concede ad dexteram) Et bene dexteram, sinistra enim venit Chremes, & nõ vult proximum ei Chremetem, sed iuxta. supra enim dixit. Ego quoque hinc ab dextera venire me assimulabo. [Deliras, nõ tu te ipse?) Deest, eum mihi dedisti. Sed & supra, nunc & interturbat Dauus, ne mulier totum dicat. [Nõ tute ipse?) Summissa voce. [Verbũ si mihi vnum) Accõmodate cõminatur Dauus, pene enim Mysis vniuersa narrabat. [Præterquã quod te rogo) Hoc & sensim, & vt senex sentiat, pronunciari potest. [Faxis caue) Gestu cõminantis est, & vultu, vt suspenderet comminationem, deinde inferret gestum. Ordo, Caue, faxis. [Male dicis) Cum contemptu loqueris, conuitium facis. Apparet ergo male dicis lentius esse dictum, cum subiũgit, Dic clare. [Male dicis) Noue male dicis pro comminatione posuit, cum pro conuitio soleat poni. Nisi forte, quia contumeliæ genus est comminatio. Quidam putant esse vnam personam, Daui. s. dictum superius Mysidis nõ satis manifestum Chremi, in maledicti similitudinẽ deriuantis. [Vnde est, dic clare) Hic expressius dixit. [A vobis) Quia à vobis parum intelligebatur, hic addidit morem meretricis, vt vel sic intelligebat

DON.

telligebat senex.[Mirum vero) Sæpe ad ironiam refertur.[Impudenter mulier si facit) Bono ordine locutus est. primo enim causa impudētiæ natura est: deinde conditio. [Adeon videmur vobis esse idonei) Idoneus est aptus ad omnia & bona,& mala. [In quibus sic illudatis?) Et illudo in te,septimo casu,& illudo te,accusatiuo dicimus. Sed in primo superuacuum est,vt sit,quibus illudatis. [Ab Andria est ancilla hæc) Effecit quod volebat Dauus.nã intellexit Chremes ex qua sit Pamphilo natus puer. [Adeon') Adeo ne,an adeo ne ad eum.[Veni in tempore) Cum prouisus sit,inter venisse putat. [Veni in tempore) opportune. nos sine præpositione dicimus, tempore & tempori. [Propera adeo puerum tollere)Hic versus clare dicitur,sequens,ne senex audiat presse. [Caue quoquam ex istoc excessis loco) Necessario Dauus retinet Mysidem,nõdum.n.omnia audiuit Chremes nondum comperit vnde sit mulier,& puer de quo susceptus sit. Excessis,pro excedas,vt saxis,pro facias. [An etiam rogas?)Rursum iurgium repetit,& turbulentam orationem.[Cedo) Cedo idem significat quod die,& da mihi.Ergo repetitionẽ significat, non superuacuam orationem,& est dictum cum quadã fiducia, & contemptu eius cum quo sermo est, interrogantis aliquid. [Mitte id quod scio)Hoc lentius,& summisse.[Hem,quid Pamphili) Apparet mulierem vestri & Pamphili lentius pronunciasse,quam Dauus vellet, & ideo nunc repetisse nomen nostri, & Pamphili.[Hem,quid Pãphili?)Duas res operatur Diuus simul, & vt ignarissimum se ostendat,& vt Pamphilus nominetur. Et argute repetit nomen Pamphili, quasi per indignationem,vt soceri auribus adolescentis nomen inculcet metuit enim, ne non audiat velut senex. [Recte ego has) Et hic efficit quod voluit Dauus,vt Pamphili Chremes puerum esse cognoscat,& recuset generum. [Has) .i.huiusmodi. [O facinus animaduerte dum) Aposiopesis quarta. [Quid clamitas?) Clamauit enim Dauus, vt puerum audiret Chremes.Quem ne ego heri vidi ad vos afferri vesperi?) vult negando irritare mulierem ad confirmanda quæ vult.[O hominem audacem)Exclamatio Mysides, testimonium veritas est. [Verum vidi Chantaram suffarcinatam) vide infirmum argumentum. prius,vidi puerum afferri,dixit: post, non puerum,sed Cantharam suffarcinatam. Cantharа, nomen est anus. Et hoc dicit,vt leuitur redarguat Mysidem,non vt vituperatur. hoc enim vidisse se innuit, Cantharam suffarcinatam, non puerum portantem. [Suffarcinatam) Proprium est ambus suffarcinatas esse,vt Persius, Pannucia Baucis. & Plautus, Doliarem claudam,crassam. [Cum in pariundo aliquot affuerunt liberæ) Indicium secuta confirmatio est, quam expressit Daui refutatio. superest etiam vt & concludatur effectus doli, negante Chreme se daturum filiam: quod subinde efficit Dauus dolo.[Aliquot liberæ)Nec paucæ,nec multæ.[Liberæ) Testimonia libera contra seruum. [Et hoc proprium Terentij est. nam de Romano more hoc dixit. [Næ illa illum) Næ valdæ. Cicero,Ne illi vehementer errant. [Chremes,si positum puerum) ὑποπλοκή.Et est μίμησις,transit enim à mixto ad imitatiuum characterem. [Næ illa illum) Chremetem .s. [Chremes si positum puerum) μίμησις,quando aliqua verba sic pronunciamus, vt vana videantur. [Non hercle faciet) Bene enim de se tertiam personam fecit,vt supra,At nunc faciet [Vt tu sis sciens) Eloquenter. sic enim veteres pro scias dixere.[In mediam viam prouoluam) Bene in mediam viam: quia ante fores positus iacebat. [Teq. ibidem peruoluam in luto)De proximo παρόμοιον repetit. Et quando nomina sunt, παρωνομασία quando verba,παρόμοιον dicitur. [Prouoluam).i.porrò voluam, & dolo quidem minatur quod facturus non est: verum sedulo id agit,vt iam puer tollatur è medio: simul cum seruat Chremeti: vt ipse recuset generum, non vt à quoquam passus videatur iniuriam. [Tu pol homo non es sobrius) Sobrius, est sanæ mentis, quasi sobrius, hoc est ab ebrio separatus, secretus, separatus ab ijs qui discernuntur. [Fallacia alia aliam trudit) Prouerbium. cui subiacet, memorem mendacem esse oportere. [Ciuem Atticam esse hãc) Transit ad imitationem.[Eho)Interiectio est conturbatæ mulieris. [Iocularium in malum) Econtrario pro graui,& molesto, ac nimio. [Iocularium igitur κατ' ἀντίφρασιν. [Quis hic loquitur?ò Chreme)Principium loquendi Dauus Chremeti dat, perfecturus quæ ipse conatus est. [Per tempus aduenis,) Idem est per tempus, quod in tempore: aut certe per tempus, tempestiue. [O Chreme per tempus aduenis) Astute, quasi eum nunc primum viderit. [Ah, ne tu omnia) Aut nec pro non legitur. aut ne tu omnia, vt ne producatur, & accipiatur pro non. [Tu omnia) Audisti,subauditur. [Auditin' obsecro?hem) Exultans Dauus infert,& inculcat frequenter repetendo.[Auditin' obsecro? hem) Difficile credendo,affirmat se non sciuisse præsentem Chremetem, vt hac confirmatione nihil illum de se faciat susspicari.[In cruciatnm) Non in crucem,sed cruciatum.[Hic ille est)cum ἐμφάσει quasi vir magnus. sed hoc, Chremetem ostẽdens, dicit cum ἐφανείᾳ. [Non te credas Dauum ludere) Virg. Non Diomedis equos non currus cernis Achillis. [Mi senex) Bene senex, quia quasi alienior est,& ignotus Mysidi. Mi,suppalpatio mulicbris. [Ne me attingas) Quædam ostenduntur aperte in comœdijs,quædam ex alijs personis intelliguntur.[Si pol Glycerio non omnia hæc)ἀποσιώπησις tertia, quod alienæ personæ interuentu reticeatur.Fiunt autẽ ἀποσιωπήσεις .i.reticentię tribus modis. aut .n. tacet per seipsum,& ad alium transit,& est prima,aut tacet,nec vltra aliqd dicet,& est secunda, aut alterius interuentu personæ silet,& est tertia.[Nescis quid sit actum)nescis plerunq; dr ei, non quem volumus redarguere imperitiæ, aut ignorantiæ, sed quem facere volumus vt velit libenter audire.[Paulum interesse) noue ,p multum.[Est) est πιθανώσεις σχῆμα. [Ex animo omnia,vt fert natura,facias) Figura ἐπεξήγησις. Nam quid est ex animo, nisi, vt fert natura. Et hæc sententia à Terentio ἐρωτηματικῶς prolata est, quam Menander πὼν ἀνεπιτηδεῖος posuit. [Vt fert natura) Hoc est naturalis,& ingentia actio.[An de industria?).i.scientia, & prouidentia. ea enim quæ discimus, & scimus,operatione genita,& industria quadam scimus, vt Virg. Et cui putre solum, nanque hoc imitamur arando.

REVERTOR, &c.) Adest nunc ipse Chremes cuius causa scena fraudibus instructa est,ne promissas compleat nuptias. C. Reuertor,postquam paraui ea quæ fuerunt opus ad nuptias gnatæ Philumenæ vt iubeam accersi.i.vocari, vel Pam. vel potius filiam,sed quid,hoc est viso puero,hoc dicit hercle, ornatiua est hæc particula quasi per Herculem iurantis est aduerbiũ, puer est, mulier tu ne.i.vtrum apposuisti hunc puerum? M. Quærit Dauum,qui discesserat vt à foro venire videretur,vbi illic.i.ille Dauus? C. Non rãdes mihi? M. Hem dolentis,& indignantis est interiectio, nusquam.i.in nullo loco est hic veh mihi miseræ, q.d. maledictio valde me inuasit, homo reliquit me sic solam atq; abijt.i.discessit. D. Di vostram fidem.i.imploro vestrum auxilium,est autem aduerbium admirantis cum exclamatione,vt superius dictum est,quid turbæ.i.turbationis, pp varia hominum litigia est apud forum causarum .s. quot homines,q.d.multi litigant.i.agunt causas in se inuicem. Tũ.i.deinde. Annona.i.clebaria,non.n.solum annona dr de frumentis, sed & de carnibus salitis,&alijs huiusmodi rebus.Cic.de Diuin. putaret annonam in macello cariorem fore. Annona ergo est cara nescio qd aliud dicam. M. Obsecro .i. quæso & per sacra rogo te cur tute.i.tumet reliquisti,sup.me solam hic. D. Hem interiectio dolentis,& indignãtis,quæ est hæc fabula.i.quæ sunt hæ nugæ quasi principium rationemq. ignoret. Eho interiectio aut animaduersionem poscentis aut repente cernentis ò Mysis vnde hic puer est quis ne attulit eum huc. M. Satin'.i.satis ne sanus es,q.d. tu es bene fatuus,& insanus. qui rogites.i.interroges me id,qñ rogo duos regit accusatiuos. D. Igitur quem ego rogem.i.interrogare possim,qui neminem alium videã hic. C. Miror.i.nescio vnde sit,miror veteres cum vnde pro nescio ponebant,nam admiratio ab ignorantia discendit. D. Dictură.i. dictura ne es,id quod rogo.i.peto. M. Hau interiectio consternatæ mulieris. D. Concede.i.confer te veni ad dexteram. M. Deliras.i.deuias desipis insanis non es mentis compos,nõ, q.d. ita tute.i.tumet dedisti.s.mihi,puerum hunc,sed tacuit illud per aposiopesim tertiam propter.s.interruptionem.factam à Dauo ne mulier prodat eum. D. Caue.si faxis.i.facias mihi vnum verbum,præterquam.i.nisi illud quod rogo te. M. Maledicis.i.minaris,posuit enim hic pro comminatione,quamuis pro cõuicio soleat poni,nisi forte ꝙ contumeliæ genus est comminatio, potest ẽt dici maledicis .i. cum contemptu loqueris, & conuitium facis,sed superior sententia melior est. D. Dic clare.i.aperte deposite omni simulatione vnde est hic puer. M. A vobis est.s.qa .s. ab hero Pam. est, id eo dixit eũ etiam esse serui domino suo fauentis in amore. D. Ha ha he,interiectionis ridentis ob rñsionem mirum vero est bono ordine locutus est, primo.n.causa impudentiæ natura est, deinde conditio, minime ergo mirũ est si mulier meretrix facit impudenter.i.inuerecunde posito omni pudere cum frontem defricuerit. C. Hęc ancilla est ab Andria.i.hęc ancilla est Andrię.i.Glycerij,quę ex Andro Insula venit,hoc est ipsi fauet,Andriæ quantum intelligo. D. Adeon'.i. Ideo ne.i.vtrum tantum vel valde videmur vobis idonei.i.apti. adoneus.n.dicitur aptus,& ad bona,& mala in quibus illudas.i. in quibus vestras faciatis illusiones,& irrisiones,Dicimus enim

GVID.

illudo

illudo tibi cum datiuo, vt Virg. Certantq. illudere capto, item illudo te cum accusatiuo, vt verbis virtutem illude superbis, itē illudo in te, vt in hoc loco simile est insulto, vt testatur Seruius in secundum Aen. C. Chremes apud se dicit, Veni in tempore .i. veni opportune tempestiue auspicato mature. Dicimus etiā veni tempore sine præpositione, & veni tempore in datiuo. D. Adeo .i. valde, propere .i. festina tollere .i. asportare auferre puerum hinc ab ianua, Deinde eam retinens summissa ei dicit mane caue excessis .i. excedas vt saxis pro facias, & dicitur caue excedas, & caue ne excedas pro eodem, caue ergo excessis .i. exeas aliquo .i. in aliquem locum ex istoc loco in quo tu es quidquid tibi dicam. M. Dij eradicent, quasi extirpent euellant è terra te abducant, & de medio tollant te Dauum, siue etiam excrucient, ita territas .i. frequenter territas .i. frequenter terres me miseram .i. in miserijs versantem afflictam, & anxiam. D. Quia Dauus sublata voce dixerat illi prius propera tollere puerum, deinde summisse dixerat mane nunc, iterum sublata voce alloquitur eam, quasi facere contemnat quod iussa sit dicens, dico tibi an non vt tollas puerum, vel vt dicas cuius sit. M. Quid vis. D. At etiam rogas rursum iurgium reperit, & turbulentam oratio nem. Cedo .i. dic. cuium .i. cuius antiquæ (sicut Dic mihi da. cu. pe.) apposuisti hic .i. in ianua puerum, dic mihi. Facit repetitionem non sine vehementia. Cedo enim, & dic mihi idem significant, sed instat vt respondeant. M. Tu nescis vultuose proferendum est per ironiam. D. Dauus lentus, & summissa dicit ei omitte prætermitte quod scio, & dic quod rogo. M. Appo-sui inquam puerum vestri intelligitur (si Prisciano credimus in terpretanti hunc locum) domini vel herilis filij, q. d. puerum ve stri domini, vel hærilis filij, vt sit genitiuus possessiui, & non pri mitiui. Quod si Mysis locuta sit vt prius dixerat à nobis est velitq. dicere eo⁊ esse .s. Pam. & Daui qui ei faueat in amore, & sui est particeps consilij, proculdubio vestrum in casu accusandi es set dicendum vt Valla comprobat longeq. late, interroganti. n. cuium puerum apposuerim alicui. nonne respondere debeo ve strum? profecto ita si vsum sectari velimus. Sed fortassis dicet aliquis vestri pluratiui esse numeri genitiui casus à primitiuo ego. Id dici posset sectando vetustatem q̄quidem constat multos vetustos sic esse locutos vt refert Gell. lib. xix. ex sententia Apollinaris viri probatissimi. Verum eo in loco Laur. Gellium corripere non dubitauit, cui si assentiamus hic potius sequeremur Prisciani sententiam presertim cum vti Laur. ait nostri ab ego semper passiue capiatur non autem actiue, nec possessiue, hic autem designatur aut possessio, aut actio cum interrogetur per interrogatiuum possessionis .i. ciuium, & etiam cum hoc ver bo ostendatur pater pueri, qui à nullo passiuus in generatione diceretur, attñ si quis velit sequi Gellium non carebit auctorita te, & insuper comica vetustate defendetur. Sed de hoc satis superq;. D. Cuius vestri? Quia nimis summissa ancilla dixerat vestri ideo Dauus repetit vt plene audiretur à Chr. & etiam vt Mysis amplius exponat, & confirmet. M. Pam. s. pue⁊ apposui ex hoc multum Prisc. sententia comprobatur qui dixit. vestri filij vel herili dñi cum Mysis subdat Pam. Nam de vno loquens non dixisset vestri in plurali nisi eo modo intelligeretur quo dictum est, videlicet per vestri comprehenderet dñm, & seruum fautorem, & cum diceret Pamphili solum intelligeret auctorē. D. Hem, interiectio indignationem ostendens. quid? modus interrogandi, q. d. quid dicis Pam. cum exclamatione pronuncian dum est, & hoc facit Dauus vt melius Chremes apprehēdat pue rum esse ex Pamph. M. Eho interiectio attentionem poscens, & animaduersionem an non Pamph. apposui puerum, q. d. ita. C. Chremes adhuc solus post Dauum loquitur ego fugi recte semper has nuptias. D. O facinus .i. flagitium animaduertendū .i. puniendum, & flagitatione .i. increpatione dignum, & supplicijs compescendum ac piandum, & est aposiopesis .i. reticentię in teruentu .s. personę Mysidis, quę inceptum sermonem interpellauit. M. Quid .i. cur clamitas .i. ita clamas, O facinus, &c. D. Dauus vult irritare mulierem negando eum esse Pam. ad confirmanda quę vult, quem .s. pue⁊ ne .i. non ne vidi afferri ad vos hęri vesperi aduerbium .i. sero. M. O hominem audacem? exclamando. D. Verum .i. sed vidi cantharam .i. illa anum, siue vetulam suffarcinatam .i. pannuciam, vt Persius pannucia baucis, vel pannosam. Nam pannucius, & pannosus dr, qui crasso, & vili pāno indutus est, & vt ait Don. proprium est anibus .i. vetulis suffarcinatas esse, quæ sub veste multa ferre solent latentia, quæ cū reuolutas rursum vestes atq; succinctas habent eo quidem modo vt nonnulla ferre possint dicuntur suffarcinatæ. M. Pol iurantis aduerbium. habeo gratias dij, q d. fateor me beneficio à dijs affectum, q⁊ aliquot liberæ mulieres qua⁊ testimonio pluris est aduersus seruum affuerunt in pariundo .i. cum pareret sine ipso puerperij tempore. & aliquot dixit, q. d. nec multæ, neq; paucæ. D. Dauus conuertens sermonē ad spectatores de Mysi de in tertia persona loquitur. Ne .i. certe secundum Vallam, & valde secundum Don. illa .s. Mysis. haud, .i. non nouit, illum .s. Chremetem cuius .s. Chremetis causa incipit hoc si Chremes vi derit puerum positum ante ædes non dabit suam gnatam, deinde altera consideratione motus subdit quasi per Herculem tāto magis dabit gnatam Ch. Chremes qm̄ nōdum se putat à Dauo perceptum esse apud se dicit de se in tertia persona hercle dixit q⁊ Dauus dixerat hercle magis dabit. Chremes inquam quē ita dicis facturum non faciet non dabit gnatam. D. Nunc adeo .i. certe vt tu sis sciens .i. vt tu scias more vetusto, & eloquenter nisi tollas .i. auferas hinc puerum iam .i. nūc ego prouoluam .i. proij ciam, quasi pedibus voluendo. hinc .i. ex ianua in mediam viam, & te prouoluam quasi porro voluam te Mysidem. ibidem .i. in via media. in luto .i. in cæno, & sordibus vio. M. Pol tu homo non es sobrius .i. sanæ mentis. nec in te mensuram, & modum habes. quasi sobrius .i. separatus ab ebrio vt secretus ab his, quæ discernuntur. D. Alia fallacia .i. aliud mendacium, alia astutia, & deceptio trudit .i. impellit aliam fallaciam, q. d. alia ex alia emergit fallacia. Est autem prouerbium cui subiacet memorem mendacem esse oportere, iam audio susurrari .i. murmurari, & quasi in aure summissis verbis, lacenter dicit hoc .s. quid sequitur vbi susurrari passiuum est. Nam susurro susurras, dicimus, vt ille susurrat semper aliqua .i. ille semper aliqua latenter dicit, & summisse loquitur, inde susurrus susurri .i. murmur. inde susurro susurronis .i. murmurator non audens plane verba efferre, audio ergo hoc quod sequitur susurrari .s. hanc Glyc. esse ciuem Atticam .i. Athenienſem. C. Hem. indignantis interiectio. D. Pam. ducet eam Glyc. vxorem coactus .i. compulsus legibus .i. iure ciuili. M. Hau. interiectio conturbatæ mulieres. obsecro te .i. quę so, an non est ipsa ciuis Attica .s. Chr. penè .i. ferè incidit .i. lapsus sum insciens .i. imprudēs, in malum locularium .i. (ad verbum interpretandū) ridiculum, ridendum, illudendum .i. de quo posset fieri iocus, & irrisio. Vel Don. vult per antiphrasim dicatur iocularium .i. graue molestū ac nimium. D. Quis loquitur hic, deinde conuersus Dauus dixit. O Chreme aduenis per tempus .i. in tempore, & tempestiue, seu peropportune, quasi eum nunc primum viderit auscultā. C. Iam audiui omnia. D. Ah. interiectio dolentis, & mirantis. ne .i. vtrum audisti omnia, vel siue producatur significat non audisti omnia. C. Inquam .i. dico tibi audiui omnia à principio. D. Obsecro audisti .i. audisti ne hem, scelera .i. flagitia omnia ita vt scelera regatur ab auditis, prius tamen interiecta interiectione. Vel dici potest hem scelera exclamando, q. d. te audiente multa scelera commissa sunt propterea q⁊ in conspectu tanti viri hæc inepta ancilla tot ineptias effudit. oportet hanc Mysidem abripi .i. abstrahi hinc, & deducit in cruciatum .i. supplicium vt de ea .s. meritum sumatur supplicium. Hic est ille Chremes .s. q. d. vir magnus, vbi ille habet emphasim, qui videlicet, sic se non debet illudi, & hoc dicit cum ironia, non credas te illudere .i. deridere Dauum, quando derides tantum senem. M. Me miseram subpalpitatio mulierbris, q. d. exclamando sum bene misera. O mi senex pol iureiurando dictum firmat nihil dixi falsi. Chremes noui .i. scio omnes rem. vti .s. est, sed Simo est intus. D. est intus .s. M. O scelestе .i. scelerate, & sceleribus plene. Daue ne attingas me .i. noli me tangere. si pol non omnia hæc vis sup. me dicere Glyc. aliquid tale, est aposiopesis .i. reticentia. Fiunt autem tribus modis aposiopesis, siue reticentiæ. Aut. n. quis per scipsum tacet, & hoc duobus modis, aut ad aliud transit, & sic est prima, aut non vltra aliquid dicit, & sic est secunda, aut alienæ personæ interuentu reticet, sic vel est tertia. D. Eho, hac interiectione mouet attentionem, tu inepta. stulta inconsiderata nescis quid sit actum. M. Quid sciam .i. scire possim. D. Hic Chremes est socer .i. pater Philumenę sponsę Pam. Nam cuius habet quis filiam socer est. haud alio pacto .i. non aliter poterat fieri vt sciret hæc quæ volumus. M. Hem interiectio dolentis hinc prædiceres .i. prædicere debebas. D. Censes paululum interiesse .i. parum referre an facias hæc omnia ex animo, &.i. (nam effexegesis) vt natura .i. naturalis, & ingenita actio fert .i. postulat instigat, an facias de industria .i. consulto dedita opera de scientia, de prudentia.

ARGVMENTVM) Hic posito puero ante ædes Simonis Dauus iurgans cum ancilla Chremetem absterret ab affinitate Pamphili, sed non impune. Et est hęc occasio summe epitaseos, qua inter sese personæ turbabuntur omnes. [Vbi illic est)

LATO.

est)verba,trepidantis,& tacite requirentis Dauum,qui se ad dextram subduxerat. [Quid dicam) Hoc ad spectatores Dauus. [Eho Mysis)Nunc incipit aperte iurgari.[Concede ad dexterã) Nictu auocat à sene,vt quæ opus sint clam moneat. [Ah, ah,) Ridentis. [Mirum vero) Irrisorie, & habet vim affirmatiuam hæc particula.[Mane caue) Hoc tacite,& est interminatio prohibẽtis ne tollat. Cuius vestri. Data opera vult nominari Pamphilum. [Verum,vidi)verum,subaudi, est, & mox confirmat a signo.Suffarcinatam.i.succinctura tumentum.[Chremes,si positum)Nominat Chremetem,cuius presentiam dissimulat.[Fallacia alia).i.dolus dolo connectitur,prouerbialiter dictum.[Iocularium) Ioco ac risu dignum.[Per tempus).i.opportune, aduerbialiter.[Hic ille est) Emphasis seipsum demonstrantis. [Sed est Simo) Præparatio ad futurum congressum senum. [Prædiceres) Prædicere debuisset,modus potentialis.

PETR. MARS. Revertor, &c.) Versuros homines, & callidos viros, miris modis, & multiplici vaframentum moliri deceptionem, nec esse cuius facile dolos interpretari, ac verum dispicere,docet hæc scena. [Multos enim recessus habet vita hominis,& varias latebras,vt in epist.scr.Plin. Et boni viri prudentia,quæ virtuti semper adhæret, malitiosorum versutijs ac simulationibus ideo decipitur, qñ ex se alios indicat, nec simulationibus putat id esse quo capitur,sed officium. Plato lib.iij.de rep. Quapropter modesti homines videntur stolidi,& qui facile ab iniurij decipi possunt, tanquam qui non habeant in seipsis eadem, quæ habent improbi,affectuum exempla malorum, Cic.in act.iij.in Ver.sic ait: Nullæ sunt occultiores insidiæ, quàm hæ quæ latẽt in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nã eum qui palam est aduersarius,facile cauẽdo vitare possis. Hoc vero occultum,intestinum,ac domesticum malum, non modo nec exitit,verum etiam opprimit cito,antequam perspicere,atque explorare possis. Hæc Cicero. Magna tamen ingenia sunt, quæ summa malitia commodis alienis insidiantur, & quieti. Quapropter Plat.lib.vj.de rep.sic ait? Atque huius ingenij sunt hi viri: qui nefaria scelera perpetrant,& priuatim,& publice,atque item qui sunt, & priuatis, & ciuitatibus bonorum ingentium auctores. Exile vero ingenium nihil vnquam, vel priuatim,vel publice magnum efficiet. Veritas, inquit Plato, in v. de Legib.tum dijs,tum hominibus dux omnium est bonorum, cuius qui felix beatusq. futurus est,statim ab initio particeps esse debet,vt in varietate plurimũ temporis vitam agat. Idem in Phædro sic ait: Is bene de se animoq. suo sperare põt: qui voluptates,quæ discendo percipiuntur,sectatus animum suum decorauerit ornamento,tẽperantia.s.iustitia,fortitudine,ac veritate. [Deliras,non tu te,&c.) Delirare est exorbitare à recta ratione. Plin.lib.xviij.sic ait: Iacto semine, iteratio sequitur, vel crate, vel tabula aratro adnexa, quod vocant lirare, operientes semina: Vnde primum appellata est deliratio. Est ne hic Crito sobrinus Chrysidis?)consobrini dñr nati ex duabus sororibus,Sobrini vero filij consobrinorum: Patrueles,filij duorum fratrẽ.

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARG. ADR. BARL.

Crito veniens ex Andro Athenas de Glycerio percontatur,an parentes reperit suos. Audiens nondum reperisse dolet, quod videat hoc sibi offuturum in adeunda hæreditate.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena,Crito persona ad catastrophen, id est euentum fabulæ enodandum introducta, loquitur. Nam hic Crito nihil argumento debet,nisi absolutionem erroris eius simulq; verbis suis,quàm grauis, quàm modestus,quàm iustus sit,ostendit.

Senarij.

CRITO hospes, MYSIS, DAVVS.

N hac habitasse platea dictum est Chrysidem,
Quæ se inhoneste optauit parare hic diuitias
Potius, quàm in patria honesta paupere viuere.
Eius morte ea ad me lege redierunt bona.
Sed quos perconter, video. saluete. M. obsecro,
Quem video? est ne hic Crito, sobrinus Chrysidis?
Is est. C. ò Mysis salue. M. saluos sis Crito.
C. * Itan' Chrysis? hem. M. nos quidem pol miseras perdidit. *Hẽ,ita Chrysis.
C. Quid vos? quo pacto hic? sati' ne recte? M. nos ne? sic.
Vt quimus, aiunt; quando,vt volumus, non licet.
C. Quid Glycerium? iam hic suos parentes repperit?
M. Vtinam. C. an nondum etiam? haud auspicato huc me appuli:
Nam pol,si id scissem, nunquam huc tetulissem pedẽ:
Semper enim eius dicta est hæc,atq; habita est soror:
Quæ illius fuerunt, possidet. nunc me hospitem
Lites sequi, quàm hic mihi sit facile, atque vtile,
Aliorum exempla commonent. simul arbitror,
Iam esse aliquem amicum, & defensorem ei: nam fere
Grandiuscula iam profecta est illinc. clamitent,
Me sycophantam hereditatem persequi,
Mendicum. tum, ipsam despoliare non * licet. *libet.
M. O optume hospes pol Crito antiquum obtines.
C. Duc me ad eam, quando huc veni,vt videam. M. maxume.
D. Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat senex.

N hac habitasse platea) In hoc loco persona ad catastrophen machinata, nunc loquitur. Nam hic Crito nihil argumento debet,nisi absolutionem erroris eius,simul ex verbis suis, q̃ grauis, quàm modestus, quamque iustus sit ostendit. [In hac habitasse) Non habitare,sed quia mortua est,habitasse dicit. [Platea) Græci πλατεῖαν dixerũt,quam nos plateam dicimus. Secundum formam eiusmodi. μοναδεῖον & Medeam ὠονδεῖον,& spondæum scribimus. [Quæ se inhoneste optauit)Optare est vnum de duobus eligere. Virg. Pars optare locum tecto.[Parare hic diuitias) Animo hæredis dixit parare diuitias [Potius,quàm in patria)Primum dolet Crito,quòd meretrix fuit Chrysis. secundo progressus, quæritur quòd mortua est. Et nota,quòd tria dixit Crito contempsisse Chrysidem. patriam, honestatem, & paupertatem τὸ πένεσθαι etiam seruatum est graui viro, cum illum sobrinæ pudet. simul hic ostenditur eius generis fuisse Chrysidem, vt quæ probè viuere potuerit, fini, vt ait, necessitas cogerer. [Quàm in patria honeste) ἀντὶ πάτρης primum. [Potius quàm in patria honeste pauper viuere) His verbis à poëta iam honestus inducitur Crito, & dignus cui credi oporteat.[Pauper viuere) Ad illud reddidit,Sed inopia,& cognatorum negligentia coacta. [Ea ad me lege redierunt bona) Hic ius tractauit dicendo redierunt,quia in familiam redeunt,si non est hæres de proximo,aut ex testamento.[Perconter) Interrogatio est, cui necessario respondetur aut etiam, aut non Percontatio, cui nihil horum. vt siquis dicat, Cur adulterinum commisisti? Simul etiam modeste, & mature,& de se nihil interrogaturus,cœpit à blandimentis. [Est ne hic Crito sobrinus Chrysidis?) Sobrini sunt consobrinorum filij, nam dicit Menander, verum vt alij putant, de sororibus nati, vt sint sobrini quasi sororini. [Saluus sis Crito) Saluos sis,asseueratio salutantis est,non quasi responsio. [Itan' Chrysis,hem)Non nunc interrogat,sed commiseratur, & ita sequebatur vt diceret, perijt, sed magis gemitus significat quod minus dixerat. [Nos quidem pol miseras perdidit) Hic intelligitur,supra subaudiendum perijt. Nam pro perijt,hæc reposuit perdidit. [Quid vos? quo pacto hic?) Progressio loquentis ad interrogandum. Id est puto,inquit,quòd illa perijt,vos autem quo modo? [Quo pacto hic?) Significatio est peregrinantis. [Nos ne? sic vt quimus) τὸ sic,nudum est. & est significatio languoris cuiusdam, & lentitudinis. [Sic vt quimus,aiunt,quando vt volumus,non licet)Et ad præsentis,& ad præteritæ vitæ excusationem pertinet ista responsio: qua purgatur voluntas Chrysidis in quæstu meretricio

DON.

Cæcil

Cæcilius in Plotio, Viuas vt possis, qñ nequis, vt velis. [Quid Glycerium? iam hic suos) Conuenit hæreditatem petenti conuenit indici futuro, de pluribus indagare. Ergo recte, & ordine quæsiuit, Quid Chrysis? quid vos? quid Glycerium? [Vtinam) Nouo genere exoptationem pro negatione intulit. [Haud auspicato huc me appuli). i. inauspicatus, quod nõ esset auspicatus, & vsitatum veteribus sic dicere, si quid aliquando aliter euenisset quam vellent. [Nunq̃ huc te tulissem pedem) Virg. Me ne ef ferre pedẽ genitor te posse relicto Sperasti? Et, Ferre simul Faunique. pedem, Driadesq. puelle. Sed Critici adnotant alienius esse charactere comico, tetulissem pedem. [Semper enim eius dicta est, atque habita soror) Aut veris credendum est, aut etiã falsis, quæ tamen inueterauerint. Hinc Cic. Ita habeantur, itaque dicantur. [Habita ergo plus est, quàm credita Semper eius) A possibili & vtili. [Nunc me hospitem lites sequi) Mire dicit me. cum ξένον. i. senem & remotum à litibus. Hospitem. i. peregrinum. Lites sequi. i. pauperem. totum ξένον. [Quàm hic mihi sit facile atque vtile). i. difficile, & inutile. & est comicum. [Grãdiuscula iam) Ad partem ætatis refertur grandis. i. grandis natu est. Maior aũt, generaliter, & ad summam ætatis refertur, & ad comparationem ætatis pariter positum est. [Sycophantam) Hoc est, cum in me conueniunt lites. [Sycophantem) Bene sycophantã: quis bonam causam habet, nihil aliud timet quàm conuitia. Et sycophantam, subdistingue, & sic inter sequentia. [Tum ipsam despoliare non licet) Ab honesto, & bene, qa nihil suum habet. nisi Chrysidis. [Antiquum obtines) Antiquum absolute dixit, vt æquum, aut bonum, quod antiqui solebant, aut certe per ἐλλειψιν. i. morem, & ingenium. [Duc me ad eam, quãdo huc veni, vt videam) Vel hoc inquit, vt videam. cur autem vt videam? quia timet. & est ordo, Duc me ad eam, vt videam, qñ huc veni. [Videat se.) Bene senex. Simo. n. cum Chremete est. propter hoc videri non vult ne, eius vtatur apud socerum testimonio rem esse Pamphilo aduersus Glycerium, & rursus nuptiæ confirmentur.

OVID. IN hac &c.) In hoc loco persona machinata loquitur, nam hic Crito argumẽto nihil debet, sed absolutionem erroris facit, & simul quam grauis quam modestus quanque iustus sit ostendit Crito hoc quod sequitur dictũ est mihi. i. Chrysidem habitasse in hac platea. i. in hac parte vrbis plana & lata, quę Chrysis optauit. i. elegit, nam optare est vnum de duobus eligere, sese. i. seipsam parare. i. acquirere, quasi animo hæredis hñdi hic diuitias inhoneste potius q̃ viuere pauper pro pauperem posuit ex aliquorum sententia non enim sæpe in vsu est hic dicendi modus optauit sese viuere pauper, id tñ dicendi genus interdum inuenitur. Luc. in x. lib. Titumq. putauit iam bonus esse socer, quam ergo viuere honeste pauper. i. inops in patria sua. Crito itaque ostendit Chrysidem contempsisse patriam honestatem & paupertatem. Morte. i. per mortem, vel ex morte eius, ea bona quæ parauit redierunt ad me lege. i. per legem, quia in familiam redeunt si non est hæres de proximo, aut ex testamento, sed video quos perconcter, interrogem, sed interrogatio differt à perconctatione, nam interrogationi necessario rñdetur, aut sic, aut non, sed non perconctationi, saluete. i. salui sitis Dauo, & Mysidi dictum est & masculinum præponderauit fœminino. Mysis, obsecro quem video ne. i. vtrũ Crito Sobrinus Chrysidis. i. cognatus est hic Sobrini vt aliqui volunt dñr quasi sororini. i. nati de duabus sororibus, vel vt alijs volunt sobrini sunt cõsobrinorum filij. Deinde Mysis attentius viso Critone subdit, is est, Crito. s. Crito. O Mysis salue. Mysis, ò Crito saluus sis, Crito, Itan'. i. ita ne Chrysis perijt subaudi, sed impediuit gemitus. M. Hem? eiulando proferenda est particula hem, quidem. i. certe. pol, perdidit. i. destruxit nos. s. me & heram Glycerium miseras, Crito, quid vos facitis sup. quo pacto. i. quo modo hic vos habetis, vel valetis, satin'. i. satis ne, recte. s. vos habetis, vel valetis. M. Nos ne?. i. petis vtrũ nos habeamus recte & quid faciamus, Habemus nos vel facimus inquam sicut quimus. i. possumus, qñ. i. quia non licet. i. non permittitur nos hîc, vel facere, vt volumus (aiunt) per parenthesim est legendum. i. vt fertur vt dr̃, vt aiunt homines quasi sit prouerbium quale est illud Cecilij. Viuas vt possis qñ ne quis vt velis. C. Quid Glyc. facit. s. iam. i. nunc repperit suos parentes, hic. i. Athenis. M. Vtinam repperisset, & pro negatione hoc dictum est quasi non reperit. C. An ẽt nondũ. i. non adhuc repperit, haud. i. non auspicato. i. infeliciter quasi aut nõ prius captatis auspicijs, aut male captatis, q.d. malis auibus huc me cõtuli intempestiue immature, & q̃ dici vulgo solet in mala hora appuli. i. applicui adegi me huc, nã pol si sciissem id. s. eam nondum parentes reperisse nunq̃ retulissem pedem huc. i. nunquam huc accessissem quasi nunquam extulissem seu subleuassem pedem huc venturus. vbi Terentius antiquitatẽ secutus te tulissem dixit à tollo. Nam vt dicit Priscianus tollo tetuli facit pro quo nunc in vsu frequenti est sustuli. A tulo quoque quod apud vetustissimos in vsu fuit tetuli dicebant. Hæc Glycerium semper dicta est esse soror eius Chrysidis atque habita. i. iudicata existimata & credita, possident ea bona quæ fuere illius Chrysidis, nunc exempla aliorum commouent. i. admonent commonefaciunt, quàm. i. quantum sit mihi facile. (q.d. difficile) & vtile (q.d. inutile) me emphasim habet quasi senem pauperem, & à litibus remotum, hospitem. i. peregrinum sequi. i. exercere agitare lites, & ligitia controuersias, hic. i. in hac vrbe aliena mihi, & ignota simul. i. etiam arbitror nam aliquem esse amicum, & defensorem eius Glycerij, Nam ferè iam grandiuscula. i. adulta excreta grandis ita comparatiuum illud diminutiuum sumatur propositiuo etiam diminutiuo vt haberemus tanquam si diceretur grandula. Nam grandis de ætate sæpe dicitur. item de pecunia, & prole. Ferè ergo iam grandiuscula profecta est. i. discessit illinc. i. ex Andro, clamitent. i. clamitare possunt me sycophantam. i. calumniatorem, cauillatorem, mendicum. i. inopem, & quasi petentem stipem. persequi. i. pro sequi vel repetere in iudicio, hæreditatem. i. sessionem sobrinæ. Sycophanta ad verbum interpretando dicitur ficuum comestor. Nam sycos Græce dicitur ficus, & phanta comestor, quasi ficuũ comestor, tradicitur tamen à nostris calumniator. Nam vt, inquit, Synesius grammaticus Græcus ex duobus seruis Græcis alter assumpserat ficus, alter quis prorsus excidisset ignorabat domino tamen conquerente à fonte insons accusabatur, herus prudentissimus vtrique callidam aquam præbuit ficum solus delinquens euomuit. quid enim ieiunus euomeret nisi intestina tunc primum natum est id verbum sycophanta. i. calumniator, quia deliquens insontem falso crimine calumniabatur. Mendicus vt vult Varro à minus dicitur, vel vt Festus ait ex sententia Varri à mente quem fefellerit fortuna, vel quòd precatur quendam vt vitæ suæ medeatur cibo, & tunc à medeor diceretur. Tum. i. præterea non licet, q.d. non est honestum displorare. i. vacuam omnibus bonis relinquere ipsam, quia. s. nihil sum habet. M. O Crito hospes. i. aduena peregrine alienigena optime pol tu Crito obtines. i. habes vel possides, & assecutus es antiquum mores sup. vel ingenium vel obtines. i. obseruas antiquum. s. æquum, & bonum. C. Quando huc veni. i cum huc venerim quamuis nihil habiturus sim duc me ad eam Glycerium vt videam eam. s. M. Maxime, q.d. libentissime te ducam. D. Sequar hos nolo vt. i. q̃ senex. i. Simo videat me in hoc tpe.

ARGVMENTVM) Initium Catastrophes ab aduentu Critonis. [Quæ sese) Pulchra contentio. [Obsecro) Admiratus. [Ita ne Chrisis) Subaudi mortua est, per eclypsim. & attende moratum colloquium personarũ. [Vt quimus) Prouerbium. [Me appuli) Translatum à nauigio. Huc retulissem à tollo. [Nã ferè grandiuscula) Ratio ab ætate. [Sicophantam). i. calumniatorẽ, & est prouerbiale. [Antiquum) Absolute, subaudi morem. LATO.

IN hac habitasset &c.) Cauta mente periculum imminens declinandum esse, ac hominum de nobis æstimationem non esse negligendam, hæc scena præscribit. Imprudentis nanque est ea tentare, quæ discrimen afferre possunt. Vnde P otinus Philosophus loquens de virtutibus Politicis, sic ait: Est hominis ciuilis prudentia ad rationis normam, quæ cogitat, quæq. agit, dirigere vniuersa, ac nihil præter rectum, vel laudabile facile, humanisq. actibus prouidere. Prudentiæ in sunt ratio, intellectus circunspectio, docilitatis, & cautio. Negligere vero aliorum de se iudicium, nec curam nominis habere, hominis est omnino dissoluti, qui nullo rationis vinculo continetur, sed vt brutum animal viuit. In primisq. cauendum est, ne calumniatores dicamur, & accusatores. Quapropter Tull. j Off. sic præcipit: Duri hominis vel potius vix hominis videtur, periculum capitis inferre multis. Id tuum periculosum ipsi est, tum etiam sordidum ad famam, committere vt accusator nominetur. Apuleius sic ait: Prudentis est animi & verecundi, etiam falsa vituperatione grauari. [Nunquam tetulissem huc, &c.) Diomedes sit ait: Tolllo, tuli, & tetuli. Terent. Huc tetulissem pedem. [Illic clamitent me sycophantam, &c.) Sextus Pomp. sic ait: Sicophantas appellatos dicunt Atticos quondam iuuenes, solitos in hortos irrumpere, ficosq. deligere, quamobrem lege constitutum est, vt qui id feciſſet, capite truncaretur, quam pœnam, qui sequerentur ob parua detrimenta sycophantas appellatos. Sycophanta proprie dicitur calumniator, sic dictus ἀπὸ τῶ σύκου & φαίνω, quod est ostendo. Sycophanta dicitur qui ostendit ac accusat fures ficorum, & Sycophantiæ dicuntur calumniæ. PETR. MARS.

VER

GLAR. VERSVS sunt omnes senarij iambici. In j. platea media correpta est. In ij. versu si parare, prima coniugatione legas, vt vulgo habent codices, semel ne legendum est. Sin parere tertia coniugatione? bis sese, & in diuitias u, eliditur, vt vult Doctor. Et simile est Act. j. Scena ij. in Heaut. verso xx. In iiij. Eius monosyllabũ. In viij. ita Chry. anapæstus est. Deinde in sis eliditur, nisi dicamus Hem esse extra carmen, vt alibi sæpe. põt tñ Ita ne, & totum carmen absque omni elisione legi, si creticum ponas loco secundo ac tertio. Doctor. adiecerat versui ad marginem, Duo trochæi, tres cretici. quod ego planè, non intelligo. In ix. ad fidem carminis particula Sic ferè in codicibus omissa à Donato additur, & recte. In xj. vel suos est monosyllabum vel creti eus loco tertio. In vj. à fine Grandius creticus est. In iij. à fine Doct. addit initio morẽ, contra Donati expositionem, aut pro Optime legendum censet Opportune. Sed neutrum est necesse si legas. O optime, videlicet vocatiuũ cũ aduerbio vocandi o.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Simo cupit fieri nuptias, generum recusat Chremes ob natum ex Glycerio puerum.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena continetur disceptatio officiorum patrum duorum, inter se de officio amicorum, & paterna pietate tractantium Chremes ob natum filium ex Glycerio generum recusat.

Trochaici Tetrametri Catalectici.

CHREMES, SIMO.

ATI' iam, sati' Simo spectata erga te amicitia est mea,
Sati' pericli cœpi adire: orandi iam finem face.
Dum studeo obsequi tibi, pene illusi vitam filiæ.

S. Imò enim quammaxime abs te oro, atque postulo Chreme,
Vt beneficium, verbis initum dudum, nunc re comprobes.

C. Vide, quàm iniquus sis præ studio. dum efficias
* iubes. id quod * cupis,
Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas:
Nam si cogites, remittas iam me onerare iniurijs.

S. Quibus? C. ah rogitas? perpulisti me, vt homini adolescentulo,
In alio occupato amore, abhorrenti ab re vxoria,
Filiam darem in seditionem, atque incertas nuptias:
Eiu' labore, atque eiu' dolore gnato vt medicaret tuo.
Impetrasti: incepi, dũ res retulit: nunc non fert: feras.
Illam hinc ciuem esse aiunt: puer est natus: nos missos facæ.

S. Per ego te deos oro, vt ne illis animum inducas credere,
Quibus id maxume vtile est illum esse quam deterrimum.
Nuptiarum gratia hæc sunt ficta, atq; incepta omnia.
Vbi ea caussa, quamobrem hæc faciunt, erit adempta his, desinent.

C. Erras. cum Dauo egomet vidi iurgantem ancillam. S. scio. C. at
Vero voltu; cum, ibi me adesse, neuter tum præsenserat.

S. Credo; & id facturas, Dauus dudum pdixit mihi:
Et nescio quid tibi sum oblitus hodie, ac volui dicere.

ATIS iam, satis Simo) Hæc scena officiorum di DON.
screpationem continet patrum inter se de officio amicorum, & paterne pietate tractantium. [Satis iam, satis) Hæc veluti quædam controuersia est, nanque iniuriarum reus sit Simo. contradicitur per coniecturam, falsum esse quod intendit, cum Pamphilus neque amet, neque ex eo natus sit filius. & adhibetur deriuatio causæ, qua dicitur meretricem illa omnia esse molitam ad disturbandas nuptias. [Satis iam, satis) Bene, negaturus filiam, purgat prius officium suum de fide promissi, & vltro accusat ipsum. [Spectata) Probata. vt Virg. ait, Rebus spectata iuuentus. [Imò enim) Enim παρέλκον est figura. [Imò enim quam maxime abs te postulo) Renunciare affinitati Chremetem, aut parum adhuc intelligit Simo, aut subtiliter dissimulat, vt ad fidem promissi hominem compellat. [Initum) Cœptum. ab ineundo, vnde & initia quoque dicta. [Quod cupis) Quod velis. Legitur &, quod iubes. [Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas) Id non cogitas aut quantum de benignitate amoris exigendum, aut præsumendum sit, aut quod sit impossibile, quod petis. [Remittas iam) Remittas, pro mittas. [Per pulisti me, vt homini adolescentulo) Hæc est tota accusatio. [Homini adolescentulo) Sic Salust. Occultans se tugurio mulieris ancillæ. [Filiam vt darem) Inuidiose, non, promitterem, inquit, sed darem quantum in te est. [Dum res tetulit) Compositum pro simplici est tetulit. & altius quàm decet comicum characterem, dictum videtur. [Per ego te deos oro) Defensio per coniecturam. & est ordo, Per deos oro te ego. [Quibus id maxime vtile est) Argumentum à persona. [Quibus maxime vtile est) A causa ratiocinatiua. [Vbi ea causa) Quamobrem hæc faciunt ἀναπέλαστον. nam non intulit, ob quam causam, cum supra dixerit, ea causa, sed quasi dixerit, Vbi ea res: intulit, quãobrem hæc faciunt. [Erit adempta) Aut rem abundat, aut causa. [Vero voltu) Quasi dixerit Simo, simulabat ancilla. [Cum ibi me adesse neuter cum præsenserat) Credit. Aut etsi visus à My side erat. tamen ignorabatur esse Chremes, donec diceret Dauus, Hic ille est. non te credas Dauum ludere. [Cum ibi me adesse) Tuum deest, vt sit integrum, Tum cum. [Dauus dudum prædixit mihi) Hic ostenditur, quòd vidit callidus Dauus vt prædiceret futurum seni, id quod ipse erat facturus. [Nescio quid) Deest propter vt sit, propter nescio quid, aut nescio pro qua re, vt sit aduerbiale. [Ac volui) Ac, pro, contra quam.

SATIS iam satis Simo spectata erga te amicitia est mea. GVID.
Hæc scena officiorum disceptationem continet patrum inter se tractantium de officio amicorum, & paterna pietate. C. O Simo iam .i. nunc satis satis, hęc repetitio ostendit Chremetem cumulate suo in Simonem functum officio amicitia mea erga te est satis spectata .i. probata incœpi adire .i. subire satis pericli .i. periculi syncope. Iam .i. nunc fac finem orandi .i. fiile preces cum studeo .i. labore obsequi .i. morem gerere tibi plenè .i. propè modum, illusi .i. ludibrio inquinaui siue ridiculam penè reddidi vitam filiæ .s. Philumenæ. S. Imò enim .i. sed certe nunc ò Chremes oro atque postulo abs te vt comprobes .i. confirmes nunc re .i. ipso effectu beneficium initum .i. incœptum, siue cœptum ab ineundo .i. incipiendo dudum .i. paulo ante, verbis .i. per verba. C. vides quam .i. quantum sis iniquus .i. iniustus petitor præ studio .i. præ nimia cupiditate faciendi q̃ instituerís, dum .i. dummodo efficias quod cupis velis vel iubes, neque cogitas .i. mente voluis, modum .i. iustam mensuram benignitatis .i. vel liberalitatis, vel mansuetudinis debite in amicitia, neque cogitas quid .i. quam rem iustam an iniustam, ores me, oro enim duos regit accusatiuos. Nam si cogites iam remittas .i. cesses desistes supersedes onerare me iniurijs .i. in iustis petitionibus. Nam iniuria dicitur quidquid non iure fit. S. Quibus iniurijs .s. te onero. C. Ab interiectio dolentis, & indignantis, rogitas .i. perconctaris quibus iniurijs perpulisti .i. tuis importunis precibus me impulisti vt darem filiam homini adolescentulo occupato .i. detento in alio amore, quàm filiæ, & abhorrenti .i. perquam alieno ab te vxoria .i. à coniugio legitimo, in seditionem .i. discordiam atque in nuptias incertas .i. non firmas, quoniam eam fortassis relinqueret, & in alterius amore fixus inhæreret, aut rationem aliquam iniret qua eam repudiaret, & quidem perpulisti me id vt facerem ad hunc præcipue finem vt medicarer .i. mederer, tuo gnato .i. Pamphilo, qui amoris graui vulnere saucius est, impetrasti, id est iussisti familiaritatis iure vt id facerem incœpi id facere. Dum, id est quandiu res retulit, compositam pro simplici protulit .i. quandiu honestas postulauit ac passa est, nunc res,

id est

id est honestas vel vtilitas filiæ non fert.i.non postulat non patitur,feras.i.patiaris oportet,quandoquidem filiam non sum daturus cum res non ferat aiunt.i. dicunt homines quasi rumor est per contemptum dixit aiunt. illam Glyc.esse ciuem hinc.i. ex Athenis puer natus est ex ea fac nos missos, quod vulgo dici solet demitte nos in pace nec amplius precibus aures nostras ob tunde. S. Per deos ego oro te vt ne.i.non inducas animum.i. tibi imperes aut persuadeas credere illis quibus.i.maxime vtile illum filium esse, quàm deterrimum.i. pessimum deprauatissimum perditissimum vbi quàm pro valde superlatiuo iungitur, hæc omnia sunt ficta.i.simulata atque incepta gratia.i.causa nuptiarum, vbi.i. quando ea causa quamobrem.i. propter quàm causam faciunt. hæc erit adempta.i.ablata,desinent.i. cessabunt fingere & cõminisci mendacia. C. Erras.i.decipis deliras egomet vidi ancillam,obiurgare.i.rixari cum Da. S. Scio,q.d. intelligo illud,sed simulabat ancilla. C. At vero vultu vidi eam obiurgari,q.d.serio obiurgabant non simulare,cum neuter præ senserat.i.facie præceperat me adesse ibi. S. Credo quod dicis & .i. etiam Da. prædixit mihi dudum mulieres illas facturas id .i.obiurgaturas ac disturbaturas nuptias, & nescio quid.i.quare vel propter,quid oblitus sum dicere tibi hodie,ac .i. sicut volui, vel ac.i.contra quàm volui,vt Donat. sensit.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Expostulatio Chremetis cum Simone de amore Pamphili. [Pene illusi) .i. perdidi. [Vt beneficium) Elegans sermo. [Vt homini)Admiscer argumenta à persona.[Per ego te)Defensio per coniecturam à delatorum commodo. [Erras. cum Dauo) Infirmatio à signo. [Credo. & id facturas) Refutatio signi à præmonitione Daui antegressa.

PETRVS MARS.

SATIS iam, &c.) Querelas inter amicos oriri aliquando docet hæc scena, tum in officijs præstandis ac exigendis à recto is discedit, qui propria commoda respiciens rebus amici consulere non videtur. quod ideo accidit,quoniam,vt inquit,Plato, lib.viij.de Legib.ad vtilitatem,propriam,priuatamque commoditatem natura semper impellit. Et in quinto sic ait: Sed reuera nimius in seipsum amor, omnium peccatorũ omnibus semper causa est. Obcecatur quippe circa amatum qui amat. Et Cicero lib.j. Offic. dicit: Est enim difficilis cura rerum alienarum, iccirco, aliter de illis, quàm de nobis iudicamus. Hæc Plato,& Tullius. Sed ab eo certe fugiendum est vita ciuili, & actionibus,affectibusque ad quod natura sumus propensiores, vt mediocritas illa seruetur. quam recte viuendi ratio præscribit. Et habenda est in primis ratio amicorum,ne vtilitatem potius quàm officium aspicere videamur. Vnde Seneca: Non exigo vt sine respectu sui mihi consulat. & scribens de Ira ad Nouatum dicit: Beneficijs humana vita constat, & concordia, nec terrore, sed mutuo amore in fructum auxiliumque commune astringitur.[Nescio quid tibi sim oblitus hodie,&c.) Hoc est nescio quomodo excidit dicere tibi, sicut mihi proposueram.

GLAREANVS.

VERSVS sunt omnes trochaici tetrametri catalectici tametsi duo primi videantur iambici, sed in Satis vtrobique elidituir. S. Et in sequenti versu similiter, quanquam illic bacchius bis, hic amphibrachis poni commode poteris. Vide in sexto versu,secundam corripit vt admonuit Doctor. In 12. eius bis est monosyllabum. In xiij. tetulit legendum. In 25. vel Deos monosyllabum, vel creticus loco secundo.

ACTVS V. SCAENA II.

ARG. ADR. BARL.

In hac Scena Simo cum audit venisse, qui Glycerium dicat ciuem esse Atticam,ita accensus Dauum intro raptum conijcit in vincula,& miro hic artificio patris ac domini offensi consuetudinem exprimit Terẽtius.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti Scena principium indicij. Glycerium ciuem esse Atticã, continetur. Præterea Simonis indignatio aduersus Dauum, quem in vincula conijcit. Mire quoque,& artificiosa exprimitur consuetudo patris ac domini offensi, & excandescentis.

Trochaici Catalectici bona ex parte, præter sex Trimetros in fine scenæ,admixtis tamen interdum Iambicis Quadratis.

DAVVS, CHREMES, SIMO, DROMO seruus.

NIMO iam nunc ocioso esse impero. C. hem Dauom tibi.
Vnde egreditur? D. meo presidio,atque hospitis. S. quid illud mali est?
D. Ego cõmodiorem hominem,aduentum,tempus non vidi. S. scelus,
Quemnam hic laudat? D. omnis res est iam in vado.
S. cesso alloqui?
D. Herus est: quid agam? S. ò salue bone vir. D. hem Simo, ò noster Chreme,
Omnia apparata iam sunt intus. C. curasti probe.
D. Vbi voles, accerse. S. bene sanè. id enimuero hic nunc abest.
Etiam tu hoc respondes, quid istic tibi negocij est?
D. mihin'? S. ita.
D. Mihi ne? S. tibi ego. D. modo introij. S. quasi ego, quàm dudum, rogem.
D. Cum tuo gnato vna. S. an ne est intus Pamphilus? crucior miser.
Eho,non tu dixti esse inter eos inimicitias carnufex?
D. Sunt. S. cur igitur hic est? C. quid ilum censes? cum illa litigat.
D. Immo vero indignum Chreme iam facinus faxo ex me audias.
Nescio quis senex modo venit: ellũ,confidens,catus:
Cum faciem videas, videtur esse quanti vis preti:
Tristi' seueritas inest in voltu, atque in verbis fides.
S. Quidnam apportas? D. nil equidem, nisi quod ilum audiui dicere.
S. Quid ait tandem? D. Glycerium se scire esse hanc ciuem Atticam.
S. Hem Dromo,Dromo. D. quid est? S. Dromo.
D. audi. S. verbum si addideris. Dromo.
D. Audi obsecro. DR. quid vis? S. sublimem hunc intro rape, quantum potes.
DR. Quem? S. Dauom. D. quamobrem? S. quia lubet. rape inquam. D. quid feci? S. rape.
D. Si quidquam mentitum inuenies, occidito. S. nihil audio.
Ego iam te commodum reddam. D. tametsi hoc verum est. S. tu tamen
Cura asseruandum vinctum,atque audin'? quadrupedem constringito.
Age nunc: iam ego pol hodie, si viuo, tibi
Ostendam, herum quid sit pericli fallere, &
Illi patrem. C. ah ne sæui tantopere. S. Chreme,
Pietatem gnati. non ne te miseret mei?
Tantum laborem capere ob talem filium?
Age Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

NIMO iam nunc ocioso esse impero) Hæc scena,principium indicij,& iracundiam senis continet: atque in ea vehementer exprimitur consuetudo patris,ac domini offensi,& indignãtis. [Animo iam nunc ocioso)Exultans egreditur Dauus, nunc DON.

nuncians prona esse omnia ad securitatem. Et ocioso, securo: quia negocium, solicitudo est. [Impero) pro volo. an vt statim fiat, tanquam illud quod imperatur? Et impero superbe dixit. summum enim indicium securitatis est superbia. [Vnde egreditur?) hic non interrogat, sed cum admiratione, vel magis cum indignatione dicit. [Meo præsidio atq; hospitis). i. Animo iam nunc ocioso esse impero. [Atq; hospitis). s. Critonis. [Ego commodiorem hominem) Hic Dauus admiratur, q̃ in ipso articulo periculi superuenerit Crito. [Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi) Potest. n. & cõmodus esse quis, & alieno tempore superuenire potest. & commodum, in homine est. sed, & opportunis malum etiam aduentum habere potest. nam commodum, in homine est aduentus, in facto eius tp̃s in opportunitate facti. [Commodiorem hominem, aduentũ tempus) εὐκαιρ. Scelus. [Quem nam hic laudat?) Non est hic solœcismus: ad sensum enim, non ad verba respexit. etenim propter sensus, verba sunt. non propter verba sensus. [Omnis res est iam in vado) In vado, in securitate. nam vt in profundo periculum est, ita in vado securitas est. Prouerbiale, in vado, in tuto. [Quid agam?) Plus est dicere quid agam, quàm cogitare de fuga. [Salue bone vir.) ἐφωνία maior est, quàm increpatio. cũ enim oẽ genus criminis aliquis superauit: tunc exclusi, ἐφωνίαν laudamus. [Hem) Interiectio perturbati est. [O noster Chreme) noster dicendo, latenter significat Glycerium filiam Chremetis esse inuentam. [Omnia apparata iam sunt) Quia infecta sunt de paratis. [Curasti probe) Probe, memoriter vt solet. supra enim dixerat senex, Imo abi intro, ibi me opperire: & quod parato opus est, para. [Vbi voles, accerse) Vbi, pro quando. non est enim loci, sed temporis aduerbium. [Bene sane) valide, quia sanus est, idem & validus. [Abest) pro, deest. [Etiam tu hoc respondeas?) deest, an non. Etiam, aut hortatio est, aut cõiunctio. Et vide quanta dixerit, & quid, & istic, & tibi. [Mihi ne?) Quando non sumus parati ad respondendum, dicendo tempus eludimus. [Mihi ne?) Apparet ita turbati Dauum modo cõsilio poëtæ, vt omnes amittat fallacias, & oppressus prodat Pamphilum, dum malum cominus perhorrescit. totumq; hoc ex argumento est. Vult enim iam poëta catastrophen fieri. [Modo introij) Hoc signum, perturbatum induci ob conscientiam Dauum. [Cum tuo gnato vna) Serui excusatio, filij accusatio est. & hoc quasi à perturbato dr̃ sero, sed consilio poëtæ ad exitum festinantis, & resolutionem fabulæ. [An ne est intus Pãphilus?) causa iræ vehementior inuenta est. [Sunt) Nulla ratione dicit, sunt: sed ne nihil respondeat, nã turbatus est, vtpote oppressus [Quid illum) deest, propter: vt sit, propter quid illum esse censes. [Cum illa litigat) Chremi conuenit hic sermo, hic. n. irridet, qui & supra dixit, Amantium iræ, amoris redintegratio est. & sic hoc dicit, vt alibi, Credo, vt sit, misera prę amore exclusit hũc foras. [Cum illa litigat) Irridet Simonem Chremes, quia dixerat, Iræ sunt inter Glycerium, & gnatum. [Imò vero indignum Chremes) Bene ad eum loquitur, qui est à nuptijs deterrendus: vel qui non interturbet orationem suam: vel quem etiam sibi precatorem destinet. Ita loquitur quasi hæc sit causa cur sit Pãphilus ingressus: q̃ quasi ei lis intendatur à Critone hospite ducendæ vxoris, quam ciuem Atticam vitiauerit. [Nescio quis senex modo venit) Bene nescio quis. etenim si notus esset, videretur gratificari. i. gratiosus esse testis, & minus verus. [Ellum) Veteres quod nos illũ dicimus, vel ellum, vel ollum dicebant, quamuis ellum, quidam ecce illum, velint intelligi, tanq̃ pro ipso domum Glycerij ostendat Dauus, dicens, Ellum, quasi en illum. est enim, vt alij volunt, pronomen: vt alij, aduerbium demonstrantis, nam pronomen huiusmodi veteres sic proferebãt ille, ellus, ollus. sed, vt diximus, aduerbium compositum ex pronomine videri potest, vt sit, en, vel ecce illum. [Confidens) Confidentem hic pro constanti non mala significatione posuit. [Catus) Callidus, doctus, ardens παρὰ τὸ καίειν. Vnde Cato dictus, ingeniorum etenim igneus vigor esse videtur. [Quantiuis precij) Ad magnitudinem refertur quanti vis, non ad paruitatem precij. Et totum oratorie. scire enim locutus est. Sed inter est inter quamuis, & quantiuis. nam alterum contemplationis, alterum laudis. [Tristis) Ad laudem interdum sumitur, non ad amaritudinem, tristis. Cicero, Iudex tristis, & integer. [Glycerium se scire ciuem esse Atticam) Bene: constanter ad ea quæ locutus est, scire se dixit. [Dromo, Dromo) Commotus ira, & dolore nihil dixit, nisi q̃ lorarium repetendo sæpius vocat. [Verbũ si addideris) Bene, qui omnia præsente socero contra nuptias loquitur. [Audi obsecro) Plerunq; à verberandis * vel indulgentia loquitur vel mora. [Sublimem). i. in sublime, per altum. [Quantum potes) Hoc est celerrime, quia segniores se ostendunt serui ad puniendos collibertos. s. mora veniam captantes indignantium dominorum. [Quia lubet) Hoc sensu & supradictum est, Aut si libitum fuerit, causam ceperit quo iure, quaque iniuria. [Quia lubet) Dauo dicit. [Rape inquam) Hoc Dromoni. [Si quidquam inuenies mentirem occidito) Hoc plus dixit. Vbi enim verbera, supra dixit: nunc occidito. [Commotum) Citum, celerem. [Quadrupedem) vetum ligaturæ genus sic dicitur, quadrupedes? an quadrupedem, vt feram? an quadrupedẽ deest cum pedibus, & manibus? an quadrupedem pro seruo, ac fugitiuo posuit? Sic Virg.

Saucius, ac quadrupedes nota intra tecta refugit.

[Constringito) Mirè, ne quid fiat tragicum in Comœdia, vsq; ad vincula ira progreditur, nec quidquam tentat vlterius. [Si viuo) Qui certaminari volunt incertam faciunt vitam suam. [Herum quid sit pericli) Herum, & patrem cum ingenti pronunciatione dixit. Et alibi, Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut audebit, tanto magis audebit ceteros. [Ne sæui tantopere) Ne imperatiuo magis, quàm coniunctiuo adiungitur, vt Virg. Ne sæui magna sacerdos. [Pietatem gnati) Eclypsis deest enim vides, aut quid tale. Et est ironia, pro impietate. Et vide inuidiam, quasi parricidam accusantis. non enim pudorem dixit, sed pietatem. [Tantum laborem capere) Syllepsis. assumendum est enim extrinsecus me.

ANIMO iam nunc ocioso esse impero) Hæc Scena principium iudicij, & iracundiam senis continet, atque in ea vehementer exprimitur consuetudo patris, ac domini ostensi, & indignantis. Exultans egreditur Dauus nuncians prona esse omnia ad securitatem, impero. i. volo, vel iubeo, vt statim fiat esse iam nunc animo ocioso. i. securo quod dicendi genus hoc pacto ẽt dicetur à metu ocioſum animum esse iubeo. Nam ocioſum capitur pro securitate, sicut negocium pro solicitudine. C. Hem Dauom tibi video subaudi, vel aliquid tale. S. Vnde egreditur, cum indignatione hoc dr̃. D. Dauus non videns Chremetem, neque Simonem continuat suum sermonem impero inquam esse animo ocioso præsidio meo, atque præsidio. i. auxilio, & beneficio hospitis. i. Critonis peregrini, & alienigenæ. S. Quid illud mali est? D. Ego non vidi hominem commodiorem. i. opportuniorem. non vidi inquam aduentum commodiorem, & non vidi inquam tempus commodius subaudi per syllepsim. S. hic scelus. i. hic sceleratus, refertur. n. ad sensum non ad verba. propter sensus aũt verba sunt non propter verba sensus ea propter non est solœcismus. Hic scelus ergo quemnam i. quem hominem laudat. D. omnis res est iam in vado. i. in tuto securitate. Vt. n. in profundo periculum est ita in vado securitas est. Est aũt tritum sermone prouerbium. S. cesso. i. desisto, alloqui te Chremetem allocuturus Dauũ. D. Herus est: quid agam? S. O salute bone vir. ironia vsus est quæ increpatione maior est. cum. n. omne genus criminis aliquid superauit cum ironia alloquendũ putamus. D. Dauus oppressus & improuisus subdit. Hem interiectio perturbati est. O Chreme noster pp Glycerium compertam filiã eius omnia iam sunt apparata intus, q̃n prius dixerat senex ob intro, & quod paratus opus est para. C. Curasti, probe. i. vel rectè, vel memoriter curæ habuisti iussa mea, vel curasti protasti, aut decoxisti. D. Accerse. i. voca inuitatos. i. vbi q̃n voles. S. bene sanè. i. valde bene dicis sup. Nã qui sanus est is est validus. enimuero. i. certe is. s. Dauus conuertit. n. Simo sermonem suum ad Chremẽ. nunc abest hinc. i. ex hoc loco in quo parari debet nuptiæ. Deinde reducit suum sermonem ad Dauum. Etiam tu hoc respondes, an non, subaudi vt vult Donatus. Alij legunt responde vt sit imperantis, quid negocijs. i. operæ solicitudinis, est tibi istic. i. vbi tu es ante Glycerij hostium. D. nesciens quid respondere debeat dicit mihi. i. mihi ne loqueris? scilicet. S. ita tibi dico. s. D. Mihi ne? dixerat prius corrupte mihi, nũc plene profert. S. tibi ego dico. s. D. modo introij. i. paulo ante. S. quasi per quãdam derisionem dr̃ quasi rogem. i. interrogem, q̃. dudum. i. quanto ante tpe introieris. s. D. Introiui inquam vna cum gnato tuo Pamph. S. An ne. i. vtrum Pamphilus est intus. i. in domo Glycerij. D. Dauus in verbis deprehensus, & oppressus nescit quid respondeat, sed videt se accusasse filium, sed excusando, miser. s. infelix, crucior. i. opprimor, conficior, vexor, angor, & vt ita dicam in maxima sum constitutus angustia. S. Eho interiectio hic ostendentis Dauum oppressum, & verbis sit is captum, vel est interiectio mouens attentionem: carnufex, id est improbe serue qui me torques tantopere, non dixti, id est non ne dixisti, quasi dicat, ita inimicitias esse

GVID.

esse inter eos.s.Pamphilum,& Glycerium, sed masculinum fœminino præponderauit. D. Sunt inimicitiæ inquam. S. Igitur cur est hic apud Glycerium. C. Irridet Simonem Chremes . O Simo quid censes illum facere apud eam litigat .i. contendit cũ illa Glycerio vel quid.i.propter quid censes illum.i.tua censura notas illum vnde censores magistri morum, qui mores censebant.i.incusabant,& notabant. D. Imò vero.i.sed potius ò Chreme faxo.i.faciam quod sup. audias ex me .i. ex me audies quemadmodum etiam dicimus feci vt ad te scriberem pro ad te scripsi audies ergo ex me facinus indignum.i.incongruum inconueniens,& indecens,nescio quis senex.s.Crito venit modo .i.paulo ante. Ellum.i.ecce illic longe positum eum.s.est autem demonstrantis aduerbium,& similiter ellam,ellos,& ellas, quæ sic exponit Laur.Valla,ellam,ecce illic mulierem.ellos,ecce hic viros, ellas ecce illic mulieres , sic eccum,eccam,eccos, eccas .i. ecce hic virum vel mulierem viros,vel mulieres. Ellum ergo.i. ecce illic eum est subaudi confidens.i.constans, interdum in mala partẽ capitur, & cautus.i.callidus doctus ingeniosus sciens sibi cauere vel ardens . nam ingeniorum igneus vigor est . cum videas faciem .i. formam,vel facturam eius, videtur.i.censetur. Quantiuis precij.i.iudicatur tanti esse quanti à quouis existima tur vbi precij refertus ad magnitudinem, sed quantiuis ad parui tatem differunt quamuis, & quantiuis,alterum .n. est contemptionis,alterum laudis . Seueritas.i.rigor qdam tristis.i.grauis. tristis .n. interdum ad laudem sumitur non ad amaritudinem . Cicero : Iudex tristis,& integer . Seueritas,igitur tristis inest in vultu,dicimus.n.inest huic rei,& in hac re . atque fides.i.veritas & constantia in verbis . S. Quidnam .i. quid apportas ? q.d. quid noui mali affers vt prius . vereor ne quid Andria. app.ma. D. Equidem nihil apporto.s.nisi id,quod audiui illum Critonem dicere . S. Quid tandem adest paucis (habet enim quiddã vrgens, & acceleratus hæc particula tandem) ait ille senex . D. Ait se scire Glycerium esse ciuem Atticam . S. Commotus ira Simo,& dolore nihil dicit nisi quod lorarium, inde verberatorem , & punirem , seruorum aliorum repetendo sæpius vocat , Hem interiectio indignantis Dromo, Dromo . D R. Quid est ? S. Dromo veni sub . D. Audi . S. Addideris.i.si adiunxeris verbum vnum cogam sup. te tacere aut aliquid tale per apositopesim . deinde resumit iterum Dromo. D. Obsecro audi . D R. Quid vis? S. Rape.i.celeriter cape,hunc Dauum sublimem .i. per altum,vel elatum in altum rapiendo eum, intro,id in carcerem, aut pristinum quantum potes .i. celerrime . D R. Quem rapiam ? S. Dauum . D R. Quamobrem ? .i. cur rapiam . S. Quia lubet.i.libet mihi,vbi u,pro i,ponitur,inq̃.i. iterum dico tibi rapere . D. Quid feci ? S. Rape . D. Si inuenies me mentitum esse quidquam.i.falso affirmasse aliquid occi dito.s.plus est quam verberato . S. Nihil audio ego reddam efficiam. iam.i.nunc te commotum.i.citum,& celerem,vel multum perturbatum . D. Tametsi.i.quanquam hoc quod dico verum est . S. Tantum.i.tantummodo tu Dromo cura.i.da operam ad seruandum. Dauum vinctum.i.ligatum,atque audin'.i. audis ne constringito.i.stricte ligato,ipsum quadrupedem.i.dispositum in amorem quadrupedis,aut beluæ,vel feræ,aut quadrupedem constringito.i.cum pedibus, & manibus posuit quadrupedem pro seruo , ac fugitiuo . dubitat etiam Don. vtrum quadrupes genus sit ligaturæ sic appellatum, nunc age .i. eia, & nunc est aduerbium hortantis . age .i. stringe,& fac quod iuberis , pol iurantis est .i. nunc ò Daue ego tibi hodie si viuo (qui certa minari volunt incertam faciunt vitam suam) ostendam ego tibi,quid periculi.i.quod periculum sit fallere herom, & ostendam inquam illi Pamphilo quid sit pericli fallere patrem . C. Ah ne sæui.i.noli sæuire .i. sæuitiam tantopere exercere . S. O Chreme non te miseret mei ob pietatem per ironiam dicit pietatem qua in patrem filius esse deberet , intelligi tamen ob impietatem gnati .s. Pamphili . oportet sup. me patrem capere, tantum laborem ob talem filium cum indignatione proferendum est . O Pamphile age hortantis est exitum exi,egredere de Glycerij domo,ecquid.i.vtrum aliquid pudor afficit , & est tunc personale verbum pudet .

LATO. ARGVMENTVM) Deprehenditur à sene Dauus , & prodito per imprudentiam Pamphilo iussu heri constringitur . [Animo iam) Lætitia exeuntis à Glycerio Daui ob aduentum Critonis. [Omnis res est) Metaphora prouerbialis à natãtibus, vel nauigantibus sumpta. [Curasti) Ironia irati senis. [Mihi ne?) Repetit idem verbum . quia non habet quod respondeat. [Crucior miser) Vox trepidantis,& perplexi. [Quid illud) Irrisorie à Chremete . [Confidens, catus) Confidens in bonam partem . catus .i. prudens . Vult Dauus hac descriptione astruere fidem Critoni,quamuis id dissimulet.[Quantum potes).i.celerrime. [Commotum reddam) .i. perturbatum. [Quadrupedem constringito) .i. more quadrupedum . [Pietatem gnati) Subaudi specta,& est antiphrasis .

ANIMO iam nunc,&c.)Seruos nimia calliditate,maloq́. propositio grassantes,multumque sibi tribuentes,aut mendaces, puniendos esse docet hæc scena . Fiunt enim licentia peiores,& disciplinam domus confundunt freti mendacijs,quæ tandem deprehensa, dedecus afferunt , & vitæ discrimen . ideo Xenophon lib. 8. sic ait : Apertum mendacium impedimentum est hominibus ad veniam consequendam . Plato lib.vj. de Leg.loquens de recta seruorum educatione,sic ait : Castigandi, cædendique semper iure sunt serui , neque ita monendi vt liberi ne molliores fiant . Allocutio omnis ad seruos , quodammodo imperium sit, neque iocus vllus cum ipsis, seu fœminis, seu masculis locum habeat . Quod multi stulte facientes,dum delicatius eos nutriunt,difficiliorem vitam, & sibi ad imperandum,& illis ad obediendum , reddunt . Idem dicit , homines cum difficultate domari,illorum possessionem esse difficilem. Cic. in Orat.pro L. Flacco dicit : Prouerbium est Phrygem plagis fieri meliorem . Idem in Phil. sic ait . Omne malum nascens, facile opprimitur . inueteratum, obsoletumque, fit robustius . Et Sen. sic scribit ad Neronem : Natura contumax est humanus animum,& in contrarium atque arduum nitens, sequitur facilius , quàm ducatur.[Confidens,catus &c.)Fidentia,inquit Cic.in 4. Tusc.i.firma animi confisio , scientia quædam est . & opinio grauis,non temere assentiens . Idem in iij. sic scribit : Qui fortis est , idem est fidens , quoniam confidens mala consuetudine loquendi, in vitio ponitur . Ductum verbum à confidendo , quod laudis est . Qui autem fidens,hic non extimescit . Discrepat enim à timendo,confidere. Catus dicitur ille,qui habet rerum vsum,& sapit in rebus ciuilibus . Cicer. in j.Tusc. Egregie cordatus homo catus Aelius Sextus . Plut. in vita Catonis Senioris , sic ait : Romani eum in quo multarum rerum vsus ac experientia sit , Catonem nominant . PETR. MARS.

DECEM & nouem primi versus sunt trochaici tetr. catal. Quinque deinde Iambici Tetr.Acat. quanquam ex eis primus , & tertius etiam trochaici esse possunt, si o in verbis Obsecro,& Occidite corripias . Sed vltimi sunt Senarij Iambici . In 2. à scenæ initio versu,Meo monosyllabum est,& in Quid eliditur d. Quanquam Doct. dicit l, in Illud, quod qua de causa nobis non videatur, sæpius iam diximus . Potest tamen bacchius esse loco tertio,& creticus loco sexto. In 3.versu præpositio Ad,ante Tempus omittenda est. In 8.d,eliditur in Quid,& tribrachis est pro trochæo in vltimo ante extremam syllabam pede . In 9. versu,primo loco est tribrachys, secundo loco anapæstus, & i, in Tibi vltima breuis non eliditur . Et si verbum Introij præcedit aduerb.modo, vt posuit Doct. erit trisyllabum, sin sequitur erit dissyllabum,& tertio loco erit trochæus . Quinto certe loco erit tribrachys . In 10. vel Tuo est monosyllabum , vel creticus loco primo . In 11. Dixti , pro , Dixtin recte legit Doct.& ita habent veteres lib. In 12.d.eliditur in Quid . Quanquam idem versus poterit etiam Iamb.tetr.acat.videri si d, non elidas . Sed , & bacchius loco quarto conseruabit eum vt trochaicos sit cum ceteris . In 13.Doct.ait , Nisi in vero elidas u, consonantem,versus erit iambicus tetr.catal.Hic autem primo loco si ponas creticum pro spondeo, bene habebit carmen : qđ ego malim vt reliquis conformetur . Quanquam cum nemine ea de re contenderim . In 16 aut s , eliditur in Tristis, vt Doct.adnotauit, aut amphibrachys est loco secundo . In 17.d, eliditur in Quod . In 18. Ciuem ponendum est ante verbum Esse . In 19. primo loco est dactylus, secundo tribrachys,in tertio trochæus . Quæ autem Doct.hic de Hem ait,mihi displicẽt. In sequentibus quinque , effugia sunt , cur & iam trochaici esse possint . Sed cum nulla necessitas nos ad hoc adigat, sint sanè iambici tetr.acat. Ille autem versus Age nunc, iam ego pol ho die si viuo, tibi . Hactenus senarius est, & Ego secunda syllaba longa est , quod rarum esse apud Latinos superius diximus . Quidam tamen aliter distincta habent ea carmina . Sed hic placuit nobis Doct. partitio . GLAR.

ACTVS V. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Simo acriter obiurgat filiũ,confessus crimen filius veniam petit,ac se totum

totum paternæ subijcit voluntati. Nimis commotum Simonem placare nititur Chremes.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena continetur querimonia Simonis aduersus filium, cum ingenti acrimonia indignantis. subinde filij excusatio per confessionem, qui se quoque omnino patris voluntati submittit. Postremo Chremes Simonem aliquanto temperatiorem reddit.

Partim Iambici Senarij, partim Trochaici Tetrametri Catalectici, idque in fine Scenæ.

PAMPHILVS, SIMO, CHREMES.

VIS me volt? perij, pater est.
s. quid ais omnium? c. ah.
Rem potius ipsam dic, ac mitte male loqui.
s. Quasi quidquam in hunc iam grauius dici posset.
Ain' tandem ciuis Glycerium est? p. ita prædicant.
s. Ita prædicant? ingentem confidentium:
Num cogitat, quid dicat? num facti piget?
Num eius color pudoris signum vsquam indicat?
Adeon' impotenti esse animo, vt præter ciuium
Morem, atque legem, & sui voluntatem patris
Tamen hanc habere studeat cum summo probro?
p. Me miseram. s. modo ne id demum sensisti Pamphile?
Olim istuc, olim, cum ita animum, induxti tuum,
Quod cuperes, aliquo pacto efficiundum tibi.
Eodem die istuc verbum vere in te accidit.
Sed quid ago? cur me excrucio? cur me macero?
Cur meam senectam huius solicito amentia? an
Pro huius ego vt peccatis supplicium sufferam?
Imò habeat, valeat, viuat cum illa. p. mi pater.
s. Quid mi pater, quasi tu huius indigeas patris.
Domus, vxor, liberi inuenti inuito patre:
Adducti, qui illam ciuem hinc dicant: viceris.
p. Pater ne pauca? s. quid dices mihi?
c. Attamen Simo audi. s. ego audiam? q̃d ego audiam Chreme? c. attamen dicat sine. s. age dicat, sino.
p. Ego me amare hanc fateor. si id peccare est, fateor id quoque.
Tibi pater me dedo. quiduis oneris impone: impera:
Vis me vxorem ducere? hanc amittere? vt potero, feram.
Hoc modo te obsecro, vt ne credas à me allegatum hunc senem.
Sine me expurgem, atque illum huc coram adducam.
s. adducas? p. sine pater.
c. Aequum postulat: da veniam. p. sine te hoc exorem. s. sino.
Quiduis cupio, dum ne ab hoc me falli comperiar Chreme.
c. Pro peccato magno paulũ supplicij satis est patri.

DON.

VIS me volt? perij) Hic accusatio est, quę soluitur defensione, in eo quod ad amorem pertinet, per concessionem, in eo quod ad Critonis personam, per coniecturam. [Quid ais oĩum?) Aposiopesis tertia. & est ad deformationem personæ. Et est irati familiaris aposiopesis, cũ pro dignitati peccati non inueniat conuitium. [Quid ais) nõ interrogantis, sed inuehentis. & est eclypsis, multa significans, in eo qđ ait, omnium. [Quasi quidquã in hunc iam grauius dici posset) quam quod fecit, quam quod peccauit. [Ain' tandem) Quærit, Probat, ain' quæ pars orationis sit, & an vna sit. est autem ain', quasi ais ne, Et mire, quasi ipse dicat quod Dauus dixerit. Ergo ain' percontantium verbum est. [Tandem) Pro tamen. [Prædicant) Artificiose pro dicunt posuit. ad eo in hac re vehementer commotus senex hoc ipsum reperit. [Ita prædicant?) Per iracundiam, Et ita est ἀνάστροφη vt repetantur verba, in quibus arguitur imprudentia. [O ingentem confidentiam) Et confidentia modo ꝑ audacia est cum improbitate. vt in Phorm. Homo confidens. Aliter hic supra confidens pro constanti, & graui. Ergo confidentia interdum in bona significatione, interdum in mala ponitur, sed fiducia semper in bona. [Num cogitat quid dicat? num facti piget?) Amens est, qui nescit quid dicat. amentior, quem non pœniteat facti sui. [Num cogitat quid dicat?) Quia iniuriarum se alligat. [Num facti piget?) Quia dicit prædicant: non, dicunt. & vt solent irascentes, auertit orationem à secundam ad tertiam personam ab ea cum qua loquebatur ad aliam. [Num eius color pudoris signum vsquam indicat?) Signum, est parua quædam significatio, iudicans totius rei qualitatem. [Num eius color pudoris signum vsquam indicat?) Paterno animo dicit. Nanque patribus velle erubescere filios, prudentesq. esse, familiare est: cui contrarium est, Erubuit, salua res est. Hoc ergo dicit, Nec timet, inquit, nec eum pœnitet, nec pudet. [Præter ciuium Morem) Præter, contra nunc significat. [Impotenti) Nimis potenti vel certe debili, & deuicto. [Ciuium Morem, atque legem, & sui voluntatem patris) Tria contempta sunt mox, lex, imperium patris. [Tamen) Cum non dixerit quamuis, subiecit tamen, & figura est anacoluthon. [Me miserum) Initium defensionis, & deploratio calamitatis, & miseriæ, quia in amorẽ culpam remouet à voluntate sua, cum pater, ꝙ amat filius, vitium mentis dicat esse, non impulsum dei. [Modo ne id demũ sensisti Pamphile?) Comprobatione ostendit eum esse miser. Demum aũt, signum est tarditatis. Et sentire dicitur, qui vix colligit se, vixq̃. animaduertit, vt alibi, Vix tandem sensi stolidus. [Olim istuc, olim) Obiurgatio est, quod dictum est olim. confirmationem aũt per repetitionem ostendit. vt Virg. Diuum c d e o [Accidit) Euenit, fuit. [Aliquo pacto) Quoquo modo. [Sed quid ego?) Proprium est parentibus indignatione velut abijcere curam filiorum, cum destomachi fuerint. [Sed quid ego?) Eclipsis, per aposiopesin. [Solicito) Solicitam reddo. i. contristo & perturbo. [Cur meam senectutem) Non me, sed meam senectutem, quod plus est, & miserabilius dicit. [Imò habeat, valeat) nõ irascitur vt pater, sed dissimulat, vt alienus, quia vehementer dolet. Et habeat, subauditur illam. [Mihi pater?) Mi, meus, & principium factum à conciliatione personę. [Quasi tu huius indigeas patris) Huius ostendens se dixit, vt Virg. Est hic, est animus lucis contemptor. [Domus, vxor, liberi, inuenti) Mira grauitate sensus elatus est. nec de Menandro, sed proprium Terentij. Et liberi inuenti dicit, cum vnus esset, sed inuidiosius liberi. Et inuenti, nõ geniti, secundum illud, Hoc ego scio, neminẽ peperisse hic. Domos addidit, nõ, lupanar. Et oratorie, de vno pluraliter loquimur. [Viceris) verbum est eius, q̃ vix sibi extorquet vt abijciat curam. Et proprium patribus, ac familiare iratis. [Pater, licet ne pauca?) Titubans, & balbutiens oratio pudore, & conscientia. [Age dicat, sino) Hoc totum non ex animo permittentis, sed cum stomacho patientis est. [Ego me amare hanc fateor) ἀμφιβολία τῆς ἕξεως. Et bene hanc dicit, non Glycerium, cuius nomine offenditur senex, nec peregrinam, ignominiã. s. vitans. [Si id peccare est fateor id quoque) Noli, inquit, me accusare quia amo. amantem. n. nemo accusat, vt febricitantem nemo accusare potest cur febriciter. sed amare, inquit, si putas esse peccatum, fateor etiam me hoc peccasse. Mire igitur, & subdefendit culpam, & assensus irato est. [Fateor id quoque) Peccare me. s. [Si id peccare est) Peccare dicit, quia amor deus est, non voluntas. [Tibi pater me dedo) Bene, dedo, quasi hostilia, & contraria volenti. nam deditio, in hostem fieri solet. [Quid vis oneris impone: impera) Executus est translationem oneris, dicendo impone, vt potero feram. [Vis me vxorem ducere? hanc vis amittere?) Et quod vnum est duo fecit, vt ostendat se non posse ferre. [Vt potero, feram) Obsequium sine voluntate ostendit, & multum valet sub Chremetis presentia hęc confessio ad recusandas nuptias. [Vt ne) Pro, vt nõ. [Allegatum) Adhibitum. [Nunc senem) Critonem. s. Et non Critonem, sed senem dicit, vt de hac appellatione pondus adijceret testimonio. [Aequum postulat.

da veniam) Artificioſe interponit loquentem Chremetem, quē volens vſque ad cognitionem filiæ ſuæ retinere, non facit iraſci Pamphilo ob contemptum filiæ ſuæ, & poſt hoc abire de medio. [Da veniam) Concede, indulge. [Sin te hoc exorem). i. vt me purgem, non, adducam. [Ab hoc me falli comperiar) O paterna pietas, ipſe accuſator eſt, & redargui ſe cupit. [Paulum ſupplicij) Supplicum dicit ipſam accuſatione.

GVID. QVIS &c.) Hic accuſatiuo eſt quæ ſoluitur per conceſſionem in eo quod pertinet ad amorem & per coniecturam in eo quod ad Critonis perſonam ſpectat Pamphilus quis volt me. i. qui me petit, deinde viſo patre ſubdit. perij. i. perditus ſum pater eſt quis. ſ. me vult. S. Quid omnium. i. quid ex omnibus excuſationibus quæ dici poſſunt ais, & eſt apoſiopeſis. eſt enim interruptus ſermo à Chremete, ipſa autem figura eſt iratis familiaris cum pro dignitate peccati non inueniatur conuitium, & illud quid ais non eſt interrogantis, ſed inuehentis, & eo q; ait omnium eſt eclypſis multa ſignificat, vt vult Don. C. Ah dolentis eſt, potius vero eligentis. Dic ipſa rem. i. ipſum factum mitte. i. omitte male loqui. i. contumelias inferere. S. Quaſi per ironiam ſæpe particula quaſi ſumitur, i. tanquam quidquā poſſint iam dici grauius. i. moleſtius, & enormius. in. i. contra hunc Pamphilum, quam ſubaudi fecit vel peccauit. Ain'. i. ais ne vt tuus Dauus, tandem Don. capit pro tamen. videtur autē melius capi, vt reſponſionem celerem, vrgeat Glycerium eſt ciuis. P. Ita prædicant homines. ſ. Simon. ita prædicant reperit dictum Pamphili per iracundiam. nam repetuntur verba in quibus arguitur impudentia. O exclamatio ingentem confidentiam. i. audaciam, cum improbitate, ſupra autem capitur pro cōſtanti & graui. ergo confidentia interdum in bona, in mala capitur, ſed fiducia ſemper in bona. Num. i. nunquid, q. d. non cogitat quid dicat. num. i. nunquid eum penitet facti ſui vide nū. color eius indicat. i. oſtendit vſquam. i. in aliqua parte facici, aut vultus ſignum pudoris. i. erubeſcentiæ propter admiſſum flagitium. adeon'. i. vtrum eſt verum, ſubaudi eum filium eſſe animo adeo. i. tantum impotenti. i. ſuis appetitibus moderari nequeunti quaſi minus potenti aut debili & deuicto, vt quis ſup. id ſit præter. i. contra, morem. i. conſuetudinem ſiue ius non ſcriptum & legem. i. ius ſcriptum ciuium, & præter voluntatem ſui patris, tamen ſtudeat. i. laboret cupiat det operam habere hanc Glyc. cum ſummo probro. i. vituperia ignominia atque dedecore. P. Me miſerum exclamando. i. fateor me infelicem qui tanto ſim inſanus amore. S. Ne. i. vtrum modo, demum. i. ſolum vel parte, eſt enim hic demum tarditatis ſignum, ſenſiſti. i. percepiſti id videlicet te eſſe miſerum. olim repetitione confirmat dictum ſuum, q. d. multo ante tempore iſtud verbum. ſ. miſer accidit vere in te eodem die quam. i. quando induxiſti ita animū tuum. i. cum perſuaſiſti tibi hoc eſſe tibi efficiendum aliquo pacto. i. aliquo modo quod cuperes. i. velles. Sed quid ago? cur exercucio. i. vexo me? cur macero. i. affligo contero debilito me. cur ſollicitudo. i. ſollicitam reddo, ſeu contriſto vel perturbo meam ſenectutem. i. me ſenio confectum amentia. i. inſania, quoniam inſani ſunt omnes amantes, nec ſui compotes, ſed mē te capti. amentia ergo huius filij. an. i. vtrum ſollicitudo meā ſenectutem &c. vt ſufferam. i. ſubſtineam portem feram patiar ſupplicium pro peccatis. i. erroribus, & flagitijs huius Pamph. Immo. i. ſed potius habeat ipſe Pamph. illam ſubaudi valeat. i. à me diſcedat. viuat cum illa Glyc. P. O mi pater, q. d. veniam peto. S. Quid mi, pater, q. d. quid tibi vis dicendo mi pater quaſi. i. tanquam indigeas huius patris. i. quaſi indigeas opera mea qui ſum pater tuus. domus inuenta eſt. ſ. inqua cum Glycerio habitas. vxor inuenta eſt. ſ. Glycerium quam foues vt vxorem. liberi. i. puer vnus. & liberi, dixit de vno, etenim Gel. ait antiqui oratores hiſtoriæq. aut carminum ſcriptores etiam filium filiam ue liberos multitudinis numero appellauerunt, liberi ergo inuenti ſunt patre. ſ. me inuito. i. moleſte ac ægerrime ferente adducti ſunt homines qui dicant illam Glycerium eſſe ciuem. hinc. i. ex Athenis. Viceris. i. viciſti, coniunctiuum pro indicatiuo, q. d. curam tui vehementer geſtabam, ſed tandem tua improbitate effeciſti, vt eam curam ciecerim. P. Pamphilus titubans, & balbutiens pudore & conſcientia loquendi copiam petit, ò pater ne. i. vtrum licet mihi per te pauca loqui, vel dicere. S. Quid dices mihi? C. Attamen ò Simo audi. S. Dicis vt ego audiam eum ò Chreme (Chremes, & Chreme dicitur in vocatiuo) quid ego audiam? C. Attamen ſine. i. patere quod ſupple dicat. i. loquatur quod vult. S. Age hortandi eſt dicat loquatur ſino. i. do facultatem patior. P. Ego fateor me amo te hanc Glyc. vel hanc amare me, dubium. n. eſt virum dicat amphibologia, ſi id ſ. amare eſt peccare quoque. i. etiam fateor me peccare. ò pater dedo me tibi. i. vt ita dicam reddo me tibi quaſi contraria, & hoſtilia volenti. impone quid uis oneris, id quodlibet onus impera. i. iube vt exequar vis me ducere vxorem, vis me amittere hanc Glycerīū feram. i. patiar vt potero. i. prout mea fert facultas, modo. i. tantummodo obſecro te hoc vt, ne. i. non credas hanc ſenem Critonem allegatum. i. adhibitum à me, ſine. i. permitte vt ſup. expurgem. i. excuſem me neque, vt adducam illum huc coram aduerbium eſt hic quaſi præſentialiter vt ita loquar. S. Simo indignatur quòd illum petit adduci. Pamph. repetit verbum ſibi diſplicens. Dicis vt adducas illum indignanter proferendum eſt. P. O pater ſine. i. permitte. C. Poſtulat æque. i. rem iuſtam da veniam. i. concede indulge fac ei poteſtatem adducēdi illius. P. ſine. i. patere quòd vxorem te hoc. i. aut tibi perſuadem hoc, aut à te impetrem hoc. S. ſino. i. permitto. deinde conuertit ſermonem ad Chremetem. O Chreme quiduis. i. rem qualibet dum. i. dummodo ne. i. non comperiar. i. non deprehendar cognoſcar, vel inueniar falli ab hoc. ſ. Pamphilo. C. Paulum ſupplicij. i. repræhenſionis accuſationis iurgij cruciatus ſatis eſt. i. ſufficit patri in ſuum pro magno peccato, &c.

ARGVMENTVM) Periculum deprehenſi Pamphili, & deprecatio apud patrē, & eſt ſumma epitaſis. [Quis me volt?) Trepidatio Pamphili ad vocem patris. [O ingentem) Tragica accuſatio per exclamationem, & incrementum, quæ mox exaggeratur circunſtantijs. [Sed quid ego) Correctio indignantis. [Imò habeat) Permiſſio familiaris iratis. [Quaſi tu huius) Negat ſe patrem appellandum eſſe, ex factis illius. [Ego me amare) Deprecatio Pamphili ex qua pius, & modeſtus eius animus perſpicitur. [Me allegatum). i. ſubornatum, ſummiſſum. LATO.

QVIS me volt? &c.) Iratum patrem bonis verbis, & obedientia filiorum mitigandum eſſe non aſperitate, aut contumacia irritandum eſſe, docet hæc ſcena. Beneficium quippe paternum ita magnum eſt, vt quomodocunque ſeſe habet pater, à filio ſit obſeruandus atque colendus. Omnia certe quæ habet, patri debet, nec eius beneficium poteſt ſuperare. Vnde Seneca, Nunquam beneficio vincitur, cuius beneficium eſt ipſum quod vincit. Et non amare parentes, impietas eſt, non agnoſcere, inſania. D. Aug. lib. ij. de Ciu. Dei, ſic ait: Habet quiddam erga parentes humana verecundia, quod nec ipſa nequitia auferri poſſit. Plato in ix. de Leg. cum multa de cultu parentem dixiſſet, intulit: Quapropter exiſtimandum eſt, vt paulo ante diximus. nullum apud deos magis honorandum ſimulacrum nos habere poſſe, quàm patres, & auos ſenio confectos, matresque ſimiliter, quibus honoratis deus gaudet, alioquin eos minime exaudiret. Mirabilius enim parentum ſimulacrum nobis, quam imagines quæque inanimes, videri debet. Nam quæ animam habent, quando coluntur à nobis pro nobis orant, feuentque quotidie, quando non deſpiciuntur. Contra, quæ vero animā carent, neutrum horum faciunt. Quocirca qui erga parentes, & auos, ceterosq. huiuſmodi recte ſe gerit, is ad deum ſibi conciliandum ſimulacrorum omnium optima poſſidet. Cic. in Or. pro Roſ. Mimo, ſic taxat parricidam. Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie, & figura, qui tantum immanitate beſtias viceric, vt propter quos hanc ſuauiſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſime vita priuarit. [Ego me hanc amare, &c.) Sen. lib. vij. epiſt. ſic ait: Vita ſua confiteri, ſanitatis indicium eſt. Cic. in xij. Philip. ſic ſcribit: Cuiuſuis hominis errare, nullius niſi inſipientis perſeuerare in errore, poſteriores enim cogitationes, vt aiunt ſapientiores eſſe ſolent, & optimus eſt portus pœnitenti mutatio conſilij. [Vt potero feram, &c.) Quoniam repentina mutatio eſt difficillima. Vnde Xenophon lib. v. Mutatio quæ ſit paulatim efficit, vt omnis natura mutationes ferat. Euſeb. lib. 4. Euang. præparationis ſic ait. Non tantum ſolent homines expectationes bonorum gaudere, quantum timore malorum exagitari. PETR. MARS.

VERSVS ſunt Iambici Senarij, exceptis vltimo octo, qui ſunt Trochaici Quadrati Cat. In 4. ab initio ſcenæ verſu Ain' monoſyllabum eſt. In v. o. prorſus eliditur. In 7. vide nū eius, anapæſtus eſt, correpta in Vide e, & Eius monoſyllabo. In 9. vel Sui monoſyllabum eſt, vel creticus loco iij. In 14. Eodem diſſyllabum eſt. In 16. vel creticus loco j. vel Meam, vt huius monoſyllabum Et in mox ſequenti Huius monoſyllabum. In 6. à fine exiſtimauit Doct. ſupereſſe verbum Hanc, niſi legas, inquit, vxorē hanc. quod mihi non probatur, ſed ego puto ita legendū verſum, ducere vis me vxorem, hanc vis ammittere? vt potero ferā. Si ita legas, & ſenſus erit melior, & verſus optime habebit. GLAR.

ACTVS

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Hæc ſcena continet Andrij Critonis cum Simone & Chremete congreſſum, in quo error omnis fabulæ aperitur. nam Glycerium oſtenditur hic filiam eſſe Chremetis.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic in ſcenam progreditur Crito, in cuius verbis non ſolum quid ipſe promittit, ſed etiam & Pamphilus dixerit, id monſtratur, & hic omnis error fabulæ aperitur.

Trochaici Tetrametri, & Iambici Quadrati, admixto vno Dimetro.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS.

MITTE orare. vna harum quæuis cauſſa me, vt faciam, monet,
Vel tu, vel ꝙ verum eſt, vel ꝙ ipſi cupio Glycerio.
CH. Andrium ego Critonem video? ecce is eſt. CR. ſaluos ſis Chreme.
CH. Quid tu Athenas inſolens? CR. euenit, ſed hicine eſt Simo.
CH. Hic eſt. S. me ne quæris? eho tu Glycerium hinc ciuem eſſe ais?
CR. Tu negas? S. ita ne huc paratus aduenis? CR. quare? S. rogas?
Tu ne impune hæc facias? tu ne hic homines adoleſcentulos.
Imperitos rerum, eductos libere, in fraudem illicis?
Solicitando, & pollicitãdo eorum animos lactas? CR. ſanun' es?
S. Ac meritricios amores nuptijs conglutinas?
P. Perij: metuo, vt ſubſtet hoſpes. CH. ſi Simo hunc noris ſatis,
Non ita arbitrere. bonꝰ hic eſt vir. S. hic vir ſit bonus?
Ita ne attemperate venit hodie in ipſis nuptijs,
Vt veniret antehac nunquam? eſt vero huic credendum Chreme.
P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod moneam probe.
S. Sycophanta. CR. hem. CH. ſic Crito eſt hic: mitte. CR. videat, qui ſiet.
Si mihi pergit, quæ volt, dicere, ea, q̃ non volt, audiet.
Ego iſtæc moueo, aut curo? non tu tuum malum æquo animo feres?
Nam, ego, quæ dixi, vera, an falſa audieris iam ſciri poteſt.
Atticus qdã olim naui fracta apud Andrũ eiectus eſt,
Eſt iſtæc vna parua virgo. tum ille egens forte applicat
Primum ad Chryſidis patrem ſe. S. fabulam inceptat. CH. ſine.
CR. Ita ne vero obturbat? CH. perge. CR. tum is mihi cognatum fuit.
Qui eũ recepit. ibi ego audiui ex illo ſeſe eſſe Atticũ.
Is tibi mortuus eſt. CH. eius nomen? CR. nomen tam cito tibi?
Phania. CH. hem, perij. CR. verum hercle opinor fuiſſe Phaniam.
Hoc certo ſcio, Rhamnuſium ſe aiebat eſſe. CH. ò Iuppiter.
CR. Eadem hæc Chreme multi alij in Andro tum audiuere. CH. vtinam id ſiet.
Quod ſpero eho dic mihi, quid is eam tum, Crito,
Suam ne aiebat eſſe? CR. non. CH. cuiam igitur? CR. fratris filiam.
CH. Certe mea eſt. CR. quid ais? S. quid tu? quid ais? P. arrige aures Pamphile.
S. Qui credis? CH. Phania ille fratrer meus fuit. S. noram, & ſcio.
CH. Is hic bellum fugiens, meq. in Aſiam perſequens, proficiſcitur.
Tum illam hic relinquere eſt veritus. poſt illa nunc primum audio,
Quid ilo ſit factum. P. vix ſum apud me: ita animus commotu' eſt metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono.
S. Næ iſtam multimodis tuam inueniri gaudeo. P. credo pater.
CH. At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me male habet. P. dignus es
Cum tua religione odio. nondum in ſirpo quæris.
CR. quid iſtud eſt?
CH. Nomen non conuenit. CR. fuit hercle aliud huic paruæ. CH. quod Crito?
Nunquid meminiſti? CR. id quæro. P. ego ne huius memoriam patiar meæ
Voluptati obſtare, cum ego poſsim in hac re medicari mihi?
Non patiar. heus Chreme: quod quæris, Paſibula. CR. ipſa eſt. CH. ea eſt.
P. Ex ipſa millies audiui. S. omnes nos gaudere hoc Chreme.
Te credo credere. CH. ita me dijſament, credo. P. quid reſtat pater?
S. Iam dudum res reduxit me ipſa in gratiam. P. O lepidum patrem.
De vxore, ita vt poſſedi, nihil mutat Chremes. CH. cauſſa optuma eſt:
Niſi quid pater aliud ait. P. nempe. S. * ſcilicet. *Id.ſ.
CH. dos, Pamphile, eſt
Decem talenta. P. accipio. CH. propero ad filiam. eho mecum Crito:
Nam illam me haud noſſe credo. S. cur non illam huc transferri iubes?
P. Recte admones. Dauo iſtuc dedam iam negoti.
S. non poteſt.
P. Qui? S. quia habet aliud magis ex ſeſe, & maius. P. quidnam? S. vinctus eſt.
P. Pater, non recte vinctu' eſt. S. * haud ita iuſſi. *At
P. iube ſolui obſecro.
S. Age fiat. P. at matura. S. eo intro. P. ò fauſtum, & felicem hunc diem.

MITTE orare) Hic in ſcenam progreditur Crito, in cuius verbis non modo quod ipſe promittit, ſed etiam quod & Pamphilus dixerit, demonſtratur. Et hic omnis error aperietur fabulæ. [Mitte orare. vna harum quæuis cauſſa) Pamphilo dicit. & dicendo vna harum, oſtendit multas eſſe cauſas, etiam pares magnitudine eſſe, dicendo quæuis. [Andrium DON.

drium ego Critonem video?) Bonum initium agnituri filiã. Itaque compendij causa,non laborat de agnitione personæ Critonis,vt ab eo facile doceri possit.[Saluus sis Crito)Ne laboret ad persuadendum. viro compendio poëtæ,iam Crito notus est Chremi.[Quid tu Athenas insolens?) Insolens,insolitus,insuetus. Cic.Moueo etiam loci solentia. Salust. Insolens vera accipiendi.Insolens,& arrogans intelligitur.Qui prꝛter legem agit humanam,& naturalem,insolens dicitur. Cic. In victoria,quæ natura,insolens,& superba est.[Euenit)Pudet fateri propter hæreditatem venisse. Et vide ipsum esse,qui dixerit supra, Clamitent me sycophantam hæreditatem persequi.[Paratus aduenis?) Hoc est subornatus, & compositus dolo . [Tu ne impune hoc facies?),Mire acriter Critonem aggressus,dilatauit incusationẽ, & generale fecit virtute oratoria,quæ ἀπανθίσις dicitur. [Tu ne hic).i.Athenis,vbi delicta vindicantur. [In fraudem illicis) Illigas. vnde Virg. Terna tibi hæc primum triplici circundata filo Licia circundo. Licia enim dicta sunt quasi ligia. [Eorum animos lactas?) Hinc etiam oblectatio dicitur. [Lactas?) Quasi teneros animos. Lactare,est dulcedine aliqua tenere, ad periuasionem inducere: vnde,& delectare, & oblectare dicimus. [Ac meretricios amores nuptijs conglutinas?) Vide oratorie agi,vt grauius Critonem accuset Simo,nunc defendit filium, quẽ dudum increpauerat.[Ac meretricios amores)Peius lenocinio crimen ingessit, non amicam facere de meretrice, sed coniugem. [Nuptijs conglutinas?) Hoc grauius est lenocinio. [Metuo vt substet hospes) Vt,ne non Lucilius, Tuam vt memoriam retineas. Et bene hospes ait,non homo,vel Crito. est .n. ipso nomine causa diffidentiæ. [Non ita ai bitrere) .i. non arbitreris. [Bonus est hic vir.) Cum pondere, & distinctione inferendum. [Hic vir sit bonus;) Hic per εἰρωνείαν, nec virum,nec bonum esse dixit. [Hic vir sit bonus?) Mire poëta cum oportuerit Critonẽ inimiciorem Chremi esse quàm Simoni, sic rem inducit. vt notior ei sit contra quem maxime venerat, atque ab eo defendat magis,vt res progredi ad catastrophen possit. [In ipsis nuptijs) In ipso articulo nuptiarum. [Vt veniret ante hac nunquam?) plerunque casus imitatur industriam,& hoc sæpe fit,vt etiam se dulo facte,sint suspecta.[Sycophanta)Hoc est quod minime voluit sibi dicit Crito. nam ita locutus est supra,Clamitent me sycophantam,hæreditatem persequi. [Hem) Principium iracundiæ. audiuit enim quod maxime vitabat: nam vt supra, Clamitent me sycophantam. [Sic Crito est, hic mitte) Hic Chremes traducit illum ab iracundia, dicendo sic eum esse. Menander

* Et recte,quia naturæ ignoscitur,voluntati non itẽ. [Si mihi pergit,quę volt,dicere)Grauiter,& mature.[Ego istæc moueo,aut curo?) Est.n.sycophantæ perturbare rem bonam,& curare malam. Hoc igitur dicit cum ὑποκρίσει. Ego hæc turbo, aut cogito,quemadmodum tu dicit Simo.[Non tu tuum malũ æquo animo feres?) Non filium,sed amorem in filium significat. An quia iratus est? Et quæritur, an conueniant hæc verba Pamphilo veniente.Imò enim conueniunt,nam quanto magis dissimulat fauorem, tanto plus acquirit fidei ad ea quæ loquitur. [Iam sciri potest) Addidit,& temporis celeritatem. & magna maturitate dixit.[Atticus quidam olim)Hęc pars argumentis est,quæ & supra iam dicta.[Forte applicat) Applicat,proprie de naufragio in litus eiecto atque egẽti. [Primum ad Chrysidis patrem)Quid est,primũ? an quia postea mortuus est? [Fabulã inceptat)Aut ad comœdiam retulit fabulam,quia fabula comœdia,& quia argumentum quasi fabulæ narratur.aut certe ad irrisionem narrationis dicit.etenim olim fabulæ proprium. vt Horatius,Olim Rusticus vrbanum murem mus paupere fertur Accepisse cauo,veterem vetus hospes amicum. [Ita ne vero obturbat) Si subdistinguit,interstrepit accipe. Si non distinguit,euertit intelligas. [Ita ne vero obturbat?) Potest ita ne vero,subdistingui,& sic cum cõmatione inferri,obturbat.[Ibi audiui ex illo)Magna confirmatio veritatis est. [Nomen tam cito tibi?) non negantis est,sed difficile se dicturum ostendit.[Phania)Hoc ita dicit Crito, vt nemo audiret .s. adhuc dubitans, an ipse sit. [Hem) Sunt qui putant Simonem dicere irascentem filio Critonem submonenti.[Perij) Hoc Pamphilus post iracundiam patris. An Chremis est dolentis ad vel eius mentionem, vel qꝛ in filiam pene peccarat?[Verum hercle opinor)Hoc adhuc cunctãter est dictum,& ideo indiget confirmatione.[Rhamnusium se) Pirꝛus,& Rhamnus,&c.huiuscemodi maritima Atticæ propria intelligenda sunt.Rhamnus,pagus Atticæ est.[Multi alij in Andro) Hoc testimonium cæcum dicitur. Testimonium .n. modus duplex est,manifestus,& cæcus. Manifestus est,qui certos testes,& præsentes habet. Cecus,in quo multitudinem,aut ciuitatem dicimus scire. vt Cicero,Testis est tota Sicilia. Quod tamen audientem consternat. Est etiam in cæco iusiurandum, tabulæ,absentesque personæ. [Cuiam igitur?) Vetuste, cuiam, quod omnibus generibus,& casibus seruit.[Arrige aureis Pamphile)Translatio à pecudibus. quibus verbis intendit,accipiendam esse vocem. [Arrige aures Pamphile) Hoc Simo videtur dicere. Vt alij putant,ipse sibi Pamphilus. [Noram,& scio) Noram Phaniam,Scio fratrem fuisse. Ergo,& ad personam,& ad rem retulit. [Meq. in Asiam persequens, proficiscitur:)Bene in Asiam,vbi bellum non erat,sed in Græcia. Et persequens dicit,perseuerationem sequentis ostendens. Persequitur.n.qui nõ desinit sola. Virg. Quæ te sola. puer,multis è matribus aussa Persequitur.[Vix sum apud me)Hoc est argumentum sapientibus lætitiam, vehementem in bonis moderandam, cum vnusquisque gaudens ita perturbetur, vt apud seipsum iam non sit. [Vix sum apud me) Non sum apud me, magis consuetudine, q̃ ratione dicitur.Aut forte sic dicit,quasi abierit animus,& rursus redierit. [Ita animus cõmotus est metu) Duo carnifices futurarum rerum sunt,spes &metus.Dolor.n.& gaudium prꝛsentium rerum sunt. Virg. Hinc metuunt,cupiuntque, dolent, gaudentque, nec aura Respiciunt. Sed dolorem hic in lætitia non posuit. & mire ordinem seruauit, sic enim se hæc inuicem sequuntur. Et ἀσυνδέτως distinguendum est,spe,gaudio,vt separatim inferantur.[Mirando)Mirando,dum miror. & est participium. [Næ istam) Næ,nimis. Cicero,Næ isti vehementer errant. Salust. Ne ista nobis mansuetudo,& misericordia. [Gaudeo) Gaudemus nostris,& gratulamur alienis. Vt Salust. Et ei voce magna vehementer gratulabantur.[Næ istã multis tuam) non multis modis inueniri gaudeo,sed tuam inueniri.Alij multis modis tuam inueniri gaudeo,non,inueniri gaudeo.Hic iam redit in gratiam Simo cum filio, nisi forte parrem socerum appellat.vt Turnus apud Virg.Et nos tela pater,ferrumq. haud debile dextra Spargimus. Sed quo infra dicit. Quid restat pater? an restat ideo,quia hæc iã maiꝛ pars reconciliationis est? [Credo pater)Incertum vtrum,cui gratulatur,Simo sit,quamuis Pãphilus respondeat. potest.n.Chremes,& pater videri. [Credo pater)Sic responderi solet dicenti,gaudeo. [At mihi vnus scrupulus etiam restat) At, discretiuum est superiorum dictorum. Scrupulus à scrupo lapide dictus,lapillos minimus. nam nimis molestę sunt pedibus scrupulosæ viæ,vt Virg.Scrupea tuta lacunigo,nemorumq. tenebris.[Etiam) Pro adhuc.[Dignus es cum tua religione odium)Aut accusatiuus pro ablatiuo casu est posi tus, pro odio,aut separatim odium legendum est,vt sit, dignus, qui male habearis.[Nodum in scirpo quæris) Scirpus,palustris res,& leuissima.Lucil.in j. Nodum in scirpo insane facere vulgus.Est autem scirpus,sine nodo,& leuis iunci species. Alibi ipse. Reddunt curatura iunces. Plaut. Scirpo induitur ratis. [Id quæro) Rursus Crito obliuiosus est,vtpote alienarum rerum. [Voluptati obstare) Nunc lætitiæ,& gaudio. [Heus Chreme) Heus dicendum erat,quia Chremes Critonem intuebatur. [Ex ipsa milies audiui) Duas res ostendit Pamphilus,& qꝛ verum sit quod ex ipsa sæpe audierit,& qꝛ sit Glycerium.[Omnes nos gaudere hoc) Aut hoc correpte,aut hoc producte: vt si hac re gaudere,Et gaudere nostris est,vt supra annotauimus, alienis vero, gratulari. Salust. Et ei voce magna vehementer gratulabantur. Plus est ergo gaudere,q̃ lætari. [Quid restat pater?) Hoc est,ne irascaris. [O lepidum caput) In quo leporis est'plurimum, lepidus dicitur. Nam lepos est venustas. [Nempe .s.) Nempe, & .s.dicentes,manu vel vultu dotem significant,quod mox intelligit Chremes. Alij ἀπὸ τοῦ .s. Chremetis personam faciunt. [Dos est Pamphile).i.Pamphilo pro vxore dabuntur x.talenta.[Accipio)Ille nisi dixisset,accipio,dos non esset. datio.n.ab acceptione confirmatur, nec potest videri datum id, quod non sit acceptum.[Eho) Eho hic admiratio est intentionis ad id,quod dictum sumus. [Dedã iam) Addidit,& temporis celeritatem.[Qui?) Quam ob rem.[Non recte vinctus).i.non iuste.sed hic ad causam retulit non recte: Senex vero, ad rem retulit. [Haud ita iussi) Quia quadrupedem stringi iusserat, quasi recte,ac diligenter. Et hoc ipsum non vacat,nam iam ioculariter loqui, & minus irascentis est,& placabilis animi. [Haud ita iussi) Eleganter lusi ad ἀμφιβολίαν,& simul ostendit, quàm propitius sit Pamphilo pater, & quam facile veniam Dauo impetrare possit ab eo, quippe qui iam etiam iocetur.Pamphilus autem dixerat,nõ iuste,ille sic rñdit,quasi dixerit,non diligenter vinctus est. Et haud ita iussi sic enim præceperat,Quadrupedem constringito.

MITTE &c.) Hic in scena progreditur Crito in cuius ver GVID.
bis non modo ipse promittit,sed etiam quod & Pãphilus dixerit

rit demonſtrat,& hic omnis error aperietur fabulæ. Crito allo quitur Pamphilum orantẽ, vt firmus ſtaret verbis cõtendendo aduerſus patrem. Mitte .i. omitte ceſſa deſiſte orare .i. rogare me vna quæuis.i.vna quælibet cauſa harum quæ ſequuntur mo net me vt faciam quod petis, & hæ ſunt cauſæ, vel tu .i. vel tua in me beneuolentia, aut tuus honeſtus modus, & tua ſermonis affabilitas monet me, &c. vel q̃ .i. quia verum eſt quod dictu rus ſum, vel q̃ .i. quia bene cupio ipſi Glycerio .i. Glycerium plurimum amo,& ideo illi bene volo. C H. Ego video Crito nem Andrium? .i. ex Andro inſula,certe.i.profecto,is eſt.ſ.Cri to Andrius. C R. Chremes ſis ſaluus.i.ſalue. C H. Quid.i.cur tu inſolens.i.inſolitus inſuetus Athenas veniſti ſubaudi,q.d.cur veniſti Athenas qui non ſis ſolitus venire, qui non conſueueris videri Athenis.Inſolens.n.interdum dr̃ inſuetus inſolitus.Inde, inſolentia.i.inſuetudo. Cic.moneor etiam inſolentia loci.i.in ſuetudine.Itẽ inſolens dr̃ arrogans.Inde inſolentia.i.arrogãtia, qui enim præter legem agit humanam, & naturalem inſolens dr̃ Cic.ipſa victoria quæ natura inſolens eſt. C R. euenit.i.con tingit caſu aliquo,vt Athenas venirem,pudet.n.eum fateri pro pter hæreditatem veniſſe, ſed hiccine eſt Simo .i. vtrum eſt hic Simo. C H. Hic eſt. S. men'.i.me ne,hoc eſt vtrum quæris me, & non quæris pro me vt nonnulli conſueuerunt dicere tanquã pro ſermone eleganti. Eho hæ interiectio attentionem mouet vt audiat Crito dictum Simonis, vel deridentis eſt particula tu ais Glycerium eſſe ciuem hinc.i.ex Athenis vrbe. C R. Tu ne gas.i.inficiaris eam eſſe ciuem Atticam. S. Ita ne, per indigna tionem ſæpe dr̃ ita nec deriſionem aduenis huc paratus.i.ſub or natus,& dolo compoſitus. C R. Qua de re venirem.ſ.paratus. S. rogas?.i.interrogas,vt ne.i.vtrum facias impune.i.ſine pœ na,ſeu punitione.i.venias paratus ad decipiendum, hic.i.Athe nis vbi delicta vindicantur,tu ne.i.vtrum,q.d.ita illicis.i.illigas (vnde licia dicta ſunt quaſi ligia) .i. fraudem hic.i. Athenis ho mines adoleſcentulos imperitos rerum eductos libere.i.educa tos,& nutritos more eorum adoleſcentulorum qui ingenui nati ſunt, vel educatos libere.i.emiſſos in viuendi libertatem .i. quibus facta eſt copia vt liberius viuãt,lactas.i.dectines, vel qua dam dulcedine animos teneros.ſ.eorum ſolicitando.i.incitan do eos,nam ſolicitare inter interdum ſignificat ſolicitum redde re interdum vero eſt inquietare aliquẽ, & inter ſpem metumq. conſtituere atque incitare, ſeu ſtimulare, & pollicitando.i.fre quenter promittendo illis complementa voluntatum. Teneros animos lactare eſt dulcedine aliqua retinere, & ad perſuaſionẽ inducere. Vnde oblectare dicimus, & delecta. C R. Ne.i.vtrũ, ſanus es.i.ſanæ mentis, & compos, q.d.inſanis. S. Interrumpat Crito ſermonem Simonis quem nunc conſtituat, ac conglutinas.i.coniugijs, vt glutino res aliquæ coniunguntur nuptijs .i. connubio amores meretricios,q.d.non efficitur amica de mere trice,ſed coniunx. P. Perij metuo,vt.i.ne, non vt vult Donat. poſſet tã ſimpliciter capi pro q̃ ſic metuo q̃ hoſpes .i. peregri nus,& alienigena iſte Crito ſubſtet.i.ſuccumbit,neque ferre poſ ſit contumelias patris. C H. Simo ſi noris .i. ſi cognoſcas ſatis hunc non arbitrere .i. non ita de eo cenſeas, hic .ſ. Crito eſt vir bonus. S. Hic ſit vir bonus,q.d.ſit bonus,quantum volet,& per ironiam dictum intelligitur,vt eum nec virum, nec bonum di cat ita ne .i. vtrum venit hodie ita attemperate .i. tempeſtiue, in in ipſis nuptijs.i.in ipſo articulo,ſiue vt ita dicam in puncto nu ptiarum,vt nunquam veniret,ante hac.i.ante hoc tempus. Ple runque tamen caſus imitatur induſtriam, & ſæpe hoc fit vt etiã ſedulo facta ſint ſuſpecta. Eſt vero credendum huic,q.d.non eſt illi fides habenda, vbi vero dr̃ per ironiam, vt Virg. Egregiam vero laudem, & ſpolia ampla refertis. Tuq. puerq. tuus quem admodum,&.ſ.vt id populus curat.ſ.qd' dici ſolet deus ſciat,ve ro ferè hic eodem modo capitur vt illic .ſ. P. Ni.i.niſi me tuã patrem,habeo.i.ſcio aliquid, ſupp.quo moneam.i.admoneam, probè.i.commode illum Critonem pro illa re .i. pro reſponſio ne ad obiecta. S. O ſycophanta.i.calumniator exclamando pro fertur. C R. Hem, interiectio indignantis. C H. Crito hic Si mo eſt ſic.i.talis naturæ,& recte,nam naturæ ignoſcitur non vo luntati, mitte.i.dimitte eum nec attende ad ea quæ dicit. C R. Videat qui.i.qualis ſit, ſi perget.i.proſequetur perſeuerabit dice re mihi quæ vult, audiet quæ non vult ego moueo.i.perturbo, & curo .i. cogito iſthæc quæ tu dicis Simo tu non feres æquo animo tuum malum .ſ. amorem in filio. Nam audieris .i. audies ea quæ dixit vera an falſa .i. ſiue ſint vera, ſiue falſa, & hoc vt tibi ſim moleſtiæ, ſicut es mihi, & addit temporis celeri tatem inquietis iam.i.nunc poteſt ſciri an vera ſint an falſa. qui dam Atticus olim fracta naui.i.naufragio facto apud Andrum eiectus eſt ad littus.ſ.&vna.i.ſimul iſthæc virgo parua eiecta eſt, tunc.i.tunc forte ille egenus applicat .i. adigit appellit ſe primũ ad patrem Chryſidis. Proprie de naufragio ad littus eiecto atq; egenti applicare dicitur.ſ.Simo narrationem irridens,inquit,in ceperat .i. incipit,fabulam .i. nugas,commentum mendacium, vanitatem. C H. ſine.i.permitte eum loqui. C R. Ita ne obturbat vero.i.ita ne vertit veritatem,aut reclamat, & reluc ta tur,ſeu interſtrepit veritati. C H. Crito, perge.i.proſequere perſeuera. C R. Tum is fuit mihi cognatus, qui recepit eum Atticum. Ibi .i. in eo loco audiui ex illo ſeſe fuiſſe Atticum is mortuus eſt ibi. C H. Crito dic,ſup.nomen eius. C R. Pu tas,ſup. vt tam cito dicam tibi nomen? oſtendit enim difficile ſe ſe dicturum,deinde ſubdit Phania eſt,ſup.nomen eius, ſed Cri to dicit,vt nemo audiat adhuc.ſ.cubitans an ipſe ſit. C H. hem, perij Chremis eſt dolentis poteſt,& Pamp. eſſe. C R. Verum .i. ſed hercle opinor fuiſſe Phaniam ſcio certe hoc aiebat ſe eſſe Rhamnuſium.i.ex Rhamno Atticæ pago. Rhamnus .n. pagus eſt Atticæ. C H. Iuppiter. C R. ò Chreme multi alij à me audiuere tum hæc eadem in Andro in ea inſula. C H. Vti nam id, quod ſpero ſit eho attentionem mouet. dic mihi quod tunc aiebat eam Glycerium eſſe.ſ.ne .i. vtrum aiebat eſſe ſuam filiam .ſ. C R. Non. C H. Igitur cuiam.i.cuius filiam eſſe dicebat. C R. Aiebat eſſe filiam fratris. C H. Certe ea eſt mea.ſ.filia. C R. Quid ais? S. Quid ais? P. Alloquitur ſeipſum dicens Pamphile arrige aures.i.erectas præbe aures ad accipiendam vocent ibi congruam. S. quid credis? C H. Scilicet Crito ille Phania fuit meus frater. S. Noram Phania .ſ.& ſcio eum eſſe tuum fratrem. C H. Is frater fugiens bel lum, & perſequens me in Taſiam proficiſcitur hinc .i. ex Athe nis,& perſequens dicit oſtendens perſequendis perſeuerantiam, tum frater veritus eſt relinquere illam hic poſt illa vel tempore vel ea quę ſunt dicta nunc primum audio quid ſit factum de illo fratre meo. P. Pamphilus præ nimio gaudio ita perturbatur vt apud ſeipſum, non ſit propterea, inquit, vix ſum apud me .i. non ſum apud me & magis conſuetudine dicitur quàm ratio ne,vel ita dicit quaſi obierit animus in aduẽtu gaudij,& rurſus redierit. Ea propter cum aliquis ſe colligit,& conſiderat dr̃ ad ſe redire cum prius extra ſe exiſtens apud ſe non eſſet ita.i.adeo animus,eſt commotus .i. perturbatus metu ſpe gaudio,miran do .i. dum miror hoc bona tanto,& tam repentino .i. ſubito .i. propter tantum bonum,& tam repentinum. Duo ſunt futura rum rerum carnuſices.i.tortoris afflictores turbatores, quia tur bant animum.ſ.ſpes & metus,dolor enim, & gaudium præſen tium rerum ſunt. S. Sanè .i. valde,alij næ,habent .i. certe,vel valde,aut nimis gaudeo iſtam Glyc.inueniri tuam multis mo dis.i.rationibus gaudemus nobis,gratulamur alijs. P. O pa ter credo te.ſ.gaudere. C H. At vnus ſcrupulus.i.vna anxietas, vna difficultas,vna moleſtia,tractum.n.eſt à ſcrupulo lapide,mi nimo,qui in calceo latens lædit,& moleſtus eſt moleſtæ.n.ſunt pedibus viæ ſcrupuloſæ vnus ergo ſcrupulus reſtat.i.ſupereſt,re liquus eſt mihi,qui male habet.i.vexat,vel malæ tractat me. P. Dignus es cum tua religione .i. ſuperſtitione, & ſcrupuloſitate, odio .i. vt odio habearis,quæris nodum in ſcirpo, ſcirpus iunci ſpecias eſt leniſſima,& ſine nodo, & ideo prouerbium eſt de illis, qui nimis ſunt curioſi, & qui quærunt aliquid vbi non eſt quod dici ſolet,vulgo, tu queris in veruece quinque pedes cum tamen tantum ſint quatuor. C R. Quid iſtud eſt quod te ſoli citat. C H. Nomen non conuenit.i.de nomine eſt controuer ſia,vel nomen non congruit vt ſit filia mea. C R. Hercle aliud fuit nomen huic paruæ .i. cum eſſet parua. C H. quid nomen fuit. C R. Quęro id.i.tento in memoriam illud redigere. P. Ne.i.vtrum patiar memoriam huius Critonis obſtare.i.nocere meæ voluptati, cum egomet poſſum medicari mihi in hac re? non patiar heus Chreme,vocat Chrem. qui in tuendo Critone erat attentus,quid queris? illa eſt Paſibula. C R. Ipſa eſt Paſibu la .ſ. C H. Eſt ea quæ eſt filia mea. P. Audiui millies ex ipſa ſe eſſe Paſibulam. S. O Chremes credo te credere nos omnes gau dere hoc.i.hac re. C H. ita dij me adiuuent,vt bene credo. P. O pater quid reſtat.i.ſupereſt,reliquum eſt. S. Res ipſa.i.agni tio Paſibulæ reduxit me,iam dudum.i.paulo ante,in gratiam .i. in beneuolentiam,& Chremetis, & filij, vt videlicet mihi bene cupiat,& ego quoque illis quod ſi ad ſolum dicatur Pamphilũ, ad Pamphilum referatur tantum. P. O lepidum patrem.i.in quo plurimum eſt leporis ac venuſtatis, nã lepos eſt venuſtas, Chremes,nihil mutat de vxore ita,vt poſſedi.i.vt iam habui eã. C H. cauſa eſt optima, vt nihil mutem niſi pater Simo ait ali quid aliud. P. Nempe.i.certe nihil aliud ſup.ait. S. ſcilicet,

id est certe,nihil aliud aio. CH. ò Pamphile dos est tibi decem talenta.i.pro dote dabuntur tibi x.talenta. P. Accipio .i. grata habeo illa talenta,seu illam dotem habeo gratam. CH. propero.i.properanter eo ad filiam Pasibulam Eho, Admonitio est attentionis ad id, quod dicturi sumus, meus Crito veni sup.mecum. Nam credo illam haud.i.non nosse me. S. cur non iubes illam transferri huc.i.traduci in huc locum. P. admones recte,ego dedam.i.valde dabo, & committam iam istud negocium Dauo. S. non potest id negocium.s.suscipere. P. qui.i.quamobrem,non potest id peragere. S. Habet aliud malum,& maius ex sese.i.ex seipso. P. Quidnam.i.quid mali habet,vel quidnam.i.cur habet malum. S. Vinctus est.i. ligatus in carcere siue est in vinculis coniectus. P. O pater non est vinctus recte.i. iusta de causa. S. Iocatur pater dicens se non iussisse,vt tam vinceretur,sed vt quadrupedes stringeretur,haud .i. non iussi ita vinciri .s. P. Obsecro iube solui.i.vt soluatur. S. Age hortantis est fiat. P. At matura.i.accelera iubere. S. Eo intro. P. O hunc diem faustum, & felicem,q.d.multæ felicitatis plenum.

LAT O. ARGVMENTVM) Peragitur catastrophe Pamphili. Nam opera Critonis Glycerium Chremetis filia agnoscitur. & conceditur Pāphilo,& Dauus liberatur. [Athenas insolens) Rarus. [Huc paratus).i.instructus. [Tu ne impune) Accusatio Critonis quæ augetur expolitione. [Illicis lactas) Elegantes, & propriæ metaphoræ. [Attemperate) Opportune, in tempore. [Sycophanta) .i. calumniator. [Si mihi pergit) Prouerbiale. [Audieris) Audite poteris,potentialis modus. [Tam cito tibi) Subaudi ,pferam,& est eclypsis cogitantis. [Attige aures) Hoc ad seipsum Pamphilus. [Quid illo sit) Ille,pro,de illo,subtracta præpositione metri causa, per eclypsim. [Multis) Subaudi modis,absolute. [Nodum in scir.) Prouerbio in anxio, & vix credentes manifestis rebus. [Id quæro) Cogitantis est. [Ex ipsa mill.) Faceta confirmatio, ex qua colligitur consuetudo Pamphili cum Glycerio. [Decem tal.)Talentum continebat sexaginta libras, libra valebat decem coronatis, ergo duo talenta sexcenti coronati. Erat & aliud talentum, quod magnum vocabant,id erat octoginta librarum.

PETR. MARS. MITTE orare &c.) Gratuito, & non grauate officium præstandum esse, ac veritatem rebus omnibus præponendam, animumq. ad bene de multis promerendum,semper debere esse promptissimum docet hæc scena. Hoc enim est maxime è natura,quæ hominem hominis causa produxit. Quapropter Cato ille Censorius apud Cic.lib.iij.de fin.sic loquitur. Impelli mur autem natura, vt prodesse velimus quamplurimis in primisq. docendo,rationibusq. prudentiæ tradendis,& illa vox inhumana,& scelerata dicitur eorum,qui negant se recusare,quo minus ipsis mortuis terrarum omnium deflagratio consequatur. Veritatis vero rationem in primis habendam esse,philosophorum principes Plato,& Aristoteles non monent. Plato .n. in v.de leg.sic ait: Veritas tum dijs, tum hominibus dux omnium est bonorum, cuius qui felix beatusq. futurus est statim ab initio particeps esse debet,vt in veritate plurimum temporis vitam agat. Idem in Phædro sic ait: Is bene de se animoq. suo sperare potest,qui voluptates,quæ discendo percipiuntur sectatus,animum suo dedecorauerit ornamento,temperantia.s.iustitia, fortitudine, ac veritate Exprimit insuper hæc scena senum morositatem,& iram. Sunt enim vt inquit Cic.in Cat.Maiore, morosi,anxij,iracundi,& difficiles senes. Putant quippe contemni se ac decipi. Arist.lib.ij.Rhet.ad Theodecten,loquēs de moribus senum,dicit ipsos iram acutam habere, remissas vero cupiditates. [Non tu tuum malum æquo &c.) q.d.Feras oportet æquo animo mala quæ tibi eueniunt. Non mea culpa, sed tua potius,qui filium sic instituisti,vt meretricios amores sectetur, & rectam oderit disciplinam.Sciri iam potest,inquit,multis argumentis an vera sint quæ dixi. [Rhamnusium se aieba-, &c.) Rhamnus,auct.Plin. eras pagus in agro Attico, clarus marmorea statua Nemesis,quæ ob id Rhamnusia dicitur.Est autem Nemesis dea,vltrix superborum,& indignatio de malorum successu.Eius statuæ meminit Plin. lib. xxvij. & Strab. lib. ix. Verba Plinij sunt hæc: Id signum positum est in Rhamnite pago Atticæ,quod M.Varro omnibus signis prætulit.[At mihi vnus scrupulus &c.)Scrupi,inquit Sext.Pomperius,dicuntur saxa aspera. Vnde scrupulosam rem dicimus,quæ habet aliquid in se asperi. [Vix sum apud me &c.) Eusebius lib.4.præparationis Euangelicæ: Non tantum solent homines expectationes bonorum gaudere,quantum timore malorum exagitari. [Dignus es cum tua religione &c.)Cic.in lib.de nat.deor.sic ait:Qui omnia quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquā relegerent,sunt dicti religiosi,à relegendo.Vt enim eligentes ex eligendo,& deligendo deligentes ex intelligendo intelligentes. His enim in verbis omnibus inest vis eligendi eadem, quæ in religioso. Nigidius auct.Gel. lib.4. sic ait. Religiosus pro castro atque obseruanti cohibentiq. sese certis legibus, finibusq. dici cœptus.[Faustum,& felicem,&c.) Plut. in Sylla,sic ait: Felicem atque hilarem,faustum Romani vocant. Vnde Nonius: Faustum à fauendo dictum, ac per hoc prosperum atque propitiū.

HVIVS scenæ versus primi num.26.sunt Trochaici Tetr. Cat.Deinde omnes ad finem vsque scenæ Iamb.Tetr. Acat. præter quartum,qui est Iamb.Dimeter,Cuiam igitur? fratris filiā. In 4.ab initio scenæ versu Sed nō abundat, vt existimauit Doct. sed vel scandendo d, amittit, quod huic poëtæ frequens est, vel amphibrachys est loco sexto. In lib. Aldi initio huius versus post τὸ hic, omissum erat verbum Est, sed Doct. recte restituit. Verum ad finem eiusdem versus Ciuem ante Hinc legendum, vt constet trochaicus versus. In 9. deinde versu,vel Eorum dissyllabum est, vel creticus loco quarto, & Sanus es legendum, nisi quis Sanun' es,legere malit. In 18. eliditur s, in Istæc auctor Doct. Sed bacchius est loco primo, loco vero quinto amphibrachys. Eodem modo, & in 21. bacchius est loco primo, vt sit trochaicus cum ceteris, quanquam si quis volet eos iambicos inter trochaicos, non repugnauero. In 24. versu primo loco amphibrachys est secundo trochæus,tertio anapæstus. In sequente versu,loco primo anapæstus, vel tribrachys, in 2. dactylus,& Eius monosyllabum est. Rursus in sequente versu satis luculenter ostenditur Phania dactylus cum primo eius loco sit trochæus,& a,eliditur ad Hem. Idem in fine eiusdem versus pater. Et sexto loco eiusdem versus Fuisse est amphibrachys 27. versus,ab initio diximus, Iamb.Tetr.Acat.est, vt omnes inde, vno excepto,ad finem vsque scenæ sequentes, habet autem primo loco spondeum, secundo dactylum, 3.rursus spondeum, 4. iambum, quod Doctor. non aduertisse,admodum miror, qui eum trochaicum existimauit. Secundus deinde versus non est catalecticus scazon, vt ille idem iudicauit, sed acatal. vt prior verum ad finem, Sit id, legendum,non, Id sit. Atque ita habent vetusti lib. In 3.versu ab initio iambicorum Crito nomen non est in quibusdam lib.nec ne necesse est vt ad sit. Quanquam tot fieri possunt elisiones ac synæreses,vt etiam ipsi locus sit. Nam, Crito suam,anapæstus esse potest, correpto o, & Suam monosyllabo facto.Quò si verbum Crito tollas,anapæsti loco veniet iambus Suam,quandoquidem sequitur consonans.n.Lector sequatur quod volet. Deinde quartus versus ab initio iambicus, iambicus quidem est, sed dimeter, vt recte iudicauit Doct. At quintus deinde,sextus ac septimus neutiquam sunt trochaici, vt ille credidit,sed veri iambici.Et quintus quidem primo loco habet spondeum,secundo iambum,tertio anapæstum, quarto dactylum correpto u,in Tu,non eliso, quinto & sexto iambum, sextus aūt primo ac secundo loco spondeum habet, tertio ac 4. iambum quinto creticum,deinde,Fuit,dissyllabum,pro iambo. Noram &,spondeus,scio,Is,etiam iambus,Sequēs inde versus, qui ab initio iambicorum huius scenę septimus est τὸ Hinc ante bellum habet,estq. facilis scansu. In 9. vel d,in quid eliditur ab initio,vel bacchius est loco primo. & s,in verbo Cōmotus,nisi creticum ponas loco septimo. In xj.si Næ totum elidatur Tuā erit dissyllabum,Sin corripiatur,non elidatur,Tuam erit monosyllabum,vel creticus loco tertio. In 13. vel creticus loco primo, vel Tua monosyllabum est, & in fine eiusdem legendum Istuc quid est, & s, elidendum in Quæris, nisi bacchium malis loco septimo. In 19. Di corripitur,non eliditur. In 22. anapæstus primum habet locum, tribrachys deinde secundum ac tertium, & legendum Dos Pamphile est, vt recte legit Doct. non Dos est Pamphile,vt errat liber Aldi.In penult. huius scenæ versu. At ita iussi legendum est,non,Haud ita iussi,vt satis ex Donati commentario liquet,nisi quod, & ille in ijsdem lib. corruptus est, per quosdam minus attente legentes. GLAR.

ACTVS V. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Dauo narrat Pamphilus, Glycerium inuentam esse ciuem Atticam, seq; illam ductурum uxorem Charinus ostendit per Pamphilum facile se impetraturum à Chremete Philumenam. Hæc scena alterum genera Chremeti comparat ne aut Charinus tristis abeat, aut non pro uisum Pamphilum ne sit.

ARG.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena alterum genorum Chremeti comparant, ne aut Charinus tristis recedat, aut non prorsum Philumenæ videatur. Postremo ea quæ restant de Comœdia breuiter explicantur, & designantur, duorum, scilicet sociorum bonæ nuptiæ. Pamphili, & Charini. Lætus quoque Comœdiæ exitus subinde exhibetur, & clauditur.

Trochaici Iambicis permixti.

CHARINVS, PAMPHILVS.

ROVISO, quid agat Pamphilus atque eccum. P. aliquis forsan me putet.
Non hoc putare verum: at mihi nunc sic esse hoc verum lubet.
Ego vitã deorum propterea sempiternam esse arbitror,
Quòd voluptates eorum propriæ sunt. nam mihi immortalitas
Parta est, si nulla huic ægritudo gaudio intercesserit.
Sed quem ego potissimum exoptem nunc mihi, cui hæc narrem, dari?
C. Quid illuc gaudi est? P. Dauom video. nemo est, quem mallem, omnium:
Nã hunc scio mea solide solum gauisurũ esse gaudia.

DON.

ROVISO, quid agat Pamphilus) Hæc scena alterum genorum Chremeti comparat, ne aut Charinus tristis recedat, aut non prouisum videretur Philumenæ. [Prouiso, quid agat) Hoc colloquium post compendium fabulæ inducitur, vt vna narratione etiam negocium Charini transigi possit. [Prouiso, quid agat) Dupliciter res ab oculis spectatorum mouentur, aut .n. futura promittuntur, aut facta narrantur. Prouiso, duo significat, & prouideo, & procedo. [Nunc sic esse hoc verũ lubet) Sic delicate pronunciandum est, & separatim distinguendum. [At mihi nunc sic esse hoc verum lubet) Sensus hic est, Alij putent, vt volunt, ego aũt verum esse confirmo, quod mihi lubet verũ credere. [Ego vitam deorum ꝓpea sempiternam esse arbitror) Omne quod habemus, aut mutuum est, aut proprium. mutuum est quidquid ad tempus habemus, nec postmodum nostrum futurum est, vt vxor, domus, villa, serui & cetera in hunc modum. Proprium, vt virtus animi, & bonum sempiternum, quod proprie de dijs dr̃: non.n. aliunde venerunt, sed apud seipsus sunt semper. & Epicurum secutas hoc dixit: Proprie ergo de dijs sempiternum dr̃. Nam inter sempiternum, & perpetuũ hoc interest, q̃ sempiternum ad deos, perpetuum proprie ad hoies pertiner. [Ego vitam deorum ꝓpea) Hanc sentẽtiam totam Menandri de Eunucho transtulit. & hoc est quod dr̃. Contaminari non decere fabulas. [Ego vitam deorum) Non dixit quod scit, sed quod verum putet. Et est ἀξίωμα ἐπιμέριον, quod à ceteris philosophis repudiatur, de ocio deorum, ac perenni voluptate. [Proprie sunt) Perpetuæ, sempiternæ, quæ non sunt accõmodatæ ad tempus, ac mutuę. sic, & supra Nihil ne esse proprium cuiquam. [Si nulla huic ægritudo gaudio intercesserit). s. secundo supradictam sententiã, Si propria, inqt, hæc fuerit voluptas, deus sum. [Quid illuc gaudi est?) In alijs, Daui persona infertur. [Nã hũc scio mea solide solum) ἀριστοτομές. [Solide solũ) Figura παρόμοιον.

OVID. PROVISO, &c.) Hæc scena alterum genorum Chremeti comparat ne aut Charinus tristis recedat, aut non prouisum videretur Philumenæ. C. Prouiso. i. prouideo, vel procedo, vel pro simplice ponitur. i. eo ad vidẽdum quid Pamph. agat atque eccum. i. ecce hic eum. P. forsitan aliquis putet me non putare hoc esse verũ sed mihi lubet pro libet nunc hoc esse verum sicut dicitur. s. q. d. alij putent vt volent ego vero illud verum esse confirmo, q̃ mihi lubet verum credere ergo arbitror vitam deorum esse sempiternam, ꝓpea q̃ voluptates eorum. i. eorum gaudia sunt proprie. i. perpetuæ sempiternæ non accommodare, ad tps, seu mutuæ. Omne.n. quod habemus, aut mutuum est aut proprium. Mutuum est quidquid ad tempus habemus, nec postmodum nostrum futurũ est, vt vxor domus villa serui, &c. Proprium autem est, vt virtus, animi & bonum sempiternum quod sunt semper Epicurum autem Terent. hic secutus est à ceteris enim philosophis repudiatur de ocio deorum, & perenni voluptate. Et interest inter sempiternum, & perpetuum. Nam sempiternum ad deum perpetuũ proprie ad homines pertinet. Ergo Pamph. secundum illam sententiam dicit si propria hæc fuerit voluptas deus sum. Nam immortalitas parta est mihi, si nulla ægritudo. i. solicitudo anxietas, animi aut passio intercesserit. i. obstiterit huic gaudio. s. quem potissimum. i. principalissime exoptem dari mihi nunc. i. obuium fieri mihi cui narrẽ hoc. C. Quod gaudiũ est illud quod agiteretur à Pãph. P. Dauom. video. nemo est, quem mallem, oium: dari mihi. s. Nam scio hunc solum gauisurũ solide. i. integre firme, mea gaudia. i. gratulaturum mihi. Dicimus.n. eleganter gaudeo tuum gaudium ꝓ eo quod est gaudeo quia gaudes. Cecilius ad Cic. Accessit huc q̃ postridie eius absolutionem in theatrum Curionis Hortensius introijt puto suũ gaudium gauderemus qa ipse gaudebant.

ARGVMENTVM) Catastrophe Charini, qui auxilio Pamphili, optatas nuptias consequitur. [Non putare) Gestus, & lætitia Pamphili. & est præparatio ad congressum personarum. [Solide) .i. plene, & ex animo. LATO.

PROVISO, quid agat, &c.) Nullam ferè delectationem esse illis, quibus aliquid succesſit ad votum. nisi habeant cui communicent, docet hæc scena. Homo nanque duce natura fugit solitudinem, & sermone vtitur libenter, vt animi contemptus exprimat. Vnde dicit Philosophus j. Polit. Homo est natura ciuile animal, & qui in ciuilis est, non per fortunam, sed propter naturam, is aut prauus est aut melior q̃ homo. Vnde dicitur: Homo solitarius, aut deus, aut bestia. Sermonem, inquit, habet homo supra cetera animalia, quo vtile, iucundum, iustum, iniustumq̃. iudicantur. Horum, inquit, communicatio fecit domũ, & ciuitatem. Vnde apparet hominem esse magis congregabilẽ, quam apes & cetera animalia, quæ natura congregauit. Archytas Tarentinus auct. Cic. in Lælio, sic dicere solebat: Si quis cœlum ascendisset, naturamq̃. mundi, & pulchritudinem siderum perspexisset, insuauem illam admirationem ei fore, quæ iucundissima fuisset si non aliquem, cui narraret, habuisset. Sic natura, inquit Cic. nihil solitarium amat. Idẽ Cic. in j. de Off. Si contigerit ea vita sapienti, vt affluentia rerum omnium dicetur, tñ solitudo tanta sit, vt hominem videre non possit, excedit è vita. PETR. MARS.

VERSVS huius scenulæ sunt omnes Trochaici, meo qui dem iudicio, quanq̃ aliter Doct. In primo eliditur d, in Quid. In iij. aut Deorum dissyllabum est, vt admonuit Doct. aut creticus est loco secundo. In 4. putat idem elidendum u, in Voluptates, sed haud dubie creticus est, loco primo, & bacchius tertio. In vj. Nunc legendum est ante Potissimum, & erit elegantissimus trochaicus. In vij. eliditur d, in Quid ab initio. In vlt. versu primo quidem loco est trochæus, secundo tribrachys vel dactylus, tertio anapæstus, quarto & quinto spondeus. nam Gauisurum primam longam habet syllabam apud Propertium. GLAR.

ACTVS V. SCENA VI.

DAVVS, PAMPHILVS, CHARINVS.

AMPHILVS vbinam hic ex? P. Dabue. D. quisquam homo est? P. ego sum. D. ò Pamphile.
P. Nescis, quid mihi obtigerit. D. certe: sed, quid mihi obtigerit, scio.
P. Et quidem ego. D. more hominum euenit, ego vt quod sum nactus mali,
Prius rescisceres tu, quàm ego, tibi quod euenit boni.
P. Mea Gliceriũ suos parẽtes reperit. D. ò factũ bene.
C. Hem. P. pater amicus sumus nobis. D. quis? P. Chremes. D. narras probe.
P. Nec mora vlla est, quin eam vxorem ducam. C. num ille somniat
Ea, quæ vigilans voluit? P. tum de puero Daue? D. ah desine:

Solus est, quem diligunt dij. C. saluus sum, si hæc vera sunt.

Colloquar. P. quis homo est? Charine, in tempore ipso mi aduenis.

C. Bene factum. P. hem, audisti? C. omnia. age, me in tuis secundis respice.

Tuus est nunc Chremes. facturum, quæ voles, scio omnia.

P. Memini: atque adeo longum est, nos illum expectare, dum exeat.

Sequere hac me. intus apud Glycerium est nunc. tu Daue abi domum,

Propera, accerse, hinc qui auferant eam: quid stas? quid cessas? D. eo.

Ne expectetis, dum exeant huc: intus despondebitur: Intus transigetur, si quid est, quod restet. Plaudite.

CALLIOPIVS RECENSVI.

DON. PAMPHILVS vbinam hic est?) In hoc actu mira arte ea quæ restant de Comœdia breuiter explicantur, & designantur duorũ sociorũ binæ nuptiæ. [Pamphilus vbinam hic est? P. Daue. D. quisnam homo est?) In affectu gaudentis Pamphili, & Daui gratulatione cognitionem rerum Charino pbuit, cuius persona parce vtitur post compendium. [Sed, qd mihi obtigerit, scio) Scio. i. persensi. [More hoium) Hominum abundat. [More hoium euenit, ego vt quod sum nactus mali) Quia fama mali celerior, q̃ boni. i. vt facilius mala, q̃ bona nuncientur. Ad hoc ergo dixi, q̃ ille prior scierit, q̃ esset victus, q̃ ipse cognitam Glycerium cognosceret. [Mea Glyc. suos parentes reperit) Hæc ita narrantur Dauo, vt eadem opera etiã Charinus audiat. [Pater amicus sumus) hęc omnia, vt diximus, propter Charinum dicuntur, vt audiat. [Amicus sumus) Deest eius. [Num ille somniat Ea, quæ vigilans voluit?) Hinc Virg. Credimus? an qui amant ipsi sibi somnia fingunt? [Define) Compendium attulit. [Bene factum) A gratulatione cœpit. [Omnia) Compendium. [Age, me in tuis secundis respice) Hæc sunt quæ absolute dicuntur, & est commonitio. Sunt enim, qui felicitate elati, ne respicere quidem velint amicos. Et respicere est proprie retro aspicere. i. quẽ prędecessis felicitate, non obliuiscaris. [Tuus est nunc Chremes) Lucil. in 2. Nunc prætor tuus est, meus si discesserit horno Gentili. [Tu Daue abi domum) Hi versus, vsq; ad illum, Gnatam tibi meam Philumenam vxorem, negantur Terentij esse, adeo vt in pluribus exemplaribus bonis non inferantur. [Atque adeo longum est, nos illum expectare) Quia & audacter, & artificiose binos amores duorum adolescentiũ, & binas nuptias in vna fabula machinatus est, & id extra præscriptum Menandri, cuius Comœdiam transferebat, iccirco aliud in proscenio aliud post scenam retulit, ne vel iusto longior fieret, vel in eandem propter rerum similitudinem cogeretur. [Sequere hac me. intus apud Glycerium est) Iam post scenam itur. quia vlterius in proscenio nihil agitur. [Ne expectetis) Mire dicit, latenter se laudant. quo verbo auidum adhuc audiendi populum adeoq. cupidum, & intentum ostendit, vt finem Comœdiæ euenisse non senserit. [Intus transigetur, si quid est, quod restet) Artificiose poëtæ hæreditatis iustam petitionem ex Critonis persona prætermisit, quæ ei Glycerio cognita iure tribuebatur, ne vel paruo rei Critonis tractatu, aut defraudatione Glycerij infuscaret finis fabulę ad lætum exitũ spectans. [Si quid est, quod restet) q̃a narratione dignũ non est quod Charinus rogat.

GVID. PAMPHILVS &c.) In hoc actu mira arte ea quę restant de Comœdia breuiter explicantur, & designantur duorũ sociorum binæ nuptiæ. D. Pamphilus vbinam hic est? P. Daue. D. Quisquam. i. quis homo est? q̃ me vocat. P. Ego sum. D. O Pamphile. P. Nescis, quid mihi obtigerit. i. acciderit. D. Certe. i. profecto, nescio quid tibi contigerit. s. sed scio quid obtigerit mihi. P. Et quidem, & ẽt ego scio. D. Euenit more hoium abundat hominum dicit Don. q.d. euenit vt solet euenire, vt tu restitueres. i. post factum cognosceres, quid mali nactus sum. i. inuenerim prius q̃ ego resciscerem, illuc boni. id bonum quod euenit tibi. P. Glycerium mea amica. s. reperit. i. casu quodam inuenit parentes suos. i. patrem, & matrem. P. O factum bene exclamatio est pro quã bene factum est? C. Hem, interiectio, hic admirantis factum illud. P. Pater eius Glycerij est summus amicus nobis. D. Quis pater? P. Chremes. D. Narras probẽ. i. dicis verum. P. Nec vlla mora est, quin. i. quòd non ducam eam Glyc. vxorem. i. quin habeam eam in vxorem. C. Num. i. nunquid ille Pam. somniat ea quæ vigilans. i. cum vigilaret voluit. i. cupiuit Pamph. tum. i. deinde ò Daue de puero? quid fiet. s. D. Ah define. i. desiste de ea re solicitus esse, tu es solus quẽ dij diligũt. i. tu omnium fortunas superas, siue omnium felicissimus es, & cui dij magis fauerunt. C. Sum saluus. i. sum incolumis sospes viuo non langueo, vt prius si hæc sunt vera, adibo. i. ibo ad eum, & colloquar. i. alloquar eum, & conferam cũ eo de his. P. Homo est q̃. s. loquitur. Deinde percepto eo subdit. O Char. aduenis mihi ipso tpe. s. opportune & tempestiue. C. Bene factum est, sup. P. Hem audisti quam bene factum sit. C. Omnia audiui. s. age. i. eia hortantis est aduerbium, respice. i. retro aspice me, hoc est faue mihi tractum à dijs, qui respiciendo homines illi fauerit. Sunt aũt qui felicitatẽ elati ne respicere quidẽ velint amicos. itaque respice me. i. non obliuiscaris mei quem prædecessis felicitate. i. in tuis rebus secundis. i. in tuis prosperitatibus. Chremes est nunc tuus. i. eius moderatores scio eum esse facturum omnia quæ voles. P. Memini. i. tibi magna est apud eũ fides ita vt tuo sit vsurus cõsilio scio eam esse mecum, & omnia facturum. Nam quorum meminimus illa nouimus, & scimus atque ad eo. i. certe vel valde longum est mihi expectare illum Chremetem, dum. i. quousque exeat sequere me, hac. i. per hanc viam, est nunc intus apud Glyc. agnitam filiam, tu Daue abi. i. discede propera. i. celeriter velociter domum aduerbialiter sumitur, accerse. i. voca vade ad vocandum aliquos, qui auferant. i. abducant eã, Glyc. hinc. i. ex hac domo in qua est, q.d. i. cur stas. i. erectus es, neq; vadis quid. i. cur cessas. i. tardas in moras es vel otiosus es? D. Eo. i vado, Deinde cõuersus ad spectatores, inqt.

O FACTVM bene) Gratulatio Daui. [Num ille) Prouerbiale. [Memini) Data opera poëta abrumpit longiorem actionem. [Ne expectetis) Hoc ad spectatores dicitur. LATO.

PAMPHILVS vbinam, &c.) Rumorem alicuius infortunij cito in populum vulgari, docet hæc scena, quod ideo accidit, quia pleriq; alienæ inuident felicitati, & auide alienum dedecus audiunt, & effundunt. Vnde vates celeberrime famam describens, illam dicunt esse malum, quo non velocius vllum, mobilitate viget, vt resq. acquirit eundo, & doctrinę, atq; eloquij fons vberrimus M. Cic. in Orat. pro Planco, sic ait: Nihil est iam volucre, q̃ maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius dissipatur. Quapropter moralis ille Seneca, loquẽs de continentia, sic præcipit, Bonæ famæ, neque tuæ seminator, neque alienæ inuidus. Et prudentiæ officia describens, sic ait, Lauda parce, vitupera parcius. Et alibi, Esto vitiorum fugax ipse, aliorum neq; curiosus scrutator, neq; acerbus reprehensor. [Ne expectetis dum, &c.) Miror hæc dicit poëta, latenter se laudans, quo verbo artificiose auidum adhuc populum audiendi, adeoq. cupidum, attentumq. ostendit, vt finem Comœdiæ iam euenisse non senserit. [Intus despondebitur, &c.) Gell. lib. 4. sic ait, Cæsar postq̃ filiam Cn. Pompeio desponderat, primum cœperat Pomp. rogare. Exitus Comœdia lætus est, & sedationem habet affectuum, qui non crescunt ad tragicam perturbationem & scelera, quæ mediocritatem nullam accipere possunt. Iccirco in summas perturbationes Tragœdiæ desinit, docens nos cum ratione id fugere, quod sua prauitate in cladem trahit, & odium parit vehementissimum. Non. n. ad seditiones, & discordia, sed ad pacem, & concordiam nati sumus, qua nihil est humanę naturæ vsuiq. accommodatius, qm̃, vt inquit Salust. concordia res paruæ crescunt, discordia vero maximæ dilabuntur. Et Cic. in Off. sic præcipit, Meo quidem iudicio, paci quæ nihil habitura sit insidiarũ, semper est consulendum. Comœdia illos habet affectus, qui facile ad eam mediocritate rediguntur, quæ virtus morum appellatur. non. n. est virtus expurgatiua, sed gradus ad illã atque iter. Sic nanq; disponit per assuetudinem humanas cupiditates, vt Heroicam virtutem suscipiant. Ab extremo certe ad extremum, sine aliquo modo ire non possumus, & sic est viuendũ, vt bene sperare possimus. Plat. lib. j. de rep. sic ait: Qui nullus iniuriæ sibi conscius est, huic iucunda spes semper adest optima senectutis nutrix. Quapropter Pindarus cecinit: Eum qui bene viuit, dulcis spes comitatur, cor nutriens, senectutemq. fouens. PETR. MARS.

SCIO quosdam quasi pro voluptate habere, vt iambica, & trochaica misceant absque discrimine. At ego, vt inficias ire non possum hæc mixtum sæpe inueniri, ita tamen hoc puto tẽperandum, vt quanto plura eiusdem generis, modo id non fiat GLAR.

contra

contra artẽ, in vnum digerere queamus, id omnino cõnemur atque adeo etiam Poëtam id feciſſe crediderim. Ad quid.n. alio qui carmen inſtituiſſet? Itaque & in præcedenti ſcena, & in hac, non confuſe vt Doct. ſed eiuſdem generis omnia fecimus. Nec fingimus nouas licentias, ſed quæcunq; hic introducimus ea facillime, ex ipſo adeo Doct. alijs locis ab eo dicta, commonſtrabimus. Huius itaque ſcenæ verſus oẽs ſunt trochaici, vt præced. ſcenulæ. In primo ſanè verſu magna difficultas videtur, ad vtrũ genus reducatur. ſ. ad iãbicum ne, an ad trochaicum. Semper.n. claudicare videtur, vtur in numerum ponas. Ego autem puto primo in loco trochæum eſſe, Pamphi, deinde tribrachyn, aut anapæſtum, lus, vbi tertio loco ſpondeum, n' hic eſt. Quarto loco trochæum. Daue. quinto vel anapæſtum, Quis homo eſt, tollendo πεφέλκυον. nam, vt ſupra Act. 2. ſc. 2. Quis homo eſt, q̃ me. Et ſæpe alibi, vt paulo poſt in hac ſcena, vel creticum, quod magis placet. Don. Quis hic eſt legiſſe vt. quod non minus placet. Sexto anapæſtum, ego ſ'o. ſeptimo trochæum cum ſyllaba, Pamphi, le. In 4. verſu Doct. putat legendum Tu prius reſciſceres. & conſtare probe verſum. At in lib. vetuſto ita carmen legitur. Prius reſciſceres, q̃ ego illud, quod tibi euenit boni. Vbi vel Prius eſt monoſyllabum, vt alibi ſæpe, vel bacchius eſt loco primo, & carmen non minus conſtabit. In 5. Suos monoſyllabum eſt. poteſt & amphibrachys eſſe loco tertio. In 7. videtur Quin corripi, niſi Eam monoſyllabum totum elidamus. creticus tamen loco tertio eſſe poteſt. In 12. Eſſe omitti poteſt, vt etiam notauit Ioan. ſicut in præcedenti Tuis omittitur, quod quidem poſuerunt ante ſecundis. Et audiſti ne, integre legendum, ne ſit tertio in loco iambus, quem trochaicum genus reſpuit. In 14. Sequere hac, anapæſtus eſt. Intus a, dactylus. pud Glyc. trochæus. reliqua facilia ſunt vt mediocriter exercitato.

TERENTII EVNVCHVS.

PERSONÆ.

Phædria adoleſcens,
Parmeno ſeruus,
Thais meretrix,
Gnatho paraſitus,
Chærea adoleſcens,
Thraſo miles,
Pythias ancilla,
Chremes ſenex,
Antipho adoleſcens,
Dorias ancilla,
Dorus Eunuchus,
Sanga ſeruus,
Sophronia nutrix,
Laches ſenex.

IDIOMATA PERSONARVM, ET ETHYMOLOGIAE.

LAches à ſortiendo, ſiue ab intendendo actionem iniuriarum, pius in filios. & vehementi ingenio. Phædria, ab hilaritate morum, cordatus adoleſcens, & cum morbo ſuo pugnas. Chærea à gaudio, ephebus ad quiduis audax, incogitans, & impotenter amans. Parmeno, q̃ ſedulo adſit domino ſuo, callidus, & oſor meretricum. Dorus, q̃ dono mittatur Thaidi. Thais à Pauone videtur dicta, addicta aſpiratione. Inducitur cordata, & ciuilis ac inter meretrices probis moribus. Dorias, ab haſta, q̃ in bello capta ſit. Pythias ob calliditatem, aut quod omnia percotetur. Thraſo, ò confidentia fingitur ſtolidas, & arrogans. Sanga à σάττω, hoc eſt à componendis ſarcinis dictus videtur. Fingitur liber ac domini contemptor, quales ferè coqui Gnatho, à mandibula vt edàx. Fingitur aſſentator, & callidus. Chremes adoleſcens ruri educatus, eoq. ciuile blanditiarum inſolens, & artium imperitus. Antipho, quòd nouus appareat.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

SOrorem *falſo dictitatam Thaidis,*
Id ipſum ignorans, miles aduexit Thraſo,
Ipſiq; donat. erat hæc ciuis Attica.
Eidem eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phædria, ac rus ipſe abit,
Thraſoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phædriæ puellulam
Cum deperiret dono miſſam Thaidi,
Ornatu Eunuchi inducitur: ſuadet Parmeno:
Introijt: Vitiat Virginem: ſed Atticus
Ciuis repertus frater eius, collocat
Vitiatam Ephebo: Phædriam exorat Thraſo.

SOrorem falſo, &c.) Thraſo miles .i. qui militiam ſolitus erat, exercere aduexit. i. vel nauigio vexit, vel equo, vel vehiculo puellam ſup. Atticam, dictitatam. i frequenter appellatam ſororem Thaidis meretricis Rhodie falſo. i. iniuria non vere, nam eius ſoror non erat ignorans. i. miles idipſum. i. eam nõ eſſe ſororem Thaidis, & ipſe miles donat. i. dono dat ipſi Thaidi puellam illam, hæc puella aduecta ex Rhodo Athenas à milite erat ciuis Attica. i. oriunda ex ciuitate Athenienſi vel ex parentibus Athenienſibus amator Thaidis iubet Eunuchum quẽ emerat tradi à Parmenone eidem Thaidi, oratus .ſ. Phædria .i. rogatus à Thaide concedere Thraſoni. i dare locũ militi apud Thaidem biduum .i. per ſpatium duorum dierum frater Phædriæ. ſ. Chærea. Ephebus. i. adoleſcens pubes vt ſentit Tort. cum reperiret puellulam miſſam dono. i. pro dono Thaidi induitur .i. veſtitur ornatu. i. indumento Eunuchi. Ipſe Chærea introijt .i. ingreſſus eſt in Thaidis domum ipſe vitiat, ſtuprat virginem quæ prius erat virgo Parmeno callidus ſeruus ſuadet .i. monet conſulit id fieri, ſed in primis .i. ante omnia frater Phædria exiſtens ciuis Atticus repertus. i. forte interueniens collocat. i. matrimonio iungit puellã vitiatam Ephebo. ſ. Chærea pubeſcenti. GVID.

ARGVMENTVM.

MEretrix *adoleſcentem, cuius mutuo amore tenebatur, excluſit: eaq; reuocato excluſionis cauſſas reddidit. eius frater minor natu virginem, quam miles meretrici dono miſerat, amare cœpit, deductus q; in domum meretricis pro eunucho, vitiat. re itaque cognita, cum illuſam ſe meretrix doleret, ab eodem adoleſcente placatur: interuentuq; fratris eius ciuem cognitam Athenienſem ducit vxorem. miles quoque in partem meretricij amoris receptus illuditur.*

MEretrix Thais excluſit. i. foris clauſit neque intromittere voluit adoleſcentem Phædriam, cuius Phædriæ adoleſcentis ipſa tenebatur amore mutuo. i. pari vltro citroq. dato acceptoque. Mutuum in amorem ait. Cic. ad Met. eſt cum par voluntas accipit, & redditur, & ipſa meretrix reddidit cauſas. i. occaſiones motiua excluſionis. i. pulſionis, ei. ſ. Phædriæ reuocato. i. recõciliato placato. Frater eius Phædriæ. ſ. Chærea minor natu .i. iunior cœpit amare virginem. ſ. puellam quã miles Thraſo miſerat meretrici dono. i. pro dono. Dicimus .n. eleganter, do vel mitto tibi hanc rem dono tanquam non repetiturus, neque quidquam mercedis habiturus, & ipſe Chærea deductus in domum meretricis à Parmenone pro Eunucho. i. loco Eunuchi vitiat. i. ſtuprat puellam, itaque .i. ideoque vel ſunt duæ partes pro & ita re cognita .i. ſtupro reſcito cum meretrix Thais doleret ſe eſſe illuſam. i. ludibrio læſam, placatur ipſa meretrix .i. ad lenitatem reducitur atque mitigatur ab adoleſcente .ſ. Chærea, & interuentu. i. interceſſione fratris, ſiue aduentu fratris intermedio duxit vxorem .i. cœpit in vxorem ipſam puellã cognitam ciuem Athenienſem .i. ex Athenis originem parentum ducentem, quoque .i. etiam miles Thraſo receptus in partem amoris meretrici. i. ipſius Thaidis meretrici, illuditur. i. decipitur ac ridetur, & ludibrio afficitur. GVID.

AELII DONATI ARGVMENTVM IN EVNVCHVM TERENTII.

HAEC *maſculini generis nomine nuncupata fabula eſt, Eunuchus, & eſt palliata Menandri vetus, quam ille auctor de facto adoleſcentis, qui ſe pro Eunucho deduci ad meretricem paſſus eſt notauit. Itaque ex magna parte motoria eſt. Atque in hac Comœdia qui perſonam*

personam Parmenonis actor sustinet primas habet partes. Secundæ sunt Chæreæ. Tertiæ ad Phædriam spectant. Huius prologus sanè est concitatior. Nam & obijcit crimina aduersantibus, & comminatur in posterum & accusatorie narrat iniuriam Terentio factam: & ad vltimum tumultuose, & cum magna inuidia defendit poëtam. Hæc & πρότασιν, & ἐπίτασιν, & κατασροφὴν ita æquales habet, vt nusquam dicas longitudine operis Terentium deassatum dormitasse. Actus sanè implicatiores sunt in ea, et qui non facile à parum doctis distingui possint: ideo quia tenendi spectatoris causa vult poëta noster omnes quinque actus velut vnum fieri, ne respiret quidammodo: atque distincta alicubi continuatione succedentium rerum, ante aulæa sublata fastidiosus spectator exurgat. Acta planè est Ludis Megalensibus. L. Posthumio, L. Cornelio Coss. Aedilibus curam ædum habentibus, etiam tunc personatis L. Numidio Posthumio, L. Ambiuio Turpione, item modulante Flacco Claudio tibijs dextra, & sinistra obiocularia, multa permixta grauitate. Et acta est tanto successu, ac plausu, atque suffragio: vt rursus esset vendita, & ageretur iterum pro noua proq; ea precium, quod nulli ante ipsam fabulam contigit, octo millibus sestertium numerarent poëtæ. Prouerbia multa sæpe pronunciata, & cantica sæpe mutatis modis exhibita sunt. προτατικὸν προσωπὸν nusquam habet: sed suis tantum personis vtitur. In hac Terentius, delectat facetijs: prodest exemplis: & vitia hominum paulo mordacius quàm in ceteris, carpit. Exempla autem morum hic tria præcipua ponuntur, Vrbani, scilicet Parasitici, & militaris. Hæc edita tertium est, & pronunciata, Terentij Eunuchus: quippe iam adulta commendatione poëtæ, ac meritis ingenij notioribus populo. Facta autem ex duabus Græcis vna est Latina. Nam ex Eunucho, & Colace Menandri fabulis, hæc Eunuchus Terentiana scripta est, non sine crimine, quòd multa in hanc translata sint ex multis poëtis Latinis, quod totum, per Prologum purgat atque defendit.

ARGVMENTVM EVNVCHI.

Rapta quædam ex Attica virgo nobilis, atque adducta est Rhodum, ibiq; matri Thaidis meretricis ab amico dono data est, & educata velut soror vna cum filia Thaide, Sed Thais relicta matre Rhodo cum amatore quodam Athenas se contulit, ab eoq; hæres instituta mortuo, mox à milite Thrasone diligebatur nimis. Qui cum Athenis profectis matrem Thaidis mortuam Rhodi comperisset, & eam virginem, quam diximus, ab hæredibus mortuæ, animaduertisset venum esse propositam, quamuis ignarus rerum omnium, emit tamen, & dono amatæ Thaidi vexit Athenas. Verum postquam adueniens riualem Phædriam apud amicam reperit, quem per eius absentiam sibi meretrix conciliarat, affirmauit se non ante daturum promissam virginem, quam Thais foras æmulum pepulisset. Illa igitur, etsi amaret Phædriam, cupiditate tamen recuperandæ virginis & ciuis Atticæ, & quam à paruulo vt sororem dilexerat, excludit Phædriam. Hinc ille primo irascitur. post accepta facti ratione, à Thaide lenitur, & in bidui spatium sponte concedens militi, rus proficiscitur, statimq; ne ab æmulo muneribus superaretur, Eunuchum & puellam Parmenoni iubet abiens ad Thaidem deducere. Verum Chæreæ frater Phædriæ tunc ephebus, visa in via virgine inflammata vt amore eius. Atque eo euasit vehementi ardore, vt pro Eunucho ipse deduceretur ad Thaidem. Hac occasione vitiata virgo, & mox ciuis, & nobilis cognita, datur vxor Chæreæ. Phædria vero, & miles riuales, ambo concordet per parasitum redditi, communi amica sine certamina potiuntur. In primo actu Phædria exclusus à Thaide, & secum primo, & mox cum Parmenone conqueritur fortunas suas, & ad postremum coram accusat Thaidem. rursus permulcetur ab eadem, & voluntate digrediens, rus sese concessurum in spatium bidui esse promittit. Secundum actus, profectionem Phædriæ continet delegantis seruo deductionem Eunuchi, & puellæ ad Thaidem. Tum Parasitum loquentem, per quem virgo, à milite dono amicæ missa est. Tum interuentum Chæreæ amantis virginem, eiusdemq; cum Parmenone consilium de eadem potienda per fallaciam, quia pro Eunucho ipse supponitur Thaidi. Tertius actus characterem exprimit militis, & Parasiti per ridiculum colloquium. Tum inuitationem ad cœnam Thaidis. Tum oblatione velut Eunuchi Chæreæ & puellæ ex Aethiopia per Parmenonem factam. Tum verba Chremetis ad Thaidem venientis, perductiq; ad militem. Antiphonis Chæreæq; colloquium de vitiata per dolum virgine. In quarto actu Dorias nunciat iurgium inter militem, & Thaidem, tum reditum habet ex villa Phædriæ, & querelam Pythiæ de vitiata virgine apud Phædriam, & eundem stupentem quod audiebat. Errorem ebrij Chremetis: & verba petulantia Thaidis aduersum militem, & militis aduersum Thaidem, parata prælia, ridiculeq; deposita: Quintus actus hæc continet, querelam Thaidis de vitiata virgine, qui primo cum Pythia, postea cum ipso Chremetis atque nutricis, tum perturbationem Parmenonis per dolum Pythiæ, atque eius indicio per senem qui rure tunc aduenerat, confirmatas nuptias. & ad vltimum reditum in gratiam militis cum Phædria, & Chærea.

ACTA

ACTA LVDIS MEGALENSIB. L. POSTHVMIO ALBINO, L. CORNELIO MERVLA AEDILIB. CVRVLIB. EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATILIVS PRAENESTINVS. MODVLAVIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS DVABVS DEXTRA, ET SINISTRA. GRAECA MENANDRV, ACTA II. M. VALERIO, C. FANNIO COS.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Defensor poëtæ Calliopius introductus, hunc prologum, quemadmodum, & præcedentem, in maledicum, & detractorem L. Lauinium pronunciat, captando multifariam spectatorum beneuolentiam. Diluit quoque aduersaris accusationem, ostendens etiam veteres quoque talia fecisse, qualia in Terentio carpere nititur.

Trimetri.

Si, id est peccatum, peccatum imprudentia est
Poëtæ, non qui furtum facere studuerit.
Id ite esse, vos iam iudicare poteritis.
Colax Menandri est: in ea est parasitus Colax,
Et miles glorioſus: eas se non negat
Personas transtulisse in Eunuchum suam
Ex Græca; sed eas fabulas factas prius
Latinas scisse sese, id vero pernegat.
Quòd si personis ijsdem vti alijs non licet:
Qui magis licet currentes seruos scribere,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Parasitum edacem, glorioſum militem.
Puerum supponi, falli per seruum senem,
Amare odisse, suspicari? denique
Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius.
Quare æquum est vos cognoscere, atque ignoscere,
Quæ veteres factitarunt, si faciunt noui,
Date operam, & cum silentio animaduertite,
Vt pernoscatis quid sibi Eunuchus velit.

PROLOGVS.

I quisquam est, qui placere
se studeat bonis
Quàm plurimis, & minime
multos lædere;
In his poëta hic nomen pro
fitetur suum.
Tum si quis est, qui dictum
in se inclementius
Existimauit, esse sic existi-
met
Responsum, non dictum esse, * quia læsit prior,
Qui bene vertendo, & easdem scribendo male, ex
Græcis bonis Latinas fecit non bonas:
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit,
Atque in Thesauro scripsit, causam dicere
Prius vnde petitur, aurum quare sit suum,
Quàm * illic, qui petit, vnde is sit thesaurus sibi,
Aut vnde in patrium monumentum peruenerit.
Dehinc ne frustretur ipse se, aut sic cogitet;
Defunctus iam sum, nihil est quod dicat mihi:
Is ne erret, moneo, & desinat lacessere:
Habeo alia multa, quæ nunc * condonabitur;
Quæ proferentur post, si perget lædere
Ita, vt facere instituit. nunc quam acturi sumus
Menandri Eunuchum, postquam ædiles emerunt,
Perfecit, sibi vt inspiciundi esset copia.
Magistratus cum ibi adesset, occepta est agi.
Exclamat, furem, non poëtam: fabulam
Dedisse, & nil dedisse verborum tamen:
Colacem esse Næui, & Plauti veterem fabulam,
Parasiti personam inde ablatam, & militis.

*quale sit prius

*illum,

*condonabunt. alias, cõdonabimus.

DONATVS.

I quisquam est, qui placere &c.) Attendenda poëtæ copia, quòd in tot prologis de eadem causa ijsdem ferè sententijs, varijs verbis vtit. [Bonis quàm plurimis) Commendat personam. [In his poëta hic nomen profitetur suum) Cum dixisset Quisquam, intulit in his. & alibi, Cuius mos maxime est consimilis vestrum, hic se ad vos applicant. [Tum si quis) Bene si quis cum L. Lauinium significet, ne vel ipsum à se læsum esse fateretur. Et tum præterea, vt, Tum canit Hesperidum. [Inclementius) Pro inclementer, vt, Iam senior, sed cruda deo, viridisque senectus. [Existimat) Pro existimauit. [Responsum, non dictum esse) Deest ei, vt in Phorm. Si quis quid reddat, magna habenda est gratia. [Non dictum esse) Superius dictum, participium est inferius, nomen. A quo etiam dicaces dicuntur, qui iocosis salibus male dicunt. [Responsum, non dictum esse) Figura πλεονά. nam dictum modo bis numero positum, supra nomen significat, infra participium. vt in Heaut. In quem quiduis harum rerum conuenit, quæ sunt dicta in stultum. [Qui bene vertendo) Bene, pro valde. Et vertendo, in linguam latinam transferendo. Plautus, Vertit barbare. Aut vertendo, corrumpendo. [Idem Menandri phasma nunc nuper dedit) τὸ αὐτὸ apparet pronunciatum, quasi hoc ipso admonuerit spectatorem quàm turpiter & imperite hæc fabula scripta sit. Et bene, nunc nuper, vt ex vicinitate facti ostendat nihil esse dicendum quam displicuerit hæc comœdia L. Lauinij, propterea quòd res recens sit, & omnes meminerint: Phasma autem, nomen est fabulæ Menandri, in qua nouerca superducta adolescenti, virginem, quam ex vicino quodam conceperat. furtim eductam, cum haberet in latebris apud vicinum proximum, hoc modo secum habebat assidue nullo conscio. Parietem, qui medius inter domum mariti ac vicini fuerat, ita perfodit, vt in ipso transitu sacrum locum esse simularet. Cumque transitum intenderet sertis ac fronde felici, rem diuinam sæpe faciens, euocabat ad se virginem. Quod cum animaduertisset adolescens. primum aspectu pulchræ virginis, velut numinis visu perculsus exhorruit, vnde phasma est nomen fabulæ. Deinde paulatim re cognita, exarsit in amorem puellæ, ita vt remedium tantæ cupiditatis, nisi ex nuptijs non reperiretur. Ita ex commodo matris ad virginis, & ex voto amatoris, cõsensuq. patris nuptiæ & celebratione finẽ ac

cipit

cipit fabula. Vtrum ergo hoc dicat. quòd totam fabulam transferendo, læserit L. Lauinius? an hoc tantum de quo reprehendat, sed his signis velit ostendere quem dicat vitioſe theſaurum compoſuiſſe, vt in theſauro ſit culpa, non in phaſmate? [Nunc nuper dedit) Nuper, ex illis verbis eſt, quæ veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant. Nam niſi adderet nũc, hoc nuper, olim pridem, & iam ſignificat. [Idem Menandri phaſma nunc nuper dedit) Hanc fabulam totam damnat, vt apparet, ſilentio, theſaurum vero, non totum, ſed ex vno loco. [Atque in theſauro ſcripſit cauſſam dicere) Theſaurum Latini veteres ſecundum Græcos, ſine n, litera proferebant. [Atque in theſauro ſcripſit cauſſam dicere) Arguit Terent. quòd Luſcius contra cõ ſuetudinem litigantium, defenſionem ante accuſationem induxerit. huiuſmodi enim eſt Luſcij argumentum, Adoleſcens qui rem familiarem ad nequitiam prodegerat, ſeruum mittit ad patris monumentum, quod ſenex ſibi viuus magnis opibus apparauerat, vt id aperiret, illaturus epulas. quas pater poſt annum decimum cauerat ſibi inferri. ſed eum agrum in quo monumentum erat ſenex quidam auarus ab adoleſcente emerat. Seruus ad aperiendum monumentum auxilio vſus ſenis, theſaurum cum epiſtola ibidem reperit. Senex theſaurum tanquam à ſe per tumultum hoſtilem illic defoſſum retinet, & ſibi vendicat. Adoleſcens iudicem capit apud quem prior ſenex qui aurum retinet, cauſam ſuam ſic agit: Athenienſes, bellum cum Rhodienſibus quod fuerit, quid ego hic prædicem? & cetera, quæ contra naturam iuriſque conſuetudinem poſita argumenta notat. Terentius, quòd ille ordo potior erat vt adoleſcens prior proponeret cauſam qui petitor inducitur. [Prius vnde petitur aurum) Vnde, a quo Virg. Genus vnde Latinum. Nam poſſeſſorem fecit priorem agere, quem petitorem, quòd abhorret à conſuetudine & iuris, & litium. [Quàm ille) Deeſt dicat. [Qui petit aurum). i. petitor. [Quam ille qui petit) Eſſet recta locutio ſi diceret, quàm petitorem, aut quàm illum qui petit. ſed, quàm ille maluit, vt ſubaudiamus cauſam dicat, per ζεῦγμα à ſuperiore figuratum. [Dehinc) Si loquatur. [Ne fruſtretur ipſe ſe) παρὰ προσδοκίαν dicitur, ſed poſt addit. [Aut ſi cogitet) Si taceat. [Defunctus iam ſum) σχῆμα διανοίας ὑποπτία. i. omni labore liberatus ſum, auctoritate iam confirmata & inuiolabili. [Defunctus iam ſum). i. iam egi fabulas meas, audiam deſtiti periclitari in edendis comœdijs, aut certe, iam edidi quam tu reprehendis fabulam. [Defunctus iam ſum, nihil eſt quod dicat mihi) Non ſit, inquit, de ſuis vitijs ſecurus propter vetuſtatem, nihilominus enim à me reprehendetur. [Is ne erret moneo) σχῆμα ἐπιτιμία. [Quæ nunc condonabitur) Sic in Phorm. Argentum quod habes, condonamus te. Nam & dono, ablatiuo caſui iungebant veteres, condono vero accuſatiuo. [Nunc quam acturi ſumus) Obliqua narratio facti eſt ſecundum caſum accuſatiuum. [Poſtquam ædiles emerunt) Mire, cum ordo melior videretur ſi ſic diceret, Poſtquam ædiles emerunt quam nunc acturi ſumus, perfecit ſibi vt inſpiciundi eſſet copia. Emerunt autem, mediam corripe. vt, Matri longa decem tulerunt faſtidia menſes. [Perfecit) Mire, quaſi difficile & illicitum. [Exclamat, furem, non poëtam) Mire reprehendit ante vitium, quam de cauſa male dicti dicat. [Et nihil dediſſe verborum tamen) Aut, neminem fefelliſſe, aut nihil appoſuiſſe de ſuo. [Exclamat, furem, non poëtam) Adhuc nulla reprehenſio eſt, ſi quidem licet transferre de Græco in Latinum. [Et nihil dediſſe verborum tamẽ) Aut neminem fefelliſſe, dare enim verba, decipere eſt, quia qui rem expectat, & nihil præter verba inuenit, deceptus eſt. vnde alibi, Verba iſtæc ſunt. & econtrario, cum videas, cenſeas. Aut aliter, nihil addidiſſe de ſtilo ſuo Terentium. [Peccatum imprudentia eſt) .i. ignorantia, vt imprudens harum rerum non enim ſtultitia. [Paraſiti perſonam inde ablatam) Et hoc mire, non verſus obijcit, ſed perſonam eſſe translatam, quid ſtultius, aut calumnioſius dici poteſt. [Si. i. peccatum, peccatum imprudentia eſt poëtæ) Primo negat peccatum, deinde concedit & purgat. [Imprudentia) Ignorantia, non imperitia. [Si. i. peccatum, peccatum) πλοκή. Nam peccatum ſuperius nomen eſt & ſequens, participium. Et primo negat peccatum, deinde ſi peccatum eſt, purgat id ipſum veniali qualitate ab imprudentiæ partibus. [In Eunuchum ſuum) Ad fabulam, non ad hominem retulit, vt Virg. Centauro inuehitur magna. [Bonas matronas) Vt Nauſiſtratam. [Meretrices malas) Vt Thaidem, atque Bacchidem. Sic eſt in Heautont. Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier. Et artificioſe oſtendit omnem materiam comicorum. [Paraſitum) Vt Gnatonem. [Glorioſum militem) Vt Thraſonem. [Glorioſum militem) Facere ſubauditur. [Falli per ſeruum ſenem) Vt Demeam, & Simonem. [Amare, odiſſe, ſuſpicari?) Mire à perſonis ad geſta cum varietate tranſitum fecit. Omne enim quod in orationem venit, vel perſona, vel factum eſt. [Odiſſe) Quia odere non eſt latinum. [Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius) σχῆμα λόγου πλοκή. Nam dictum, bis poſitum, vt ſuperius peccatum, diuerſa ſignificat. [Quare æquum eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere) σφῆμα λογοῦ παρέμφατον. [Quæ veteres factitarunt, ſi faciunt noui) Et varie dixit, Factitarunt, & faciunt, & cum magna defenſione Terentij ſemel facientis id, quod ſæpe veteres. [Animaduortite) Nos ἐλλειπτικῶς dicimus aduertite, quod veteres plene animum aduertite. [Quid ſibi Eunuchus velit) ἀρχαϊσμὸς velit ſibi. vt alibi, Nam proh Deum atque hominum fidem, Quid vis tibi, aut quid quæris?

ACTA ludis &c.) Hæc comœdia fuit acta. i. recitata, & qđ vulgo dicitur luſa ludis. i. in ludis Megalenſibus. i. in honorẽ magnæ matris deorum celebratis L. Cornelio Merula ædilibus Curulibus. i. quo tempore erant ædiles Curules, L. Ambiuius Turpio, & L. Attilius Prænestinus. i. de Præneste ciuitate, illi actores egere. i. vt dici ſolet luſerunt & Comœdiam recitauerunt ac pronunciauerunt voce & geſtu corporis. Prima Græca eſt ſubaudi Menandru, acta. i. facta, ſecunda. ſ. Latina. M. Valerio, C. Fannio Cos. i. quo tempore tales erant Conſules Flaccus Claudij filius, ſup. fecit modos. i. modulatus eſt, ſiue modulamina fecit muſicis inſtrumẽtis inter actus duabus tibijs. i. illis inſtrumẽtis muſicis, dextris. i. grauitatem orationis oſtendentibus. Tibias enim adhibebant partes & impares. i. dextras & ſiniſtras. Dextræ ſuæ grauitatem ſeriem comœdiæ orationem pronunciabant. Siniſtræ ſeranæ acuminis lenitate iocum oſtendebant. Ergo vbi mixtus cũ grauitate iocus eſſet dextræ ſiniſtræq. adhibebantur. [Si quiſquam &c.) Poëtæ defenſor introductus Calliopus hunc prologum in maledicos pronunciat ita inquiens. Si quiſquam. i. ſi aliquis eſt, qui ſtudeat. i. laboret cupiat placere quamplurimis bonis, & minime. i. non lædere. i. offendere multos in his. i. inter tales qui ſtudent placere & non offendere, vel in his. i. in his rebus .ſ. in placendo, & non lædendo: hic poëta Terentius profitetur. i. oſtendat, iactitat, ingenue fatetur nomen ſuum eſſe ex illis. Tũ .i. præterea, ſi quis eſt propter Luſcium Lauinium dicit qui exiſtimat .i. exiſtimauit, dictum eſſe perſonaliter intelligi rectè poteſt, id quaſi inuectum eſſe, ſiue iocum & ſermonẽ mordacẽ factum eſſe inclementius. i. inclementer, comparatium pro poſitiuo. Poteſt etiam optime capi pro nimis aſpere, dure, acerbe, mordaciter. Nam ſæpe animaduerti comparatiuũ quod pro poſitiuo poni dicit, in ſe implicare nimis, cum poſitiuo, vt cum dicitur hic interpres, Diutius immoratur in re parui momenti .i. hoc eſt nimis diu, quidni etiam hic eo pacto ſumatur proculdubio video impedire, nihil, quin etiam liberius aſſero primo aſpectu ſenſum poëtæ, forſitã magis id poſtulare. Si quis ergo exiſtimat dictum eſſe inclemẽtius .i. nimis acerbe, aſpere, mordaciter in ſe. i. cõtra ſe, exiſtimet. i. iudicet. ſciat. i. cognoſcat, præſumat. i. animo ſuo concipiat, ſiue ſibi perſuadet reſponſum eſſe ei ſupp. perſonaliter. i. quòd ei reſponſum eſt non eſſe dictum .i. non eſſe iocum mordacem. Dicta enim interdum ſunt iocoſi ſales mordaces tamen & ijs quidem non placentes qui læduntur, ſed alijs, vnde dicaces dicuntur qui iocoſis ſalibus maledicunt, exiſtimet ergo non eſſe dictum tale ſubaudi. Quia læſit prior dictũ .ſ. in Andria, vbi dictum eſt, faciunt ne intelligendo, vt nihil intelligebant. i. Luſcius Lauinius, qui fecit ex bonis fabulis Græcis, fabulas Latinas non bonas, bene. i. valde, vertendo .i. in linguam Latinam transferendo, aut corrumpendo, & deſcribendo, male. i. inepte eas fabulas, hoc eſt carminibus iambicis translata male ordinando. Idem ergo dedit. i. edidit, nũc nuper. i. paulo ante, ſiue his ſuperioribus diebus, recenter, & bene nũc abdidit. nã niſi addidiſſet nuper ſignificaſſet olim, pridem. Dedit ergo Phaſma .i. fabula quidam Menandri Poëtæ Græci ſic appellatam ab apparitione vana. Phaſma enim Græce dicitur apparitio Latine, & proprie vana, & incerta, vt in nocte. Hanc autem fabulam totam ſilẽtio damnat, quaſi admonuerit ſpectatorem quàm turpe & inepte ſit ſcripta ex vicinitate facti, quia dixit, nunc nuper dedit, oſtendit nihil aliud eſſe dicẽdum quàm ꝙ illa comœdia diſplicuerit, cum adhuc res ſit recens, & omnes meminerint, theſaurum vero non totum, ſed ex vno loco damnat, propterea quòd Luſcius contra conſuetudinem litigantium defenſionem ante accuſationem induxerit, poſſeſſionemque theſauri inuenti in ſe pulchro patris adoleſcentis, à quo ſenex quidam auarus emerat agrum fecerit agere priorem quam petitionem, quod abhorret à conſuetudine & iuris & litium, & ad Terentij verba accedamus. atque Luſcius Lauinius ſcr. à theſauro .i. ex ea fabu-

GVID.

la

la tractante de thesauro à sene auaro detento . scripsit ergo eum senem auarum . Vnde.i.à quo aurum petitur . dicere causam.i. rationem,quare ipsum aurum sit suum prius , quam ille adolescens cuius erat aurum in patris sepulchro inuentum,dicat subaudi causam suam,qui adolescens,petit . Vnde.i. à qua ratione, is thesaurus sit sibi .i. vnde habuerit senex illum thesaurum, aut vnde peruenerit in monumentum patrium.i.patris ipsius adolescentis . Cum dicit poëta scripsit eum vnde petitur aurum dicere causam prius,quam ille,qui petit,rectior esset locutio,si dixisset quam illum, qui petit, vt quam particula iungeret similes casus,vt solet,sed quam ille maluit dicere, vt subaudiamus causam dicat,per zeugma à superiore figuratum . Dehinc .i. posthac moneo ne ipse frustretur se.i.ne decipiat si se posthac loquatur . Aut ne sic cogitet si taceat iam defunctus sum.i.iam finiui pericula in edendis comœdijs.nam defunctus periculis,vel morbis dicitur, qui finiuit pericula vel morbos . nihil est quod dicat mihi,q.d.nihil Terentius in me dicere inuehi potest. Nam iam edidi fabula,quam carpit.Dicit tamen Terent.vel defensor eius non sit securus de suis vitijs propter vetustatem,nihilo minus à me repræhendetur . moneo.i.admoneo eum . ne is erret.i.in errorem labatur,& se decipiat . & moneo inquam vt desinat.i.desistat . cessat lacessere .i. contumelijs Terentium irritare. habeo .i.scio,teneo alia multa, quæ nunc condonabuntur.i.remittentur , quæ proferentur .i. detegentur post si perget Lauinius .i. si perseuerabit, prosequetur . persistet lædere .i. offendere Terentium . ita vt.i.sicut instituit.i.cœpit facere . Quam nunc ab obloquio incipit hæc narratio,& à carmine diuidiato. postquam ædiles .i. magistratus curam ædium habentes , & ludorum instruendorum . quos populo exhiberent , emerunt Eunuchum Menandri .i. hanc fabulam ex Menandri fabulis Eunucho , & Colace,traductam,quam Eunuchum, scilicet.i.quam fabulam . nam ad fabulam non ad hominem retulit . quam fabulam ergo non sumus acturi .i. repræsentaturi. agendo perficit .s. Lusius Laui.i.obtinuit,impetrauit,vt copia.i.facultas inspiciundi fabulam esset.i.daretur,vel fieret sibi lusio . cum magistratus .s. is, qui exhibebat ludos ibi adesset .i. præsens esset . fabula occepta est.i.incepta est agi.i.agendo repræsentari . Occipere est caput rei instituere,siue incipere . exclamat.i.voce effræna clamat . furem,videlicet, Terentium (quasi qui varia hinc inde ex alijs sub legisset) dedisse fabulam,non poëtam, vt qui eam non fecisset , sed ab alijs surripuisset . & tamen exclamat . ipsum Terentium nihil verborum dedisse , hoc est nihil addidisse de stilo suo , aut neminem decipisse . Dare.i.verba est decipere,quia qui rem expectat,& nihil præter verba inuenit deceptus est , vnde & alibi , verba istæc sunt . Exclamat inquam hanc fabulam esse veterum fabulam Colacem nomine.s.Næuij,& Plaut.i.in qua Næuius , & Plautus comici Poëtæ laborauerunt exclamat inquam personam parasiti, & militis esse ablatam inde.i.ex colace . Si id.s.abstulisse personam parasiti,& militis est peccatum.i.vitiũ . peccatum est imperſonaliter à peccatur peccabatur .i. peccatur est admissum imprudentia .i. ignorantia poëtæ .i.Terentij, qui non studuerit .i. non laborauerit vel cupiuerit facere furtum ex alijs poëtis . vos spectatores iam poteritis iudicare . Colax.i. ea fabula est Menandri.i.prius à Menandro Græco poëta facta est Colax parasitus .i. quia omnia ad voluntatem eius loquitur in cuius contubernio est assentando,& laudando,nihil repugnãdo ventris gratia . est .i. introductus est in ea fabula . & miles gloriosus.i.gloriæ affectator est in ea fabula . Poëta non negat se transtulisse.i.transisse eas personas .i. quod barbare dici solet ea personagia . ex Græca Colace in suam fœmininum ad fabulam,non ad hominem retulit , sed vero .i. sed certe pernegat .i. valde negat,se scisse eas fabulas Græcas Colacem,& Eunuchum prius.i.ante eum esse factas latinas .i. scriptas latino sermone . Quod si personis . Talis est sententia, inquit poëtæ defensio , si non licet vti ijsdem personis , quibus alij sunt vsi , cur magis licet personas introducere,vt seruos,matronas,meretrices,cetera sque id genus vna cum suis epithetis,vt currentes seruos,matronas bona,&c. quas alij introduxerunt nec persona, modo licet introducere, quas alij introduxerunt , & quidem cum ijsdẽ epithetis , sed & facta quoque , vt amare odisse , &c. præsertim cum sit impossibile omnino nouum aliquid in medium depromere . cum nullum sit dictum,quod prius dictum non sit, quid .i.sed si non licet.i.permittatur . & deceat alijs sequentibus poëtis vti ijsdem personis,qui.i.cur,vel quomodo magis licet scribere .i. inducere in comœdijs seruos discurrentes .i. huc, & illuc curticantes,qui inquam licet facere.i.introducere matronas bonas .i. matresfamilias, siue locupletiores , & optimates mulieres honestas . item facere .i. introducere meretrices malas .i. improbas,facere parasitum edacem.i.voracem, facere militem glorioſum .i. gloriæ cupidum , seu affectatorem , & qui magis licet puerum , supponi .i. introduci , velut suppositum .i. loco alterius clam positum . Item , qui magis licet senem aliquem falli.i.decipi per seruum . qui magis licet amare .i. introducere amores . odisse .i. introducere odia suspicari .i. introducere suspiciones . Denique nullum est iam ductum,quod non sit dictum prius .i. à veteribus . Quare æquum est .i. iustum est vos cognoscere morem scribentium , vel materiam comicorum , atque æquum est ignoscere si noui.i.recentes poëtæ faciunt ea , quæ veteres .i. prisci poëtæ factitarunt .i. sæpius fecerunt,Date operam.i.attendite,& aures æquas præbete,& animaduertite .i. considerate,cum silentio.i.taciturnitate,vt pernoscatis .i. perfecte intelligatis , quid Eunuchus sibi velit .i. quid sit de Eunuchi compositione,& quid significet,est enim comœdia imitatio vitæ speculum consuetudinis, imago veritatis.& ideo quid sibi velit comœdia est attendendum .

ARGVMENTVM Prologi) Prologus concitatior est . Nam primo obijcit vitia quædam aduersario , illum in contemptum adducens,deinde poëtam defendit.[Si quisquam) Captat beneuolentiam ab officio , & inuidiam facti interpretatione,in aduersarium refert . [Qui bene) Narratio . [Phasma) .i. spectrum, pro fabula . Et est μείωσις ad contemptum . [Thesaurus) Fabulæ nomen , quam vertit Lucius ex Menandro . [Prius vnde) Peruerso iuris ordinis , quo ante reus se excusat, quam petit actor . [Dehinc) Occupatio qua terret aduersariũ . [Condonabitur) Ita legit Donatus, & iungi dicit cum ablatiuo, vt in Phorm. Quæ nunc condonamus te . Proinde vide ne quis hic pro quæ legendum sit . [Nunc quam acturi) Narratio qua defendit poëtam . [Occepta est) Intellige bis actam esse,vt apparet ex inscriptione . [Colax) Adulator . [Si , id est) Purgatio per imprudentiam . [Colax Menandri) Narratio ad imprudentiæ confirmationem . [Quod si personis) Defensio prioris partis narrationis à pari , licere eisdem personis vti in fabulis . In quo attende propria personarum attributa.[Nullum est) Epiphonema. [Quare æquum) Conclusio cum attentionis postulatione . LATO.

SI quisquam est, &c.) Hic prologus idem ferè habet argumentum quod primus, & poëtæ multiplex ingenium , varietatemque explicans illi parat beneuolentiam , & odium facit aduersario,quem ignorantiæ accusat , & terret , metum incutiens taxationis,& censuræ . Tandem statu absoluto vtitur , & confessione,& vt cum silentio audiant petit,quid sibi velit hæc Comœdia,quod vtile est spectatoribus,& decet . In primis claris quippe ingenijs fauendum est , quæ moribus consulunt , & in medium laborant . Phasma dicitur monstrum , & apparitio . [Nunc nuper &c.) Nuper significat non multo ante . Itaque cum dicit Terent. Nunc nuper,euidentius ostendit tempus, cuius esset recens memoria . [Causam dicere , &c.) L. Lauinium in hoc errasse dicit Terent. quòd personas introduxerit litigantes,non ex formula iuris ciuilis , partes enim actoris reo dedit . Adolescens enim tanquam actor, probare debebat thesaurum suum esse . senex autem tanquam reus causam tutari suam , qui erat absoluendus,si actor quod intendebat non probasset . Vnde in iure ciuili hæc est formula : Actore non probante , reus quamuis nihil præstiterit,absoluendus est . [Defunctus) Defunctus aliqua re is dicitur , qui rem peregit . Desinat lacessere .i. irritare,prouocare . [Colacem esse Næuij) Colax Græce, Latine dicitur adulator , & κολακεύω adulor . & colacia adulatio . [Puerum supponi) Puer suppositus dicitur qui pro alio apponitur . Id curant mulieres,quę cum sint steriles,parere se simulant . Vnde Iuuen. Transeo suppositos, inquit . [Quid sibi Eunuchus velit) .i. quid oblectamenti , & vtilitatis afferat hæc Comœdia , quæ inscribitur Eunuchus . PETR. MARS.

QVAM illic qui petit , vnde esset thesaurus sibi) Illic legit Doct.Ioan.illhic,& vterque pro Esset Is fit . Quibus ego facile accedo. Ceterum in tertio,ante hoc carmine In thesauro vulgo legitur , quod non displicet , quanquam ò thesauro quoque in plerisque legitur exemplaribus . Item in quibusdam à thesauris , pro quo tamen Doct. putat scriptum fuisse à thesauro is . Lector sequatur quod velit. Habeo alia multa quæ nunc condonabuntur . Quia condonabuntur carmen non patitur , alij in singularem numerum mutarunt,condonabit,parum soliciti de grammatica ac latinitate Ego condonabimus puto legendũ. Sic enim,& sensus, & carminis ratio constabit . Et primo loco ponitur proceleusmaticus . GLAR.

ACTVS I. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Phædria excluſus conſultat redire debeat ad Thaidem. Huic Parmeno ſuadet, vt animo æquo amoris moleſtias ferat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac prima ſcena Phædria habetur conſultatio, an redeat poſt excluſionem ad Thaidem, nec ne, & miro artificio amoris exprimuntur affectus. Inde & Parmenonis conſilium, quo perſuadet Phædriæ, vt æquo animo amore moleſtias ferat, quem nequeat euitare.

Trimetri.

PHAEDRIA adoleſcens, PARMENO ſeruus.

VID igitur faciam? non eā? ne nunc quidem,
Cum accerſor vltro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum cō tumelias?
Excluſit, reuocat. redeam? non, ſi me obſecret.
P. Siquidem hercle poſſis, nil prius, neque fortius:
* graui ter Verum ſi incipies, neque perficies * nauiter:
Atque vbi pati non poteris, cum nemo expetet,
Infecta pace, vltro ad eam venies, indicans
Te amare, & ferre non poſſe: actum eſt, ilicet,
Periſti: eludet, vbi te victum ſenſerit.
Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita,
Here. quæ res in ſe neque conſilium, neque modum
Habet vllum, eam conſilio regere non potes.
In amore hæc omnia inſunt vitia, iniuriæ,
Suſpectiones, inimicitiæ, induciæ,
Bellum, pax rurſum. incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quam ſi des operam. vt cum ratione inſanias.
Et quod nunc tute tecum iratus cogitas:
* me? ſine Ego ne illā? quæ illū? quæ * me? quæ non? ſine modo:
Mori me malim: ſentiet qui vir ſiem:
Hæc verba mehercule vna falſa lacrumula,
Quam oculos terendo miſere, vix vi expreſſerit,
Reſtinguet: & te vltro accuſabis, & ei dabis
Vltro ſupplicium. PH. indignum facinus. nunc ego &
Illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio:
Et tædet: & amore ardeo: & prudens, ſciens,
Viuus, videnſque pereo: nec, quid agam, ſcio.
P. Quid agas? niſi vt te redimas captum quàm queas:
Minimo: ſi nequeas paululo, at quanti queas:
Et ne te affligtes. PH. ita ne ſuades? P. ſi ſapis:
Neque, præterquam quas ipſe amor moleſtias
Habet, addas; & * illas, quas habet, rectè feras. * eas
Sed ipſa egreditur noſtri fundi calamitas:
Nam quod nos capere oportet, hæc intercipit.

VID igitur faciam?) In hac παρατάσει exemplum proponitur, q̄ non ſuæ poteſtatis ſit qui amat, q̄ ſapiat qui non amat, neque aliter affectus eſt. [Quid igitur faciam?) Διαλογισμὸς σχῆμα διανοίας. Apparet & multa tacitum cogitaſſe adoleſcentem, & tandem in hæc verba prorupiſſe. Igitur, pro deinde. Vt Plaut. in Amph. Sin aliter fient animati, neq; dent quæ petat, ſeſe igitur ſumma vi, virisque eorum oppidum expugnaſcere. [Quid igitur faciam?) Menander, εἶπε τί ποιήσω. Sic Virg. Heu quid agam? Et eſt διαλογισμὸς perditæ mentis poſt multam fruſtra cogitationem. [Non eam ne nunc quidē,) Hoc videtur non eſſe contrarium, ſed eſt. Nam dubitat vtrū meretricis ſatisfactionem expectet, an illam omnino non quærat. [Nō eam, ne nūc quidem) Non eam, Probus diſtinguit. Iungunt, qui ſecundum Menandri exemplum legunt. [Comparem) Conſtituam: vt, Quàm inique comparatum eſt. [Non perpeti meretricum contumelias?) Sic in And. Priuſquam harum ſcelera, & lacrymæ confictæ dolis. Cum vni ſit iratus, de omnibus quæritur. [Excluſit, reuocat) Vtrunque iniuriam fecit ex verbo, dicēdo excluſit, potius q̄ non admiſit. & reuocat, potius q̄ petit vt redeam. quod erat moderatius. [Redeam? non, ſi me obſecre) Vides ergo ſuperiorem partem dubitationis in eo fuiſſe, vt rogatus rediret. inferiorem, vt ne rogatus quidem. [Non, ſi me obſecret) Bene de ea quæ totum proterue agens excluſit & reuocat, non petat, nec roget, nec oret, ſed obſecret, inquit, quod horum otium in maiorem partem eſt vltimum. [Si quidem hercle poſſis,) Διαλογισμὸς quaſi ad alterum: vt, Neſcis heu perdita, nec dum Laomedonteæ ſentis periuria gentis. [Nihil prius, neque fortius) Deeſt, eſt: vt, Multum ille & terris iactatus & alto. Et prius modo ad laudem, non ad ordinem pertinet. vt Sal. Quæ prima mortales ducunt. Et ipſe in Heauton. Et ſuauia quæ eſſent, prima habere. [Nauiter) A naui ductum, à qua in alto nullum diuerſorium eſt. [Infecta pace) ἔμφασις per μετοφοράν. [Indicans Te amare) Non verbis iudicans. vt alibi, Ibi tum exanimatus Pamphilus, bene diſſimulatum amorem & celatum indicat. [Actum eſt) De iure translatum. [Ilicet) De iudicio. [Periſti) De ſupplicio. [Actum eſt) Ad vltro ad eam venies, relatum eſt. Ilicet, ad indicans te amare. Periſti, ad Ferre non poſſe. Ilicet, Semper in fine tranſactæ rei ponitur. Periſti, ὑπερβολή. [Eludet) Eludere, proprie gladiatorum eſt cum vicerint. Cic. Quàm diu etiam furor iſte tuus eludet? Eludere, eſt finem ludo imponere. [Proin tu) Vt exin, & exinde, ſic proin, & proinde dicitur. [Here, quæ res &c.) Conceſſum eſt in palliata Poëtis comicis ſeruos dñis ſapientiores fingere, quod idem in togata non ferè licet. [Eam cō filio regere non potes) Nunc dño ſeruus eſt ſapientior, quia nec amator, nec amans. Vt idem in And. Facile oēs cum valemus, recta conſilia ægrotis damus. [In amore hæc omnia inſunt vitia) Duas præpoſitiones, in amore inſunt. [Induciæ) Induciæ, ſunt pax in paucos dies, vel q̄ in diem dentur, vel q̄ in dies otiū præbeant. [Pax rurſum) Bene vt conſolaretur, vltimam partem poſuit. [Hæc ſi tu poſtules). i. ſi velis vel coneris. [Nihilo plus agas). i. nihil agas. [Et quod nunc) Pro quæ, vt ſit conſequens. Hæc verba. Sic in And. Quod plerique oēs faciunt adoleſcentuli, horum ille nihil egregie. [Ego ne illā? quæ illum? quæ me?) Familiaris ἔκλειψις iraſcentibus, nam ſingula ſic complentur, Ego ne illam non vlciſcar? quæ illum recepit? quæ excluſit me? quæ non admiſit? etenim neceſſe habet, nec poteſt complere orationem, qui & ſecum loquitur, & dolore vexatur. Nā amat ἀπροσωπησίαν nimia indignatio. vt Virg. Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus. [Hæc verba) Verba ἐμφατικῶς dixit, quæ i. ſ. nihil effectura ſint. [Mehercle vna falſa lacrumula, Quam oculos terendo miſere, vis vi expreſſerit) Expreſſio ad ἀλήθειαν ducens. & non vera, ſed falſa, & non lacryma, ſed lacrumula, & non vltro flens, ſed oculos tetendo, & non facile, ſed vi, & nō extilla uerit;

uerit.ſed expreſſerit. ſic Virg. Captiq. dolis, lacrymisq. coactis. [Quã oculos terẽdo miſere, vix vi expreſſerit) Totum ſenſum verbis ſignificantibus protulit, vt, Stridẽdi miſerũ ſtipula diſperdere carmen: &, Vna dolo diuum ſi fœmina victa duorum eſt. [Nunc ego & Illam) Nunc. i. ſero. vt Virg. Nunc ſcio qd ſit amor. &, Nunc augur Apollo, nunc Lyciæ fortes. [Et prudens, ſciens) Prudens eſt, qui intelligentia ſua aliquid ſentit. Sciens, q alicuius indicio rem cognoſcit. Ergo prudens, per ſeſe, Sciens, per alios. [Viuus, videnſq. pereo) Mire, & noue, viuus pereo & propterea ſic dixit, vt intelligamus occidor, & viuus. quaſi ſapiẽs & ſentiens. [Viuus, videnſq. pereo) Bene addidit vident. nam viuus perit, qui etiam dormiens opprimitur, videns autem, q vigilans vim paritur & perit. Nam videre, pro vigilare poſuit. vt et Virg. cum de ſilentio dicit: Iamq; videnti Sanguineis frontem moris, & tempora pingit. Ergo viuus non mortuus, videns, dormiẽs. [Captũ) Sal. Sin captus prauis cupidinibus. [Quam queas Minimo) Perſeuerauit in translatione quã iam dudum ſumpſit à bello. [Si ſapis). i. ſi ſapias, ad inferiora iungendum eſt, nam aliter non intelligitur. [Noſtri fundi calamitas) Proprie calamitatem ruſtici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum, hoc eſt culmum ac ſegetem. [Intercipit) Proprie, quaſi totum capit. Plaut. in Aulul. Quæ mihi interbibere ſola ſi vino ſcareat, Corinthienſem fontem, & Pyrenæum poteſt.

GVID. QVID igitur faciam? &c.) Hac prothaſi. i. in hoc primo actu exemplum ponitur quantum ſuæ poteſtatis non ſit q amat. PH. Poſtquam multa cogitauit Phædria tandem in hæc verba prorumpit, igitur. i. deinde, vt vult Don. poteſt etiã in ſua ſignificatione capi, quaſi poſt multa volutata dicat. Igitur qd faciam, dubitat an cum reuocetur, redeat, an eam deſerat, atque dubitando hæc dicit, non eam. i. ire non debeam, ne qdem. i. nec etiam nunc cum accerſor. i. aduocor, vltro. i. proprio motu meretricis an potius quaſi hoc eligat, comparem. i. conſtituam, ſiue conſtituere me debeam, ita. i. eo pacto, non perpeti. i. ferre contumelias. i. illuſiones meretricum, iratus vni de omnibus quærit ſimul. Comparare interdum ſignificat cõſtituere, vnde dici ſolet. Ita verum moribus comparatum eſt. i. conſtitutũ. Excluſit me. i. eiecit me, & reuocat non rogat, imò tanquam ſuperbia reuocat, redeam. i. redire debeam? Deliberat vt dictum eſt, deinde cõſtituit ſe non rediturum, ne ſi quidem vehementiſſime rogetur, non rẽdibo ſup. hoc affirmatiue dẽ, ſi. i. quamuis, obſecret. i. me vehemẽter & obnixe roget. P. Hercle. i. per Herculem, ſi qdem. i. certe poſſis facere ſup. vt non redeas nihil erit ſup. prius. i. melius, nec fortius. i. validius, verum. i. ſed ſi incipies, neque perficies. i. perſeuerabis, nauiter. i. fortiter, & magno animo, ductum autem eſt à naui, teſte Don. à qua in altum nullum diuerſorium eſt, atque vbi. i. cum non poteris pati, quin eam viſas, venies vltro ad eam, pace. i. concordia. infecta. i. nõdum facta, cum nemo expectet. i. præter ſpẽ, præter expectationẽ, indicas. i. oſtendens te amare. i. amore eius capi, & non poſſe ferre qn. ſ. ad eam venias, ſi hæc feceris actum eſt à te. ſ. Cicero actum eſt de te niſi, uides, licet. i. ite licet, hac voce à precone prolata iudices de cõſilio dimittebãtur, ponitur aũt ea vox ſemper in fine tranſactæ rei, periſti. i. perditus es, neque eſt amplius de tua ſalute vlla reliqua ſpes, eludet. i. ridebit te vbi. i. cum viderit te victum. Eludere. n. ꝓprie eſt gladiatorum, cum vicerint, nam victores victũ eludũt, ſimiliter eludere finem ludo imponere. PH. Proin. i. proinde, hoc eſt ea ꝓp tu Parmeno, dum. i. quandiu, tps eſt. i. commodum, ſeu opportunum, cogito etiã atque etiam. i. iterum ac ſæpius tecum volue, quoniã modo hoc inſano amore potero me exoluere. P. Here. i. domine, nõ potes regere. i. moderari cõſilio. i. ſuaſione & monitione alicuius, eam rem ſup. quæ res non habet in ſe conſiliũ. i. in qua dari bonum conſilium non poteſt, neq; habet modum vllum. i. vllam menſuram, & moderationẽ, qualis eſt inſanus amor. Nunc dño amante, & ſui non cõpote ſeruus eſt ſapiẽtior, qa non eſt amator, nec amans, vt idem in And. facile cum valemus, recta conſilia ægrotis damus. Hæc omnia vitia. i. mala ſunt in amore. Dicimus. n. ineſt huic rei, & in hac re. ſ. iniuriæ. i. iurgia, probra, cõtumeliæ, ſuſpiciones de riuali. ſ. inimicitiæ, diſcordiæ, inducię. i. intermiſſiones amoris. Inducię. n. ſunt pax in paucos dies, vel ꝙ in diem denẽ, vel ꝙ in dies aliquot ocium ꝓbeãt, bellum. i. certamen inter amantes, rurſum. i. denuo eſt pax. i. concordia, recõciliatio, ſi poſtules. i. coneris facere. i. reddere, hæc incerta. i. inſtabilia, certa. i. firma & ſtabilia, rõne. i. moderatione aliqua, nihilo plus agas. i. non plus efficies, q̃ ſi des operã. i. labores, vt inſanias. i. inſanus ſis, cum rõne. i. cum vſu rationis, quod eſt impoſſibile cum hæc inter ſe pugnent inſanire, & rõne vti, & quod dictum eſt ſup. vel, vt ait Don. quod pro quæ ſumatur, & ad id, quod ſequitur referatur. ſ. hæc verba quod. i. quę tute. i. tumet iratus cogitas tecum, videlicet, ego ne. i. nõ vlciſcar ſup. illã Thaidem, quæ recipit illum militem, quæ excluſit ſup. me, quæ non admiſit me. ſ. ſine, à ſino is, modo. i. tantũmodo, q d. linquatur mihi hoc, vt vlciſcar eam, malim memori q̃. ſ. nõ vlciſci, ſentiet qui. i. qualis vir ſiem. i ſim, vel hercle iurantis eſt, vel affirmãtis quod ab eis ſic intelligebatur, quaſi hercle me iuuãre, quod à Chriſtiano minime putem vſurpari debere, q verum Deum vera colit religione, neque Herculem, neque alios, quos eluſa antiquitas pro Deis colebant, quidquam habere deitatis putat, qm̃ omnes Dij gentiũ Dæmonia. vnam lacrymula falſa. i. ficta, quã lacrymulã ipſe expreſſerit. i. quaſi præmẽdo oculos emiſerit, vt cum exprimimus ſordes alicuius vlceris carnem præmẽdo miſere male, vt aduerbialiter ſumatur. quaſi cũ maximo labore & maxima miſeria expreſſerit, vix. i. difficulter, vi. i. violẽtia & ſumma ope tergẽdo oculos ſuos, vna ergo lacrymula reſtinguet. i. extinguet hæc verba pridem, quæ tecum cogitas, & accuſabis. i. culpabis te vltro nullo cogẽte, & dabis ei ſuppliciũ vltro. i. dabis pœnas ei, hoc eſt teipſam puniens, aut te ei puniendum offeres. Sumere de aliquo ſuppliciũ, vel pœnas ſignificat aliquẽ punire, da re vero pœnas vel ſuppliciũ ſignificat puniri, ſi. n. ab aliquo ſupplicium ſumatur, ipſe eſt qui dat ſuppliciũ, à quo ſumitur. PH. O, exclamatiue, vel indignãter, facinus indignum. i. non admittendum, neq; impune ferendum nunc, q. d. tarde ego ſentio & illam Thaidem eſſe ſceleſtam. i. ſceleratam, & iniquam, & me eſſe miſerũ, & me tædet. i. tædio afficior, & ardeo. i. vror amore. i. inſania amoris & prudẽs. i. mea intelligentia cognoſcẽs, & ſciens. i. alterius iudicio admonitus. Prudens enim per ſeſe aliquid ſentit, ſciens vero per aliorum admonitionem, pereo. i. occido viuus, non mortuus & videns. i. vigilans non dormiẽs, neſcio qd agam. i. agere debeam. P. Quid agas. i. agere debeas niſi vt redimas te, q̃ minimo precio ſup. queas. i. quãto minimo poſſis precio te captum. i. in amore captiuum & irretitum, ſi nequeas te redimere ſup. paululo. i. admodũ paruo precio, at redimas te quanti queas. i. quanto precio te poteris redimere, & ne. i. ne afflictes. i. torqueas, excrucies, commoueas te. PH. Ne. i. vtrum ſuades. i. conſulis ita. P. Si ſapis. i. ſi ſapiens es, facies, neque addas moleſtias præter eas ſup. quas ipſe amor habet, & rectè feras eas moleſtias, quas habet, ſed ecca. i. ecce hic ipſa calamitas. i. ipſa pernicies, ipſa tempeſtas, noſtri fundi. i. noſtræ poſſeſſionis, egreditur. i. exit foras. ſ. Thais, quæ eſt tanquam grãdo, quæ calamos fundi concutit, vnde ſequitur pauperies coloni. calamitatem enim proprie ruſtici grandinem dicunt, quòd comminuat calamum, hoc eſt culmen, ac ſegetem. Subdit deinde quare ſit calamitas, nam hæc Thais intercipit. i. totum capit quod nos oportet capere. interdum etiam intercipere ſignificat ex inſidijs capere, vt latrones intercipiunt merces, quæ feruntur huc & illuc.

LATO. ARGVMENTVM) Incipit à perturbatione & querela adoleſcentis, vt ſternat viam ad argumenti narrationem. Exprimitur autem immoderati amoris inſania, & q̃ difficulter corda tus etiam animus & tam impotenti malo ſe eripiat. Porro adoſcens, militi riuali opponitur in fabula, ad explicandum argumẽtum quo vita glorioſorum quorundam & ineprorum hominum, item meretricia improbitas continetur. [Quid igitur) Dubitatio deliberantis & perturbari. [Nauiter). i. fortiter & ſtrenue nauium in morem. [Here, quæ res) Cordata admonitio Parmenonis. [Suſpiciones, inimicitiæ) Translationes à bello. [Ego ne illam?) Apoſiopeſis ſecum cogitantis, & eſt proſopopœia. [Falſa lacrymula) Attende apta & ſignificantia verba ad amplificationem. [O indignum) Querela per exclamationem. [Quid agas) Repræhendentis, & perſtat in bellica translatione. [Sed ipſa) Præparatio ad ſequentem ſcenam.

PETR. MARS. QVID igitur faciam? &c.) A vehementia illius amoris, cuius exceſſus merito repræhenditur, carendum eſſe docet hæc ſcena diſtrahit quippe animum, & à recto rationis iudicio detorquens, aufert libertatem, ad quam generoſus animus omni ſtudio debet contendere, & hominem, diuinum animal, ad gloriã & maxima quæque natũ ita deprimit, vt irrationalibus ferè animalibus ſimilium reddat, quo nihil poſſit excogitari abſurdius. Teſtis eſt Phæd. nobilis adoleſcens, cuius rationis oculos meretricis illecebræ ſic perſtrinxerant, & ligauerant, vt ex amoris laqueo ſe extricare nõ poſſet. quamuis erratum ſuum deſpiceret. Tanta eſt huius ardoris potentia. [Et ne te afflictes) Afflictatio eſt ægritudo cum vexatione corporis.

GLAR. IN quinto verſu prima de ſi quidem correpta eſt quẽadmodum apud Ouid. & Lucanum, & ſequẽte item ſcena apud hunc Poëtam, & Scen. j. Act. v. Et in Heaut. Scen. ij. Act. iij. ter corripitur.

tur. In xj. ſuſpiciones ſecunda ſyllaba producitur contra dictionis naturam, vt ſæpe alibi apud hunc poëtam. In 24. Ei monoſyllabum eſt, & anapæſtus penul. loco. In 25. O totum eliditur, vt in ſuperioris fabulæ, Act. 5. Sc. 3. verſu v. In antepen. verſu l, eliditur in Illas, vt ſecundo loco ſit dactylus, inquit Doct. quan quam eadem ratione poſſet s, elidi in Addas, ſecundum quoſdam. At ego non dubito ſecundo loco creticum ponere, quod & ſequente Scena ſæpius conſpicitur, & nos indicabimus.

ACTVS I. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Thaidi blando ſermone victus Phædria, pollicetur ſe biduum res conceſſurum, vt Thraſoni interim locus ſit apud illam.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac ſequenti ſcena Thais ratione adducta, qua Phædriam excluſerat, eum ſibi reconciliat, & vt biduum rus abſcedat, militi; tantiſper concedat, ſuis blandimentis tandem impetrat.

Trimetri.

THAIS meretrix, PHAEDRIA, PARMENO.

MIseram me, vereor ne illud grauius Phædria
Tulerit; ne ue aliorſum, atque ego feci, acceperit.
Quòd heri intromiſſus non eſt. PH. totus Parmeno
Tremo horreoque, poſtquam aſpexi hanc. P. bono animo es:
Accede ad ignem hunc, iam caleſces plus ſatis.
T. Quis hic loquitur? hem, tun' eras mi Phædria?
Qui hic ſtabas? cur non recta introibas? P. ceterum
De excluſione verbum nullum. T. quid taces?
PH. Sane quia vero hæ mihi patent ſemper fores,
Aut quia ſum apud te primus. T. miſſa iſtæc face.
PH. Quid miſſa? ò Thais, Thais, vtinam eſſet mihi
Pars æqua amoris tecum, ac pariter fieret, vt
Aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet;
Aut ego iſtuc abs te factum nihili penderem.
T. Ne crucia te obſecro anime mi, mi Phædria.
Nõ pol, quo quenquam plus amem, aut plus diligam,
Eo feci: ſed ita erat res: faciundum fuit.
P. Credo, vt fit, miſera prę amore excluſit hunc foras.
T. Siccine ais Parmeno? age. ſed, huc qua gratia
Te accesſi iuſſi, auſculta. PH. fiat. T. dic mihi
Hoc primũ, potin' eſt hic tacere? P. ego ne? optume.
Verum heus tu, lege hac tibi meam aſtringo fidem:
Quæ vera audiui, taceo, & contineo optume:
Sin falſum, aut vanũ, aut fictum eſt, cõtinuo palam eſt,
Plenus rimarum ſum, hac atque illac perfluo.
Proin tu, taceri ſi vis, vera dicito.
T. Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.
P. Poteſt taceri hoc. T. ibi tum matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc arreptam. PH. ciuem ne? T. arbitror:
Certum non ſcimus: matris nomen, & patris
Dicebat ipſa: patriam, & ſigna cetera
Neque ſcibat, neque per ætatem etiam potuerat.
Mercator hoc addebat, e prædonibus,
Vnde emerat, ſe audiſſe, arreptam e Sunio.
Mater vbi accepit, cœpit ſtudioſe omnia.
Docere, educere, ita vti ſi eſſet filia.
Sororem plerique eſſe credebant meam.
Ego cũ illo, quo cum vno rem habebam tum, hoſpite,
Abij huc: qui mihi reliquit hæc, quæ habeo, omnia.
P. Vtrunque hoc falſum eſt: effluet. T. qui iſtuc?
P. quia
Neque tu vno cras contenta, neque ſolus dedit:
Nam hic quoq; bonam, magnamq. partẽ ad te attulit.
T. Ita eſt. ſed ſine me peruenire, quò volo.
Interea miles, qui me amare occeperat,
In Cariam eſt profectus. te interea loci
Cognoui. tute ſcis, poſtilla quàm intumum
Habeam, & te mea conſilia vt tibi credam omnia.
PH. Ne hoc quidem tacebit Parmeno. P. oh, dubium ne id eſt?
T. Hoc agite amabo. mater mea illic mortua eſt.
Nuper. eius frater aliquantum ad rem eſt auidior.
Is vbi hancce forma videt honeſta virginem,
Et fidibus ſcire precium ſperans, illico
Producit, vendit. forte fortuna aſſuit
Hic meus amicus: emit eam domo mihi,
Imprudens harum rerum, ignarusque omnium:
Is venit: poſtquam ſenſit me tecum quoque.
Rem habere, fingit cauſſa, ne det, ſedulo:
Ait ſi fidem habeat, ſe iri præpoſitum tibi
Apud me, ac non id metuat, ne, vbi eam acceperim,
Seſe relinquam, velle ſe illam mihi dare;
Verum id vereri. ſed, ego quantum ſuſpicor,
Ad virginem amicum adiecit. PH. etiam ne amplius?
T. Nil: nam quæſiui. nunc ego eam mi Phædria,
Multæ ſunt cauſſæ, quamobrem cupio abducere:
Primum, quod ſoror eſt dicta: præterea, vt ſuis
Reſtituam. ac reddam. ſola ſum: habeo hic neminẽ,
Neq; amicum, neq; cognatum. quamobrem Phædria
Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.
Id amabo adiuta me, quo id fiat facilius.
Sine illum priores partes hoſce aliquot dies
Apud me habere. nihil reſpondes? PH. peſſuma,
Ego quidquam cum iſtis factis tibi reſpondeam?
P. * Hei noſter, laudo. tandem perdoluit: vites.
PH. * At ego neſciebam, quorſum tu ires. paruola
Hinc eſt arrepta. eduxit mater pro ſua:
Soror eſt dicta: cupio abducere, vt reddam ſuis.
Nempe omnia hæc nunc verba huc redeunt denique:
Excludor ego, ille recipitur: qua gratia?
Niſi illum, plus amas, quàm me: & iſtam nunc times,
Quæ aduecta eſt, ne illum talem præripiat tibi.
T. Egon' id timeo? PH. quid te ergo ſolicitat? cedo.
Num ſolus ille dona dat? nuncubi meam
Benignitatem ſenſiſti te claudier?
Non ne, vbi mihi dixti cupere te ex Aethiopia
Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quæſiui? eunuchum porrò dixti velle te,
Quia ſolæ vtuntur his reginæ: repperi:
Heri minas viginti pro ambobus dedi:
Tamen contemptus abs te, hæc habui in memoria:
Ob hæc facta abs te ſpernor. T. quid iſtuc Phædria?
Quanq̃ illam cupio abducere; atque hac re arbitror
Id fieri poſſe maxume: veruntamen,
Potius quàm te inimicum habeam, faciam, vt iuſſeris.
PH. Vt

* Heu * Aut alias, Haud

PH. Vtinam istuc verbum ex animo, ac vere diceres,
Potius quàm te inimicum habeam. si istuc crederem
Sincere dici, quiduis possem perpeti.
P. Labascit, victus vno verbo. quàm cito?
T. Ego non ex animo misera dico? quam ioco
Rem voluisti à me tandem, quin perfeceris?
Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem vt concedas solum. PH. siquidem biduum?
Verum ne fiant isti viginti dies.
T. Profecto non plus biduum, aut. PH. aut? nihil moror.
P. Non fiet. hoc modo sine te exorem. PH. scilicet
Faciundum est, quod vis. T. merito amo te. PH. be ne facis:
Rus ibo: ibi hoc me macerabo biduum:
Ita facere certum est: mos gerundu' est Thaidi.
Tu huc Parmeno fac illi adducantur. P. maxume.
PH. In hoc biduum Thais vale. T. mi Phædria,
Et tu. nunquid vis aliud? PH. ego ne quid velim?
Cum milite isto præsens, absens vt sies:
Dies, noctesque ames me: me desideres:
Me somnies: me expectes: de me cogites:
Me speres: me te oblectes: mecum tota sis:
Meus fac sis postremo animus, quando ego sum tuus.
T. Me miseram, forsitan hic mihi paruam habeat fidem,
Atque ex aliarum ingenijs nunc me iudicet.
Ego pol, quæ mihi sum conscia, hoc certo scio,
Neque me sinxisse falsi quidquam, neque meo
Cordi esse quenquam cariorem hoc Phædria:
Et quidquid huius feci, caussa virginis
Feci: nam me eius spero fratrem propemodum
Iam repperisse, adolescentem adeo nobilem: &
Is hodie venturum ad me constituit domum.
Concedam hinc intro, atque expectabo, dum venit.

DON. MISERAM me,&c. Neue aliorsum) Aliorsum, in aliam partem. vt seorsum, retrorsum dicitur. [Quòd heri intromissus non est) Hæc ieuius, vt de facto suo loquens. At Phædria Exclusit, reuocat, inquit, redeam? non si me obsecret. [Tremo horreoque) Ex amore nimio. Nimius ignis, effectum frigoris reddit, vt ex frigore nimio effectus ignis exiitit, secundum illud quod Physici aiunt. hinc & Virg. Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. [Tremo horreoque, postquam aspexi hanc) Natura magni caloris etiam horrorem incutit, vt nimiæ febres. [Accede ad ignem hunc) Potius ignem meretricem accipimus, quàm aram Apollinis, vel quia amator vtitur. vt Virg. At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas. Vel quia auida & auara est: vt ignis, alimentorum. [Iam calesces plus satis) Noue, sed intelligitur Quàm. i. plus æquo. vt alibi, Quàm ne quid in illum iratus plus satis faxit pater. [Iam calesces plus satis) Noue, sed intelligetur, plus quàm satis. Hoc quidam putant. at mihi de his videtur esse quæ à veteribus geminabantur, vt plerique omnes, hoc est omnes, & pleraque omnia. i. omnia. sic & plus satis, pro satis. [Quis hic loquitur?) Non imperite intelligunt qui existimant meretricem etiam hoc simulare, quod non prouiderit Phædriam. Nam & personæ & dictis eius ceteris hoc conuenit, & tunc erant gratiora omnia quæ supra dixit. [Cur non recta introibas?) Quasi parum fuerit introibas, satis mire additum Recta. [De exclusione verbum nullú) Plus admirationis est, nec accusationi, nec satisfactioni locam reliquisse meretricem, callide dissimulata iniuria. [Quid taces?) Et hoc callide, quasi innocens ne suspicetur quidem quid succenseat adolescens. [Sanè quia vero semper &c.) Tolle sanè, & vero, & pronunciandi adiumenta, vultumque dicentis, & in verbis non negatio, sed confessio esse credatur. nam vero, ironiæ conuenit. vt Virg. Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis. [Aut quia sum apud te primus) Duo dixit quæ doleat, & quia clausæ fores, & quia posterior habetur, prælato milite. [Aut quia sum apud te primus) Subauditur, Non recta introiui. [Missa istæc face) Alia dissimulatio, & durior post admonitionem. sed bene intelligit, qui hoc à meretrice ridente molliter, & osculum porrigente dici accepit. [Quid missa?) Magna virtus poëtę est, non sententias solum de consuetudine ac de medio tollere, & ponere in comœdia, verumetiam verba quædam ex communi sermone, quale est quod ait nunc, Quid missa? [Vtinam esset mihi Pars æqua amoris tecum) Vel amandi, vel non amandi. s. [Ac pariter fieret) Pariter, similiter. Salust. Cui ni si pariter obuiam iretur. [Vt aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet) Si ambo amaremus. [Anime mi) Mi, vocatiuus est ab eo quod est meus. Vide quàm familiariter hoc idem repetit blãdimentum. Vult enim Terentius velut peculiare verbum hoc esse Thaidis. ideo toties dictum est, Tu ne hic eras mi Phædria? Ne crucia te obsecro anime mi Phædria. [Ne crucia te) Hæc nisi amplectens adolescentem mulier dixerit, videbitur Ne crucia sine affectu dicere. Sed sic, dicet Ne crucia te, eo gestu, quasi in eo etiam ipsa crucietur, nã ideo subiecit anime mi, hoc est animus meus. [Non pol, quo quenquam plus amem) Hoc totum nimis blande, & cum * contractione adolescentis dicit meretrix. [Faciundum fuit) Legendum, faciẽdum, scribendum, totum hoc semper necessitati adiũgitur. Virg. Aut pacem Troiano ab rege petendum. Et alibi: Arma acri facienda viro. [Credo, vt sit, misera præ amore exclusit hunc foras) Oratorie, ac facere additum, misera. Et cum illa à deriuatione causæ argumentẽ, mire à Parmemone correpta est, verisimile non esse, vt qs quem amet eundem possit excludere. [Exclusit hunc foras) Παρὰ προσδοκίαν intulit intuens puellam, & ei ostendens Phædriam, vt ostendat q̃ falsa & repugnantia loquatur meretrix. [Age) Corripiẽtis est modo age, non hortantis aduerbium. [Te accersi iussi,) Hoc est qđ supra ait, Non eam ne nunc qdem, cum accersor vltro?) Dic mihi) Meretricia calliditate commendat quæ dictura est. [Ego ne? optime) Bene, non expectauit seruus vt pro se dominus respõderet Thaidi. [Verum heus tu) Astute seruus reponit Thaidi vicẽ. Nam illa vt magnũ voluit expectari quod dictura est, ille vt falsum contemnit. [Meam astringo fidem) Fidem promitto, quia vincula fidei dicuntur. [Quæ vera audiui, taceo) Mire vicẽ Parmeno reddidit meretrici. Nam vt seruum difficile est tacere commissa, ita meretricẽ rarum est vera dicere. [Quæ vera audiui) Figura παρασιωπή. [Contineo optime) Proprie à metaphora vasorũ trãstulit verba. [Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est) Falsum est, quo tegitur id, quod falsum est. Vanum, quod fieri non potest. Fictum, quod non est factum, & fieri potuit. Vel falsum, est fictum mendacium simile veritati. Vanã, nec possibile nec verisimile. Fictum, totum sine vero, sed verisimile. Falsum loqui, mendacis est: Fictum, callidi: Vanum stulti. Falsum loqui, culpæ est. Fictum, virtutis: Vanũ, vecordiæ. Falsis decipimur: Fictis delectamur: Vana cõtemnimus. [Plenus rimarũ sum) Vilis atque abiecta translatio, & apta apud meretricem loquenti. translata autem est ab aquario vase fictili. [Hac atque illac perfluo) Contra, Continuo optime. [Proin taceri si vis, vera dicito) Vtrum te taceri, aut tuum dictum? an impersonaliter, & infinito modo? [Samia mihi mater fuit) Puduit dicere Thaidẽ, Meretrix mihi mater fuit. quod tamen significauit, dicendo alitt de ciuem alibi habitasse. Nam ideo meretrices, peregrinæ dictæ sunt in comœdijs. vt in Andria, adeo ne est demẽs ex peregrina? [Potest taceri hoc). i. verisimile est. Nec hoc, ad laudem proficit, sed ad dedecus meretricis. [Potest taceri hoc) Hoc peregrinam nasci meretricem. & ideo potest verum videri. [Puellam dono quidam) Aetas & sexus, amoris causa sunt, cur eam Thais puellã diligat. [Puellam dono quidam mercator dedit) Propter hoc ostẽdit meretricem fuisse matrem & dono ideo accipere puellam potuisse. [Ex Attica hinc abreptam) Quia Athenis est constituta scena. [Arbitror) Bene arbitror, & nihil certi. quando enim ausurus esset Parmeno adornare Chęream, ad vitiandum hanc virginem, si præscisset ciuem esse? [Matris nomen & patris dicebat ipsa) Quæ infantis memoriæ proxima sunt. Nã quid prius ætas illa, quam patrem matremq. cognoscit? [Et signa cetera, neque sciebat). i. domum patris, regionemq. eius. [Neque per ætatem etiam potuerat) Hoc ideo addidit, ne esset minus elegãs, quæ ne sciret. [Hoc addebat) Ad matris. s. nomẽ & patris quod puella dicebat. [Vnde). i. à quibus. Vt Virg. Genus vnde Latinum. Et Causam dicere prius, vnde petitur aurum. [Et Sunio) Sunium, promontorium est Athenienſium, & in forum rerum venalium, ἐμ

πόριον.[Mater vbi accepit)Hæc figura,in narrationibus βάσις dr, cum omnia pedetentim dicuntur insinuandi gratia. vt nunc,Matri mercator dono dedit. [Mater vbi accepit) Et simul conuenit mulieri loquenti huiusce modi mora. [Cœpit studiose omnia docere) Mire, nam non docuit, sed cœpit docere. τῷ μιλλησμῷ. Et vide,quàm satis muliebriter.[Mater vbi accepit)Accepit,simpliciter. aut audiuit ingenuam,vt capiendi, & c a t Sed melius prius. [Ita vt si esset filia) Ergo velut soror habenda est Thaidi,& ideo sequitur. Sororem plerique esse credebant meam. Et oratorie cumulat dignitatem,& amorem puellæ, vt eius comparatione leniatur iniuria facta Phædriæ.[Ego cum illo,quocum vno rem habebam tum hospite) Totum dixit, & q hospitem,& q rem habebat. Et bene tunc,& non nunc. Nam nunc,cum duobus.[Quocum vno tunc rem habebam).i.consuetudinem,amorem. [Hospite).i. Attico. [Abij huc)Rhodo Athenas.s. [Qui mihi reliquit hæ quæ habeo,omnia) Hoc ideo,ne tantundem obsequij exigat Phædria. Ideo contra Parm. [Vtrunque hoc falsum est, effluet) Ipse exponit hoc vtrunque quid dicat. & contradicendum est, quia præsens amator graua tur hoc dicto.[Neque tu vno eras contenta)Quippe quę ad miseris militem. [Neq; solus dedit) Quippe quia non omnia tua illius fuere mortui.[Nam hic quoque)Δεητικῶς.Non Phædria, sed Hic dixit,tangens illum, & quasi inuito illo hoc exprobet. [Bonam,magnamque partem ad te attulit) Hæc dicuntur. ἰσοδυναμοῦντα: vt,Abs te petere poscere. An potius bonam specie, magnam quantitate? & nunc discretiue dictum est, nam alias bonam,pro magna,& multa accipimus. [Ita est)Non erat negandum quod dixit Parmeno meretrici satisfacere cupienti, & non tacenti culpam in conscientia esse. [Te interea loci cognoui)Oratorie priorem amatorem facit militem,quam Phædriã. Nã posterius dicit hunc cognitum per absentiam militis. Ergo cum militi Phędria riualis superductus sit consequens est vt mi les quęri debuerit,non Phædria,& propterea nihil peccatum,si ordine seruato miles antepositus fuerit amatori postmodũ cognito.& hoc fine puella,& munerum causa,multum pro milite contra Phædriã valet.Sed vide meretricem,qa rem dixit perurẽ tem quot & qualia blandimenta subijcit,dicẽdo.Tu te scis post illa quàm,intimum habeam te,&c. [Cognoui)Proprie cognoui.[Tu te scis post illa,&c.)ἐπιπλησὶς figura,nam hoc ad narratio nem non pertinet. [Et mea consilia tibi vt credam omnia) Ex præsenti actu sumpsit argumentum, quòd eum nunc tanquam cõsultorem adhibuerit.Et bene,Credam,secũdum illud, Potin' est hic tacere? [Ne hoc quidem).i.hoc quoque falsum est.[Dubium ne .i.?) Me non taciturum.[Hoc agite)Pro aduerbio corripientis est positum,aut certe pro adhortatione audiendæ præbendæ. Sic Plaut. Hoc agite fultis spectatores. Et conuenit velut nutu audientiam significantis, & gestu hoc ipsum adiuuari. [Hoc agite) .i. illud definite,& hoc attendite.[Nuper)Vt adhuc amor flagrare videatur,addidit nuper. [Aliquantulum ad rem est auidior)Vultu accommodato ad repræhensionem pronunciandum est. [Ad rem auidior) Proprie auidior. Et rem,pecuniam modo dicit.[Is vbi hanc forma)Ex aliena persona vult ostendere præter affectũ,quanta sibi æstimanda sit, & quanto munere miles Phædriæ meruerat anteponi. [Et fidibus scire) Vetusta ἔκφρασις.[Precium sperans)Deest magnum.vt,Et stabulo frænos audire sonantes.[Producit ac vendit)Proprie. Nam produci res venales dicuntur.[Producit,ac vendit) Hæc celeritas vendibilem indicat mercem.[Forte fortuna).i.bona fortuna. [Hic meus amicus) Quia locus est meritorum, non iam miles, sed meus amicus. Vide enim quid sequatur,Emit,inquit, Eam dono mihi,imprudens harum rerum. Hic ostẽditur,quàm auidus id facere, si rem penitus nosset. simul etiam ostenditur quanta secreta dicat Phædriæ,vtpote,quæ riualis nesciat. [Imprudens hą rerum,ignarusq. omnium)Prudentia,naturalis est,gnaritas,extrinsecus venit. Imprudens,per se,ignarus per alios.Hoc est,qui nec suspicatus sit,neque ex aliquo audierit. [Postquam me sensit tecum quoque rem habere) Non dictum,sed quasi celatum. [Sensit me tecum quoque rem hre) Magno pondere dixit,tecum quoque, tanquam irascendi iusta magis sit causa militi, q̃ Phædriæ nam sensit, & tecum, & quoque hoc significat. [Rem habere)Sic dixit,vt honeste res impura dicatur.[Ne det, sedulo)Sedulo,sine dolo,hoc est impense.[Ait)Semper ait dicimus,cum vel inuisa nobis,& audientibus, vel vana dicta narramus alicuius.[Si fidem habeat)Hoc est,si faciã aliqua,vnde credat se tibi præponi. [Si fidem habeat) Si credere cogatur.i.si credat,Vnde fideiussor dicitur,hoc est auctor credendi. [Se iri præpositum tibi apud me)ἀναφορὰ in verbo Prępositum iri,ac necessaria implicatio in his,quæ dura dictu sunt. [Sed ego,quantum suspicor) Alta,& acuta inuentio.Scit meretrix hoc solo amatores inimicos esse,q̃ idem diligunt. Magnifice igitur, vt riualis odium deliniret,vsus pśuadere Phædriæ non se amari,sed virginem.[Ad virginem animum adiecit)Cur hoc inferat? vt vel lędendi militis causa, Phædria patiatur eum,quàm amet, & nolit virginem dono dare. [Etiam ne amplius?) Mundat Terentius, vt solet,res hmõi per ἔκφρασιν suam. [Nihil, nam quæsiui nunc ego eam)Optime purgauit Terẽtius,quod mox liberalibus nuptijs fuerat ob futurum si vitiatam virginem duceret Chærea. Necessario ergo defenditur, tanquã quæ honeste nuptura est. [Quamobrem cupio abducere) Etiam hoc verbo gratificatur Phædriæ,non enim accipere,vt ab amico remunerante, sed abducere,vt ab stulto,& experte.[Nũc ego eam mi Phædria. Multæ sunt causæ) Non indiligenter considerauerunt hanc meretricis oronem, qui illam instar controuersiæ retulerunt. Nam & principiũ est, Me miserã,vereor ne illud grauius Phædria tulerit.Et narratio,Samia mihi mater fuit,Et partitio cũ confirmatione.vt,Nunc ego eã mi Phædria. multæ sunt causæ quãobrẽ cupio abducere. [Primum,q̃ soror est dicta,&c.) Repræhensio quoque,Ego ne id timeo. &,Ego ne non ex animo misera dico? Et conclusio per cõquestionem: vt,Quàm ioco rem volusti à me tandem qn perfeceris? Ego impetrare nequeo hoc abs te biduum saltem vt concedas solum.[Vt suis restituam ac reddam)Restituimur ijs,qbus nos volumus: Reddimur ijs,q nos volunt. Ergo restituimus volentem,Reddimus volentem. Sed in hac vtrunq; est.[Sola sum,habeo hic neminem) Sola sum,ad familiarium refertur absentiam. Habeo hic neminem ad alienoꝝ amicitiam. potest.n.sola domi esse, hre tñ aliquem foris. Et habeo hic neminem plus sonat, quam, neminem hic habeo Et,sola sum,ab ijs quos natura conciliat per se. Habeo neminẽ eorum q̃ voluntate iungũtur.[Neque amicum)Bene hoc apud amatorem,quia aliud est amator,aliud amicus.Amator,qui ad tempus:Amicus,qui perpetuo amat. An quia in patris potestate est Phædria? [Quamobrem Phædria) In necessarijs interponi nomen licet audientis:[Cupio aliquos parare amicos beneficio meo) Hic ostẽdit specialiter,cuiusmodi amicos quærat,ne Phædriam cõtemnere videatur. [Parare amicos beneficio meo) qa parantur & suo,sed minus diligunt. [Id amabo adiuta me quo id fiat facilius)πρόλημμα. bis id posuit.[Adiuta me)Mira coactio, pro patere excludi,adiuta me,dixit.[Sine illum) Blande,sine illum,tanquam in manu eius sit iniuriam non pati,& excludi militem.Nõ enim dixit fer,aut patere,sed,sine.[Prioris partes hosce aliquot dies) Honeste circunloquitur & oratorie, ne dicat, Abi foras,atque excludi re patere.[Nihil respondes?) Iam silentium accusat, quia scit nihil responsurum contrarium. Et satis blande, Nihil respondes,dixit,tanquam qui debeas amoris vicem.[Ego quidquam) Faceta exprimitur illud,Amantium iræ amoris redintegratio est.[Tandẽ perdoluit) Nimis doluit.i.psensit dolorẽ.Et tandem,quasi qui nimis patiens fuit.[Tandem pdoluit,vires)Eleganter variauit personam secundam,& tertiã. [Vir es)Non puer,sed iam vir,qui meretricem contemnis.[Parvula hinc est abrepta eduxit mater pro sua) vide μίμησιν,cũ odio inductã,& deprauatam pronunciatione, ita vt & ἐμποτέλλυται nõ vitarentur de industria, Paruula hinc est abrepta, eduxit mater pro sua,soror est dicta.[Hæc nunc verba).i.falsa dicta. [Huc redeunt)Vt excludar.[Nisi illum plus amas,quam me)Repudiatis causis, quas illa attulerat, per deriuationem causæ,hic aliud dicit esse cur repellatur. [Et istam nunc times,quæ aduecta est) Adeo,inquit,amas militem, vt etiam inuideas si quam amauerit.[Talem præripiat tibi)ἐφωνεία stomachãtis amatoris. [Quid te ergo aliud solicitat?) Quid est,inquit,si hoc non est? [Nũ solus illa dona dat?) Iam quasi quæstiones tractantur. sed ille munus aduexit.[Nunc vbi meam benignitatem) Possunt.n.dona dari, sed exigua, aut minus liberaliter. & ideo mentionem benignitatis adiecit. [Nunc vbi meam benignitatem) Sed ille benignus est. Nuncubi,nunquid alicubi. Aut si,nunc vbi,legimus,erit aduerbium temporis,vt sit vbi,quo in loco,qua in re. [Nuncubi meam benignitatem) Intelligit se,& dona obtulisse, & id benigne sæpe fecisse. nam plerunque ingrata dona sunt, in quibus benignitas non apparet, quæ aut in quantitate rerũ est, aut in facilitate præstantis. [Claudier) Claudi, aut claudicare. Salust. Neque enim ignorantia claudit res. &, Nihil socordia claudebat.[Nonne mihi vbi dixit cupere te)Plus dixit,vbi dixti cupere te, q̃ si diceret, fecisti vt emerem. plus est.n.id præstitisse,quod qui acceperit,non ausus fuerit,postulare. [Cupere te) vult rem parui precij,ex illius cupiditate,& suo labore perpẽdi.

[Ex

[Ex Aethiopia) Non Aethiopissam, sed honestius ex Aethiopia. [Relictis rebus omnibus quæsiui) Hæc iam omnia in beneficijs considerari solent. [Quæsiui) Vide quemadmodum exhibeat, atq; ærumnas sibi difficilium munerum dicat imposuisse meretricem. [Ex Aethiopia ancillulam, inquit, dixti te cupere) qd ego feci in re cœli, & solis, ac pene orbis alterius? quæsiui. non.n.in promptu erat. Deinde, non petisti, sed dixisti nec, velle te, sed cupere. non nigram, sed ex Aethiopia nec dedi, sed relictis rebus omnibus quæsiui, Quid hic non exquisitum? quid nō ita expressum, vt nihil addi possit? [Porro) Deinde, vel postea, vel multo post. [Eunuchum porro velle) Eunuchos à Persis institutos putant ex captiuis. A Babylonis enim Hellanicus auctor est id habuisse. [Eunuchum porro dixti velle te) Vide quemadmodum vt maius faciat quod præstitit, non semel imputat duo mancipia, sed primo puellam, deinde Eunuchum. [Quia solæ vtuntur his reginæ) Illam, quia ex Aethiopia. hunc, quia solæ his reginæ vtuntur. Quid tale Thaidi riualis dedit? [Reginæ). i. diuites. sed ἁμαρτώτερον est. [Quia solæ vtuntur his reginæ) Varie Eunuchum dixit, & intulit his. vt, Si quisquam est, qui se placere studeat bonis, q̄ plurimis, & minime multos lædere, in his poëta hic nomen profitetur suum. [Repperi) Plus est quam emi. Et vide q̄ proprijs, & amplissimis verbis vsus est. quia, & ancillam ex Aethiopia, & Eunuchum quo solæ vtuntur reginæ, illam quæsiui, & hunc repperi, neutrum.n.horum facile positum erat. [Quia solæ vtuntur his reginæ) Nota, cum Eunuchum in singulari numero præposuerat, His subiunxisse. sed his non ad Eunuchum retulit, sed ac delicias, aut quid tale, quia solæ vtuntur huiusmodi delicijs seruitijsq. reginæ. Et oratorie hic subdidit, quod in ancillula prætermisit. quia nulla Aethiopissa honesta dici potuit. Et reginas modo diuites dicit. vt in Phorm. Regem me esse oportuit. [Heri minas decem pro ambolus dedi) Recentiora beneficia, grauiora aduersum ingratos sunt. Ergo à tempore inducitur exprobratio. [Pro ambobus dedi) Melius amborum precium dixit, q̄ vt separatim diceret quantulo emerit ancillulam nigram. de qua mox dicetur, Hic sunt tres minæ. Nam constat Eunuchum solum emptum esse minis viginti. vt ipse Parmeno confitebitur seni. [Tamen contemptus abs te) Et hoc seruatur in beneficijs. Nam maiora sunt, cessantibus meritis eorum quibus præstantur. [Ob hæc facta abs te spernor) Sic Virg. Nos munera templis Quippe tuis ferimus, famamq. fouemus inanem. Et, Vel quas tulit. Cum interrogatione, aut cū iacrepatione proferri potest. [Ob hæc facta abs te spernor) Hic duplex est pronunciatio, vel per inuidiosam prolationem vel per interrogationem. Et melius hoc modo, q̄ interrogatiue, pferatur. hic.n.est multo grauior illo. [Quid istic?) Hoc aduerbium consentire incipientis est. & est ἔλλειψις, deest .n. remoramur, aut quid tale. [Cupio abducere) Abducere dixit, tanquam ab stulto, nec per verum meritum, sed per fraudem. Cicero, per vim, atque dolum abducta ab Rhodio tibicine. [Atque hac re arbitror) Non dicit qua, hoc est, ex re. Veruntamen scit meretrix, contentione quædam negari. Ergo finxit se vinci, vt adolescentem molliat, & ipsa cedit, vt & ille, & remittat pertinaciam. [Potius, quam te inimicum habeam) Hoc totum loquitur, tanquam magis ipsa amet Phędriam, quàm ab illo ametur. [Te inimicum habeam) Huic contrarium est, Vt te amicum habeam. [Faciam vt iusseris) Nec voluntate, nec vultu consentientis hoc meretrix agit, sed callide tentat omnia. nam quia persistendo non perficit quod expectabat, docet Phædriam etiam ipsum negligētius negare quod poscitur. & adeo hoc subtile est, vt statim impetrauerit. Peruulgatum est enim, Quod summa vi defenderis, cum extorqueretur, hoc idem postmodum remitte remitteti. [Vtinam istuc verbum) Et istuc verbum, pro tota sententia. Verbum pro dicto, sed proprie ἀξίωμα. i. sententia vel enunciatio quæ vno ligatur, & astringatur verbo, verbum à veteribus dicebatur. [Ex animo, ac vere diceres) Certe, quia est qui ex animo dicat, fallat tū. [Potius q̄ te inimicum habeam) Tantum in animum Phædriæ hoc descendit, vt etiam repetat quod amica dixerat adulando. [Sincere dici, quidquis possem perpeti) Sincerum, puerū, sine fuco, & simplex, vt mel sine cera. Bene ergo, vt mel, blādimentum meretricis dulce fatetur, sed negat esse sincerum. [Victus vno verbo) Vtinam istuc verbum. Et vno verbo, vt dixi mus, sic accipe, vt verbum dictum intelligas, quod verbo complectitur, & completæ sententiæ pronunciationem, quod ἀξίωμα dominabatur. [Labasci) Omnia inchoatiua trisyllaba, ferè media producta enunciantur. [Victus vno verbo, q̄ cito?) Quàm cito ait, qui illum falsa lacrymula vinci crediderat posse Plus factum est, vno victus est verbo, & cito. [Ego non ex animo misera dico?) Quod sensit multum valuisse hoc Thais inculcat animo amici sui. Et Ego, vide quanta significet. Conuenit hoc pro nomen blande multa exprobranti, vt Virg. Me ne fugis. [Quā ioco rem voluisti) Contra illud refertur quod ait Phædria, Nō ne vbi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam, relictis rebus omnibus quæsiui? Sed hoc vehementius, & disertius, Quam ioco rem voluisti. Non munus, inquit, sed quod plus est, rem, & non serio, sed ioco, à facilitate præstantis. Et voluisti, non ēt dixisti. Mirandum obsequium, ex voto animi pendens Non expectat imperium, ne voluptati mora sit, dum iubetur. Tum illud quod ait, Perfeceris, nonne pondus hoc verbi, & potentia Phędriæ circa amicam, & illius obsequium vehemens, & rerum difficultatem quæ extortæ sint, monstrat, atq; oēm obterit que relam Phædriæ? [Ego impetrare nequeo hoc abs te) Tu & ioco & non petisti, cum perfeceris tñ. at ego hoc impetrare non possum. [Saltem vt concedas solum) Argute additum saltem, & solum. Et bene, concedas, vt voluntatis sit, sic.n.dixit supra, Sine illum prioris partes hosce aliquot dies apud me obtinere. [Verum ne fiant isti viginti dies) Facete biduum decuplauit, & simul quia ex eadem ratione sunt viginti, ex qua duo. & ex qua viginti, ducenti, duo milia, & sic deinceps. [Profecto non, plus biduū, aut) ἀποσιώπησις secunda. [Hoc modo sine te exorem) Noue nūc non de te exorem, sed te exorem, & hoc absolute. [Faciundum est quod vis) Non quod oportet, sed quod vis dicendo, multum addidit obsequio suo. [Bene facis) In consuetudinem venit, Bene facis, & bene fecisti, non iudicantis esse, sed gratias agentis. [Merito te amo.) Bene amoris mentionem ad auferendam suspicionem contemptus Phædriæ fecit. [Rus ibo) Et hoc amatoriū est, odisse vrbem, sine amica. Nec dixit, Ibi ero, sed. [Ibi hoc me macerabo biduum) Pronunciandum est biduum, ac si dixisset biennio. [Ita facere certum est) Ex his apparet verbis, q̄ sibi amator hoc ægre imperet. [Mos gerundus est Thaidi) Cum pronunciatione, & gestu, vt ostendat, quæ vis amoris sit, vt Thaidi mos geratur. [Huc facillis adducantur) Eunuchus, & ancilla, figurate Illi, sed prævalet genus masculinum. Adducantur, pro adducito eos. Et bene adiectum est, ne dilatis ob retentionem muneribus, nō procederet actus fabulæ. & simul quia absentia Phædria opus est, dum per Chæream ludificatui meretrix. [In hoc biduum Thais vale) Nunc vale absessum significat, non salutationem, nam si meta salutatio est biduo solum amicam valere optat. sed præscribere conatur quanto tempore abfuturus sit, & simul ostendit, quàm inuitus abscedat. [In hoc biduum Thais vale) Accusatiuo vtens casu expressit amatoris impatientiam. Biduum dicens præscripsit de tempore. Et vale, maiorem vim habet ex dolore discedentis, q̄ obsequio salutantis. [Et tu nunquid vis aliud?) Vale subaudiendum salutatorium Et subintelligendum est post osculum dici, Nunquid vis aliud? quasi recte factum. [Cum milite isto) Isto bene additum, quasi odioso. vt alibi, Iam vero mitte Demea tuam istam iracundiam. Et Virg. Aut quid petis istis? Hæc enim pronomina, spernentis sunt, odiumq. monstrantis. [Præsens absens) παράδοξον. [Me desideres) αὔξησις. quia plus est amore desiderium. [Me expectes, me somnies) ἐπαναφορὰ prima. Cum amare, & desiderare sit voluntatis atque etiamnum obsequij, somniare, satis amatorie dictum est. [Me speres) Cum me expectes, iam dixerit, quid sibi vult ite & me speres? Inter spem, & expectationem hoc interest, quia expectatio, certorum est, spes vero, incertorum. Et expectatio, propinquarum rerum: Spes, longinquarum. Et expectatio, destinat tempus: Spes, non destinat. An me speres idem facere? Id est de te cogitare, vt sit speres, credas, vt statim in subditis inuenies. Nam eius fratrem spero iam, ppemodum reperisse. [Me te oblectes) Septimus casus me. [Mecum tota sis) Toto animo. Nam illam nunc animum vult esse, non corpus. & simul quod ipse ab eius corpore patitur, id vult militi eius mente contingere, tanquam penitus excluso ab amica. [Q̄n ego non sum tuus) Animus. s. [Me miseram, forsitan hic mihi) Recte Thais nunc partem argumenti exequitur tacitam apud Phædriam propter præsentiam serui, quem poëta vult ita nescire, vt audeat ad vitiandā virginem subornare Chæreā. [Atque ex aliarum ingenijs nunc me iudicet) Hic Terentius ostendit virtutis suæ hoc esse, vt peruulgatas personas noue inducat, & tamen à consuetudine non recedat, vt puta meretricem bonam cum facit, capiat tamen, & delectet animum spectatoris. [Neq; me finxisse falsi quidquā) Aut dixisse debuit dicere. aut abundat Falsi aut ideo quia, & vanum aliquid fingi potuit vt supra. Si vanum, aut falsum, aut fictū est. [Esse quenquam cariorem) Melius quenquam, q̄ si dixisset, militem quenquam cariorem. [Quenquam cariorem) Quasi

meretrix non carum alterum, sed cariorem negat. [Et quidquid huius feci) Huius absolute, aut per ἀπαρέμφατον, vt desit rei. In Hecyra: Ne quid sit huius oro. In Heautont. Nihil me istius facturum patri, aut quid petis istis? [Quidquid huius) Rei subaudiendum est, quòd eum excluſi foras. [Spero propemodum) Noue spero, pro credo vel confido. Propemodum ideo, quia hominem quidem nouit, sed fratrem esse virginis nondum probauit. [Adeo nobilem) Adeo, pro nimis positum est, aut pro expletiua particula. [Atque expectabo dum venit) Futurum actum promittere voluit, non quo aliquis gestus sit expectantis.

GVID. MISERAM &c.) Hic Thais adducta ratione, qua excluſe rat Phædriam eum sibi reconciliat, & vt biduum rus abscedat suis blandimentis impetrat. T. Me miseram, pro interiectione dolentis ab aliquibus rite capitur, vel intellige dico vel fateor me miseram & infelicem vereor ne Phædria tulerit grauius. i. grauiter & moleste, ne ue. i. vel vt. i. q̃ acceperit. i. interpretatus fuerit, & conceperit aliorsum. i. in aliam partem, atque. i. quam ego feci. vereor ergo ne turit, vel acceperit illud quod non intromiſſus est heri. i. admiſſus in domum, sed excluſus. P. O Parmeno tremo. i. tremulus sum, & horreo. i. horrore cõcutior, totus. i. per omnes partes, postquam aspexi hanc Thaidem præ amore nimio. Horrore interdum significat frigere. Iuuen. Et tum causa horrenti non reddere seruo. Et Perſ. Scis comitem horridulum trita donare lacerna ex frigore autem efficimur tremuli, & horridi, & aliqñ ex nimio calore. Nimius enim ignis effectum frigoris reddit, at ex frigore nimio effectus ignis exiſtit, secundũ illud quod Phyſici aiunt, Nam. n. magni caloris etiam horrorem incutit vt nimiæ febres, q̃ aũt ex frigore nimio effectus ignis exiſtat ex Virgiliano liquet dicto, Aut Boreæ penetrabile frigus adurat. P. Es. i. ſis bono aĩo. i. habeas bonum animũ accede. i. aduenì ad hunc ignem. ſ. Thaidem, cuius amore te vt ignis adurit. iã. i. ſtatim, calefces. i. calidus fies plus satis. i. vltra q̃ satis est, siue supra modum, & ponitur ibi satis tanquam pro vno ablatiuo. velut ſi diceretur plus sufficientia, quemadmodum dicimus plus æquo. Donat. autem sentit plus satis tñ capi hic pro satis, & ita plus abundare. T. Quis loquitur hic. Habeo mi Phædria, est blãdientis vocatiuus, ne. i. vtrum eras hic, quaſi non ante cũ percepiſſet ſimulatrix meretrix, q.d. i. cur, ſtabas. i. immorabaris hic cur non introibas recta via, elegãtius aũt ſupprimitur via q̃ apponatur. Cic. ad Pætum. Recta. n. à porta domum meũ veniſſe. item amicus vrbem ingreſſus recta vehit domum meã. i. nusquã aliorsum diuertit, sed ſtatim eodem viæ tenore domum meam petiuit. P. Ceterum. i. ſed, nullum verbum. i. nullus ſermo fit de excluſione ipſius Phædriæ. T. Quid. i. cur tu Phædria taces. i. nõ loqueris. P H. Sanè. vere hoc totum per ironiam dictum est, vero enim particula ſæpe ironice significat vt Virg. Egregiã vero laudem, &c. & quia hæ fores ſemper patent. i. apertæ ſunt mihi, aut quia ſum primus. i. præcipuus, & in maximo honore habitus & precio apud te. T. Miſſa. i. face. i. omittæ iſtæc quæ loqueris. P H. Quid. i. cur miſſa faciam. ſ. vel quid miſſa face dicis, ſupple ò Thais, Thais, vtinam æqua pars. i. æqualis portio amoris eſſet mihi tecum. i. vtinam æqualis eſſet noſter amor, ita q̃ tñ te redamarem, quantum me. & rurſus ſi me non amares, nec ego quoque te. ac pariter. i. ſimiliter, vel æqualiter fieret. efficeretur, vt aut hic quod. ſ. excluſus ſum. doleret tibi. i. te afficeret dolore. iti dẽ. i. ſimiliter, vt dolet mihi. i. quantũ mihi est dolori, aut affert doloré. aut nihilipenderem. i. nihili facerem, contẽnere non curarem iſtud factum abs te. ſ. excluſionem mei. T. Phædria animæ mi, appoſitiue dictum. i. quem p amorem gesto in pectore meo, aut cuius animus meo iungitur per amorem, ita vt vnus eſſe aĩus meo videatur, vt dicimus duos amicos eſſe animam vnã in duobus viuentem corporibus. obſecro. i. per ſacra rogo. ne crucia te. i. noli te angere, & torquere tali dolore. Pol. i. per Pol lucẽ. non feci id iup. i. non excluſi te eo, q̃ plus amem, aut plus diligam quenq̃. i. aliquẽ q̃ te, ſed res eras ita. i. negocium id poſtulabat. faciendum fuit. i. oportuit facere ad eam rem aſſequẽdam quæ parabatur. P. Credo tu miſera. i. afflicta amore eius. excluſiſti hunc Phædria. foras præ amore. i. tanto eius amore fragrabas, vt eũ excluſeris, vt fit. i. vt fieri ſolet. hoc aũt per ironiam dictum est, q. d. non eſſe veriſimile vt ſi quis quempiam amet, eundem poſſit excludere. T. O Parmeno ſiccine. i. vtrum ſic ais? age, ibi non est aduerbium horrantis, ſed potius corripientis, ſed auſcultа qua gratia. i. q̃ cauſa iuſſi. i. cepi. te accerſi. i. vocari. est. n. infinitiuus paſſiuus tertiæ q̃. inflexionis. interdũ autem est quartæ, & tunc facit accerſiri. P H. Fiat. i. auſcultabo. T. At. i. ſed, dic mihi primum hoc quod ſequitur hic. ſ. Parmeno ſeruus tuus. potin'. i. potis ne hoc est, est ne potens tacere. P. Ego ne? q.d. dicis vtrum ego poſſim tacere, deinde reſpõdet optime. ſ. poſſum tacere. verum. i. heus, aduerbium attentionem Poſcentis, aſtringo. i. promitto, ſiue obligo (nam vincula fidei dicũtur) aſtringo ergo tibi meam fidem. i. veritatem, conſtãtiam, & fidelitatem, vel æquitatem, vel potius aſtringo tibi fidẽ. i. ſancte promitto tibi me tacituꝝ, hac lege. i. hac conditione hoc cõſilio quod ſequitur, videlicet taceo. i. ſecreta teneo nõ euomens ea, quæ audiui vera, & contineo. i. me cohibeo optime ne patefiant, quæ vera audiui, vel potius est translatum à metaphora vasorum, quæ non perfluunt, ſed liquorem impoſitum continent ſic homo, qui non est elinguis, & ſecreta cõmiſſa non prodit, cõtinere dicitur. Sin. i. ſed ſi. dictum tuum ſup. est falſum, aut vanum, aut fictum, continuo. i. ſtatim est palam. i. ſtatim vulgatum est, & patefactum. Falſum est quo tegitur id, quod factum est, vanum est quod fieri non poteſt. fictum dicitur quod non est factum, & fieri potuit. Vel falſum est fictum mendacium ſimile veritati. Vanum, nec poſſibile est, nec veriſimile. Fictum est totum ſine vero vel veriſimile. Falſum loqui mendacis est, fictum callidi, vanum ſtulti. Falſum loquì culpæ est, fictum virtutis, vanum verecũdię. Falſis decipimur, fictis delectamur, vanis offendimur, ſiue obtundimur ſum plenus rimarum. i. fiſſurarum. i. ex me nõ vera dicta effluunt, vt per rimas vaſorum effluis liquor, Perfluo hac atque illac. i. cõmiſſa mihi riuelo ſine conſideratione vlla cõmittentis ſi vera non ſint, & est translatio facta à vaſis perfluẽtibus. i. per rimas liquorem emittentibus. Dicimus. n. eleganter hos vas perfluit, quod inepte dicit vadit. ſ. proin'. i. ea propter. ſi vis taceri. i. vt taceatur, impersonaliter legẽdo, vel per paſſiuũ ſi vis dicta ſupp. tua taceri. i. cælari, dicito vera. T. Mater fuit mihi Samia. i. Samo inſula. ea mater habitabat. i. commorabat. Rhodi, aduerbialiter. i. in ea vrbe remota à natali ſolo, per quod oſtenditur eam fuiſſe meretricem. P. Hoc poteſt taceri, quia. ſ. est veriſimile meretricem poſſe naſci ex peregrina, & quidẽ meretrice. T. Tum. i. nunc quidẽ, mercator dedit dono matri meę paruulam puellam. arreptam. i. ablatam. hinc. i. ex Attica. i. ex ea regione Græciæ, quæ Attica nominatur, vel ex vrbe Atheniẽſi. P H. Ne. i. vtrum dedit ciuẽ Atticam. i. Athienſem. T. Atbitror non ſcimus certum ipſa dicebat nomen patris & matris. neque. i. nõ ſciebat, neque etiam potuerat ſcire ſup. tum. i. tunc. per ætatem. i. ætate permittente patriam &c. ſigna, vt domum, regionem, & ſimilia. Mercator qui eam dederat, addebat hoc ſe audiſſe. i. à prædonibus, vnde. i. a quibus emerat eam quid addebat ipſam puellam ſup. fuiſſe abreptam. i. abductam per vim è Sunio. i. ex eo promõtorio Athienſium, in quo reꝝ vænalium emporium. i. mercatus est. inflectitur aũt hoc Sunium Suniį ſecundæ inflexionis, vbi. i. poſtq̃ mater mea accepit datam puellam, cœpit. i. incœpit docere eam omnia ſtudioſe. i. diligenter & affectuoſe, cœpit inquam educare. i. nutrire eã, ita. i. eo modo, vt. i. ſicut, ſi eſſet filia, plerique. i. multi credebant eam eſſe ſororem meam, ego abij. i. diſceſſi ex Rhodo huc Athenas cũ illo hoſpite. i. peregrino, alienigena, q̃a Attico, quo cũ. i. cum quo. vno. i. ſolo, tunc habebã rem. i. conſuetudinem, amorem, conuerſationem qui hoſpes reliquit mihi per teſtamentũ omnia hęc quę habeo. i. poſſideo. P. Hoc vtrunque dictũ ſup. est falſum propterea effluet. i. reuelabitur, neque tacebitur, ſed à pectore noſtro exibit. T. Quid. i. cur iſtud dicis. ſ. eſſe falſum. P. rogas. i. petis? reſponſio, quia neque tu eras contenta vno amatore, neque ſolus ille hoſpes dedit tibi omnia quę habes. nam quoque. i. etiam hic Phædria attulit ibi bonam partem tuorum bonorum quantum ad ſpeciem, & qualitatem & magnam quantum ad quantitatem, interdum tñ bonus capit pro magnus vel multus. T. Eſt ita vt dicis. ſ. Phædriam multis me affeciſſe donis, ſed ſine. i patere, permitte me peruenire quo volo. i. ad quod narrandum tendo interea. i. dum hæc aguntur. miles, qui occeperat. i. incœperat amare me profectus est in Cariã. i. in eam prouinciam interea loci. ponitur loci ſoni aptioris gratia dũtaxat, vt dici etiam ſolet, nusq̃ gentium, nuſquam locorum, terrarum. ſunt enim hi genitiui loci locoꝝ terrarum, gentium, adiectiones nihil ad ſenſum facientes. cognoui te Phædriam. tute. i. tumet ſcis, poſt illa. i. omiſſis illis rebus. ſ. q̃ prior me cœpit amare, & alia id genus, vel poſt illa tempora. ſ. quibus in Cariam eſt profectus. q̃. i. quarum, habeam te intimum. i. familiarem. ibi enim intimus poſitiui naturam habet, poſſetque comparari intimus intimior, vt proximus proximior. P H. Ne quidem. i. nec ẽ: Parmeno tacebit hoc. P. Ah ne. i. vtrum est dubium me ne taciturum hoc, q.d. non est dubitãdum. T. Amabo, interiectio blandientis comicis valde familiaris, q.d. rogo vos per amorem agite hoc. i. illud deſinite, & hoc attendite, quod ſum dictura. hoc enim dictum corripientis est, &

vt

vt audientia præbeat, adhortantis mater mea mortua est nuper .i.nō multo tempore ante illic.i.Rhodi,vel in Caria,frater eius est aliquantulum auidior.i.nimis cupidus, ad rem .i. ad pecuniā congerendam,vbi.i.postquam is vidit hanc virginem forma honesta.i.habentem pulchritudinem honestam, & præ se ferentem honestatem, & vidit eam sciri fidibus.i.esse peritiam fidium pulsandorum,hoc est citharārum tangendarum, fides aūt fidis dicitur genus citharæ (vt Fest. inqt) sic dictæ,q̄ inter se chordæ eius quantum inter homines fides concordet. Inde fidicula diminutiuum.i.parua cythara,aut chordula citharæ,sed in populi fidiculæ larum significat tortorium , ipse frater eius sperans precium magnum.s.ex venditione illius puellę.Ilico.i.statim producit.i. vænum eum,seu vænalem proponit,ac vendit, forte fortuna .i. bona fortunam,seu casu quodā bono, hic meus amicus.s.miles affuit.i.præsens fuit,emit eam ipse imprudēs harum rerum.i.ex se nō intelligens has res;& ignarus omnium.i.nescius omnium rerum, quia ab alijs nō admonitus dedit eam puellam in dono , imprudens aliquis per se dicitur,qui ex sua intelligētia non cognoscit,ignarus per alios,hoc est ab alijs non admonitus.Is miles venit Athenas postquā sensit,quoque .i. etiam me hīe tecum rem.i.amorem,cōsuetudinem,fingit.i.cōminiscitur,adinuenit , excogitat causas.i.occasiones,ne.i.vt non det puellam,sedulo.i. impense,instanter,quasi sine dolo. Ait si habeat fidem.i.si credat se ppositum iri,q̄ præferetur tibi apud me,ita q̄ magis sit amandus à me. Ait dicimus semper cum vel inusa nobis aut audientibus,narramus,aut vana dicta alicuius recitamus,ac.i.&ait inq̄ si non metuat.i.timeat id,quod sequit̄.s.ne.i.vt hoc est q̄,vbi .i. postq̄ acceperim puellam ab eo milite. Ait ergo se velle dare illam puellam mihi verum.i.sed ait inquam se vereri id.i.timere quod dictū est,sed quantum ego suspicor.i.opinor,adiecit aīum ad virginem.i.virginem cępit amare,& ad eius amorem animū applicuit . P H. Etiam ne.i.vtrum,amplius.i.vtrum vltra fecit q̄ animum adiecit . T. Nihil fecit sup. amplius,nam quæsiui.i.inuestigaui,nūc ò mi Phæd. multæ sunt causæ quamobrem.i.propter quas cupio abducere .i. abstrahere eam ab eo milite,primū q̄.i.quia,dicta est soror mea,pręterea.i.insuper,vt restituam propria voluntate ducta,ac reddam parentibus volentibus, restituimus.n.volentes,reddimus volentibus,sum sola.i.sine familiaribus,& sanguine iunctis, neminem habeo hic eoꝝ.s.qui voluntate sua iungantur;neminem ergo habeo,neq; amicum,neque cognatū,explicat,quod dixit sola sum.i.sine cognatis,& habeo neminem,quia sine amicis . Amator dicitur qui ad tempus amat . Amicus,q̄ perpetuo,quamobrem ò mi Phædria cupio parare.i. acqrere aliquos amicos meo beneficio.s.restitutione filiæ,amabo,blandientis est particula,vt dictū est adiuta.i.adiuua,frequentatiuum pro principali,quo.i.vt id.s.paratio amicorum fiat facilius,sine.i.permitte,à sino is,illum militem hīe priores partes.i. præferri tibi . esse potiorē apud me per hosce aliquot dies nihil tñ. P H. Es pęłuma,egon'.i. vtrum ego respondeam quidquā cum istis .i. cum tuis factis,& istis per contemptū dixit . P. Hei noster Phæd. laudo te.s.vel dictum tuū,tandē perdoluit.i.dolorem sensit.Thais es vir.i.virilis non puer,q̄ meretricem contemnis . P H. At ego nesciebam quorsum tu ires.i.quorsum tendebas,dicendo sup. hæc verba,puella ipsa abrepta.i.abducta est,& asportata,hinc.i.ex Attica,paruula.i.cum esset adhuc parua, mater eduxit.i.educauit,& extra pueritiam duxit pro sua filia sup.i. tanq̄ suam filiam,dicta est soror,cupio abducere eam,vt reddam suis parentibus. Nempe.i.profecto,hæc oīa verba nunc redeunt huc.i.recidunt,spectant,pertinet ad hoc vt concedam rus. Deniq̄e.i.tādem excludor,ille miles recipitur, qua gratia.i.qua causa,q.d.nulla alia nisi vt ames illum plus q̄ me,& times nunc istā puellam,quæ aducta est ex Rhodo.ne præripiat.i.surripiat illū talem militem tibi .i. ne eius amore implicatus te amplius non amet,q̄ timor magnum ostendit amorem . T. Ne.i.vtrū timeo id quod dicis? P H. Ergo quid aliud solicitat.i.cōmouet solicitam,&anxiam reddit.Credo.i.dic.Num.i.nunquid,ille miles dat solus.i.donat tibi.Nunc vbi.i.nunquid alicubi sensisti.i.percepisti meā benignitatem.i.liberalitatem benigne exercitatā Claudier.i.claudi paragoge,vel claudicare in te.i.erga te,nōne vbi.i. postq̄,dixti.i.dixisti te cupere.i.desiderare,ancillulā.i.paruā ancillam ex Aethiopia.i.Aethiopissam,quæsiui.i.inuestigaui vnā, oībus rebus relictis.i.omissis porro.i.deinde,vel postea,aut multo post Dixti .i. dixisti te velle Eunuchū Eunuchus,vt vult Tortellius,est qui virilibus exectus est, quia solæ reginæ.i.solæ diuites , rex enim interdum pro diuite capitur . Iuuen. Sat.j.optima siluarum interea,pelagiq̄. vocabit Rex horum. Quia ergo solæ reginæ vtūtur his.i.huiusce modi Eunuchis,vel his.i.huiusmodi delitijs,seruitijsq̄;Repperi.i.dedi tantā operam,vt vnum inuenerim. dedi heri minas viginti.i.illa genera munismatis . Nam, vt Prisc.inquit,de ponderibus,&mensuris,Mina Attica dragma continet octogintaquinque.Mina vero graia nonagintasex. Latine aūt dicitur mina,sed Græce dicitur mna.Minas ergo viginti dedi .i. viginti libras,ita tñ vt tanti sit libra,quanti diximus esset. Tamen ego contēptus.i.spretus abs te habui hoc in memoriā.i. in recordationē beneficij,quod in te contuli, vel vt conferrem parui , spernor abs te ob hæc facta .i. pp hæc officia . T. Quid .i.quare rememoramur sup istud ò Phædria ? Quanq̄.i.tametsi quāuis cupio abducere,tanq̄ ab stulto,& per fraudem illā puellam,atq; arbitror id posse fieri.i.posse eam abduci maxime.i.pcipue hac re.s.biduum concedendo verūtn potiusquam habeam te inimicum.i.infestū mihi,faciam vt iusseris, & hoc totum Th. dicit,tanq̄ ipsa magis amet Phæd.q̄ ab illo amētur . P H. Vtinā diceres istud verbū.i.istud dictum,vel sentētiam, sed pro ea propria sententia,vel enunciatione ponitur, quæ vno litigatur, vel astringitur verbo vnam , ergo diceres istud dictū ex animo .i. ex animi affectione,ac vere.i.non simulate, & quod est illud dictum,videlicet potius,q̄ te habeam inimicū Sy.credere istud dictū dici sincere.i.solide.integre pure simpliciter,sine fuco.i.adulatione, & simulatione . Fucus.n.dr̄ color adulterinus.i.simulatus,non verus,possem perperi quid vis.i.quidlibet, q. d. paterer q̄dquid velles . P. Hoc dicit Parmeno apud se de Phæd. hic labascit.i.cadit animo,seu animus eū deficit, & deijcitur statim victus.i.superatus,vno verbo.i.vno dicto, q̄ cito.i.quātum celeriter,& cū exclamatione & distinctione est proferendū. T. Egon' .i.vtrū ego misera dico ex animo? q.d. dubitas vtrū dixerim ex animo illud dictum potius,q̄ te inimicum habeam, tandem hic accelerat respōsum,vel assensum extorquet, quasi sine lōgis ambagibus dicas,quā rem voluisti à me,ioco,aduerbiū est,cui cōtrariū est ferro,q.d.quid à me non modo postulasti,sed dūtaxat voluisti,&quidē non serio,sed ioco.i.iocando,quin.i.q̄ nō perfeceris , ego neque impetrare abs te , vt saltem concedas .i. annuas, præstes mihi hoc solum biduū.i.duorum dierum spaciū . P H. Si qdem.i.si certe biduum esset futuꝝ,sup.concederem sub intellige.Vetꝝ.i.sed vereor sup.ne isti duo dies fiant viginti dies. T. Profecto biduū erit sup. vel fiet non plus.i.non vltra,vel amplius,aut aposiopesis est interuentu sermonis Phædriæ. P H. Dixti.i.dixisti,aut nihil moror .i. non dubito, cum aut dixeris q̄n plus biduo sit futuꝝ si concessero . T. Nō fiet hoc modo.i.hoc pacto,vt putas,sine.i.permitte,à sino is,vt sup. exorem.i.persuadeam tibi,& in te meā sententiam inducā . P H Scilicet.i.faciū dum.i.facere oportet amore cogente,quoduis.i.quodlibet . T. Amo te merito,q̄a meruisti. P H. Bene facis,ibo tus.i.ad agros me conferam,ibi.i.ruri,macerabo.i.debilitabo,afflictabo,excruciabo me hoc biduum.i.hoc spacio bidui . Nomina aūt tēporalia cum omnibus verbis pñt poni aut in accusatiuo aut in ablatiuo,sed per accusatiuum elegantius loquimur,certum est.i.deliberatum est mihi , me ita facere .i. me macerare ruri hoc biduo, morigerādum est.i.oportet morigerari.i.obsequi,& morē gere Thaidi,ò Parmeno tu fac vt sup.illi.s.Eunuchus,& Aethiopissa , vbi masculinū genus præponderat fœminino adducant huc ad Thaidē .s. P. Maxime.i.libentissime . P H. O Thais vale in hoc biduum,q.d.à te abscedo ergo vsque ad duos dies.Nam hic vale potius absessum significat,q̄ salutationem . T. O mi Phædria,& tu nunquid.i.num vis aliquid aliud.i.non aliud petis me fieri interea q̄ biduum abieris . P. Ego ne .i. vtrū ego velim aliquid cum isto milite,isto dixit per contēptum.i.odioso,q. d. qd possem velle quandiu riualis miles à te præfertur, & tunc fit distinctio,deinde sequitur idē sup.vt tu absens.i.à me,qui ruri ero distās,sies.i.sis præsens per cogitationem,qm̄(vt Cic.inquit) nō minus nostra sunt,quæ mēte complectimur,q̄ quæ oculis intuemur.Posset enim sic fieri distinctio. Ego ne quid velim.i.vtrum petis sup. quid velim,deinde subaudi velim,vt tu presens cū isto milite sies .i. sis absens ab eo in me cogitando,ames medies,noctesq̄;.i.luceat tenebris,desideres.i.requiras me,& mei desiderio tenearis,somnies me .i. per somnū me videre videaris,expectes me,cogites de me,speres me . Expectare,& sperare sic differunt. Nam expectatio est certorum,spes vero incertorum. item expectatio ex propinquarum rerum,spes longinquarum. Itidem expectatio destinat tempus, spes non destinat . Oblectes te.i.delectationem capite,me.i.& memoria,&recordatione mei.Est.n.septimus casus,qui & ablatiuus est,sis tota .i. toto animo mecū p cogitationem,fac.i.da operam,vt postremo.i.tādem sis animus meus.i.vnanimis,mecū & velis ac optes qd̄ volo,& opto qñ.i. quia,sum tuus animus.i.à tua non dissentio voluntate,ita vt in-

ter nos tanta sit coniunctio animorum, vt vna vtriusq; sit volũtas,& quorsum alter animus feratur eorsum, & alter ferri nõ recuset. Is.n.est animus meus, qui animi mei cupiditati, seu mauis voluntati non refragatur, sed vnum, idemq. vtriusque est velle. T. Hic Thais conuertit sermonem ad Parmenonẽ apud eum de Phædria loquens: Me miserã, dolẽtis interiectionis vice fungitur, hoc dictũ me miseram quasi proh dolor, vel si mauis, sub audi fateor, vel affero me miseram, forsitan hic Phædria habeat .i. habere possit paruam fidem mihi .i. parum mihi credat, atque nunc iudicet me ex ingenijs .i. moribus, & naturis aliaꝝ meretricum. s. pol, iurantis est particula, qua mulieres vtebantur confirmaturæ quidquam, ego Thais, quæ. s. Thais, quæ enim refertur ad ego, sum conscia mihi .i. quę nosco voluntatem meam, & quæ scio quidnam in pectore gestem, scio certe hoc .i. vere hoc noui me, neq; finxisse. i. simulasse quidquam falsi. i. aliquod mẽdacium, neque quenquam .i. aliquem esse cariorem cordi meo hoc Phædria .i. hic Phædria, & quidquid feci eum excludendo, feci causa huius virginis. Nam spero. i. confido vel credo me reperisse propemodum. i. ferè fratrem eius, appositiue adolescentem, adeo .i. valde, seu nimis, vel sit particula expletiua .i. certe nobilem, & is frater ꝓstituit. i. proposuit se ventuꝝ esse hodie domum, aduerbialiter ad me, concedam .i. discedam hinc. i. ex hoc loco, intro. i. in domum, atq; expectabo, dum. i. quousq; veniat.

LATO. ARGVMENTVM) Per occasionem expostulationis narratur argumentum spectatori. [Horreo) Frigeo. [Bono animo) Ironica consolatio & perfaceta ex verbi translatione. Inseritur persona Parmenonis ad delectandum spectatorem. Sanè quia Ironia, qua notat perfidiã exclusionis. [O Thais) Querela quæ sit inuidiosior per optationem. [Ne crucia te) Blanda purgatio meretricis à necessario. [Credo vt fit) Ironica refutatio ab inere dibili. [Verum heus) Facta prescriptio, qua apte reponit vicem dubitãti de taciturnitate sua meretrici. [Plenus rimaꝝ) Translatio à vasis. [Samia mihi) Initium narrationis, nam quod præcesserit præparatio fuit. [Abreptam è Sunio) Sunium promontoriũ Atticæ, & Athenienſium emporium. [Vtrunque hoc) Vrbana interpellatio. [Ita est) Non negat Thais, sed præteritione reijcit. [Hoc agite) Hortatio dissimulantis, & ad institutum reuocãtis. [Tecum quoq;) Emphasis. [Sed ego) Acuta inuidiæ declinatio. [Multę sunt) Causæ exclusionis Phædriæ, quibus cupit abducere puellam à milite. Et est Scopus narrationis. [Sola sum) Occupatio ad confirmationem vtilitatis, qua præmollit aditum ad id, quod mox postulatura est. [Pessuma) Reprehensio ab indigno. [At ego) Imitatio elusoria. [Qua gratia) Ratiocinatio qua explanat causam, & eandem mox à signo cõfirmat. [Quid te ergo) Interrumpit inchoatam defensionem, & vehementi argumentatione obruit, per locum à remotione, detrectationem .s. munerum non esse causam, ergo militis amorẽ. [Quid istuc) Attende astutiam meretricis tandem remittentis contentionẽ, vt quod odio non potest gratia extorqueat. [Quam ioco) Confirmatio à minori. [Aut) Aut repetitio inchoatæ adiectionis per indignationem, & mox recusatio. [Ego ne quid) Amatoria & ridicula digressio Phædriæ. [Me miseram) Ficta querela meretricis ad spectatores, & præparatio ad futurum congressum Chremetis, rustici, adolescentis.

PETR. MISERAM me &c.) Quantum blanda meretricum verba, & nequitiæ valeant ad persuadendum docet hæc scena. Adolescens quippe inter æstus duorum affectuum positus, astu meretricis statim victus est, cupiens illi morem gerere, à qua pelleba
MARS. tur. Ideo bene dixit Heraclitus, auctore Philosopho, difficilius esse voluptati resistere quàm irę. Et Silius Italicus voluptatem sic taxat: Quippe nec ira Deum tantum, nec tela, nec hostes, Quantum sola noces animis illapsa voluptas. [Accede ad ignem hunc, &c.) Acyrologia, inquit Diomedes, est dictio minus conuenienter prolata, vel non proprijs dictionibus obscurata sententia. vt, Accede ad ignem hunc, iam calescis plus satis. Ibi nullus significatur ignis, sed meretrix. [Abreptam è Sunio) Sunium est promontorium Atticæ. [In Cariam est profectus) Caria est ꝓuincia minoris Asiæ. [Hoc agite amabo, &c.) Amabo est aduerbium blandientis. [Labascit victus, &c.). i. incipit cadere à constantia, & propositio.

GLAR. IN sexto versu, in pleriſque codicibus, quos nos vidimus, ita legitur.

Quis hic loquitur? Ehem tun' hic eras mi Phædria?
Quidam alterum Hic reiecerunt. Sed propter carmen nõ erat opus. fieri. n. potest vt s, in Quis elidatur, vel Ehem sit monosyllabum, & Tun' ratione interrogationis corripiatur. Et Donati item editiones illud habent. In sequente versu absque dubio d, eliditur initio in Quid. quod & Doct. admonuit, & vel Introibas trisyllabũ est, vel creticus est loco quarto. [Aut ego isthuc abs te factum nihili penderem) In isthuc eliditur s, inquit, Doctor. Potest &, meo quidem iudicio, creticus primo in loco esse, vt sæpius in hac scena. In versu continuo sequẽte O non eliditur in Obsecro. Deinde in quarto vel Eo monosyllabum est, vel bacchius loco primo. In quinto prępositio Prę eliditur, aut potius eius diphthongus. In hoc vero carmine Proin taceri si vis, vera dicito. Ioan. post Proin addit Tu. Sic vel Proin monosyllabum fuerit, vel bacchius loco primo. Idem hũc versum. Docere, educere ita vti si esset filiæ, Rectè emendauit, Educere legens pro educare, & Vti, pro, Vt, Doct. transmisit. [Ne hoc quidem tacebit Parmeno) Hunc versum, vt excusem, nisi primo in loco creticum ponamus, non hercle habeo. Et est haud dubie vnus ex illis, de quibus Prisc. admonuisse videri potest, quod nobis obijciebat Doct. cum in Andria actus 4. scena 1. Versus trochaicos trimetros catalecticos iudicarem, ille vero nescio quos creticos per 13. Versus esse contendebat. Quod superius admonuimus. In mox sequente versu vel Mea monosyllabon totum eliditur, vel creticus est loco quarto. Rursus in sequenti creticus est, si Eius dissyllabon legamus. Nam si monosyllabum faciemus erit trochæus primo in loco, qui hoc in carmine locum prorsus non habet. Nec libet præponere Eius monosylla bon propter sensum Nuper. n. ad priorem referendum est, nẽpe ad Mortua est. Nã vt ad Producit aut Vendit referatur, coactũ nimis videtur. Relinquitur igitur haud dubius creticus loco primo. In nono deinde versu Ait monosyllabum est. In 10. i vocalis in Vbi non eliditur, sed corripitur. [Cupio aliquos parare amicos beneficio meo) Cupio supereſt in trimetro, unde Doct. Verum cum sensus absq; eo verbo constare nequeat, & alia sint effugia per huius Poëta licentiã, nos eo modo in trimetri rationem conuenire putamus, vt primo loco sit proceleusmaticus, & secundo loco vel creticus pro spondeo, vel Prare dixit pro Parare, vt Postlare pro Postulare, in Andria Act. 2. Sc. 1. Eadem enim rõ est breuis vocalis in vtroq; verbo, hic a, illic u. Lectori liberꝝ esto iudicium. In 3. deinde versu vel I, eliditur in Illum, vel Primo, vna erit syllaba, vel secundo loco erit creticus. ex his tribus sequere quod voles, nec aberrabis. Rursus in tertio deinde versu, Ego quidq̃, legendum absque n, vt sit anapæstus loco primo, quanquam potest & Egon' legi, vt sit bacchius eo loco. Rursus deinde in tertio versu vel i, vocalis eliditur in, Nesciebam, vel secundo loco erit creticus. At rursus in tertio dein versu quarto eius loco erit creticus, nisi medium e in Abducere elidere placet. quod mihi non vr Rursus in tertio dein versu de Ego prior syllabam pertinet ad finem metri præcedentis, inquit Doct. Creticus tamen loco secundo positus hanc difficultatem facile tolet. In continuo dein sequente, legendum Nisi illum amas plus q̃ me. quod vetustus meus habet liber, & carmen recte constabit. In tertio dein versu rursus Ego ad prius carmen eliditur, inquit Doct. Ad rursus absq; n, legendum, Ego, non Ego. In 10. de in versu vel d, eliditur in Quid isthic? vel creticus est loco quarto. [Non fiet hoc modo sine te exorem. Ph. s.) In tertio huius versus loco proceleusmaticus est, & τὸ hoc ambiguæ distinctionis, Donatus ad posteriora refert, & absolute dictum existimat. In tertio dein versu s, elidendum in Gerundus. Initio vero eius vel proceleusmaticus cum iambo est, vel tribrachys cum anapæsto. Sextum deinde carmen ita quidem legunt Dies, noctesq. ames me, me desideres. At Ioan. putat ita legendum, Dies noctesq. me ames, me desideres. vt tertio loco sit tribrachys, & Me corripiatur, non elidatur. In tertio dein carmine Meus monosyllabon est, aut potius bacchius loco primo.

ACTVS II. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Phædria rus concedit, id quod Thaidi se facturum dixerat. Illius ex amore immutationem miratur Parmeno, & militis donum ita laudat, vt heri sui Eunucho præferat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hæc actio iam amatorum multiloquium, vaniloquiumq; continet. Nam Phædria sæpe repetit quod iam dictum est, & id facere magis, & odiose nimis. Deinde rus proficiscitur. Parmeno illius ex amore immutationem admiratur. Postremo militis donum mirifice laudat.

Tro

Trochaici, Iambicis admixtis, bisq. partim Tetrametris, partim Trimetris, vno etiam Dimetro.

PHAEDRIA, PARMENO.

TA fac, vt iussi, deducantur isti.
P. faciam. PH. at diligenter.
P. Fiet. PH. at mature. P. fiet.
PH. satin' hoc mandatum est tibi?
P. Ah rogitare? quasi difficile fiet. vtinam.
Tam aliquid facile inuenire possis Phædria,
Hoc quàm peribit. PH. ego quoque vna pereo. quod mi est carius.
Ne istuc tam iniquo patiare animo. P. minime: quin
Effectum dabo. sed nunquid aliud imperas?
PH. Munus nostrum ornato verbis, quod poteris: &
Istum æmulum, quod poteris, ab ea pellito.
P. Memini, tametsi nullus moneas. PH. ego rus ibo, atque ibi manebo.
P. Censeo. PH. sed heus tu. P. quid vis? PH. censen' posse me offirmare, &
Perpeti, ne redeã interea? P. te ne? nõ hercle arbitror:
Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adiget horsum insomnia.
PH. Opu' faciã, vt defatiger vsq;, ingratijs vt dormiam.
P. Vigilabis latius: hoc plus facies. PH. ah, nil dicis Parmeno.
Eijciũda hercle hęc mollities animi: nimis ne ĩdulgeo.
Tandem ego non illa caream, si sit opus, vel totum triduum? P. hui,
Vniuersum triduũ? vide, quid agas. PH. stat sententia.
P. Dij boni, qd hoc morbi est? adeon' hoies ĩmutarier
Ex amore, vt nõ cognoscas eundẽ esse? hoc nemo fuit
Minus ineptus, magi' seuerus qsq;, nec magi' continẽs.
Sed quid hic est, qui huc pergit? at at, hic quidem est parasitus Gnatho
Militis: ducit secum vna virginem huic dono: papæ,
Facie honesta. mirum, ni ego me turpiter hodie * hic dabo
Cum meo decrepito hoc Eunucho. hæc superat ipsam Thaidem.

* hinc alias, huc.

DON.

TA fac, vt iussi) Iam amatorium multiloquium & vaniloquium continet ista actio, nam & repetit quod iam dictum est, & id facit magis & odio se nimis. [Ah rogitare? quasi difficile sit) Deest vis, vel pergis, vt sit rogitare pergis? Vel te, si ipsum respicit. vel hunc, si auersus hoc dicit, vt sit, Ah, rogitare te? aut, rogitare hunc? Et distinctione interposita, inferendum vultuose. Quasi difficile sit id, quod mandat. Ita & ineptiam nimiam circa hoc soliciti amatoris expressit & ostẽdit nihil esse facilius, q̃ deducere ad meretricem munera, cum contra illud sit difficillimum, poscenti aliquid non dare. [Rogitare?) Subauditur te Vt sit, mirum est te rogitare, quasi sit difficile complere quod iubes. [Aliquid inuenire possis) inuenire acquirere. Sic in Heautont. Nam quæris patri qũo obsequare, & vt serues quod labore inuenerit. Nam ideo à præcedenti etiam quæstus dicitur. [Quàm hoc peribit) Deest facile, vt sit, facile hoc peribit. [Quod mihi est carius) Pro, qui mihi sum carior. Sed ego dixit absolute, occurrens huic pronomini quod [Quin effectum dabo) Quin pro imò. vt in Heautont. Quid nosõ mentiare. [Sed nunquid aliud imperas?) In his seruus nihil vult, nisi coactus facere, propter maiorem dñm. sic & alibi, Iubes ne, inquit? respondere ei Chærea, Cogo atq; impero. [Munus nostrũ ornato verbis) non dixit meum quasi & Parmenonis sit. [Et istum). i. molestum & odiosum, nam hoc significat istum. [Ab ea, pellito) Ab ea, ab eius animo. & non, pelli facito, sed pellito. [Tametsi nullus moneas) Properat seruus carpere vaniloquiũ domini Et nullus, p non. sic in Hecyra, Nullus dixeris. Plautus in Trinummo, nullus credas. [Ego rus ibo) Et hoc iam dictum est, sed ostendit q̃ molestè id incipiat Phædria. [Censen' me) Arbitraris, vt Censores, qui morum alienorum hñt summum arbitriũ Et ideo hunc putant non censere, quia ipse desiderat fieri. [Posse offirmare, & perpeti) Verba sunt desperantis. nõ firmare, sed ob firmare. non pati, sed perpeti. [Te ne?) Te quod ait, hanc vim habet, vt significet perditum amore Phædriam esse. [Nam aut iam reuertere) Modo iã pro statim. [Te adigent horsum) Hoc est ad vrbem agent. [Insomnia) Vigiliæ. Legitur & adiget, vt sit insomnia numeri singularis. [Vt defatiger vsque) Ordo est, vsque vt defatiger. [Ingratus vt dormiam). i. etiam inuitus & coactus. Nã ingratis, non vltro significat. quia vltronea grata sunt, ingrata, quæ ab * inimicis fiunt, ac recusantibus. [Nimis me indulgeo) Me sic veteres, quod nos mihi dicimus. Alibi Te indulgebant, tibi dabant. [Tãdem non ego illa caream, si sit opus, vel totum triduum?) Sic cœpit tanquam aliquid foret ducturus magnificum, non autem est παρὰ προσδοκίαν, sed vere amator magnum hoc putat. [Vel totum triduum) Magna profectio virtutis, cũ biduo sit opus, triduo posse durare. Et totum triduum, dicit vniuersum triduum ἐφ' ὅλου τοῦ. quasi sit triduum in multo numero. [Vide quid agas) Sic dicitur magna aggredientibus. [Stat sententia) Et vultu & gestu magis spectabile quod dixit stat sententia, vel maxime eo q̃ tanto sonitu hæc de se promittat Phædria continuo reditu rus, vel potius non accessurus ad villam. tantum autem aberit, quantum temporis opus est ad vitiandam virginem. [Quid hoc morbi est?) Excusatio amoris, quando nõ culpa, sed morbus est. [Adeon' homines immutarier ex amore, vt non cognoscas eundem esse?) More suo à plurali numero ad singularem se conuertit. [Vt nõ cognoscas eundem esse?) non solent stulti induci adolescentes, & ideo ad amorem retulit stultitiam Phædriæ. [Minus ineptus, magis seuerus) Nisi enim hoc esset, quid esset q̃ illum mulier præferret militi? aut quid relinqueretur proprium personæ militis, si & hic stolidus est? [Magis seuerus quisquam, Nec magis continens) Animaduerte vt amet Terẽtius Magis addere positiuo, potius quàm comparatiuum facere. Nam, neque seuerior, neque cõtinentior, tam valuit dicere, quàm magis seuerus, & magis continens. [Hic quidem est parasitus Gnato) Hæc apud Menandrum in Eunucho non sunt, vt ipse professus est parasiti persona & militis, sed de Colace translatæ sunt. [Facie honesta) οἰκονομία, qua ostenditur amaturus Chærea, si quidem hãc Parmenonis ipse miratur. [Facie honesta) Sic Virg. Et lætos oculis afflarat honores. Et mox idem, Ita me dij ament, honestus. [Ni ego hodie me turpiter hic dabo) Ni dabo, pro dedero. Virg. Quamuis solus auem cœlo deiecit ab alto. [Cũ meo decrepito Eunucho) Facere meo ad parasitum retulit cũ pulchro munere venientẽ. Et præparatio est ad ducendum Chæream potius, quàm deformem Eunuchum. [Decrepito hoc Eunucho) Decrepiti sunt dicti, quorum crepitu & plangore familiæ, fuerant iam conclamata funera. [Hæc superat ipsam Thaidem) Hoc sic accipias non vituperati Thaidem, sed tanquã ὑπερβολικῶς dici. Ideo addit ipsam, quasi nimiæ pulchritudinis. Et bene ipsam, propter quam datur.

* inuitis

FAC ita &c.) Hæc actio continet amatorium, vaniloquiũ, & vaniloquum. Nam in ea sæpius repetitur, quod iam dictum est. PH. Fac ita. i. eo pacto, & iussi. i. imperaui tibi, & commisi. Isti. i. Eunuchus & Aethiopissa, sed masculinum præponderauit fœminino. Deducantur. i. ad Thaidem ducantur. P. Faciam. PH. At. i. sed fac diligenter. f. P. At. i. sed, mature. i. tempestiue fac. i. Parm. fiet maturæ. PH. Satin'. i. satis ne, hoc est mandatũ. i. iniunctum tibi. P. Ah, indignantis est propter tam odiosam repetitionem: Mirum est sup. te rogitare. i. ita instanter rogare, vt id fiat, quasi ironice dicitur sit difficile. i. res difficilis ad meretricem munera deducere. vtinam possis inuenire. i. acquirere tã facile aliquid. q̃. i. quantum. facile hoc donum, quod dari iubes. peribit. i. nihil fiet, & nihil æstimabitur ab ea. f. Vel q̃ facile hoc peribit, intellige. i. quantũ facile hoc quod Thais tibi promittit. peribit. i. nõ durabit & euanescit. PH. Quoque. i. etiam ego pereo. i. molestia amoris conficior, vna. i. simul, cum eo quod dicis tam facile periturum. Quod mihi carius est. Donatus vult capi hanc structurã neutrã pro masculina, vt sit sensus, Ego qui mihi carior sum pereo vna cum eo dono, quod dicis periturũ. vel si vis fac, vt quod totam clausulam referat, vt sæpe fit. ita q̃ sit sensus. Ego quoque vna pereo. quod. i. quæ res. f. me petire est mihi carius. i. maiori est mihi curæ, & magis animum meũ tangit, siue pũgit, ne patiare. i. noli pati istud tam iniquo animo. i. tã ægre,

GVID.

quinimo pareto voluntati meæ. P. Minime.i.non patior.ſ.iniquo animo,quin.i.quin imò dabo effectum.i.producam in effectum,quod iuſſiſti. ſed nunquid imperas.i.præcipis aliud,quàm vt deducam domum tuum. P H. Ornato .i. reddito pulchrum & decorum munus noſtrum verbis.i.aliquo ſermonis eloquio. quoad.i.inquantum poteris. & pellito ab ea illum æmulum.i. inuidum, & riualem adducendo eum in inuidiam Thaidis. P. Ahu.interiectio ad eũ ſpectans,qui incipit capere,& intelligere. quorſum vergatur.memini.i.in memoria habeo iam reconditũ quorſum ſpectes tametſi.i.quãuis nullus.i.non, vt ſæpe ita interpretari ſolet. moneas .i. admoneas. P H. Ego ibo rus, aduerbialiter ponitur rus. atque manebo ibi .i. ruri. P. Cenſeo .i. ea eſt mea ſententia, vt id efficias. P H. Sed heus vocantis eſt aduerbium. tu. P. Quiduis? P H. Cenſen' .i. arbitraris ne? (vnde cenſores qui morum alienorum ſumunt arbitrium)Cenſen' ergo.i.arbitraris ne me poſſe affirmare.i.confirmare,conſtituere,ſtabilire animum meum.ſ.& perpeti.i.tolerare ne redeã. interea .i. quandiu hæc mea iuſſa ex plebis? P. Te ne .i. petis vtrum cenſeam te poſſe affirmare,vt nõ redeas hercle.i.per Herculem,nõ arbitror te poſſe affirmare &c.nam aut reuertere.i.redibis,iam.i.ſtatim,aut mox paulo poſt,inſomnia.i.viſa in ſomnis, vel vigiliæ, quamuis pro vigilia dicantur potius inſomnia inſomniæ primæ inflexionis,& propterea aliqui dicunt adiget, vt ſit ſingularis numeri. adigent.i.adducent,hoc eſt te ad vrbem agent.i.ducent, vel lege adiget.i.impellet horſum.i.verſus hanc vrbem, noctu.i.nocturno tempore. P H. Faciam opus.i.operabo ruri,vt defatiger vſque.i.aſſidue.& vt dormiam.i.ſomnum capiam ingratus.i.etiam inuitus,coactus.Nam ingratus non vltro ſignificat,quia vltroneæ grata ſunt,ingrata quę inimicis fiũt, ac repugnantibus. P. Tu laſſus.i.opere defatigatus,vigilabis.i. ſomnum non capies,facies .i. efficias,plus .i. maius,& difficilius hoc,in ablatiuo.i.inq vigilare laſſus.P H. Ah Parmeno nihil dicis,hæc mollicies.i.hæc effœminatio animi, eſt eijcienda.i.eruẽdã à nobis. Hercle.i.certe,vel per Herculem,nimis.i.plus æquo indulgeo me,antique pro indulgeo mihi, hoc eſt nimis ſum benignus mihi ipſi,& facilis,& parco nimis mihi tandem.i.vt ego maximum dicam, non careã.i.carere poſſim illa ſi ſit opus, vel .i.etiam,triduum totum.i.integrum triduum. P. Ridet Phędriã ſeruus. Hui,interiectio ridentis,vel aliquid admirantis,carebis bene vniuerſum triduum illa? vide.i.conſidera,quid agis.i.quid agendum ſuſcipias,quaſi res ardua ſit. P H. Stat ſententia .i. ea opinio eſt,& conſilium mihi placet,& apud me firmatum eſt,deliberatum ac decretum. P. Dij boni,vocatiuus eſt,q. d. inuoco vos,quid hoc morbi eſt .i. qualis eſt hic morbus,& inſania,non autem amor,Adeon'.i.eſt ne verum ſup.homines adeo .i. tantũ immutarier.i.mutari ex amore.i.propter amorem vt cognoſcas .i. cognoſcat aliquis ſecunda perſona pro tertia,vt ſæpe fit, non eundem eſſe hominem,qui ante amorem erat, adeo immutatus eſt, & more ſuo plurali numero ad ſingularem ſe conuertit,nemo fuit minus ineptus.i.prudẽtior,hoc.ſ.Phædria ante amorẽ, minus.n.vni poſitiuo iunctum reddit cõtrariam comparatui ſignificationem,vt minus prudens.i.ſtultior, minus ſtultus.i.prudentior. Quiſquam.i.aliquis non fuit magis ſeuerus.i.grauis. neque magis continens.i.à laſciuia tibi cauens.Sed quis eſt hic q pergit.i.qui proſequitur iter ſuum huc.i.ad hanc partem. At at. interiectio metuentis,vel oppreſſi ex ſeparato,quidem .i. certe, hic eſt Gnatho.i.ſic appellatus,paraſitus .i. qui adulatione victũ quæritat, & ſic replere ventrem deſiderat, militis .ſ. Thraſonis, quem ille paraſitus ambit.i.vt vẽtrem impleat,duci ſe eũ huic .ſ. Thaidi dono.i.pro dono vnam virginem,papæ, interiectio admirantis,facie honeſta .i. habentem faciem honeſtam,& modeſtam. Mirum erit ſup.ni.i.niſi,dabo.i.dedero,ſeu obtulero me, turpiter.i.cum pudore meo,hic.i.in hoc loco, cum hoc meo Eunucho.i.virilibus execto, decrepito.i.ſenio iam confecto admodum Decrepiti autem dicti ſunt quorum iam fuerant conclamata funera crepitu,& plangore familiæ,hæc puella ſuperat.i.vincit pulchritudine ipſam Thaidem.

LATO. ARGVMENTVM)Mandat adoleſcens puellæ,& Eunuchi deductionem ad Thaidem,& ipſe rus diſcedens peridiculoſe ſe confirmare nititur,Illudente interim Parmenone. [Facito vt iuſſi)Inepta,& ridicula ſolicitudo Phædriæ.[Ah rogitare)Indignatio ſtomachantis,& ſubaudi decet. [Ego quoque) Defenſio a maiori.[Munus noſtrum ornato).i.verbis cõmendato. [Tãetſi nullus)Pro fruſtra,& non neceſſario.[Cenſen' poſſe) Ridicula dubitatio deſperantis.[Nam aut)Facetą,& irriſoria reſpõſio. [Ingratus)In vitas.[Abi ſis) Collectio ſuijpſius ac rephenſio ad confirmationem.[Nimis me indulgeo) Vetuſte,per accuſatiuũ, ꝑ mihi.[Hui vniuerſum)Exclamatio irridẽtis. Deinde reliqua ad ſpectatores. [Sed qs hic) Præparatio ad congreſſum paratiti.

FAC ita vt iuſſi &c.) Amantium prodigalitatem verba cõplurima,& vana,inconſtantiam,debilitatem conſilij, & amoris imperiũ,amantiſq. duriſſimam ſeruitutem hæc ſcena exprimit. Id quippe genus hominum ſeruit affectibus. qua ſeruitute nihil excogitari poteſt inferius.Vnde Sen.lib.vj.epiſt.dicit: Nulla ſeruitus turpior eſt q̃ voluntaria.Et Diog.dicere ſolebat,ſeruos dominis, malos aũt cupiditatibus ſeruire.Ariſtippus dicebat. Non ingredi ad meretricem,ſed egredi non poſſe,turpe eſt. Et Habeo Laidem meretricem,ſed ab illa non habeor. Et:Etiam inter Bachanaliã pudicus non corrumpitur.Et Diog. inculcabat ſæpius, cupiditatem arcem eſſe omnium malorum. [Cenſen' me poſſe obſirmare)Cenſere,inquit Iuriſconſultus,eſt cõſtituere,vel præcipere. Vnde dicimus: Cenſeo hoc facias,& ſenatum cenſuiſſe. Inde cenſores. Cẽſere, inquit Pompeius,nunc ſignificat putare, nunc ſuadere,nunc decernere.[Non ego illa caream) Carere,inquit,Cic.in j. Tuſc. ſignificat egere eo quod habere velis. Ineſt .n.velle in carendo. Triſte eſt nomen ipſum carẽdi,quia ſubijcit hæc vis: Habet, non habet, deſiderat requirit, indiget, opinor hæc incommoda ſunt carentis. Caret oculis odioſa cæcitas,liberis orbitas. [Eijciunda hæc mollicies) Conſtans eſt, qui reſiſtit doloribus, qui proueniunt, à cupiditate abſentium voluptatũ. mollis vero,qui facile vincitur à doloribus, & qui luxu diffluit. Talis homo conſtanti opponitur. [Hoc nemo fuit minus ineptus)Inepti homines dicuntur,qui non ſeruant decorum.[Magis ſeuerus) Seuerus dicitur grauis,& hoſtis malorum morum. Continens eſt qui ſuperat,& reijcit eas voluptates, à quibus plures ſuperantur. Incontinens,qui ſuperatur ab his voluptatibus, quas multi non inepti, ſed ſeueri, & graues ſuperarent.

PETR. MARS.

VT in hac ſcena amatorium multiloquium, & vaniloquiũ eſt auct. Donato,ita carmina ſunt non vnius rationis,nec plane ſibi vbique conſtantia. Primus itaque verſus trochaicus eſt tetrameter acatalecticus,inqt Doct.&recte,meo quidem iudicio ſed quod ſubiũgit, niſi tollas è verſu Iſti,id vero non recte.fieret.n. tunc heptameter,cuiuſmodi nullum apud hunc reperias auctorem.Secundus item eſt trochaicus tetrameter,ſed catal. idem,inquit.Tertiũ quinque verbis Ah cogitare quaſi difficile,ſit ait iãbicum dimetrum. Si prior dimeter iambicus eſt,vtique hyperca talecticus eſt.Atqui ſi verbum facile non legitur,quod Donatus ſupplendũ in Quàm hoc peribit, quemadmodum quidã habent libros,exiſtimat,erũt duo trimetri troch.catal. quales apud hũc poẽtam binos ternos ue inueniri,ſæpe in his annotationibus teſtati ſumus, & ſupra in Andr. Act. iij. Sce. ij. ad hunc modum:

GLAR.

Ah rogitare quaſi difficile ſit, Vnam
Tam aliquid inuenire poſſis Phædria.

In verbo.n.Tam,facile,vt ita loquar, intelligitur facile. Sed lector ſequatur quod volet.Sequens deinde verſu trochaicus tetr. eſt catal.cum cretico in vj.loco.niſi Mihi totũ elidere malimus. Sextus aũt ab initio ſcenæ verſus cum tribus ſequentibus eſt ſenarius iambicus trimet.Decimum Doct.ait iambicum ſcazonta catalecticum,in quo ſunt octo pedes, & ſyllaba feſellit eũ numerus.Nam pro octo pedibus,& ſyllaba,ipſe ſeptem pedes accepit, & ſyllabã. Sed ego puto initio huius verſus Memini eſſe monometrum,deinde reliquum,quod ait Doct. iamb.cum tetr. catal. vt &ſequens eſt verſus.Sequitur deinde trochaicus tetr.catalect. Perpeti ne redeam interea? P. Te ne? non hercle arbitror.Deinde ſequuntur quinque iambici tetr. catalectici,quorum priores quatuor Doct.iudicauit eſſe trochaicos,ſed non recte. Nam de primo non eſt dubium quin ſit iambicus. In ſecundo,Elide,inquit,duos,ſed elide vt voles, nunquam ita hunc verſum torquebis,quin iambi trochæis contrarij venient.Ego meam de eo ſententiam dicam, penes Lectorem ſit iudicium. Primo quidem loco s,in Opus elidendum puto,vt Doctor. vt ſic proceleuſmaticus initio, opu' faci, ſecundo loco ſpondeus, tertio & quarto iambus, quinto ſpondeus, ſexto iambus. Hactenus bene conſtat verſus,ſed pro duobus iambis ſiue ſpondeo, & iambo reſtat verbum Dormiam quod pro cretico aut dactylo eſſe cõſtat, ſed in iambico,hoc loco nunquam ponitur,qua re ego ſuſpicor aliquid deeſſe verſui. Itaque ſi vel Dein pro in monoſyllabum verbo Dormiam præponatur,verſus conſtabis,nec ſenſus perturbabitur, De ea tamen re cum nemine contendero. Fieri enim poteſt vt poẽta ſtudioſe huic vaniloquo talem dederit ſermonem, vt eſt tota ipſis oratio. Sequens deinde verſus bene habet,ſed in Laſſus eliditur s, & in Abi poſterior ſyllaba corripitur, & Nihil monoſyllabum eſt. Quanquam abſque omni eliſione verſus legi poteſt per tres bacchios tertio,quinto,& ſexto

to locis. Est autem iambicus tetram.catalect. non trochaicus. Ita continuo duo sequentes iambici sunt, non trochaici. Trochaici autem incipiunt ibi Vniuersum triduum, in quo Vide pyrrhichius est, quod & Doct. notauit. In sequente autem carmine d, eliditur in Quid, rursus in sequente Eundem dissyllabum est. In Quarto à fine versu, primo loco dactylus est, secundo spondeus, tertio trochæus, quarto & quinto anapæstus, sexto trochæus, deinde creticus siue trochaicus cum syllaba, vt sic legetur versus.

Sed quis hic est, qui huc pergit? at at hic parasitus quidem est Gnato.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Quasi ambulantem Gnathonis personam inducit, sub cuius verbis corrupti hominum mores ostenduntur, maxime assentatorum, qui patellam sequuntur, & ad prandia præsto sunt.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena, quæ tota moralis est quasi ambulans persona inducitur. Exprimit autem parasitum, sub cuius verbis corruptos hominum mores in assentationem prolapsos ostendit, adeo vt honestæ quoque personæ in eius culpa inuentæ sint, Gnatho factum adulandi instituit, deinde mira dicacitate, & mordacibus salibus Parmenonem lacessit.

Trochaici, & Iambici Tetrametri Catalectici.

GNATHO, PARMENO.

DII immortales, homini homo quid præstat? stulto intellegens
Quid interest? hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi:
Conueni hodie adueniens quendam mei loci hinc, atque ordinis,
Hominem haud impurum, itidem patria qui abligurierat bona.
Video, sentũ, squalidum, ęgrum, pannis, annisq́. obsitũ.
Quid istuc, inquam, ornati est? quoniam miser, quod habui, perdidi,
Hem quò redactus sum: omnes noti me, atque amici deserunt.
Hic ego ilum contempsi præ me: quid homo, inquã, ignauissime?
Ita ne parasti te, vt spes nulla reliqua in te siet tibi?
Simul consilium cum re amisti? viden' me ex eodem ortum loco?
Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis?
Omnia habeo, neque quidquam habeo: nil cum est, nil defit tamen.
At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati
Possum. quid tu his rebus credis fieri? tota erras via.
Olim isti fuit gñi quondam quęstus apud sæclũ prius.
Hoc nouum est aucupium: ego adeo hanc primus inueni viam.
Est genus hominum, qui esse primos se omnium rerum volunt,
Nec sunt: hos consector: hisce ego non paro me vt rideant,
Sed eis vltro arrideo, & eorum ingenia admiror simul:
Quidquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque:
Negat quis, nego: ait, aio: postremo imperaui egomet mihi,
Omnia assentari. is quęstus nũc est multo vberrimus.
P. Scitum hercle hominem: hic homines prorsum ex stultis insanos facit.
G. Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum vbi aduenimus,
Concurrunt læti me obuiam cupedinarij, coqui,
Lanij, cetarij, fartores, piscatores, aucupes,
Quibus, & re salua, & ꝑdita profueram, & prosum sępe:
Salutant: ad cenam vocant: aduentum gratulantur:
Ille vbi miser, famelicu', videt me esse in * tantum honorem, * tanto honore
Et tam facile victum quærere; ibi homo cœpit me obsecrare,
Vt sibi liceret discere id de me. sectari iussi:
Si potis est, tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula, parasiti itidem vt Gnathonici vocentur.
P. Viden', ossum, & cibu' quid * faciat alienus? G. sed ego cesso * facit
Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cenam vt veniat.
Sed Parmenonẽ ante ostium * Thaidis tristem video, * Thais
Riualis seruũ. salua est res: nimirum hic hoĩes frigent.
Nebulonem hunc certum est ludere. P. * hice hoc munere arbitrantur. * hi, al. ijce
Suam Thaidem esse. G. plurima salute Parmenonem
Summum suum impartit Gnatho. quid agitur? P. statur. G. video:
Nunquidnam hic, quod nolis, vides? P. te. G. credo. at nunquid aliud?
P. Qui dum? G. quia tristi' es. P. nihil equidem. G. ne sis. sed quid videtur
Hoc tibi mancipium? P. non malum hercle. G. vro hominem. P. vt falsus animi est.
G. Quàm hoc munus gratum Thaidi arbitrare esse? P. hoc nunc dices.
Eiectos hinc nos. OMNIVM rerum heus vicissitudo est.
G. Sex ego te totos Parmeno hos mẽses qetum reddã?
Ne sursum, deorsum cursites; ne ue vsque ad lucem vigiles.
Ecquid beo te? P. men'? papæ. G. sic soleo amicos. P. laudo.
G. Detineo te fortasse: tu profectus alio fueras.
P. Nusquam. G. tum tu igitur paulum da mihi operæ: fac, admittar
Ad illam. P. age modo, nunc tibi patent fores hæ, quia istam ducis:
G. Num quem euocari hinc vis foras? P. sine, biduum hoc prætereat.
Qui mihi nunc vno digitulo fores aperis fortunatus,
Næ tu istas faxo calcibus sæpe insultabis frustra.
G. Etiam tu hic stas Parmeno? eho numnam tu hic relictus custos,
Ne qs forte internũcius clam à milite ad istã cursitet?
P. Facete dictum. mira vero, militi quæ placeant.
Sed video herilem filium minorem huc aduenire.
Miror, qui ex Piræeo abierit: nam ibi custos publice est nunc.
Non temere est: & properans venit: nescio quid circunspectat.

DON. DII immortales, homini homo quid præstat?) In hac scena non stans, sed quasi ambulans persona inducitur. Constitit tñ aliquantulum, intuens spectatores, dum secum loquitur. Exprimit autem parasitum, & sub eius verbis corruptos mores in assentationem ostendit, prorsus vt honestæ quoque personæ in huiusmodi culpa iuuentæ sint. vt alibi, Obsequium amicos, veritas odium parit. [Dij immortales) Hoc iam mire, & pro seculi ac temporum repræhensione satyrice Terent. q̃ apud eum stultum vocat simplicem parasitus, & intelligentem malum. [Dij immortales) Admirantis exclamatio est, cum parasiti gesticulatione. [Dij immortales, homini homo quid præstat?) Morata narratio à sententia incipi solet, quæ dr προμύθιον. [Homini homo quid præstat?) Alij distinguunt, quid præstat stulto intelligens? Alij, stulto intelligens quid interest? quia sic veteres loquebantur. [Quid interest?) Hoc admirantis est, & ideo. sic pronunciandum. [Conueni hominem) Conuenisse, non vidisse tantum, sed etiam collocutum fuisse significat. [Mei loci, atque ordinis) Loci, ingenium, ordinis, pauperem. Illud natalium, hoc fortunæ est. [Hominem haud impuram,) Non dixit prodigum, quia hoc ipsum probat, sed non auarum, non improbum. Et sic laudamus eos, in quibus nihil est quod magnopere efferamus. [Itidem patria qui abligurierat bona) Hoc ioculari vultu dr. Et eleganter ex persona parasiti non cul patu q̃ comederit bona. [Abligurat) Suauibus escis consumpserat. Nam ἀπὸ τοῦ λιρεοῦ, est ligurire, & λιρεὸν Græci suaue appellant. [Video sentum,) Quam bene video, è postquam dixit conueni. & tempus mutauit & verbum. [Sentum) Horridum. [Sentum,) Ad horrorem retulit. [Squalidum) Ad sordes. [Aegrum,) Ad maciem. [Pannis annisq. obsitum) Ad vestitum, & ad tristitiam. Sed pannis & annis, μαρελογίαι parasitorum sunt. [Pannis annisq. obsitum) vel parasitica vernaliate κατ' ὁμοιοτέλευτον dictum. vel quia Homerus dixit, αἶψα γὰρ οὐ νημερτὲς ἐπὶ γήραϊ πεῖρας ἵκηται, & est miseriæ senium deditum. Vnde huic magis tristitia grauitasq. displicuit aliena semper ab omnibus parasitis. [Annisq. obsitum) Bene addidit annis, quia vt quisque miserior est, ita senior videtur. [Obsitum) vt sentum dixit obsitum, μεταφορᾷ ab agro. [Quid istuc ornati, inquam?) Scire nos conuenit, cum recto casu profertur interrogatio, non esse contumeliosum. Vt si dicas, Quis hic homo est? Si autem in obliquo, contemptum significari: vt, Quid hoc est hominis? quid mulieris? quid ornatus? [Quid istuc ornati, inquam?) Ornatus, τῶν μέσων est ad dedecus, & ad turpitudinem. Vel simpliciter hoc accipe, vel εἰρωνικῶς. Et ornati, vt senati, antiquus genitiuus. [Quod habui, perdidi) Non dixit id, quod erat, comedi, aut consumpsi. [Hem Quò redactus sum?) vel habitum suum, vel corpus ostendens hoc dicit. Nec quidquam hic, nisi ex media consuetudine collocatum est. [Omnes noti me atque amici deserunt) Sententiose atque mordacirer in mores. [Hic ego illum contempsi præ me,) Hoc est illud, Homo homini quid præstat, stulto intelligens? [Ita ne parasti te,) Quam obiurganter, tanquam in illo sit, q̃ miser est. Et alibi, Nam nemo illorum quisquam ad te venit, quin ita paret sese, vt abs te blanditijs quam minimo precio suam voluptatem expleat. Et hoc proprie verbum ad exprimendam inhumanitatem & ignauiam factum est. [Vt spes nulla reliqua in te siet tibi?) Sententiose, ad illud quod & Virg. ait: Ponite spes sibi quisque. [Vt spes nulla reliqua in te siet tibi?) Bene, quasi qui rem à fortuna acceperit. [Simul consilium cum re amisti?) Virg. Nec si miserum fortuna Sinonem Finxit, vanum etiam, mendacemq. improba fingit. Et Salust. Neq; fortuna eget, quippe quæ probitatem, industriam, aliasq. bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam potest. Ergo hæc interrogatio, increpantis est, nec desiderat responsionem. Nam consilium, in bonis animi: Res, in potestate fortunæ. [Ex eodem loco?) Ex eadem fortuna. [Qui color, nitor, vestitus, quæ habitudo est corporis?) Hoc contra illud, Video senũ, squallidum, ægrum, pannis annisq. obsitum. Color ergo ad Sentum: Nitor ad Squallidum: Vestitus ad pannis annisq. obsitum: Habitudo corporis, ad Aegrum refertur. [Omnia habeo) Ad Quod habui, perdidi. [Neque quidquam habeo:) Ad Mei loci atque ordinis hominem. [Quæ habitudo est corporis?) Plaut. in Epidico, Corpulentior hercle, atque habitior. [Omnia habeo,) Ad industriam retulit. [Neque quidquam habeo) ad fortunæ culpam, & item denuo, fortunæ crimen, Cum nihil est. Ad suam laudem, Nihil defit tamen. [Omnia habeo, neque quidquam habeo) Alterum horum, neutrum ue potest cuius accidere, vtrunque nulli. [Nihil cũ est nihil defit tamẽ) Figura ἐξ ὑμερῶν. Vt apud Virg. Sequiturq. sequentem. Et Cic. Cum tacent, clamant. [At ego infelix, neque ridiculus) Iã transit ἀπὸ τῆς μιμητικῆς πρὸς τὸ πρακτικόν. [At ego infelix, neque ridiculus) Vehementer inuectus est in tempora, & mores poëta sub hac persona in qua hominẽ ita inducit pœnitere probitatis suæ, vt se infelicem, non honestum dicat. Et non, nolo. sed, non pos sum. [Quid tu his rebus credit fieri?) Dum quis ridetur, aut vapulat. [Tota erras via) Παρόμιον per μεταφοράν. [Apud seclum prius) .s. cum essent tempora meliora. [Hoc nouum est aucupium) Vide quid interfit, cum illud quæstum dicat, hoc aucupium, illud de sapientibus, hoc de stultis. [Inueni viam) Adeo nouum est aucupium. [Est genus hominum) Quia multi sunt huiusmodi, non dixit homines sunt, sed, est genus hominum. [Hisce ego non paro me vt rideant) Quia ille dixerat, Ego felix neque ridiculus esse, neque plagas pati possum. [Sed his vltro arrideo) Quid est, His arrideo? aut veluti pareo .i. obsequor, aut veluti dictis delector. Atq; arrideo, non sicuti parasitis fieri solet, vt his arrideatur à regibus, cum potius ipsi dictis factisq. rideant alienis, hic esse intelligendum, ẽt res ipsa indicat ex contrario. Nam quod ait supra, His ego non paro me vt rideant. hoc econtrario ostendit quod subijciatur ex dictis. [Sed his vltro arrideo) Vltro, versa vice, an prior? an ẽt insuper, hoc est vltra? [Admiror simul) Plus intulit, quam si laudo dixisset. [Quidquid dñt) Non, quod dñt: sed, quidquid dñt .i. bene, vel male, ne vel si intercluſa fuisset assentatio, se impediat, q̃ contrarium laudauerit. [Id rursum si negant laudo id quoq;) Præclare Terent. q̃ à Satyrico de alijs diceretur, id hic de se dicentem inducit facetius multo, q̃ si aliter fecisset. .s. παραπέμπων mores temporum iam tum vitiatos per assentationem, q̃ ferè in plerisque fabulis monstrat. Vt ẽt in And. Nam hoc tpe obsequium amicos, veritas odium parit. Et in Adel. Quòd te isti facilem, & festiuum putant id non fieri ex vera vita, neq; adeo ex æquo, & iusto, sed ex indulgendo, vel assentando, & largiendo. [Negat q̃s, neg.) Bene sic dixit. negat, & ait, contraria sunt. vt Plaut. in Rud. Vel tu ais, vel tu negas. [Is quæstus nunc est multo vberrimus) q̃ ille apud seculum prius fuerat. Et vide quemadmodum illibe ralem vitam honestiore nomine nominauit aucupium, post ẽt quæstũ nominauerit. * hic inducens. [Scitum hercle ho.) Miræ Terentius longæ orationi interloquia quædam adhibet, vt fastidium prolixitatis euitet, velut nunc Parmeno procul audiens Gnarhonem, hæc loquitur. [Interea loci) Duæ partes orationis cum coniunctæ vnam fecerint, mutat accentum. [Cõcurrunt læti mihi obuiam) Et multos, & properos vno verbo ollẽdit, & ex aduerso ad festinantes. [Cupedinarij) Varro humanũ rerum. Numerus, Equitius Cupes, inquit, & Aomanius Marcellus singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis, publicata sunt bona, & ædes vbi habitabant dirutæ, eque ea pecunia scalæ deum penatium ædificatæ sunt. vbi habitabant, locus vbi venirent ea quę vescendi causa in vrbem ferant allata. Itaq; ab altero macellum, ab altero fo⁊ Cupedinis appellatum est. [Cupedinarij) Oẽs, qui osculenta, & * poculenta vendunt, à rebus cupedinis ob alimentum cupedinarij appellãtur. Et ipse subiecit, q̃ accipiendi sunt cupedinarij. [Lanij) q̃ laniant pecora, vnde & laniſtæ dicti, qui laniandis præsunt gladiatoribus. Sic & Macellum à mactandis pecoribus dictũ. [Piscatores) q̃ recentem piscem præbent. [Fartores) Qui infitia, & farcimina faciunt. [Cetarij) Qui cete. i. magnos pisces venditant, & bolonas exercent. [Cetarij, lanij, coqui, fartores) δραματικὰ comicum, In palliata Romanas res loquitur. [Quibus & re salua) Cũ de meo impenderem. [Et perdita profueram) Cum de alieno nanciscor, & expendo. [Sæpe) Expletiuæ significationis est. [Ad cœnam vocant) Vtrum ad emendam cœnam? an ad conuiuiũ? [Aduentum gratulantur) Accusatiuum casum pro datiuo, pro aduẽtui gratulantur. Et auentus proprie expectatorum, necessariorumq. dr. [Ille vbi miser famelicus videt me) Hic ostendit quæ res coẽgerit ad discendum, & simul vide ⁊ in vulgi opinionem loqui parasitum. Miseꝛ & famelicum, hominem honestis moribus ꝓditum. [Ille vbi miser famelicus videt me) Vide vt sententiose demonstret malos ex bonis contagione fieri, exemplis in prauum pręualẽtibus. Videt mihi hoc prodesse, & discere optat, quod negabat se posse. [In tanto honore) Quia concurrunt, salutant. Famelicus à fame, & edendo dictus est, quasi famelicus. [Tã fac. victum quær.) qa ad cœnam vocant. [Ibi) Pro tunc. [Homo) mire addidit homo. aut additum superuacue Homo: vt, Dona. hŕe viro decus, & tutamẽ in armis. [Vt sibi liceret discere) Quasi disciplinam, aut artem. tñ auctoritatis criminum felicitas sumpsit. [Discere id de me) Magis, de illo, & de me, veteres dicebãt,

* poculata

quam

quàm vt nos dicimus,à me, aut ab illo. [Sectari iussi) Proprie. nam,& sectæ philosophorum ab eo dictæ sunt. [Ex ipsis) Philosophis.s.[Ex ipsis vocabula)Vt Pythagorica,Platonica. Hoc igitur non est consequens ad illud quod vult dicere, nisi forte disciplinam pro discipulis posuerit.[Parasiti vt Gnathonici vocentur) Non hoc intulit quod cœperat dicere, nisi forte discipli nam pro discipulis accipimus. [Viden' ocium,& cibus quid faciat alienus?) Rursus Parmeno, & facetias dicit, & distinguit longiloquium parasiti.[Quid faciat) Legitur,& quid facit,vt sit figura per modos,pro,quid faciat. [Hanc deducere) Proprie. Nam Ducitur quis ad supplicium: Deducitur ad lætitiam. [Et rogitare ad cœnam)Vide parasitum magis optare ad cęnã Thaidem vocari,quàm munus capere. [Thaidis) Legitur,& Thais. [Salua res est) Quia, & ante ostium,& tristem video, salua res, est. Nec hoc valet ad lætitiam,quòd Parmeno est,sed quod rualis seruus.[Salua res est)Prouerbialiter. [Nebulonem)Vel furem, quia nebulas obijciat, vel mollem, vt nebulam: vel inanem,& vanum vt nebula est. [Hice) Pro,hi vetuste. Virg. His certe neque amor causa est vix ossibus hærent. quia hisce debebat dicere. [Hice hoc munere arbitrantur)Non immerito Gnathonem deridet Parmeno, qui penitus nouerit meretricis consilium.[Summum suum)τὰ πλεῖστα.[Summum suum impartit Gnatho) Hæc tota locutio, parasiticæ, elegantiæ, & simul εἰρωνείας plena est. Nam,& plurimum dicit ei salutem,quem ne exiguã quidem velit continere,& summum dicit eum, qui nec leuis amicus sit sibi,& Parmenonem Gnato, non ego te. [Summum suum)Quàm venuste, quòd summum amicum non re salutet Parmeno.[Quid agitur?)Pro blandimento,non pro interrogatione nunc ponitur. vt,O noster,quid fit? [Quid agitur,ſtatur) Pro,quid agis? sto. Et facere, nam stat, cui ingredi non licet. [At nunquid aliud?) Cum iurgio hic de illo respondit. & ideo repetit dictum Gnatho. [Qui dum?) Interrogat interrogationem,ne ipse respondeat.[Nihil equidem) Dicens nihil,mutauit vultum Parmeno in lætitiam. Ideo illi facere Gnatho agenti hoc ipsum,ne sis,dixit, vt probaret tristem fuisse. [Nihil equidem)Pro non. & infra,Nihil dixit,vt sequerer se.[Hoc tibi mãcipium) πατρέναος, mancipium dicit puellam, aut virginem. [Non malum hercla) Inimica laudatio. [Vro hominem) Sibi hoc gestu, & vultu parasitico dicit, & pro eo quod est, dolere cogo. [Vt falsus animi est) Similiter, & Parmeno secum gestu seruili. & animi,pro animo,ἀττικῶς veterum,qui ingens es vitium,& dues es opum,amabant dicere. [Vt falsus animi est)Ex hoc falsus animi, est quòd putat huiusmodi munere capi posse Thaidem. [Quàm hoc munus gratum Thaidi) Mire insultat Gnatho. Quanto enim magis munus gratum fuerit, tanto rualis exclusior. [Omnium rerum heus vicissitudo est)Vide locum in quo erumpere dolor Parmenonis potuit,nisi commissa seruaret,& celares Thaidis consilium. [Sex ego te totos,&c.) Quid est totos? an diebus,& noctibus? vtpote amatoris seruũ, ac per hoc sine vlla cessatione, & intermissione. [Hos menses) Hos,qui nunc aguntur.i.hoc tempore.[Quietum reddam)Facete,quasi hoc ipse fecerit. & hoc est quod ait, Plurima salute Parmenonem summum suum impartit Gnatho, tanquam amico consulat. [Ne sursum deorsum cursites) Quod est laboris.[Ne ue vsque ad lucem virgiles)Quod est exitij. [Sic soleo amicos) Hoc εἰρωνικῶς. [Detineo te)Valde teneo. [Fortasse tu profecturus alio fueras) Vult exprimere confessionem,quòd ad Thaidẽ venerit,sed intrare non possit. [Paululum da mihi operæ) Hoc quasi supplicantis vultu ad irrisionem dicitur.[Paululum da mihi operæ) Proprie sic dicitur, adiuua me. Sic in Adel. Hæc opera vt data sit. [Nunc tibi patent fores) Ex eo quantum licere oportuit ostendit, * quàm misere nihil illi liceat Parmenoni.[Quia istam ducis) Hoc quasi ad Gnathonem,sed lente ac sub lingua murmurat. [Num quem euocari hinc vis foras?)Quia ipse intrare non potest.[Sine biduum hoc prætereat) Et hoc lentius. nam si aliter pronunciaueris,secreta produntur. [Qui mihi)Mihi πρὸς ἀττικισμὸν dictum est.[Fortunatus)Vt ipse videris tibi.[Næ tu)Næ,valde. [Insultabis fores) Sal. Multos tamen ab adolescentia bonos insultauit. [Ne tu istas faxo calcibus)Mira eloquentia,in qua vtraque ὑπερβολὴ expressissima est. Nam neque vno digitulo minus aliquid dici potest,neque calcibus sæpe insultabis, aut amplius, aut ingentius. [Num nam) Hic nam abundat,vt quidnam. [Relictus custos)Bene relictus, quasi ab excluso. [Ne quis forte internuncius) Proprie, internuncius.[Ne quis forte internuncius) Ex his verbis datur intelligi parasitum è domo meretricia egredi. [Ne quis forte internuncius clàm à milite ad istam curritet)Et hoc facete,quasi ipse sibi Thaidem tota vendicauerit, quod miles facit. [Facete dictum) εἰρωνικῶς, quia infacete. [Mira vero militi quæ placeant) Mira,pro mirum. Virg. Nota tibi. & est εἰρωνεία. Quid mirum est,inquit,facete loqui eum,qui militi placeat? Potest tamen, & pluraliter intelligi.[Sed video herilem filium)Non potest Terentius πρέπουσαν proprie dicere,& ideo herilem filium dicit. [Miror quid ex Peireo abierit)Hic causa ostenditur,cur potest ignotus esse vicinus,& pro Eunucho fingi.[Miror)Pro nescio. [Miror quid est Peiræo abierit) Vt ex Peiræo discederet, symbola amicorum, vt huc peruenire omisso negocio, aspectus, virginis fecit. [Nam ibi custos publice) Aduersus prædonum incursus illic excubabat iuuentus Attica.Peiræum,vt Sunium,est maritimã, & accessu littoris pars clementior. [Publice est nunc) Nunc ambigua distinctione positum est.[Et properas venit)Mire locuturum ante formauit: vt gestus verba præcedant, verba habitum consequantur. [Non temere est) Vt Virg. Haud temere est visum.

GVIDO.

DII immortales,&c.) In hac scena optime,atque elegantissime parasitorum mores exprimuntur. GN. Dij immortales, exclamatio admirantis, quid.i.quantum homo vnus præstat.i.præferendus est alteri homini.s.Quid .i. quantum intelligens.i.prudens,interest .i. differt à stulto.i.ab imprudenti, adeo .i.certe,hoc.i.hæc sententia,venit mihi in mentem .i. subit animum meum, ex hac re .i. ob hanc causam, ego aduenies hodie conueni.i.sum allocutus quendam hominem,hinc mei loci,vel ex eodem loco oriundum, quo ego, vel eiusdem generis, quasi ijsdem natalibus horum,ita quòd alter non est ex maiori loco natus,quàm alter, atque mei ordinis .i. mei status quantum ad fortunas,q.d. pauperem,vt ego sum, haud impurum, non auarum, quoniam auaritia sæpe dicitur sordes,& auarus sordidus, & bene non auarum, quoniam prodigus erat. Qui itidem .i. similiter vt ego. obliguerat.i.suauibus escis, seu epulis consumserat bona patria.i.quæ à patre relicta sibi fuerant. Et obligurio is verbum est à Græco tractum.Nam lyguron Græci suaue appellant,video.i.aspicio,eum sentum.i.horridum. Sentus tantum dicitur à sentibus.i.spinis,& est ille proprie, qui gestat vestem vilem multis frustris compositam cuius frustra spinis colligantur,& coniunguntur,Virg. in 3. Consertum tegmen spinis ac cetera grauis. video inquam eum squallidum .i. sordidum, & alta sordidum congerie obductum. Squallor enim est illuuies densa,& inculcata. Squallere enim dicitur quidquid facie noua visentibus incutit horrorem,video inquam ægrum.i.animo mœstum,& obsitum.i.inculcatum,circundatum,& quasi suffarcinatum, pannis.i.villibus indumentis,& annis .i. senio,inquam.i.dixi. Quid istuc ornati,pro ornatus est. Antiqui ornati,& ornatus in genitiuo dixerunt,senati,& senatus,tumulti, & tumultus, vt Prisc. probat exemplis. Vbi est aduertendum, quòd si in casu recto proferatur interrogatio non est contumeliosa,vt si dicas. Quis hic homo est. sinautem in obliquo proferatur contemptus significatur,vt si dicatur. Quid hoc est hominis? quid mulieris,quid ornatus? Respondit alter. Quoniam ego miser .i. inops,perdidi .i. consumpsi,quod habui .s. à patre meo, Hem dolentis interiectio, quo.i.ad quem statum, redactus sum .i. deueni, omnes noti .i. cogniti, & amici .i. qui prius erant familiares cum dues essem deserunt.i.derelinquunt me. hic .i. tunc,ego Gnatho contempsi illum præ me.i.in comparatione mei, q.d. quamuis patrimonium consumpserim sicut,& ipse, tamen mea industria viuendi viam comperi,inquam .i. dixi illi. quid? modus interrogandi. ò homo ignauissime.i. sine animositate,& qui totus animo cadis. Ita ne parasti.i.disposuisti te,vt nulla spes sit tibi reliqua .i. relicta,& superfit tibi in te.i.in tuo consilio,& industria,amisit consilium.i.rationem,, qua tibi consulere debeas, simul.i.vna cum re .i. substantia tua, seu patrimonio, viden' .i. vides ne, me ortum ex eodem loco, qui .i. qualis color est mihi sup. non enim vt tu. sentus sum .i. horridum aspectu,qui nitor.i.qualis munditia est mihi. non.n. vt tu squallidus sum, qui vestitus.i.quis cultus est mihi. non .n. pannosus sum vt tu, quæ.i.qualis est mihi habitudo corporis .i. aptitudo status corporis mei, q d.sum vegeto corpore,viuido, & bene habito. Habeo omnia quantum ad industriam.s.quia viuendi non deest mihi consilium,neque habeo quidquam fortunarum .s. cum,id est quamuis. nihil est mihi fortunarum nihil tamen defit,à defio,id est deficit,vel deest mihi, quoniam viuendi semper habeo industriam. Respondet alter. At.i.sed, ego infelix, neque possum esse ridiculus, id est qui ab alijs rideat,& qui alijs prębeam ridendi,materiam,neq; possum pati,

id est

id est tolerare, plagas.i. vt vapulem. Respondet Gnato quid credis tu fieri his rebus.i.dum quis ridetur, aut vapulat. erras tota via.i. prorsus te decipis,& fallis metaphora est à deuiantibus tracta. Olim.i. multum ante. fuit quoddam quæstus.i. lucrum,& proprie nummarium. Isti generi parasitorum.s. apud prius.i. superius seculum, hoc est cum essent tempora meliora. hoc aucupium.i. hoc vitæ quærendæ genus, est nouum.i. recens, nec diu vsurpatum. Aucupium proprie est ars auium capiendarum, nã aucupari significat arte quadam aues inquirere. Inde transfertur ad alia, vt aucupari laudem, aucupari gloriam. adeo.i. certe, inueni pridem hanc viam.i. hanc viuendi, & parasitandi rationem. Est.i. extat, genus.i. modus, species hominum, qui volunt se esse primos.i. præcipuos omnium rerum. nec tamen sunt prę cipui. consector hos.i. tales. non paro.i. non præsto, non præbeo, non offero, non instruo, me hisce.i. talibus, vt rideant.i. de rideant me, sed arrideo.i. applaudo, vel pereo,& assentio arridendo illis vltro.i. non rogatus, quamuis Donat. dicat vltro.i. versa vice, vel insuper, & simul.i. etiam admiror, plus est quàm laudo. ingenia.i. natura, mores eorum, q.d. laudo quidquid dicunt. rursum.i. denuo si negant id, quod laudarunt. quoque.i. etiam laudo id, quod negarunt. quis.i. aliquis negat? ego etiam nego. quis inquam ait.i. affirmat. ego etiam animo.i. affirmo. postremo.i. denique. imperaui mihi.i. induxi animum meum. assentari.i. comprobari omnia assentiendo,& adulando. is quę stus.i. illud aucupium, ille vitæ modus, illud lucrum. est nunc vberrimus.i. copiosissimus. P. Hercle andio sup. scitum hominem.i. sciẽtem hæc facit prorsus homines ex insanos ex stultis.i. inconsideratis. reddit insanos.i. suæ mentis non compores, sed desipientes. G. Prosequitur narrationem suam. Interea loci, abundat loci, vel soni causa adhibetur, sicut interea temporis, nusquam terram, nusquam gentium, vbiuis loci, vbicunque locorum. dum.i. quandiu loquimur hæc prædicta. vbi.i. postquam aduenimus.i. accessimus, ad macellum.i. ad locum vbi obsonia (.i. ea, quæ vescendi causa in vrbem essent allata, qualia sunt omnia quæ adduntur pani,& vino) vendebantur. Macellus enim,& cupes, vt Festus Don. referunt ex sententia Varronis, duo Romani fuerunt, quorum ob latrocinium, vel, vt alij volunt, ob proditionem patriæ damnatorum ædes dirutæ, atque solo æquatæ sunt, in areis autem vbi ædes fuerant, vendi cœperunt obsonia.i. ea quæ adduntur pani,& vino, ac propterea locus ille vocatus est macellum vel forum cupedinis, vt Festus, inquit. Antiqui etiam cupedia in neutro plurali, vel cupedias in fœminino nominabant lautiores cibos. Ait enim Gell. lib. vj. cap. xiij. Coniectabamus, inquit, ac cœnusam, non cupedias ciborum, sed argutias quæstionum, cupedias posuit pro cibis laudioribus. Cupedinarij autem dicti sunt omnes, qui esculenta,& poculenta vendunt, vel, vt Seruius, inquit, Cupedinarios vocant voluptatis, & cupiditatis ministros, omnes ergo cupedinarij læti concurrunt obuiam mihi .s. cetarij, qui maiores pisces vendunt. Lanij .i. qui pecora laniant, quorum officina dicitur laniena. Inde laniłtæ deducti sunt, qui laniandis præsunt gladiatoribus. Coqui .i. qui obsoniorum decoquendorum curam gerunt. Fartores, qui farcimina faciunt, quos vulgus pastillarios vocat, tametsi pastillus sit paruus panis,& dulciarius. Horat. Pastillos Rufillus olet, itaque quod dicitur pastillus, debet potius dici farcimen minis. Piscatores, id est ij, qui recentem piscem præbent. Aucupes.i. auium captores, ab auibus capiendis dicti, quibus tendunt insidias, quibus cupedinarijs profueram,& re.i. substantia,& patrimonio, salua, id est cum adhuc haberem patrimonium saluum, & re perdita, id est postquam rem meam consumpseram, quandoquidem manticinabar.i. furabar, vel dolose agebam de alieno, manticinor aris, vel manticulor aris, significat furari, vel dolo se agere, quasi ergo dicat cum de meo impenderem,& de alieno mantici nabar illis, semper profueram,& prorsum, expletiua est hic hæc particula, sæpe salutant me, vocant ad cœnam gratulantur aduentum.i. ob aduentum meum, vel accusatiuus pro datiuo ponitur. Aduẽtus autem proprie expectatorum, necessariorumq. dicitur, vbi.i. postquam, ille miser famelicus.i. fame confectus, à fame,& edendo, quasi famelicus, videt me esse in tanto honore,& videt me quærere victum.i. alimoniam, tam facile.i. tam leui via,& ratione, ibi.i. tũc, homo.s. ille miser cœpit obsecrare.i. vehementer, & quasi per sacra rogare me, vt sibi liceret discere id.s. artem parasitandi de me.i. à me, antiqui enim magis de illo, & de me dicebant, q̃ ab illo vel à me, iussi.i. præcepi, illum sectari me.i. esse sectatorem me,& proprie, nam & sectæ philosophorum ab eo dictæ sunt, si potis est.i. si potest, & est ei ingeniũ aptum, vt itidem.i. similiter, parasiti vocẽtur Gnathonici à Gnathone parasito, tanquam.i. veluti, disciplinæ.i. sectæ philosophorum, habent vocabula ex ipsis philosophis.s. P. Parmeno interrumpit,& distinguit longiloquium parasiti, neque tamen abeo sentitur, viden'.i. vides ne, quid ocium.i. securitas, hoc est curarum vacuitas, & cibus alienus faciat, quasi vt Pers. inquit. Venter sit artis magister. G. Sed cesso.i. nimis cunctor, & tardo, deducere hanc puellam ad Thaidem, ducitur quis ad suppliciũ, sed deducitur in lætitiam,& cesso inquam.i. nimis cunctor rogare vt veniat ad cœnam, sed video Parmenonem tristem ante hostium Thaidis, seruũ appositiue dictum .i. qui est seruus riualia .i. æmuli militis. s. Phędriæ, qui Thrasonis riualis erat, res est salua, prouerbialiter dictum.i. res bene se habet, nimirum.i. certe, hi homines frigent, cessant remissi sunt,& pigri, nam pigrum frigus dicitur, certum est mihi.i. cõstituit apud me,& decreui elude re.i. decipere verbis, vel deridere hunc nebulonem.s. Parmenonem, nebulonem, inquit.i. vel furem, q̃ nebulas obijciat,& tenebras sequatur, vel mollem vt nebulam, vel inanem,& vanum vt nebula est. P. Ipse pro is, vetuste.s. Gnatho arbitratur Thaidẽ esse suam hoc munere illius puellæ. G. Gnato impertit plurima salute Parmenonem suum summũ amicum, sup. quid agitur.i. quid sit à te.s. P statur à me, scilicet.i. ego sto, neq; ambulo, sed erectus ante hostium mane. G. video à te.s. stari, nunqdnam.i. quid vides hic quod nolis videre.s. P. video inquam te quem nolim videre. G. At.i. sed nunquid aliud vides .s. quod nolis præter me. P. Quid tum.i. quid tunc esset, si aliud videre, qd' nolim, vel quid deinde vis dicere. G. Quid.i. cur es tristis? P. Quidem nihil.i. pp nullam rem sum tristis, vel cape mihi ꝓ non. G. Ne sis.i. noli esse tristis, sed quid.i. quæ res, hoc mancipium.i. hæc serua puella.i. videtur tibi.i. quid dicis de hoc mãcipio. P. Hercle non est malum mancipium.i. non est inuenustũ, neq; deforme. G. Vro.i. incendo hominem .s. Parmenonem, vel vro.i. dolore vro hominem. P. Vt.i. quantum est falsus animi pro animo, antiptosis.i. quantum errat, & deceptus est. G. Quam.i. quantũ, arbitraris.i. putas hoc. munus esse gratũ Thaidi. P. Dices nunc nos me,& hęc eiectos, hinc.i. ex domo Thaidis hoc munere.s. heus vicissitudo.i. permutatio, vel alterna mutatio omnium rerũ est. G. O Parmeno ego reddam.i. officiã te quietũ hosce sex menses totos.i. integros, sine vlla intermissione, aut cessatione, ne cursites.i. frequẽter curas sursum deorsum .i. huc & illuc, ne ue .i. vel nõ, vt vigiles, in ò vt dormias vsq; ad lucem, neq; noctem insomnem ducas, ecquid.i. nunqd habeo te .i. te beatum facio. P. men'.i. me ne beas papæ, admirantis. G. Soleo sic beare sup. amicos. P. Laudo illud .s. G. detineo.i. impedio te,& remoror, fortasse eras profecturus alio.i. in alium locum, aduerbium. P. Nusquam.i. in nullum locum eram profecturus. G. Igitur tum.i. deinde, da mihi paululum operæ.i. paꝛ adiuua me, vt admittat .i. introducat ad illam Thaidẽ. P. Age, hortantis particula, modo.i. tñmodo, vel nũc fores patent .i. apertæ sunt nunc tibi, qa ducis istam puellam. G. Num.i. nunquid vis, quẽquam.i. aliquem, euocari hic.i. ex domo foras ad te .s. P. Sine.i. permitte, aut expecta quod sup. hoc biduum.i. duorum dieꝛ spacium, prætereat.i. traducatur effluat, saxo.i. faciam, quod sup. tu qui fortunatus .i. cui ꝓspere omnia cedunt, aperis mihi nunc fores vno digitulo.i. facillime, næ.i. valde, vel certe insultabis.i. pulsabis sæpe istas fores calcibus.i. pedibus, seu talis pedum,& quidem frustra .i. nequidquã, incassum, dicimus insulto tibi, & te, insulto fontibus, & fores. G. Etiam ò Parmeno tu stas hic: q.d. non admitteris intro, eho interiectio attentionem mouens, nũnam.i. nunqd, nam est syllabica adiectio, vt quidnã es sup. relictus à Phæd. sup. custos.i. speculator,& prohibitor ne forte quis.i. aliquis, internuncius.i. amantium minister, qui nuncia mutua defert, cursitet clam.i. secreto à milite ad illam Thaidem. P. Facere dictum est sup. ironice.s. quasi infacete.i. inepte illud dictum esse intelligat, vero.i. sed, mira.i. mirum, hoc est qd mirum est, sup. ea facere esse dicta quæ placeant militi, quasi vero delicatas aures habeat in dignoscendis facete dictis ab infacete dictis, hoc autem totum per ironiam intelligendum est, vel ea sunt sup. mira quæ placeant militi. Sed vi filium herilem.i. filiũ heri mei.s. Ch. fratrem. Ph. minorem natu.s. iuniorem Phæd. aduenire huc, miror.i. nescio, quid.i. cur abierit.i. discesserit, ex Pyræo .i. ex oppido in Attica, quod oppidum portus erat Athenensium, pars .n. illa maritima accessu littoris erat dementior, quare miror, nam est ibi.i. Pyræi, publice.i. ex publico constitutus custos aduersus prædonum incursu, illic enim iuuentus Attica excubabat, nunc non temere est.i. inconsiderate hic sup. q.d. non sine causa,& consideratione, nunc est visum ei huc venire,

vel

vel esse, & .i. etiam venit properans.i.festinus, circunspectat.i. circunlustrando oculis omnia, molitur nescio quid,& parat.

LATO. ARGVMENTVM) Gnato ex mandato militis deducēs puellam ad Thaidem,forte incidit in Parmenonem,in quē multa dicacitate illudit. [Dij immortales) Suis ipsius verbis describitur Gnato, ad exprimendam parasiticam personam, & præparādum spectatorem. [Hominem haud impurum).i.fordidum & auarum. [Sentum) Horridum.[Quid istuc) Prosopopœia.[Quid homo)Magnifica,& superba contemptio. [Viden' me ex) Exemplum dissimile à seipso,ad amplificationem. [At ego) Obiectio ad purgationem. [Tota erras) Solutio,& refutatio à temporibus. [Ego adeo) Confirmat suo exemplo,& id latius exponit. [Quidquid) Studium assentationis scite expressum. [Cupedinarij) Genus hominum gulæ seruientium. [In tantum honorem) vetuste.[Tanquam philosophorum)Ridicula comparatio.[Sed ego cesso)Præparatio ad congressum Parmenonis. [Hisce hoc)Parmeno secū irrisorie. [Plurima salute) Gnathonica salutatio. [Te) Facetum responsum,& inexpectatum.[Vro hominem) ad spectatores.[Hoc nūc) Occupatio,cui respondetur prouerbiali sententia. [Sex ego) Irrisio. [Sine biduum) Prædictio ingredientem. [Etiam tu) Reuersus Gnato, hoc dicit.[Facete dictum)Ironia.[Peiræo)Peiræus,portus Athenensium, qui contra incursiones publice custodiebatur.

PETR. MARS. DII immortales,&c.) Mores parasiticos,& adulatorem,assentatorumq. studia,& obsequia,quibus nonnullis ad id agendum impelluntur,quod repræhenditur in primis,& nullam prudentiam adesse testatur, cum alijs de se credat quod non habet, hæc scena testatur, quo genere hominum nihil est in vita ciuili perniciosius. Vnde interrogatus Diogenes,quæ nam pernicio sissime morderet belua: Ex feris obtrectator,ex mitioribus adulator,respondit. Cic. in Lælio, sic ait: in amicitia nulla maior pestis,q adulatio, blanditio, assentatio. Tum autem omnium rerum simulatio est vitiosa:tollit enim iudicium veri,idq. adultera: Assentatio vitiorum adiutrix,procul amoueatur, quæ nō modo amico,sed ne libero quidem digna est. Maxima aūt culpa in eo est,qui, & veritatē aspernatur, & in fraudem obsequio impellitur Arist. lib.iij.Ethic. dicit: Qui delectar emolumenti sui causa,vt inde sibi proueniat in pecunijs, & in his quæ in pecunijs comparantur.vtilitas,adulator vocatur. [Haud impulit) Purus homo dicitur,qui est sine sordibus,& infamia. [Qui abligurierat bona) Ligurier,inquit Nonius,est deguttare. Vnde abligurire,multa aunde consumere. [Video sentum).i.horridum, vt sentes,& spinæ. [Pannis, annisq. obsitum) Mucore, & carie obductum propter sordidos pannos,& ratione ætatis obsitum, quæ in homine misero semper videtur maior. [Viden' me ex eodem ortum loco? &c.).i.cuius natales non fuerunt tuis dissimiles aut clariores, tamen ego melius mihi consului. [Neque rediculum &c.)Ridiculus est,qui mouet alijs risum sua scurrilitate atque ineptijs. Et Iuuenalis queritur,paupertatem facere homines ridiculos.[Quidquid dicunt laudo &c.) Cicero sic ait in Lælio: Quid potest esse tam flexibile, tam deuium, q animus eius, quid ad alterius non modo sensum ac voluntatem, sed etiam vultum atque natum conuertitur? Negat quis,nego: ait aio postremò imperaui egomet mihi omnia assentari, vt ait Terentius? Sed ille in Gnathonis persona, quod ad amici genus adhibere omnino leuitas est. Maxima, inquit culpa in eo est,qui,& veritatem aspernatur,& in fraudem obsequio impellitur. [Sed his vtro arrideo &c.) .i. mea sponte in hominibus ineptis,& stultis, risu assentior, vt potius Irrideam, quàm irrideat. Et sic ostendit,se non esse ridiculum,sed irrisorem. [Negat quis,nego: ait, animo, &c.) Supra dixit in Andria: Obsequium amicos.veritas,odium parit. Vnde Cic.in Lælio sic ait: Sed obsequium multo malostius,quod peccatis indulgens, præcipitem amicum fieri finit.[Cupedinarij omnes &c.)Sext.Pompeius sic ait: Cupes, & cupediæ antiqui lautiores cibos nominabant.Vnde,& macellum forum cupedinis appellabant. Cupediæ, inquit, aut a cupiditate dictæ sunt, vel, sicut Varro vult, q ibi fuerit Cupedinis domus, qui fuerat ob latrocinium damnatus. Macellum appellabatur locus, in quo vendebantur res ad victum pertinentes. Vnde cupedinarij dicuntur, qui res tales vendunt. Et exprimit Terent.qui sint cupedinarij. Cetarij, inquit nonius, genus est piscatorum, quod maiores pisces capit: dictum ab eo, quod cete in mari maiora sunt piscium genera. Lanij dicūtur a laniandis animalibus,beccarior nunc dicimus. Fartores dicuntur,qui immittunt, & implent vt qui Lucanicas, ventrem Faliscum, & cetera id genus farciunt. Seneca libro x. epist. sic ait: Lignum quod ad emundanda obscœna adhærente spongia positum est, totum in gulam farsit, & præclusit, faucibus, spiritum emisit. Et Fartores, auct.Sext.Pomp. dicebantur nomenclatores, qui clam velut infarcirent nominatorem in autem candidati. [Sectari iussi) Sectari .i. sequi me tanquam auctorem nouæ sectæ.Vnde dicuntur sectæ philosophorum, & sectarius veruex, auct. Pomp. qui gregem agnorum præcedens, ducit. [Tanquam Philosophorum habent) disciplinæ dicuntur sectæ philosophorum. Cic.in Officijs: Sunt nōnullæ disciplinæ, inquit, Et Plato in primo de Leg.disciplinam appellat educationem,quæ à pueritia desiderari,amariq́ue virtutem facit, & illam,quæ perfectus quispiam ciuis effectus, tute iam imperare sciat,atque parere. Et in quinto scribit. Disciplina est puerorum educatio, quæ ad rectam legalemq́ue vitam perducit. Maiores nostri optimam viuendi in Republica disciplinam appellauerunt. Vnde Cic.in Præfatione librorum, quos Oratorios inscripsit queritur se prima ætate incidisse in ipsam disciplinæ veteris perturbationem. Parasitus Græce, Latine dicitur adulator, & assentator. Nebulo, inquit Sext. Pomp. dicitur,qui non pluris est quam nebulæ. Riuales, inquit Nonius, dicti quasi in vnum amorem deriuantes. [Hoc tibi mancipiū) Mancipia, inquit Iustinianus Institutionum lib.j.dicuntur serui,eo quòd ab hostilibus manu capiuntur. Miror quid ex Peiræo) Peiræus est portus Athenarum.

HVIVS scenæ priores xxiij. versus excepto vno, aut altero, vt ordine dicemus, sunt trochaici tetrametri catalectici, sequentes deinde ad finem scenæ sunt iambici tetrametri catalect. GLAR. In primo itaque versu Di, eliditur. In secundo versu d, initio eliditur in Quid,alioqui iambic.futurus. In quarto, qui abli, trochæus est,guriæ, dactylus. In ligurio enim u,producitur apud Horatium contra eius formæ regulam. Sextus versus d, elidit in Quid, nisi bacchius, sit loco primo, & in hunc legitur modum, Quid istuc inquam ornati'st. quoniam quod miser habui,perdidi hem. In octauo vel Hic corripitur,cum videatur aduerbium, vel de Illum, l, abijcitur, vel, quod maxime nobis probatur, creticus est loco primo. Nouum carmen ita legit. Doct. Ita ne te parasti, vt spes nulla reliqua in te sit tibi? Nam quod Sier,liber eius habet,librarij menda est. Erit autem sic trochaicus tetram. catal. vt præcedentes omnes. Alij ita legunt, Itan' parasti te,vt spes nulla reliqua in te fiet tibi? Atq; ita esset iambicus tetr. acatal. sicut sequens versus, nisi quis l, in Simul elidat,aut,quod malim,bacchius sit loco primo. Sic.n.trochaicus fieri pōt,de l,elidendo Doct.visum est. Idem tamen adddit, in trochaico,eliditur,inquit,vt in Viden', nisi legas Vide. Ego Vide legendum puto, non Viden', siue versus sit iambicus, siue trochaicus.Et per bacchium alteram leuiorem habet scansionē. In duodecimo versu Omnia habe, pro dactylo poni videtur,& alterum Nihil monosyllabum, alterum dissyllabum est. Sunt,& alia effugia,vel vt habeo sit dissyllabum,vel vt Pæan primus sit loco primo. sed non est opus in te manifesta pluribus. In xv.Fuit est monosyllabum,vel creticus loco secundo.In xix. ait Doct.d,in Sed,elidi mitio carminis,& fieri trochaicum. At sic sex duntaxat essent pedes,ac syllaba. quare ego pro His,malim ipsis legere,& vel bacchium primum ponere,vel d, elidere, vt primo ac secundo loco sit spondeus,tertio trochæus, quarto anapæstus xxj. haud dubie iambicus est tetram. acatalect. nisi quis, quod equidem malim, primo loco ponat bacchium. Sic enim fieret trochaicus tetr.catal.vt reliqui. In xxiij.vel eliditur s,in Prorsus,vel quod puto,creticus est loco quarto.[Dum hæc loquimur, interea loci ad macellum vbi ad.) Hic incipiunt tetram.catalect.ad finem vsque huius scenæ. In primo loco versu pro Venimus,quod præsentis est temporis,alijs, Aduenimus legunt,sed id parui refert. Secundus ac tertius versus ferè in omnibus libris corrupte leguntur,alijs quædam tollentibus, alijs addentibus. Nos ita vere legendos existimamus.

Concurrunt læti mi obuiam cupedinarij, lanij,
Coqui omnes, cetarij, aucupes, fartores, piscatores.

Sic neque tollitur Omnes,quod Aldinus sustulit liber,nec Aucupes,quod Desid. Doct. tollendum arbitratus est,cum veteres lib.vtrunque habeant,& sensus ita recte constabit,nec minus carminis ratio. [Si pote tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis) Hoc carmen apocoparum erat in Aldino lib. ablatis initio duobus verbis,Si pote aut tribus fortassis, Si potis est. Vtruncunq; tamen legas,versus erit scansu difficilis. Priore modo,phorum ha,erit dactylus absque elisione m,in rum. posterio re,discipli, erit creticus loco sexto. atque ea lectio mihi probatur,cum constanter omnes lib.ita habeāt.Tertius deinde versus,in Cibus abijcit,si Faciet legamus. Sin facit legatur,non abijcit.

cit.quam duplicem lectionem etiam Don.indicat. In tertio in de versu nisi aliter ordinauerimus ipsa verba, obueniet trochæus,Thai. Verum potest versus etiam ita legi,Sed Parmenonem Thaidis ostium ante tristem video,quæ Anastrophe si quẽ offendat,is,ad,i,e,adijciendum curet Thaëi Donatus indicat,& Thais pro Thaidis legi,quod nostræ lectioni congruit. Hæc id eo admonenda duxi lector eo diligentius exemplaria vetera cõ spiciat. Nam qui ante nos idem negocij tractarunt, ferè huiusmodi vt leuicula,transiliunt. Quod nobis quoque facile factu visum, si non lectoris vtilitas nobis magis cordi fuisset, cuius vtique habenda est ratio. In sequenti versu pro Hic, legendum puto Hi,idq. lex carminis exposcit. Rursus in sequente, Hisce legit Prisc.pro nominatiuo plurali,quod mihi non videtur,sed vel Isce hoc munere arbitratur singulariter legam, vel Ilice hoc munere arbitrantur, pluraliter,vt priore lectione solus Thraso altera etiam Gnatho notetur. Prisc ianum ni moror,cum sepe corruptissime citet auctore. Rursus in versu continuo sequente vel Suam monosyl. est,vel bacchius loco primo. In 4. deinde, s,in Tristis eliditur. post quem versum in sexto deinde, Deorsum vel dissyllabum est,vel creticus secundo loco. In continuo deinde sequenti versu Paululum habet vetustus liber. ita scandendo Mihi totum eliditur. In continuo dein sequente,secundo loco proceleusmaticus est,Age modo, & vel Quia monosyllabum totum eliditur,vel,s,de Istum abijcitur,vel,quod magis probo, cretitus est loco sexto. Octauus à fine ita legendus est. Qui mihi aperis nunc fores vno digitulo fortunatus. In 5.à fine vel Internuncius est tetrasyllabum,vel bacchius loco quarto. In pen.d,eliditur in Quid,vel bacchius loco secundo,& Pei ræo legendum,vt primo loco sit spondeus,secundo vel idem, vel Bacchius,tertio dactylus,quarto, & quinto anapæstus.

ACTVS II. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Chærea laudat forte conspectam virginem, quæritur subductam: Parmeno ostendit qui fieri possit vt illa potiatur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena nouus amor Chærea ephebi ostenditur, laus formæ virginis conspectæ, conquestio Chæreæ deinde consilium eius potiundæ per subornationem Chæreæ loco Eunuchi. Hæc omnia tanta equidem virtute Comici Poëtæ, vt hoc commentum sua sponte occurrisse, non quæsitum, aut elaboratum videatur.

Iambici Trochaicique Tetrametri permixti. Senarij item aliquot in media Scena.

CHAEREA adolescens, PARMENO.

CCIDI.
Neque virgo est vsquam, neq; ego, qui illam è conspectu amisi meo.
Vbi quęram? vbi inuestigem? quem perconter, * quam insistam viam?
Incertus sum: vna hæc spes est; vbi vbi est, diu celari non potest.
O faciem pulchram: deleo omnes dehinc ex animo mulieres.
Tædet quotidianarum harum formarum. P. ecce autem alterum.
De amore nescio quid loquitur.ò infortunatũ senem.
Hic vero est,qui si amare occeperit,ludum iocumq.
Dices fuisse illum alterum,prę ut huius rabies q̃ dabit.
C. Vt di illum,deæque senium perdant,qui me hodie remoratus est;
Meque adeo,qui restiterim: tum autem qui illum floccifecerim.

*Æqua ista via?

Sed eccum Parmenonem. salue. P. quid tu es tristis? quid ue alacris:
Vnde is? C. ego hercle nescio,neque vnde eam, neque quorsum eam:
Ita prorsus oblitus sum mei:
P. Qui quæso? C. amo. P. ehem. C. nunc te Parmeno ostendes, qui vir sies.
Scis te mihi sępe pollicitũ esse:Chęrea,aliquid inuenit
Modo, quod ames: in ea re vtilitatem ego faciam vt noscas meam:
Cum in cellulam ad te patris penum omnem congere bam clanculum.
P. Age inepte. C. hoc hercle factum est fac. sis,nunc promissa appareant,
Siue adeo digna res est,vbi tu neruos intendas tuos.
Haud similis virgo est virginum nostrarum: quas mares studeant
Demissis humeris esse,vincto pectore, vt gracilæ si ẽt
Si qua est habitior paulo, pugilem esse aiunt: deducunt cibum:
Tametsi bona est natura, reddunt curatura iunceas:
Itaque armantur. P. quid tua istæc? C. noua figura oris. P. papæ.
C. Color verus, corpus solidum, & succi plenum. P. anni. C. sedecim.
P. Flos ipse. C. hanc tu mihi vi, clam, precario.
Fac tradas: mea nihil refert, dum potiar modo.
P. Quid, virgo cuia est? C. nescio hercle. P. vnde est? C. tantundem. P. vbi habitat?
C. Ne id quidem. P. vbi vidisti? C. in via. P. qua ratione amisisti?
C. Id equidem aduenias mecum stomachabar modo:
Neque quenquam hominem esse ego arbitror,cui magis bonæ
Felicitates omnes aduersæ sient.
P. Quid hoc est sceleris? C. perij. P. quid factum est? C. rogas.
Patris cognatum atque æqualem Archidemidem
Nostin'? P. quid ni? C. is,dum sequor hanc,fit mihi obuiam.
P. Incommode hercle. C. imò enimuero infeliciter:
Nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno.
Illum, liquet mihi deierare, his mensibus
Sex septem prorsum non vidisse proxumis.
Nisi nunc,cum minime vellem,minimeq. opus fuit.
Eho,non ne hoc monstri simile est? quid ais? P. maxume.
C. Continuo accurrit ad me,quàm longe quidem,
Incuruus, tremulus, labijs demissis, gemens:
Heus heus, tibi dico Chærea, inquit. restiti.
Scin', quid ego te volebam? dic. cras est mihi
Iudicium. quid tum? vt diligenter nuncies
Patri,aduocatus mane mihi esse vt meminerit.
Dum hæc dicit,abijt hora. rogo,num quid me velit.
Recte, inquit. abeo. cum huc respicio ad virginem,
Illa sese interea commodum huc aduorterat
In nostrã hanc plateam. P. mirum,ni hãc dicit,modo
Huic quę data est dono. C. huc cũ aduenio,nulla erat.
P. Comites secuti, scilicet sunt virginem?
C. Verum, paralitus cum ancilla. P. ipsa est scilicet.
Desine: iam conclamatum est. C. alias res agis.

P. Istuc

P. Istuc agis quidem. C. nostin' quę sit? dic mihi: aut
Vidistin'? P. vidi,noui: scio, quò abducta sit,
C. O Parmeno mi,nostin'? P. noui. C. & scis,vbi siet?
P. Huc deducta est ad Thaidem: ei dono data est.
C. Quis is est tam potens cum tanto munere hoc?
P. miles Thraso,
Phædriæ riualis. C. duras fratris partes prædicas.
P. Imò enim, si scias quod donum huic dono contra
comparet,
Tum magis id dicas. C. quod nam quæso hercle?
P. eunuchum. C. illum ne obsecro
Inhonestum hominem, quem mercatus est here, senem, mulierem?
P. Istunc ipsum. C. hõ quatietur certe cũ dono foras.
Sed istã Thaidem nõ sciui nobis vicinã. P. haud diu est
C. Perij. nunquam ne etiam me illam vidisse? ehodum. dic mihi,
Est ne,vt fertur, forma? P. sanè. C. at nihil ad nostram hanc. P. alia res est.
C. Obsecro te hercle Parmeno, fac vt potiar. P. faciam sedulo, ac
Dabo operam, adiuuabo. nunquid me aliud vis?
C. quo nunc is? P. domum,
Vt mancipia hęc,ita vt iussit frater,deducã ad Thaidẽ.
C. O fortunatum istum eunuchum, qui quidem in
hanc detur domum.
P. Quid ita? C. rogitas? summa forma semper conseruam domi
Videbit, colloquetur, aderit vna in vnis ædibus,
Cibum non nunquam capiet cum ea, interdum propter dormiet.
P. Quid, si nunc tute fortunatus fias? C. qua re Parmeno?
Responde. P. capias tu illiu' vestem. C. vestem? quid tum postea?
P. Pro illo te deducam. C. audio. P. te esse illum dicam. C. intellego.
P. Tu illis fruare cõmodis,qbu'tu illũ dicebas modo:
Cibum vna capias,asis,tãgas,ludas,propter dormias:
Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit, neque scit qui sies.
Præterea forma,ætas ipsa est,facile vt te pro eunucho probes.
C. Dixisti pulchre: nunq̃ vidi melius consilium dari.
Age eamus intro: nunc iam orna me, abduc, duc, quantum potes.
P. Quid agis? iocabar equidem. C. garris. P. perij, quid ego egi miser?
Quò trudis? perculis iã tu me? tibi eędem dico,mane.
C. Eamus. P. pergin'? C. certum est. P. vide, ne nimium calidum hoc sit modo.
C. Non est profecto. sine. P. at enim istæc in me cudetur faba. ah
Flagitium facimus. C. an id flagitium est, si in domum meretriciam
Deducar,& illis crucib.q̃nos,nostramq̃. adolescentiã
Habent despicatam,& quæ nos semper omnibus cruciant modis,
Nunc referam gratiam,atque eas itidem fallam, vt ab illis fallimur?
An potius hęc pati,ęquõ est fieri, vt à me ludaẽ dolis?
Quod qui rescierint, culpent? illũd merito factum omnes putent.
P. Quid istuc? si certum est facere,faciam. verum ne post conferas
Culpam in me. C. non faciam. P. iubes ne? C. iubeo, cogo, atque impero.
P. Nunquam defugiam auctoritatem: sequere. C. dij vortant bene.

DON. * potiũ dæ

CCIDI.) In hac scena nouus amor adhuc ephebi,& consilium * demonstrandæ virginis demonstratur,tanta virtute Poëtæ comici,vt hoc cõmentum non quæsitum esse, sed occurrisse sua sponte videatur. [Occidi. Neque virgo est vsquam) Nõ habuit quid dicere debeat aliud, properans, & circunspiciens,nisi occidi.[Occidi) Produc mediam syllabam verbi huius,& contrarium significat.[Neque ego, qui illam è conspectu amisi meo) Amatorie,dum illam non inuenit, & se perdidit. [Vbi quæram) Hoc circunspectantis est. [Vbi inuestigem) Plus intulit. [Quem perconter) Hoc tertiam plus intulit.nam vbi nec vestigia reperiuntur,supereſt interrogatio.[Quam insistam viam) Si nec qui interrogetur apparet. [Quam insistam viam) Et qua via,legitur. [Vbi vbi est, diu celerari non potest) Ob nimiam.s.formę gratiam.[O faciem pulchram)Faciem modo,non partem corporis dicit,sed totam speciem, quæ apparet, & cernitur. Virg. Quibus aspera quondam Visa maris facies. [Deleo omnes dehinc ex animo mulieres) πρὸς τὸ πιθανον argumentatus est, vt ostenderet hunc grandem iam ephebum etiam amoris expertem non fuisse. Sic & alibi, Cum me ipsum noris quàm elegans formarum spectator siem, In hac commotus sum. [Quotidianarum) Hoc est leuium,& vsitatarum,est qppe huic contrarium,Noua figura oris. Papæ. [Ecce autem alterę) Sic dicimus,cum propter alterum, de altero venit in mentem. [Nescio quid de amore loquitur) Vt iandudum Phædria loquebatur. [O infortunatum senem) Hoc dictum præstruxit ad exitum fabulæ ac catastrophen.Nam perturbatus ad Thaidem ingreditur hic senex per fallaciam Pythiæ,& indicium Parmenonis,atque ita firmabuntur nuptiæ virginis,quam ducet Chærea. [Hic vero est) Vtrum senex,an Chærea? sed senex potius. Hic vero est senex.[Qui).s.Chærea. [Prę vt huius rabies quę dabit) Præ,ex comparatione significat. Ergo proprie,& est integra locutio,& ordo est: Præut illa sunt,quæ huius rabies dabit. Et be ne Dabit, quasi de re violenta. vt, Dabit ille ruinam Arboribus. [Præut huius rabies,quæ dabit)Hic ex parte characteris in scius quidem est personæ Chæreæ, quem moribus conijcit seruus ardentiorem in amorem ferri posse simul ac cœperit. [Præut huius rabies quę dabit)Et hic ostenditur iampridẽ motum in res venereas Chæream, & magna Poëtæ cura est,ne incredibile videatur, adolescentulum qui pro Eunucho deduci potuerit,tam expedite virginẽ vitiasse. quocirca artifex summus, quod ætati non potest,naturæ attribuit Chæreæ,vt calidior ingenio,& ante annos amator,non libidinem in sese,sed quãdam rabiem designauerint in venereos appetitus.[Vt illum)Pro vtinam.[Tideęq. senium perdant)Plus dixit senium,quàm senem. Nec mireris,post Senium,qui additum, ideo quia declinationẽ ad intellectum retulit. vt alibi. In Eunuchum suam. Et senex, ad ætatem refertur: Senium,ad conuitium. sic Lucil.ait,At qui dem te senium,atq; insulse sophista.[Remoratus est)A remora piscículo, qui & ἐχενηὶς vocatur, Remoratio, & remoratus dr. [Tum autem,qui illum) Tum autem, pro &. Duas vult enim causas esse,cur seipsum dij perdant,vnam q̃ restiterit,alteram q̃ senem perueritus diu remanserit à persequenda virgine. Et nota floccifecerim,& contemnere,& non contemnere significare: vt nunc,Qui illum floccifecerim.deest vel: vt sit,vel floccifecerim.[Quid tu es tristis,quid ue es alacris?)Prouerbiale est in hominem perturbatum,& incerti vultus. Aut lætus es. nam alacris,l,litera,pro d,posita,nõ tristis.i.ἄθυμος intelligitur. [Quid ue es alacris?) Et alacer,& alacris dicitur, vt habes apud Virg. Ergo alacris,cunctosque putans excedere pugna. [Quid ue ex alacris?) Alacritas, est mutatio quædam vultus gestientis in spem aliquam. [Vnde his?) Modo ad quid venis significat. sed eo, de loco ad locum veteres dicebant, quod mox in subiectis probabitur. [Quorsum eam:) Bene,quia proxime dixerat,Vbi quæram? vbi inuestigem? quem perconter? quam insistam viã? incertus sum. [Quorsum eam:) Hinc vt diximus,manifestum est,

est,Ire,& aduentum significare.[Ita prorsus oblitus sume mei) Hinc contrarium, Dum memor ipse mei. Ergo oblitus mei, insanus. [Ita prorsum sum oblitus mei) prorsus,recta.i.omnino,nam prorsum,est porrò versum.i.ante versum. hinc,& prosa oratio quam non inflexit cantilena. [Hem) Si cum H, Parmeno. si leniter,Chærea.[Ostendes qui vir sies)Non,si vir sies, sed qui vir sis, quod est ἐμφατικώτερον. si quæsisset quidem, q vir sies,an debeat præstare qui virum se sit monstraturus est? Et vir modo,nō ad sexum nec ad ætatem dicitur,sed ad laudem. [Qui vir sies) In veteribus inuenitur. [Sæpe pollicitum esse) Pollicitum, quod promittentem vltro significat, dixit. & sæpe pollicitum se, an necesse sit præstare eum qui promiserit? Chærea aliquid inueni.[Induxit) μίμησιν pragmatice,more suo,non cōtentus dicere quid pollicitus sit tm̄, sed quo modo etiam, & quibus verbis. [Modo,quod ames) Tantummodo. quasi hæc mora sit promissis complendis. [In ea re vtilitatem ego faciam vt cognoscas meam) An possit,q posse se affirmauit? plus est probasse quod promiserit, quàm ostendere quod possit. [Cum in cellulam) Sic dicit anus * quæ & acceperit beneficiū. [Patris penum omne)Ipsum penum,non ex eo aliquid, ὑπερβολικῶς. Et hoc penu,& hic penus,& hæc penus,veteres dixerunt. Ergo & omnem,& omne legitur. [Congerebam clanculum) ἀλλ' ἄγε ἀ πρόφρα. [Age inepte)q dubitas te promissis.an qui exprobes te multa esse largitum? [Hoc hercle factum est) Inueni quod amem. hoc qđ dicebas,inquit moræ esse,iam factum est. amo. [Promissa appareant)vtilitatē vt cognoscam tuam. Siue adeo digna res est si persona Parmenonis est. Siue abundant, & pro expletiua coniunctione modo est. In quibusdam omnino non legitur. Adeo autem abundat,aut nimis significat,vel satis. Si Chærea dicit, hic ordo, & sensus est, Fac si vis nunc, siue adeo dignares est,vbi tu neruos intendas tuos, vt promissa appareāt. vt sit, Sis si vis,& addatur Vt,quod deest. Fac vt promissa appareant. [Vbi tu neruos intendas tuos)vtrum obscœne hoc vt seruus? an μεταφορικῶς? vbi laborare ac periclitari debeas. Sed meliuns legunt qui hoc totum ad personam applicant Chærea, & melius quàm qui Parmenonem hoc putant loqui, Siue adeo dignares est vbi neruos intendas tuos. [Haud similis virgo est virginum nostrarū)Ciuium.s.id est terræ ac patriæ nostræ.vt Virg. Non eadem arboribus pendet vindemia nostris. Et Sal.Nostri fœda fuga &c. [Quas matres studeant)hoc verbo ostendit cultū industriæ,non pulchritudinem naturalem. [Demissis humeris esse)Antiqui.n.Græci etiam virginibus suis præbebant palestrā ad componenda corpora. Vel,demissis humeris esse,liquide & molliter deductis,neque extantibus alæ in modum. [Vincto pectore) Castigato ac tenui,& velut vincto Deest ergo velut. [Vt graciles sient)A singulari gracilis venit hæc declinatio. [Demissis humeris esse vincto pectore)Non accipiendum est quasi hoc dicat, Ad, hoc illas studeant matres demissis humeris esse,& vincto pectore, vt graciles sient quasi hæc duo pp vnū illud fiant. sed varie tria dixit, ne diceret * aut studeant illas demissis humeris,& vinctum pectus,vt graciles sient. [Si qua est habitior)vnde & habitudo dicitur: vt, Quæ habitudo est corporis? non habilior, aptior intelligitur. vt, Nanque humeris de more habilem suspenderat arcum.Ergo habitior,legendum est. [Pugilem esse aiunt)Laus in virginem.[Deducunt cibum)mire vituperauit formam quā accurrerit fames.Et proprie deducūt. [Tametsi bona est natura)bona.i.plena,magna,& pinguis.[Reddunt)Exhibent,perficiunt.[Curatura) Cura. mentis est, Curatio,medicinæ: Curatura diligentiæ.[Iunceas)Tenues, & pallidas.[Itaq; ergo amantur)Itaque,inquit,nemo illas amat. ἐρωνεία est. aut vere amantur, vt eo magis hæc amanda sit,quæ naturæ beneficio,non factis compubus, aut industria est pulchra. [Itaque ergo amantur) Atque ita fit vt amentur. non naturæ merito,sed industria. [Quid tua istæc?) Recte? sic enim ipse dicet,At nihil ad nostram hanc.[Noua figura oris)Laudis genus est,noua,quia dixerat,Tædet quotidianorum harum formarū. [Quid tua istæc?) Deest,qualis est,dic.[Papæ) Interiectio mira subito accipientis.[Color verus)Quia non decura est,ac defuco.i.naturalis,non fucatus. [Corpus solidum) Quia non vitiatum. [Succi plenum) Quia nemo deduxit cibum. nam succus, est humor in corpore,quo abundant bene valentes.Virg.Et succus pecoris,& lac subditur agnis. Succus, proprie quasi sugus, quem sibi ex alimentis membra sugunt,vt se repleant. [Corpus solidum)Plenum,& forte.i.non flaccidum.[Succiplenum) Succus,est interior pinguedo membrorum. [Anni sexdecim) Vide quemadmodum ætatem virginis maturæ poëta ex occasione demonstrauerit. [Hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precario) Hęc tria sunt quibus non rite res agitur,Vel vi,vel clam,vel precario, Sine precij mentione,vel quia virgo non meretrix, vel quia nulla ephebo spes est fallendi senis. [Hanc tu mihi vel vi, vel clàm,vel precario fac tradas) Secundum ius locutus est, nā his, tribus mala fide aliquid possidetur,vi,clām, precario. Vi, quia virgo, clàm quia custoditur, precario, quia precium non habet Chærea. [Mea nihil refert,dum potiar modo) Non hoc personæ attribuendum est,sed affectui, non.n.quia Chærea est, sed quia amator, * de se cupit facere quemadmodum potiatur. [Quid virgo,cuia est?) Vtrum serua,an filia? [Ne id quidem) Pulchra varietas, Nescio,tantundem, Ne id quidem. [Qua ratione amisti?) Figura συμπτωσις, pro amisisti. [Qua ratione amisti?) Si non remansisset Chærea,sed consecutus virginem vidisset quo deducta esset prius, quàm Parmenonem conueniret, non ita procedet fabula, vt nunc procedit, irruisset enim in cognitionem meretricis importune Chærea, nec pro Eunucho adduceretur vlterius. [Id equidem) Deest ob aut propter: vt sit, ob id, aut propter id. [Mecum stomachabat) Bene mecum,quia acriorem dolorem sustinet, qui ipse sibi irasci cogitur. Mecum ergo pro apud me,vel mi. [Hominem esse arbitror) Deest, quàm me. [Felicitates) Felicitas aduersa est, cum ex prosperitate, quod lædat nascitur. [Cui magis bonæ felicitates) Bonæ, magnæ,nouæ. Dixit autem magna felicitates sibi aduersari, eo q̄ virginem tantæ pulchritudinis ex oculis amiserit,nam vidisse eam, felicitatis iudicat,sed amisisse,aduersæ felicitatis. & q̄ Bonæ dixit, vel magnæ, vel nimiæ intelliguntur. vel, ἐπίθετον est proprium & perpetuum felicitatum. [Bonæ felicitatis) ἔμφασις est,eo quòd felicitates pluraliter posuit. ἐπίθετα aūt de tribus causis nominibus adduntur,discretionis,proprietatis,ornatus.Discretionis: vt,Phrygiæ molimur montibus Idæ. Proprietatis: vt,Terribili impexum seta & dentibus atris. Ornatus: vt, Alma Venus Phrigij genuit Symoëntis ad vndam. [Quid,hoc est sceleris) Propter hoc quod patior, inquit. nunc enim scelus dicit à sene commissum. [Archidemidem nostin'?) Hoc sic pronunciandum est,vt appareat ex ipso nomine statim odiosum nescio quem occurrisse, ac permolestum. [Quid ni?) Correptio est ab se manifesta inquirentis. est.n. sensus, Quid, nisi? aut cur non nouerim? est.n.quid ni, aut quid nisi, aut cur non,quia veteres,ni,pro,ne ponebant,&,ne,pro non,vt Plaut. Ni stulta sis,pro,ne. & ne vult, pro non vult. [Imò enimuero infeliciter) Bene hoc interponit,q̄ incredibile est tardiorem futurum amatorem incessu virginis. [Nam incommoda alia sunt dicenda)Quæ minora sunt.s.aut similia.[Illū liquet mihi deierare)Liquidum est,constans,& manifestum,& certum.Et sic liquet,pro liquidum est,vt claudit, pro claudium est. Vt apud Sal. Nihil socordia claudebat. Et est liquet verbum iuris, quo vtebantur iudices,cum amplius pronunciabant, obscuritate cō moti causæ magis quàm negocij simplicitate. Deierare, valde iurare, vt demiror,&deamo te Syre,si de producta legeris.si correpta,deos iurare intelligitur. [Prorsum non vidisse proximis) Quia non vidisse dixit,Proximis præteritis intelligimus.Proxima enim nobis. aut præterita, aut futura sunt, nam præsentia ea sunt, in quibus nunc sumus. [Nisi nunc cum minime velle) Quia semper nolui,ideo nunc minime,vtpote adolescēs senē. [Quàm longe quidem)Bene longe dixit,quia à longe non potuit dicere an subauditur erat,vt sit, quàm longe erat? [Minimeq. opus fuit)Sæpe enim nolumus tantum, nunc etiam opus non est.[Incuruus,tremulus,labijs demissis gemens)Vt omnia ostendat in contrarium sibi versa esse,etiam cursum attribuit seni.Labra,sunt superiora,labia inferiora. Labræ asinorum proprie dicuntur. Gemens autem,ob continuam tussim. Sic Luc. Ante fores autem, & triclinij limina quidam Perditus Tyrrhia tussi grandæuus gemebat. Incuruus,valde curuus. Sic Virg. Turnus vt infractos aduerso Marte latinos Defeciſſe videt. Infractos enim valde fractos significat.nam in prępositio nunc auget, nunc minuit dictione. Recte etiam deformitatem describit senis, qui præter ætatem post pulchram virginem fœdior vi debatur. Et quam importunæ omnia? pro puella,senex occurrit,pro virgine,incuruus,tremulus,pro pulchra,labijs demissis, gemens, & cum amator sit, inaniter adolescenti ipse iudicium loquitur,dum festinandum sit,remoratur.[Labijs demissis)Maiora labra,vnde Labeones. Alij labia interiora,& labra superiora. [Heus heus, tibi Chærea) Tibi dico Chærea, non adderet, nisi videret Chæream dissimulantem præterire. [Inquit) Aliter, inquit, pronunciandum est, hoc est concitare, nam senis verba aliter proferenda sunt.[Scin' quid ego te volebam?) Hic ostenditur odiosa tarditas senis apud festinantem Chæream.

nam

nam non dicit, ſed promittit ſe dicturum. [Vt diligenter nuncies) Diligenter, nihil tam abundanter, nihil tam moraliter dici potuit. [Cras eſt mihi iud.) Huic morę etiam illud additum, q̃ cum debeat dicere quid velit, prius dicit quod non eſt neceſſarium, quare velit. [Eſſe vt meminerit) Non, vt ſit, ſed, vt eſſe meminerit. O prolixitas. [Dum hæc dicit) Dat tempus verbis, quæ non potuit, quamuis imitaretur, exprimere. [Rogo nunqd velit) Hoc eſt ſignifico me abire nam abituri, ne id dure facerẽt, Nunquid vis dicebant his quibuſcum conſtitiſſent. Quid eſt ergo, Rogo nunquid velit? hoc eſt dico quod abeuntes ſolent. [Recte, inquit) Pro eo quod eſt nihil, & moraliter τῷ ἀττικισμῷ. [Cum huc reſpicio) In hanc partem. ſ. qua meretrix habitabat. [Interea commodum) Tm̃ q̃, vel ipſo eodemq. tempore. [Cõmodum) Vna, Et hoc ſignificat, vt ſi dicas, eodem tempore quo hoc cogebatur. Nam interea, nunc cõiunctio accipienda eſt, nõ vt alias, pro aduerbio ponitur. [In hanc noſtram plateam) Recte quia vicina eſt illis Thais, ac quam deducitur. [Nulla erat) Etenim ingreſſa iam fuerat. [Comites ſecuti. ſ. ſunt virginem?) Interrogatiue quidem, ſed ſic, vt ſcire videatur id, quod quærit, ſed ad hoc quærere, vt quod ſicut, cõfirmet. [Verum paraſitus) verbũ modo inceptiua eſt, non relatiua particula. vt in And. Verum vidi cantharam ſuffarcinatam. [Iam cõclamatũ eſt) Tranſactum ac finitum. vt conclamata corpora nihil reliqui iam hũt ad vitę officia. [Conclamatum eſt) Manifeſtum ſignificat, ipſam idem. * eſſe, vel pulchram eſſe, quia, & ipſe dixerat, Hæc ſuperat ipſam Thaidem. vt in conclamaris, funeribus nulla dilatio eſt doloris, & luctus. vnde Lucan. ait, Corpora nondum Conclamata iacent. Aut conclamatum, ſatis deploratum, ſatisq. vociferatum eſt, q̃a dixerat, O infortunatum ſenẽ, ſi & hic amare cœperit. Tanquam dicat, Iam occiſum patrem tandem ſcimus, iamq. deflemus. [Alias res agis) Recte, quia dixit ille, Iam conclamatum eſt. [Alias res agis) Aut, non attendis ad id, quod dico, ſignificat, vt nulla ſit in eo attentio. nam hinc natum eſt, Agite amabo, Aut nugatorias res agis, hoc eſt iocaris, q. d. vanas res agis. [Scio quo abducta ſit) Plus dixit, q̃ interrogabatur, credo tędio interrogantis. nam properat, vt dicturus eſt, ad deducendum Eunuchum ad Thaidem cum ancilla ex Aethiopia. [Scio quo abducta ſit) Secunda apoſiopeſis. [Eho Parmi, noſtrin'? & ſcis vbi ſiet?) Amatorie ſatis repetuntur quæ ſemel dicta ſuffecerant. [Huc deducta eſt ad meretricem) Et hoc confundit ſemel, cum aceruatim dicit, velut odio interrogantis ſæpius, & feſtinatione ad mandata Phædriæ peragenda. [Phædriæ riualis) Cum pronũciatione addendum, quo magis doleat Phædriæ riualis. [Duras fratris partes prædicas). ſ. contra æmulum, & diuitem, & largiſſimum. Et partes duras metaphoricos ab actoribus ſcenicis. [Comparet) Hic iam oſtenditur miles illuſtrior per riualis dona, quàm per ſua. Et eſt qualitas comparatiua. Comparet pro emat, aut comparandum putet. [Tum magis id dicas) Duras partes fratris eſſe. [Quodnã quæſo hercle?) curioſitatem addidit, περιέλκον τῶν, Quæſo & Hercle. Et vide q̃ molliter, & ſine intellectu ſpectatoris ad argumenti ſpectati ordinem poëta perueniat, vt de Eunucho facta mentione conſiliũ naſcatur ſupponendi Chæreę. [Eunuchum) Mire Terent. primo ſimpliciter Eunucho nomen poſuit, huic quoque detracturus. [Inhoneſtum) Fœdum, vt contra, facie honeſta. vt apud Virg. Et lætos oculis afflarat honore. [Hominem) Opportune hominem dixit, tanquam incerti ſexus. [Senem, mulierem?) Non cõi genere dixit ſenem, quippe qui alibi ſeparauerit dicendo, ſenex atque anus, ſed ſubdiſtinguendum eſt, vt ſit duplex vituperatio, vna ab ætate, q̃ ait ſenex, altera à membrorum mollitie, q̃ ait mulierem. [Quatietur certe cum dono foras) Mire cum dono, tanquam illi repulſæ cauſa donum futurum ſit. Tum deinde nõ reijcietur, ſed quatietur. Vide q̃ contumelioſius dictum ſit, quatietur foras, vel verberibus impelletur foras, non expulſione, ſed detruſione. Vel ſic dixit, foras quatietur, vt deſit. Verſum, vt ſit, foras verſum verberabitur, vt verberetur, & fugetur foras. nã & peruulgatæ cõſuetudinis dictum eſt, feri canem foras, hoc eſt feriendo canem foras eijcie. [Sed iſtam Thaidem non ſciui nobis vicinam) qũo. n. pro Eunucho veniet, ſi aut nouit, aut notus eſt? Etſi mulierem adoleſcens ne nouit quidem, ipſe multo maxime neſcietur. Sed iſtam Thaidem non ſciui nobis vicinã. æconomia contra illud, quod meretrix vicina erat. [Haud diu eſt) Vicina. ſ. Et eſt cauſa, An veriſimile ſit neſcire potuiſſe vicinam. Et nota apud Terẽtium vicinas poni ſæpius adoleſcentibus meretrices, vt hęc ſit prima amoris illecebra. [Nunquam ne etiam me vidiſſe illam?) Artificioſe inculcat Poëta τὸ πιθανόν. [Eſt ne vt fertur forma?) Hoc propter illud quod ſupra diximus. Sed nimio lepore Terentiano, iam illud agitur. Nam hic oſtenditur veriſimile eſſe pro Eunucho creditum apud vicinam meretricẽ Chæream, qui adeo ignotus ſit muliere, vt nec ipſe eam nouerit. quod erat facilius, & promptius. Et additur color, quòd & illa non diu vicina eſt, & q̃ adoleſcens plurimum in Peireo cõmoratus eſt. [Nihil ad noſtram hanc) Mora iter noſtram dixit, pro meam. [Alia res eſt) Non potuit melius ſuam vtriq; gratiã reſeruare. nam & illa, & hæc amantur. [Faciam ſedulo) Mire in promiſſis poſterioribus difficultas rei oſtenditur, cum primo faciam dixerit. [Nunquid me aliud vis?) Hoc dicere abeuntes ſolent. Et bene, Nunquid me aliud vis? quia feſtinat. & ſimul quia hinc naſcitur dolus fallendæ meretricis. [Vt mancipia hęc, ita vt iuſſit frater, deducam ad Thaidem) vide Terentium, vt non quę ſita eſſe hæc fallacia, ſed ipſa ſe obtuliſſe videatur. [O fortunatum iſtum Eunuchum) Iſtum ſæpe annotauimus, aut ad contemptum, aut ad odium referri, vt Virg. Aut quid petis iſtis? &, Iſta quidem quia nota mihi tua magna volũtas Iuppiter. [Qui quidem in hanc detur domum) Quid facilius, quam imitari vel le quod laudes? nec quiſquam, niſi qui cupit, eligitur pro Eunucho, qui Eunuchum putat eſſe beatum. Vide, quàm molli deſcenſu ad hoc conſilium peruenitur. Res. n. hoc ſuggerit potius, q̃ Parmeno, ideo quia ſeruum hoc ſuadere Chæreæ nimis temerarium fuit. [Quid ita?) potuit intelligere ſtatim ſeruus, ſed ad hoc interrogat, vt doceatur ſpectator. [Videbit, colloquetur: aderit vna, &c.) Amatorie nimis, quinque lineas amotis executus eſt, adeoq. diligenter, vt etiam ordinem cuſtodierit. [Videbit, colloquetur, aderit vna in vnis ædibus) Mire amator non ſimul effudit hoc bonum, ſed particulatim digeſſit, vt maior voluptas futura eſſe naſcatur. [Videbit, colloquetur, aderit, &c.) Iſtæ enim ſunt amoris lineæ, etſi eas non omnes eſt perſecutus. [Quid ſi nunc tute fortunatus fias?) Sic videtur Parmeno dicere, potius vt iocetur, quàm vt fieri credat poſſe. [Capias tu illius veſtem) non ſemel oſtenditur quod futurum ſit, quia particulatim poteſt etiam quod turpe eſt, tñ mitti ad perſuaſionem. Simul in geſtum reſpicitur. Ergo non dixit, ibis pro Eunucho, ſed primo, capias illius veſtem. tum deinde hoc ipſum non aſpernante domino, pergit ſeruus ad cetera quæ audaciora ſunt. [Veſtem) q̃ libenter audiat, repetitio dictorum per interrogationem oſtendit. [Audio) .i. libenter hoc admitto, & conſentio. Vt in Phormione, Audio & fateor. & contra non audio. [Intellego) Audio, & intelligo vno modo non vſitatam exprimunt. ſ. conſentientis immodicum affectum. [Cibum vnà capias) Bene ſeruus interturbauit ſupra dictas amandi lineas, & ordinem voluptatum, quippe qui amare non nouerit. [Cibum vna capias. Adſis, tangas, ludas, pp dormias) Etſi ſatis erat ſuperior verſus, tamen incentiua ſunt amoris etiam ſigillatim hæc enumerata, quę vna ſententia ſuperior verſus oſtenderat. [Quandoquidem illarum) Pro, ex illis. [Quiſquam) Quia quæquam dicere, abſurdum eſt. [Illarum quiſquam) Quiſquam, multis exemplis probatur etiam fœminino genere veteres protuliſſe, ita vt in numeris, & generibus hæc pronomina infinita ſint. [Neque ſcit qui ſies) Hoc eſt quod ſupra callide poëta præſtruxit. [Forma atque ætas ipſa eſt) Deeſt, in te. [Facile vt pro Eunucho probes) Formam. ſ. & ætatem. Formam, quia pulcher es, ætatem quia ephebus. [Facile vt pro Eunucho probes) Probes fingas, atq; perſuadeas, vt in conſuetudine dicimus, Homo ſacrilegus pro innocẽte ſe probauit. Et Cic. Hoc tu his probabis? Itaque deeſt te, quod ſubaudiamus. vt ſit, Pro Eunucho te probes. Probes. vt, Migrantes cernas Aut probes perſuadeas. Et ſimul honeſte non dixit, quod erat rectum, vt Eunuchũ probes, ſed pro Eunucho ne eſſet contumelioſum in Chæream. [Nunc iam orna me) Hortatiue orna dixit non deſpolia, aut exue me. [Abduc) Abducimur vnde volumus, Ducimur quo volumus. [Quantum potes) Deeſt, cito. [Quid agis?) Callide ſeruus non vult ſe auctorem videri tanti facinoris. [Quò trudis?) Comici ſemper ea offendunt fieri ab altero verbis alterius perſonæ, quæ oſtendi per ſe ipſa non poterant. vt nunc manu agere Chæream Parmeno ne ipſo dicente cognoſcimus. [Quò trudis?) Præbet ſe vi cogendum domino quẽ compulit dictis. [Perculeris iam tu me) Peruerteris. Vnde prouerbium, Bene plauſtrum perculit. [Tibi equidem dico, mane) Sigillatim iſta pronuncianda ſunt, ex quibus, intelligatur, non ceſſare Chæream quin adhuc impellat, & trudat. [Pergin'?) quaſi vero ioco dixerit, nõ ſerio. [Ne nimium calidum) Periculoſum. ſed melius callidum legitur. Nimium, prouerbiale, quia nimium propria vox eſt. [Flagitium facimus) Flagitium more militari dicitur, res flagitione, hoc eſt increpatione digna. Nam flagitatio, à ſtrepitu dicitur, vnde flamma,

& flagella,& flagitare.i.personare intelligimus dici. Nam hæc omnia sine sonitu,crepituq. non sunt.[An id flagitium est?)An liceat? an deceat.Et prius,quia licet. [At enim illæc in me cudetur faba) .i. in me hoc malum recidet, in me hæc vindicabitur culpa,vt laborat solum, in quo cuditur.i.batuitur faba,cũ siliqs exuitur túsa fustibus,vt in areis more rusticorum sit.Vel ꝙ quidam malæ coctã fabã,& quæ non maduerit, sed dura permanserit supra caput coqui,velut ipsi fabæ irati saxo cõminuunt. tum vniuersum malum,& omnis dolor ad coquum peruenit.Simile & alibi à pulmẽto prouerbium est,Tute hoc instricti, tibi hoc est exedendum,accingere. [An id flagitium est?)Terentius laudat argm̃ huius fabulæ,in quo exemplum promitur, qđ prosit parentibus,obsit meretricibus,& simul deliberationibus tractãs id faciendum.[Si in domum meretriciam deducar)Hoc tale est, nulla lex prohibeat,& defendatur vt licitum. [Et illis crucibus) Hoc iam ad illud pertinet, vt ostendatur decere,& primo à persona eius cui fit.[Habent despicatam)Contemptam acq; despectam. & ita est ἐπιθύσεις, & μετάπλασμ⊙. Vel certe alterius verbi declinatio ab eo quod est despicor,vt conspicor. Sal. Cum interea Metellus monte digrediens cum exercitu conspicatur,primo dubius quid nam insolita facies ostenderet.[Nunc referam gratiam)Non eas,inquit,lacessam,sed quod iustum est,vicẽ reddam,quasi ipse in alijs læsus sit.[Vt ab illis fallmur) non dixit, alij falluntur.[An potius hæc pati æquum est fieri?) Illic vicilitùdo extat in Pati dolos.[Vt à me laudatur) συλλήψις subauditur pati.[Quod qui rescierint)Ex consequentibus argm̃. nam illud factũ vituperatio sequitur,hoc approbatio. [Illud merito factũ omnes putent) Bene,non iudicent, quia & hoc ipsum non satis probum est,vel meretricem fallere. [Quid istic?)Aduerbiũ est ægre concedentis.[Facito)pro facito.[Verum)Deest,vide. [Verum,ne post conferas) Si ne prohibentis est, nihil deest si percõtantis,vt sit,ne forte,deest timeo. Verum,ne post conferas culpam in me) In hoc negocio non auctor vult interesse, sed seruus. [Cogo atque impero) Euidenter ostendit plus esse imperare quam iubere.[Nunquam)pro non.Vt,Nunquam omnes hodie moriemur inulti. [Nũquam defugiam auctoritatem tuam) Non, inquit, recusabo facere, dum tu tamen auctor sis facti.

GVID. OCCIDI. &c.) In hac scena nouus amor Chærea,ephebi ostendit,& consilium potiendæ virginis demonstratur. C H. Chærea inducitur tanquam properãs, & circunspicions videret ne puellam cuius in amore exarserat Occidi,media breui ab ob & cado,pro morior.i.mortuus sum, siue perij,ac perditus sum, neque virgo.i.puella ducta ad Thai.est vsquam.i.in aliquo loco,quem aspiciam. neque ego.s.inquam vsquam, q.d.eam perdendo me quoq; perdidi,& hoc amatorie.nam dum illam non inuenit seipsum perditum censet, neque ego in.s.u.q.ego amisi illam è conspectu meo in.s.i.dubius vbi inuestigem.i.per vestigia eam sequar. quem hominem perconter .i. nescio quẽ interrogem, si vestigia desint,incertus ẽt sum quæ via insistam.i.qđ iter teneam,sequendo eã, hæc est.s.me.i.præcipua expectatio & fiducia vbi vbi .i. vbicunq; est. non potest celari diu ꝓp nimiã formæ gloriam. O,admirãtis est,faciem .i.formam totam ac facturam, & speciem totam, quæ apparet & cernitur.pulchram.i. venustam. ibi particula o,accusatiuo iũgitur,& admirantis est, vt Virg. O For.n.b.si s.n.a.interdum etiam iungitur nominatiuo & vocatiuo in qbus structuris possunt subaudiri verba pro legentium arbitrio,dehinc.i.à modo.dehinc animo mulieres.i. aufero ex animo & oblitero omnes mulieres alias ab hac puella me tædet.i.tædio afficior harum formarum.i.facierum. quotidianarum.i.leuium & vsitatarum. P. autem.i.sed,ecce in conspectu adest tanquam repentinum malum, alter filius loquitur nescio quid, per indignationem dici sæpe solet nescio quid, & per contemptum de amore exclamantis & dolentis est,senem.s. patrem horum iuuenum Phædriæ & Chæreæ. infortunatum.i. infelicem,vero.i.sed,hic.i.talis Chærea sup. est. Donat.tamen vult per hic intelligatur potius senex, malo tamen vt Chærea ꝓp sequens relatiuum, qui, non referendum ad senem, sed ad Chæream,qui.s.Chærea si occeperit.i.inceperit amare: dices .i. diceret aliquis illum alterum.s.Phædriam fuisse ludum & iocũ. Ludus est in facto,iocus in verbo.præut illa erunt sup.quæ rabies.i.insania amoris huius Chæreæ, dabit.i.mouebit.dici.n.sic eleganter solet,Hoc nõ est nisi ludus & iocus ꝑut illa sunt,quæ fecit alter præut illa sunt, hoc est in comparatione eorum quæ alter fecit. Præ enim sæpe significat in comparatione, vt Cic.ad Sulp. At contra nobis non tu quidem vaccus molestijs,sed pro nobis beatus videris.s.præ nobis dixit in comparatione & respectu nostrum. Itaque præut particula non quidem præpositio, sed aduerbium,retinet significationem illius præpositionis præ, sed casui non seruit,& ea est ita vtendũ vt dictum est. C. vt.i. vtinam, dij & deæ perdant .i. destruant,illum senium.i.illum senem, in quo dicto non respexit genus, sed intellectum tantum dixisset.n.illud, ad quia senem intelligebat, dixit illum, & seniũ apposuit ad conuitium senis illius cognati patris qui eum detinuerat, qui retulit ad intellectum non ad vocabulum, qui.s.senex,remoratus est.i.detinuit me hodie.Remoror remoraris significat detineo detines,diciturq.à remora remoræ,quod significat piscículum echeneidẽ nomine naues remorantem. & adeo .i.valde,vel certe dij,& deæ perdant me, qui restiterim.i.cessauerim sequi virginem ꝓp eum autem.i.sed,tum.i.deinde,vel cape illas particulas pro, & repetendo dij, & deæ etiam perdant me, qui non floccifecerim.i.contempserim illum senem,sed eccum .i.ecce prope video Parmenonem,deinde vt accessit ad eum subiunxit,salue Parmeno.i.saluus sis. P. Quid.i.cur, es tristi.i.vultu præsto, quid ne.i.cur non es alacris.i.lætus, vnde is.i.venis. auctores.n.& eo pro venio, & rursus venio pro eo indifferẽter vtuntur. C. Hercle ego nescio,neq; vnde eam.i.veniã,ita prorsus.i.adeo oĩno sum oblitus mei.i.adeo totus sum amoris insania correptus,neque scio sup.quorsum.i.versus quam partẽ eã. P. Quæso qui.i.qũo,vel cur ita es tu oblitus. C. amo.i.amore sum correptus. P. Hem,interiectio indignantis. C. O Parmeno nunc ostendens qui.i.qualis, vir sis.i.quantam potestatem, & virtutem habeas,vel quantum fidelis sis promissis stando. tu scis te pollicitum esse.i.sponte tua mihi promisisse,& quidem in hæc verba siue in hanc formam,& est mimesis,qm̃ non est contentus dicere quid sit pollicitus, nisi etiam dicat qũo, & quibus verbis. verba hæc sunt? O Chærea inueni .i. excogita.i.elige, modo.i.tantummodo aliquid quod ames.i.quod sit tibi cordi. ego Parmeno faciã vt tu cognoscas meam vtilitatem.i. quantũ ero tibi vtilis in ea re,quã amabis.& scis inquam te esse id pollicitum,cum.i.qm̃ congerebam.i.vel coadunabam, vel comporta bam ad te. clanculum.i.secreto occulte, & qm̃ cogerebam ad te in cellulam .i. in aliq̃ camerulam, vel in alium locum domus aptum reponendis,claudendisq. rebus. Cælla.n.ab eo dicta est, ꝙ eam clausam esse cõueniat ob ea quæ in ea cælantur, & cælla & cællarium dicitur,reponendis,claudendisq. rebus esculentis, & poculentis, itaq; cælla vel cællula à cælando rite dici debet, ꝙ in ea cælantur reposita,cum ergo congerebam clanculum ad te in cællulam omnem penum patris.i.quidquid esculẽtum, & poculentum parer habebat domi repositum longæ vsionis causa,non aũt quotidiani vsus,& hyperbolicos est. Veteres autem dixerunt,& hoc penus,& hic penus,& hæc penus. Item, & hoc penu indeclinabile. P. O inepte qui.s.dubitas de promissis. vel iactas te multa largitum. age, vel hortantis est,vt inueniat aliquid amet, aut sit verbum.i.effice ergo,vt aliquid inuenias. C. Hercle, hoc est factum.s.inueni quod amem. fac.i.effice, nunc sis.i.si vis,sicut capesis.i.cape si vis. Persius. Vide sis,pro si vis, intellige ergo sic,fac sis.i.si vis,vt sup.ipsa promissa tua appareat nunc.si adeo.i.certe,vel valde,aut satis digna res,vbi.i.in qua tu intendas neruos tuos .i. labores ac periciteris i.de tuis viribus capias periculum. Alij applicant illud dictum,siue adeo digna res, vbi tu neruos intendas tunc ad personam Parmenonis, sed melius, vt sentit Donat.totum applicatur personæ Chæreæ,virgo illa haud .i. non est similis nostrarum virginum nostræ terræ,& patriæ. dicimus.n.similis huic, & similis huius quas.s.virgines, nostras matres studeant.i.laborant, dant operam esse humeris demissis .i. habere demissos, & non extantes humeros,& quas studeant esse pectore vincto.i.castigato. tenui,represso,cohibito, non permisso distendi, neque diffluere, alioqui habent iuncto (sed Donatus legit vincto, quem puto sequendũ) vt sint graciles. Si qua est virgo paulo habitior i.vegetior,aptior. Inde habitudo corporis dicitur. quasi status eius, & factura seu aptitudo. vel cape hoc dictum sic, si qua est habitior.i.si est aliquanto corpulentior,quàm deceat puellam, & est quod barbare dr̃, si aliqua est in satis bono puncto, vbi diceretur recte, si qua est habitior paulo,aut vt Gel.habet,si qua est corpore bene habito,ac vegeto. aiunt.i.dicunt,matres vel homines eam esse pugilem.i.pugnæ aptam,quod virorum potius est,cum mulieres sint imbecilles, ẽt audire est colonos appellantes mulierem corpulentam,ac robustam militem, matres inq̃ deducunt.i.diminuunt illis puellis cibum,& dietam illis imponunt tametsi.i. quamuis natura earum puellarum est bona.i.plena, magna, & pinguis, reddunt, id est exhibent, perficiunt eas iunceas, id est tenus,& pallidas,tali curatura,id est tali diligentia. Nam curatio est medicinæ, curatura est diligentiæ, ergo ita .i. eo pacto

aman

amantur,per ironiam,q.d.nemo illas pallidas amat,quas curatura tales fecit,sed eas,potius,quæ natura, vel intellige sine ironia,quia.i.&, ergo amantur ita.i.tali industria, & curatura efficiuntur,vt amentur non naturæ beneficio. P. Qui,interrogandi modus est distinguendo à sequentibus,deinde dic,sup. (vt ait Don.)qualis est istæc.i.ista puella tua,quam.s.agas. C. Noua .i.inaudita,inusitata, forma .i. figura, venustas oris .i. faciei est sup.illi. vel si vis sint ablatiui casus, & tunc sic ordina,quia petierat Parmeno qualis esset subdit est sup.noua forma oris.i.habet nouam faciei figuram. P. papæ. interiectio admirantis venustatem virginis. C. Color eius est sup. verus .i. naturalis, non ex cura,non fuco,corpus est illi solidum.i.firmum, plenũ, forte,non flaccidum,non corruptum curamentis vt nostrarum virginum, & corpus inq̃ eius est plenum succi .i. humoris non corrupti,quo animalis corpus alitur ac sustẽtatur, nam humor in corpore animalis,qui corruptus est,dicitur pus.Virg. Et succus pecori,& lac subducitur agnis. Succus (vt ait Don.) est humor in corpore quo abundant bene valentes,& dicitur proprie quasi sugus,qm̃ illum humorem membra sibi fugunt ex alimentis,vt se repleant. Deinde subdit. Sucus est pinguitudo membrorum hæc Don.dixit ergo Terent. succi plenum,quia nemo deduxit cibum illi. P. quot sunt anni illi. C. sedecim. P. Flos ipse iuuentutis in ea est sup.cũ sit sedecim annos nata. C. tu fac .i. labora vt tradas mihi hanc puellam, tractum à iure est, nam res vendita tradi debet,vel alio modo cõtracta,& recte tractas, quia subdit vel vi.i.violentia,quia virgo est.vel clam, quia custoditur,vel precario .i. per preces,quia Chæreæ precium deest. Hæc tria verba vi,clam precario ex iure deducta sunt,quibus nõ rite res agitur, & mala fide aliquid possidetur, quia sine precij mentione nihil.i.non refert mea, q.d. nõ curo qua via tradatur mihi dummodo potiar.i.voto meo ea vtar. P. quid? modus interrogandi. virgo illa cuia est .i. cuius conditionis,serua ne an filia, & bene dixit cuia, nam tam serua, quam filia in potestate sunt aliena. C. hercle nescio cuia sit. P. vnde est.i.ex quo loco est oriunda. C. tantundem scio sup.quantum scio de eius conditione. P. vbi habitat.i.moratus. C. ne quidem.i.nec etiam scio inquam id.s.vbi habitet, & est venusta variatio respõsionis, nunc tantundem denique,ne id quidem. P. vbi vidisti eam? C. in via. P. qua ratione.i.quo pacta. quomodo amisti.i.amisisti eam. C. Equidem ego aduenienᵴ .i. accedens huc,stomachabar.i.indignabar,modo id.i.propter id.i.quia sic mea culpa amiseram,mecum.i.apud me.neque arbitror quenquam.i.aliquem hominem esse,quàm me sup.cui omnes bona felicitates.i.boni successus (& bonæ dixit Don.poni pro magnæ,nimiæ,vel nouæ)sint magis aduersæ,cum ex eis aliquid quod lædat nascatur, nam quod occurrerit ei felicitatis loco putat, sed quod amiserat infelicitatis,& aduersitatis. Et (vt ait Don.) Epitheta tribus de causis nominibus adduntur .s. causa discretionis, vt Phrygiæ mollimur montibus Idæ. aut proprietatis: vt, Terribili impexum seta dentibus atris,aut ornatus,vt,Alma Venus. P. quid hic sceleris est .i. quod est hoc scelus, quod commissum est à te, vel ab alto,vt ita sis infelix. C. perij.i.perditus sum. P. quid est factum. C. rogas.i.quæris. nostin'.i.cognoscis ne Archimenidem cognatum patris,atque æqualem. P. quid ni.i.cur non nouerim sup. nam quid ni significat quid nisi, aut cur non veteres enim ni,pro ne ponebant,& ne pro non Plaut. Ni stulta sis .i.non,& ne vult,pro non vult. C. dum.i.quandiu sequor hanc puellam, fit.i.efficitur. offertur obuiam .i. in occursum mihi. P. hercle factus est sup.tibi obuiam incommode.i.intempestiue, & importune .s. C. imò enimuero .i. sed certe infeliciter factus est obuiam mihi. Nam ò Parm.alia infortunia.s.(quæ minora sunt) sunt dicenda incommoda, non autem istud, sed maxima quædam ac noua infelicitas, & si quid grauius est dici debet,liquet mihi.i.liquidum est,vel constans,vel manifestum, aut certum est mihi,& quod dici solet, paratus sum,nam si quis constituerit aliquid lacere,illud efficere est paratus. liquet mihi .i. paratus sum deierare .i. valde iurare, si de producta legatur, vel si correpta legatur deierare intellige .i. Deos iurare paratus sum,iurare me sup. non vidisse illum senem prorsus.i.omnino, His sex vel septem mensibus proximis.i.superioribus aut preteritis (nam præterita,& futura nobis sunt proxima, præsentia aũt ea sunt in quibus sumus nunc) quod autem dici inepte solet illum non vidi de post sex vel septem menses, diceretur recte, & eleganter sequendo Terentius. Illum non vidi his sex vel septem mensibus superioribus proximis, vel præteritis lapsis, vel actis,nisi nũc cum.i.quo tempore,minime.i.non vellem vidisse eum, & cum minime .i. non fuit opus .i. necesse neque vtile. Eho,interiectio indignationem,& animi passionem ostendẽs, non ne hoc est simile monstri,q.d. non ne hoc est deforme, admodum,& velut portentum, & fœdum monstrum .i. ita perdidisse eam aduentu senis illius, quid ais .i. quæ est in hac re opinio. P. maxume.i.admodum est simile monstri. C. continuo .i. illico,accurrit .i. accessit ad me coriculo,quàm longe .i. quantum longe,quod dici solet quantum de longe,vel si vis sub audi quam longe erat. Accurrit ergo quidem.i.certe, incuruus .i.valde curuus. In .n. nunc auget nunc minuit dictionem,tremulus.i.titubans præsenio,labijs demissis.i.deprellis,aut pendẽtibus. Labra sunt superiora,labia vero inferiora, labræ autem sunt proprie asinorum. A magnitudine labrorum dicuntur labeones, sicut chilones improbius labrati dicuntur, nam chila græce labra sunt improbiora modum excedentia, & ppea quidam pisces improbus labrati, chilones dicuntur, accurrit inquã gemens .i. gemebundus propter continuam tussim,inquit.i.dixis ò Chærea heus, vocantis aduerbium est heus, & Chærea, procedente iterum dixit senex,heus dico tibi, vel intellige eum vno tenore dixisse,restiti.i.constiti,fixi gradum,retinui pedem, scin'.i. scis ne quid ego volebam te potest intelligi facere, vt si quid volebam te facere,sed melius supprimitur q̃ addatur.Gel. Hoc te volebam nescius ne essẽs, & eleganter dr̃ quid me vis, quod dici vulgo solet,quid uis mihi dic verbum est Chæreę ad monentis eum vt dicat celeriter. Iudicium est mihi cras.i.in ius vocatus sum in crastinum,aut est mihi negocium cras agendũ, seu agenda est controuersia. Deinde subdit Chærea,quidem,tũ .i.quid inde vis dicere si sit tibi iudicium Dicit senex,vt nuncies diligenter patri tuo, vt meminerit esse aduocatus mihi cras mane,dum.i.quandiu dicit hæc hora vna abijt .i. discessit, transijt, traducta est,rogo .i. interrogo,nunquid .i. vtrum aliquid aliud velit,q.d.significo me ab esse dicendo, quod abeuntes solent nã abitur ne id dure facerent, nunquid vis dicebant ijs, quibus constiterant, inquit, senex recte pro eo quo est nihil aliud volo,& quidem moraliter dictum est,& gratiose vt ita loquatur, est.n. in his dictis carientissimos ab eo.i.discedo. cum respicio ad virginem huc.i.in hanc patrem, in qua meretrix Thais habitabat. Interea.i.dum id agebatur illa puella aduerterat.i.diuerterat, se se commodum.i.opportune,tempestiue,vel vt ei visum sit commodum .i. opportunum, & tempestiuum,& dicendi genere vti per pulchrum est. Nam interdum dici solet, cum vidit bonum suum collectis sarcinulis,discessit, eleganter sic diceretur, Nactus opportunitatem discessit,vel sic. Ipse autem collectis commodum sarcinulis abscessit. Aduertat ergo sese huc .s. in hanc nostram plateam, quia vicina erat illis Thais, ad quam deducebatur, q. d. in hanc nostram vicinitatem diuerterat, quia in eadem platea.i.in eadem planicie, & ampla loco vrbis, multi, & frequentes commorantur, illicque frequens vicina esset solet. P. Mirum est ni, dicit hanc quæ data est dono huic Thaidi.modo .i. paulo ante, hic aũt dicendi modus permirum perpulcher est, vt si sic dicatur latine,quod in ore populi esse solet. Edentes intuens, si non edat, mirum ni sibi mortem consciscat. C. cum aduenio huc nulla erat.i.non erat hic puella. P. scilicet comites secuti sunt virginem? scilicet hoc ponitur pro eo quod barbare dici solet libenter,vt in tali dicendi genere. Libenter comites secuti sunt eam. C. verum particula verum est hic increptiua,& non relatiua,vt sæpe fit. Parasitus.s.Gnato cũ ancilla .i.parasitus,& ancilla secuti sunt eam. P. scilicet.i.certe ipsa est quam quæris, desine .i. cessa. iam conclamatum est .i. finitum est,vel transactum, vt conclamata corpora nihil reliquiam hñt ad vitæ officia. Vel conclamatam est.i.manifestum est, vt in cõclamatis muneribus nulla dilatio est doloris,& luctus.Vnde Lucanus ait, Corpora nondum Conclamata iacent. Aut conclamatum est.i.satis deploratum est satisq. vociferatum est, quia dixerat. O infortunatum senem, tanquam dicat iam occisum patrem propter filij vtriusque amorem. C. agis alias res.i.vel non intendis ad id, quod dico occupatus in alijs rebus cogitãdis,aut nugatorias,& vanas res agis.i.iocaris. P. equidem.i.certe ago istuc,hoc est intendo ad id,quod dicis. C. dic mihi nostin'.i.cognoscis ne quæ sit illa puella, aut audistin'.i. accepisti ne ab aliquo quæ sit. P. vidi eam, & noui.i.cognosco eam scio, quo.i. in quem locum sit abducta.i.deducta. C. Eho mi Parmeno,nostin'. P. noui. C. & scis vbi sit. P. Deducta est huc ad meretricem Thaidem,& data est ei dono. C. Quis est is homo tam potens cum hoc tanto.i.tam egregio muncre. P. Thraso miles amator Thaidis riualis Phædriæ.i.æmulus. Riualis enim dñr æmuli de eadem muliere,quasi in vnum amorem deriuantes,facta translatione à feris bestijs, quæ sitientes cum ex eodem riuu

lo hauſtum petunt,in prælium inuicem veniunt.Inde in iure riuales,vel coriuales dicuntur, qui in eodem riuo ius habent, & pro eo ſæpe contendunt. C. Prædicas.i.dicis, duras.i.aſperas, acerbas,partes.i.onera,ſeu prouinciam aſperam fratris,q.d.fratri eſt res cum potenti viro,propterea illi duræ partes ſunt,pro eo enim quod dicitur magnam mihi imponis prouinciam,dicetur recte magnas,ſeu difficiles mihi partes imponis. P. Imò enim .i. ſed certe ſi ſcias quod donum frater tuus comparat .i. emat,aut comparandum putet contra ſup.hoc donum, vel contra.i.viciſſim,vel ex oppoſito, vt ſit aduerb. tum .i. tunc, magis dicas id.ſ.duras Phædriæ eſſe partes,vt cum tam diuite,& largo contendat donis,ſeu muneribus certet. C H. Hercle.i.per Herculem quæſo, quodnam.i.quod bonum comparat huic. P. Comparat Eunuchum. C H. Obſecro ne.i.vtrum comparat illum hominem inhoneſtum.i.fœdum ſenem.i.annoſum muliebre .i. effœminatum, & qui molliciem habet membrorum, vt mulier. Ideo vituperat ab ætate, q̃ ait ſenem, & membrorum mollicie,cum ait muliebrem,quem.ſ.hominem mercatus eſt.i. emit heri. P. Iſtum ipſum comperat inq̃. C H. Certe homo ille.ſ.frater.Quatietur.i.trudetur,impelletur,vel fugabitur, & quidem verberibus foras. Dici ẽt ſolet fieri canem foras.i.feriendo foras canem ejice. Sed non ſciui iſtam Thaidem eſſe vicinam nobis. P. Haud.i.non. diu eſt,ex quo ſup.eſt vicina nobis. Vbi diu eſt nomen,cum ſupponat huic verbo eſt. C H. Perij.i. perditus ſum,ne .i. vtrũ eſt verum ſup. me nunq̃ vidiſſe illam.ſ. Thaidem. Ehodum,interiectio mouens attentionem, dic mihi .i.rñde mihi, ne.i.vtrum eſt forma.i.habet pulchritudinem talẽ ſup.vt fertur.i.vt eſt rumor. Nam Ariſtoteli eſt ſcientiæ copia, debet reſolui per vt Priſc.ſentit,pro eo quod eſt.Ariſt.habet copiam ſciẽtiæ. P. Sanè.i.certe eſt forma inq̃ vt fertur,affirmat.n. ibi ſanè. C H. At .i. ſed,nihil ad noſtram hanc puellam.i.nihil eſt in comparatione huius puellæ. P. Alia res eſt de hac, & de illa,q.d.lata eſt dña. C H. O Parmeno obſecro fac.i.elabora,vt potiar ea.i.voto meo vtar. P. Faciam ſedulo.i.diligenter,inſtanter,quaſi ſine dolo,ac dabo operam.i.elaborabo,adiuuabo.i.fauebo, nunquid vis aliud, hoc dicere abeuntes ſolent, quaſi alio properantes,& verbis finem optantes. C H. Quò nunc is.i.vadis. P. Eo inquam domum,vt deducam ad Thaidem hæc mãcipia.i.hos ſeruos,quaſi mana capta,videlicet Eunuchũ,& Aethiopiſſam.ita vt.i.ſicut. frater tuus.ſ.Phæd.iuſſit.i.præcepit. C H. O iſtum nuchum(iſtum per contemptum dixit,& in odium) fortunatum.i.felicem,q.d. reputo,ſeu exiſtimo iſtum Eunuchũ felicem. qui quidem.i.certe detur .i. miratur dono in hanc domum Thaidis. P. Qui.i.cur ita dicis eum fortunatum. C H. Rogitas.i.interrogas? videbit ſemper domi conſeruam.ſ.puellam,quæ erit conſerua illi,cum ipſe ſit ſeruus. Videbi.ergo conſeruam ſumma forma.i.habentem formam .i. pulchritudinem excellẽtem.colloquetur.i.ſimul loquetur,aderit.i.preſens erit, vel propè vna.i.ſimul in vnis ædibus .i. in vna,eademq̃. domo, nonnunquam.i.interdum capiet cibum cum ea.i.cum ea comedet,interdum dormiet propè.i.iuxta eam. P. Quid diceres ſup. ſi tute.i.tumet.nunc fias.i.efficiaris fortunatus.i.felix,vt ille Eunuchus. C H. Quare Parmeno fierem fortunatus reſponde. P. Capias veſtem illius. C H. Veſtem capiam.ſ.quid tum .i. tunc fiet ſup. poſtea.i.poſt captam veſtẽ. P. Ducam te ad Thaidem pro illi.i.illius loco. C H. Audio.i.libenter hoc admitto, & conſentio. P. Dicam te eſſe illum Eunuchum. C H. Intelligo.i.capio quo ſpectes. P. Tum.i.tunc fruere.i.cum delectatione vteris illis cõmodis.i.illis voluptatibus, & opportunitatibus,quibus cõmodis tu dicebas modo.i.paulo ante illum fruiturum .ſ. capias cibum vna.i.ſimul cum ea,adſis .i. præſens vel propè ſis,tanges,attrectes,ludas.i.colludas cum ea, dormias,ppè.i.iuxta eam q̃quidem .i. quia certe,neque quisq̃ .i. aliqua. Et quiſquam,quamuis maſculini tantum generis eſſe videatur. multis tamen exemplis probatur à veteribus in fœminino genere eſſe poſitum. Nam quenquam abſurdum eſſet,quiſquam ergo illarum.i.ex illis mulierculis num nouit te.i.non cognoſcit te. neque quiſquam ſcit.i.cognoſcit: qui ſies .i. qui ſis præterea .i.inſuper forma .i. pulchritudo,quia pulchre es,& ætas,quia es ephebus,eſt ipſa.i.talis,vt facile probes.i.perſuadeas,fingas, cõprobes te pro Eunucho .i. perſuadeas te eſſe quaſi Eunuchum. C H. Dixti .i. dixiſti,pulchre .i. feſtiue,ſeu feſtiuiter,nunquam vidi melius.i.excellentius conſilium dari. Age,hortantis eſt,eamus intro nunc iam oro,orna me.i.indue me veſtem Eunuchi, abduc.i. deduc quantum potes cito ſupple. P. Quid ais: equidem iocabar.i.ioco dicebam ſupradicta. C H. Gerris .i. nugaris, verba mihi dare vis, vel futilibus verbis me illudere tentas. P. Perij, qui ego miſer .i. infelix, egi.i.dixi, vel feci, quo.i.in quem locum trudis .i.impellis me tu iam.i.ſtatim perculeris,à percello is perculi.i.peruerteris me,ſiue ad terram me deieceris, q. d. ſi pergas me ſic trudere, ſtatim me peruerteris.i. ad terras deieceris tanquam plauſtrum aliquod euerſum, vt verbis iuris vtar,vnde prouerbium natum eſt, Bene plauſtrum perculit,forte pro eo quod dici ſolet. Poſuit manum ſuam in bono loco, vel cecidit, ſeu deuenit, & appulit in bonum locum. Equidem dico tibi mane,nec proſequere quod incipis. C H. ea mus. P. pergin'? .i. perſeueras ne incepto. C H. certum eſt.i. conſtitutum eſt apud me pergere. P. Vide ne hoc ſit modo nimis callidum .i. nimis callide excogitatum, q. d. periculoſum. C H. profecto.i.certe non eſt nimis callidum conſilium.ſ.ſine id eſt,q.d.ipſe video,& quod inepte dici ſolet, Dimitte mihi facere. P. at.i.ſed iſtæc faba cudetur in me, prouerbium eſt.i.hoc malum recidet in me,vel hęc culpa vindicabitur in me,ſicut terra in qua cuditur,i.batuitur faba cum ſiliquis exuitur laborat et enim cum fabæ ſuſtibus .i. flagellis tunduntur in area more ruſticorum,ipſa etiam arca tunditur.Vel hoc prouerbium,inde natum eſt,quod quidam male coctam fabam, & quæ non maduerit,ſed dura permanſerit,ſupra. Caput coqui ſaxo comminuũt, tumq̃. vniuerſum malum, & omnis dolor ad coquum peruenit. Simile etiam alibi à pulmento prouerbium eſt. Tu te hoc intriſti tibi.i.hoc malum tibi peperiſti. Ah, interiectio dolentis,facinus hoc ſupp.factum eſt ſubaudi flagitium .i. flagitione, hoc eſt increpatione dignum. Flagitium enim more militaris dicitur res flagitione .i. increpatione digna. Nam flagitio ad ſtrepitum dr̃, vude flamma flagella, flagitare.i.perſonare intelligimus dici. Nam hæc omnia ſine ſomtu crepituq̃. non ſunt. Quidam libros habẽt flagitium facinus. Verum Don.mihi vel le vr̃ facinus dici. C. An.i.flagitium.i.vituperatione dignum. ſi deducar in domũ meretriciam.ſ.Thaidis, & ſi referam gratiã, in malam partem hic capitur referam gratiam.i.reddam ſiue rependã vices illis crucibus.i.tormentis, vexationibus, quæ.ſ.cruces habent nos deſpicatoris.i.contemptos, & habent inquã noſtram adoleſcentiam.i.iuuentutem deſpicatam.i.contemptam, deſpectam. Nam ſicut conſpicor ſignificat conſpicio,ſic deſpicor ſignificat deſpicio, ſed nunc deſpicatam capitur paſſiue, tanquam à communi, & quæ cruces cruciant.i.torquent nos omnibus modis.ſ.omnibus vijs. Ad flagitium inquam eſt,vt referam illis crucibus gratiam,atque fallam.i.decipiam,itidem.i.viciſſim vel eodem modo, eaſdem cruces.i.meretrices, quæ nos cruciat vt.i.quemadmodum. nos adoleſcentes fallimur.i.capta mur,atq; decipimur ab illis an potius flagitium eſt inquam pati hæc,quæ fiunt à meretricibus ac æquum eſt.i.iuſtum eſt fieri, vt meretrices laudantur à me dolis .i. decipiantur à me fraudulenter, hoc eſt qualicunque potero fraude, q̃.ſ. hæc pati hi qui reſciuerint .i. ad quorum notitiam peruenerit, nulli culpent .i. criminentur. omne putent illud .ſ. deluſos eſſe meretrices, eſſe factum merito.i.quia bene meruerunt. P. Quid iſtic dicis, ſup. q.d.curtam longum ſermonem producis. & eſt dictum ægre concedentis, ſi certum eſt tibi.i.ſi conſtituiſti facere illud. facias pro facito, vetum.i.ſed vide ſup.ne poſt.i.poſtea,conferas.i.conijcias, reijcias culpam in me. vbi ſi ne ſit prohibentis aduerbiũ nihil deeſt. C H. non faciam.i.non conferam in te culpam. P. ne.i.vtrum iubes me ornare te,& deducere. C H. petis ſup. an iubeo. imò.i.ſed,cogo atque impero. Vbi ſatis liquet plus eſſe imperare, q̃ iubere. P. nunquam fugiam tuam auctoritatem .i.tuam iuſſionem. Vel non recuſabo facere, dum tu tñ auctor ſis facti. Sequere me. C H. Dij bene vortant quod agimus,ſcilicet.i.efficiantur,vt ex hoc nobis bene contingat, & quaſi in noſtrum bonum vertant, vel vt bono omine id efficiamus. Tractum aũt hoc eſt ab Hectore,& Aiace. nam Hector dedit Aiaci glaudium quo ſe Aiax poſtea interemit. Hector vero baltheum accepit ab Aiace, quo circa muros patriæ tractus eſt, poſtea inde, & illud comicum natum eſt. Dij bene vortant quod agas. Plerunque enim bona in peius, mala mutantur in melius.

ARGVMENTVM) Chærea captus amore virgis, q̃ deduxit Gnatho, opera Parmenonis ſub habitu Eunuchi ad eam deducitur. Eſtq̃. hic velut nouum argumentum,& occaſio noui motus in fabula.[Occidi)Querela ob amiſſam virginem.[O faciẽ pulchram)Exclamatio admirantis.[Ecce aũt) Parmeno admouet ſpectatorem.[Præut huius) Pro illis ſignãt.n. comparationem,& hac figura Plaut.ſæpe eſt vſus.[Quid tu es)Attende affectum ex vultu,& feſtinatione. [Nunc te) Obteſtatio,quæ proſopopœia amplificatur. [Cum in cellulam)A merito, & omne penũ dixit ſynecdochicos, & per auxeſim,augẽdi cauſa. [Haud

LA70

ſimi

similis virgo) Laus ex comparatione industriæ,& naturæ,& est locus à rei præstantia & dignitate qui refertur ad vtilitatẽ. [Iunceas).i.graciles.[Quid tua isthæc)Redditio comparationis,qua natura apponitur cultui, & totum spectat ad futuram defloratione, vt verisimile videatur adolescentem in aliena domo compressisse virginem, in quam tantum exarserit. [Neque quenquam)Incusatio fortunæ.[Perij)Dolentis,& indignantis. [Imò) Correctio. [Illum liquet) Amplificatio indignantis à tempore. [Eho) Animaduersionem postulantis, & habet vim epiphonematis. [Incuruus) Attende ὑποτύπωσιν odiosi senis,à ita tu,forma,& habitu corporis. Item à voce,& loquela, per imitationem,& prosopopœiam. [Mirum ni) Affirmatio, agnoscentis puellam. [Conclamatum)verbum desperationis translatum à mortuis. Prou. [Alias res).i.decipis,nugaris. Inuitus.n. audit hoc adolescens. [Homo quatietur) Contempre & contumelioſe, & ad laudem virginis refertur. [Perij) Dolentis & anxij, quia virgo ad meretricem deducta sit.[O fortunatum) Occasio consilij,quo pro eunucho deducetur adolescens. [Præterea forma) Quia imberbes sunt eunuchi propter vitium corporis. [Quid agis) Calide nunc resilit, nec vult se auctorem tanti facinoris videri.[Perculeris)Prouerbiale est. bene plaustum perculit. [In me cudetur) Prouerbium in eum, in quem malum quodpiam recidit. [An id flagitium) Refutatio à retaliandi iure. [Quod qui rescierint) Occupatio quæ refellitur simplici contradictione.

PETR. MARS. OCCIDI. Neque virgo) Primos adolescentis ardores, & Venereos æstus, posthabita rei domesticæ ac publicæ cura, hæc scena exprimit. Sectantur enim adolescentes (vt ait philosophus lib.ij.Rhet.ad Theodecten,quod,& Horat.in Arte poëtica repetijt, cuiusque ætatis mores describens, & studia) Venereas voluptates,& vehementer concupiscunt,celeriter autem desinunt. Estque illis amor vehemens,vt sitis famesq. laborantibus. [Vt illum dij, deæq. senium &c.) Senium proprie, vt inquit)Nonius,est tædium,& odium,dictum à senecture,quod senes omnibus odio sint,& tædio.[Quid ue es alacris?)Alacris festiuus. Asconius Pæd. ait: Sunt qui alacrem, festinantem ac properum dici putant, quasi alis acrem. [Ad te patris penum) Penum.i.ea quę ad edendum,& bibendum in dies singulo prandij aut cœnæ causa parantur,penus non sunt, sed ea potius quæ huiusce generis,longæ vsionis gratia contrahuntur, & recondũtur,ex eo q̃ non in promptu sint,sed intus, & penitus,habeantur,penus dicta. Penus quoque,inquit,varij generibus dictum, & varie declinatũ est: nam,& hoc penus, & hæc penus, & huius peni,& penoris,& peninoris veteres dixerũt. [Fac sis nunc &c.) Sen.sic ait: Lacerat animum, & premit frequens commemoratio meritorum. [Neruos extendas tuos) .i.vltimum conatum facias.[Habitior).i.pinguis. [Pugilem).i.aptam certaminibus. [Illa sese interea commodum)Commodum.i.tatim,& eodem tempora. Sen.lib.vj. Epist. sic scribit: Librum quem mihi promiseras accepi,& tanquam lecturus ex commodo aperui,ac tãtum degustare volui,deinde blanditus est ipse vt longius procederam.[Iam conclamatum est) .i. claris indicijs, manifestum .i. quod quærimus. Conclamare est simul clamare, vt fit in luctu funebri. Vnde Lucan. lib. v. Sic funere primo Attonitæ tacuere domus, cum corpora nondum Conclamata iacent. Parmeno intelligebat iam actum esse de Chærea, cum amaret, &de omni familia quæ videbatur conclamata, cum herilis filij post meretrices insanirent. Ideo Chærea dicit: Alias res agis, cum non planè intelligeret, quorsum hæc verba dixisset Parmeno,qui de conclamato funere loqui videbatur. [Inhonestum hominem).i.turpem facie,ac illiberalem faci. [Et pro eunucho probes) .i. probabiliter ostendas te esse Eunuchum, cum sis adhuc imberbis,nec grauem habeas vocem. Arist.lib.3.Hist. Animal loquens de pilis. sic ait: Congeniti sunt pili,capitis, superciliorum, & palpebrarum: postgeniti pubis, plurimum post alarum, postremo menti pili postgeniti, his qui ante pubertatem castrati sunt,non exeunt,& post pubertatem excisis soli decidũt præterquam pubis. Et lib. v. loquens de voce, dixit Magna ex parte vox marium fœminarumque differt, eo quòd mares grauius sonant quàm fœminæ. Et ea quæ castrantur, transeunt in fœminam. Et lib. xviij. dicit: Execta omnia in feminarum mutantur,& iuuenes atque fœminæ sunt vocis acutæ. Plin.lib. xj. loquens de voce sic ait. Bobus tantum fœminis vox grauior. In alio omni genere exilior quàm maribus. [Perculeris iam,&c.) Percello lis,perculi, perculsum percellere commouere, & peruenire. [Isthæc in me cudetur) Cudetur .i. rumpetur super caput meum. Recidit, inquit hoc scelus in me, qui fui auctor. [Despicatam) .i. despectam, & modis omnibus contemptam.

OCCIDI.) Creticus est,inquit Doct. Quę deinde in hac scene sequuntur carmina varij generis sunt.Quinque primi versus sunt iambici tetr.acatal. in quorum tertio vel diu monosyllabum est,vel creticus est loco quinto. In quinto verbum Quotidianarum ante harum ponetur, & alterum legendum, quamuis Valla lib.ij. Elegantiarum Alter legit. Verum ex multis illius libris video parum illi curæ fuisse Terentianus versus ad carminum rationem citare, cuius rei si quis exemplum ex eo velit,videat lib.3. c.48. aut,vt alij 49. decepit pœnitere, ad finem, vbi ex Heautont. hæc duo ita duo allegat carmina. GLAR.

Ita me dij bene amabunt vt me tuarum misertum est
Menedeme fortunam.

Me pro à me,inqt,misertum est,dixit.Cũ carmen ita legẽdum.

Ita me dij amabunt, vt tuarum misertum est
Menedeme fortunarum.

Nam priorem versum ita corrupit, vt in nationem carminis ne quaquam venire queat. Itaque huius viri, quanquam apud me multo maxima est,auctoritate non terrebor.Sextus versus Trochaicus est Tetrameter Catal. in cuius tertio loco dactylus est. In 4.anapæstus,si quidem o,productum manet.Doct.præcedentem versum, hoc est quintum huius scenæ ait trochaicum tetrametrum.quod ego non intelligo, etiam si Quotidianorum verbum legatur ante Harum,vt quidam libros hñt,nisi ti in Quotidie corripiendum putarit,quod non credo. Nã in Hecyra producitur ipse tamen,vt ostendit liber ab eo emendatur,Hanc præposuit verbo Quotidianarum. Sic Tædet. trochæum facit,at reliqua carminis ratio nullo pacto constat. qđ lector ipse, simul atque in numeꝝ carmen, sumet, facile videbit. Septimus versus eodẽ Doct.auct.Iambicus est Tetramet.Catal.at Amare verbum ponendam ante Cœperit. Octauus Iambicus item Tetr. sed Acatal.eodem auctore,in quo Pręut potest dissyllabum esse, & Huius monosyllabum,aut contra Præut monosyllabum, ac Huius dissyllabũ,Nonum idem Doct. ait Iambicum Tetr. Catal. Sed vel bacchius est loco primo, & creticus secundo, vel in illum l, eliditur,& Deæ monosyllabum est. Sic fiet acatal.qualis,& decimus versus,eodem auctore. Sed aduerbium Non tolendum est. neque enim carmen patitur. Et Don.quoq; reij Notauit hunc locum diligenter Ioan. In xj.versu puto, ue, & es,duas ad finẽ versus particulas abundare,vt sic acatal.vt priores. Duodecimus eiusdem est generis, in quo si modo recte legatur, Ego erit iambus, Nescio dactylus, absque elisione,& Eam bis positum vtrinque dissyllabum. Decimustertius dimeter iambicus,atque ita liber Aldinus,ac Doct. distinxerunt. At ego malim priorem dimetrum esse,Vnde is? C. Ego nescio hercule. Deinde integrum esse Tetrametrum Acatalecticum. Sed lector iudicet. Quartusdecimus in Amo vltimam vocalem nõ elidit,si Hein legatur,sed eliditur,si Ehem. Vtranque lectionem exhibet Donatus. In xv.vltimum verbum inueni est imperatiui modi. Sed particula Modo pertinet ad sequentem versum, in quo primo ac quinto locis ex proceleusmaticus. Rursus in continuo sequente aut s, eliditur in verbo Patris, aut creticus est loco tertio. In xviij. τὸ Hoc,ante aduerbium Hercle ponendum. In xix.plerique libro habent Intendas,pro,Extendas. In xxj. Gracile, pro, Graciles,legit Donat.at nihil ad carmen. In xxij. Si qua est habitior,cum verbo substantiuo,quod omisérãt quidam,legendum. In xxiij.verbum Est post Natura. nisi creticum malis loco secundo,ponendum,& iunceas legendum per i,consonantem ab initio,non per u,auct.Doct.hoc est Iunceas, non Vinceas. In xxv.vel u,in Verus eliditur euanescitque, vel primo loco est bacchius. Sequentes inde duos versus Doct.senarios catalecticos vtrunque iudicat. Ego sequentem absq; dubio acatalecticum,non catalecticum puto: priorem autem vix iudicari posse,nisi vel in Flos elidamus s,& in Precario à contra naturam corripiatur,vel tu pronomen superfluum putemus,vt sic fiat verus senarius,quemadmodum sequens acat.Verum neque s,in Flos,natura longa vocali facile eliditur,neq; a,in precario corripit potest, quod apud Plaut.producitur. Neque Tu temere amouendum est,quod omnes habent lib.& inuenis desiderium maxime deposcit, imò si quid amplius ad affectum fuerit.Ideoq. facile adducor vt magis verisimile putem omissum esse verbum Parmeno,communi illo errore quo personarum nomina,vel penitus scribuntur cum in contextum orationis perditum, vel primis duntaxat literis,cum verba subsequentia ad eas attinent. Indeq. vel temere omittuntur,vel temere inseruntur, vt Daue, in Andria vocatiuus omissus Act.2.Sce.3. Et Geta itẽ

vocatiuus in Phorm. Act.ij.Sce.j. Itaque hunc quoque versum esse iambicum tetrametrum acatalecticum vt priores.atque ita legendū existimo cum anapæsto in tertio,& quarto locis, Flos ipse. C. hanc Parmeno tu mihi vel vi, vel clàm, vel precario, Quia Doct.legerit, mihi non constat. Qui deinde sequitur versus,iambicus tetrameter est catalecticus tribrachyn habens ante vltimam syllabam. Rursus sequens iambicus tetr. est, sed acat. Doct. vtrunque catalecticum putauit,sed ipsius liber conuincit non ita esse. [Aduenies mecum stomachabar modo) Sequunt deinde xxix.trimetri iambici, quorum primi quo mihi satis suspecti sunt,magis tñ posterior, quia Arbitror mediam positione producere videtur, contra omnium Poëtarum, ac adeo huius consuetudinem. In v. Archidemidem legendum Ioan. admonet,& recte. In vj.mihi dissyll. Secundam elidit. In vij. u, eliditur in Enimuero, vt sæpe alias,vel creticus est loco tertio. In x. Sex septem, absq; Vel legendū,auctoribus Doct.ac Ioan. in xj.esse,eliditur in Opos. In xxj. Illa,priorem syllabam à superiore carmine elidit. vtrinque tamen creticus esse potest absque elisione. In xxij. In nostram plateam legendū, non In hāc nostram,inquit Doct. Loco primo potest tñ bacchius esse. In vltimo eius generis versu legi potest, Eho Parmeno mi,vt sint quo anapęsti,vel ò Parmeno mi,vt sint spondeus ac anapæstus. Huc deducta est ad meretricem Thaidem) Quindecim hinc sequuntur trochaici tetr.catal.in quorum primo Meretricem verbum ponendum ante Thaidem, & Ei monosyllabum erit. In iiij. Ald. liber habet Imo si scias. quæ lectio placet, quanquam veteres libri.Imo enim si scias legunt. quæ lectio per creticum excusationem suscipit in primo loco positum, pro trochæo vel spondeo. In v.rursus variant lib. Quidam,vt Aldi,legunt,Tū magis id dicas.sic fiet iambicus tetr.acatal.Alij,Tum magis dicat,vt s,in Magis elidatur,ac primo loco sit dactylus. Et sic fiet trochaicus tetr.catal.vt alij sunt,& præcedentes,&sequentes versus. quod mihi magis placet.In vj. ad finem,Mulierem ante Senem ponendum. Nec minus procedet donati distinctio in expositione,& Here secunda vocali in fine, non Heri tertia legendum. In vij.versu trochæus erit in secundo loco, tribrachys in tertio,in iiij.spondeus. In viij.versu d,eliditur,in Sed. In x.nisi s,elidatur in Res ad finem eius, vt sit ante extremam syllabam tribrachis loco trochæi vt sæpe in hoc carminis genere fieri solet,aut nisi Res ante alia ponatur,quod malim, Nam,& dactylus eodem in loco reperitur, non video quo versus constet. In xj.tres trochæi sunt ordine,& tres deinde anapæsti. In 12. versu quidam libri non habent Aliud, & sanè sic carmen melius habet. Et in Commento Donati additum videri potest. In sequēti de in Versu τὲ vt initio positum,eliditur à priore versu. [Videbit colloquetur, aderit vna in vnis edibus) Qui nunc sequūtur versus omnes sunt iambici tetr. acat. excepto fortassis decimo, quem trochaicum faciunt, in quo tamen si dixisti legamus pro Dixti,erit itidem iambicus,vt ceteri, quod equidem malim, q̄ absque necessitate miscere,etiam si aut sum nescius omnes Dixti legere,atque adeo Doct.ipsum in Adagio Dixti pulchre. Sed hic de ratione carminis forte nihil tū cogitauit. In 2. versu vel m,in Cum,non eliditur,vel a,in Ea productum, corripitur,nō eliditur,vt sæpe fit. In 4. Illius est dissyllabum. In 5. Pro corripitur,non eliditur. In 6.s,in Quibus abijcitur. In 9.lib. euariant. In quibusdam legitur Præterea forma,& ætas ipsa est. Siue, atque ætas ipsa est. Sic pro eliditur in plerisque coniunctio omittitur,sic Pro corripitur,non eliditur,nisi quis trochaicū putet esse. De decimo iam admonuimus.In 14.carminis ratio melius constabit,si Calidus vnico l,legas, q̄ si Callidus duplici ll. Idem sentit Doct. Ne nimirum calidum. In 18. prima syllaba à superiore versu eliditur, & bene habebit carmen Doct. pro Despicatam,Despectam,legi posse innuit,vt constet versus.Sed id non est necesse. In sequenti versu Eas monos.est.In antep.d, eliditur. Quod ferè fit,quotidies, Quid istic ponitur.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Assentatur Gnatho,assentanti credit Thraso, seq; & facta sua immodice iactitat. Consulit item Gnatho ne miles purget se Thaidi de amore Pamphilæ,imò potius augeat suspicionem,ita par pari relaturus.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena cōtinetur assentatio parasitica,et stultitia militis glorioſi,eiusdemq; summis in rebus iactantia. Insuper Gnathonis consilium,ne scilicet Thraso se purget erga Thaidem de amore Pamphilæ, imò potius suspicionem augeat quoad possit,vt par pari referatur.

Senarij.

THRASO, GNATHO, PARMENO,

MAGNAS vero agere gratias Thais mihi.

G. Ingentes. T. ain' tu, læta est?

G. non tam ipso quidem,

Dono, quàm abs te datum esse: id vero serio

Triumphat. P. huc prouiso,vt vbi tempus fiet,

Deducam. sed eccum militem. T. est istuc datum

Profecto mihi,vt sint grata quæ facio omnia.

Aduorti hercle animum. T. vel rex semper maxumas

Mihi agebat, quidquid faceram, alijs non item.

G. Labore alieno magno partam gloriam

Verbis sæpe in se transmouerit, qui habet salem:

* Qui in te est. T. habes. G. res te ergo in oculis. T. scilicet. * Quod quæres.

G. Gestare. T. vero credere omnem exercitum,

Consilia. G. mirum. T. tum sicubi eum satietas

Hominum aut negoti si quando odium ceperat,

Requiescere vbi volebat,quasi: nostin'? G. scio.

Quasi vbi illā expueret miseriam ex animo. T. tenet.

Tum me conuiuam solum abducebat sibi. G. hui.

Regem elegantem narres. T. imò sic homo

Est perpaucorum hominum. G. imò malorum arbitror.

Si tecum viuit. T. inuidere omnes mihi,

Mordere clanculum: ego non flocci pendere,

Illi inuidere misere. verum vnus tamen

Impense, elephantis quem indicis præfecerat,

Is vbi molestus magis est quæso inquam, Strato

Eo ne es ferox,quia habes imperium in belluas?

G. Pulchre mehercle dictum,& sapienter. papæ,

Iugularas hominem. quid ille? T. mutus illico.

G. Quid ni esset? P. dij vostram fidem, hominem perditum,

Miserumq́.& illum sacrilegum. T. quid illud Gnatho,

Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio,

Nunquid tibi dixi? G. nunquam: sed narra obsecro.

Plus millies iam auditi. T. vna in conuiuio

Erat hic, quem dico, Rhodius adolescentulus.

Forte habui scortum: cœpit ad id alludere,

Et me irridere. quid * ais,inquam homo impudens? Lepus tute es,& pulpamentum quæris. G. ha,ha,hæ. * agis

T. Quid est? G. facete,lepide,laute,nihil supra.

Tuum * obsecro ne hoc dictum erat? vetu' credidi. T. Audieras? G. sepe; & fertur in primis. T. meum est. * ne obsecro,

G. Dolet dictum imprudenti adolescenti,& libero.

P. At te dij perdant. G. quid ille quæso? T. perditus.

Risu omnes, qui aderant, emoriri. denique

Metuebant omnes iam me. G. non iniuria.

T. Sed heus tu purgon' ego me de istac Thaidi,

Quòd eam me amare * suspicatur? G. nihil minus, Imò magis auge suspicionem. T. cur? G. rogas? Scin'? si quando illa mentionem Phædriæ

Facit,aut si laudat, te vt male vrat. T. sentio. * suspicata est?

G. Id

C. Id vt ne fiat, hæc res sola est remedio.
Vbi nominabit Phædriam, tu Pamphilam
Continuo. si quando illa dicet, Phædriam
Comessatum intromittamus: tu, Pamphilam
Cantatum prouocemus. si laudabit hæc
Illius formam: tu huius contra. denique
Par pro pari referto, quod eam remordeat.
T. Siquidem me amaret, tum istuc prodesset Gnatho.
C. Quando illud, quod tu das, expectat, atque amat;
Iam dudum amat te; iam dudum illi facile fit,
* metuat Quod doleat: * metuet semper. quem ipsa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu alio conferas.
T. Bene dixti, at mihi istuc non in mentem venerat.
* ne C. Ridiculum: * non enim cogitaras: ceterum,
Idem hoc tute melius quanto inuenisses Thraso?

DON. MAGNAS vero agere gratias) Hic sermo si prodit, vt post scenam inchoatus esse videatur. Cõtinet autem assentationem parasiticam, & stulti tiam glorioſi militis. [Agere) Plus sonat infinitus modus finito. [Ingenteis) vide quãtum adiciat parasitus, ille, magnas dixit, hic respõdit, ingenteis. Ille, læta est. Hic, triumphat. [Id vero serio) Id, ob id, vt, Id amabo adiuta me. Alias παρεπιτροπὴ .i. productionis locus est. [Quam abs te datum esse) Maioris est gratiæ tantum potuisse amorem militis, vt meretrix minus lætaretur ob lucrum. [Triumphat) Vt militaribus dictis tangit militem parasitus? [Huc prouiso) Tertia persona venit in scenam: sed separatim loquitur, & secum. [Sed eccum militem) Iniurioſe militem honorifice proprio nomine dĩ: vt in subiectis, Audire vocem visa sum modo militis. [Est istuc datum) Fato decretoq. concessum: vt, Non dabitur regnis esto prohibere latinis. [Vt grata mihi sint quæ facio omnia) Gratæ nobis sunt aut res, aut personæ, sed nunc res dicit. [Aduorti hercle animum) Approbat dictum, & hoc, Ait, aio. [Vel rex semper maximas Mihi agebat) Quam intempestiue miles ad regem trãsitum fecit, cum de meretrice agatur. [Quę facio omnia) ὕλη τις, vel συλλαβὴ τις. [Vel rex) vt in Hec. Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, q̃ sancte. [Vel rex semper maximas) Subauditur gratias, ab eo, qđ supra dixit, Magnas vero agere gratias Thais mihi. [Partam gloriam) .i. quæ paritur; vt, Vectus quo spumante Sages. [Qui habet salem) Sal neutraliter, condimentum est: masculini, sapientia. [Verbis in se sæpe transmouet, qui habet salem) Mire adulator hoc attribuit, militi, q̃ minime habet vel verba, vel salem. [Quod in te est) Quod tu habes [Habes) Intelligis. quod enim tenemus corpore, habemus animo: quodq. item animo habemus, intelligimus. [Habes) Pro intelligis. Sic dicitur accipe, & da. Habes etiam .i. dicis, vt Salust. Tartessum Hispaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrij mutato nomine Gaditum habent. [Rex te ergo in oculis) .s. gestire. [Verum) vide inconditam properationẽ laudari se cupientis, & adeo vt non finat verba imperi, quin præfestinat Scilicet, & Verum dicere. [Credere omnem exercitum) Magis ridebis, si consideres militem motum esse.
* qui. [Credere omnem exercitum, Consilia) Sub obtentu militis ea stultitia, describit breuiter comitem regium acceptumq. imperatori. Nam qui nunc credit exercitum, credit & consilia. Virg. Nulla mei sine te quæretur gloria rebus, Seu pacem, seu bella geram tibi maxima rerum, Verborumq. fides. [Consilia) αὔξησις. plus .n. est consilia, quam totus exercitus. [Mirum) Melius per ἐρώτησιν pronunciamus miram, q. d. quis non crederet tali viro? Sed potest etiam simpliciter pro admirantis gestu accipi. [Vbi satietas Hominum, aut negocij si quando odium ceperat) Reip. princeps duas res patitur, homines & negocia. i. personas, & res hominum. [Satietas Hominum, aut negocij si qñ odium ceperat) Proprie reddidit, & decenter, hominum satietas, negocij odium. Non .n. par erat reip. principem hominum odio laborare. [Quiescere vbi volebat) Bono verbo vsus est. Nam cessat desidiosus: Requiescit defessus. [Quasi nostin') Grate expressit stulti infantiam militis, qui ante vult intelligi quod sentit, q̃ ipse dicat. Et proprie hoc morale est stolidi, siue ruditer loquentis. [Quasi nostin?) ἀποσιώπησις, pro habes hoc? hoc est quod supra intelligis? [Quasi vbi illam expuere t miseriam) vbi pro quando, & in his, & supra. [Expueret) Expuere est cum fastidio aliquid reijcere, & expellere. Nam expuere est extra pus mittere. i. foras. Nam pus est omnis humor corpori onerosus. [Tum me conuiuam solum abducebat sibi) Hoc superat, vt qui esset minister magnarum rerum. i. consiliarius: voluptatum quoque regis particeps esset. Et vide quo significatur dicatur me, & conuiuam, & solum, & abducebat: nã non vocabat. Et sibi, quasi non propter me, sed vt sibi bene esset. [Tum me conuiuam). i. cum satietas hominum esset, cum odisset negocia. [Regem elegantem narras) Qui eligere sciat, aut qui ipse sit eligendus. [Perpaucorum hominum) Aut qui paucis vtitur, aut qui de paucis est, aut qui paucis placet, hoc est bonis, & sapientibus, qui ferè pauci sunt. [Imò nullorum arbitror, Si tecum viuit) Hoc auersus, ne miles audiat. Potest tamen, & aliter intelligi, maxime cũ milite. [Inuidere omnes mihi) Plus potest ad significandum infinitum tempus, q̃ finitum. [Ego non floccipendere) Quòd morderent clanculum, vel q̃ inuiderent. [Conuiuam solum abducebat) vt, Solam nam perfidus ille Te colere. Significat autem sæpiusc ule factum. [Illi inuidere misere) Miser enim est cui animæ miseria inest. [Verum vnus) Proprie vnus. nam vnus ex multis dĩ. Et mire est facta nullius ponderis repetitio ad inertiam loquentis exprimendam. nam postquam dixit, Inuidere omnes mihi: repetit, Illi inuidere mĩ sere. Quin, & impense, & misere idem significat: & mox tu sine vllo auctu addidit, Verum vnus tamẽ Impense, Aut plus est misere, q̃ impense. [Elephantis quem Indicis præfecerat) Et hoc stulte cum hoc ad dignitatem sumit, & sic prænunciat vt magna esse præfectura videatur hæc ipsa, & hoc a stolido milite sic profertur, tanquam magnum hominem velit esse qui sibi inuideret. Et indicis πρὸς ἀντίφρασιν Maurorum, qui & mitiores sunt. [Is vbi molestus magis est) More suo magis addidit, ne diceret molestior. [Quæso inquam Strato) Strato, nomen accommodatum militiæ. [Eo ne es ferox?) Causale est, ideo ne significãs. [Quia habes imperium in belluas?) Mire extulit, imperium in belluas. Sic Virg. Illa se iactet in aula Aeolus, & clauso ventorum carcere regnet. [Pulchre mehercle dictum) Imò dica laudatione vertit etiam si quid facete dictum est. sufficere enim pulchre, quod est sapienter. Quòd &, Iugulares hominem. pulchre tangit militem, iugulares dicendo, non occideras, quasi gladio, non verbo vsus sit. [Mutus ilico) Tam hoc stultum est, quàm si diceret, statim nihil. Recte autem diceret, Ex illo mutus fuit. Tale est & illud, Tacere festinat. [Quidni esset?) Hoc est, vt posset esse iugulares. [Hominem perditum?) Deest, ò: vt sit, ò hominem perditum? sed sic melius sonat, maioris enim stuporis est hoc modo pronũciatum. [Hominem perditum, miserumq., & illum sacrilegum) Vide quantum addiderit, qui non hominẽ simpliciter, sed perditum, & miserum illum, nec manu, sed sacrilegium dixerit. [Tetigerim) Luserim, fatigauerim. nam tangere; cum multa, tum etiam hoc significat. [Nunquam, sed narra obs.) Callide parasitus intelligit ad hoc se interrogatum, vt audire postulet. Plus milies audiui ὑπερβολὴ aut super futura * vt æquatur, aut subiacet, vt tantum non milies conuenit stultũ eundem, & immemorem esse qua, & intelligentia est. [Forte habui scortum) Vide quemadmodum miles, dum multa ad dictũ suum peruenire fateatur, interim quàm contemptus sit atq; derisus. Abdomen in corpore fœminarum patiens iniuriæ coitus, scortum dicitur, ideo quia scorta sunt duracoria. A parte ergo sui meretrices scorta dicuntur, vel ἀπὸ τοῦ κυρίου, quod Græce palpitare intelligitur, quod ille faciunt saltando assidue, vel potius crissando, vt Lucretius ait, ob eam causam vt concinniorem Venerem exhibeant viris, aut sibi abigant conceptum, quòd in vuluam fœminæ in ipso coitu non se mouẽtis incidit. [Leptus tu te es, & pulpamentum quæris) Lepus pro infamia multa ponitur, vel q̃ magis à posteriori parte, hoc est armis, pulpamentum de se præbeat, cum in conuiuio carpitur appositus, vt Horat. ait. Fœcundi leporis sapiens sectabitur annos. Vel quòd venantur illum, & persectantur canes, quos pro amatoribus ἀλληγορικῶς intelligimus, vt ipse Terentius ait, Ceruam videre fugere, sectari canes. Vel q̃ illum sic fugiant omnes, constituat vt hunc libido effœminata. Vel q̃ à physicis dicatur incerti sexus, ac esse modo mas: modo fœmina. [Lepus tu te es, & pulpamentum quæris) Quod in te habes, hoc quæris in altero. & est πρέπον ἀλληγορία. [Ha, ha, hæ) Parasitus hic interiectionem risus addidit, quo magis nunc primum hoc audisse credatur. [Quid est?) Hæc interrogatio gestum vultumq. continet cuiusdam alacris, & certi, quòd laudandus sis. [Facete) Facetus est, qui facit verbis quod vult. [Lepide) Lepidus, qui politus est vt λεπὶς .i. lamina. [Laute) Lautus, qui mundus, & splendidius est. [Tuum ne

obsecro hoc dictum erat?) Et dicta, & prouerbia, & adagiones, ꝙ rem agant, facetis hominibus ascribũtur, & hoc laudis genus est, ad potiores referre, quod alter probatur dixisse. [Vetus credidi) Quia omnia vetera magna sunt. [Sepe;) Non ex ipso, nam esset contrarium superiori. [Meum est) Non sensum tantũ modo, sed verbis quoque ipsis agreste est, quod nunc dicit Meũ est. [Dolet dictum imprudenti adolescenti, & libero) deest mihi, vt sit, dolet mihi. Et dictum, participium est. i. quod dixisti. addidit enim parasitus, quo grauius sit dictum, commiserationem eius in quem dictum est, vtpote imprudentem adolescentem, & liberum. Scit enim homines stultor malos videri velle. Et vide parasitum in ijsdem versari, cum ait supra, Iugularas, hic dolet dictum. [Imprudenti). s. qui minime crederet tali se percuti posse conuitio, aut cum tali viro sibi rem futuram, & sic laudat militem vt miseratione iam dignus sit adolescens. [Tam festiue * vt etiam misereri inimicorum vacet. At te dij perdant) Noue, inquit Parmeno, non ipsi, sed de ipso loquitus, nõ audiente eo. ἐφιπποις * Parmeno hic male facit, at te dij perdant, inquit. [Risu omnes qui aderant emoriri) Disciplina est comicis vt stultas sententias, ita etiam vitiosa verba aserri bere ridiculis imperitisq. personis. vt Plaut. Latronibus ego de munerem stipendium, inquit, ex persona militis. Itaq; hic emo riri dixit. At vero Atticus adolescens in hæc. At emori cupio. vide igitur poëtam pro loco ac tempore scire qd dicat. [Metue bant omnes iam me) Ne cui dicerem, Lepus tute es, & pulmentum quæris. Aut, Eo ne es ferox, quia habes imperium in belluas? [Non iniuria) Hoc sic pronuncia, quemadmodum illud supra, Quid ni esse? [Purgon' ego me de istac Thaidi) κἀπονομία ad litem fatura inter militem, & Thaidem. [Quòd me ea amare suspicatur?) Quia apparet illam militi quoque κατὰ τὸ σεσιωπημένον ostendisse ꝙ dixit Phædriæ, Imò auge magis suspicionem. hæc erit causa reijciendi militis. [Scin') Monentis est dicere scin' vel scito. [Si quando illa mentionem) Si quando, & prima syllaba acui potest, & media. tamen variat sententiam. [Id vt ne fiat) Modo ne, non significat. [Hæc res sola est remedio) Si te suspicetur amare Pamphilam. [Vbi nominabit) Et locum, & tempus significat Vbi. [Tu Pamphilus continuo) Hic magna κἀπονομία est qua Terentius præparat quemadmodum iurgium inter Thaidem militemq. & Gnathonem per duas partes separat fabulæ. Et bene continuo, vt intelligat meretrix non tam Pamphilam amari q̃ sibi vicem dari Pamphilam cantatum prouocemus) Eleganter, quia ille foris est, hæc intus, illum intromittamus, illam prouocemus. Hæc est in verbis, poëtæ germana proprietas. [Tu huius contra) Hic contra, vicem significat. [Quod eam mordeat) Quod par. Aut absolute Quod, quæres. [Si quidem me amaret, tum istud prodesse Gnato) His versiculis personam militis, & Gnathonis continentibus κἀπονομία inducitur, ꝙ verisimile sit, facile militem ferte posse anteponi sibi Phædriam, qui se semper intellexerit non amari, nam si hoc tollas, aut excludendus est Phædria, aut ex dolore militis in hac fabula sic exitus tragicus. Et hoc miles, vt sapiens, locutus est. Ergo meminisse conuenit ridiculas personas non omnino stultas, & excordas induci à poëtis comicis, nam nulla delectatio est, vbi omnino, qui deluditur, nihil sapit. Stultitia autem est in his quatuor modis, aut non venire in mentem quod oportet: aut si venerit, non tenere, aut bonum consilium amittere, aut malum admittere. Vide ergo, vt hoc quod commode milis viderat, non tenuerit, totumq. amiserit. Hoc aũt iccirco interposuit poëta, vt ostenderet quid veneni haberet assentatio, perquam non modo errantis decipiuntur, ac præcipites eunt, verum etiam sapientes interdum saniq. euertuntur. [Quando illud quod tu das expectat) Hac sententia tollitur militi quod recte senserat, nec persuadetur tamen, ꝙ ametur ab amica. [Iam dudum te amat) Vel nimium, & valde vel iampridem. [Quod doleat) Hoc ad illud refertur quod supra dixit. Par pari referto, quod eam mordeat. [Ne quando iratus tu alio conferas) Et hic locum pro persona posuit: vt ne diceret, ad aliam. [At mihi istuc non in mentem venerat) Sic pronunciandum est, quasi militi monstri simile videatur, sapiens dictum alijs prius venissem in mentem, q̃ sibi. [Ridiculum) vel hominem, vel dictum significamus. [Cete) Hoc tute melius quanto inuenisses Thraso?). s. si cogitasses.

OVID. MAGNVS &c.) Hæc Scena continet assentationem Parasiticam, & stultitiã glorioſi militis. Thraso vero hæc particula hic est inceptiua, vt Cic. incepit epistolam. Ego vero Serui vellem, &c. Thais agere. i. agebat (sed plus sona infinitus modus quam finitus) magnas gratias mihi. G. Ingenteis. i. immensas, maximas agebat inquam gratias. T. Ain'. i. dicis ne tu quod Thais est læta ob donum meum. s. G. Quidem. s. certe, non tam est læta inquam ipso dono. i. propter donum, quam ꝙ. i. quia datum est abs te, cuius amore lætatur. Vero. i. sed, triumphat. i. more triumphantis ducis floret, & lætatur, id. i. ob id, qd. s. abs te datum est, serio. i. bono animo, non ficte neq; ioculariter, quod si sit esset intelligitur sentit vel aliud verbum id genus, q.d. quam ꝙ. i. quia sentit, vel scit abs te datum esse. dixit autem triumphat ꝓp milites, ꝙ ex victoria militiæ parta triumphetur. P. Hic tertia persona venit in scenam, sed separatim loquitur, & secum, prouiso. i. procedo. Significat etiam prouideo vel prospecto, vt vbi. i. quando tempus sic adducam hunc Eunuchum cum Aethiopissa, Sed eccum. i. ecce hic militem, per contemptum dixit. T. Istud est datum mihi. i. fato, de ceteroq. concessam, vt omnia sint grata quæ facio. G. Hercle aduerti animum. i. animaduerti, & percepi bene id tibi datum esse, & annotaui, seu obseruaui. T. Vel. i. etiam, rex. s. imperator, & dux meus semper agebat mihi maximas gratias, quidquid. i. quamcunque rem effeceram, non itidem. i. non similiter alijs gratias agebat. G. Is qui habet saltem. i. vrbanitatem, fac etiam, facundiam, sapientiam, quod. i. habere salem est, in te, sæpe transfert. i. traducit in se, verbis. i. eloquẽtia sua gloriam magnam partam. i. quę paritur, seu acquiritur labore alieno. i. labore aliorum, qui non ea sunt facundia, qua tu es Sal neutraliter condimentum est, masculini sapientia, sed sæpius reperitur in bonis auctoribus, tam in masculino, quam in neutro, & quidem pro condimento, nõ velim tamen negare qui vetustissimi aliqui neutro sint vsi. T. Habes. i. intelligis. Cic. ad Lentulum, Habes de Vatinio, cognosce de Crasso, quod. n. tenemus corpore habemus animo. Item quod animo habemus, illud intelligimus. G. Ergo rex te habebat sup. in oculis. i. in conspectu suo. T. Scilicet. i. certe me habebat ante conspectum suum. G. Gestire. i gestiebat hoc est gestibus lætitiam suam ostendebat de præsentia tua. T. Verum. i. sed, credere. i. commitebat mihi omne exercitum, omnem aciẽ, & consilia. i. arcana, & secreta. G. Mirum. Vel non est mirandũ, vel mirum nõ est sup. mihi. i. non miror, & quidem per ironiã, q.d. quis non crederet tali viro. Vel est admirantis dictum, q.d. mirũ est quomodo sic vtaris eo familiariter. T. Tum. i. deinde, sicubi. i. si alicubi satietas hominum cœperat eum. i. tædio hominum erat affectus, aut si quando. i. si aliquando. vel si forte odium negocij. i. molestiæ, cure, vel laboris, vbi volebat, id est quando cupiebat requiescere, & recte, nam cessat desidiosus, requiescit defessus, quasi nosti, apostopesis, q.d. Habes iam, & renes animo quod dicere volo, & ideo non est opus perfecte dicere. G. Scio. i. intelligo bene quasi, vbi. i. quando, expueret. i. cum fastidium eijceret, animo. i. ex mente sua, illam miseriam. i. molestiam animi. Expuere enim est cum fastidio aliquid reijcere, & expellere. Nam expuere. i. extra pus mittere. Pus enim est omnis humor corpori onerosus. T. Tenes. i. intelligis, tũ. i. tunc abducebat sibi me suum conuiuam. i. inuitatum ab eo ad epulas secum. G. Hui, interiectio gestientis, & quasi admirantis narrat regem elegantem, vel qui eligere sciat, vel qui ipse sit eligendus. T. Imò sic est homo per paucorum hominum. i. qui paucis vtitur, vel paucis placet. s. bonis sapientibus, qui pauci sunt, vel est homo de paucis, vel pauci sunt, aut rari inuentu, qui sint eius similes, & quod dici solet. Est singularis homo, & nouus qui habet quod paucis conuenit. G. Auersus Parasitus hoc dicit, ne miles audiat. Imò arbitror nullorum hominum ipsum regem esse si tecum viuit, q.d. nullis esse eum similem puto si te cum viuit, quoniam nemo sit prẽter eum, qui te secum vt conuiuam admittere dignaretur propter tuam fatuitatem, cum sis ita glorioſus, loquax, & nihili. T. Miles non aduertit ad dictum Parasiti suæ iactantiæ adeo insuadans, omnes commilitones in uidere. i. inuidebant mihi mordere. i. mordebant, & detrahebam mihi clanculum. i. secreto, ego floccipendere. i. contemnebã, ꝙ inuiderent, & morderent. Illi inuidere. i. mordebant, misere. i. cũ miseria, & molestia sua, & infeliciter. Nam se non alios inuidus igne coquit. Verum. i. sed tamen vnus est inuidis impense. i. valde vel vehementes, vel misere inuidebat inquam, quem rex præfecerat elephantis (nam hic elephantus elephanti dicitur) Indicis. i. de India profectis, vbi. i. cum, is est magis molesta. i. me nimis me afficiens tædio. Inquam. i. dico ei ò Strato nomen accommodatum militiæ, ne. i. vtrum, est ferox. i. terribilis, & torũus, eo. i. ideo, quòd habes imperium in belluas. i. supra elephantos. G. Dictum fuit sup. pulchre, & festiue, lepide, & sapienter: papę, interiectio admirantis tale dictum, iugularas hominum. i. attonitum, ac mutum reddideras eum, ac si iugulasses. i. occidisses eum. Quid ille respondit sup. T. Illico. i. statim nutus fuit, neque

neque quidquam addidit. G. Quidni .i. cur non esset mutus .s. P. O dij vestram fidem in, sup. hoc est vestrum auxilium implo ro & opem, hominem perditum, vbi deest o, sed sic melius so- nat, maioris est enim stuporis sic pronunciatum .i. hominem perditum .i. in omne scelus datum & miserum infelicem, & .i. etiam. ò illum sacrilegum .i. nefarium illum dixit eleganter ad maiorem expressionem, vel retulit illud ad Gnath. ita quòd vnam partem, illius dicti referas ad Thrasonem, & alteram ad parasitum, quasi vtrunque vituperet. T. O Gnatho quid? mo- dus interrogandi nunquid dixi tibi illud .s. quo pacto .i. quo mo do tetigerim .i. pupugerim luserim, fatigauerim in conuiuio Rhodio quendam adolescentulum de Rhodio. G. Nunquam dixisti mihi, sed obsecro narra. audiui plus millies, h. d. auersu. T. Hic adolescentulus Rhodius, quem dico, erat. Vna .i. simul in conuiuio, forte .i. casu, habui, scortum .i. meretricem, cœpit .i. in- cepit ludere ad id scortum .s. quod habebam, & cœpit inquam ir ridere me, inquam .i. dixi ò homo impudens .i. effrons, & inue- recunde, & qui defricuisti frontem quid ais? tute .i. tumet es le- pus .i. pulpamentum, & quæris pulpamentum in alio, hoc est quod in te habes, hoc in altero quæris, quasi dicere velit, Præstas te alijs abutendum, & vt ait Cic. Et aduersus, & auersus impu- dicus es. Pulpa pæ. & palpamentum ti, vt vult Don. dicitur caro quæ manducatur, eo quòd pulsetur & concidatur. & ideo le- pus hominis pulpamentum est, quoniam eius carne vescatur ho mo, sed hic sub eo dicto infamia fœda, multaque intelligitur, quæ potius est reijcienda, quàm nimis patefacienda. G. Ha, ha, he, interiectio in risum effusi. T. Quid est? dictum fuit, sup. G. Facete .i. festiue, vrbane. Nam facetus dicitur, qui facit verbis quod vult, lepide .i. polite. Nam lepidus dicitur, qui politus est, vt Leperti Græce .i. lamia, laute .i. splendide, nitide. Laurus enim est, qui mundus, & splendidus est, nihil supra .i. nihil vltra dici po terat, vel nihil supra quam dici debebat est dictum, vel nihil me lius dici poterat, obsecro ne .i. vtrum hoc dictum erat tuum .i. à te inuentum, credidi .i. iudicaui illud esse vetus, propterea quod redolet antiquitatem, quæ festiua erat & faceta, & omnia vete- ra magna sunt, dicta & prouerbia & adagionis, siue adagia face- tis hominibus ascribuntur. T. Audieras illud .s. dici aliquan- do. G. Sæpe audieram .s. & fertur .i. dicitur in primis .i. inter pri- ma & præcipua dicta, quæ facetiam habent. T. Illud dictum est meum .i. ex ingenio meo, & eloquentia profectum. G. Dolet mihi sup. i. doleo illud .s. ture lepus es &c. dictum esse vt sit par- ticipium adolescenti .s. illi Rhodio iuueni imprudenti .i. incau- to, non solum adolescenti, sed etiam libero, qui non est seruilis conditionis cuique. id dictum dicendum non erat, vel sic intel- lige, vt dictum sit nomen. dictum .i. dicterium meum & ridicu- lum, mordax .s. lepus ture es, dolet .i. dolori est, vel dolorem af- fert adolescenti, & libero imprudenti .i. qui minime crederet ta- li se posse percuti conuitio, aut cum tali viro sibi rem futuram. Videtur velle Donatus hæc dicta superius .s. dictum dolet, esse Gnathonis, sed melior est superior interpretatio. P. At Dij per dant .i. destruant, te Thrasonem, quod dictum se cum profert Parmeno nescius vel ignoratus illic esse. G. Quæso quid ille a- dolescens respondit, sup. T. Perditus fuit, sup. .i. perijs, & totus stupefactus & attonitus euasit. omnes qui aderant .i. aiebât emo riri .i. emoriebantur, risu .i. præ nimio risu, aut præ nimia riden- di cupiditate. denique ad summam iam omnes metuebant me, ne talia illis dicerem. G. Non iniuria .i. non sine causa. T. Sed heus tu, aduerbium vocantis, q. d. tu adhuc hoc audi, purgem .s. purgare ne debebo me .i. me excusare, Thaidi .i. ad Thaidem de ista puella .s. quòd .i. quia suspicata est .i. opinata est me militem amare eam puellam. G. Nihil minus facias .s. quam te purges, imò .i. sed magis auge suspicionem .i. fac vt magis suspicetur. T. Cui .i. quare id faciam. G. Rogas .i. interrogas. Scin' .i. scis ne, & monentis est. si quando .i. si forte, vel si aliquando, & tunc est vocabulum compositum habens accentum in prima. nam si sint duæ particulæ solitas habent significationes suas, & soli- tos accentus. si quando ergo illa Thais facit mentionem Phæ- driæ, id est sermonem de Phædria, aut si laudat Phædriam, vt male vrat .i. incendat ira, cura, vel amore. P. Sentio .i. intelli- go. G. Hæc res sola .i. vnica est, remedio .i. ad remedium, ne fa- ciat id .i. ne laudet Phædriam riualem. Vbi locum & tempus si- gnificat, sed cape hic pro quando, Thais nominabit Phædriam, continuo .i. illico nominato supp. Pamphilam illam puellam. Si quando .i. si forte dicet, intromittamus .i. introducamus & ad- mittamus Phædriam comessatum, quod si sit comessatur addi- tum vnum .s. nam à comedo is comesum fit comeso as, per sim- plex s, comessatum ergo .i. ad comedendum. nam intromitto est verbum motum ad locum declarans. tu dicito sup. prouoce- mus, quasi foras vocemus Pamphilam. cantatum .i. ad cantan- dum. Si hæc Thais laudabit formam .i. pulchritudinem illius, tu contra .i. è diuerso, inuicem, vicissim laudato, sup. formam hu- ius .s. Pamphilæ. Denique .i. ne plura persequar, referto .i. reddi- to par pari .i. iniuriam iniuriæ accommodato, quod .i. referre par pari mordeat .i. lædat, offendat, & tangat, seu pungat eam Thaidem. T. Si quidem .i. si certe amaret me istud quod dicis, & mones tu Gnatho prodesset hoc dicto ostenditur non pror- sus ridicula fuisse persona militis, & stulta. Stultitia autem est in his quatuor modis, aut non venire in mentem, quod opor- tet, aut si venerit non tenere, aut bonum consilium amittere, aut malum admittere. G. Quando .i. quia, Thais expectat .i. de- siderat, vt, Expectate venis .i. desiderate, atque quando amat il- lud, quod tu das iam dudum, vel iam pridem, vel nimis, aut val- de amat te iam dudum .i. statim velle ilico, vt, Iam dudum su- mite pœnas. facile fit illi Thaidi aliquid quod doleat. rectè vi- cimus enim doleo hanc rem doleo hac re, & hæc res dolet mi- hi. Thais metueri semper ne quando .i. ne forte, vel ne aliquan- do, tu iratus, conferas alio, aduerbium loci pro nomine perso- nam significante, hoc est ne conuertas ad aliam amicam, eum fructum .i. eam commoditatem, quem ipsa nunc capit subaudi abs te. T. Dixit bene, at .i. sed istud non venerat mihi in men- tem .i. non animaduerteram illud, vel non illud cogitaueram. G. Ridiculum, dicitur per indignationem .i. ò ridendum homi- nem, qui es inconsideratus. Vel ridiculum neutri generis, & ca- sus nominandi, vt ridiculum est supple .i. res ridenda dictu, q. d. non est verisimile, quòd tu non cogitaueras, vel potest esse ca- sus vocandi, aut accusandi, vt sit sensus. O ridiculum .i. aliquid dignum risu. Enim .i. certe, non cogitaras .i. dicis quòd non cogitaueras ceterum .i. sed. O Thraso quanto melius ture .i. cuipse, inuenisses .i. excogitasses hoc idem, quod .s. inueni .s. cogitasses.

ARGVMENTVM) In hac scena stulte blanditur sibi Miles, & Gnatho parasitico more illi assentatur. Deinde consi- lium dat quomodo se gerat erga Thaidem. [Ageres) Agebat. [Labore alieno) Ironica mordax assentatio. [Qui habet salem) Gratiam, leporem. [Gestire) Pro gestiebat, cupiebat. [Regem elegantem) Totum irrisorie & in regem Thrasonem. [Ego nõ flocci) Minus quàm flocci. [Quæso inquam) Ridicula increpa- tio per prosopopœiam. [Dij vestram) Ad spectatores Parmeno. [Tetigerim) Corripuerim. [Lepus ture es) Prouerbium in mol lem, & multebria patientem. [At te dij) Ad spectatores. [Emo- riri) Pro emori, & est de industria corruptum, ad indicandam militis peritiam. [Id vt ne fiat) Hoc consilium Gnathonis perti- net ad œconomia futurę litis inter militem & Thaidem, eritque occasio epitaseos huius partis fabulæ. LATO.

MAGNAS vero, agere &c.) Stolidum animũ glorioſi mi litis, qui se ignorans, & aliunde pendes, opinionibus inflatur & irridetur, in maximisque versatur erroribus, hęc scena exprimit. Cic. lib. 1. Off. sic ait: Deforme ẽt est de seipso prædicare, falsa presertim, & cũ irrisione audientium imitari militẽ glorioſum. Et in Lælio sic scribit. Nec parasitorum in Comœdij assentatio nobis faceta videretur, nisi essent milites glorioſi. Magnas vero gratias agere Thais mihi. Satis erat respõdere, magnas: Ingẽtes, inqt. Semper auget assentatio, id quod is, ad cuius voluntatẽ di- citur, vult esse magnum. [Salem qui in te est) Salem .i. sapientiã, & sales dicuntur animi solatia. [Regem elegãtem narras) Elegã tem .i. prudentia excultum, & scientem habere delectum persona rum Gnathonice tamen dictũ est. [Verum vnus tamẽ impense) .i. valde inuidebat Gel. lib. 14. sic ait: Iulius Palus Poëta, vir bo- nus, & rerum literarumq. impense doctus. Et paulo post: Impen se fieri incipit. [Et pulpamentum quæris) Pulpamentum condi- mentum est, quod fit ex pulpa leporis, & clunibus maxime. Sen sus est: Tu es id, qp quæris in scorto. [Facete) .i. iocose, cũ occul- ta quadam elegantia. [Lepide) .i. iucunde atque venuste. is cum gratia. [Laute) .i. splendide, magnifice, ac omni apparatu, soler- tis acuminis, & vrbani ingenij, verba sunt adulatore digna. PETR. MARS.

OMNES huius scenæ versus sunt iãb. Trim. Acat. In 5. d, eliditur in Sed. In 11. Desid. Doct. cum Don. & multis veteribus legit, Quod in te est, pro, Quæ res. & d, eliditur in Quid. In 19. inter finit dictionem sequente vocali, sed bis duntaxat elidenda est, idq. in quouis placuerit loco. In 25. Eo monosyllabum est, nisi sit bacchius loco primo. In 26. Mehercle, trisyllabum. In 27. malim d, elidere in Quid, quàm s, in Iugulatas. quemadmodum & in 29. rursus d, eliditur in Quid, q illic creticus tertio, hic bac chius loco quinto esse potest. In 36. s, eliditur in Lepus, & ha, ha, he, tri GLAR.

he,trisyllabū est.Ita in 38.s,eliditur in vetus . potest tñ bacchius vtroque in loco carmen excusare absque elisione . In 40.vel At eliditur à superiore carmine,vel d, elidit in Quid , aut creticus est loco tertio.In 18.à fine,Suspicionem posuit.vt natura habet verbi. In 12.à fine,In pertinet ad præcedens carmen.In 9.à fine, Tu initio legendum est,&,Quod eam,monosyllabum, si quidē remordeat legatur,est.Nam d,eliditur,&eam in vnam contrahi tur syllabā.Doct.supplet vel Sic,vel Mox. Ioan. Tu anteponit, quod magis probo,quando antea toties ante positum,Tu legitur.In penult. versu,Nec.n.recte legitur pro,Non.n.admonuit hoc etiam Doct. & in vltimo , Idem , à priore versu eliditur.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Parmeno Eunuchum,& Aethiopissam,Phædriæ munera tradit Thaidi,& vti iussus erat verbis ornat.Eidem Thraso,et Parasitus insultāt.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic inducitur multiplex concursus dissimilium personarū,tamen ita virtute Poëtica discretarum,vt nulla confusio sermonis ob id fiat.Simul etiam quæ cuiq; accōmodata videntur,mire repræsentat oratio.Deinde Parmeno Phædriæ munus laudat,Thraso Gnathoq; contra contēnunt.

Senarij.

THAIS, THRASO, PARMENO, GNATHO, PYTHIAS ancilla.

VDIRE vocem visa sum modo militis :
Atque eccum.salue mi Thraso. THR. ò Thais mea,
Meum suauium,quid agitur? ecquid non amas
De fidicina istac? P. quam venuste. quod dedit
Principium aduenienti . TH. plurimum merito tuo.
G. Eamus ergo ad cenam : quid stas? P. hem alterum.
Ex homine hunc natū dicas. TH. vbi vis,non moror.
P. Adibo, atque assimulabo , quasi nunc exeam
Ituran' Thais quopiam es? TH. ehem Parmeno.
Bene feciſti : hodie iura. P. quo? TH. ecquid hunc vides?
P. Video , & me tædet vbi vis, dona assunt tibi
A Phædria . TH. quid stamus? cur non imus hinc?
P. Quæso hercle vt liceat , pace quod fiat tua,
Dare huic quæ volumus , conuenire , & colloqui .
THR. Perpulchra credo dona , haud nostris similia .
P. Res indicabit . heus iubete istos foras
Exire , quos iussi . ocyus procede tu huc .
Ex Aethiopia est vsque hæc . T. hic sunt tres minæ
G. Vix . P. vbi tu es Dore? accede huc . hem eunuchum tibi
Quàm liberali facie , quàm ætate integra?
TH. Ita me di amēt,honestus est . P. qd tu ais Gnatho?
Nunquid habes,quod cōtemnas? quid tu aūt Thraso?
Tacent : satis laudant . fac periculum in literis,
Fac in palæstra , in musicis . quæ liberum
Scire equom est adolescentem , solertem dabo .
THR. Ego illum eunuchum , si sit opus , vel sobrius .
P. Atque hæc qui misit , non sibi soli postulat
Te viuere , & sua causſa excludi ceteros :
Neque pugnas narrat , neque cicatrices suas
Ostentat : neque tibi obstat : quod quidam facit.
Verum , vbi molestum non erit , vbi tu voles ,
Vbi tempus tibi erit , sat habet si tum recipitur ,
THR. Apparet seruom hunc esse domini pauperis ,
Miserique . G. nam hercle nemo posse , sat scio ,
Qui haberet qui putaret alium , hunc perpeti .
P. Tace tu : quem esse ego puto infra omnes infirmos
Homines : nam,qui huic animum assentari induxeris,
E flamma te petere cibum posse arbitror .
THR. Iam ne imus? TH. hos prius introducam , &, quæ volo .
Simul imperabo : * postea continuo exeo . * post huc
THR. Ego hinc abeo : tu istā operire . P. haud cōuenit
Vna cum amica ire imperatorem in via .
THR. Quid tibi ego multa dicam ? domini similis es .
G. Ha,ha,hæ . THR. quid rides? G. istuc , quod dixti modo :
Et illud de Rhodio dictum in mentem venit .
Sed Thais exit . T. abi : præcurre , vt sint domi
Parata omnia . G. fiat . TH. diligenter Pythias
Fac cures,si Chremes huc forte aduenerit ,
Vt ores primum vt maneat: si id non commodum est,
Vt redeat : si id non poterit , ad me adducito .
PY. Ita faciam . TH. quid? quid aliud volui dicere?
Hem , curate istam diligenter virginem .
Domi asitis , facite . THR. eamus . TH. vos me sequimini .

VDIRE vocem visa sum modo militis) Hic inducitur multiplex concursus dissimilium personarum,& tamen virtute,& consilio Poëtæ discretarum,vt confuso nulla sit facta sermonis, simul ēt pro se cuique accommodata mire repræsentatur oratio . [Audite vocem visa sum modo militis) Omnes sensus visa dīr, ab eo quod est certissimum oculorum . Ergo visa sum,sensi.vt Virg. Vtæq. canes vlulare per vmbram, Aduentante dea . [Salue mi Thraso) Quia secum,militis, quia apud illum, Thraso.Est quædā actio,cuius nomen honestū est, sicut orator,philosopus ēt quædā , cuius nomen offensum est . vt miles,lanarius.[Meum suauium) Tria sunt osculādi genera, Osculum .s. basium, & suauium . Oscula officiorum sunt : Basia,pudicorum affectuum.Suauia,libidinum vel amorum.[Mtū suauium) Cum oscularetur,dixit . [Quid agitur?) Et hoc blandimenti genus est post osculum . sed duri est , & agrestis . infert enim . [Ecquid nos amas) Et ecqd, aliquantulum ne significat , & ideo illa plurimum recitat. Cic. in Catil. Quid est Catilina? ecquid attendis? ecquid animaduertis horum silentium ? [De fidicina istac?)De pp,vt sit,propter fidicinam . Et vide non puellam,sed fidicinam,quasi ab amatore dictam,& eo amatore,qui quasi memor sit artis qua delectetur,& quia puella sit æmula meretricis,nā meretricum est fidicinam esse.[Quam venuste,quod dedit Principium) Bene reprehendit Parmeno . nam in beneficijs debet obliuiſci qui dedit , & meminisse qui accepit . Et est grauis ἐφωνία,q̄ venuste . [Plurimum merito tuo) Facere meretrix amorem suum non ad auaritiam retulit,sed ad officium , Et cum de fidicina, inquit , te amem præcipue merito tuo . Alij sic respondere intelligunt , vt ipsa de fidicina gratias agat . nam eum ille dixerat,Ecquid nos amat ? Illa respondit . Plurimum . Quòd autē de fidicina hac dixit ille subiecit hæc, Merito tuo .i. qm̄ mereris,dando eam . Sed melius est,vt præter munus meritum dixerit , q̄q̄ multi munus meritum intelligant . vt est illud Virg. Quique sui memores alios fecere merendo.i.gratos sibi reddidere munerando.[Eamus ergo ad cœnam?) Decuit parasitum de cœna ēt importune admonere, cū quadam ἐμφάσει velut magnæ rei.[Hem alterum)Bene alterum,quia duo sunt. [Hem alterum) Si hic reprehendatur miles,alterum dictum, si parasitus,alterum hominem.vult enim Parmeno,& parasito esse versutior , & debet esse , cum peioris conditionis sit . [Ex homine hunc natum dicas) Recte reprehendit Parmeno duos, quorum vnus beneficium Thaidi exprobrat , alter pro beneficio cœnam ostendit , tanquam ad eam currendum sit . nam hoc significat ,

DON.

Quid

Quid ſtas? quaſi ſit cauſa properandi. [Vbi vis, non moror) Ad, Eamus ad cœnam, Vbi vis tetulit, ad Quid ſtas, Non moror. [Quaſi nunc exeam) Mire, nunc exeam, quippe qui iandudum procul ſteterit. [Hem alterum) Alterum, non reſpectiue, ſed abſolute, ac ſi dixiſſet, aliud dictum, vel alterum ſtultum. [Itura ne Thais quopiam es?) Vt experiatur Thaidis animum, fingit neſcire quo eat. [Hem Parm.) Vide deprehenſam meretricem velle blandimentis ſatisfacere Parmenoni. [Bene feciſti?) Quid bene fecit Parmeno? in quaſi perturbata hęc loquitur, ēt de nihilo blandiens, vtpote meretrix, & facera? An ꝙ illuſerit conuitio? [Hodie) Dulciter additum hodie, quaſi cum exceptione, quo ſe ſignificat non perpetuum obſecuturam militi, & vt quæ promiſerit, biduum tm̄ abfuturum Phædriam. [Quid, hunc non vides?) Si dixerit militem, lædit præſentem, ſi amicum, lædit Parmenonem. Mire igitur pronomen inuenit. [Video, & me tędet) Opportune Parmeno fatetur odium militis, vt retundat ab eo amorem Thaidis. [Vbi vis dona adſunt tibi) Nil potuit exitiosius militi contingere, quam vt continuo riualis mitteret munus, & poſterior, & coram ipſo. [Dona adſunt tibi A Phædria) cum illa ſub pronomine celauerit nomen militis ex arte Parmeno pronunciauit, à Phædria. [Quid ſtamus?) Quid ſtamus, ad moram refertur. [Cur non imus hinc?) Vbi ſeruus riualis eſt Parmeno. [Quid ſtamus?) His verbis miles inſultſus dolere ſe indicat. [Pace quod fiat tua) Pace aut gratia, aut voluntate, & deeſt cum. & ſic locutus eſt, quaſi bellum his verbis omnibus indixerit. [Pace quod fiat tua, Dare huic quę volumus, conueniret colloqui) Proprie, quia pax, datio, deditio, conuentio, colloquiū, militiæ verba ſunt & inuidioſe ſic ait, quaſi per eum non accipere, liceat dona Thaidem. Et ſic pronunciandum, vt ſubauditur vel, vt ſit, vel dare, vel conuenire, & colloqui, vt inter hoſtes ſolet. Sal. Quæ pacta in conuentione non præſtitiſſent. Et alibi, Cuius ad verba voluntate, colloquio militibus permiſſo, corruptio facta paucorum, & exercitus Syllæ datus eſt. [Conuenire, & colloqui) Sic pronunciandum eſt, vt q. d. licet per te miles, quod ēt inter hoſtes, & in bello licet. [Dare huic quæ volumus) Hæc ſingula cum inuidia pronunciandæ ſunt. [Perpulchra credo dona) ἐφυμέλα de fiducia pulchræ virginis. [Noſtris ſimilia) Et his ſimilia, & hoꝛ ſimilia, dicimus. [Res indicabit) Scit Eunuchi nomen poſſe contemni, & ideo videri vult potius, quam ſperari munera ſua. i. Chæreā. [Iubete iſtos foras Exire, quos iuſſi, ocyus) Cum fiducia, & alto vultu pronunciat, & feſtinat ne occupet miles prius abire, q̄ videat. Et eſt ordo, ocyus exire. [Procede tu huc) Bene procede dixit, nō accede, aut veni, vt appareat dignitas in inceſſu. Et callide ab inferiore incipit munere, hoc eſt à puella ad Chæream venturus, ſimul vt à vero mancipio incipiens, ad falſum ſine ſuſpicione trāſiret. [Ex Aethiopia eſt vſq; hæc) Quod Thais capiebat. nā ſupra, Non ne vbi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam. Vſque additum, vt longinquitas monſtraretur. & hoc eſt ꝙ facit, Munus nr̄m ornato verbis, ꝙ poteris. [Hic ſunt tres minæ) Callide manus ad precium reuocauit vt ad auaritiam conuerteret meretricum, ne officio donātis, & gratia leniretur. & ideo non dixit, tribus minis valet, ſed, hic ſunt tres minæ, quaſi iam vendenda ſit. [Ex Aethiopia eſt vſque) Hic oſtendit quid ſit ex Aethiopia, addendo vſque, vt ex longinquitate dignitas muneris ponderetur, & quid erit iam criminis in colore, quando ipſe dicere gloriatur vnde ſit? Ex mire ab inferiore cœpit, vt αὐξησιν doni faceret in Chęrea, & turpi præcedē te lenocinium comparat ſecuturo pulchro. Vſque modo aduerbium de loco eſt: vt, Siculo proſpexit ab vſq; Pachinno. [Vix) Aut difficile ſignificat, aut non, vt ſit, nec hoc. Luc. Carcer vix carcere dignus. [Vbi tu es Dore?) Tanquam quærat eum vt nomen indicet, quo audito magis diſſimulet Chæream. [Accede huc) Vultu eo dicitur, quo debuit dicere, & dicto æmulorum læſus, & confidentia deſtitutus, velut in eo duntaxat cōſpectu Chęreæ confidens. [Hem Eunuchum tibi) Mire poſtquam dixit. Eunuchum velle dixti te, quia ſolæ vtuntur his reginæ: Repperi. [Quam liberali facie?) Non narratiue laudat, ſed per interrogationem, quæ maior fiducia eſt. [Quàm ætate integra). i. qua florent puberes, vt Virg. Atque integer æui Aſcanius. [Ita me dijament) Iurauit ideo, vt non amore Phędriæ, ſed veritate cogi ad laudandum videatur coram milite. [Honeſtus) Pulcher. Virg. Et lætos oculis afflarat honores. [Honeſtus) Hic ſubdidit, quod in ancilla prætermiſit, quia Aethopiſſa honeſta dici non potuit. [Nunquid habes) Habes, pro inueniſti. [Quod contemnas?) Plus eſt contemnas, quàm vituperes, & deeſt, in hoc, vt ſit, nunquid habes, quòd in hoc contemnas? [Tacent, ſatis laudant) Taciturnitas, confeſſionis genus eſt preſertim contra aduerſarij interrogationem. Ideo tacere hoc, vel quaſi laudis argumentum eſt, quia ſupra tacere vituperauit, ideo & ipſe ſic ait, Quid tu ais Gnatho? nunquid habes quod contemnas? [Tacent, ſatis laudant) Et, Quid tu Thraſo? quia ſupra contempſerat puellam. [Fac periculum in literis, fac in palæſtra, in muſicis) Si totum ſingulariter diceret, eſſe ἐμοιοτέλευτον Litera, palæſtra, muſica. [Quæ liberum ſcire æquum eſt) Quondam liberi pueri his artibus erudiebantur. Et eſt figura ἔκλειψις, deeſt enim His. [Solertē) .i. diſertum: Vtrum hæc ſolertem. vt Horat. Doctæ ſermones vtriuſque linguæ. An aſſumendū eſt His extrinſecus? [Solertē) deeſt his. Solers, quaſi totus ex arte cōſiſtens, vt ὅλος ἀρετή, quod latinis verbis, quaſi ſolus in arte ſit. Huic iners contrarium. Nā ſolers quaſi ὅλος ἀρετή dictus. ὅλον ſolum, vt ἕξ, ſex, & ὅς, ſus dicimus. [Ego illum Eunuchum, ſi fiet opus, vel ſobrius) Hoc vt militare eſt, ita importunum pñte Thaide, extra quam, miles, ſi ſaperet, nihil amatorie contemplari debuit. Sed & hoc accedit ad eius odium, prętęrquam ꝙ iam in ſuſpicione eſt amicę ſuæ ꝙ fidicinam magis diligat. Et hoc mire, ꝙ nemo prior Eunuchum eſſe Chæream, quàm miles, credidit, adeo ſtultus etiam nomine ipſo appellauit. Sed ſtatim ſtulte miles, primo quidem conuitiū ipſi Eunucho facit, in quo poteſt iam lædere amicam. deinde atteſtatur hoc dicto pulchritudinem huius muneris. Quid igitur proficit? Satis autem ioculare eſt, ſi cogites Chæream eſſe, qui hæc de ſe audiat, & tacere cogatur. [Vel ſobrius) Honeſta ἔκλειψις, propter mulieris præſentiam. vt Virg. Nouimus, & q te. Et ipſe in Heaut. Qui ſe vidente amicam patiatur ſuam. Hoc tamen miles coactus à Parmeno dicit, quia repræhenſus eſt tacuiſſe. [Atque hæc qui miſit). i. tanta munera. hoc enim Hæc ſignificat. [Non ſoli ſibi poſtulat) Hoc eſt, Iſtum æmulum, ꝙ potes, ab ipſa pellito. [Sua cauſa excludi ceteros) Nihil potuit dici inuidioſius. Non. n. dixit Phædriam, ſed ceteros, quaſi futuri amatores fuiſſent, niſi metueretur exemplum Phædriæ. [Neque pugnas narrat) deſcriptio militis, tantum excepto nomine. [Neq; cicatrices) Inſigne fęditatis, Nam apud meretricem quid aliud cicatrices valent? Nam cicatrices etſi ſemper glorioſæ ſint, non tm̄ etiam apud meretrices, quibus poſt precium forma placet. vt Sal. quoque fatetur Hęc ſunt virtutis inſignia, dehoneſtamento tamen eſſe corpori maxime lætabatur. [Neque tibi obſtat) Qui à te repellat amatores tuos. [Quod quidam facit) Quidā rectē. nam & figuratum, & aptum ſententiæ eſt, & contemptum indicat hoc verbum. [Vbi moleſtum non erit) Ad ſuperiora retulit quo nunc dicit. ſ. ad, Non ſibi ſoli poſtulat te viuere, & ſua cauſa excludi ceteros, neque pugnat narrat, &c. [Vbi moleſtum non erit, vbi tu voles) Ad, Neque tibi obſtat: Vbi tempus tibi erit. Et mire occupat animum meretricis, cum illam huius impulſu inducit facere quidquid dure fecit excludendo Phædriam. Hic igitur qui ſcit præcepta de beneficijs æſtimandis, intelligit oratorie in vtranque partem dicta omnia. [Verum vbi moleſtum) Vtrum tibi moleſtum, an alijs? ſed alijs, quia illaturus eſt. [Vbi tempus tibi erit) Non amatori. Et, vbi tu voles, non vt nunc in milite pateris. [Vbi tempus tibi erit, ſat habet ſi tum recipitur) His dictis, & militem repulit ab animo meretricis, & commendauit adoleſcentē, & perfecit ne iniuria videatur apud Thaidem quod ſponte ſuſceperit Phædriam. [Apparet ſeruum hunc domini eſſe pauperis) Triſtiores enim ſunt ſerui pauperum, & ob hoc ipſum nequiores. & hoc melius erat, quamuis illud aliter paraſitus exponat. [Domini pauperis miſeriq.) Bene additum miſeri, qui nō continuo pauper etiam miſer eſt. [Nam hercle nemo poſſet) Secundum illud, Ait, Aio, approbat paraſitus quod miles dixit. Et eſt ordo: Nam hercle ſatis ſcio, nemo poſſet & hunc perpeti, qui haberet, qui pararet alium ſeruum. Nam hercle nemo poſſet) Aliam cauſam ſubtiliorem aſſignat paraſitus quanquam dixerat miles. [Qui haberet, qui pararet) Prius Qui, pronomen, ſequens, aduerbium eſt. [Quem ego eſſe puto infra omnes infimos homines) Multum dixit, infra infimos omnes homines. nam hac ſententia vult illum hominem ſeruus etiam eſſe peiorem, quia & ſeruus, homo. vt in Phorm. Seruum hominem cauſa orare leges non ſinunt. [Qui huic animum aſſentari induxeris) Proprie, nam animus inducitur aduerſum obiectas difficultates. [E flamma te petere cibum poſſe arbitror) Vnde ſine damno, aut malo nihil poteſt auferri. [E flamma) hoc intelligit, non ex foco, ſed ex medio igni, vel incendio flammę. Nam antiquum verbum eſt, Petere cibum è flamma. mordetq. vtrunque ſimul, vt neſcias quem peius vituperaueris. huius nefandam, an illius immanitatem, vel voraginem. Et ſimul vide conuicium redditum vnde coniectum eſt. i. de paupertate, & egeſtate. [Iam ne imus?) Odium Parmenonis, & ſtomachum militis

iſta

ista indicat festinatio. & Iam, increpatio more est. [Post huc continuo exeo) Legitur & postea, & post: vt sit post, pro postea quomodo pro postremo post. [Ego hinc abeo) Cõ sequens erat vt offenderetur miles tam diligenter riualis munus suscipiente meretrice. [Vna ire amica cum imperatorem in via) Vide προπαρασκευὴν futuræ litis inter Thaidem & militem. [Cum amica) Mirifice amicam dixit non meretricem. [Imperatorem in via) Congrue in militem, quasi ipse sit, sub quo est. & hic seruat Parmeno quod sibi mandatum est, Et istum æmulum quòd poteris, ab ea pellito. Et bene mutat nomina, hinc ad honorem, hinc ad inuidiam. Hanc, non meretricem, sed amicam dixit, hûc non militem, sed imperatorem. [Quid tibi ego multa dicam?) Non habuit aliud miles stultos. & redit ad illa quæ supra dixit, Domini pauperis miseriq́e. [Domini similis es) Ineptus iocus, in quo seruus iniuriæ vice domino comparatur. [Quid rides?) Et hoc eo vultu dicitur, quasi sibi conscius sit miles faceta dicti conuitij. nam non quòd nesciat causam risus, eo interrogat quid riserit, sed ideo, vt denuo laudetur. [Et illud de Rhodio dictum,) Hoc est illud, Eorum ingenia admiror simul. Et huic, vt apparet, sit amicior, ideo facilius ab amica, quàm à parasito separabitur. [Abi, præcurre, vt sint, domi Parata omnia) Non dixit quæ, quia intelligitur. [Fiat) Faciam, vel fiet, diceret seruus. Liber vero, fiat, tanquam & ipse iubeat sibi. [Domi vt sint paruta omnia) ἔμφασις ἡδονὴ in qua plus vultu significatur, quàm verbis. [Si Chremes huc forte ad me venerit) διήγημα ad litem futuram & exitum fabulæ. Et hoc non audit miles, nam si audiret, nimis iracunderetur. [Ad me adducito) Modo vbi sum significat. [Quid, quid aliud volui dicere?) Pro, quid aliud? hinc est illud Ciceronis, Quem, quem nam? recte admones, Polycletum esse dicebant. [Curare diligenter istam virginem) Hæc res est quæ faciet virginem claudi, in lectulo collocari & obdormire. [Curate istam diligenter virginem) Ridiculum, cum contra euenturum sit. [Vos me sequimini) παρὰ προσδοκίαν sunt puellæ quæ sequuntur.

GVID. AVDIRE vocem &c.) Hic inducitur multiplex concursus dissimilium personarum, tamen virtute & consilio poëtæ discretarum. T H. Visa sum .i. sensi audire modo .i. paulo ante vocem militis. atque eccum. i. ecce hic eum, ò mi Thraso salue. T H R. O Thais mea amasia .s. deinde cum oscularetur, dixit meum suauium. i. meum basium. Oscula sunt officiorum, basia pudicorum, suauia libidinum vel amorum, quid agitur? ecquid .i. vtrum aliquantulum amas nos de hac fidicina. i. propter hanc puellam peritam fidium pulsandarum. P. Quàm. i. inquantum, venuste. i. facere incepi sup. per ironiam reprehendit dictum militis, quod. i. quale principium, ipse aduenienti .i. in aduentu suo dedit. T H. Plurimum te amo. s. merito tuo .i. beneficio tuo & præstito, vel, quia bene mereris, vt ameris plurimum ex tuo ipsius officio. Meritum enim dicitur beneficium seu præstitum. Cic. ad Lent. Tanta est enim magnitudo tuorum in me meritorum. i. præstitorum beneficiorum. G. Ergo eamus ad cœnam quid .i. cur, stas .i. moraris, quid tardas? P. Hem, indignantis. dicas hunc alterum stultum parasitum Gnathonem, natum .i. ortum ex homine hoc .s. Thrasone, adeo bene inter se conueniunt. T H. Vbi .i. quando vis eamus ad cœnam .s. non moror. i. non tardo, neque resto. P. Adibo eo sup. i. ibo ad eos, atque assimulabo. i. fingam, quasi. i. velut, nunc exeam .i. egrediar prope accessurus, qui prius procul steti. ò Thais ituran'. i. itura ne es, quopiam .i. in aliquem locum. T H. Hem Parmeno pol .i. per Pollucem bene fecisti. quod vulgo dici solet. Tu habes bonam causam, seu rationem petendi nunc hoc, bene ergo fecisti petendo an quopiam sup. sim itura hodie. P. Quò? .i. quare benefici vel repetit interrogans quo eat. T H. Quid? modus interrogandi hic cum stomacho. non vides hunc .s. militem. P. Video eum. s. & me tædet videre .s. eum. vbi vis .i. vbi libet, vel quãdo vis, dona adsunt. i. prope sunt tibi à Phædria. T H R. Quid. i. cur, stamus. i. non imus, quod iterat dicens, cur nõ imus hinc. i. ex hoc loco. P. Hercle .i. per Herculem quæso .i. posco, vt liceat per te dare huic Thaidi, quæ volumus. liceat inquam conuenire eam. i. alioqui eam, colloqui. i. communicare cum ea de aliquibus quod. s. dare munera, conuenire, colloqui, fiat cum sup. pace tua .i. gratia & voluntate, & quasi prius captata venia, & quod dici vulgo solet, neque displiceat tibi, vel ita permitte, vt sine tua molestia fiat. T H R. Credo te daturum sup. perpulchra. i. valde pulchra dona. hoc dixit per ironiam haud. i. non similia nostris donis .s. P. Hes. i. aspectus rerum. indicabit .i. ostendet, sint pulchra nec ne. Heus, aduerbium vocantis, iubere .i. præcipites, illos .s. Eunuchum & Aethiopissam exire ocyus .i. velociter, quos iussi exire, q. d. facite vt properent quos iusseram exire, tu. s. Aethiopissa, procede. i. veni vt appareas, siue prodi huc & progredere. Hæc Maura est ex Aethiopia .i. Mauritania. Est autem ex Aethiopia duplex, vna ad Ortum Solis, altera ad Occasum vsque modo, aduerbium, est vsque & quidem de loco, vt Virg. Siculo prospexit ab vsque Pachinno. posuit autem vsque vt longinquitatem loci monstraret. igitur sic astrue. Hæc est ex Aethiopia vsque .i. ex eo loco hucusque hæc deducta est. T H R. Hic. i. in hac Maura. tres sunt minæ. i. tres libræ fuerunt expositæ in ea emenda. G. Vix. i. difficile, vel non sunt tres minæ. P. O Dore vbi es tu? accede huc. deinde vt venit, subiunxit. En. i. ecce Eunuchum, tibi. i. pro te, quàm. i. quantum, est facie. i. forma, vel specie liberali .i. venusta, sicut contra auarus dicitur sordidus, quàm quantum est ætate integra. i. habet ætatem florentem, solidam, firmam, nihil passam detrimenti caloris naturalis. T H. Ita Dij ament me. iurantis est illud dictum, quasi imprecantis ita se amari à Dijs, vt illud quod sequitur est ex animo dictura .s. Thais. deinde subdit honestus est .i. pulcher. nam honor pro pulchritudine apud Virg. inuenitur, vt Lætos oculis afflarat honores. P. O Gnatho quid ais? Nunquid habes. i. inuenisti quod contemnas in hoc sup. Eunucho, autem .i. sed ò Thraso quis ais, tacent, & ideo satis laudant, quandoquidem taciturnitas confessionis genus est fac periculum .i. experientiam, probationem, examina in literis. i. doctrinis, in palæstra. i. in luctandi arte, in musicis. i. in arte musicæ, dabo adolescentem. s. Eunuchum, solertem. i. disertum, ornatum, præditum his sup. quæ æquum est. i. licet liberum iuuenem. i. ingenium. scire. i. callere quondam enim liberi pueri in his artibus eruiebantur. s. in literis, in palæstra, & in musica Solers dicitur quasi totus in arte consistens. diciturq́e ab olon quod est totum, & ars artis, quasi totus in arte. nam, vt ait Festus, olon lingua oscorum significat totum, integrum, vel solidum. Inde tela dicuntur soliferrea. i. tota ex ferro, & solers totus in arte. T H R. Ego indigne iactarem sup. illum Eunuchum si sit opus, vel. i. etiã sobrius .i. ieiunus, & fecit aposiopesim. propterea quòd fœdissimum dictu erat & indignissimum auditu. Sobrius eleganter ponitur pro ieiuno, vt si dicam, Hoc ego illi facile dicerem vel sobrius, vbi dicitur totus ieiunus, ẽt dici solet, hoc tibi sobrius dico, hoc est serio tibi dico sciens & volens, nullo me cogente potu. P. Atque is, q̃ misit hęc. i. tanta munera. s. Nõ postulat te viuere soli sibi. i. vt illũ solũ ames, & illi soli indulgeas, & nõ postulat ceteros amatores. s. excludit. i. eiici, sua causa. i. pp se, neq; ipse Phæd. narrat. i. recitat pugnas, desciptio est militis, neque ostẽtat. i. frequẽter ostendit, & quasi iactitat suas cicatrices. i. vulnerũ vestigia, & indicia, neq; obstat tibi. i. non tibi instar, vt amatores tuos repellit, quod. i. quam rem totam præfatam quidem pro contemptu hoc verbo exprimitur, & intelligitur miles, quidam igitur facit idem quod miles efficit, cuius parco nomini, verũ vbi. i. qñ molestum. i. res molesta, & tædium, siue molestiam afferens tibi nõ erit, est enim hic molestum generis neutri. vel potest intelligi vbi Phæd. recipi non erit molestum tibi .i. nihil tibi afferret tædij, neque molestiæ, vbi. i. quando voles, vbi. i. quãdo tempus. i. opportunitas temporis erit tibi, sat habet. i. sufficit ei, situm. i. tũc recipitur. i. admittitur. T H R. Apparet. i. visum est obuium hûc seruum esse domini pauperis & miseri .i. spectare ad dominum pauperẽ, & miserum. i. miseria aliqua afflictum & calamitosum, non enim si pauper sit aliquis ptinuo est miser, qui pauca enim potest, vel possidet pauper est, non propterea miser, si paruo cõtentus sit. G. Hercle. i. per Herculem, sat scio .i. satis mihi constat, q̃ sup. nemo posset perpeti .i. pati vel tolerare hunc seruũ, qui haberet. i. sciret viam & rationem & modum, qui. i. quia via quo pacto, qua ratione, vel modo pararet .i. cõpararet sibi alitũ seruum. P. Tu Gnat. tace quem. s. te puto .i. existimo esse infra omnes homines infimos. i. quem existimo esse vilioris cõditionis ipsis seruis, nam arbitror te posse petere, cibum .i. alimentũ, ex flamma. i. ex famis incẽdio, posset tamen fortasse non inepte dici quamuis Don. nõ placeat, puta te ita ligurionem, voracem, seu epulonem, aut comedonem, vt etiam ex medio igni, aut ex medio æstu ollæ bullientis educere, seu decerpere cibum nõ dubitares, adeo vẽtri deditus es, ita quòd flammæ vel ardoris mole stia perpeti non tenueres, dummodo gulæ tuæ inseruires. Arbitror ego te posse petere cibum è flamma qui induxeris animum .i. qui susceperis, vel imperaueris tibi & persuaseris, assentari .i. adulari, verbis tuis huic militi. T H R. Hic stomachatus. i. indignatio militis ostenditur hac festinatione, ne. i. vtrum, imus. i. vadimus, iã. i. nunc, q. d. satis ne cũctati sumus, q̃ moximus. T H. Prius. i. antequam te comiter. introducam. i. in domum ducam

hos

hos.s.Eunuchum & Aethiopissam,sed in hac elocutione masculi num præponderauit fœminino,& simul.i.& etiam prius impera bo.i.præcipiam,quæ volo fieri.s.sed potius supprimitur,q̃ expri matur. Postea.i.posti illa facta quæ dixi me facturam,continuo .i. illico exeo,vt te sequar ad cœnam,quam mihi apud te dare cupis. THR. Tædio affectus miles,inquit,abeo .i. discedo,hinc .i.ex hoc loco tu Gnat. operire,in secunda imperatiui.i.expecta hanc Thaidem. P. Non conuenit .i. non bene quadrat, non est bene consentaneum,aut cõgruum imperatorem.i.eum, qui milites sub se habet ire.i.iter facere,vna .i. simul cum amica in via. THR. Quid.i.cur,ego dicam tibi multa? est similis domini .i. similes domino habet mores, dicimus enim similis domini & similis domino. G. Ha,ha,he,interiectio ridentis est,& stulte effusi in risum,qualis erit parasitus. THR. Quid.i.cur rides,vel propter quam rem rideas? G. Rideo supp.istud.i.propter illud, q.d.propter tuum dictum quod modo.i.paulo ante dixisti.Et.i. etiam illud dictum de Rhodio.s.tute lepus es, &c. venit mihi in mẽtem.i.in memoriam,sed Thais exit.i.egreditur à domo sua, vt te sequatur in domum tuam cœnatura. THR. Abi.i.discede,domum præcurre.i. ante nos curre,vt omnia sint parata domi. G. Fiat,non dixit faciam,vel fiet,ne videare seruus, sed fiat dixit,tanquam liber ipse sibi præcipiat. THR. O Pythia fac.i. da operam,vt cures.i.curæ habeas,diligẽter.i.studiose,si forte .i. casu aliquo Chremes aduenerit .i. accesserit huc,cures igitur vt ores eam primum.i.in primis,vt maneat me expectans.Sin.i.sed si id.s.monere,non est commodum.i.vtile,vel opportunum ei, ores inquam vt redeat,si id non potest fieri vt.s.redeat,adducito ad me. PY. Ita faciam vt imperasti. THR. Quid aliud volui dicere,quod nunc non venit in mentem hoc mente volutans & memoria repetẽs quod erat oblita,inuento eo quod quærebat, erupit in hanc voculam. Hem,q.d.redijt in memoriam,& quasi aliquid indignationis illa vocula indicat, q̃n indignetur Thais ferè illud esse oblitum nec imperatum, curate diligenter istam virginem.i.diligenter curam habeatis huius virginis faciet.i.effi cite,vt sup. adsitis.i.præsentes sitis domi, nec illi vos moueatis. THR. Eamus ad cœnam.s.in domum meam. TH. Vos puellæ.s. pedissequæ sequimini me.

EATO. ARGVMENTVM)Hic variæ inducunt̃ personę,sed ita distinctæ,vt facile inter se dinoscantur. Exhibetur autem Thaidi munus Phædriæ à Parmenone in quod inepte cauillatur Thraso,assentante interim Gnathone.[Quàm venuste?) Ironia Parmenonis ad spectatoris. [Quid hunc vides?) Tacita correptio. [Vbiuis) Hoc clare dicitur. [Quæso hercle) χαριεντισμὸς. [Hic sunt tres)Extenuatio ad contemptum. [Mina) Valebat x.coronatis.[Vel sobrius)Verecũda eclipsis,ad moderandum obscœnũ dictum inepti militis.[Atque hæc)Oblique designat Thrasonẽ. [Nam hercle) Assentatio Gnathonis. [E flamma te cibum petere)Prouerbium.[Haud conuenit)Ironica approbatio.[Diligenter Pythi.) Oeconomia & præparatio ad sequentem scenam. [Quid? quid aliud) Repetitio quærentis & cogitabundæ.

PETR. MARS. AVDIRE vocẽ &c.) Astus meretricius,verba subdola,& simulatus pro tempore ad fallẽdum affectus,nec non amantiũ, siue stultitiæ,siue insidiæ, ac commentum ad zelotypiam excitãdam,exprimuntur hac scena.Meretrix qppe simulata frõte pluribus arridet,vt plures spoliet, & æmulationis semina spargit vt inde abundantiorem habeat messem. Conducit nanque meretricio quæstui,complures habere amatores inuicẽ zelotypos, vt illorum ardore & stultitia fruatur.Vnde Plaut.in Cistel.dicit:Meretrix est fortunati oppidi simillima, non potest suam rem obtinere sola sine multis viris.Et paulo post:Assimulate amare oportet.Nam si amas,exemplo melius illi multo quem amas consulas,quàm rei tuæ.[Quam venuste &c.)Cic.in Læl.sic ait:Odiosum sanè genus hominum officia exprobrantium quæ meminisse debet is,in quem collata sunt, non commemorare qui contulit,Seneca scribens de Clementia ad Neronem: Quàm dulce,q̃ pretiosum est,si gratias sibi agi non passus qui dedit, sed dedisse dum dat,oblitus est.Qui dedit beneficium,taceat narret qui acceperit,nõ tantum ingratum,sed iniustum est etiam,beneficium superbe datum.Et graue tormẽtum est,debere cui nolis.Fabius Verrucosus,inquit, beneficium ad homine elato aspere datum, panem lapidosum vocat.[Eunuchum tini q̃ liberali facie).i.ingenua,non seruili,ac ætate iuuenili.[Honestus est).i.pulcher,& venustus,tum forma,tum ætate. [Adolescentem solertem).i.scientem. Solertia dicitur ingenij acumen,& naturalis aptitudo ad id celeriter percipiendum quod prudentia dictas. Comes huius est sagacitas,quæ acute sentit,atque discernit, quod prudentia iusserit.Solers,inquit Sext.Pompeius,dicitur in omni re prudens.Solertia,inquit Philosophus,lib.6.Eth. est bona quædam coniectatio, quæ sine ratione fit, & cito.

ET huius quoque scenæ versus sunt iambici trimetri acatal. GLAR. In tertio versu vel Meum est monosyllabum,vel bacchius loco primo.In nono versu,Ehem legẽdum,vt recte annotauit Ioan. Idem in 10.versu,Bene pol feciſti,legit. Et in hodie cõtrahit die in vnam syllabam.Doctor autem d,elidit in Quid. At Aldinus lib.aliter hoc carmen legit, nempe in fine sic,Quid,hunc vides? Doctor. ante vides,ponit negationem,Quid, hunc non vides? Quod mihi non placet,& plusculum gratiæ habet si negatio auferatur.In 21.vel Ais monosyllabum est, vel s,eliditur in Honestus. In 23. malim s,elidere in Satis,quàm i, corripere in Periclum,quia consuetius est. Potest & bacchius esse loco secundo. In 27. vel Sua monosyllabum est, vel bacchius loco tertio. In 36. Ioan. versum ita legit:

Tace tu quem ego esse infra infimos omnes puto.

Atque ita habent etiam mei vetustiores lib.& carmen ita exposcit.In 12.idem Ioan.ita legit,Vna ire cum amica imperatorem in viam.Ita vt m,non elidatur,& tertio loco sit tribrachys. Et planè ita habent vetusti lib. In septimo à fine, Omnia superfluit,vt recte admonuit Ioan.In antepen.versu vel proceleusma ticus est initio vel d,in altero Quid, eliditur. In vltimo versu Domi non est reijciendum, sed vel pæan quartus loco tertio, vel Eamus dissyllabum.

ACTVS III. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Chremes probatus adolescens amari se à Thaide suspicatur, quem amorem effugere studet.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hæc sequens scena continet Chremetis probati adolescenti suspicionẽ de Thaidu erga ipsum amore,quem sanè subterfugere obnixe conatur.

Senarij.

CHREMES, PYTHIAS.

ROFECTO quanto magis magisq̃. cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum:
Ita mẽ video ab ea astute labefactarier.
Iam tum,cum primum iussit me ad se accersier.
(Roget quis, quid tibi cum illa? ne noram quidem)
Vbi veni, caussam, vt ibi manerem, repperit:
Ait rem diuinam feciſſe, & rem seriam
Velle agere mecum. iam tum erat suspectio,
Dolo malo hæc fieri omnia. ipsa accumbere
Mecum mihi sese dare, sermonem quærere.
Vbi friget, huc euasit, quàm pridem pater
Mihi & mater mortui essent. dico, iam diu.
Rus Sunij ecquod habeam, & quàm longe à mari.
Credo ei placere * hoc: sperat se à me auellere. *; hoc
Postrema, ecqua inde parua periſſet soror;
Ecquis cum ea vna; quid habuiſſet, cum perit;
Ecquis eam posset noscere. hæc cur quæritet?
Nisi illa forte, quæ olim perijt paruola
Soror, hanc se intendit esse, vt est audacia.
Verum ea si viuit, annos nata est sedecim.
Non maior: Thais,ego quàm sum,maiuscula est?
Misit porro orare, vt venirem serio.
Aut dicat quid volt, aut molesta ne siet.
Nõ hercle veniam tertio.heus. heus. PY. hic quis est?

C. Ego

C. Ego sum Chremes. PY. ò capitulum lepidissimũ.
C. Dico ego mi insidias fieri? P. Thais maxumo
Te orabat opere, vt cras redires. C. rus eo.
P. Fac amabo. C. non possum, inquam. P. at apud nos hic mane,
Dum redeat ipsa. C. nihil minus. P. cur mi Chremes?
* in rẽ C. Malam * rem. abis hinc? P. si istuc ita certum est tibi,
Amabo, vt illuc transeas, vbi ila. C. eo.
P. Abi Dorias, cito hunc deducere ad militem.

DON. PROFECTO quanto magis magisq. cogito) Hęc persona apud Menandrum, adoletis rustici est, & inconsequens oratio est. sed conceditur se cum loquentibus multa transcendere, quę taciti intelligunt est. n. integrum hoc modo, Profecto quanto magis magisq. cogito, nimirum intelligo vel inuenio, q̃ dabit hæc Thais mihi magnum malum. Potest aũt Nimirum & pro confirmatione accipi vt nihil desit, vt sit nimirũ, sine dubio, p certo. [Nimirum dabit hęc Thais mihi malum) Solue nimirũ, & fac, non est mirum, & statim ꝓñs erit per ἀνυπαντον tota sententia, quasi dixerit, non est mirũ, & subdistinctione interposita mox intulerit, Dabit hæc Thais mihi magnum malum. nam ni, ne significat, & ne, non. Ni pro ne, Virg. Læti discrimine parua Ni teneant. Ne pro non: Plaut. Ne vult, inquit, pro non vult. [Nimirum dabit hęc Thais mihi magnum malum) His verbis intelligitur se sentire paulatim labi in amorem meretricis, quamuis inuitum, & adhuc retinentem mentem. [Roget quis, q̃d tibi cum illa?) Prius intulit, q̃ interrogauit. [Vt vbi manerem) Manerem modo non dormirem, sed remanerem significat. [Et rem seriam, velle agere mecum) .s. quæ non posset nunc agi, cũ operetur. An rem seriam magis agendam tunc putabat, cum rem diuinam feciset? [Dolo malo omnia fieri hæc) dolus à lædendo dictus. i. à dolando. i. minuendo. nam & δολος Græce, lęsio dr̃, & dolones, tela quędam bellica, & dolare fabri, lignum est ascia cædere. Quòd aũt addidit malo, aut ἐξεταστικὸς est, quia sic in duodecim tabulis à veteribus scriptum est, aut ἐπί στρεν doli est perpetuum, aut diastole est, q̃ a est & bonus, quo à medentibus falli ægros, non tam decipi. Lucretius Poëta testat. [Accumbere mecum) Mecum, penes me signat. [Mihi dari sese) Nõ põt magis significari profusa petulantia. [Sermonem quærere) Sermonem quærimus, q̃ non solum quod dicamus quærimus, verumetiam qũo alter nobis rñdeat & obloquatur, puta cum deficientibus sermocinandi causis, quota sit hora, & satis re ctè quis valuerit, percontamur. [Quam pridẽ pater mihi & mater mortui essent) Hoc propter ætatem puellæ inquisitum est. [Huc euasit) Tanquam imprudenter contenderit ad hanc inquisitionem. [Iam diu) Iã olim. [Et q̃ longe amari) Hoc ideo meretrix inquisiuit, vt sciret vtrum rapina prędonibus fuisset, quippe ad mediterraneum locum, qui accessus esse potuit piratis? Sed tñ non abhorret à suspicione huius meretricis, ꝓ & scire vellet cuius precij fundum habeat Chremes, hoc est, quam amœnum, vel quam maritimum. [Sperat se à me auellere) Bono vsus est verbo auellere, tanquam à pertinaciter retinente. [Quid habuisset, cum perijt) Cum, pro quando, aut, cum periret. [Hæc cur quæritet) In gestu, ac vultu id, quod restat ostenditur. nam deest, nescio. [Hanc se intendit esse) Proprie intendere, est crimen in aduersarium iacere. [Maiuscula est) Diminutiue dixit, vt ostenderet vtranq; esse primęuam. [Misit porro orare) Porro, pro postea. [Vt venirem serio) Vtrum. vt venirem serio, an orare serio? [Aut dicat quid volt) Pro quid velit. In Hecyra, Ac vide quàm immerito ægritudo hæc oritur mihi abs te Sostrata. [Aut mole sta ne siet) Aut hoc moraliter, nam cui hoc imperat? aut cum quo hoc agit. [Heus heus, hic quis est?) Hæc separatim pronuncianda sunt. nam apparet inter hæc verba pulsatam ianuam p. sonare. [Ego sum Chremes) Vide quantum distet, ac varia sit huius rusticitas, Ego sum Chremes, à facet à meretricis disciplina. [O capitulum lepidissimum) Nam rusticum esse statim magis apparebit, vbi dixerit, Rus eo, &. [Dico ego mihi insidias fieri) Blandimentum rusticus insidias putat. [Rus eo) Pro potiore negocio rus posuit. & maior negatio est, quàm si diceret, Non huc venio. [Non possum inquam) Plus est, quam nolo. [Dum redeat ipsa) Ipsa, vel domina, vel ipsa de qua agitur. [Nihil minus) Decst faciam. [Malam rem hinc abis) Hoc aduerbialiter dixit, quemadmodum dicimus Domum ibis. Et apparet illum manu tactum esse, qui sic iratcitur, quia dixit Pythias, Cur mi Chremes? q. d. Cur meus sic indignatus est adolescens? nam ab eo quòd est meus, vocatiuus mi facit. [Amabo, vt illuc transeas vbi illa est) Vide non esse ociosum, quòd omnia prætenta sunt potius, quàm res importuna fieret, vt ad militis domum Chremes deduceretur. neque enim hoc conueniebat personæ Bacchiali, quoniam aut infacetum, & præter vsum, aut importunũ, ideo hoc ipsum Doriæ præcepit. [Vt illuc transeas vbi illa est) Vt breuem viam demonstraret, non eas, sed transeas, dixit. [Amabo) Interiectio est amantis, sic verbum sonat.

PROFECTO quanto, &c.) Hæc persona apud Menandrum adolescentia est rustici, cuius oratio est in consequens, sed conceditur secum loquentibus multa transcendere, quę taciti intelligunt. CHR. Profecto. i. certe, quando cogito .i. mente voluto, magis magisque. i. intensius. Nimirum. i. certe, vel sine dubio inuenio sup. vel intelligo, q̃ supp. hæc Thais dabit mihi magnum malum, his verbis intelligitur se sentire paulatim labi in amorem meretricis, quamuis inuitum adhuc retinentẽ mentem. Nimirum dicitur quasi non mirum, interdum enim in capitur pro non. Ita. i. eo pacto vel ideo. video. i. intelligo me labefactarier, paragoge est .i. perturbari, commoueri suis titillationibus malis, & corrumpi, cum prius mihi bona mens esset, altu te. i. callide ab ea Thaide. Iam tum. i. iam ex eo tempore. cum. i. qñ. primum iussit .i. præcepit, vel voluit. me accersier. i. accersi hoc est appellari, vocari. domum. i. ad domum suã. quis. i. aliquis, roget. i. interroget. quid tibi cum illa intercedit sup. vel est, q. d. quid commercij habes vel consuetudinis cum illa? vel quid eges eius opera? vel quid tibi est illa opus? ne quidem .i. ne ĕt. noram. i. noueram. illam sup. q. d. modo nihil mihi est cũ illa, sed nec eam quidem noueram, cum iussit me accersi ad se domum. vbi. i postq̃ veni repperi. causam. i. occasionem, vt manerem. i. remanerem. vbi. i. domi suæ. ait. i. dixit. se feciss rẽ diuina .i. se feciss sacrificium, seu sacrum, & ait inq̃ se velle agere. i. loqui, & communicare mecum rem seriam. i. magni ponderis, nõ iocularem. iam tum. i. ex eo tempore suspicio. i. opinio, & cõiectura erat mihi. hæc omnia fieri dolo malo. i. mala calliditate, nã dolus malus, vt Labeo ait, dicitur omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circunueniendum, fallendum decipiendum alterum adhibitum, nec sine causa dolus malus dici solet, quoniam veteres etiã dolum bonum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant, maxime si aduersus hostem, latronem ue q̃s machinatur. Dicitur aũt, vt vult Donatus, vel à dolando. i. minuendo, vel à lædendo, nam dolus Græce læsio dr̃ Latine, & dolones tela quædam bellica, & dolare lignum est fabri .i. ascia scindere. Dicitur etiã dolus malus, quia est & bonus, quo à medentibus falli ægros, non decipi Lucr. poëta testatur, ipsa Thais accumbere. i. accumbebat. i. ab epulas. s. sumendas mecum, vel more epulantium iuxta me sedebat, dare. i. dabat sese. i. seipsam mihi. quibus significatur profusa petulantia. quærere. i. quærebat sermonem, q. d. imitabat me ad respondendum, vt loquendi materiam inueniret. vbi. i. qñ friget. i. cessat, nec suppetũt ei verbã, vt solebant, euasit huc. i. in hæc verba erupit, siue huc peruenit, siue eo processit, vt peteret, quampridem. i. quantum temporis esset, ex quo pater & mater essent mortui mihi .i. ad meum incommodum, vel refert mihi ad patrẽ & matrem, q. d. pater meus & mater mea. dico. s. respondeo iã diu parentes meos. s. esse mortuos. ipsa Thais sperat. i. credit, se posse auellere. i. extorquere, abstrahere à me tanquam pertinaciter retinente hoc. s. & quod rus .i. quem fundum Sunij habeam, & qui. i. quãtum. longe. i. procul à mari habeam illud vel sit. Sunium aũt est promontorium Athenienſium, & in eo rerum vænalium emporium est, hic aũt Sunij in genitiuo aduerbialiter poni rectè potest, credo. i. puto rus illud sup. placere ei. s. Thaidi, & propterea ita de illo percõtari, postremo. i. tandem. sperat inquam posse auellere hæc. s. quæ se quuntur videlicet. In qua die. i. in quo tpe perijsset .i. perdita fuisset, & quis perierat sup. cum ea, vel quis erat cum ea vna. i. si mul, hoc est ĕt sperat posse auellere, quid habuisset .i. possedisset, cum. i. qñ. perijt. i. perdita fuit, & quis posset noscere eam. i. agnoscere, nam agnoscimus vetera, cognoscimus noua. Nescio sup. cur quæriret. i. percõctetur hæc, nisi forte illa paruula soror quæ olim perijt, intendit. i. proponit, nititur ostendere se esse hanc, quæ est apud Thaidem. Intendere proprie est crimen in aduersarium iacere, vt audacia est mulierum sup. i. qua sunt audacia mulieres. Verum. i. sed ea soror si viuit est nata sedecim annos. i. habet sedecim annos vel est ætatis sedecim annoꝝ, non est sup. maior. i. maioris ętatis. Th. est maiuscula. i. paulo maior

GVID.

quàm

quàm ego ſum. Maiuſculus la,lum,à maius eſt diminutiuũ,reti net quia prorſus ſtructuram ſimilem, oſtendit autem Chremes vtranque eſſe primæuam. Porrò.i.poſtea,nam porrò ſignificat ſed longe,certe,poſtea,vltra. Th. miſit orare,pro miſit ad me orandum,vt venirem ad eam ſerio,q.d. pro re ſeria. vt prius dixerat. Eſt autem ſerio aduerbium,cuius contrarium eſt ioco, vel refert ſerio ad orare,q.d. miſit orare ſerio.i.conſulto dedita opera,omni ſemoto ioco,vt venirem ad ſe,aut dicat quid vult, pro velit. aut ne.i.non probentis eſt. ſit moleſta.i.non me moleſtia afficiat. hercle non veniam tertio, quod dici ſolet tertia vice. heus,aduerbium vocantis,& hoc dicens pulſat ianuam. P. Hoc audiens Pyr. dicit ecquis.i.nunquid aliquis eſt hic qui hoſtium pulſat. C. Ego ſum Chremes. P. O capitulum paruum caput, diminutiuum factum blandimẽti gratia,lepidiſſimum.i.facetiſſimum,vel iucundiſſimum, quaſi cuius aduentus plurimum ſit optatus,quod indicat ò accuſatiuo iunctum nominatiuo vel vocatiuo, quoniam capitulum illic illorum trium caſuum eſſe poteſt. C. Ergo dico inſidias.i. proditiones,& fraudes,& circumuentiones fieri mihi. P. Thais orabat maximopere pro maximo opere.i.maxime,vel ſingulariter,vel vehementer,vt redires erat. C. Ego rus.i.eo ad negociandum,& operandum in agrũ, vt meus mos eſt,quia ſum ruſticus. P. Amabo,amantis,& blandimentis eſt interiectio comicis valde familiaris,q. d. rogo te p amorem, fac quod peto.ſ.cras redi. C. Inquam.i.dico tibi non poſſum redire. P. Aut tu mane apud nos dum.i. quouſque ipſa Thais vel domina redeat. C. Nihil minus faciam ſupp.quòd maneam. P. O mi Chremes cur nihil minus facies, & intelligimus eum manu ò Pythia tactum, vel propterea q vocatus ſit mi Chremes iraſcentem, ea propter ſubdit. C. Abi .i. diſcede, hinc.i. à me in malam rem,quaſi in malam fortunam, & quod dici ſolet, vade febrim quartanam,quidam lib. habent ibis,quaſi eam à ſe reijciens dicat ibis in malam rem. Donatus legit abis in malam rem,vultque hoc aduerbialiter dici. P. Si iſtud .i. nõ redire,eſt iam tibi certum.i.conſtitutum.amabo,particula blandientis,quaſi rogo te per amorem, vt non tranſeas.i.per eam breuem viam te transferas illuc.i.in domum militis,vbi illa Thais eſt,dixit autem tranſeas,& non eas, vt breuem viam demonſtraret. C. Eo .i. valdo illuc. P. O Doria ſerua deduc cito hunc ad militem .i. ad domum militis vbi eſt Thais.

LATO. ARGVMENTVM) Chremes frater virginis ſuſpicatur ſe captari à Thaide, & cuncta pro ingenio ruſtice ac maligne interpretatur. Deinde deducitur ad Thaidem,quo facta oritur occaſio epitaſeos inter ſcortum,& militem. [Profecto quanto) Inducitur ruſticus adoleſcens. [Vbi friget) Quærendo ſermone deficit. [Verum ea ſi viuit) Argumentum ab ætate ad refellendam ſuſpectam fraudem. [Dico ego mihi) Hoc ſecum ruſticus. [Malam rem hinc ibis) Imprecatio in attrectantem,& ſubtracta eſt, in, præpoſitio.

PETR. MARS. PROFECTO quanto magis &c.) Meretricias artes,doloſq. multiplices,caute vitandas eſſe monet hæc Scena,ne irreti dent pœnas,& imprudentię merito accuſentur,& vitioſam pſonam hæc tali diſpoſitione lucrari docet,vt mala ſemper præſumatur quamuis interdum mala non ſit. [Labefactarier) Labes dicitur macula. Et labefactare,eſt maculare,& inficere. [Suſpicio dolo malo &c.) Seruius iuriſconſultus,vt eſt in volumine Digeſtorum. dicit dolum malum, eſſe machinationem quandam alterius decipiendi cauſa, cum aliud ſimulatur, & aliud agitur. Labeo ſic definit: Dolus malus eſt omnis calliditas, fallacia, machinatio ad circumueniendum,fallendum,decipiendum alterum adhibita. Dolus malus dicitur ad differentiam,quoniam veteres etiam bónum dolum dicebant, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant,maxime ſi aduerſus hoſtem latronem ue qs machinaretur. [Rem ſeriam).i.grauem,& minime iocoſam. [Accũbere mecum).i.mecum ſedebat. [Vbi friget) Definit ardor ille meretricius blandiendi,ſermonemq. quærendi. Vnde dicitur opus etiam frigere,cum intermittitur,feruere,cum celatur, & fit cum diligentia. [Vt eſt audacia meretricum).ſ.quæ ſine pudore audẽt omnia. [Venirem ſerio).i.ſine nugis,& iocis. [O capitulum lepidiſſimum).i.iucundiſſimum nobisq. cariſſimum,& non inuenuſtum. [Nihil minus) Subaudi faciam.i.non manebo. [Amabo vt illuc tranſeas,vbi illa eſt).i.per tranſitum illuc eas,vbi eſt Thais. Dixerat enim Chremes: Rus eo,& ſic oſtendit non eſſe incommodum Chremeti illuc iter facere, vbi erat Thais.

GLAR. EIVSDEM cum ſcenis prioribus rationis ſunt verſus. In priore Magis,eliditur. Tertius verſus ita legendus, Ita me aſtute ab ea video labefactarier. vt habet liber verus. Et bene habet carmen. In 7. Ait monoſyllabum eſt. In 8. ſuſpicio ſecunda ſyllaba producitur, vt alias apud hunc Poëtã. In 12. Mihi mono ſyllabum totum eliditur. In 14. Ei eſt monoſyll. In 15. Periſſe te traſyllabum eſt non triſyllabum. In 7. à fine Mihi monoſyllabũ totum eliditur. In penultimo quidam malunt de Illa l,elidere, quam ſ,de Tranſeas. Sed ego puto bacchium eſſe loco quinto.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Inducit perſonam cui narraturus eſt Chærea quæ intus patrarit, hoc ideo ſit, vt populus percipiat auribus quod honeſtus oculis ſubijci nequit. Oſtendit item poëta iuuenes plerunque congredi vt genio indulgeant, curemq; cuticulam. Hic Ariſt. in Rhet. Iuuenes, inquit, ſodales magis quam alios amant. Gaudent enim conuiuijs & lucra non deſiderant.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hoc proloquio eſt inſinuatio illius perſonæ, cui narraturus eſt Chærea quæ à ſe retro poſt ſcenam facta ſunt. Hoc autem fit potiſſimum populi gratia, vt id auribus percipiat, quod poëta honeſte oculis obijcere non potuit.

Iambici Tetrametri Catalectici.

ANTIPHO adoleſcens.

ERI aliquot adoleſcentuli coijmus in Piræo,
In hunc diem vt de ſymbolis eſſemus. Chæream ei rei
Præfecimus: dati annulli: locu', tempus conſtitutum eſt.
Præterijt tps. quo in loco dictum eſt, parati nihil eſt.
Homo ipſe nuſquam eſt: neque ſcio, quid dicam, aut quid coniectem.
Nunc mihi hoc negoci ceteri dedere, vt illum quærã:
Idque adeo viſam, ſi domi eſt. quiſnam hinc à Thaide exit?
Is eſt, an non eſt? ipſu' eſt. quid hoc hominis? qui eſt hic ornatus?
Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari, neq; cõijcere.
Niſi quidquid eſt, procul hinc libet priu', quid ſit, ſciſcitari.

ERI aliquot adoleſcentuli coimus in Peiræo) In hoc proloquio inſinuatio pſonæ eius eſt, cui narraturus eſt Chærea, quæ à ſe poſt ſcenã facta ſunt. Fit autem hoc populi cauſa, vt ſpectator auribus accipiat qd̃ ſubijcere oculis poëta non potuit. [Coimus) Coimus,conſenſimus,ac pepigimus,ne ſit ſolœciſmus in Peirẽo,pro in Peirẽum. [Heri aliquot adoleſcentuli) Bene inuenta perſona eſt cui narret Chærea, ne vnus diu loquatur,vt apud Menandrum. [Vt de ſymbolis eſſemus Plaut. in Menæhmis,Minore nunquam fui diſpendio. Sed melius eſſemus,producta e litera. [Præfecimus) .i. συμποσίαρχον fecimus. [Dati annuli) Nihil interim de ſcorto. apparet enim ephebos eſſe. [Præterijt tempus) Quia tempus conſtitutum eſt. [Quo in loco) Quia locus conſtitutus eſt. [Homo ipſe) Quia Chæream ei rei præfecimus. [Ceteri dedere) Ceteri, exceptis me atque illo. [Quis nam hinc à Thaide exit?) Cauſa ſciſcitandi eſt admiratio de habitu commutato,& vix agnitus Chærea. [Quid hoc hominis eſt?) Vide an longam narrationem poſſit audire, qui nõdum amico narrat,& iam affectus pendet. [Is eſt,an non? ipſus eſt) Vide an potuerit meretricem ignotam hoc habitu atque ornatu fallere q ab Antiphone vix agnoſcitur. [Quid hoc hominis eſt?) Quòd à Thaide ephebus exit. [Qui hic ornatus) Quia Eunuchi veſte indutus eſt. [Quid illud mali eſt?) Quòd timidus egreditur. [Quid ſit,ſciſcitari) Sciſcitari, eſt occulta magis,& ſecretiora mirari,ac velle cognoſcere. vt, Suſpenſi Eurypilum ſciſcatum oracula Phœbi Mittimus. DON.

Heri

GVID. HERI aliquot &c.) In hoc proloquio insinuatio personæ eius est, cui narraturus est Chærea, quæ à se post. i. retro scenam facta sunt. fit autem hoc populi causa, vt spectator auribus accipiat, quod subijcere oculis poëta non potuit. An aliquot adolescentuli coimus. i. consensimus, pepigimus, conuenimus, & dicitur coimus pro coiuimus. Heri in Petræo. i. vrbæ Atticæ regionis, quæ erat portus Athenien sium. consensimus inquam in hunc diē, vt essemus, ab edo es. i. comederemus. de symbolis, quasi de portionibus collatis ab vno quoque nostrum. Quid aūt sit symbolum satis abūde prius dictum est præfecimus. i. præposuimus Chæream ei rei. s. vt essemus de symbolis, q. s. colligeret symbola collata à singulis. annuli dati sunt pro symbolis, quia deerant pecuniæ, vt nobiles adolescentes facere solent deficiēte pecunia. locus constitutus. i. determinatum tēpus præterijt. i. lapsum est. Nihil est parati. i. nihil est apparatus in eo loco sup. in quo loco dictum est. i. constitutum est cœnam, vel prandium fore. ipse homo. s. Chærea nusquam est. i. nō apparet, nusquam offertur oculis. neque scio quid dicam, aut quid coniectem. i. qd possim coniectura consequi, & cogitare. nunc ceteri adolescentuli dederūt mihi hoc negocij. i. hanc curam, hanc prouinciam, vt quæram illum. i. inueltigē. ibo ad eam visam. i. videbo interdum ibo ad vi uendum si est domi. sed quisnam. i. qs exit. hic. i. ex hoc loco. à Thaide. i. à domo Thaidis, is est. s. Chærea, an nō est, ita volutat sit Chærea nec ne, quam videt. deinde eo attentius perspecto cō firmat. ipsius est. i. est ipse Chærea. Quid hoc hominis est. i. quis hic homo est, & bene hoc hominis, q. d. q nondū pubes, sed ephebus, & iam à Thaide meretrice exit, quid hoc ornatus est. i. cuius modi est hic ornatus, q a hic Eunuchi veste indutus est, qd illud mali est, quia. s. timidus egreditur. nequeo satis mirari. i. tm̄ mirari quin adhuc sit mirandum. neque possum sup. conijcere. i. cōiectura satis percipere quid sit. nisi quidquid. i. quidquid sit mali procul hinc. i. longe à me, q. d. sibi totum, nihil mihi libet. i. velim prius scisitari. i. inquirere tanquam nouum quid sit. Scisitari est occulta magis, & secretiora mirari, ac velle cognoscere.

LAT. ARGVMENTVM) Inducitur hic adolescens cui per occasionem narrabitur res gesta in domo Thaidis. Et est præparatio ad sequentem scenam. [Dati annuli locus) Pignora commessationis. [Ipsius est) Admiratur habitum Eunuchi.

PETR. MARS. HERI aliquot adolescentuli &c.) Adolescentulorum amicitia, & id, quod in primis eam facit & continet, hac scena exprimitur. Arist. lib. 8. Ethices, sic ait: Iuuenum amicitia est ob voluptatem. Viuunt enim cum affectu & id maxime sequuntur, quod sibijpsis est iucundum & præsens. Et in 2. Rhet. ad Theodecten, sic scribit: Iuuenes amant sodales magis quam alios, quia gaudent conuiuijs, & lucra nondum desiderant. [Essemus). i. comederemus cœnam, in quam quisque suam partem coniecit. [De symbolis). i. partibus & coniectis in cœnam. [Aut quid coniectem). i. cogitem, & pro vero affirmem. Coniectare est dirigere intellectu ad veritatem, quod proprium est hominis solertis & sagacis. [Nunc mihi hoc negocij &c.). i. laboris & prouinciæ. Cic. in Orat. qua gratias agit Senatui de reditu suo, sic ait, Vlciscendæ iniuriæ facilior est ratio quàm beneficij remunerandi, propterea quod superiorem esse contra improbos, minus est negocij quam bonis exequari.

GLAR. HVIVS scenulæ versus sunt iambici tetrametri catalectici. In primo Peirẽo pro Peirẽo ponitur, quod admonet Donatus, quāquam hoc corruptum in omnibus, quotquot nos vidimus, exemplaribus. Vult enim Donatus oro tetrasyllabo Peiræo, positum esse trisyllabum Peirẽo, non accusatiuum pro ablatiuo, vt non rectè hæc nuper emendarunt. In secundo versu Ei monosyllabum est. In tertio s, in Locus eliditur. In 6. Mihi monosyllabum totum eliditur, & Vt coniunctio post Illum ponenda. In 7. Ioan. Ibo ad eum, in quibusdam exemplaribus legi affirmet, atque ita meus quoque habet vetustus liber. In 8. d, eliditur in Quid, & s, in ornatus. Item in penultimo vel d, in Quid elidi tur, vel bacchius est loco primo. In vltimo Prius monosyllabum est, vel bacchius loco quinto.

ACTVS III. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Parmeno Eunuchum & Aethiopissam, Phædriæ munera tradit Thaidi, & vti iussus erat verbis ornat. Eidem Thraso & Parasitus insultant.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Chærea animo perfusus gaudio, quod virgine potitus est, Antiphoni forte obliuio, suam felicitatem miro affectu narrat, precaturq; sibi vt consilio auxilioq; sit, quo ea deinceps quoque potiri possit.

Trochaici & Iambici Tetrametri permixti.

CHAEREA, ANTIPHO.

NVM quis hic est? nemo est. nū quis hinc me seqtur? nemo homo est. Iam ne erumpere hoc licet mihi gaudium? pro Iupiter. Nunc tempu' profecto est, cum perpeti me possum interfici: Ne vita aliqua hoc gaudium contaminet ægritudine. Sed neminem ne curiosum interuenire nunc mihi, Qui me sequatur, * quoquò eam, rogitando obtundat, enicet. Quid gestiam, aut quid lætus sim, quò pergam, vnde emergam, vbi fiem Vestitum hunc nactus, quid mihi quæram, sanus sim an ne insaniam?

* quique iam

A. Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo. Chærea, quid est quòd sic gestis? quid sibi hic vestitus quærit? Quid est, quod lætus sis? quid tibi vis? satis ne sanus? quid me Aspectas? quid taces? C. ò festus dies hominis: amice Salue: nemo omnium est, quem ego magi' nunc cuperem videre.

A. Narra istuc quæso quid siet. C. imò ego te obsecro hercle, vt audias. Nostin' hanc, quam frater amat? A. noui, nempe opinor Thaidem.

C. Istam ipsam. A. sic commemineram. C. quædam hodie ei dono data Virgo. quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho, Cum ipsum me noris, quàm elegans furmarum spectator siem? In hac commotus sum. A. an' tu? C. primam dices, scio, si videris. Quid multa verba? amare cœpi. forte fortuna domi Quidam erat eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi: Neque is deductus etiam tum ad eam. summonuit me Parmeno Ibi seruus, quod ego arripui. A. quid id est? C. tacitus, citius audies. Vt vestem cum illo mutem, & pro illo iubeam me illuc * ducier.

* deducier.

A. Pro eunuchon'? C. sic est. A. quid tandem ex ea re vt caperes commodi?

C. Rogas? viderem, audirem, essem vna, qua cum cupiebam Antipho. Num parua causa, aut parua ratio est? traditus sum mulieri, Illa illico vbi me accepit, læta vero ad se abducit domum,

Com

Commendat virginem. A. cui? tibi ne? C. mihi.
A. satis tuto tamen.
C. Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat, & mihi, ne abscedam, imperat,
In interiore parte vt maneam solus cum sola. annuo,
Terram intuens modeste. A. miser. C. ego, inquit, ad cenam hinc eo:
Abducit secum ancillas: paucæ, quæ circum illam essent, manent
* hæ Nouitiæ puellæ. continuo * hæc adornant, vt lauet.
* alias, huic Adhortor, properent. dum apparatur, virgo in conclaui sedet,
* ibi Suspectans tabulam quandam pictam, * vbi inerat pictura hæc, Iouem
Quo pacto Danaæ mississe aiunt quõdam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoque id spectare cœpi: & quia consimilem luserat
Iam olim ille ludum, impendio magis animu' gaudebat mihi,
Dum sese in hominem conuertisse, atque per alienas tegulas
Fucũ factum mulieri, venisse p impluuium clãculum.
At quem Deum? qui templa cœli summa sonitu concutit.
Ego homuncio hoc non facerem? ego vero illud feci. ac lubens.
Hæc dum mecum reputo, accersitur lauatum interea virgo.
It, lauit, redit: deinde illam in lecto illæ collocarunt.
Sto expectans, siquid mihi imperent: veni vna, heus tu, inquit, Dore
Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito dum
* lauamus: * lauamur.
Vbi nos lauerimus, si voles, lauato. accipio tristis.
A. Tum equidem istuc os tuum impudens videre nimium vellem.
Status quis esset, flabellum tenere te asinum tantum.
* hæc C. Vix elocuta est * hoc, foras simul oẽs proruunt se:
Abeunt lauatum, perstrepunt, ita vt sit, dñi vbi absunt.
Interea somnus virginem opprimit. ego limis aspecto
Sic per flabellum clanculum, & simul alia circũspecto
Satin' explorata sint. video esse: pessulum obstio obdo.
A. Quid tum? C. quid tum fatue? A. fateor. C. egon' occasionem
Mihi ostentatam, tam breuem, tam optatam, tam insperatam.
Amitterem? tum pol ego is essem vere, q̃ assimulabar.
A. Sanè hercle vt dicis. sed interim de symbolis quid actum est?
C. Paratum est. A. frugi es: vbi? domin'? C. imò apud libertum Discum.
A. Perlonge est: sed tanto ocyus properemus: muta vestem.
C. Vbi mutem? perij: nam domo exulo nunc: metuo fratrem,
Ne intus sit: porrò autem, pater ne rure redierit iam.
A. Eamus ad me: ibi proxumum est vbi mutes. C. recte dicis.
Eamus: & de istac simul, quo pacto porrò possim
Potiri, consilium volo capere vna tecum. A. fiat.

VNQVIS hic est? nemo est?) In hac scena verba gestum, vultumq. indicant exeuntis, cui obuia persona obijcitur, sub cuius occasione spectatori bus gesta narrabuntur. [Nunquis hic est? nemo est. Nunquis hinc me sequitur?) Duo metuit, ne quis obuius comprehensor occurrat. & ne quis sui persecutor existat. [Iam ne erũpere hoc licet mihi gaudiũ) Erumpere quasi actiuum verbum posuit pro neutrali: vt sit, Licet ne mihi erumpere hoc gaudium? Aut erumpere, quasi exire. Mihi, pro à me. [Nemo homo est) Quamuis per nemo. homo intelligitur, tamen addidit homo, vt veteres solent, τῷ ἀρχαϊσμῷ. [Erumpere) Vtrum me erumpere, pro emittere posuit? An erumpere pro exclamare? vt erumpere vocem dicitur, qui exclamat. nam, Pro Iuppiter, dicturus est. [Nunc est profecto tempus) Ordo & sensus hic est, Nunc est profectus tempus cum perpeti me possum interfici. Hoc aũt cur ipse dixerit, statim subijcit causam. [Cũ perpeti me possum) Animaduertendum est cp si cum, coniuncte legeris, qñ significat, si separatim, dum signat. [Nunc est profecto) Figurate, ac coniuncte lege sine disiunctione. [Cõtaminet vita ægritudine aliqua) Mire vitæ crimen ostẽdit, velut ipsa sit campus, possessioq. fortunę instabilis variorum. [Sed ne minem curiosum, &c.) Apparatus ad intentionem futuræ narrationis dicitur. [Qui me sequatur) Id cupit gaudes, quod tristibus molestũ est nam contra Menedemus grauatur narrare quæ dolet. [Obtundat) Odio. se instet, ac repetat, molestus, & odiosus sit. [Enecet) ἀποφανέτι, quàm enicet. [Quid gestiam) Deest quærens, vt sit, rogitando obtundat, & enecet querens quid gestiam Gestire, est motu corporis monstrare quid sentias Constat aũt à pecudibus ad homines esse translatum. [Quid gestiam) Gestire proprie, est sensum corporis gestu indicare, quod magis brutorum est animalium. Virg. Et studio in cassum videas gestire lauandi. [Aut quid lætus) Propter quid. [Vnde emergam) Proprie dixit emergam, vt ex lustris atque inhonestis locis, vtpote, meretricis domo. Cicero, At ne tum quidem emersisti lutulente. Cęsoni ex miserrimis naturæ tuæ sordibus? [Vestitum hunc nactus) Bene nactus dixit, vt q̃ non sumeret, nisi suasisset hæc occasio. [Adibo, atque ab eo gratiam, &c.) Sensus, & ordo hic est, adibo, atq; ab eo gratiam hanc inibo. Gratiam inire, est dare beneficium, ac per hoc alicuius inire gratiam .i. amicitiã. sed hæc est elocutio. Gratiam ab eo inibo, pro eius gratiam merebor. Nam ab eo amat Terentius, pro eius ponere, vt in Andria, Hæc primum animaduertenda ab eo iniuria est .i. eius iniuria. Inire autem gratiam, est mereri gratiam. Plaut. Iniet tamen solidam & grandem gratiam. [Quid est quòd sic gestis?) Facete repetit verba eius interrogationis, vt sciat se iampridem esse præsente. [Qui ue sibi hic vestitus quærit?) Facete, & figurate dictum est. sic & alibi, Vt pernoscatis quid sibi Eunuchus velit. [Quid est, cp lætus sit?) Vide aliud esse gestire, aliud lætum esse. [Quid tibi) vis?) τί ἐς τὸ, Quid mihi velim. [Satin' sanus?) τί ἐς τὸ, Sanus sim, an insaniam. [Quid me aspectas? quid taces?) His duabus interrogatiunculis describit vultum dicturi. [O festus dies hominis, amice salue) Decet à salutatione incipere luculente dictu rum. Illud aũt verisimile est, & percussum renoui, & audendi cupidum immemorem extitisse salutandi. [O festus dies) Vtrum qa causa est festi ac læti diei? an quia ipse tantus sit, quantus est festus dies? [O festus dies hominis) Pro, homo festi diei. Sic dicitur etiam scelus homo. Ennius, O pietas animi. [Quem ego nunc magis) Bene additum magis, vt his amicis se antepositum intelligat, quos cum optet videre Chærea, tamen eum magis adeo vt alijs amicis antepositum neminem cupit. [Imò ego te obsecro hercle vt audias) Bonum compendium ne multa diceret ad commendandum, vt solet narrationem futuram. [Imò te obsecro hercle, vt audias) Bene contulit verba, vt ex his appareat quid agere velit. Ille dixit quæso, hic obsecro. [Nostin') hanc quam amat frater?) Quæritur an verisimile sit Antiphoni notam esse Thaidem, quàm frater ipse nescierit. Sed intelligere debemus modo notitiam non vultus, sed famæ positam esse, quam famam potuit ex Phædria, & Antipho scire. At vero aliã notitiã negauerat Chærea sibi fuisse cum Thaide, hoc est visus, vultus, oris, & corporis. [Noui, nempe opinor Thaidem) Verisimile est hæc scire Antiphonem, qui adeo sit familiaris Chæreæ. Et est ordo hic, Noui, nempe opinor Thaidem. [Opinor Thaidem) Optime, & ab illo tacitum, & ab hoc nomen ablatum est, vt appareat, quàm noueri, & quam possit assequi quæ dicentur. [Faciem prædicem, aut laudem?) Prædicamus, vt res sunt, Laudamus extollendo. Vel prædicamus voce? Laudamus argumentis. [Quàm elegans formarum spectator siem) Elegans spectator

tor est qui sit cunctantis,& fastidiosi iudicij,cui non quid placet facile. [Quid ego eius tibi) Ordo hic esse debet,Quid ego eius tibi nunc faciem prædicem, aut laudem Antipho? in hac commotus sum, cum me ipsum noris q̃ elegans formarum spectator siem. vt sit sensus,In hac commotus sum,ille.s.q.,vt scis,formas solet eligere,ac fastidire pro merito.[Spectator)Probator, vt pecuniæ spectatores dicuntur.[In hac commotus sum)Non est consequens,esset autem,si diceretur,In hac commotum me scias.Erit ergo ordo,& sensus qui supra.[Primam dices scio) O fiduciam elegantiæ,& de alienis oculis iudicare. [Quid multa verba?amare cœpi)Ordine egit.nam prius est commoueri,inde amare. Et bene non ante dicit quid aggressus fuerit,nisi amoris mentione prælata, quo cogente nihil est infectum capientibus. [Submonuit) Leuiter monuit. & rectè,qa arripui dicturus est. Et totum optime,nam vt non erat boni adolescentis hanc technam reperire,sic ab illo repertam,fuit planè veri amatoris arripere. [Tacitus sis,citius audies) In oratione solemus corripere extra ordinem percontãtes. Et bene celeritatem promisit,qua facile tenetur auditor. Et mire, tanquam sola interrogatio moræ sit. [Et pro illo iubeam me illuc ducier) Iubeam amico dixit, tanquam inter honesta sit quod vile sit. & turpe factum plerunque perseuerante impudentia releuatur. [Quid ex ea re tandem?) Transit à repræhensione facti, ad causam ipsius facti. [Num parua causa,aut parua ratio est?) Sic illata interrogatio est,quasi ad hanc annuere, & vultu consentire Antipho sit coactus. [Læta vero ad se abducit domum. commendat virginem) Omnia mire,quòd læta,quòd abducit,quòd domum,.quòd cõmendat virginem.Specta singula,& mirare virtutem poetæ. hic enim commendandus est locus erroris initium continens apud Thaidem * conuitium.[Tibi ne)Non interrogat. sed miratur. [Satis tuto tamen) Quid hic facit tamen? Vtrum hoc, etsi meretrix, tamen satis tuto agit? An, etsi Chereæ, satis tuto tamen,quia nullus accedet alius? [Edicit)Edicimus * iubemus,vel iure * dicimus. edicta enim,imperatoris sunt. [Et mihi ne abscedam,imperat) Certe nullus vir accedit. [Maneam solus) Remaneam,perseueremq. in loco, ac per hoc sim Miser,vtpote dono datus,& seruiẽs meretrici.& est ἀφανέια. [Ego,inquit,ad cœnam hinc eo) μίμησις ad imprudentiam mulieris exprimendam, quæ hoc die erit secura de custode Eunucho. [Abducit secum ancillas) Memoriter,nam dixerat absens, Vos me sequimini. [Paucæ quæ circa illam essent) Relictæ nonnullæ,vt lauari possit ea virgo quæ sub vitij huius occasione nuptura est.hoc enim totum sic inducit Poëta,vt nõ abhorreat à legitimis nuptijs,in ea præsertim quæ vxor futura est.[Manẽt) Pro remanent ἀφαίρεσις.[Nouitiæ,& puellæ) ἡλικίαις nouitiæ,& puellæ. [Continuo hæc adornãt vt lauent) Hæc pluraliter,pro hæ vt in Phormione,Hæc ille erant itiones. Adornant autem ex medio significatu pro apparãt.[Dum apparatur) Impersonaliter dixit.& dum apparatur,pro dum apparetur. & Sedet pro sedebat. [Virgo in conclaui sedet) Conclaue,est separatior locus in interioribus tectus,vel quod intra eum loca multa & cubicula clausa sint adhærentia triclinio. [Suspectans tabulam quandam pictam)Bene accedit repente pictura ad hortamenta aggrediendæ virginis,ideo qa non id hoc venerat Chærea, vt continuo vitiaret puellã,sed vt videret, audiret essetq. vna, cum nihil amplius cogitaret, ausus incitatusque dum picturam cerneret. [Iouem quo pacto) Mira inuentio,qua hæc pictura domui tribuit meretricis aduersus omnium pudicitiam amorum, contra parsimoniam,contra dignitatem,contra pudicitiam. [Misisse aiunt) Bene aiunt,& quia fabula est, & quia tam turpis Ioui, quàm apta meretrici. [Quo pacto Danaë misisset aiunt quondam in gremium imbrem aureum) Quæ aptior pictura domui meretricis ad amatorum illecebras,quam hæc,quæ exemplum continet amoris,& amoris puellæ,& amoris ad Iouem pertinẽtis, & amoris non gratuiti,nec paruo propositi,sed auro in gremium fluẽte venalis. Tum quòd in gremium Danaë etiã ipse Iuppiter,vt splẽdidus imber illabitur.nonne videtur meretrix dicere adolescentulis illam corporis partem auctore Ioue velut inauratam fuisse? [Imbrem aureum)Non rorem vel pluuiam,sed imbrem addiderat. ò auaritiam meretricis.[Egomet quoque id spectare cœpi)Moris est ad id oculos vertere quod videmus,& eum quẽ aspicimus,intueri. [Iam olim ille ludum) Bene non scelus, sed ludum dixit. [Impendio) .i. magis magisque luserat. & Luserat ludum.vt Hunc oro sine me furere ante furorem. figura ἀφαίρεσις. [Deum se in hominem conuertisse) Philosophice nunc Terentius demonstrauit quam cladem moribus hominum,& ciuitatibus afferant figmenta poëtarum, cum exempla scelerum afferant peccaturis?[Atque per alienas regulas)Hic apparet Iouem separatim,separatim aurum fuisse pictum. [Deum se in hominem conuertisse)Vtrum quia Iupiter humana forma aurum infundẽs pictus erat in tabulis,non pro Ioue aurum?An in hominem.i.hominis audaciam,atque flagitia? [Atque per alienas regulas)Satis comico charactere locutus est,& presto stilo. [Venisse clanculum per impluuium)Hæc omnia non vt difficilia factu,sed vt humilia,& Ioue indigna proferuntur,vt merito sequatur. Ego homuncio hoc non facerẽ,quod nõ solum non Ioui, sed ne homini qdem,nisi furi, aptum erat? [Fucum factum) .i. vt fucum faceret,hoc est insidias & fraudem. Fucum,astutã fraudem,& mulieri.pro fœminæ. [Qui templa cœli summo sonitu cõ.) Ab auctoritate personæ, vt sit in exempla. [Sonitu concutit) παρωδία de Ennio. [Templa cœli) Sententia tragica,sed de industria,non errore. [Ego homuncio hoc non facerem?) Oratorie,vt Iouem extulit,ita detraxit sibi,vtputa, Ille est Deus, & magnus,ego non homo,sed homuncio. [Dum hæc mecum reputo,accersitur lauatum)Seruauit ordinem nuptiarum,& proprio verbo,quasi de nuptura dixit. [Accersitur) Vt alibi,Quam mox virginem accerso: Nam ipse illam est habiturus vxorem. [Dum hæc mecum reputo) Hic ostendit non sibi primum hæc nunc in mentem venisse,sed tunc etiam cogitata,cum esset in domo meretricis. [It,lauit,redit;) συντομία qua solet,vtitur. [Deinde illam in lecto ille collocant) Vide an aliquid deest ita legitimis nuptijs, nam & ipsum verbum Collocarunt propriũ est, & ascribitur pronubis. [Sto expectans, si quid mihi imperent) ἀέργεια. non enim dixit stabam. [Expectans, desiderans) Et mire omne tempus executus est salua veritate,in qua Virgilius negligens inuenitur,cum post occisum Mezentium, non facta noctis mentione,statim intulit, Oceanum interea surgens aurora reliquit. [Cape hoc flabellum) Præclare non sensum,sed verba ipsa μίμησιν induxit,per quam puellaris error exprimitur. [Ventulum huic sic facito,dum lauamur) Demonstratiuum, & gestu explicandum.[Cape hoc flabellum,& ventulum huic sic facito) Quàm particulatim,cum qua diligentia,& ἀκριβῶς iubet,quasi nouitio & imperito?[Vbi nos lauerimus)Vide vsum verbi tam cito variatum,dum lauamur: &, vbi nos lauerimus. [Accipio tristis).i.tristi similis,vt, Nanque vt conspectu in medio turbatus inermis Constitit.[Si voles lauato) Quasi satisfacientis est, cum solum illum relinquant cum virgine. [Accipio tristis) Bene tristis,tanquam aliud magis vellet,hoc est lauare, aut ludere,metuit enim ne quod cupit,prodatur gaudio. [Os tuum impudens)Licet iocanti & amico conuicium iocunde facere.[Qui esset status) Statura corpori ascribitur, Status ad habitum refertur. Ergo status est σχῆμα,Statura,longitudo corporis. [Te asinum tantum) Quia hoc ministerium, delicatorum seruorum est. [Omnes prorsum se) Verbo neutrali quasi actiuo vsus est. [Vbi absunt)Vbi,& temporis,& loci potest esse. [Interea somnus virginem occupat)Vtpote compressam somno,& oblectatam flabello, atque ab Eunucho nihil metuentem. [Ego limis aspecto) Limis, si nominatiuus singulis est, transuersus significat,si septimus pluralis,deest oculis.Nam limis, est transuersus, vnde limen dicitur quoque quòd ingredientibus exeuntibusq. transuersum est. Cum igitur dissimulãt homines se videre quod vident,& non recta facile,sed transuersa intuentur, limes dicuntur aspicere. [Sic per flabellum clanculum) Sic,ἀκριβῶς est, & necessario additum. nam & limis,& per flabellum sine demonstratione parum intelligitur. [Limis aspecto) Cum limi dicantur obliqui generaliter, hoc tamen proprie de oculis dicitur. [Pessulum ostio obdo.)Scilicet vt amoueret,arceretque auxiliũ virginis.[Quid tum fatue?) Quid enim præter vitium supereſt, vbi amator est adolescẽs,& virgo dormiens,&incluſa.Grate explicata narratio est quam audiẽtis curiositas finit,& cuius in extrema parte maior attentio est.[Fateor)Me fatuum qui hoc quę fierim subauditur. [An ego occasionem mihi ostentatam, tam breuem,tam optatam,tam insperatam) Vide quanta dixerit,nõ voluntatem,sed occasionem,non animaduersam,sed ostentatã, non hanc,sed tantam,non auguſtam,sed breuem,non appetitã, sed exoptatam, non repentinam, sed insperatam. Et bene insperatam,aliud enim sibi promiserat, vt supra diximus nõ quod pictura occasioque persuasit.[Tum pol ego is essem)Eunuchus. [Sanè hercle vt dicis) Deest,ita est. [Sed interim de symbolis?) Bene memor est personę quam induxit Poëta per hanc interrogationem. Sed interim de symbolis? * [Frugi es) Vtilis, & necessarius, vt fruges humano generi. Frugi est ergo, in quo est aliquid pro fruamur, id est vtamur. [Discum) Nomen est proprium Discum. [Sed tanto ocyus properemus)

Prop

Properemus dixit pro ambulemus. [Muta veſtem) Hæc ἀπρονομία eſt ad id, quòd in domum Thaidis rediturus eſt Chærea. [Vbi mutem?) vultu oſtendit quòd ſubaudiatur, neſcio. [Nam domo exulo?) Deeſt prope, aut veluti, vt fit, prope iam. Exulo duobus modis dicitur. & de loco in quo exul eſt, & de loco ex quo eiectus eſt. [Nunc metuo fratrem) Cauſas oſtenditur cur domo penitus veluti exulet. [Pater ne rure redierit) Præparatur iam interuentus ſenis, & eſt ζεῦγμα ad ſuperiora. nam & hic metuo eſt ſubaudiendum. [Ibi proximum eſt) Hoc eſt domus mea. [Recitè dicis. eamus) Ipſa verba quondam modo feſtinationem ſonãt. [Quo pacto porro) Porro, poſtea, deinceps.

GVID. NVNQVIS &c.) In hac ſcena verba geſtum, vultumq. indicant exeuntis, cui obuia perſona obijcitur ſub cuius occaſio ne ſpectatoribus geſta narrabuntur. CH. Nunquis. i. nunqd aliquis eſt hic apud me. ſ. qui mihi comprehenſor occurrat. Deinde nemine viſo ſubdit, nemo eſt nunquis ſequitur me hic, qui me. ſ. perſequatur, poſtea nemine viſo ſubiungit, nemo homo eſt. i. nullus homo eſt. nemo enim iunctum cum homo idem eſt, quòd nullus, vt neminem vidi hominem. i. nullum. Deinde oſtendit ſe cupere ſummopere ſuum gaudium alicui communi care, ſed neminem interuenire videt, cui narret. Ne. i. vtrum licet mihi iam. i. nunc. erumpere. i. exprimere, emittere, manifeſtare, prodere meum gaudium, quod cœpi in illa ſuppoſitione, cum. ſ. pro Eunucho fui ſuppoſitus. Vel ſi vis capere, vt Don. ait, erumpere neutraliter pro exire, & tunc ſic abſtrue. Licet ne iã hoc. i. meum gaudium erumpere. i. exire, prodire, elabi, euadere. mihi. i. à me manifeſtando. ſ. alteri. Dicimus enim erupit in hãc vocem, & hæc vox ex eius pectore erupit, quaſi exiuit. Pro Iuppiter, vt ait Ser. in 3. Aen. iraſcentis exclamatio eſt, profecto. i. procul dubio nunc tempus eſt, cum. i. quando, vel in quo tempore, & tunc aduerbium ponitur pro nomine, vt ſæpe fit. poſſum perpeti. i. ferre me interfici. ne. i. vt non hoc gaudium quod cœpi. contaminet. i. inquinet, fœdet vitam meam aliqua ægritudine. i. aliquo crimine, & paſſione. Nã crimen eſt animi ægritudine, quemadmodum & omnis animi paſſio. Sed neminem video nunc interuenire. i. interea venire. mihi. i. ad me. curioſum. i. minutiſſima quæque exquirentem. à nimia enim cura curioſus dicitur, quoties plus diligentiæ, quàm oporteat impendimus rebus, vel noſtris, vel alienis. qui. ſ. curioſus homo ſequatur me, & iam obtundat. i. inſtet, repetat, moleſtus, & tædioſus ſit rogitando, & qui inquam enecet. i. ſuis quæſtionibus, quaſi me mori faciat, vt vulgo dici ſolet, cum aliquis eſt nimis tædioſus, mori me cogis tædio, & quaſi enecas, qui ergo enecet quærens ſubaudi. quid geſtiam. i. quid motu corporis oſtendam. Nam geſtire proprie eſt ſenſum. i. ſententiam, & cupiditatem corporis geſtu indicare, quod magis brutorum eſt animalium. Virg. Et ſtudio incaſſum videas geſtire lauandi. Aut quærens inquam quid. i. cur ſim lætus, & quo. i. in quem locum. & pergam. i. iter proſequar, & dirigam. vnde. i. à quo loco. emergam. i. ex eam, erumpam, & bene veluti, ex luſtris, & inhoneſtis locis. Cic. An ne tum quidem emerſiſti lutulente. quæſo ex naturæ tuæ ſordibus. quærens inquam vbi nactus ſim. i. inuenerim. hunc veſtitum. i. talem cultum Eunuchi. quærens inquam quid quæram mihi. i. quid mihi velim. quid poſtulem. quærens inquam an ſim ſanus. i. mentis compos, an ne. i. vel vtrum inſaniam. i. deſipiam. ſim inſanus, & mente captus. A. Adibo eum. ſ. atque inibo hac gratiam ab eo. i. dabo illi hoc beneficium. quam. ſ. gratiam, hoc eſt quod beneficium video eum ſup. velle, q. d. offeram me illi, & interrogabo eum vt poſſit ſuum gaudium erũpere, quod habiturus eſt beneficij loco. Gratia enim interdum capitur pro beneficio, vnde referre gratiam. i. beneficium compenſare alio beneficio. Interdum gratia dicitur amicitia, vnde inire gratiam alicuius eſt mereri amicitiam eius præſtatione beneficiorum, & ita gratia acquiritur per gratiam. i. amicitiam, per beneficium. inibo ergo gratiam ab eo pro eius, hoc eſt merebor amicitiam eius hoc beneficium illi præſtando. Terent. autem ſæpe amat ponere ab eo pro eius, vt ſatis prius dictum eſt. ò Chærea. repetit Antipho verba interrogationis, vt Chærea ſciat eum iampridem eſſe præſentem, quid eſt quod ſic geſtis. i. quod geſtum corporis oſtendis, aut quid hic veſtitus quærit ſibi. i. quid ſibi vult tale indumentum, ſiue quid ſignificat, quid eſt quod. i. propter quod ſis lætus, quid tibi vis. i. quod inepte dici ſolet, quid oportet tibi ſatis ne. i. vtrum es ſatis ſanus. i. ſatis bonæ mentis, quid. i. cur aſpectas me, quid. i. cur taces. C. O feſtus dies hominis. i. ſecundum Don. homo feſti diei. i. qui eſt cauſa feſti, & læti diei, vel qui ſit tantus quantus eſt feſtus dies. Poſſet etiam rite dici ò Chærea de ſeipſo. ò feſtus dies hominis, videlicet mihi, q. d. ò dies mihi lętus iſtius hominis aduentu, mihi amici, & admiratiue dictum eſt hoc vel exclamatiue. amice Antipho ſalue. i. ſis ſaluus. nemo omnium. i. nullus ex omnibus eſt, quem ego nunc magis cuperem videre, quàm te Antiphonem. A. Quæſo. i. rogo. narra. i. recita quid iſtud ſit, quod. ſ. geſtis, & quod lætus es, &c. C. Imò. i. ſed potius ego te obſec. i. per ſacra rogo, quod plus eſt, quàm quæſo, hercle. i. per Herculem. iurantis aduerbium, vt audias. i. auſcultes dicta mea noſtin'. i. cognoſcis ne hanc meretricem, quam frater Phædria amat. A. Nempe. i. certe. noui, vt opinor, amat inquam Thaidem. C. Iſtam ipſam. i. iſtammet amat. ſ. Antiph. ſic. i. eo modo. commemineram. i. recordabar, & memoria tenebam. C. Hodie quædam virgo eſt data ei dono. A. Quid. i. quare, ego nunc prædicem. i. narrem, aut laudem. i. commendem tibi faciem. i. formam, & ſpeciem eius ſeu figuram. Prædicamus res, vt ſunt dicit Don. laudamus vero cum extollimus, vel prædicamus voce, laudamus argumentis. Quid ergo tibi prædicem, cum noris. i. noueris, hoc eſt cognoſcas, quam. i. quantum. ſim elegans. i. aptus, accommodatus ad eligendas formas. ſpectator. i. probator, formarum. i. facierum. commotus ſum. i. allectus primo aſpectu, & primo motu inuaſit me titillatio formæ eius, ſeu incitatus ſum in hac. ſ. virgine. A. Ain'. i. ais ne tute eſſe commotum in illa, & eam eſſe tanta forma. C. Scio, quòd dicis eam eſſe primam. i. præſtantiſſimã forma, & vincentem ceteras ſi videris eam. quid multa verba inculco. ſ. vel quid plura, vel quid verbis opus eſt, quæ verba poni ſolent, vbi quod præcipuum eſt venit ſubiungendum. cœpi amare poſt. ſ. commotionem meam in ea, prius enim commouemur, deinde amamus. forte fortuna. i. caſu quodam, vt dici ſolet, aduerbium euentus. quidam Eunuchus erat domi fratris, quem Eunuchum frater mercatus fuerat. i. emerat. Thaidi. i. propter Thaidem. neque tum. i. tunc is Eunuchus deductus erat ad Thaidem. ibi. i. tunc. Parmeno ſeruus ſubmonuit. i. ſcienter, & latenter monuit me aliquid ſupp. technæ, ſeu artis, & verſutiæ, quod ego arripui. i. celeriter ipſo inuito rapui, & mihi vendicaui. A. Quid, id eſt? C. Sic tacitus. i. noli interrumpere ſermonem, audies citius. hoc dictum eſt corripiendo Antiphonem, qui ſermonem interruperat. Subiungit demum ſecundum ſuum ordinem. Submonuit inquam me vt mutem veſtem cum illo Eunucho, & vt iubeam. i. vt præcipiam ſeruo Parmenoni me deducier. i. deduci, per paragogen. illuc. i. ad Thaidem. pro illo. i. illius loco. A. Pro Eunucho. i. loco Eunuchi. C. Sic eſt. A. Quid tandem, ibi tandem habet vrgens quiddam, & accelerans. quid ergo commodi. i. quid vtilitatis caperes, ex ea re. i. ex ea deductione. C. Rogas. i. inquiris, viderem. i. delectarer eius aſpectu, audirem eius blandos ſermones, eſſem. i. verſarer, vna. i. ſimul. qua cum. i. cum qua puella cupiebam eſſe ò Antipho num. i. nunquid? q. d. non eſt parua cauſa, aut parua ratio, quare cuperem deducier. traditus ſum mulieri. ſ. Thaidi. vero. i. ſed, illico. i. continuo, vbi. i. cum accepit me illa læta. i. gauiſa, deducit me domum ad ſe. i. quod vulgo dicitur, ſed non rectè penes ſe. nam ad ſe hic illud ſignificat, commendat. i. tradit. mihi. i. fidei meæ, virginem. ſ. puellam. A. Cui commendat virginem ſup. ne. i. vtrum tibi. C. Mihi commendat inquam. A. Tamen ſatis tuto. i. ſatis ſiue, periculo tibi committit eam, q. d. periculoſiſſime, & hoc per ironiã dixit, vel ſatis tuto dicit cum nullus te præſente ſit acceſſurus alius, preſertim cum illius ſit ſatis futurus ſolicitus. C. Edicit. i. iubet, nam edicimus. i. iubemus, & iure dicimus edicta enim imperatoris ſunt, nec quiſquam vir. i. aliquis vir, adeat. i. ingrediatur ad eam puellam, & imperat mihi. ſ. Thais poſtquam iuſſit omnibus, mihi præcipue imperauit, ne abſcedam. i. diſcedam ab ea. imperat inquam mihi, vt maneam. i. remaneam, perſeuerem in eo loco ſolus cum ſola. Annuo. i. quodam ſigno oſtendo me velle, intuens. i. aſpiciens moleſte cum bono modo terram. A. Miſer eras ſup. vtpote dono datus, & ſeruiens meretrici. C. Inquit Thais, ego eo hinc. i. ex hoc loco ad cęnam cum milite, abducit ſecum ancillas, paucæ puellæ nouitiæ. i. adhuc nouæ, & rudes, & imperitæ, quæ eſſent circa illam. ſ. virginem ſeruandam. manent. i. remanent. Continuo. i. ilico. hæc pro hæ. vt in Phormione, Hæc illæ erant, adornant. i. apparant. vt lauet. i. balnea ſubeat. adhortor. i. ſuadeo, vt properetur. i. celeriter fiat talis apparitio, vel vt alij lib. habent, vt propere ret. ſ. puellæ. dum. i. quandiu, apparatur. i. ſit apparatus ille ad lauandum, & apparatur dictum eſt impersonaliter. virgo ſedet pro ſedebat. in conclaui. i. in loco ſecretiori domus. Eſt enim conclaue ſecretior locus in interioribus tectis. vel quòd intra

eum locum multa loca, & cubicula clausa sint adhærentia tricli nio suspectans.i.susum vel sursum aspiciens quandam tabulã pi ctã,vbi.i.in qua tabula,hæc pictura inerat,quo pacto.i.quo mo do aiunt poetæ .s. & bene aiunt, quia fabula est Iouem misisse quondam.i.iampridem,olim, imbrem aureum.i.habentem au reas guttas. in gremium Danaë.i.illi puellæ. Nam Danaë po tius est datiuus q genitiuus, nisi latina inflexione declinetur, & tunc bene esset genitiuus. Quoque.i.etiam. egomet cœpi spe ctare id.s.tabulam pictam,& quia ille Iuppiter iam olim .i. iãpri dem.luserat ludum consimilem,qualem ludere conabar,videli cet fucũ facere mulieri impendio. magis.i.multo magis animus gaudebat mihi Deum.i.Iouem conuertisse.i.mutasse. sese.i.seip sum in hominem,atque venisse clanculum.i.secreto,latenter,ad uerbium est. in alienas tegulas .i. in tecta aliena, quod furi soli aptum erat per impluuium. Varro ait impluuium esse id, quod relictum erat in medio tecti,vt imbre caperet deorsum, quo im pluebar dictum sic impluuium à pluuia Asconius etiam dicit im pluuium esse locum sine tecto in cædibus, quo impluere imber in domũ possit.Venisse ergo per impluuium factum.i.vt faceret primum sup.nũ,fucum.i.insidias.fraudem furum astutã. mulie ri pro fœmininæ.At.i.sed quem Deum animus inquam gaude bat se conuertisse. Interrogat,deinde respõdet,illum sup. qui p cutit templa cœli.i.loca consecrata Deo.&,vt Varro interpreta tur,templa.i.atria cœli,seu alta recta tonantis, qui ergo cõcutit summa templa .i. sublimia atria cœli sonitu videlicet tonitruũ, hoc autem ex Ennio deductum est de industria,non errore ali quo. Ego Chærea homuncio .i. quasi qui non sum homo in comparatione eius,non facerem.i.non efficerem hæc quæ fecit .s.vero.i.sed. feci ita,vt ipse.ac libens .i. cum magna libidine,& appetitu. Interea dum reputo .i. considero hæc prædicta. me cum.i.apud me. accersitur.s.id est aduocatur ab ancillis,ea vadit ad eas,lauit in balneo .s. redijt .i. reuersa est vbi ego eram. De inde illę ancillę collocarunt.i.disposuerunt)quod verbum ascri bitur pnubis) eã puellam in lecto.sto.i.erectus sum,non sedẽs. expectans si quid imperent mihi ipsæ nouitiæ puellæ.Donat. le git spectans.i.desiderans.vel aspiciens. vna ex illis puellis venit inquit.i.dixit. heus,aduerbium vocantis. Dore,nomen Eunu chi.cape hoc flabellum.i.hoc instrumentum aptum aut ad venti landum.i.ventum faciendum,aut ad abigendas muscas. dicitur enim à flo flas,vel est diminutiuum à flabrum bri,quod a flãdo sic nominatur. Et facito huic .s. puellæ ventulum .i. paruum ventum. sic.i.hoc pacto,vt tibi ostendo, dum .i. quandiu lauamus. vbi.i.quando lauerimus nos lauatu si voles. Accipio fla bellum,tristis .i. vultu seuero, & quasi mœsto. A. Equidem .i. certe tum.i.tũc vellem nimium.i.valde cuperem videre, istud p contemptum dixit.os tuum.i.tuam faciem.impudens.i.inuere cundum nimium inquam vellem videre, qui.i.qualis. esset sta tus tuus .i. tuus habitus, & modus te habendi te tantum asinum .i.te qui es tam magnus asinus. & hoc per contemptum dicit,cũ illud officium,& ministerium sit delicatorum,& paruorum ser uorum.Vellem ergo videre te tam magnum asinum tenere fla bellum,q.d. operæprecium fuisset te videre tam magnum asinũ facere ministerium paruorum,& delicatorum seruorum. Ita.n. loqui ferè solemus, cum videmus aliquem magnũ adhuc pueri lia opera exercere. C. Vix puella sup.est locuta.i.effata hæc quæ dixi. omnes prorunt sese foras.i.oẽs simul cum impetu se con ferunt foras,vbi verbo neutrali pro actiuo est vsus abeũt.i.disce dunt lauatum.perstrepũt.i.magnum strepitum faciunt pedibus, manibus,vocibus confusis,ita.i.eo modo,vt.i.quemadmodum sit,vbi.i.qñ,vel in quo loco domini absunt.i.nõ sunt præsentes, interea.i.dum perstrepunt. somnus opprimit.i. occupat virgi nem, cui ventulum faciebam. Ego aspecto limis. si inflectatur hic,& hęc limis,& hoc lime,tunc est sensus,ego limis.i.ego trãs uersus. vnde limen dicitur,quod ingredientibus, & exeuntibus transuersum est. Si vero inflectatur limus lima limum, tunc est sensus. Ego aspecto limis oculis sup.id est oblique intuentibus, nam limi oblique dñr generaliter, proprie tamẽ de oculis illud vocabulum dicitur.Cum autem homines dissimulant se videre, quod vident,& non recta facie, sed transuersa intuentur, limes dñr aspicere, ego inquam aspecto limis oculis.i.obliq. intuenti bus,sic.i.hoc modo. vt ostendo clanculum.i.secreto,per flabel lum.i.vẽtilatorium,vt ita dicam. & simul.i.etiam circumspecto .i.circunlustro oculis alia. satin'.i. vtrum sint satis explorata.i. certa,video omnia esse explorata inquã obdo .i. oppono, quasi contra do.pessulum.i.repagulum,obicem.i.illud.s.ligneum vel ferreum, quo ex interiori domo clauditur hostium diciturq. à pello is,Obdo,inquit,pessulum hostio,vt .s. amoueret,& arce ret auxilium virginis. A. Quid tum .i. deinde secutum est. C. Quid tum fatue.i.ò fatue quæris quid tum sit secutum. A. Fa teor me esse fatuum qui quæsierim. C. An.i.vtrum,amitterem .i.amitterem debeam,vel putas quòd amitterem occasionem .i. opportunitatem,ostentatam.i.oblatam mihi, tam breuem.i. tã parũ duraturam,tam optatam,tam insperatam.i.tam præter spẽ mihi allatam. Pol .i. per Pollucem. ego essem vere is qui assi mulabar.i.fingebar.i.ego essem vere Eunuchus, qui videbar esse cum non essem. A. Hercle.i.per Herculem, sanè.i.certe est sup. ita vt dicis. sed interim.i.interea. quid est actum de symbolis.i. de pecunijs, vel annulis collatis ad prandium parandum. C. Paratum est.i.prandium est apparatum,vel forsitan imperso naliter sumi posset. A. Es frugi .i. vtilis, & necessarius, vt fruges sunt humano generi. Frugi est ergo, in quo est aliquid, qno fruamur .i. vtamur. Vbi est paratum in quam domini .i. vtrum domi. C. Imò .i. sed apud libertum .i. manumissum Discum .i. sic nominatum, paratum est inquam. A. Est perlonge .i. valde longe. C. Sed properemus .i. ambulemus, ait Donat. vel festinemus tanto ocyus .i. velocius. A. Muta vestem .i. depone illam,& sume aliam. C. Vbi mutem.i.vbi possim mu tate,vel nescio sup. vbi mutem perij .i. perditus sum,nam exulo .i. prope iam eiectus à domo paterna Nam exulat quis,& de lo co à quo deiectus est, & in loco in quo exilium illi assignatum est,nunc metuo.i.vereor,ne frater.s.Phæd. sit intus,porrò.i.de inde metuo inquam ne pater iam redierit rure .i. ex agris. A. eamus ad me.i.quod barbare dicitur penes me, vel apud me, cũ nec penes,vel apud se qui possunt verba motum significantia .i. apud me proximum est domicilium supp.vbi.i.in quo,mutes.i. mutare possis,vel proximum in neutro genere sũme.i.res pro xima est .s. domus mea,vbi mutes. C. Dicis r. l. bene dicis,ea mus ad te.s.& simul.i.etiam,volo capere consilium.i.volo deli berare,constituere vna tecum de istac puella, quo pacto .i. quia via possim potiri ea.s.tanquam re optata,porro .i. postea,dein ceps. A. Fiat .i. efficiatur vt vis.

ARGVMENTVM) Narrat Chærea Antiphoni quid egerit in domo Thaidis. Et hæc est expositio protaseos alterius patris fabulæ. [Nunquis hic) Verba circunspectantis, & exul tantis adolescentis,dum egreditur domum Thaidis,& totus lo cus patheticus est,exordij vice.[Emergam) Prodeam,nempe ex ganeo:& meretricis domo.[O festius)Salutatio.[Nollin' hanc) Narratio lætitiæ plena.[Virgo)Latus per admirationem. [Sum monuit me) Extenuat rem verbo,vt studium suũ augeat,& libe ret inuidia Parmenonem.[Quam cum)Anastrophe. [Satis tu to)Ironia.[Solus cum sola)Agnominatio ad venustatem. [Mi ser)Ironicos.[Adornant)Apparant. [Suspectans) Pictura con gruens domui meretriciæ.[Factum)Supinum. [At quem deũ) Amplificatio à maiestate,& est argumentum à maiori.[Ventu lum huic sic facito) Ventilato periphrasticos. [Tu equidem ist huc)Iocus adridentis.[Proruunt se)Proijciunt.[Ego limis) Obliq́e,nomen pro aduerbio. [Fateor) Confessio, intelligentis, [Vbi mutem) Præparatio ad scenam ab hinc nonam. LATO.

NVNQVIS hic est?) Adolescentis voti compotis,& cupientis animi sui lætitiam ceteris notam esse,vt ipse amorem capiat,voluptatem,gestientem lætitiam,hæc scena exprimit,illius decorem seruans,qui propter ætatem,imbecillitatemq́ue consilij, ac sensitiui appetitus vehementiam, nihil magis exoptat q̃ optata voluptate frui,calore naturali, & voluptatem illecebris ipsum impellentibus. Denique quantum exempla maiorum in vtranque partem possint ad mores,docet exemplo Chæreę,quẽ Iouis auctoritas ad vitium virgini inferendum accedit.[Dũ ap paratur,virgo in conclaui,&c.) Conclauia,inquit Sex Pompe ius,dñr loca,quæ vna claue clauduntur.[Impendio magis &c.) Impẽdio.i multo.Gell.lib.vj.sic ait: Sed,& cũ impendio magis ex rebus gestis,q̃ ex illo ostento,vi& esse virtutis eximiæ credẽ dũ est.Et lib.vlt.sic scribit,Quod vero dixi quædã esse impendio molliora.[Clanculum per impluuium &c.) Impluuium,inquit Asconius Pedianus,est locus sine tecto in ædibus,quo impluere imber,in domũ possit.[Mihi deum in hominem,&c.)In hoiem .i.humanos affectus,quæ cõuersio,& fictio moribus nocet pluri mum.Quapropter Cic.in j.Tusc.sic ait: Neque Homerum au dio,q̃ Ganymedem à dijs raptũ ait propter formam,vt Ioui po cula ministraret.Fingebat hęc Homerus,& humana ad deos trãs ferebat,diuina mallem ad nos.Et Arist.lib.j. Ethices,dicit: Nam cũ dij ad nos referũtur,sanè vñr ridiculi. Diuus ille Plat. lib. ij. de rep. loquens de fabulis,sic ait, Deorum pugnas, & cetera id genus,quæ Homerus scripsit, minime in ciuitatem recipere de bemus,siue per allegoriã dicta hæc sint,siue sine allegoria. Non enim PETR. MARS.

enim adoleſcens hæc dignoſcere poteſt. Sed quæ in ea ætate opinionibus accipiuntur, altius inhærent, difficiliusq. eradicati conſueuerunt. Et in 1. de Rep. dicit, Fabulam de Ganymede vehemẽter culpamus, quod aduerſus Iouem ficta ſit, vt cum ab eo Leges earum originem habuiſſe credantur, eum Deum imitantes q̃ leges cõdidit, hęc etiam voluptate fruantur. Sed fabula quidem valeat, Cic. lib. 1. Offic. ſic ait, Luxuria vero cum omni ætati turpis eſt, tum ſenectuti fœdiſſima eſt. Si autem & libidinum intemperantia acceſſerit, duplex malum eſt, q̃ & ipſa ſenectus concipit dedecus, & facit adoleſcentium imprudentiorem intemperantiam. [Ego limis aſpect. &c.) .i. tranſuerſus & obliquus. Limus, inquit Sextus Pompeius, obliquus .i. tranſuerſus. Vnde & limina. [Peſſulum oſtio, &c.) Peſſulum lignum quod oſtio objicitur. [Frugi es) .i. vtilis, vt fruges, quibus vtimur.

GLAR. OMNES huius ſcenæ verſus ſunt tetrametri, & omnes iãbici catalectici acatalecticiq;, præter primos duos trochaicos catalect. Tertius quartusq. ſunt iambici catal. quatuor inde ſequẽtes, iambici acatal. Nonus cum quatuor ſequentibus rurſus catalectici. Triginta inde verſus rurſus acatal. Reliqui deinde ad finem vſque ſcenæ 23 numero rurſus catalectici. Scio Doct. aliquot trochaicus præterea numeraſſe, ſed ordine oſtendemus iudicium noſtrum. In 5. verſu, Ne poſt Curioſum omittẽdum nõ eſt. Hunc Doct. ſenarium acat il. iudicauit, cum tamen Ne, non omitteret. Sed caſu hoc ille neglexit. Alioqui niſi hoc opus præcipitaſſet, qui hoc ignorare potuit? Eſt itaque tetrameter non ſenarius. quod lector facile iudicabit. In 6. pro Quoquo eam, quidam lib. habent, Quique iam. quod & Ioan. & Doct. annotarunt. In 10. verſu d, eliditur in Quid, vt ſit catalecticus cum ceteris, alioqui acat. futurus, ſed ſcazon. In 12. creticus eſt loco quinto. In 13. verſu Ioan. genitiuum Omnium adijcit, verbum Videre reijcit, atque ita legit, Salue nemo eſt omnium quem ego magis nunc cuperem quam te. Quam lectionem probo. Verum addere & hoc debuit trochaicus ne an iambicus cenſeatur. Nam ſi ſic legamus, iambicum fieri prohibet τὸ Omnium, contra trochaicum fieri catalecticum prohibet Quam te. At ego iambicum puto, & in omnium vel συνίζησιν, vel creticum, & o, in Ego licenter longum, vt ſit iambicus catal. tetram. vt alij. Niſi quis dictionum aliam inſtituat ordinem. [Narra iſtuc quæſo quid ſiet) Hic incipiunt triginta illi iambici tetr. acat. Quorum ſecundum Doct. trochaicum tetr. catal. iudicauit, atque ita legit. Noſtin' hanc, quam amat frater? A. noui, nempe opinor Thaidem. Atqui hic initio bis trochæus eſt ac ter ſpondeus, in ſexto iambus, qui in trochaico locum non habet. Neque. n. de Nempe prima corripi poteſt. In vetuſto lib. legitur, Vt opinor, Sed nihil ad carmen. Ergo creticus hic nobis ſuccurrat oportet, qui ſecundo loco poſitus hunc ſoluit nodum, ſi quidem trochaicus eſſe debeat, vt tradidit Doct. Poterat tamẽ & iambicus tetr. fieri, ſi primo loco eſſet creticus, & Ais, poſt verbum Opinor addatur. quod tñ vix auſim. Quartum verſum eiuſdem generis iamb. puto, vt primo loco ſit ſpondeus, ſecundo anapæſtus, & Eius diſſyllabum Doct. trochaicum fecit, Eius monoſyllabo facto, vt in præcedẽti ei monoſyllabum eſt. At nos quotquot in vnum ordinem ratione nabili cauſa cogere poſſumus, ſedulo laboramus. Lector quod volet ſequatur. In 8. huius generis verſu è verbi Erat à ſuperiore carmine elidit, vt rectè admonuit Doct. in 10. pro Tacitus, Ioã. legit Tace ſis. In 11. pro, corripitur, nõ eliditur, & creticus loco ſecundo. In 12. Rurſus pro, initio corripitur, non eliditur. Et in medio eius, Quid d, amittit, & Ea monoſyllabũ. Nec addendum. Nam, ad Quid. In 15. Vero, non eſt omittẽdum. In 21. verſu, primo loco iambus eſt, & ſecũda ſyllaba in Nouitiæ producitur, vt apud Iuuen. Sat. 3. Et hæc legẽdum auct. Donato non hæ. Et erit iambicus tetr. acat. vt ceteri, nõ troch. catal. vt Doct. exiſtimauit. In 27. procceuſmaticus erit quinto loco, Magis ani. quanquam ſunt alij item modi elabendi. In ſequenti vel Deum monoſyllabum eſt, vel bacchius eſt loco primo. In 28. Clanclum diſſyllabum eſt, & verſus ita legendus, Per impluuium veniſſe clanclũ, fucum factum mulieri. Doctor pro, Clancum, legendum exiſtimauit, Clãm, vt eſſet iambicus verſus catalect. ſed nos acatalecti cum putamus vt ceteros, In 29 Deũ diſſyll. eſt. In 30. verſu, loco ſexto tribrachys eſt, ro ita. vt o de Vero nõ elidatur, ſed corripiatur. [Dum hæc mecum reputo, accerſitur lauatum) Iam ſequuntur iambici tetram. catal. ad finem vſque ſcenæ, numero 23. vt diximus. Quorum ſecundum idem Doct. troch. cat. exiſtimauit. Ego Redijt triſyllabum legam, & Collocarũt tetraſyllabum, vt Don. legiſſe puto, & veteres habent lib. eritque iambicus tetr. catal. vt ceteri. In 7. Ioan. Qui eſſet, legendum rectè cenſet. Sed carmen non indicat. Ego puto verſum, vt alios catal. iambicũ. Sed Flabellulum diminutiuum à diminutiuo formatum, legendum, quod aptum ſanè eſt iocanti, & amico conuitium iucunde facienti, vt verbis Don. loquar. Alioqui carmen non conſtabit. Miror autem ad eũ nihil annotaſſe Doct. In 10. verſu proceleuſmaticus eſt loco quinto. Decimum tertium ac decimum quartũ rectè emendauit Ioan. vt mihi ſit in priore verſu ante verbũ Occaſionem, monoſyllabum, & totũ elidatur. In 2. vero verſu Oſtẽ tam, tan:am, tam breuem, legatur. In 16. eliditur d, in Sed.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Dorias ancilla hic narrat, quid in conuiuio militis actum ſit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Dorias inducitur, quæ terribilem credat militem, vt eo magis vanus poſtea ridiculusq; eſſe poſſit, tum quid poſt cœnam, id eſt in conuiuio militis geſtum ſit, ancilla demonſtrat è quibus profecto ea quæ in proſcenio gerentur, agnoſcere poterimus.

Trochaici Iambici Tetrametri permixti.

DORIAS.

TA me dij bene ament, quantum ego illum vidi, non nihil timeo
Miſera, ne quam ille hodie inſanu' turbam faciat, aut vim Thaidi.
Nam poſtquam * iſte aduenit Chremes adoleſcens frater virginis, * ille
Rogat, illum admitti vt iubeat. ille continuo iraſci, neque
Negare audere: Thais porro inſtare, vt hominem inuitet. id
Faciebat retinendi illius cauſſa: quia, illa quæ cupibat de ſorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat.
Inuitat triſtis. manſit ibi. illa cum illo ſermonẽ illico.
Miles vero ſibi putare adductum ante oculos æmulũ;
Voluit facere contra huic ægre: heus heus, inquit, puer huc Pamphilam
Accerſe, vt delectet hic nos. illa exclamat, minime gentium.
Tun' in conuiuiũ illam? miles tendere inde ad iurgiũ.
Interea aurum ſibi clam mulier demit, dat mihi vt auferam.
Hoc eſt ſigni, vbi primum poterit, ſe illinc ſubducet, ſcio.

TA me dij bene ament) Ea perſona quæſita eſt, quę terribilem credat militem, & eo magis in ex periendo vanus ac ridiculus eſſe poſſit. [Ita me dij bene ament,) Hoc loco quid poſt ſcenam geſtum ſit, hoc eſt in cõuiuio militis, ancilla demõſtrat, vt iã quæ in proſcenio agantur, ex his poſſimus agnoſcere. [Ne quam ille hodie inſanu') Illum & ille inſanus, ſic effertur, vt omnibus inſuauis miles eſſe noſcatur. [Nam poſtquam iſte aduenit) Inſtanter admonet, qui .ſ. ſit Chremes. [Militem Rogat) Et hoc quaſi de odioſo militẽ dixit, non Thraſonem. [Continuo iraſci,) Vt riuali. [Neque Negare audere,) Vt amicæ poſcenti. [Inſtare, vt hominem inuitet) Vide impudẽtiam meretricis. primum petit vt iubeat eum admitti, poſtea vt inuitet, quod eſt maius. [Id Faciebat retinendi illius cauſſa. [Admonet ſpectatorem, ne exiſtimet alteri riuali iniuriam fieri Phædriæ. Et ſimul eſt hic προπαρασκευὴ virginis agnoſcendæ, inuitat triſtis. [Manſit ibi) Adoleſcens. ſ. & manſit, pro remoratus eſt .i. accubuit nec receſſit, Manſit ſignificat. Simile eſt, Manſit, paſſus eſt. DON.

est. Sic Chremes mansit, immoratus. * conuiua necessitate discessit accipiendus est. [Tristis) Inuitus, non libenter. Vt econtrario Virg. Vobis lætus ego hunc candentem in littore taurum Constituam ante aras, voti reus. Et accipio tristis, eodem modo. [Sermonem illico) Sermonem, colloquium dicit. [Adductũ emulum;) Plus dixit adductum, q̃ admissum, & simul quia videbat furibundum Chremem, & totum crimen reuocat ad Thaidem. & hæc est causa cur à milite in eius domo nullam rixam patiatur Chremes. [Huic ægre) Huic Thaidi, non adducto. [Heus heus, inquit, puer) Hic ostenditur quod supra apparatum est. [Pamphilum Accerse) Non, prouoca, sed, accerse, quia nõ est aptum militi. [Vt delectet hic nos,) q.d. q hæc non facit, sed delectare, fidicinæ est, q a supra de illa dixerat: Et fidinus scire. Et bene hic, quasi insuauiter nunc tractemur. [Illa exclamat) Non respondit, inquit, sed, exclamat. [Minime gentium) Hoc magis mirum, minime gentium, quàm nusquam gentium. [In conuiuium illam?) ἐμφατικῶς: vt, cantando tu illum? [Illam?) deest, accersas, & est figura ἀποσιώπησις. [Miles tendere) Proprie dixit tendere. quod significat pertinacem contentionẽ. Virg. Valto certamine tendunt. [Inde ad iurgium) Subauditur, ventũ est. [Interea aurum sibi clam mulier demit) Ne aurum pro virgine, quod, retinebat, amitteret. vel aurum demit, vt esset ad fugam expeditior, vel ad rixam. Et opportune mulierem dixit, non Thaidem, vt ostenderet malitiam sexus. [Hoc est signi, vbi primum poterit) Ad quam rem signi? Vtrum hoc est signi. Quamobrem metuam ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi? An hoc est signi, Vnde scio, quòd vbi primum poterit, se illinc subducet? Erit igitur subaudiendum sic, Vnde & quòd, vt sit, Vnde scio, quòd vbi primum poterit.

GVID. ITA me &c.) Quæsita est hic persona, quæ & terribilem credat militem, & simul demonstret quid post scenam gestum sit in conuiuio militis. D. Dij ita me ament, iurantis est dictio, q.d. ita amer à dijs, vt dictura sum verum, quantum .i. inquantũ vidi .i. cognoui illum militem, non nihil .i. aliquatenus, siue aliquãtulum, ego misera .i. dolore afflicta, & timore. timeo ne quã .i. q aliquam turbam .i. turbationem tumultum. ille insanus. s. miles, faciat .i. moueat hodie, aut timeo inquam, q faciat aliquã vim .i. violentiam Thaidi. Nam postquam iste Chremes adolescens iuuenis frater virginis aduenit ad domum militis, Thais rogat militem, vt miles iubeat illum .s. Chremetem admitti .i. introduci in domum. & recipi continuo .i. illico ille miles irasci cœpit supp. vel irasci pro irascebatur. neque audere .i. audebat. negare .i. renuere, quòd Chr. introduceretur presertim posceute amasia. porro .i. deinde, vel postea. Thais instare .i. instabat, hoc est vrgebat assiduis precibus, vt inuitet .i. alliciat ad discumbendum hominem .s. Chr. Thais faciebat id .i. precabatur, vt inuitaret miles eum causa retinendi illius .i. retinendi illum Chr. quia non erat tempus .i. non erat tempestiuum, & opportunum ad eam rem, quam parabat .s. indicare .i. significare, ostendere de sorore. Chr. illa quæ cupiebat indicare inquam miles sup. inuitas. Chr. tristis .i. inuitus non libẽs. Chr. mansit ibi .i. remoratus est, remansit, non recessit. illa .s. Thais, illico .i. statim, occipit .i. incipit, sermonem .i. colloquium cum illo. vero .i. sed miles putare .i. putabat, æmulum .i. eiusdem rei studiosum, hoc est riualem. adductum .i. adhibitum sibi ante oculos, contra .i. in oppositum, miles voluit facere, ægre .i. molestе huic Th. inquit, ipse miles. heus vocantis est, accerse .i. fac venire, vel vade ad vocandum. aut voca Pamp. i. virginem quam dono dederat, vt delectet hic nos, fidibus .s. canendo, q hæc Th. non facit illa Th. exclamat, minime gentium .i. nequaquam gentium, terrarum, loci locorum temporis sæpe ponuntur vbi ad significationem nihil faciunt, sed duntaxat ad vocalitatem, vt nusquam terrarum, nusquam gentium, vbiuis locorum, sed magis mirum est minime gentium, quam nusquam gentium. Potest itaque esse distinctio hic minime gentium .i. nequaquam, accersatur .s. deinde subdatur accerses sup. illam puellam in conuiuium, q. d. es satis fatuus, vt velis accersere eam in conuiuium, & hoc interrogando, vel potest intelligi continue, & affirmatiue minime gentium .i. nequaq accerses sup. illam in conuiuium, quia videlicet prohibebo, miles tendere .i. pertinaciter contendebat, vt puer eam accerseret, inde .i. deinde, ventum est sup. ad iurgium .i. ad rixam, & obiurgationem, interea mulier Thais demit sibi clãm .i. amouet se, & tradit mihi aurum, ne amittat aurum, quod tenebat, aut vt esset ad rixam expeditior vel ad fugam dat .i. tradit mihi, vt auferam .i. asportem, hoc est signi .i. hoc signum, & coniectura, vnde sup. scio q sup. subducebat se .i. clam se subtrahebat .illinc .i. ex domo militis, vbi primum .i. cum primũ poterit se subducare .s.

ARGVMENTVM) Ancilla indicat quid actum sit inter militem, & Thaidem, & est narratio occasionis epitaseos. LATO.
[Ita me dij) Verba ancillæ ad spectatores. [Neque Negare audere) Indicatur militis seruitus apud scortum. [Tristis) Inuitus. [Huic ægre) .i. molestе, quod doleret militi .i. [In conuiuium illam?) Eclipsis corripientis, subauditur accersas.

ITA me dij ament, &c.) Muliebrem, timiditatem, cautionẽ meretriciam, & hominis stolidi, zelotypiq. importunitatem, & impetum animi ad iurgia præcipitem, hæc scena exprimit. [Ad ductum ante oculos æmulum;) Aemulatio, inquit Cicer. in 4. Tusc. Duplex illa quidem dicitur, vt & in laude, & in vitio hoc nomen sit. Nam, & æmulatio, virtutis imitatio dicitur. Sed ea nihil hoc loco vtimur, est enim laudis. Et est æmulatio ægritudo, si eo quod concupierit, alius potiatur, ipse careat. PETR. MARS.

VIX alia apud auctorem scena est, in qua carminũ ratio minus constet, atque in hac admodum parua. Ioan. primum dunta xat carmen attigit, de quo recte admonet omi tendum esse aduerbium bene, quod veteres lib. non habent. De ceteris nihil, ἀλλ' εὖ, quasi omnia bene habeant, quod fortassis in ipsius lib. fuit. At in nostris quotquot mihi videre contigit, nihil certi constat. Et Doct. primum quidem versum iamb tetr. cat. iudicauit, Cum (si quidem Bene aduerb. non omittatur, vt eius ostendit lib.) sit hypercat. Secundum recte iudicauit troch. catalect. Tertium rursus iamb. tetr. cat. ait, cum sit acatalecticus potius, si quidem Iste pronomen non omittatur, & in Chremes nulla fiat elisio. Quartum trochaicum tetr. acat. facit Sic, GLAR.

Militem rogat, vt illum admitti iubeat, ille continuo irasci,
Mirum vero carmen, quod quomodo ille in numerum posuerit fateor ingenue me nescire, maxime cum velit esse trochaicũ.
De sequenti idem iudicauit. Sextum versum ait octonarium cat. non adiecto, iambicus ne sit, an trochaicus. Si iambicum faceret, fieret tetrameter hypercatalecticus.

Id faciebat retinendi illius causa, quia illa quæ cupiebat.
Si Illius dissyllabum fecerimus, vna abundabit syllaba in ratione iambica. Sin trisyllabum, duæ, in ratione trochaica acatalect. tres in catalectica. Reliquos deinde omnes trochaicos facit tetr. catal. præter quartum à fine, quem vult iamb. tetr. Hæc ita ille digessit, meo quidem iudicio, non satis commode. Itaque ego quid sentiam breuibus aperiam, relinquens lectori iudiciũ. In primo itaque versu, cum Ioan. omittendum censeo aduerb. Bene, vt sint initio duo anapæsti, & tertio loco creticus? nisi malimus I, de Illum abijcere. In tertio pronomen Iste tollendum puto, quod prorsus nihil ad rem facit. Quartum versum finio in verbo Continuo, vt sint quatuor trochaici tetr. catal. ad hanc formam.

Ita me Dij ament, quantum ergo illum vidi nonnihil timeo
misera,
Ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi.
Nam postquam aduenit Chremes adolescẽs frater virginis,
Militem rogat, vt illum admitti iubeat, is continuo

Hactenus integre constant hi quatuor trochaici catal. Nunc sequuntur quatuor iambici tetr. item catal. quos vt certius iudicium lectori sit, non pinguit subscribere.

Irasci, neque negare audere. Thais porro instare,
Vt hominem inuitet, id faciebat retinendi illius causa:
Quia illa, quæ cupiebat de sorore eius indicare,
Ad eam rem tempus non erat, inuitat tristis, mansit ibi:

Et hi versus integre constant, nec vna syllaba claudicat. Nunc sequitur trochaicus vnus trimeter catal. qualeis aliquando poë tam hunc immiscere supra ostendimus, quos Doct. ægre admittebat, negare tamen non potuit.

Illa cum illo sermonem illico occipit.

Nec ꝓbo Aldinam editionem hoc in loco, quæ verbũ Occipit reiecerant, Nec alias, quæ pronomen Illa omiserant, cũ veteres libri vtrunq; habeant. Nunc deinceps sequuntur trochaici sex tetr. cat. In 2. Puere legendum. Sed tertium, vt dixi Doct. iamb. tetr. facit, elisa prima syllaba de Accerse, à superiore versu. quã opinionem non reijcio. Ego tamen malim in eo versu vel Accerse, vel Exclamat tollere, quorum neutrum opus est ad sensum, vt ita fieret trochaicus tetr. cat. vt alij. Verum, quia Don. vtriusque in Cõmentario meminit, non puto pertinaciter hoc asserendum, nisi qs existimet, quod Docti putant, multa illi cõmentario assuta. Verũ res non est tanti. Certe Thais verbum Accerse nõ repetit In conuiuium illam? vnde facile sustulerim. Et vñr multę in hac scena Aposiopesis, vt personę humilis ac secũ submurmurantis, ac inde fortassis causa poëtæ fuit, vt carmẽ ita variarit. Sed lector nr̃am hanc diligentiam boni consulat oro.

ACTVS

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Secum cogitans Phædria, quæ sit, intercepti amoris passurus incommoda, si totum biduum ruri manserit, vincente amore in vrbem redit. Et iam tempus est, vt reuocetur in scenam, completis omnibus, quæ illius desiderabant absentiam. Simul hoc amantium inconstantiam exprimit rure tam cito recurrens Phædria.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Ratiocinantem & cogitabundum Phædriam inducit, secum reputantem, quid incommodi perpetietur intercepti amoris si totum biduum ruri permanserit. Sed vicit amor, eaq; gratia importune in vrbe regressus fingitur, vt iurgium militis tollatur.

Senarij.

PHAEDRIA.

CVM rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita fit vbi qd in animo est molestiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem. quid opu' est verbis? dum hæc *puto,
Præterij imprudens villam, longe iam abieram,
Cum sensi. redeo sursum, male vero me habens.
Vbi ad ipsum veni diuerticulum, constiti.
Occepi mecum cogitare, hem biduum hic
Manendum est soli sine illa? quid tum postea?
Nihil est. quid? nihil? si non tangendi copia est,
Eho ne videndi quidem erit? si illud non licet,
Saltem hoc licebit. certe extrema linea
Amare, haud nihil est. villam prætereo sciens.
Sed quid hoc quòd timida subito egreditur Pythias?

*reputo

DON. CVM rus eo, cœpi egomet) Hic nunc causa narratur, cur statim in vrbem redeat Phædria, qui discesserat abfuturus biduum ad tollendum iurgiũ militis, & importune redit. [Dum rus eo,) Iam tempus est reuocandi in scenam Phædriam, post quam acta sunt omnia, quæ illius absentiam desiderabant. [Cœpi egomet mecum) Ordo, Cœpi aliam rem ex alia re cogitare. [Inter vias) Figurate, & noue inter vias. [Et ea omnia in Peiorẽ partem) Vtrum subaudiatur, cogitare? an ibant, aut vergebant, aut quid tale? [Dum hæc puto).i. existimo, vt Virg. Multa putant, sortemque animo miseratus inquam. Et est aphæresis, pro reputo. [Putamus enim instantia: Reputamus præterita. [Vbi ad ipsum veni diuerticulum) Diuerticulum, est vbi iter de via flecti tur. & proprie diuerticula dicuntur in via domicilia, ad quæ de itinere diuertendum sit. [Constiti) Plus est nunc scientem stetisse, quàm præterijsse nescientem. [Hem biduum hic Manendum est) Interiectio laborantis animi. Biduum sic pronuncia, vt longum, nimiumque tempus. Tum deinde hic tanquam in loco solo, atque tristi. [Soli sine illa?) Aut sine alio oblectamẽto? [Sine illa?) Satis amatorie. [Sine illa?) Iam causa est cum biduum grauetur loco tristi, cur solatium conquirendum. Sunt autem qui idem putent soli esse, & sine illa, vt sine illa ἐξήρησις eius sit quod dixerat, Soli. [Nihil est. quid? nihil?) Amantium disputationes intermiscent quædam consilia sanæ mentis, quæ tamen statim resurgentis amoris fœuitia deuincuntur. [Eho ne videndi qdem erit?) Eho, ridicule additum, tanquam omnino nõ secum loquatur, sed cum altero. [Saltem hoc licebit,) Bene bis dictum licet licebit, quasi de re magna loquatur, totum ergo amatorie. [Certe extrema linea) Et hoc rectè, quia quinque lineæ perfectæ sunt ad amorem. Prima visus, secunda loqui, tertia tactus, quarta oscula ri, quinta coitus. An sic dixit extrema linea, quemadmodũ dicatur longa lineis quid fieri? .i. de longinquo. [Amare, haud nihil est) Amare modo frui amore dicit. Plaut. in Bac. Prius hic adero, quàm te amare desinam. Et, Sine te amem. [Villam prætereo sciens) Sciens quidem, sed non minus amator quam prius. [Sed quid hoc, q timida subito egreditur Pythias?) Ex his verbis persona in scenam veniens & locutura describitur. &, Timida, modo ægra, turbata, commota. Plaut. Manum ex mari timide. Et hic ipse: Vxorem, inquit, Philumenam pauitare nescio quid dixerunt. Timidum aliud naturale, aliud euentu est: vt, Addit se sociam, timidisque superuenit Aegle.

CVM rus &c.) Hic nunc causa narratur cur statim in vrbẽ redeat Phædria, qui discesserat abfuturus biduum ad tollendum iurgium militis, sed importune redit, verum erat tempus reuocandi Phædriam in scenam, postquam facta sunt omnia, quæ illius absentiam desiderabant. PH. Phædria solus loquitur. cum eo rus egomet cœpi.i. incepi cogitare mecum.i. mente volutare. inter vias.i. inter eundem, vel in ipsi vijs. aliam rẽ ex alia .i. nunc vnam rem, nunc aliam, vt etiam Cic. ad Pætum, Me quotidie aliud ex alio impetit.i. aliud post aliud. & Virg. Nos alia ex alijs in fata vocamur. ita vt fit.i. quẽadmodum fieri solet, vbi .i. cum quid.i. aliquid, molestiæ.i. displicentiæ, vt ita loquar. est in animo, & cœpi inquem cogitare ea omnia in partem peiorẽ .i. deteriorem. qd est opus verbis.i. quid attinet plura dicere, post dictum qd nunc subiungam dum .i. quandiu, puto .i. existimo, siue reputo hæc, & est aphæresis, puto pro reputo. Putamus autẽ instantia reputamus pterita. ego præterij.i. prætergressus sum. imprudens.i. per imprudẽtiam, non considerãs viam quam pertransibam. præterij ergo villam.i. domum agrestem quo ibam. iam abieram.i. pertransieram longe.i. procul illam villam, cum sensit.i. pcepi. redeo rursum.i. reuertor, & est tautologia, vero.i. sed male habens me .i. male sanus, quia insano vexatus amore. vbi.i. postquam veni ad ipsum diuerticulum.i. ad semitam. quade via diuertitur ac deflectitur. nam diuerticulũ, vt ait Don. est vbi iter de via flectitur, & proprie diuerticula sunt in via domicilia ad quæ de itinere diuertendum sit. Constiti.i. restiti illic, & fixi gradum cogitabundus totus, cœpi cogitare mecũ .i. apud me hæc sequentia. hẽ, interiectio laborantis animi.i. manendum est .i. oportet manere. hic.i. in hac villa, biduum.i. spatio duorũ dierum. Manendum est mihi supp. soli, sine illa. s. Thaide. hic quasi in loco tristi, & biduum, quod tempus longum putatur amanti. Deinde intermiscet consilium sanæ mentis, quid tu postea.i. qd inde sequetur si biduum manẽdum fit. nihil est manere. s. biduũ, deinde resurgẽt amor incitat eum vt dicat. quid nihil.i. quomodo dicis nihil esse biduum abesse, si non est copia .i. facultas tangendi. eho, ridicule additum, quasi non secum loquatur, ne quidem.i. nec etiam copia inquam videndi erit. si illud non licet.i. permittatur, hoc est tangere, saltem hoc licebit. s. videre, certe.i. profecto, extrema linea, appositiue dictum.i. quod. s. videre. est linea extrema in amore. Quatuor enim sunt lineæ in amore, prima visus, secunda tactus, tertia osculum quarta opus. lineæ ergo extremę sunt visus, & opus, nisi dicatur extrema linea, quemadmodum dicitur longis lineis quid fieri.i. de longinquo, amare.i. amore frui, haud nihil est.i. est aliquid, prætereo villã sciens .i. non imprudens, sed non minus amator, quàm prius, & ideo amore impellor ad repetendam vrbem. Sed quid hoc est, his verbis persona in scenam veniens, & locutura describitur, & timida, sed quid hoc est .i. quid hoc sibi vult quòd Pythias egreditur .i. exit subito, tumida.i. commota ægra animo, ac turbata. Aliquid est timidum naturaliter. vt, cum canibus timidi venient ad pocula damæ. aliquid est etiam timidum ex euentu. vt, Addit se sociam, timidisq. superuenit Aegle.

ARGVMENTVM) Redit à villa Phædria secum loquens quid egerit, & aduentu eius inchoatur epitasis alterius partis fabulæ. [Dum hæc puto) Cogito, reputo. [Diuerticulum) Deflexus viæ ad villam vuegscheid. [Manendum est soli) Cogitatio, incertis amantis, qui tamen amoris impotentia vincitur, vt ante staturum tempus redeat.

DVM rus eo, &c.) Vis amoris, & illius inconstantia, qui in castris militat Cupidineis ac Venereis, compede vinctus est adeo, vt sui iuris non sit, hac scena exprimitur. Iccirco Chærea lena apud Plaut. in Asin. sic adolescentem alloquitur. Fixus est hic apud nos animus tuus clauo cupidinis. Remigio, veloque quantum poteris fuge, quam magis in te in altum capessis, tam æstus te in portum refert. [Præterij imprudens villam) Villa est domus ruralis, sic dicta à via, prope quam poni debet propter cõmoditatem imponendi aliquid, & exportandi. [Vbi ad ipsum veni diuerticulum) Diuerticula sunt loca, vnde deflectimus iter ad villam, quæ nõ multum distat à via publica. Est igitur diuerticu

LATO. PETR. MARS.

lum,deflexus à via.Vnde Iuuen.per translationem dicit.A diuerticulo repetatur fabula. Inde diuersoria,& diuortia apud Virg. Obijciũt equites sese ad diuortia nota.[Haud nihil est,) q.d.Ali quid est,frui amoris affectu eo modo, qui pro temporis conditione conceditur. [Videndi)Subaudi,si ad ipsum contractum venire non datur rei concupitæ vel amatæ.

GLAR. IN quarto huius scenæ versu,Puto,legit Don. & pro,Reputo positum ait,& κατὰ τὴν ἀφαίρεσιν ablatam esse re initio.In 7.carmine Diuerticulum,tertia syllaba correpta est. In 9.vel l,de Illa abijcitur,vel tertio loco est creticus ,p dactylo.In 10.Nihil primo dissyllabum,secũdo monosyl. Vltimum carmen auctoribus Doct.trochaicum est tetr.cat. Sed in Subito o,nõ eliditur. quod si d,in Quid elidatur,& est tollatur,erit vt reliq,iambicus, & celeritas non minus per iambum atq; per trochæum significatur.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Pamphilam ab Eunucho vitiatam magnopere quæritur Pythias,miratur Phædria,atque ita ex illius querela,& huius errore,multum delectationis spectator capit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena operæprecium erat, aliquid delectationis ex querela Pythiæ,& errore Phædriæ spectatoribus offerre. Nam magnopere ancilla de Stupro Eunucho conqueritur,quod certe Phædriæ difficile creditu videbatur.

Iambici Tetrametri mixti Trochaici. Senarius vnus atque alter. Dimeter vnus.

PYTHIAS, DORIAS, PHAEDRIA.

VBI illum ego sceleroſum misera,atque impium inueniam? aut vbi
Quæram?hoccine tam audax facinus facere esse ausum? PH. perij: hoc quid sit, vereor.
P. Quin insuper etiam scelu', postquam ludificatu' est virginem,
Vestem omnem miseræ discidit, eam ipsam capillo conscidit.
PH. Hem. P. qui nunc si detur mihi,
Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolẽ venefico?
PH. Profecto nescio quid absente nobis turbatum est domi.
Adibo. quid istuc? quid festinas? aut quem quæris Pythias?
P. Hem Phædria, egon' quem quæram? abi hinc quò dignu' es cum donis tuis
Tam lepidis. PH. quid isthuc est rei?
P. Rogas me? eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit?
Vitiauit virginem, quam heræ dederat dono miles.
PH. quid ais?
P. Perij. PH. temulenta es. P. vtinam sic sient, mihi qui male volunt,
D. Au, obsecro mea Pythias, quod istucnam monstri fuit?
PH. Insanis: qui istuc facere eunuchus potuit? P. ego illum nescio
Qui fuerit: hoc, quod fecit, res ipsa indicat.
Virgo ipsa lacrumat,neque, cum rogites quid sit, audet dicere.
Ille autem bonus vir nusquam apparet. etiam hoc misera suspicor,
Aliquid domo abeuntem abstulisse. PH. nequeo mirari satis,
Quò abire ignauos ille possit longius, nisi domum
Forte ad nos redijt. P. vise amabo, num sit. PH. iam saxo scies.
D. Perij, obsecro. tam infandum facinus mea tu, ne audiui quidem.
P. At polego amatores audieram mulierum esse eos maxumos,
Sed nihil potesse: verũ miseræ non in mẽtem venerat.
Nam illum aliquò concluſſem, neque illi commisissem virginem.

VBI illum ego) In hac scena operæprecium delectationibus est spectatoribus ex querela ancillę Thaidis,atque errore Phædriæ. [Vbi ego illum) Hoc initio ostenditur tanquam persequentem fugiẽtem,progressam esse personam.[Sceleroſum) Sceleroſus est multorum:Scelestus,vel vnius.Sceleroſus,proprie auctor est sceleris. Sceleratus, in quo scelus sit constitutum vel commissum.[Sceleroſum,atque impium)Sceleroſum in Thaidem,Impium in virginem.[Audax facinus facere)Facinus facere,figura archaismus.[Hoc qd sit,vereor) Pro duobus vnum dixit,scilicet vereor,pro nescio,& vereor.[Quin insuper etiam) Accusatio facti. [Scelus) Auxesis.Plus enim est scelus quàm scelestius.Vt Lucil.Carcer vix carcere dignus.[Post quam ludificatu' est virginem) Argumentum ab his quæ sunt post negocium gesta. Et mire: Postquam ludificatus est,discidit dixit,cum ille videlicet,dum virgo reluctatur,hoc fecerit.Et mire expressit vitium illarum virgini ab eo quidem, qui vitiare iã posset, sed tamẽ eiusmodi adolescentulo, cuius propter teneras adhuc vires ad explendam Venerem lõgiore noxa aduersus virginem vtendum fuit.Nam ideo præter occasionem familiæ discedentis,tempus,locus,& cetera attribuita negocio,etiam somnus virginem opprimens adiuuat Chęream.Et mire ludificatus potius,quàm complexus est, aut tale aliquid quod amorẽ indicaret. [Vestem omnem misere discidit) Adeo vt amore fecerit, sed iniuria. Et vide,vt ex his appareat multum virginem reluctam esse. [Eam ipsam capillo conscidit) Multo melius,quàm si diceret, capillum illi conscidit. [Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem)Non ne credis Pythiam id comminari quod à virgine minus factum sit? quod,quia puella,non potuit.[Vnguibus)Quibus armatur hic sexus.[In oculos)Quasi amatori.[Venefico?) Mutanti homines, & ex virginibus mulieres facienti. An venefico,amatori?quia amor,venenum occultũ est,vt Virg. Occultum inspires ignem,fallasque veneno. Et longumque bibebat amorem. [Absente nobis turbatum est domi) Aut iubdistinguendum est,& subaudiẽdum me,aut archaismos figura est, absente nobis,,p nobis absentibus.Pomponius,Sine ergo istuc, præsente amicis inter cœnam. Varro in Marcellum,Id præsente legatis omnibus,exercitu, pronunciat. [Absente nobis) Cum sic dicit,pro præpositione ponit absente,ac si diceret,coram amicis.[Quid festinas?)Properas,turbaris,& trepidas?Sal.Festinantibus in summa inopia patribus. [Egon' quem quæram?) Deest rogat. [Eunuchum quem dedisti nobis,quas turbas dedit?) Aut ἀνθυπόφασις: vt,Vrbem quam statuo,vestra est. Aut quem cum interrogatione pronunciandum,vt sit qualem.[Eunuchum quem dedisti) Quidam volunt quem distinguere,q.d. qualem,sed nesciunt hac figura multum veteres vsos esse eunuchum.n.ad dedisti verbum, retulit. Nunc ergo addit propter illud ἀξίωμα assumendum extrinsecus,is Eunuchus. Nam quoties vno nomine, aut pronomine diuersæ declinationis enunciationes comprehẽduntur,necesse est quod alteri accommodatum fuerit, ab altero discrepare. [Quem dedisti,quas turbas) Et quam,& quas sic accipe,quasi dixerit, qualem eunuchum, & quales turbas. [Quid eis?)Hoc admirantis est magis,quàm interrogantis. [Temulenta es) Ebria,à temeto,quo nomine antiqui graue vinũ appellabant,eo quòd tentaret mentem.i.labefactaret.Virg. Tenuisque Lageos Tentatura pedes olim,victuraque linguam.[Vtinam sic sient,mihi qui male volunt) Bene non, ebriam esse, in maledictum vertit,quasi vero temulẽtam esse,felicitatis sit.An non negat

DON.

gat se esse ebriam, sed non vino, verum malo ebriam vult intelligi? [Mea Pythias) mea, & mea tu, & amabo, & alia huiuscemodi, mulieribus apta sunt blandimenta. [Quod istuc nam monstri fuit?) quippe monstrum est omne contra naturam. Si igitur eunuchus est, & vitiauit virginem ꝓtra rem naturam factum est, & recte monstrum est. Et ordo est, Quidnam istuc monstri fuit? [Qui istuc facere eunuchus potuit?) Illuc facere honestius apud puellam, q̃ si vitiare dixisset, & potest videri aliquid nutu significare. [Ego illum nescio Qui fuerit) οὐλλαχὰς, Bene vitauit Eunuchi nomen, vt vitiasset virginem obtinere possit. [Virgo ipsa lacrumat) nunc ostendit quid fecerit, & ostendit argumentis. [Neque cum rogites quid sit, audet dicere) Quid si verberata esset? sed non puderet queri. Hæc aũt iniuria apud virginem non habet nomẽ. [Bonus vir) ἀ ϕανικῶς. non. n. iam Eunuchus. [Nusq̃ apparet) nescias vtrum fuga eius, quæratur, an culpa. sed constat hæc argumenta esse, q̃ ipse virginem vitiauerit. [Bonus vir) Bene vir, quia hoc illum esse contendit. [Etiam hoc misera suspicor) Bene etiam, qui, & hoc suspicatur virginem vitiatam. [Neque mirari satis) Bene hic oẽs suspiciones ad eunuchum quem nouit, reuocat. nescit Chæream si quidem hunc esse. Et mira locutio, pro eo q̃d est, nescio. [Nequeo mirari satis, Quò abire ignauos ille possit longius, Vise amabo, num sit) Domi subaudiendum est, aut, non sit quod dicis. [Sed nihil posse) vt voluntatis rei sint, non etiam facti. Verum miseræ non in mentem venerant) Non, nihil posse eos, sed amatores esse maximos. ad parte enim sententiæ pertinet quod dicit, Non in mentẽ venerat, nõ ad totum quod audiuisse se dudum. Etiam nisi penitus negatiue consideraueris, controuersia inerit. si enim nihil posse audieras, quid est quod in mentem non venerit vt vitares verum igitur amatores mulierem esse maximos audieras? quod ipsum vitandum fuit. Neque enim hoc satis est ad pudicitiam, stuprũ vitasse, cum impudica fieri vel solo osculo possit, quam omnino integram, & illibatam velis. An verum, non erit coniunctio, sed nomen? vt illud quasi falsum audierit, hoc aũt, quod verum inuentum est, non ipsa suspicata sit. Nam in mentem venire, non reminisci tm̃, sed ẽt cogitare significat. Sic Cic. In mentem tibi non venit causam publicam sustinere. i. non cogitas. non suspicaris. [Verum miseræ) Si verum pro coniunctione accipimus, subaudiendũ erit, amatores mulierum eos esse maximos. [Non in mentem venerat) Non quod audieram, sed, quod hic fecit. An non aliud in mentem venerat? non. s. factuꝝ fuisse quod fecit. [Non in mentẽ venerat) Aut non erat cogitatũ, aut nõ erat recordata. [Nã illum aliquò concussem) Mire concussissem dixit, vt sæuã feram sic alibi, Concussam hic habet vxorem sęuã. [Neq; illi commisissem virg.) si vel amatorem tm̃ meminissem.

GVID. VBI illum, &c.) In huius scenæ initio ostenditur progressam esse personam ancillæ Thaidis tanquam prosequentem fugientem. P. Vbi. i. in quo loco. ego misera inueniam illum. s. Chæream, sceleroſum. i. sceleribus plenum, quia Thaidem quæ ei credebat, illusit, atque impium .i. iniquum, & improbum in virginem. s. cui vim attulit, Sceleroſus est multorum scelestum. Scelestus vero est vel (id est etiam) vnius. Sceleroſus est ꝓprie auctor sceleris, sceleratus in quo scelus sic constitutum, & cõmissum, aut. i. vel, vbi queram illum sceleroſum. Hoccine. i. ne verum est, aut credibilem ipsum, sup. sceleroſum esse ausum facere hoc tã audax. i. tam importunum facinus, & tam proterum ac petulans. Perij. i. perdita sum. P H. Vereor .i. & nescio, & timeo quid hoc sit quod conqueritur. Pythias. P. quinetiam .i. atq; etiam, insuper .i. prẽterea, postquam scelus pro scelestus, sed auxesim est. Plus est enim scelus, quàm scelestus, ludificatus est. i. decepit illusit, virginem. i. puellam dono datam discidit. s. ad rupit oẽm vestem. i. totam vestem illi virgini misere. tum. i. deinde. consc̃idit. i. lacerauit illam capillo. multo melius, q̃ si diceret capillum illi consc̃idit. P H. hem, interiectio indignantis. P. qui. s. Eunuchus (continuat enim sermonem suum Pyth.) si potest, hic capi pro vtinam, inde ò si, vt sit sensus, Vtinam nunc detur mihi, vt inuoluem .i. in modum auis volantis celeriter saliam in capillos illi venefico .i. mutanti homines, & ex virginibus mulierem facienti, aut venefico. i. amatori. nam amor venenum occultum est. Virgil. Occultum inspires ignem, fallaxq́ue veneno. Veneficus proprie dicitur, qui venena miscet. & per illa alienæ vitæ insidiatur, qui alio nomine dicitur intoxicator. vt ergo ego inuolem vnguibus .i. per vngues in capillos illi venefico. P H. profecto nescio quid est turbatum. i. perturbatum domi, absente nobis. i. nobis absentibus. singularis pro plurali, adibo. i. accedã ad eam, quid istuc .i. istud est supple quod ita quæreris ò Pythia, quid. i. cur festinas. i. properas, turbatis, & trepidas, aut ò Pythia, quem hominem supple quæris. i. inuestigas, & prosequeris. P. hem, interiectio indignãtis rogas sup. quem quæram? abi hinc. i. discede à nobis, quo. i. in quam partem. dignus es abire, q. d. in malam rem cum tuis donis, tam illepidis. i. inuerecundis. P H. quid istuc rei. i. quid ista res est. P. rogas. i. interrogas me is Eunuchus, sup. quẽ Eunuchum dedisti Thaidi, quas turbas. i. turbationes dedit nobis, quema modum dicimus, Sermonem quẽ audistis non est meus, Vrbem quam statuo vestra est. sic etiam hic Eunuchum quem dedisti, vbi vel Eunuchum ponitur pro Eunuchus, casus pro casu, vel extinsecus sumitur, siue subauditur is Eunuchus pro vt interpretant, placet. Alij capiunt interrogatiue quem pro qualem, vt sit sensus quem. i. qualem Eunuchum dedisti, quas. i. quales turbas dedit nobis, ipse vitiauit. i. stuprauit, & violauit virginem, quã miles Thraso dederat heræ .i. dominæ Thaidi, dono .i. pro dono. P H. quid ais, quasi non credat aut intelligat, & est admirantis. P. perij. i. perdita sum. P H. es temulenta. i. vino ingurgitata. ebria, à temeto, quo nomine antiqui graue vinum appellabant, eo quod tentaret mentem. i. labefactaret, siue perturbaret. P. vtinam, ili, qui mihi male volunt, sic sint ebrij, sup. ego sum, q. d. non ego me esse ebriam, at non vino, sed malo, & indignatione. D. au, interiectio indignationem ostendens, & dolorem quia videbat alteram ancillam sic dolentem, mea Pythias, mea blandimentum mulieri aptum est, vt, & amabo, & mi, & alia id genus, quidnam. i. quid istud monstri fuit. i. quid fuit istud inopinatum, & contra naturam factum? quippe omne monstrum est quod est contra naturam, seu prætergredi tur naturæ modum. Nunc autem contra naturam factum est si Eunuchus stupraũerit virginem. P. insanis. i. à tuo sensu desiti tueris, qui. i. quo Eunuchus potuit facere istud, hoc est virginem stuprare. P. ego nescio. i. non cognosco illum qui sit, qui stupra uerit virginem. i. fit Eunuchus nec ne, res ipsa. i. ipse effectus, indicat .i. liquido ostendit hoc vitium, quod fecit virginem violando, ipsa virgo lacrymat, pro lacrymatur. i. est effusa in lacrymas, neque audet dicere quid sit, nam hæc iniuria apud virginẽ non habet nomẽ, cum rogitas. i. interrogas eam, autem. i. sed, ille bonus vir, bonus per ironiam, & bene vir, quia virum se esse ostendit non eunuchum, nusquam. i. in nullo loco, apparet. i. facit copiam sui. seu præsto est. Etiam ego misera suspicor. i. opinor hoc videlicet ipsum Eunuchum abeuntem abstulisse aliqd domo. i. ex domo Thaidis. P H. nequeo satis mirari. i. nescio: quo. i. in quem locũ ille ignauus, & inualidus posset ire lõgius, nisi si forte redijt domũ ad nos. i. quod dr̃ vulgo penes nos, sed de eo dicendi genere satis est dictum. P. amabo, blandimentum mulicbre, quasi rogo te per amorem, vise. i. vade ad videndũ, num. i. nunquid sit domi. P H. iam. i. statim, faxo. i. faciã, vt sup. scias an illic sit nec ne. D. perij, ò tu mea, blandimentum mulicbre est, obsecro .i. q̃so vidisti ne sup. vel audiuisti facinus .i. flagitium, tam infandum. i. tam detestandum, & abominandũ. ego quantum ad me spectat, ne quidem. i. nec etiam, audiui tale facinus .s. P. at. i. sed audierã eos eunuchus esse maximos amatores mulierum, sed audieram eos nihil posse ita, quod non derat voluntas, sed facultas. Verum. i. sed nõ venerat in mentem mihi misere. i. ego misera non eram suspicata, vel non cogitaueram eos esse sup. amatores mulierum maximos. In mentem venire non solum significat reminisci, sed etiam cogitare, & suspicari, nonnulli capiunt verum, vt sit nomen, & sit sensus. Audieram quidem eos nihil posse, tamen illud audieram falsum, verũ autem. i. veritas, non venerat mihi in mentem .i. veritatem non cogitaueram, nam concussissem .i. incussissem tanquam sæuam feram, aliquo. i. in aliquo bono loco, vel in aliquem locum trudendo concussissem, nam in concludendo modus localis adesse intelligitur, neque commisissem .i. credidissem, siue tradidissem illi virginem custodiendam.

ARGVMENTVM) Accusatur ab ancilla Eunuchus deprehensio facinore quod vix credit Phædria. [Postquam ludificatus est) Honeste pro vitiauit. Et est exaggeratio criminis à consequentibus. [Vt ego vnguibus) Comminatio apta mulieri. [Hem) Incusatio Phædriæ. [Eunuchum) Antiptosis. [Hoc quod fecit) Transfert argumentum à persona ad rem, & signis explanat. [Aliquo concussissem) Odiosè, tanquam feram, & est synæresis, pro concussissem. LAT.

VBI illum ego sceleroſum, &c.) Iram mulicbrem, & animum vindictæ in primis cupidum, imprudentiam, & post factum pœnitentiam hæc scena exprimit. Arrogat quippe sibi multum fœmina. & læta furit, vt tigris raptis catulis, insidiatur vt vulpecula, & rumpitur si vlcisci non datur, nihilq́ue habens PETR. MARS.

bens ad vinctam, propter animi mobilitatem suspirat. Vnde dicit Iuuen. Nemo magis gaudet vindicta q̃ fœmina. Oppositũ facit animus generosus, & magnus, de quo sic scr. Sen. Si magna nimus fueris, cum inimicum in potestate tua videris vindictã putabis vindicasse potuisse. Scito enim honestum, & magnum vindictæ genus esse ignoscere. Arist. in iiij. Moralium de Nat. viri magnanimi, sic ait: Nec est memor mali sibi illati, non est enim magnanimi meminisse, presertim mala, sed potius despicere. [Postquam ludificatus, &c.) Plaut. in Bacc. Mea causa de auro ludificatus est. [Vnguibus facile &c.) Inuolare, est irruere, & insilire, inquit Non. a volatu, à vola. i. media manu dictum.

GLAR. ET hac scena vix est alia carminum varietate magis admirabilis. Primo versu aut creticus est loco quinto aut i, ꝓtrahitur in Impium, aut u, de inueniã eliditur, vt sit iambicus tetr. catal. Deinde secũdo carmine prima syllaba à priore versu eliditur, & eiusdẽ est rationis. In tertio vel s, bis eliditur, in Scelus, ac Ludificatus, vel creticus est locis tertio ac sexto, & est trochaicus tetram. catal. Quartus est iambicus tetram. acatal. Quintus Dimeter iambicus acatal. Sextus rursus iambicus tetr. acat. Septimus troch. tetr. acatal. Octauus rursus iamb. tetr. acat. Deinde sequũtur duo senarij iambici in quorum posteriore vel tuis monosyll. est. & d. eliditur in Quid, aut creticus locis ij. & iiij. Vndecimus est rursus iamb. tetr. acatal. Duodecimus ambiguus est. Si Vitiat legas, pro Vitiauit, vt Virg. 3. Aen. Fumat, pro Fumauit, erit troch. tetr. catal. Sin Vitiauit legas, & primo loco creticum pro dactylo constituas, erit iamb. tetr. catal. Doct. & præcedentẽ, & hunc iamb. tetr. scripsit, sed non adiecto, catalectici an catal. sint. Decimustertius troch. est tetr. catal. In 14. si Au, totum elidas, erit troch. tetr. catal. vt proxime præcedens. Sin au, corripiatur, non elidatur, erit iamb. tetr. acat. sicut est sequẽs, nempe 15. Decimussextus senarius est iamb. Qui deinde sequuntur iambici sunt tetr. acat. Quorum in 2. vel s, eliditur in bonus, vel creticus est loco secundo. In 4. Quo corripitur, non eliditur. Doct. trochaicum iudicauit elisio Quo. Verum cum in hac scena alioqui mira sit mixtio, hoc quoq; facile admisẽdum, nec est insuetum Nisi cum indicatiuo. Post num, quidam lib. hũc. Domi, quod Don. supplex, nec carmen patitur. In 6. anapæstus est primo loco, trisyllabo Perij, deinde spondeus, o longo in obsecro, vt sequente scena, versu nono. Doct. tñ troch. catal. iudicauit. In pen. Potesse idẽ legit, & carmẽ sanè id postulat.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Hic ridiculo quodam, & periucundo errore spectatores oblectantur. Phædria enim credit Eunuchum queri, quem dono Thaidi dederat, & hunc iratus adoritur vt virginis stupratorem signis tandem, & argumenti comperit à Chærea fratre perpetratum scelus.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena facetus, & iocundus error est, quandoquidem Phædria credit esse Eunuchum ipsum, qui quæratur. Proinde sic indignatus cum aggreditur, vt secum iniuriam expostulet tum insignis, & argumentis comperit Chæream fratrem scelus perpetrasse.

Iambici Senarij. Præterea Trochaici Tetrametri Catalectici.

PHÆDRIA, DORVS, PYTHIAS, DORIAS.

XI foras sceleste: at etiam restitas?
Fugitiue prodi, male conciliate.
D. obsecro. PH. oh,
Illud vide, os vt sibi distorsit carnufex.
Quid huc reditio est? quid vestis mutatio est?
Quid narras? paullum si cessassem Pythia,
Domi non offendissem: ita iam ornabat fugam.
P. Habes ne hominem amabo? PH. quid ni? P. ò factum bene.
D. Istuc pol vero bene. P. vbi est? PH. rogitas? non vides?
P. Videam obsecro, quem? PH. hunc scilicet. P. quis hic est homo?
PH. Qui ad vos deductus hodie est. P. hũc oculis suis
Nostrarum nunquam quisquam vidit Phædria.
PH. Non vidit? P. an tu hunc credidisti esse, obsecro.
Ad nos deductum? PH. nanque alium habui neminem. P. au,
Ne comparandus hic quidem ad illum est. ille erat
Honesta facie, & liberali. PH. ita visus est
Dudum, quia varia veste exornatus fuit:
Nunc tibi videtur fœdus, quia illa non habet.
P. Tace obsecro: quasi vero paulum interfiet.
Ad nos deductus hodie est adolescentulus,
Quem tu vero videre velles Phædria.
Hic est vetus, vietus, veternosus, senex,
Colore mustellino. PH. hem, quæ hæc est fabula?
Eò redigis me, vt quid * egerim, egomet nesciam. * emerim
Eho tu, emin' ego te? D. emisti. P. iube mihi denuo
Respondeat. PH. * roga. P. venistin' hodie ad nos? * rogo.
negat.
At ille alter venit annos natus sedecim:
Quem secum adduxit Parmeno. PH. agendum, hoc mihi expedi.
Primum vnde habes istam, quam habes vestem? taces?
Monstrum hominis, non dicturus? D. venit Chærea.
PH. Frater ne? D. ita est. PH. quando? D. hodie. PH. quàm dudum? D. modo.
PH. Qui cum? D. eum Parmenone. PH. nores ne eum prius?
D. Non: nec, quis esset, vnquam audieram dicier.
PH. Vnde igitur, meũ fratrem esse, sciebas? D. Parmeno
Dicebat eũ esse: is dedit hanc mihi vestem. PH. occidi.
D. Meam ipse induit: post vna ambo abierunt foras.
P. Iam sati' credis sobriã esse me, & * nil mentitam tibi? * mentitam
Iam sati' certum est virginem vitiatam esse? PH. age nihil
nunc bellua,
Credis huic quod dicat? P. quid isti credam? res ipsa indicat.
PH. Concede istuc paululum, audin'? etiam paululum, sat est.
Dic dum hoc rursum, Chærean' tuam vestem detraxit tibi?
D. Factum. PH. & ea est indutus? D. factum. PH. & pro te huc deductu' est? D. ita.
PH. Iupiter magne, ò sceleſtum, atque audacem hominem. P. væ mihi,
Etiam nunc non credis indignis nos irrisas modis?
PH. Mirum ni tu credas quod iste dicat. quid agam, nescio.
Heus te negato rursum. possum ne ego hodie ex te exculpere
Verum? vidistin' fratrem Chæream? D. non. PH. non potest sine
Malo fateri, video. sequere me hac. modo ait, modo negat.
Ora me. D. obsecro te vero Phædria. PH. i intro. D. hoi, hei.
PH. Alio pacto honeste quo modo hinc nunc abeam, nescio.

Actum

Actum est si quidem. tu me hic etiam nebulo ludificabere?

P. Parmenonis tam scio esse hanc technam, quàm me viuere

D. Sic est. P. inueniam hodie, parem vbi pol referam gratiam.

Sed nunc quid faciendum censes Dorias? D. de istac rogas

* pdicit Virgine? P. ita: vtrum taceam ne, an * prædicem? D. pol, si sapis,

Quod scis nescis, neque de eunucho, neque de vitio virginis.

* exolues Hac re & omni turba * euolues te, & illi gratũ feceris.

Id modo dic, abisse Dorum. P. ita faciam? D. sed videon' Chremem?

Thais iam aderit. P. quid ita? D. quia, cum inde abeo, iam tum inceperat

Turba inter eos. P. aufer aurum hoc: ego scibo ex hoc quid siet.

DON.

XI foras sceleste:) Iocundus error, in quo non dubitet Phædria ipsum esse, q̃ præteritur, vel̃ in super sic aggreditur tanquam si ipse. [Sceleste:) quale est, sceleſtum appellari, qui nihil sciat. [Restitas?) Necessario restitat, qui miratur se protrahi. [Fugitiue) Et sceleſtum, & fugitiuũ increpat, in hunc crimen transferens Chæreæ. [Male conciliare) Opportune adolescens hic exprobrat munus magno emptum Male, magno significat, vt Plaut. in Amph. Hæc mox scita est exercendo scorto conducto male. Ergo male conciliate, magno empte significat. nam omnis conuentio, conciliatio nominatur. Conciliatum ergo, magno emptum. [Os vt sibi distorsit) Et hic memor adolescens insinuandi muneris, dicit illum sibi os distorsisse, qui natura sit pulcher. Os autem dicimus illi distorquere, quẽ natura pulchrum deturpamus. [Quid huc reditio est?) Eleganter ei reditio obijcitur, qui reuera loco se non mouerit. [Quid vestis mutatio?) Sic veteres. Plaut. in Trin. Quid tibi interpellatio, aut in consilium huc accessio est? Cæcilius ἀφπαζόμενος. Quis tibi aucupatio est argũ, aut de meo amore verbicatio est patri? [Quid vestis mutatio est?) Nã liberi vestem habeat, vtpote Chęreæ, ſerui vero atque Eunuchi deposuerat. [Paululũ si cessassem Pythia) Familiare est iratis auertere se ad aliam personam ab ea in quem commoueantur. [Ita iam ornabar fugam) Vt supra, Adornant vt lauent. [Habes ne hominem amabo?) Hæc omnia Pythias cerneos eunuchum, loquitur. id. n. erit iocundũ, vt quærat illum quem videt. [Quid ni?) Quid ni, quid nisi, hoc est cur non habeam? [Vbi est?) Dorionem contemplata, dicit, Vbi est? qa non ipsum, sed alterum nouit. [Rogitas? non vides?) Stomachatur vterque errans mirifice: illa, q̃ eunuchum credidit, Chæream videns. hic, q̃ eunucho obiecit quod commisit Chærea. [Huic. ſ.) Hic iam tangens eunuchum, dicit Phędria. [Hunc oculis suis Nostrarum nunquam quisquam vidit) ἀλληγορία est figura, pro nostrum, vel nostraſ̃. i. quæ familiæ nostræ sunt, vt paſ̃ sit non vidisse Thaidem, nisi addatur, ne familiarium quidem vllam esse, quæ hunc viderit. [Quisquam) Antiqua locutio est. [Non vidit?) Totidem ijsdemq̃. verbis repetit. Et interrogatio stuporẽ admirantis ostendit, & iam veluti consentientis. [Nanque alium habui neminem) Bene ad illud quod ait, An tu hunc, quasi ex multis. [Au, Ne comparandus hic quidem est) Hau, interiectio est conturbatæ fœminæ, nec constantis sibi. [Ille erat Honesta facie, & liberali) τῷ ἰδιοτισμῷ erat, quasi de mortuo, aut qui non est. ſ. Thaidi, quia fugit. [Honesta facie, & liberali) Cõmode descriptus est Chærea. [Nunc tibi vĩ fœdus) Facete, fœdus vĩ. non. n. est. [Tace obsecro) Apte dictum est tace, fœmineo stomacho, quasi impudenter assistenti formæ improbæ, & argumenta inaniter pertinaciterq̃. inuocanti. [Tace obsecro) De cõsuetudine dictũ est tace, & bene additur obsecro, ne tace ipsum, videatur iniuria. [Quem te vero videra velles Phædria) Commota aduersus Phædriam, cogitur eum laudare, cui irata est. & ideo totum callide. [Quem tu vero videre) Facere, quasi nec hunc, nec ipsum, qui misit, conspectum velit. [Quem tu) Quem talem, & breuiter forma eius laudata est, cum prolixius illius sit describenda deformitas. [Quem tu vero, videre) Vero, pulchre. Pulchre. n. est cuius forma, nec odium, nec conuitium commeruit. Lucilius in Sat. * ex facie florem delegeris. [Quem tu videre) Quare tu? an quia iste iam non velit videre, iratus. ſ. ob vitiatam virginem? An tu, quasi spectante elegans formarum, & qui amator sis Thaidis? [Hic est vetus, vietus, veternosus, senex) Sic hoc totum pronunciandum, quasi iraſcatur huic. propter quem laudauerit Chæream. [Vietus) Mollis, flaccidusque, & flexibilis corpore. vnde, & vimina, & viminea, & vites, & vietores dicuntur & viere, religare dicitur, quia vietis virgis magis religare possumus quidlibet. Lucretius araneæ dixit vietam vestem. i. puri mollitia præditam. [Vetus) Ad vituperationem modo non ad laudem ponitur, vt veteris poëtæ maledictis respondeat. Vetus est, cuius diminutiuum est vetulus. [Veternosus) Morbo vetere confectus. i. veterno, quales sunt q̃ hydropem patiuntur. Et recte. Nam sæpe Eunuchi in senecta veternosi fiunt, & cito hoc laborant morbo. [Senex) Et morbo ægritudineq̃. rugosus. [Senex) Vtrum senex? an quia ita vĩ ob deformitatem? [Colore mustellino) Errauit Terent. non intelligens Menandricum illud, οὗτος δὲ γαλεώτης γέρων. ait autem, Stellionem, animal quod lacertæ non dissimile est, maculoso corio. nanque ad id genus coloris facies exprimitur eunuchorum corporis, quia plerique lentiginosi sunt. Hinc ergo errauit ideo, quia γαλῆ, Mustela dĩ γαλεώτης, Stellio, ὡς παρ' ἀριστοφάνει νεφέλαις, ἐστὶν γαλεώτη παπιχασάντι σαπρόστους. Ego Adesionem sequor, qui recte intellexit, Terentium scientem, mustelino colore eunuchum dixisse coloratum velut subliuido, quia vere eunuchi, aut ex candidissimis lentiginosi fiunt, vt ex Gallis, & huiusmodi occidentalibus, aut ex fuscis, subliuidi, vt ex Armenijs, & alijs orientalibus. [Vt quid egerim egomet nesciam) Pro nõ meminerim, vel non agnoscam. [Eho tu, emin' ego te?) Miro stomacho quod ipse fecit, id ex alio conatur audire, quatenus hæc audiat, an hoc fecerit. * dubitatiue. [Mihi denuo Rũdeat) Hoc est quod in Rhetoricis Cic. ait, Contra firmam argumentationem, aliam æque firmam, aut firmiorem opponimus. hæc est autem æque firma. Denuo autem, ad Respondeat, pertinet: non ad Iube. [Denuo Respondeat) Iube vero, mihi denuo respondeat, intelligendum est. [Roga) Mire vtriusque fiducia confertur, & apud vtrunque est veritas, cum vterque falla tur. [At ille alter venit) Bene instat, quasi ex parte iam obtinuerit Pythias. [Agendum, hoc mihi expedi) Hæc Plautina sunt, cũ in ijsdem longa sit disputatio, sed mire à Terentio proferuntur ad eius exemplum, & quod est plus, carent Plautinis nugis. [Agedum) Dum παρέλκον est, & adiuuat ex animo loquentem. [Taces?) Et recte tacet, quia meruit Chæream. [Monstrum hominis) Bene Eunucho dictum est monstrum hominis, hoc est, nec mas, nec fœmina existens. Sic & supra, senẽ, mulierem dixit. [Modo) Nota modo aperte pro præterito tempore dictum esse .i. iandudum nam qui vitiauerat virginem, non modo, sed lõge ante vestem mutauit cum eunucho Phædriæ. [Quicum?) Præpositio cum his dictionibus supponitur, quicum nobiscum, vobiscũ. Ceteris vero, ita vt ipsum nomen præscribit, præponitur: vt, cum amicis, cum exercitu, cum aduocatis. [Vnde igitur, meũ fratrem esse, sciebas?) Vtpote nouitius, & eum qui ex Peiræo raro discesserit, & longo interuallo εἰς τὸ ἄστυ venerit. Et hæ sunt obliquæ interrogationes, quibus vti oratores videmus, cum deriuare testimonium nituntur. Et ideo sic ait Phædria, vt frustretur omnia quæ confessus est Dorus. vult. n. fratri esse consultũ. [Parmeno Dicebat eum esse:) Prope infirmatum testimonium est. quod. n. sic ait, Parmeno dicebat cum esse, falsum esse potest. Et mire sic ait: vt, Sola mihi talis casus Cassandra canebat. Sic autem dicimus, quando non semel quod factum fuerit, sed sæpius demonstramus. [Iam sati' credis sobriam esse me) Quia supra dixit, Temulenta es, & quasi grauem iniuriam hoc dicto passa sit, memoriter dictum retulit: vt, En ego victa sinu. &, Pulsus ego. [Iam sati' certum est virginem vitiatam esse?) Ordine ait, cum primum de se, tum de aduersario loquitur. [Credis huic quod dicat?) A personæ qualitate derogat fidem. nam q̃d credendum est seruo eunucho fugitiuo? [Quid isti credam? res ipsa indicat) Hic à persona, quæ conuinciebatur, oratorie ad factum se retulit. [Concede istuc paululum) Ad se versum dicit istuc, vt longe sit à Pythia. Eunucho enim dicit Phædria. [O sceleſtum, atque audacem hominem) Chæream. ſ. vel Parmenonem, sed sic pronunciandum est, vt putet ancilla de Eunucho dici, hoc ipso, q̃ præsto est. ideo illa infert, Væ mihi, indignis nos esse irrisas modis? [Væ mihi) Hoc totum, Væ mihi, quidam à Pythia, vsque ad irrisas modis? dici existimant. [Mirum ni tu credas

credas quod iſte dicat.) verum an ſerua quod ſeruus? an ſtulta quod ſtultus? fœmina quod eunuchus?[Mirum ni tu)Clare dicit. quidam preſſius putant. [Heus tu negato rurſum) Rurſum non ad negationem pertinet, ſed ad interrogationem:vt ſit,rurſus interrogatur.[Rurſus.)Retro.i.econtrario, ac per hoc contrarium ſuperioribus dicito. [Non poteſt ſine malo fateri, video.)Ampliatio,& dilatio quæſtionis argumento eſt nihil conſtitiſſe. Adde,q̃ pœnam minatur, non tanquam iam in certo, ſed falſo teſti. Deinde ipſum Fateri conſideremus quale ſit. Nõ eſt teſtis fateri,ſed rei. Hic igitur vt in illum culpam transferat, vniuerſam,fateri dixit,non indicare: vt ipſe reus,non alieni facti teſtis eſſe dicatur.[Non põt ſine Malo) quaſi nec hæc fuerit, nec hæc illa confeſſio,in quibus nulla veritas ſit. [Sequere hac) Quaſi ad tormenta. [Modo ait, modo negat) teſtis aut ab aduerſario conuincitur falſitatis, aut à ſeipſo, ſi variauerit dicta. Ergo priora, quia non potuere conuinci, ab inconſtantia teſtis præſidium defenſionis inquiſitum eſt. [Ora me) hoc lentius,vt ſis cauſa non ſæuiendi. [Obſecro te vero Phædria) Bene vero. nam quia ille dixerat,vt ſimularet preces, hic annixus vero addidit,oſtendens ſerio ſe rogare,& ex animo,nõ vt ille iubebat, dolo.[Intro)Terribiliter,dũmodo eum ſummoueat. [Intro)vtrũ intro,domum ad Phædriam? an ad Thaidem? ſed, non oportet ad Thaidem intelligi, ne celandarum rei̯ index teneatur. [Hoi, hei) Bene hoi, hei σχετλιασμὸν ruſticum poſuit, vtpote,& ſerui,& eſt deploratio ab eis ſic dicta.[Actum eſt ſi quidem)hoc rurſus clare, & ſic dicit tanquam adhuc iratus Eunuchio ſuo.
[Alio pacto honeſte) Contra officium fuit mentiri docuiſſe ſeruum,& aſſuiſſe mendacio liberalem aduleſcentulum. Sed vide quemadmodum defundatur,dum ſe mentiri coactum dicit, dũ conſulit honeſtari.Hanc aũt cauſam longæ ſermocinationis,ad hoc induxit artifex Poëta,vt apud oes iam certum ſit a Chærea vitiatam virginem,ne vllo errore impediantur vlterius nuptiq̃, vel finis fabulæ differatur.[Alio pacto honeſto) nullo alio.ſ.ni ſi per hanc fallaciã. [Quãm me viuere) Deeſt magis,vt ſit,magis ſcio, q̃ me viuere. [Inueniam hodie pol.) hæc eſt προοικονομία ad futuri̯ exitum fabulæ,nam dum ſe vlciſcitur Pythias, ſit indiciũ patri Chæreæ, & confirmantur nuptiæ. [Vtrum taceam ne an prædicem?) Tertium περίλυσις, abundat enim aut vtrum,aut ne,aut certe hoc ſit,vt ſit figura τμῆσις.[Tu pol ſi ſapis,quod ſcis neſcis) Non poſſumus neſcire,quod ſcimus. ſed ita,vt Concordia diſcors. & Virg. Sequiturq̃. ſequentem. [De Eunucho) qd fuerit. [Tu pol ſi ſapis,quod ſcis) videamus,cur nolit poëta de vitio virginis continuo ſcire Thaidem, vtrum, ne improuiſo malo vehementius commoueatur, ac doleat, an vt ex eiuſdem virginis habitu, vultuq̃. iſta cognoſcat, quod eſt actuoſius: an quod proximum vero eſt, vt illam & Thais & frater ignorantes vitiarum animoſius aduerſus militem defendat repetitum ea vehementem cum tanta ſtrepitu ac minis. Nam quo ore præterea diceret Thais Chremeti de ſororis pudore ſolicito, Educta eſt ita vti teq̃ illaq̃. dignum eſt,ſi ſciret eam virginem non eſſe.[De Eunucho)q̃ Chærea ſit,non Eunuchus.[Quod ſcis ne ſcis)vnde in Heautont.Neſcias quod ſcis,ſi ſapis.[Et hoc eſt qđ παιζόμενον dicitur.[Quod ſcis neſcis)Prouerbiale eſt. & multum apud dialecticos tractatum, vt, facio, & non facio, & amicus ſum, & non ſum, & audio, & non audio, & cetera huiuſmodi. [De vitio virginis) q̃ iam mulier facta ſit. [Hac re, & te omni turba euolues)Cauſa quæſita cũr ante iurgium cũ milite Thais neſciat vitiatam virginem. [Et illi gratum feceris) Cui,niſi virginis? cuius crimen,vt ſupra ſilentio texeris, preſertim tacentis iniuriam ſuam,& ſic dolentis amiſſam virginitatem, vt nec cõfeſſionem ſuæ calamitatis ſubire poſſit. [Id modo dic) Id pro hoc,ſubiunctiuum pro præpoſitiuo.[Thais iam aderit) Bene dixit,aderit,huic enim aderit Thais.[Quia cum inde ab eo)aliam cauſam ex alia ſuppoſuit: quaſi diceret, video cauſam.

OVID. EXI foras,&c.) Hic videri poteſt iucundus Phædriæ error, qui non dubitet ipſum eſſe,qui quæritur, eumq̃. ſic aggreditur, ac eſſet ipſe. P. Phædria exturbans ac trahens Eunuchum foras,inquit: ſceleſte .i. improbo,ſcelerate. Exi foras .i. relinque domum meam.Et miſellus Eunuchus ſe trahi admirãs reſiſtebat trahenti,cui ſic ait Phædria: at etiam.i.& etiam cum ſcelere tuo es mihi repugnans,neque exire vis: ò fugitiue reſiſtas.i.reſiſtis, remanes,neque vis prodire foras:nam reſtito as à reſiſto frequẽtatiuum eſt, quod reſiſto recta formatione facere debet reſtitutum,cum præteritum,& ſupinum mutuetur à ſto,cuius compoſita faciunt ſæpe ſupinum in itum,vt præſto præſtitum, Reſiſto autem interdum ſignificat repugnare, reluctare.interdum ſignificat remanere,ſiue ſigere gradum, neque progredi, vt ſuperius viſum eſt. Poſſet etiam forſitan reſtito as à reſto as deduci. Sed reſtum aũt vocauit,& fugitiuum, quod vitium .ſ. eſſe fugitiũ, erat in ſeruo grauiſſimum,quod ſummo plectebatur ſupplicio. O male conciliate.i.ò tu empte magno precio.ſ.nam male pro magno precio hic capitur. Donat.teſte.conciliare aũt ſignificat hic empte vel comparare. nam interdum conciliare ſignificat comparare quod.ſ.comparare interdum ſignificat emere. Præterea omnis conuentio conciliatio nominatur. ergo ò male conciliate.i.ò nimis caro precio empte,cum ſis nihili,& nullius frugis,ꝑdi.i exi foras. D. Eunuchus obſecro.i.per ſacra rogo. noli ſup.ita me innocentẽ trahere. P H. Eho,interiectio mouens attentionem Pythiæ. vide illud.ſ.vr.i.qualiter carnifex ille tortor, qui me iſtis curis, & moleſtis excarnificatur diſtorſit ſibis os.i.os ſuum deturpauit torquendo os. reditio .i. reditus, ſiue reuerſio huc.i.in domũ meam quid eſt.i.quid ſibi vult, q.d. ad quod propoſitum ex Thaidis domo huc redijſti. Mutatio veſtis quid eſt.i.quid ſibi vult,quid ſignat,quid narras.i.quid dicis.Nũc vertit ſe ad perſonam Pythiæ. ò Pythia ſi ceſſaſſem .i. ſi tardaſſem,ſeu moratus eſſem paululum.i.aliquandiu non offendiſſem.i.non inueniſſe eum.ſ.domi, ita.i. hoc modo,vt videri poteſt,quia.ſ.veſtem ſuam depoſuit,& liberi veſtem ſumpſit: vel ita.i.adeo, iã adhornarat.i.apparauerat, fugam .i. diſceſſum celerem. P. Pythia cernens eunuchum hæc omnia dicit.id autẽ erat iucundum,vt quærat illum,quem videt. amabo, particula blandientis eſt,quaſi rogo te per amorem, habens ne.i.vtrũ habes homipem, quem quæro .ſ. Eunuchum, qui male tractauit puellam. P H. quid ni.i.quare non habeam,q.d.non vides. P. ò,exclamantis eſt,q.d.q̃ bene factum eſt,ſi tu.ſ.eum habeas. D. vero .i. ſed, pol.i.pollucem iſtud benefactum eſt inquam ſi habeas eum. P. vbi eſt? P H. rogitas? non vides? aſpiciebat .n. Dorum eunuchum, ſed ſciebat non eſſe eum quem quærebat. P. obſecro.i.quæſo,queam videam.i.videre poſſim a me præcipue quæſitum. P H. tangens eum Phædria,inquit,ſcilicet.i.certe. videas hunc quem teneo. P. obſecro .i. quæſo quis eſt hic homo, quem tangis, & dicis eſſe eum, quem quærimus. P H. eſt is ſup.qui deductus eſt hodie ad vos. P. Nunquam quiſquã pro quæquam antique, nam quiſquam in vtroque genere dicebatur quiſquam noſtrum.i.noſtrarum, hoc eſt noſtræ familiæ, ſeu noſtratum familiarum,vidit oculis ſuis (pleonaſmos) hũc, quem oſtendis Phædria. P H. non vidit. admirando,indignando, & inquit. P. obſecro,quaſi periſacra rogo, vt dicitur per tuam fidem, an credidiſti hunc eſſe deductum ad nos. P H. credidi ſup.nam.i.quippe qui neminem alium habui ad vos deducendum. P. Au,interiectio conturbatæ fœminæ,nec conſtantis ſibi. ne quidem .i. non etiam hic eſt comparandus ad illum .ſ.Chæream eunuchi ſimulatorem,ille Chærea.ſ.erat facie honeſta,& liberali.i.habebat facturam, formam ſeu figuram,& ꝑcipue oris honeſtam,& liberalem,hoc eſt pulchram,& benignã. P H. Illi̯ eunuchus viſus eſt tibi ſupp.dudum.i.paulo ante,ita.i. talis .ſ. honeſta facie,& liberali,quia fuit exornatus varia veſte, nunc videtur tibi fœdus.i.deformis,turpis,eo .i. ea re ſiue ideo, quia non habet illam veſtem,quam prius habebat. P. obſecro tace, hoc fœmineo ſtomacho dictum eſt, & ne iniuria videatur additum eſt obſecro,q.d.noli obſecro cõtendere illum eſſe, quem quæro,quia nulla ratione mihi potueris perſuadere quali vero per ironiam dictũ eſt,vt ſæpe ſolet,quæ duæ particulæ hoc videntur ſignificare, videlicet, quaſi dicatur q̃ paulum interfiet .i.quòd parua ſit differentia,cum tamen ſit latiſſima. adoleſcentulus deductus eſt hodie ad nos vero.i.ſed talis, ſupple quem tu Phæd. velles videre,adeo facie eſt honeſta,& liberali, hic.ſ Dorus,eſt vietus .i. mollis,flaccidus,& flexilis corpore. Item, ait Feſt. languidus ſine vi, & naturalibus viribus priuatus. Nam viere ſignificat vincere, ſeu ligare, inde vimina quibus aliquid vietur.i.ligatur vetus hic ad vituperationem ponitur,non ad laudem.i.vt prius dictum eſt carioſus,aut rãcidus.A vetus diminutiuum fit vetulus. Veternoſum.i.morbo vetere cõfectus.i.veterno,quales qui hydropem potiuntur, & recte, nam ſæpe eunuchi in ſenecta veternoſi fiunt .i. hydropici, ſenex .i. rugoſus ex morbo,& ægritudine, eſt inquam colore muſtellino.i.habet colorem muſtellino colore ſimilem .i. ſubliuidum,muſtella autẽ dicitur longum nus Don.vult in Menandri fabula,vnde hæc tracta eſt,eſſe ſtelione animal videlicet,quod lacernæ non diſſimile eſt maculoſo corto, nanque id genus coloris facies exprimitur eunuchorum,quia plerique lentiginoſi ſunt .i. maculoſi, nam lentigonis,faciei eſt macula. P H. hem,indignantis,quæ.i. qualis,vel cuiuſmodi hæc fabula eſt, quaſi hoc figmentum, ſiue hæ nugæ,& ioculare aliquid redigis .i. reducis me, eo .i. in eum

erro

errorem, vt egomet neſciam .i. non meminerim, ſiue non agnoſcam quid emerim, eho tu eunuche, eho eſt interiectio attentionem mouens, & rñſionem, ego emin'. i. emi ne te eunuchum? D. emiſti me. P. Iube vt ſup. rñdeat, denuo .i. ſecundo, quia rñdit tibi iube, vt iterum reſpondet mihi. P H. Roga .i. interroga eum. P. Veniſtin'. i. veniſti ne hodie ad nos? negat, h.d. Pythias de eunucho, quem interrogauit. At ille alter venit ad nos natus ſedecim annos .i. ſedecimum annum agens, quem Parm. adduxit ſecum. P H. Agedum, hortantis eſt, primum .i. in primis, expedi .i. explica mihi hoc, vnde habes iſtam veſtem, quem habes, taces .i. non rñdes, ò monſtrum hominis .i. deformis hominis, & prætergrediens natura hominis modum, cum non ſis nec mas: nec fœmina, non dicturus es .i. non es reſponſurus. D. Chærea venit. P H. Ne .i. vtrum frater meus venerit .ſ. D. Ita. P. Quando. D. Hodie. P H. Quàm dudum .i. quanto ante venit .ſ. Dorus. Modo .i. paulo ante Phæd. qui cum .i. cum quo, vt nobiſcum .i. cum nobis. D. Cum Par. P H. Ne .i. vtrum, noras .i. cognoueras, prius eum fratrem cum ſis nouitius. D. Nõ noram nec vnquam audiueram dicier .i. dici, quis eſſet Chær. frater. P H. Igitur vnde ſciebas eum eſſe fratrem meum. Has aut interrogationes obliquas intermiſcet, vt fruſtretur omnia, quæ confeſſus eſt Dorus, vult .n. fratri eſſe conſultum. D. Parm. dicebat eum eſſe Chær. fratrem tuum, is dedit mihi hanc veſtem. P H. Occidi .i. perij. D. Ipſe Chęr. induit meã veſtem, poſt .i. de inde, vel poſtea, ambo .ſ. Chær. & Parm. abierunt .i diſceſſerunt, vna .i. ſimul foras. P. Ne .i. vtrum credis iam ſatis me eſſe ſobriã .i. non temulentam, vt prius dixeras, & credis inquam me nihil mentitam eſſe .i. falſo affirmaſſe tibi, iam ſatis eſt certum .i. explo ratum virginem eſſe vitiatam .i. ſtupratam. P H. Age, hortantis eſt aduerbiũ, ò bellua .i. ſtolida mulier, & non ſatis conſiderata. credis nunc huic .ſ. eunucho ſeruo, & fugitiuo. id ſup. quod dicat. P. Quid .i. cur, vel quam rem credam iſti eunucho: vel, vt alij hñt. quidni .i. cur non credam iſti, res ipſa .i. ipſe effectus, indicat .i. declarat ſatis ſine aſſeueratione, & teſtimonio. P H. Cõcede .i. confer te eunuchum, paululum .i. aliquandiu iſtuc .i. ad me verſum etiam audin'. i. audis ne hunc paululum aliquid qđ dicturus ſum, & dixit audin' q̃ præ timore alter .ſ. eunuchus re fugiebat ꝓpinquare Ph. & cũ acceſſit, ſubiunxit Phæd. ſat eſt .i. ſufficit, quaſi dicit ſatis prope es, & incipit interrogare voce ſub miſſa, tu rurſum .i. denuo, dic .i. ſponde hoc videlicet Chær. detraxit .i. abſtulit tibi tuã veſtem Dorus eunuchus, factũ eſt ſupp. ab eo Chær. P H. Et indutus eſt .ſ. Chær. eam veſtem, nam ſecũdus actus remanet in paſſiuo cum verbis vehementis tranſitionis. Dorus factum eſt ſup. illud ad eo Phæd. & deductus eſt huc ad Thaid. ſiue ad Thaid. domum, quam oſtẽdebat, pro te .i. loco tui. D. Ita deductus eſt .ſ. pro me. P H. O magne Iupiter, ò hominem ſceleſtum, atque audacem .i. temerarium, & importunũ, & petulantem, & hanc exclamationem facit de Chærea, ſed hic pronunciat, vt putet ancilla de eunucho dici. P. Veh mihi miſeræ .i. ego ſum bene infelix, & miſera, & quaſi maledicta, cum omnia accidant mihi ita aduerſa, etiam non credis nos eſſe irriſas .i. illuſas modis indignis .i. inhoneſtis, & turpibus rationibus. P H. Mirum eſt ſup. ni tu credas illud ſup. quod iſte eunuchus dicat, & iſte per contemptum dixit. Deinde ſubmiſſa voce dicit, neſcio quid agam .i. agere debeam, vt fratris honorẽ tueatur heus tu, aduerbium excitantis eum ad negandum rurſum .i. ecõtrario negato quod prius dixiſti, admonito eunucho qđ debeat rñdere ſublata voce, vt audiat ancilla, interrogat, ne .i. vtrum poſſum exculpere .i. extorquere, teſte Marcello, vel ꝓ .i. veritatẽ, vidiſtin'. i. vtrum vidiſti. Chæream fratrem, Dorus non vidi .ſ. P H. Video .i. facile perſpicio, q̃ ſup. hic eunuchus non poteſt fateri, quod .ſ. verum eſt ſine malo, q. d. ſine ſupplicio, & tormẽtis, tu Dore ſequere me hac .i. per hanc viam, ad tormenta .ſ. ſubeunda, & hæc omnia ſimulantur ad excuſationem inueniendã Chęreæ. modo .i. aliquãdo ait .i. fatetur modo .i. aliquando, negat .i. defitetur, ora me .i. finge q̃ tu ores me, ne te afficiam ſupplicio. D. O Phædria obſecro te, vero .i. certe, & quaſi ex animo. oſtẽdit .n. eunuchus ſe auxilium rogare ex animo, non vt illi videbatur dolo. P H. intro .i. ingredere in domum ad tormenta ſubeunda. D. Hoi hei, interiectiones dolentis, & deplorationem facientis. P H. neſcio quo modo abeam .i. diſcedam, hic .i. ex hoc loco, honeſte .i. cum meo honore alio pacto .i. alia ratione quàm per hanc fallaciam Actum eſt .i. factum eſt diciturq̃. ſemper de malo, cui vix medela adhiberi poteſt Cic. in epiſt. Actũ eſt de te, niſi prouideas, ſiquidem .i. quia ẽt, tu nebulo .i. furilis, inutilis, nullius frugis bonæ, nihili, leuis ac vanus vt nebula, ludificabere .i. illudes, irridebis me hic. P. Scio tam .i. tantũ hanc technam .i. hanc artem, hanc cautelam, hanc fallaciam eſſe Parmeno ni .i. prodiſſe a Parmenone, quàm .i. quantum, ſcio me viuere .i. quod ego viuo. techna Græce, an dicitur Latine. inde technides .i. artifex, inde calotechnus .i. bonus artifex, & cacotechnus .i. malus artifex. D. Ancilla. Sic eſt vt tu dicis Pythias. P. Pol .i. per pollucem: inueniam hodie eum alicubi, vbi referam ei Parmenoni parem gratiam .i. rependam ei vices, in malum enim ſæpe dicitur referre gratiam .i. quod vulgo dicitur reddere placitum. Sed nunc ò Doris quid cenſes faciendum. D. Rogar .i. interrogas me de iſtac virgine, quæ ita fuit ſtuprata. P. Ita .i. rogo de iſta vergine, vtrum ne, altera particula abundat: taceam .i. celem, an prædicem .i. aperte dicam, & detegam facinus. D. Pol, ſi ſapis .i. ſi es ſapiens, neſcis .i. ignoras, quantũ ad detegendum illud ſup. quod ſcias apud te, referuntur .n. hæc verba ad diuerſa, alioquin non caperent fidem, videlicet neſcis de Eunucho, neque de vitio .i. de ſtupro virginis, quòd iam ſit facta mulier. Hac re .i. tua taciturnitate, & ceſſatione euolues .i. exolues, explicabis expedies, extricabis te, ab omni turba .i. ab omni turbatione, & iurgio, & gratum feceris .i. gratum facies, coniunctiuum pro indicatiuo illis .ſ. virgini cum ſilentio texeris amiſſam virginitatem, quæ reparari non poteſt. Nam, vt inquit Ouid. Læſa pudicitia deperit illa ſemel .i. irreuocabiliter. Modo .i. tantum modo, dic id .ſ. Dorum abeſſe .i. fugiſſe, ſeu diſceſſiſſe. P. Faciam ita, vt mones .ſ. aut ſuades. D. Sed videon' .i. vtrum video Chremem. declinatur enim Chremes Chremis vel Chremetis, & ita deinceps. Thais iam .i. ſtatim, aderit .i. aduenit vel præſens erit. P. Quid .i. cur ita aderit .ſ. Thais, quia .ſ. Chr. video. D. Quia cum ab eo inde .i. ex domo militis, iam tum .i. tunc, turba .i. rixa, turbatio iurgium inceperas inter eos .i. militem, & Thaidem. P. Tu Dorias auſer hoc aurum, & ego ſcibo pro ſciam ex hoc .ſ. Chreme. quid ſciet .i. quid ſit de turba incepta, & quomodo res ſeſe habeant.

ARGVMENTVM) Hic proditur dolus Chæreæ per eunuchum, pro quo deductus fuerat, anxio & conſternato Phædria, ne id grauiter ferat Thais. [Exi foras) Increpatio in Dorum quem virginem vitiaſſe putat Phædria. [Paululum ſi ceſſaſſem) Familiariter auertit ſe ad Pythiam vt ſolent irati. [Noſtrum nunquam) Facetus error de Eunucho. [Quia varia veſte) .i. Gedeylt. [Colore muſtelino) Flauo, bleychgeel, ad ſimilitudinem, muſtelæ. [Monſtrum hominis) Increpatio. [Occidi) Hoc ſecum Phædriæ metuens Thaidem. [Concede iſtuc) Hoc ſummiſſe ad Dorum. [Negato rurſum) Et hoc ſummiſſe. [Sequere hac) Quaſi ad tormenta. [Alio pacto) Indicat ſpectatori quid egerit. [Inueniam hodie) Oeconomia ad futuram ludificationem Parmenonis. [Sed nunc) Conſultatio. [Quod ſcis neſcis) Prouerbiale, quo ſumma taciturnitas ſignificatur. [Sed video ne Chremem?) Præparatio ad ſequentem ſcenam. LATO.

EXI foras ſceleſte, &c.) Amantis diligentiam, vt aliquid amico gratificetur, & inſeruiat, nec non vehementiam in multã irrogandam rei amatæ gratia, atque mulierc ularum commenta, & cautionem, ne in caput proprium delicta recidant, hęc ſcena exprimit. Quiſque enim natura duce niſi inſaniat, pro temporis ratione ſibi cauet, eſt nanque incaſſum illa prudentia, quæ rebus ſuis proſpicere neſcit. [At etiã reſtitas fugitiue, &c.) Vlp. lib. xxj Digeſtorum de Aedilitio edicto, ſic ait: Dicunt Aediles, qui mancipia vendunt, certiores faciunt emptores, quid morbi vitijq̃. ſit, qui fugitiuus erro ue fit. Et Cic. lib. 3. Off. ſic ait: Qui ſcire debuit de ſanitate, de fuga, de furtis, præſtat edicto ædilium. [Hic eſt vetus, vietus, &c.) Vietus, inquit, Sex. Pompeius dicitur languidus ſine vi, & naturalibus priuatus viribus. Cic. in Cat. maiore: Sed neceſſe fuit, eſſe aliquid quaſi vietum, & caducum. [Veternoſus) Veternoſus dicitur is, qui morbo, & incommodo ſenectutis laborat. Vnde Virg. in Georg. Nec tor pere graui paſſus ſua regna veterno. Veternoſus, etiam auctore Pomp. dicitur is, qui graui premitur ſomno. Cato, inquit, veter noſum, hydropicum intelligere voluit, cum dicit: Veternoſus quam plurimum bibit, tam maxime ſitit. [Tam ſcito hanc eſſe technam) .i. artem, & fraudem. Techna Græce, Latine dicitur vas, & machinamentum, & technicus, dicitur artificioſius, & techniteuo, eſt aliquid artificioſe molior. PETR. MARS.

HAC in ſcena vnde 60. ſunt verſus, quorum 35. ſunt ſenarij iambici, ſequentes deinde 24. troch. tetr. catal. In 5. ſenariorum legendum paulum diſſyl. In 6. ſi Adornabat legatur, vt Don. lectio habet, Iam aduerb. omittendum eſt. Dein ſequentis verſus prima ſyllaba ha à ſuperiore verſu eliditur, niſi qs malit pæana ſecundũ loco primo. In 9. Hic ꝓnomẽ corripitur, vt 6. Aen. Hic vir hic eſt. In 13. proceleuſmaticus eſt loco quarto, q' ali' habu. GLAR.

Niſi

Nisi quis alium ponat ante Nanque. In 17. mire torserunt se quidam Doct. ait troch. esset, tetr. catal. At ego puto Eo tollendum de carmine, & vel s, elidendum in Fœtus, vel creticus est loco quarto, eritque senarius vt alij. Neque vero illud Quia sem per exposcit ante se Eo, vt in proximo ante hunc versum, Ita visus est Dudum, quia varia veste exornatus fuit. Ita hic, Nunc tibi videtur fœdus, quia illam non habet. Et Gnato superius, Age modo, nunc tibi patent fores hæ, quia istam ducis. Aliquãdo tamen habet, vt Thraso Eo ne es ferox, quia habes imperiũ in beluas. In 23. vel eo monosyl. vel pæan secundus loco primo. & Emerim legit Don. non, Egerim, quod alij item notarũt 25. iambicum septem pedum adscripsit Doct. quale haud dubie nullum apud hunc auctorem inuenitur. Sed ego illud hodie expungendum existimo, quod ab sciolo aliquo adiectum opinor collatione duorum locorum. Nam paulo ante dixerat Pythias, Ad nos deductus hodie est adolescentulus. & paulo post, ipse Dorus Phædriæ interroganti qñ Chærea venisset, ait, hodie. Verum in priore loco Pythias libere loquitur, in posteriore Phædria omnia exacte interrogat vt Dominus, quod hoc in loco Pythiæ vt seruæ, non licuit. Nam neque Dorum poëta facit ipsi rñdere, & quanquam data interroganti potestate, tamen cum dixisset Venisti ad nos? continuo subiungit, Negat. Quid breuius à poëta dici potuit? Ideoq. & hic versus senarius erit vt ceteri, & Venisti, non Venistin' legendum, ad hunc modum.

Respondet. PH. roga. P. venisti ad nos? negat.

In 26. l, de Ille abijcitur. nisi quis, quod malim, bacchium loco primo positum contendas. In 27. Mihi monos. totum eliditur. In 28. pucat Ioan. m, non elidi in Quam, vt secundo loco eius versus sit dactylus. In 30. vel a, in Ita longatur contra consuetudinem, vel, quod malim, o in Quando non eliditur 32. Non nec quis esset, vnquam audieram dicier, quidam lib. non habẽt, & nominatim Ald. negationem tamen Non. sequenti versui pponunt, ac septenarium faciunt. quod ego non probo, quanquã sunt alia effugia, vt Meum monosyl. totum elidatur, & Scibas, pro, Sciebas legatur, vt esse sci, sit creticus. Verum lectoris esto iudicium. In 34. verbum Vestem omitti non debet, vt quidam omiserunt. In 15. vel Meam monosyll. totum eliditur, vel Inquit dissyll. est, vt voluit Doct. vel creticus est loco secũdo. quod ego puto. [Iam satis credis me esse sobriam) Qui nunc ad finem vsque scenæ num. 24. sequuntur, versus troch. sunt tetr. catal. vt diximus. In quorum primis, duobus s, eliditur in Satis, vt primo statim loco sit dactylus, non trochæus. quidam vero legunt Iam ne satis. atque ita faciunt iamb. tetr. acat. vtrunque. Verbũ cum alij sint omnes troch. hos etiam trochaicos existimamus. Habuit hoc poëta pro voluptate, opinor, vt ambiguos versus faceret quoties geminaret Satis, vt in And. Act. 5. Scen. 1. statim ab inito videre liquet. Verum ipsi ijdem nobis illic trochaici sunt dicti. In 3. versu d, eliditur in Quid. In 4. priore duntaxat loco paululum trissyll. legendum est, posteriore paulum dissyll. nisi creticum ponas loco tertio. In 5. Tuam monosyll. est, aut creticus loco quarto. In 8. aut s, eliditur in Credis, aut creticus est loco tertio. In 9. d, in Quod, alioqui iamb. tetr. acat. erit, vt anno tauit Doct. Decimus elidit Heus à superiore versu legẽdumq;. Possum ne ego hodie. vt annotauit Doct. Quod si Heus à superiore versu non elidatur, erit iamb. tetr. acat. Doct. non recte adscripserat troch. cum secundo statim loco sit iambus, nisi Heus à superiore versu elidi admonuisset, quod non fecit. In 13. elide quod voles, modo nullum pedem trissyl. ponas. In 14. Ioan. ait o non elidi quinto in loco propter aspirationem. At Doct. elidit, sed desiderat syllabam forte. Nunc 17. versus ita legi debet vt pol sit quarta dictio. Doct. voluit Hodie primam esse productam, quia pro Hoc die dicatur quod ego minime credo, nec est vllus auctor qui primam eius produxerit. Quod si necessitas hic nos vrgeret, esset cur non repugnandum censerem. At nihil eiusmodi nos hic vrget, ideoq. temere hoc non admittam. In 18. ante vltimum verbum Rogas idem recte addit me. In 19. idem ait Tu superesse. Quod qua ratione dixerit, sanè non intelligo. Et versus ipse eo pacto in nullum carmen veniet. Ego potius puto Prædicam media longa legendum à tertia coniugatione subiunctiuum, non à prima prædicem, media correpta, atque id ita exposcere carmen, licet sensus alterum malit, & Tu necessarium esse ad carminis rationem, tantum abest, vt supersit. In xxj. (quod vetustus meus habet libet) & geminatur admodum decore, vt post duas voces Hac re, primum ponatur, deinde post verbum Euolues. porrò vel l, in Illi abijcitur, vt quinto loco sit anapæstus, vel quod malim bac chius, vt maneat l.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

A cœna militis, vino semigrauis egreditur Chremes adolescens in cuius persona Terentius exprimit egregie temulentorum consuetudinem, qui priorum memores, in præsentibus titubant.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Chremes vino semigrauis inducitur, exprimens egregie temulentorum conditionem, priorum memor, in præsentibus titubans, quemadmodum egregie compoti solent.

Iambici Octonarij Acatalectici.

CHREMES, PYTHIAS.

T at, data hercle verba mihi sunt: vicit vinum quod bibi.
At dum accubabam, quàm videbar mihi esse pulchre sobrius:
Postquam surrexi, neque pes, neque mens satis suum officium facit.

P. Chreme. C. quis est? ehem Pythia, vah quanto nunc formosior
Videre, quàm dudum? P. certe quidem tu pol multo alacrior.

C. Verbum hercle verum hoc est: SINE Cerere, & * Libero friget Venus. *Baccho

Sed Thais multo ante venit? P. an ne abijt iã à milite?

C. Iam dudũ, etatem. lites sunt ĩter eos factę maxumæ.

P. Nil dixit tum, vt sequere sese? C. nihil, nisi abiens mihi innuit.

P. Eho, non ne id sat erat? C. at nesciebam id dicere illam, nisi quia
Correxit miles, quod intellexi minus: nam me extrusit foras.
Sed eccam ipsam video: miror, vbi huic ego anteuorterim.

T at, data hercle verba mihi sunt:) Hic semigrauis inducitur vino Chremes prior& memor titubans in pſentibus, vt ferè adopti solent. [At at) Interiectio est paulatim percepti, atque intellecti mali. [Data verba) Fraus facta. [Data hercle verba) A milite, an â meretrice, cuius iampridem dolũ malum in omni re suspicatus est? an magis à vino, quasi captioso aliquo, data verba sunt? qa bibere, dulce est, ebriũ fieri, turpissimum. adeo his quæ sequuntur, quasi subtilem fraudem ebrietatis inducit Plaut. de vino, Pedes captat primo, luctator dolosus. Virg. de vua. Tentatura pedes olim, vincturaq. linguã. [At dum accubabam) hic verba data sunt. [Quàm videbar mihi esse pulchre sobrius) Nihil elegantius, non dixit videbar mihi tunc esse sobrius, sed, vt hoc ipsum iam erroris esset, ac vi nolentius accumulatio. Videbar, inquit, mihi nimium sobrius. [Pulchre) fortiter ac nimis. [Neq; pes) ad incessum. [Neq; mẽs) ad facta ac dicta. [Satis suũ officiũ facit) Bene, nõ. n. omnino nõ facit, nam hoc insani est, sed, non satis facit, quod est ebrietatis. [Quid est? ehẽ Pythia,) προσφώνησις & satis miro exẽplo mutatã credit, postq; ipse mutatus est. [Quanto nunc formosior Videre, q; dudũ) Hoc multũ Academicos iuuat, q. aiunt, pro vt habiti fuerimus affecti, ita nobis aliud atq; aliud videri, & ideo nihil certi comprehendi posse. [Certe tu quidem pol) Et certe, & pol, hæc dixit, vt appareret hanc vere loqui quæ sobria est, illum vero ex vino falli. Et honorifice, atq; vt sobria, nõ dixit temulentior, aut lasciuior, sed alacrior. [Verbum hercle hoc) verbum, puerbiũ, vt idẽ in Andr. Verbum illud verum est, vulgo quo dici solet. [Sine Cerere, & Libero friget Venus) Hoc si ad sententiam reuoces, non conueniet ebrio, si ad petulantiam quam * sic ante

DON.

te dictum est. Nam, & improbior factus est, & cum tropice locutus sit, tamen ordinem naturalem seruauit, nam primum cibus, deinde potes, postremò libido venerea. Friget autem, quia omnis eiusmodi voluptas in calore sanguinis constituta est, qui his rebus alitur. Et friget proprie, nò adhæret, translatum enim hoc prouerbium à picatione vasorum, quę frigida picem non tenēt, cum alia multa meliora sint ad vsum frigida, vt ferrum, argentum, aurum, & cetera huiusmodi, nam sic alibi, Vbi friget, huc euasit. Et vide tres metonymias, Cererem, Liberum, Venerem. [Sed Thais multo ante venit?) Interrogatiue pronunciandum hoc. Et scias de his interrogationibus hanc ipsam esse, in quibus ita quærimus, vt qui interrogantur responsuri nobis se nescire videantur. [Iam dudum, ætatem) Quia iam dudum infinitæ moræ est, addit ętatem, vt ostendat multum abijsse temporis, vt factum est. [Iam dudum, ætatem) Pro longinquo tempore. Lucil. Vt multos mensesque diesque, Non tamen ætatem. [Aetatem) Diu longinquoq. tempore ac prolixo, vt est ætas. nā sic dicimus de die, & dieculam aliquantulam moram. [Nihil dixit tum, vt sequere sese?) Nil, pro non. Virg. Deponunt animos nil magnæ laudis egentes. [Nihil, nisi abiens mihi innuit) Apparet quasi iratam discessisse Thaidem à milite, & tamen sic iratam, vt illi ira consilium non ademerit. Innuit, inquit, cum abiret. [Eho, non ne id sat erat?) Adeo simplex hic inducitur adolescens, vt à Pythia repræhendi possit. nam quid opus fuit dicere, si innuit? [At nesciebam id dicere illam) Dicere pro velle, vel significare. Sic alibi, Quasi tu dicas factum id consilio meo. [Nisi quia Correxit miles, quod intellexi minus,) Hoc videtur facetius, & sapientius, quàm dici ab ebrio, rustico, & adolescente debuisset. Hoc vitium tunc sit, cum poetæ ingenium suum in personas conferunt. [Quod intellexi minus?) Verisimile hunc tantum extrusum fuisse, non etiam vapulasse, quia miles Thaidi magis, quam huic irascitur. [Miror, vbi huic ego an teuorterim) .i. hunc præcesserim. Vbi, in qua parte vitæ.

GVID. AT at, data, &c.) Hic semigrauis inducitur vino Chremes priorum memor, titubans in præsentibus. C. At at, interiectio est paulatim percepti, atque intellecti mali hercle. i. per herculē iurantis est, verba sunt mihi data. i. fraus mihi facta est. à vino, quasi ab aliquo caprioso, & doloso propterea Plaut. de vino loquens vocat vinum luctatorem, dolosum. Vinum quod bibi, vicit me. At datum. i quando accubabam. i. ad edendum sedebam. Antiqui. n. epulantes cubabant, ac cubito innitebantur, quàm .i. quantum videbat mihi. i. iudicabat à me ipso esse pulchre .i. nimis vel fortiter, sobrius. i. modestus, vel potius moderatus, post quam surrexi conuiuio, neque pes quantum ad incessum, neque mens quantum ad facta, & dicta facit satis suum officium .i. id, quod efficere debet, vel quod efficere solet, cum homo sobrius est. P. ò Chreme. C. quis est? Deinde visa Pyt. subdit, ehem Pythia. Ehem dixit, q.d. non videbam te. vah quandoque, vah est interiectio gaudentis, vt hic, ostendit. n. ibi gaudium, & effusionem in risum. quandoque significat derisionem, vt in Passione Christi. Vah, qui destruis templum Dei: Quanto, q.d. multo, vel longe, quanto enim ibi dicitur exclamando. Videre .i. videris mihi, nunc formosior .i. pulchrior, quàm dudum? .i. paulò ante. P. certe quidem pol, hæ particulæ ferè idem significantes sunt inculcatæ, vt apparet hanc vere loqui, quæ sobria est videris inquam mihi multo hilarior .i. alacrior, quàm prius .s. C. Hercle, hoc verbum. i. hoc dictum, hoc prouerbium, hæc sententia est vera. Venus. i. lasciuia friget. i. cessat, vel non adhæret. sine Cerere, & Baccho .i. sine cibo, & potu. & est metonomia, ponitur enim inuentos vel inuentrix pro re inuēta, vt Bacchus .p vino, Venus pro lasciuia, Ceres pro frumēto. Sed Thais venit multo ante interrogādo, q.d. vtrum Thais venerit multo ante. P. an. i. vtrum. iam abijt à milite. C. Iam dudum, ætatem. i. longo ante tempore, q.d diu, & longinquo tempore, vt est ætas. Nam sic dicimus de die, nam dieculam aliquantulam moram dicimus. Nec mirum si dicamus ætatem in accusatiuo. nā nomina temporalia, vel tendentia ad tempus, vel distantiā possunt poni cum verbis omnibus, & in accusatiuo, & ablatiuo, sed elegantius in accusatiuo. Iam dudum, ætatem. i. multo ante tempore, iam dudum enim infinitæ est moræ, & nunc paruam, nunc mediocrem, nunc magnam moram significat propterea addidit ætatem, vt ostendat multum abesse temporis ex quo factum est. Lites factæ sunt maximæ inter eos. Iam dudum, ætatem. i. longo ante tempore. P. Nil. i. non dixit, tum. i. tunc, vt sequere sese. i. seipsam. C. nihil. i. non dixit, nisi abiens. i. cum discederet, innuit. i. signum fecit mihi vel oculis, vel digito, vel alio quouis modo. P. Eho, non ne id sat erat? .i. sufficiebat? C. at. i. sed nesciebam illam Thaidem dicere. i. velle, vel significare id. s. vt discederem, nisi miles, correxit. i. corrigendo me ostendit: id, qd' minus. i. non intellexi. Nam extrusis. i. exturbauit impulit me foras. Sed eccam. i. ecce hic video ipsam, miror vbi. i. in qua parte viæ anteuorterim huic. i. hanc præcesserim. Nam anteuertere alicui, vel præuertere aliquē significat aliquē anteire, vel antecedere, vel per compendia viæ eum antecedendo, vel celerio ri cursu prætergrediendo, potest enim forsitan anteuerto iungi accusatiuo, vt anteuerti socium, vel socio, sequendo hunc locū.

ARGVMENTVM) Hęc scena per occasionem argu- LATO.
menti exprimit naturam ebrietatis, qua sæpe labefactantur obstinati animi, & in luxum soluuntur. [At at,) Interiectio paulatim intellecti mali. [Vah quanto) Arridentis cum gestu. [Sine Cerere &c.) prouerbialis allegoria figurata tribus metonymijs. [Iam dudum) Iam longo tempore.

AT at, data hercle, &c.) Ebrietatis causa, & effectus hac sce- PETR.
na exprimuntur. Corrumpitur quippe iudicium rationis, & lin MARS.
guæ, pedumq. titubatio sequitur, quo nihil turpius excogitari potest. Quapropter Stoici, quos Cic. in Tusc. disputationibus sequitur, omnium malorum fontem esse intemperantiam, officiorum vero temperantiam dicunt. Ideo dicitur à Græcis, conseruatrix mentis, & prudentiæ. Plato lib. 6. de Leg. sic ait. Bibere vsque ad ebrietatem, neque alibi vnquam decet, præterquam in solennitatibus eius Dei, qui largies est vinum.

HVIVS scenæ versus sunt omnes iambici tetr. acat. præter GLAR.
sextum fortassis, vt mox dicemus, trochaicum tetr. cat. & vltimum senarium iambicum. In 2. Mihi monosyllabum totum eliditur. In 3. s, eliditur in Satis. In 4. vel hem monosyll. est, vel s, in Quis eliditur. quod equidem malum, vt seruemus in voce Ehem illum, quem repentinum significat, affectum. Quintus versus male habet in omnibus quæ mihi quidem videre contigit exemplaribus, cum Donat. eum recte legerit, nempe pro hilarior, alacrior. Ceterum in vetustis libris Quidem verbum non habentur. Vt carmen commode hoc pacto legatur.

Videre mihi, quàm dudum. P. certe tu pol multo alacrior. Mirum autem neq; Doct. neq; Ioan. id annotasse sextus versus iambicus erit tetr. acatal. vt ceteri, si e, in Cerere non elidatur. Sin ipsum elidimus, erit troch. tetr. catal. fortassis quia tropus est, vnum hunc alterius generis esse voluit, vt postea sæpe ostendemus. In 7. recte annotauit Ioan. An ne abijt, legendum, pro An abijt. An enim corripitur. Horat. Quis scit an adijciant hodiernæ crastina summæ Tempora dij superi? Quæ syllaba hoc Terentij loco producitur, est enim secunda de iambo, vt in numerum ponenti hoc carmen facile patebit. In 9. Mihi monosyll. totum eliditur. In 10. vel Nesciebam. legendum, pro, Nesciebam, vel creticus est pro dactylo loco quarto. In pen. & d, eliditur in Quod, & s, in Minus. In vltimo similiter d, in Sed.

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARG. ADR. BARL.

Colloquuntur Thais, & Chremes, contra militem se muniuit, quem venturum putant, vt virginem eripiat. Timidior hic Chremes inducitur quam Thai.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena habetur colloquium Thaidis, & Chremetis armantium se ad bellum contra militem, quem rapturum virginem formidabat, & inducitur Thais longe animosior ipso Chremete.

Octonarij. Miscuit autem more suo Trochaicos Iambicis. Est & Dimeter vnus.

THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

REDO equidem illum iam affuturum esse, illam vt eripiat: sine
Veniat: atqui si illam digito attigerit vno, oculi illico
Effodientur. vsque eò ego illiu' fere possum ineptias.
Et magnifica verba, verba dum sint. verum. n. si ad rē
Conferentur, vapulabit.

C. Thais,

C. Thais, ego iam dudum hic assum. T. ò mi Chreme, te ipsum * expectabam :

* expecto

Scin' tu turbam hanc propter te esse factam? & adeo ad te attinere hanc

Omnem rem? C. ad me? qui? quasi istuc. T. quia dum tibi sororem studeo

Reddere,& restituere,hæc atque huiusmodi sum multa passa.

C. Vbi ea est? T. domi apud me. C. ehem. T. quid est?

Educta,ita vti teque,illaque dignum est. C. quid ais. T. id quod res est.

Hanc tibi dono do,neque repeto pro illa abs te quidquam precij.

C. Et habetur,& referetur à me Thais tibi. ita vti merita es,

Gratia. T. at enim caue,ne prius,quàm hanc à me accipias, amittas

Chreme: nam hæc est, quam miles à me vi nunc venit ereptum:

Abi tu,cistellã Pythias dono effer cum monumentis.

C. Viden' tu illum Thais? P. vbi sita est? T. in risco. odiosa cessas?

*Militũ C. * Militem secum ad te quantas copias adducere?

At at at. T. num formidolosus obsecro es mi homo? C. apagesis

Ego formidolosus? nemo est hoium,q viuat,minus.

C. Atque ita opu' est. C. au, metuò, qualem tu me esse homines existumes.

C. Imò hoc cogitato: q cũ res tibi est,peregrinus est,

Minu' potens quàm tu,minu' notus,amicorum hic habens minus.

C. Scio istuc: sed tu quod cauere possis, stultum admittere est.

Malo ego nos prospicere, quàm hunc vlcisci accepta iniuria.

Abi tu,atque ostium obsera intus,ego dum hinc transcurro ad forum:

Volo ego adesse hic aduocatos nobis in turba hac. T. mane.

C. Melius est. T. mane. C. omitte, iam adero. T. nil opus est istis Chreme:

Hoc dic modo,sororem illam tuam esse,& te paruam virginem

Amisisse, nunc cognosse: signa ostende. P. assunt. T. cape.

Si vim faciet, in ius ducito hominem: intellextin'? C. probe.

T. fac,animo hæc præsenti dicas. C. faciam. T. attolle pallium.

Perij,huic ipsi opus patrono est, quẽ defensorẽ paro.

DON. REDO equidem illum iam affuturum esse,illã vt eripiat) Vides vt ex ipsis appareat verbis,q cõcita,& recens,à litigo veniat Thais. Itaque nec nominat militem, nec virginẽ, sed pronomine vtrunq; significat,quasi in medio constituta negocio. [Affuturũ esse). i. aduentum: vt, Affuit,& Mnestheus. [Sine vt Veniat,) q.d. sine * nullis,& comminantis est: vt,Sine modo. [Atqui si illã digito attigerit vno) Moris comminantium est, ad exiguum reuocare cõmissa, quæ se vlturos prædicent. [Oculi illico Effodientur) Et femineæ minæ sunt,& in libidinosos,q maxime. nam hunc suspicatur amatorem esse virginis. Sic & alibi, Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem venefico. In oculos autem maxime sæuire fœminas,& tragœdiæ ferè omnes, & Comœdiæ potestantur. [Vsque eo ego illiu' ferre possum ineptias,Et magnifica verba) Nõ dixit, vsque adeo illum possum amare: sed, q insuauis iam diu fit,ostendit,dicendo,ferre possum. Et cito ostendit quæ sit amicitia militis. Ineptias,inquit,& magnifica verba. [Verba dum sint) Hoc est quæ vim non admisceant rerum. [Verum enim si ad rẽ Conferentur, vapulabit) Si discesserit à verbis, & rem experiri cœperit, vapulabit. Et bona locutio: vt si dicas, verba ad rem contulit,hoc est agere quod dicebat aggressus est. [Ad me? qui? quasi istuc) Et rusticus,& timidus,& prudens cõmotus est mere triculæ dicto. [Hæc atq; huiusmodi sum multa passa) Mulier facunda meretrix,hęc imputat adolescenti quæ vidit, & alia qbus interfuit. [Reddere,& restituere) Proprie redditur cupientibus, vt dño seruus. Restituitur cupiens, vt patriæ ciuis. Redditur,& restituitur, cupiens cupientibus, vt parenti filius. Ergo in hac vtrunq; est,& reddi,& restitui. [Ehem) Extimuit adolescens cũ sororem suam in domo meretricis esse audiuit,cui rei statim occurrit Thais. [Educta) Subauditur est. [Vti teque,illaq. dignum est) Bene purgauit quod ex fastu meretricio expectabatur. non, inquit, vt me dignum est, apud me est. [Quid ais?) Recte, qa mirum apud meretricẽ liberaliter educatam. [Hanc tibi dono do) Melius dixit, q Dono, vt donum placidus videatur,& pstantius. [Neque repeto pro illa quidquam abs te precij) Ex eo quod potuit iure facere, beneficium demonstrauit, oratorie dicens serio non esse facturã. [Et hĩ,& refertur à me Thais) Qui habet apud se gratiam, nondum retulit. Retulit qui destitit habere. Multũ ergo hic dixit,& habetur gratia,& refertur. Quem sensum transtulit Sal. in bel. Iug. Arma, pecuniam sume, vtere,& quoad vixeris, nunquam redditam tibi gratiam putaris, semper apud me integra erit. [Ne prius q hanc à me accipias, amittas Chreme) hoc in Comœdia licet more vulgi dicere. Ceterum non potest amitti quod nondum acceptum sit. An quia iam dudum sumptum sit. [Nam hæc ea est quam miles à me vi nunc ereptum venit) Non ad deterrendum, sed ad præparandum animum adolescentis hęc dicit, quem audacem putat, aliter ac res ipsa est. nam mox Thais mutabit orationem, & dicet, Qui cum res tibi est, peregrinus est, Minus potens, quàm tu, minus notus, amicorum hic habens minus. [Cum monumentis) Monumenta sunt quæ Græci dicunt γνωρίσματα καὶ σωκέρανα. [Viden' tu illum Thais?) Longe videre timoris est indicium. [Vbi sita est?) Trepidantes personas immiscuit. [In risco) Cista pelle contecta, nomẽ phrygium. [Quantas copias) Proprie dixit copias, nam sic dicuntur legiones in vnum collectæ. conuenit tamen rudi,& rustico adolescenti sex homines copias dicere. Militem. s. parasitum, Donacem, Syriscum, Simalionem, Sangam. [Num formidolosus es mi homo?) Formidolosus,& terribilis,& timidus intelligitur. [Apagesis) Plaut. in Trin. Apage amor. [Atque ita opus est) Vt minus formidolosus sis. [Metuo qualem tu me hominem existimes) Videtur ebrius factus hic Chremes iam etiam displicere nolle mulieri. nam iccirco fatetur se timere malam opinionem Thaidis de se. [Et metuo, qualem tu me existimes) Noue dixit, pro, metuo ne ignara sis. [Peregrinus est, Minu' potens quàm tu) Quàm * postquam tamen ipsa non eloquitur, qd efficiatur, ex eo quod ait, Peregrinus est, minus potens, q tu, bene sic dixit, qa tardum fuit dicere, ille impotens, tu potens, &c. [Sed tu, quod cauere possis, &c.) Ostendere vult Terent. plures sententias ad timiditatem congruere, q ad audaciam. nã & mox dicturus est, Omnia prius experiri, q armis, sapientem decet. Quia ex prouidentia timor, ex audacia temeritas puenit. [Ad mittere) Fieri finere. & melius dixit, quàm pari, hoc gñale est. nam nunc admittere, pati fieri significat. [Malo ego vos Prospicere) Prouidere ne fiat. i. prospicere,& cauere, ab eo quod præcedit id, quod sequitur. [Accepta iniuria) Hic causa ostenditur, cur illud malit. [Ostium obsera intus) Pauidi consilium nihil aliud continet post claustra, & fugam, nam sera, & claustrum ianuæ. [Transcurro ad forum) Transcurro dixit, non, Curro: vt proximitatem fori ostenderet. [Volo ego) Quasi minus timeat, cupio non, inquit, sed, volo. [In turba hac) Vide timidum turbam appellare quã mulier non timet. [Melius est) Fugæ occasionem hic cupit dari. [Mane) Hoc, gestu iam adiuuatur. [Omitte, iam istic adero) Ex huius verbis apparet etiam manu cõprehensum esse adolescentem. [Omitte, iam adero) Quia causam probari non videt, celeritatem redeundi pollicetur. [Nil opus est istis) Istis, vtrum aduocatis? an istis omnibus, quæ dixisti? Virg. Aut quid petis istis? [Hoc dic modo, sororem illam tuam esse) Ordinem est executus: primo vtrum personam habeat, Dic sorem

torem,inquit,illam tuam esse. Vtrum negociũ habeat, Et te puam virginem amisisse.Cur hodie agat.Nunc cognosce.Et vnde probet, Signa ostende, Hæc oĩa sic pronuncianda sunt, vt,& justa,& factu facilia demonstrentur.[Si vim faciet,in ius docito hoiem)Et recte,quia violento ciuiliter resisti solet.[Fac,aio hæc præsenti dicas)Hæc non dicerentur à Thaide,nisi in illius vultu pauor nimius appareret. [Faciam) adiuuandum pronunciatione.faciam .n. timide dictum est. [Attolle pallium) His verbis Chremetis demonstrauit nimirum liberaliter pauidi adolescentuli animum . [Attolle pallium) vel quia simplex est, vel quia ebrius,pallium trahit Chremes. [Perij, huic ipsi opus patrono est,&c.) Hæc meretricis querela rudem adolescentulum magis, & honeste natum, quàm culpandum esse demonstrat.

GVID. CREDO equidem &c.) Hic apparet ex ipsis verbis, quæ concitata,& recens à litigio venias Thais, itaq; nec noĩat militem,nec virginem, sed pronomine vtrunque significat, quasi in medio constituta negocio. T. Equidem credo illum militem af futurum.i.aduenturum.Nam adesse interdum significat aduenire,vt Virg.Huc ades.i.aduenias,iam dudum.i.statim,& hoc de futuro dr: vt, Iam dudum sumite pœnas,quasi illico,vel nũc, vt eripiat.s.miles,illam.s.virginem à me,sine.i.permitte, vt.i.q̃ veniat,hoc est dimitte eum venire,& est comminantis dictum , vt Sine modo,atqui.i.sed certe,similes attigerit illam virginem digito vno,illico oculi custodiẽtur.i.extrahentur,eruentur illi, & bene oculi . Nam in oculis maxime sæuiræ fœmina, & tragę diæ, & comœdiæ protestantur,vsque eò.i.certe,alias in tm̃, ego possum ferre.i.pati tolerare, ineptias.i.stultas viuendi rationes, & verba magnifica.i.verba tumida,superba eleta,vel verba quibus se iactitare solet, dum.i.dũmodo, sint verba.i.dũmodo verbis non addanr verbera. Veꝝ cm̃.i.sed certe,si verba ꝓferentur.i. conuertentur ad rem.i.ad effectum, q.d.si discesserit à verbis, & re experiri cœperit, vapulabit.i.cædetur . Et elegans est locutio si dicas verba ad rem contulit,hoc est aggressus est agere qđ dicebat. C. ò Thais,ego assum hic iam dudum,i.diu est ex quo hic. T. ò mi Chreme, blandientis est, expecto te ipsum Scin'.i. scis ne hanc turbam.i.turbationem, rixam esse factam pp te,& vtrũ scis inquam hanc omnem rem.i.totam hanc contentionẽ,adeo .i.valde,vel intantum vel certe, attinere ad te.i.ad te spectare,& tua interesse. C. Chremes cõmotus est meretricis dicto dicis, sup.eam contentionẽ ad me pertinere, indignanter est proferendum qui.i.quo dicis hoc? vel quo põt ad me attinere,quasi ego istuc fecerim sup.i.quasi cõmouerim hoc iurgium . T. quia dũ studeo.i.laboro,reddere.i.restituere tibi sororem,passa sum hęc iurgia,atque hmõi multa.i.talia id genus. Proprie redditur cupientibus, vt domino seruus restituitur cupiens vt patriæ ciuis redditur, & restituitur cupiens cupientibus vt parentibus filius, ergo in hanc virginem vtrunque est,& reddi,& restitui . C. vbi ea.s.soror est? T. est domi apud me. C. ehem, timentis est,& indignatione percussi,quia audiuit sororem esse in domo meretricia. T. quid est q̃ indignaris,& times,soror est educata.i.nutrita apud me,sup.ita vti sicus dignũ est te,& illa sorore eam sup. educari,q.d.ita est educata sicut honestũ est pro te, & sorore eã educari,& vt vulgo dici solet,sicut ad re, & ad illam pertinet,& vbi quis diceret ego te tractaui lautius q̃ ad te pertinet , elegantius diceretur,lautius te accipi,q̃ dignus sis,vel q̃ te sit dignum . C. quid ais? q. d. mirum est apud meretricem virginem liberaliter educari . T. dico sup.id quod res est,q d.dico id,quod est veꝝ do tibi hanc sororem dono,neque repeto.i.non reposco quidq̃ precij abs te pro illa,qđ possem facere. C. ò Th.Gratia.i.memoria,& recordatio beneficij accepti hr̃ à me,& refertur.i.reddi tur,vel rependitur,ita vti.i.sicut,merita es.i.bene meruisti. Qui habet apud se gratia nondum retulit, retulit aũt qui desistit hr̃e . Vnde agere gratias dicimur verbis, referre gratiã facto reddendo beneficiũ,& hr̃e gratiam,vel gratias in aio. T. at enim.i.sed certe. O Chr.caue ne amittas hanc priusq̃ accipias à me. [Hoc ita dici in comœdia licet more vulgi . ceterũ non põt amitti, q̃ nondum si acceptum,nam hæc puella est,quẽ miles, venit nunc ereptum.i.vt eripiat à me, tu Pyth.abi.i.vade domum,affer domo.i.ex domo, cistella.i.scrinium,vt ait nonius paratum ad leges ferendas . Nam,vt ait Varr.à cista fit cistula,tam cista, q̃ cistella inueniuntur pro scrinio poni, in quo reconditæ leges ferebantur . Cic.ad Heren. Ille nihilominus cistellam detulit. Et paulo post, Potes disturbat, cistas deijcit.i.scrinia ferendarum legum paratas. Interdum cista est corbis.i.genus calathi magni viminibus contexti,& ferè,scrinium,legum ferendarum paratũ in modum calati erat contextum , aut parum ab eo differebat . Affer ego cistellam .i. scrinium cũ monumentis.i.cũ instrs, seu literis, & memorialibus,quæ literæ forte mentionem faciebant de statu eius.s.quod esset ciuis Attica, aut etiam quæ literæ erãt de hæreditate sua. C. O Thais,viden'.i.vides ne illum militem. P. vbi cistella est sita.i.posita, & recondita. T. est sita in risco .i. vel in fenestra parietis,vel in magna cista pelle contecta . Nam, vt inquit Seruius,riscus dicitur fenestra parua in parieta posita . Donatus autem dicit esse nomen phrygium significans cistam pele contectam.Nonius conuenit cum Seruio,inquiens esse locum in pariete angustum . O odiosa.i.exosa,vel molesta,nam odium interdum capitum pro molestia, inde dr̃ odiosus.i.molestus,cessas.i.tardas conctaris. C. quantas copias.i.quantas legiones.Nam copiæ in plurali dr̃ legiones in exercitum collectæ,video militem adducere ad te.i.ad tibi nocendum. At at,interiectio metuentis. T. obsecro ò mi homo,mi blandientis est: num.i.nũquid est formidolosus,passiue hic capitur, vt ait Don. .i.terribilis,seu timendus . interdum capitur actiue, & significat meticulosum,& timidũ. C. apagesis.i.apage,hoc est recede vel abi, sicut apagete.i.abite vel recedite . verba sunt comica vel adiuerbia,& græca.Nonnulli dr̃ apagesis pro tace,vel sta in pace, aut sis sanus,& pacificus . Egon'.i. ego ne sum sup.formidolosus i.timidus,seu meticulosus . Nemo omnium est, qui minus meruat q̃ ego.s. T. Atqui.i.sed certe, est opus ita.i.opus est,vt non sis meticulosus,sed Animosus. C. Au, interiecto dolentis, seu metuentis,interdum indignantis, & exclamãtis metuo,q.d. sollicitus sum,& anxius,qualem hominẽ existimes me esse. T. Imò.i.sed cogita hoc,qui cum.i.cum quo, qui.n.est ablatiuus, res est tibi.i.negociũ habes,& cũ quo es conflicturus, & manus conserturus , miles sup. est peregrinus.i.alienigena, minus potens q̃ tu,minus notus q̃ tu , est inq̃ habens hic minus amicorũ .i.non tot amicos quot.s.habes. C. scio istud,sed stultum est ad mittere.i.pati fieri id sup.quod possis cauere.i.vitare,& prohibere ne fiat,seu impedire,ego malo.i.potius volo,nos ꝓspicere.i. prouidere,cauere, q̃ vlcisci.i.punire hunc militem iniuria accepta.i.postquam erimus ab eo affecti iniuria , q.d. longe melius est cauere iniuriam,q̃ accipere,& postea vlcisci,&vindicare.Tu Thais abi, atque obsera.i.claude intus.i.per partem interiorem ostium.i.ianuam . Don.dicit seram esse ianuæ clausstrum, dum .i.quandiu,ego transcurro hinc ad forum,vel vænale, vel causarum,vt illinc deducam , adiutores, volo aduocatos.i.homines paratos defendere nos,vt Lau.ait adesse.i.præsentes esse,vel ꝓpe esse hic,vel præsidio esse nobis in hac turba.i.in hac turbatione & rixa . T. mane mane.i.noli ire quęsitũ aduocatos. C. Melius est.s.ire ad foꝝ. T. mane.i.siste. C. omitte,q.d.dimitte me, per quod verbum innuitur Chremetem fuisse comprehensum manu à Th.iam statim,adero.i.pñs ero hic,q.d.statim rediero . T. ò Chr.Nihil.i.nulla tenus est opus istis,pẽr contemptum dixit.i.tuis aduocatis,vel tuis oĩbus,quę dixisti,dic hoc modo illã esse tuam sororem,& dic te amisisse eam virginem paruam.i.cũ adhuc parua foret. Dic inq̃ te cognosce.i.cognouisse,nunc ostẽde signa,q̃bus persuadeas eam esse tuam sororem Pyt.ad sunt.s. miles,& sui,hoc est aduenirũt,vel iam propè sunt. T. cape hominem.s.militem,hoc est comprehende eum, si faciat vim.i.violẽtiam,ducito in ius, hoc est deduc eum ad iudices, vt de eo fiat ius. Intellextin'.i.vtrũ intellexisti. C. prope.i.recte intellexi.s. T. fac vt dicas hæc animo pñti.i.forti,& præstanti. Virg. in 5. Nunc si cui virtus,animusq̃. in pectore pñs.i.fortis,vt Seru.recte sentit. C. faciam,& timide dictũ est à Chr. T. attolle.i.erige,pallium tuũ quod.s.Th.perij.i.pdita sum , opus est patrono .i.defensore, nã patronus est q̃ accusati cãm agit, seu defendit, huic ipsi.i.huic met adolescẽti, quem pato.i.dispono defensorẽ meũ , q.d.iste quem paro meũ defensorem eget ipse defensore, cũ adeo sit simplex,vt q̃ pallium attollere deberet illud trahat.

ARGVMENTVM) Thais instruitur ad pugnam aduersus militem, & Chremetem confirmat. Et est epitasis huius partis fabulæ . [Vsque adeo) Apta comminatio in militem . [Quasi istuc) Subaudi norim . [Hem) Extimescentis , quia soror apud meretricem est . [Et habetur &c.) Pulchra gratiarum actio . [Cum monumentis).i.tabulis ac reliquis testimonijs,qbus probetur libera virgo . [Apagesis) Interiectio remouentis, & est Græcum origine, ἀπάγε. [Imò hoc cogitato) Confirmatio ex collatione personæ . [Sed tu quod) Prudens sententia,à tuto . [In ius ducito) In iudicium . LATO.

CREDO equidem illũ,&c.) Meretrices cõfidentiam,& ad omne facinus audaciam perditam nec non studium,& artem capiendi fauoris in aliqua difficultate, ac primo motus in ptãte nr̃a non esse,Chremetis exemplo hęc scena docet,& exprimit. [In risco)Riscus,inquit Non. est locus in parietibus angustus . PETR. MARS.

GLAR. HIC vero ingens hęc iudicandorum horum carminum difficultas indicit, quæ in nullis, ꝙ equidem sciam, lib. bene sunt digesta. Sed, & doct. & Ioan. leui, vt dici solet, brachio attigerunt. Alter sat habuit ascribere primo versui troch. tetr. cat. Ad alios nihil. Ioan. admonet initio legendum Sine veniat, non Sine vt veniat. Et atqui si illam digito attigerit. non, Qui si illam Et Expecto in quinto deinde, vt vulgo legitur, versu, non Expectabā. Cetera item ad carminis rationem explicandam nihil facientia. Sextum tamen à fine scene versum admonet esset trochaicum. Quare audiendum mihi hoc in loco, solita tamen modestia, nullius honestis viri iudicium fugiens. Primi itaque quinque versus sunt trochaici tetr. catal. atque ita legendi:

Credo equidem illum iam affuturū esse, illam vt eripiat, siue
Veniat. atqui si illam digito attigerit vno, oculi illico.
Effodientur. vsque eò ego illiu' ferre possum ineptias,
Et magnifica verba, verba dum sint. verum enim si ad rem
Conferentur, vapulabit. C. Thais, ego iā dudum hic assum.

Primus tñ versus, si iam vocē, pones post verbum Affuturum, iamb. tetr. acat. esse potest. Sin aūt vt vulgo hī, legas trochaicus erit, necesse tñ est vel, l, de Illam abijcere vt quinto loco si, anapæstus, vel potius (quod nunc toties admonuimus, & sæpius admonebimus) bacchius erit eo loco. Secundus versus à Verbo veniat incipit quidam vero lib. habent Illi, dactiuum post vocē Vno. atque ita fit iambicus tetr. acat. vt prior, ad hunc modum.

Veniat: atqui si illam digito attigerit vno, illi oculi illico.

Lector in vtroque sequatur quod volet. In 3. Ego superfluit, nisi pōnatur ante Vsque eò, quod durum fuerit, & Illius dissyllabū, vt alias sæpe. Hactenus omnia probe, atque cōi adeo, & consueta ratione constat. Verum in sequentibus duobus penultimæ suæ vtriusque syllabæ Lectorem morantur, cum contra rationē huius versus sint longe atque eæ haud dubie in causa fuere, cur nemo hæc attingere ausus fuerit. Verum hic duo sunt effugia. Alterum dicamus trochaicos σπεύδοντας raros quidem illos, at nō diuersa ratione, atque in iambicus fieri solent, institutos. Alterū non minus, verum vt dicamus d, elidi in Ad rem, & in Adsum nam sic vocalis natura correpta, relinquetur. quæ ratio in multis alijs huic poëta instituta, hic apte locum habet. Lectori liberū esto iudicium, cui si hęc nostra partitio non placuerit, ansam tñ data sciat, vt aliam facilius ipse perquirat. In Thais ēt s, elidendū censeo Nunc sex iambici tetr. catal. sequuntur, de quibus iudicium nostrum subijciemus, sed ipsorum prius posito ordine.

O mi Chreme, teipsum expecto, scin' turbam hanc ꝑ te esse
Factam? & adeo ad te attinere hanc omnem rem? C. ad me? qui? quasi istuc
T. Quia dum tibi sororem studeo reddere, & restituere, hæc
Atque huiusmodi sum multa passa. C. vbi ea est? T. domi apud me. C. hem. T. quid est.
Educte ita vti teq. illaq. est dignum. C. quid ais? T. id quod res est.
Hanc tibi dono do, neq; repeto pro illa abs te quidq̄ precij. In

1. versu Ioan. Expecto pro Expectabam legendum censeat. Ego ēt Tu reijciendam particulam ꝑ carmen existimo, nec exigit sensus. In 2. dactylus est initio, deinde spondeus quinque syllabis in duas conclusis, nisi bacchium loco 2. ponas. In 3. Tibi iābus est. in iiij. Domi posteriores syllaba breui non elisa, sed, d. in Quid tollendum, nisi quis velit esse iamb. acat. inter catal. reliquos, vt, & præcedens, quod non reiecero. In 5. verbum Est ante Dignū ponendum, & vel s, in Ais elidendum, vel d, in quid. Vltimus egregie constat Hactenus vehementer luctari videmur cum non paruis mendarum monstris, quæ nunc sequuntur faciliā sunt, sed ordine tñ differenda. Proximi nanque duo versus sunt iambici tetr. acat. Et in priore quidem Thais non hī in quibusdam exemplaribus, nec adesse debet. In sequenti vero Caue secunda ambigua syllaba potest, & trochaicam rationem facere. Tertius haud dubie trochaicus est tetr. catal. Nisi quis m, literā in Nam elidi nolit. Deinde sequuntur duo Iamb. tetr. catal. Sed Abi secunda syllaba correpta, nisi bacchium loco primo consti tuas. [Militem secum ad te quantas copias abducere?) Quæ de inceps ad finem vsque scenæ sequuntur versus, oēs sunt trochaici tetr. catal. In 1. quidam Militum pro militem legūt, sed nihil ad carminis rōnem. In 2. ter legendum est, At at at, vt sit primo loco anapæstus, non iambus, qui hic locum non habet, & sunt verba timētis Chremetis, nō Thaidis, vt rectè habet libet Doct. & admonuit ēt Ioan. In 4. s, eliditur in opus, alioqui iambicus fuerit. Præterea Qualem legendum ex Don. non Quem. In 6. duo priora minus minus s, amittunt vt si trochaicus, potest. n. ita scandi vt si iambicus. Septimus versus si quidem trochaicum esse voluerimus, ita legendus, Istuc scio, sed tu quod cauere possis, stultum admittere est, Vt primo loco sit spondeus, secundo anapæstus, tertio rursus spondeus, quarto tribrachis, & cauere tertiæ sit coniugationis. Verū vt superiore scena vnus trochaicus erat inter iambicos versus γνώμην hīs, ita fortassis hic vnus iambicus eadem rōne inter multos trochaicos, & hęc vero proprior fuerit opinio. In 9. secunda de Abi corripitur, non eliditur sequēte vocali. Decimum versum Ioan. recte ex Don. lectione emendat abiecto verbo Isthic. in opus ēt s, eliditur. In 5. à fine Tuam monos. totū eliditur, nisi quod malim, creticus sit loco quarto. In vlt. elidit s, ī verbo Opus, aut bacchi' est loco tertio.

ACTVS IIII. SCENA VII.

ARG. ADR. BARL.

Inepti militis vanitatem optime hic exprimit Terentius, cum furenti similis ad amicam tanquam ad hostilem pergit exercitum, ridiculum est in primis illud, quod acie instructa ad pugnam progreditur, nec multo post Gnathonis consilio facile dimittit exercitum.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic inepti militis vanitas demonstratur, qui ad amicam tanquam ad hostilem exercitum pergit concito cursu, irritato animo, quatienti capite, furenti similis aciem instruit, ad pugnam progreditur. Gnathonis tamen suasu facile exercitum dirimit, & verbis contendit.

Tetrametri partim Iambici Acatalectici, partim Trochaici Catalectici.

THRASO, GNATHO, SANGA, CHREMES, THAIS.

ANCCINE ego vt contumeliam tā insignem in me accipiam Gnatho?
Mori me satius est. Simalio, Donax, Syrisce, sequimini.
Primum ędes expugnabo. G. recte. THR. virginem eripiam. G. probè.
THR. Male multabo ipsam. G. pulchre. THR. in medium huc agmen cum vecti Donax.
Tu Simalio in sinistrū cornu, tu Syrisce in dexterum.
Cedo alios. vbi centurio est Sanga, & manipulus furum? S. eccum adest.
THR. Quid ignaue? periculon' pugnare, qui istum huc portes, cogitas?
S. Ego ne? imperatoris virtutē noueram, & vim militū:
Sine sanguine hoc fieri non posse: qui abstergerem vulnera.
THR. Vbi alij? qui, malum, alij? solus Sannio seruat domi.
THR. Tu hosce instrue: hic ego ero post principia: inde omnibus signum dabo.
G. Illuc est sapere: vt hosce instruxit, ipsius sibi cauit loco.
THR. Idem hocce Pyrrhus factitauit. C. viden' tu Thais, quam hic rem agit?
Nimirum consilium illud rectum est de occludendis ædibus.
T. Sane, quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus est:
Ne metuas. THR. quid videtur? G. fundam tibi nunc nimis vellem dari,
Vt tu illos procul hinc ex occulto cæderes: facerent fugam.

THR.

THR. Sed eccam Thaidem ipſam video. G. quàm mox irruimus? THR. mane.

* 2ſilio expiri Omnia prius * experiri verbis, quàm armis, ſapientem decet.

Qui ſcis, an, quæ iubeam, ſine vi faciat? G. dij voſtram fidem,

Quanti eſt ſapere. nunquam accedo ad te, quin abs te abeam doctior.

THR. Thais, primum hoc mihi reſponde: cum tibi do iſtam virginem,

Dixtin' hos mihi dies ſoli dare te? T. quid tum poſtea? THR. rogitas,

Quæ mihi ante oculos amatorẽ coram adduxiſti tuũ?

Quid cũ illo vt agas? & cum eo clã ſubduxiſti te mihi?

T. Libuit. THR. Pamphilam ergo huc redde, niſi vi mauis eripi.

C. Tibi illam reddat? aut tu eam tangas? omnium. G. ah, quid ais? tace.

C. Quid tu tibi vis? THR. ego non tangam meam? C. tuam autem furcifer?

G. Caue ſis: neſcis, cui maledicas nunc viro. C. non tu hinc abis?

Scin' tu, vt tibi res ſe habeat? ſi quidquam hodie hic turbæ cœperis,

Faciam huius loci, dijque, meique ſemper memineris.

C. Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.

C. Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. G. ain' vero canis?

Sicciue agis? THR. quis tu es homo? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi eſt;

C. Scibis. principio eam eſſe dico liberam. THR. hem. C. ciuem Atticam. THR. hui.

G. Meam ſórorem. THR. os durum. C. miles, nunc adeo edico tibi,

Ne vim facias vllam in illam. Thais, ego eo ad Sophronam.

Nutricem, vt eam adducam, & ſigna oſtendam hæc. THR. tun' me prohibeas,

Meam ne tangam? C. prohibeo inquam. G. audin' tu? hic furti ſe alligat.

C. Satin' hoc eſt tibi? THR. hoc idem tu ais? T. quęre, qui reſpondeat.

* qd? re deamus THR. Quid nunc agimus? G. * quin redeamus: iam hæc tibi aderit ſupplicans

Vltro. T. credin'? G. imò certe: noui ingenium mulierum:

Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. THR. bene putas.

G. Iam dimitto exercitum? THR. vbi vis. G. Sanga, ita vti fortes decet.

Milites, domique, foci que fac vicisſim vt memineris.

S. Iam dudum eſt animus in patinis. G. frugi es. THR. vos me hac ſequimini.

DON. ANccine ego contumeliam) Hic rurſus inepti vanitas multis demonſtratur, ad amicam tanquam ad hoſtilem exercitum pergentis irritato animo, concitatu curſu, inclinata chlamyde trepidi, & quatientis caput. Et hæc verba pro hortatu imperatoris accipienda ſunt, quandoquidem omnia de exercitu transferuntur. Contumeliam vero proprie, & vt miles. Sal. Ne qua contumelia, &c. [Contumeliam in me accipiam Gnatho) Apparet Gnathonem, & dehortatorem eſſe certaminis. & ad pocula militem prouocare, maxime cum videat perſuaſiſſe iſta conſilia, vt hoc certamen moueretur. [Mori me ſatius eſt) Ridicula præſumptio, tanquam aduerſus meretricem iurgia nunquam Thraſo ſumere auſus eſſet, niſi morte propoſita. Ergo velut mortis contemptu opus eſt ad tale prœlium. [Mori me ſatius) Tanquam aliter miles aduerſus mulierem audere non poſſet, vel quia nihil, vel quia amator. [Mori me ſatius eſt) Quaſi ille ſibi dicat, vel moleſtum eſſe certamen, vel amicam non eſſe lædendam. [Tam inſignem) Inſignem, vt miles dixit, quia inſigna armorum ſunt. [Simalio) Et hoc concite pronunciandum eſt. [Sequimini) Huiuſmodi militia per tumultum repente ſuſcipitur, & dicitur euocatio, vbi dux alloquitur ciues, Qui remp. ſaluam vultis, me ſequimini. Vnde Virg. ſic ait. Deſuetaque bello Agmina in arma vocat ſubito, ferrumque tractat. Ipſe vocat pugnas, ſequitur cum cetera pubes. [Primum ædes expugno) Debet hic eſſe vociferatio vana ad hoc, & verbum militis cum quodam motu ingenti, & per immanes minas ſine vlla vi rerum. Vanaque comminatio eſt, velle ædes expugnare, cum foris ſit meretrix. [Male multabo) Vide ordinem belli. Primo expugnatio mœnium. tum recuperatio captarum rerum. demum pœna prædonum. [Pulchre) Poſtquam non obtinuit quod volebat Gnatho, aſſentatur ad omnia. Vide autem manifeſtam irriſionem ex ipſo genere laudandi. nam quid eſt in ædium expugnatione recti? quid in virginis ereptione probitatis? quid in male multanda muliere pulchritudinis? Sed hoc eſt quod ait ſupra de ſeipſo parasitus, Quidquid dicunt, laudo. [In medium huc agmen cum vecti, Donax) Mire compoſita ad contemptum nomina legionariorum ſunt. nam Donax ab arundine, veluti ſit inanis, & fragilis, nomen ſortitus eſt. [Simalio) A ſimo, vel à ſimia deriuatum eſt, ob fœditatem oris vel naſi. [Syriſcus) Iam diminutiuum eſt à Syro. [In medium huc) Ridicule ſatis, armaturas leues non putat aduerſus Thaidem idoneas; & ideo agmen cum vecti vult venire in medium. An ideo cum vecti, quia ad expugnationem venitur ædium? [Tu Simalio in ſiniſtrum cornu, tu Syrice in dexterum) Hic agmen inſtruitur. Facetum autem eſt, cum à rebus magnis res ridiculæ deriuentur. [Cedo alios) Nõ reliquos dixit. ſed alios, quaſi multi ſint. [Sanga) Nec ſangarius ſaltem, vt nomen eſſet. [Manipulus furum) Manipulus proprie eſt militis. Cum Romani, & Latini ſub vno Centurione bellum aggreſſuri deputabantur, ſibi ſertum, vel coronã ex manipulo herbæ vel huiuſmodi conficiebant, quem pro ſigno ſequebantur. Merito ergo centurionem videns, manipulum deſiderauit. hoc eſt coquum vides, conuiuias deſiderat, quia apparauerat, quoties locus affuit. i. conuiuium eſt conſtitutum. Alij manipulum furum, coci diſcipulos dici putant. [Eccum adeſt) Pro ſe, ac pro diſcipulis Sanga. [Quid gnaue) Apparet coquum ad repẽtinum ſtrepitum ſic exiſſe, vt ad artem ſuam fuerat expeditus. [Ego ne?) Hæc cauſa eſt. [Imperatoris virtutem noueram, & vim militum) Hoc plus habebit ſalis, ſi ſic intellectum fuerit, vt Sanga vno eodemq. tempore, & quęrat quid dicat, ſimulq. reſpondeat, hoc noueram ſine ſanguine fieri non poſſe. ſ. ἀπροσδιόνυσος. Quid igitur ſi hoc ſciebat? [Qui abſtergerem vulnera) Quaſi hoc fuerat auxilij genus. Quid hoc eſt? vnde vulnera? quorum vulnera? vtrum vtriuſque partis? An, quod magis ridiculum eſt, ſuorſum? [Solus Sannio ſeruat domum) Hæc figura παρόμοιον dicitur. [Salus Sannio ſeruat domum) Vt, Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat. [Seruat domi) Pro remanet vt obſeruet. Nam ſeruat domum, rectu erat: non, ſeruat domi, ſi cuſtodit intelligeretur. Vel ſeruat, pro ſedet, ab eo quod ſequitur id, quod præcedit. nam non ſeruat, niſi qui prius in eo loco ſederit. [Qui, malum) Malum per παρόσιωσιν ſuauiter infertur. Plaut. in Epidico, Quæ, malum, hæc impudentia eſt? Et non interponitur malum, niſi oculis conuerſis ad eum quid id, quod reprehendimus, dixerit. Malum nunc interiectio eſt. [Poſt principia) Magnifice ad riſum cõmouendum. nã dicere debuit, poſt vos. Et hunc locum ſibi optimum elegit, vt timidus. [Poſt principia) Militare dictum eſt. Et ambigunt multi, an in extremo agmine ſit hic locus an in medio. [Inde omnibus ſignum dabo) Tanquam non omnibus dari poſſit, ſi aliũde detur. [Ipſius ſibi cauit loco) An loco ſimpliciter, quia poſt principia? an loco, in loco, opportune, & ἀνακόλουθος? Terent. in Adelph. Pecuniam in loco negligere interdum maximum eſt lucrum. An pro de loco? [Idem hoc Pyrrhus fecit itauit) Irridet quidem Poëta, veruntamen oſtendit officium imperatoris hoc

esse, ne se in periculum proijcat. Sic Salust. Et in prœlijs actu promptus. Et hoc totum, quasi in Palliata, sed concessum poëtis fuit. Pyrrhus autem peritissimis stratagematon fuit, primusq. quẽ admodum ea disciplina per calculos in tabulas traderetur, ostendit. [Nimirum consilium illud rectum est) Illud rectũ est. Et noua locutio, & superiori similis, Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. pro sine dubio rectum est. [Sanè q̃ tibi nunc vir videantur esse, hic nebulo magnus est. [Ne metuas) Figurata locutio, & præterea ὑπέρβατον intermixtum. nam hic ordo est. Sanè hic nebulo est, ne metuas. An hic erit ordo, & sensus, vt sit dictum Ne metuas, sanè qui tibi vir videtur esse, hic nebulo magnus est. Et recte: nam obterretur adolescens, & ætate militis, q̃ iam vir est, & magnitudine, q̃ magnus corpore, quæ vtraq; in illo vana esse, meretrix vt experta denunciat. Nebulo aũt, vel inanis vel vanus, aut mollis, vt est nebula, dẽ. Et hoc ἐφ' ὑπαίθρου pictum est. Meretrix frustra metuentem corripiens Chremetem. Sanè, inquit, q̃ tibi nunc vir videatur esse. & deest, Non est, vt sit, Non est q̃ tibi nunc vir videatur esse. hic nebulo magnus est. Sic, & alibi, Si te in platea hac offendero post vnq̃, nihil quod dicas mihi, alium quærebam, iter hac habui. periti. Vt sit, Non est quod dicas mihi. [Quid vẽ?) Non diceret miles si staret in sententia, sed iam vẽ timore mutatus. [Quid videtur?) Dubitandi est quod dictum sit, Quid vẽ: Ego sane hoc militem puto dicere, quem paulatim à violentis atq; acribus principijs ad terrorẽ desidiamq. perducit timor, Nã primo ipse præcedit, vtpote qui dicas, Sequimini. Dũ deniq; proprius deuentum est, post principia refert pedem. Post iam nihil ipse audet, sed quærit consilium parasiti. Denique, vbi cominus res gerenda est dixit Mane, & continet irruentes. Ad postremum diffisus, nescit quid agat, ad parasitum spectans, Quid agimus, inquit. [Fundam tibi nunc) Mire parasitus hoc ait, vel quia militem nolle videt, vel quia audet impugnare, consilium formidolosum, & aptum me tuenti dedit, subtiliter tñ nam funda pugnant, qui cominui non pñt, & ex occulto, qui non audent palam. Sed honesta causa, nõ quia timeas, inquit, sed vt fugiant, tanq̃ nisi hostes fugerint, non sit tutum accedere. [Fundam tibi) non dixit hastam, aut lanceã, sed sagittam, fundam, quæ nimium longe iactatur. vt ex hoc interuallo pauorem ostenderet non audientis accedere. Et mire tibi tanq̃ ipse parasitus nec hoc audeat. Sunt aũt qui putent hæc à Thaide ad Chremetem dici, sed male. non.n. conueniunt ista meretricis dictis superioribus, nisi quia mouet me, quod ex occulto dicit, quasi constet, & iandudum videri militem, & ipsum non vidisse cum qua pugnaturus sit. [Vt tũ illos) Meretricem. s. cum suis, vt alibi, Nos prius introducant. [Facerent fugam) Deest rursus vt sic, vt facerent fugam, vel ἀσυνδέτως illatum est. [Facerent fugam) Desiderat coniunctionẽ Enim: vt sit, Facerent. n. fugam. [Vt cæderes) Pro cædendo cogeres, vt facerent fugam. [Sed eccam Thaidẽ ipsam) Eccam, & ipsam, figura ἔμφασις, quasi eccam principem belli, & ipsam, contra quam pugnaturus est. [Quam mox irruimus?) Hoc parasitus, irridens militem dixit. Et irruere proprie dñr, qui cum furore prœlium ineunt. [Omnia prius experiri q̃ armis, sapientem decet) Animaduerte quantam vim habeant ad delectandum in Comœdijs seueræ, sententiæ, cum à ridiculis personis proferuntur: quale est apud Plaut. vbi miles suam formam admirans, ait, Nimia est misera, nimis pulchrum esse hominum. [Quàm armis) ἀνακόλουθον, pro, q̃ arma. Aut ἔλλειψις est, si subaudiamus agere. Et mire non dixit me: sed sapientem. quod magis ridiculum est. [An quæ iubeam) Et mire non, velim: sed iubeam dixit: iubeam pro velim: vt, Iubeo, Chremetem. [Dij vestram fidem) Bona ἀναλογία, qui leuiora laudauerit, hic exclamare iam debet. Et hoc est quod supra ait, Id rursum si negant, laudo id quoque. Nam negat rursum male pugnandum esse, qui superius retineri non poterat, quin in prœlium, vel moriturus irrueret. [Dij vestram fidem Quantis est sape, nunquam accedo, qui abs te abeã doctior) Mire egit personam admirantis per trinam ἀποστροφήν. ad deos: vt, Dij vestram fidem. ad seipsum, Quanti est sapere. ad militem, Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior. Et ridicule parasitus, nunq̃ accedo ad te, dixit, qui nunq̃ recedit. [Quin abs te abeam dõctior) nimis imprudens assentatio, se fieri doctiorem ex militis sapientia. [Thais primum hoc mihi respondẽ) Omissa contentione reperendæ virginis non. n. iam puellam, se pactum exigit, vt amator. [Cum tibi do) Pro, cum tibi daret. [Quid tum postea?) aut dixi, respondendum erat: aut, non dixi. Sed vide contumaciam meretricis in contemptionem personis militis in terrogantem interrogare maluit, q̃ per inductionem capi. [Rogitas?) Contentionis genus interrogatiuæ. [Quæ mihi ante oculos coràm) vtrum significat inepti militis dictum? An ante oculos, minus est q̃ coràm? [Ante oculos coràm) Potest ante oculos, & longe tamen intelligi: Coràm proximitatem significat. [Quid cum illo agas?) Omnino meretrix non putat illum idoneum, cui reddenda sit ratio, cuique se purget, adeo apud illã amicitiæ eius pertesum est. Nam errant qui dicunt eam se velle militi reconciliare. [Et cum eo clàm subduxit te mihi) Inuidio se, & cum eo: nam vt supra legimus. exclusit Chremem. [Subduxti te mihi) Furtim subtraxisti mihi. Virgil. Et fidum capiti subduxerat ensem. [Libuit) Superbum est, & meretricium verbum. Sic de Chelidone Cic. ait: libenter ait se facturam. [Huc redde) Idioma est, pro contumelia reposcentis. fic, & in Hecyr. Renumeret dotẽ huc, eat. [Nisi vis mauis eripi) vtrum nisi pro non, & si, vt sit, non tibi illam mauis eripi. [Tibi illam reddat?) Se primum interponit Chremes, vt adolescentulus potuit iam fracto milite. [Aut tu illam tangas? omnium) ait vtraq; Chremes. nam quia dixit, nisi si tibi mauis eripi, ait, Tu illã tangas? & addidit, omnium, & ἀποσιώπησις secunda. sic autem loqui solent plus gestu, q̃ verbis concuti. [Tibi illam reddat? aut tu illã tangas?) Magna vis in pronominibus, & significatio est, vt Cantando tu illum? [Quid tu tibi vis?) Recte. cum Thaide enim loquebatur, non cum hoc. [Ego non tangam meam?) Bene addidit meam. hinc. n. probatur iniuste dictum, Tu illam tangas? [Tuam autem furcifer?) Incongrue vt imperitus adolescens liberum seruilibus conuitijs exagitat. [Caue fis, nescis cui male dicas nunc viro) animaduerte parasitum neque tacere omnino, ne defuisse patrono videatur, neque in aliena causa rixam in se transferre. [Non tu hinc abis? scin' tu vt tibi res sese habeat?) Hoc parasito, illud militi Chremes. [Caue fis) Quia imperatiua verba, sunt contumeliosa: addebant veteres, fis: quod significat si vis. [Scin' tu?) Non parasito, sed militi dicit. [Faciam vt huius loci, dieiq́ue, meiq. semper meminerit) Moris est magnas esse minas hominum meticulosorum. Specta ergo quàm acriter timidus cõminetur. [Huius loci dieiq. meiq.) Loci, in quo læsus. Diei, quo cæsus. Mei, à quo cæsus. [Miseret me tui) Hic parasitus nunc quasi monitur Chremeti respondet. [Qui hunc tantũ, hominem facias inimicum tibi) Ne nunc quidem parasitus à militis assentatione discedit. [Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis) Rusticius dixit, caput tuum diminuam, q̃ si diceret, diminuam tibi caput. [Ain' vero canis?) Hoc verbo impudentibus inimicis conuitium fieri solet. nam militare dictum est in hostem, canis: & apud Hom. pro graui contumelia inauersarium dicitur, velut in illo loco, τιμὴν ἀρνύμενοι μενεπτολέμῳ σὺν Ἀχαιοῖς. [Quis tu homo es? quid tibi vis?) ἐπιτεχασμός figura est vbi multa terribiliter interrogantur: vt, State viri, quæ causa vię, qui ue estis in armis? Quo ue tenetis iter? [Scibis) Non obsequenter, sed figuratæ dicitur ab irato. [Principio eam esse dico liberam) Quo tollitur, Tuam videri. [Scibis) Et scies, & sci bis dicitur post productionem tertiæ cõiugationis. [Principio) In tria diuisit officium defensionis suæ. In asserroris, Principio eã esse dico liberam, In cognitoris, Ciuem Atticam, In fratris, Meam sororem. Et bonus est ordo, libera, ciuis nobilis. [Ciuem Atticam) Quo etiam negocium potest ei fieri qui se pro domino gessit in ciuem. [Hui) Hui, hem, & cetera huiusmodi generis sanę sunt aduersus eos quibus irascimur. [Meam sororem) quo constat præsto esse defensionem puellæ. [Os durum) Quasi ex omnibus hoc sit imprudẽtius, q̃, & sororem suam dicat. [Os durum) Os imprudens: vt contra, mollis frontis dicuntur qui sunt reuerentes. [Nunc adeo edico tibi) Vt superbe, quasi militi. nam edictum Prætoris dicitur, & Imperatoris. [Miles non adeo edico tibi) Miles, contumeliosè dixit. De ijs. n. est officij, quæ suo nomine contumeliosa censentur. sicut in Adelph. Delibera hoc, dum ego redeo, leno. [Ne vim facias vllam in illam) Seruauit præcepta meretricis, adeo vt memineris, Si vim faciet in ius ducito hominem. [Ego eo ad Sophronam) Hoc lentius Thaide Chremeti. [Prohibeo inquam) Non satis exercitare adolescens totidem verbis dictum repetit militis. [Audin' tu? hic furti se alligat) Gnato occasionem finiẽdi litigij iandudum quæris ob desiderium mensæ, & cibi, & ideo quasi de iure consilium suggerit, hunc rem militis esse posse, qui paratus est alienam rẽ suam dicere, & id in iure profiteri, hoc est apud Prætorem. Ergo furti se alligat. i. reum se efficit fraudis. Nam μεταληπτικῶς furtum pro omni fraude, & dolo accipimus, & iniuria. [Alligat) Astringit, illaqueat, & obnoxium facit, Omne igitur quod fraude sit, futurum est. Sic Virg. Furta paro bell. i. insidias: & Dulcia furta, id est adulteria. Omne malum factum, Quæ quis apud superos furto lætatus inani Distulit in seram commissa piacula mortem.

mortem. Furtum duobus modis dicitur. Vno, cum omne male ficium generaliter significatur: altero, cum res surrepta demonstratur. Nunc ergo furtum, maleficium est. [Satis hoc est tibi) Ad repetendam .s. virginem, sumendamq. iniuriæ vindictam. [Quære qui respondeat) Et contempsit interrogantem, & indixit inimicitias professiones iracundiæ, cum dixit indignum militem. [Idem hoc tu ais). i. hoc qđ Chremes, & tanq̃ Chremes. Et ipsum circumuenturus interrogat, quod illa intelligens malitiose ait, Quære qui respondeat. satis contumelioſe, illud cũ quæritur quod difficile reperitur. Ergo non modo indignus es, inquit, cui ego respondeam, sed vix inuenias qui te dignum responso iudicet. [Quid nunc agimus?) vide vt euanuerit actio militis. Primo dixit, Omnia prius experiri q̃ armis sapientem decet. Post, idem hoc tu ais, Thais? Et postremo, Quid nunc agimus? Et Quid, nunc agimus, Consilium quærentis est. Quid nunc agimus? Languidi atque defessi est. [Quid nunc agimus?) vbi est illud quod ait, Primum ædes expugnabo? &c. Sed vani impetus hũc exitum semper accipiunt. [Quin redeamus) quin, modo imò. Non abeamus, inquit, sed redeamus, vt irritos conatus vno verbo ostenderet. [Credin'?) Ex parte consentit qui sic interrogat. [Credin'?) Credere, dubitantis est: Certum esse, fidentis. [Vbi nolis, cupiunt vltro) Plus intulit spei, non reuocando verbum quod expectabatur, hoc est volunt, sed cupiunt. Ergo variauit, non. n. intulit, volunt vltro. [Bene putas) Hoc est recte putas, sapis, vel intelligis. Virg. Multa putans, sortemq. animo miseratus iniquam. Vel comicis. Vel putas, disputas. Vel putas, cogitas [Iam dimitto exercitum) Dimitti exercitus dicitur, vel pace facta, vel vexatis hostibus. Ridicula ergo magnificentia verborum est, cum sint facta deformia. [Sanga, vti fortes decet Milites, domique, foci q. fac vicissim vt memineris) vt mi re in coquum, qui focum curat in domo, quia milites hi fortiter pugnant, qui sunt memores domoꝝ. Vides ergo q̃ vtrunq; comicum. Ad secundum prælium, resq. bellicas Donax primus est, ad res domesticas, Sanga qui coquus est. [Domique, foci q.) Domi & foci, genitiui sunt. Cæcil. Decora, domi. Plaut. Quanquam domi cupio, operiar tamen. [Iam dudum animus est in patinis) Hic aperuit causam poëta cur, & in inuitus Gnatho ire ad litem, & libens domum & redeat. [Frugi es) vtilis, & necessarius à frugibus, quæ q̃ his fruamur dictæ sunt. [Inde fructus, & frumentum. Frui autem, est vesci, à frumine, quæ est summa pars gulæ, à quare etiam his quæ nec cibo, nec poculo sunt, fuit dicimus κατ' ἐξοχὴν, vtpote rebus venereis, & delectatione odoris, visus, auditus, & ceteris.

GVID. HANCCINE &c.) Hic milites ineptis vanitas demonstratur qui ad amicam tãquam ad hostilem exercitum pergit ita to animo. THR. O Gnato Hanccine. i. vtrum hanc contumeliam accipiam. i. patiar, tam insigne. i. tam magnam, siue grauem, & hoc in malam partem, in me. i. cõtra me, satius est. i. melius est mori, quam. s. talem pati contumeliam, sed accipere contumeliam potius dicimus, quam pati. Miles incitato animo suos seruos vocat facturus insultationes Thaidi. Simalio, Dorax, Syrisce. i. vos serui sequimini me. Simalio à simo, vel à simia deriuatum est ob fœditatem oris, vel nati. Syriscus diminut. est à Syro. Primum. i. in primis, expugnabo. i. pugnando capiã ædes. i. domum Thaidis. G. Recte facies sup. adulãdo dicit hoc. THR. Eripiam. i. abducam à Thaide virginem, quam dono dedi. G. Probe facies sup. q. d. non improbe facies non eripiendo virginem, pro quo mola tibi habetur, ac refertur gratia. THR. Male. i. valde, & in malum eius, mulctabo. i. pecuniam ipsam. s. Thaidem. G. Pulchre facies eam mulctando, q. d. honeste, ac decenter, decet enim eam mulctari, quæ sic est ingrata, & hæc omnia potius dicit assentando ineptijs militis q̃ probando, nam eo omnia paraliti verba tendunt, vt gulæ indulgeatur, & venter impleatur. THR. O Dorax concede, sup. vel veni huc, in medium agmen. i. in medium exercitum ordinatum cum vecte. i. cum ferreo instrumento parietibus domorum perfodiendis apto. Inde vecticularia vita dicitur eorum, qui vectibus parietes perfodiunt alienos furandi gratia: Cato: Vecticulariam vitam viuere est repente largiter habere, repente nihil. Et ita cum vellet expugnare ædes Thaidis vectibus, erat opus ad parietes quatiendo, ac frangendos, tu Simalio, nomen serui, concede inquam in cornu sinistrum. i. in partem aciei sinistram, hic enim cornu p metaphoram dicitur pro parte aciei tam dextera q̃ sinistra, hoc est pro latere tam dextro, quàm sinistro. Et, vt inquit Strabo, cornu habet sexagenos milites. Tu Syrisce concede inquam in dextrũ cornu, hoc est in latus dextrum aciei, seu exercitus. Cedo. i. dic, seu nomina, alios. i. reliquos seruos, vbi est Centurio. i. is qui centum præest militibus, & potius peditibus. Nam Centurio est peditum, decurio vero equitum. In exercitũ miles Centurioni parebat. Centurio tribuno, tribunus legato, legatus consuli, sed seorsum magister equitum solum dictatori parebat. Quidam dicunt Centuriones aliqñ præfuisse quatuor manipulis, manipulum vero cõstitisse ex centum prius, deinde ex ducentis militibus, doctosq. manipulos à fasciculis palearꝝ, quos manipulos dicimus. Nam adhuc pauper P. R. pro vexillis manipulos palearum pertica suspensos ferre solebant, vnde manipularis miles dictus est. Ouid. Pertica gestabat olim suspensa maniplos, Vnde maniplaris nomina miles habet. Varro autem inquit, Manipulos esse minimas manus. i. cateruas exercitus, quæ vnum sequuntur. Manipulus. i. coniungit plures manus. & Nonius: Manipuli sunt manus militum, vel collecti viri sic dicti, vt vult Don. Nam cum Romani, & Latini sub nouo Centurione bellum aggressuri deputabantur, sibi sertum vel coronam ex manipulo herbæ conficiebant, quam pro signo sequebantur. Nonnulli ẽt volunt manipulos dici signiferos, quia sub Romulos pauper adhuc Rom. exercitus hastis fecit manipulos illigari, & hos pro signis tenebant. Redeamus ad literam. Vbi est Sanga ille seruus, vbi est manipulus. i. caterua furum. i. p̃donum. Vel manipulus, vt alij volunt. i. signifer. Aliqui hic manipulum furum coqui discipulos dici putant, & quòd miles coquum videns conuiuas desiderat. S. Eccum. i. ecce hic coram te Sanga adest, & in tertia persona de seipso loquitur. THR. O ignaue. i. timide, quid? modus interrogandi, ne. i. vtrũ, cogitas pugnas repeniculo. i. spongia longa, q. s. tu portes. i. afferas istuc peniculum, huc. s. in medium agmen. Penis, vt Festus ait, cauda vocabatur, vnde & offam porcinam cum cauda offam peniã dicebant. Et etiam membrum virile, vt ait Seruius, Saluſtius. Adulter ganeo, manu, ventre, alea, pene bona patria lacerauerat hinc & peniculos dicimus, qbus calciamenta texuntur, quæ de caudarum extremitate fiunt. Sunt ẽt peniculi spongiæ longæ propter similitudinem caudarum appellatæ. Inuenio etiam penicilla in neutro à peniculum li, pro instrumentis factis ex setis porcinis, quibus vtuntur pictores cum pingunt, quæ instrumenta ni quid me fallat pincella vulgo vocant. S. Ego ne. i. quæris sup. vtrum cogitem pugnare peniculo. Noueram virtutem. i. vires imperatoris, videlicet tuas, qui es imperator huius certaminis, & noueram vim. i. vehementiam, acrimoniam militum noueram inquam hoc certamen. s. non posse fieri sine sanguine, q. i. quomodo, abstergerem. i. desiccarem vulnera, & mundarem, nisi attulissem peniculum, vel nisi ponatur hoc totum interrogatiue, sic sup. attuli sup. peniculũ, qui. i. vt abstergerem vulnera. THR. Vbi sunt alij? S. Malum, hic est interiectio malum, & per parenthesim solum legendum sic. Malum, quod vulgo dicitur, mala gratia, qui alij sunt sup. Plaut. in Epid. quem malũ hæc impudentia, vt sic dicerem. Vnde malum mihi pecunias esse putas, quod vulgo dicitur. Vnde mala gratia putas mihi esse pecunias. Item quid malum tibi vis, quod dicit. Quid mala gratia, aut malæ gratiæ oportet tibi. Quod ineptum est dicendi genus. Sed hic talia apponuntur, non vt approbentur, sed potius vt reprobentur alijs dicendi modus surrogatis. Solus Sanio. i. ille seruus, seruat. i. custodit domum, quod si sit domi intelligo sic seruat. i. manet, aut sedet domi, vt obseruet eam, vel etiã custodit domi. THR. Tu Gnatho instrue. i. appara, vel ordina, aut dispone, & informa hosce milites, ego ero hic post principia. i. post primas legiones firmæ armaturæ. Nam in acie bene instructa erant milites agiles leuis armaturæ, qui velitis dicebantur, qui velitabãtur. i. agiliter pugnabant, quorum officium erat lacessere pugnam, & quasi prælij præludium facere velitatione. i. proborum vltro, citroq. obiectatione. Deinde lacessita pugna secedebant, aut in equos insidebant sua agilitate, inde veniebatur ad primas legiones firmæ armaturæ, & robustæ, quæ dicebantur principia, quia illic erat principium resistentiæ. Sequitur in litera, inde. i. ex toto loco, dabo signum omnibus, aut sonitu tubę, seu classici, aut alio signo, aut vibratione vexilli vel erectione, & alia re id genus. G. Illud. s. ita sibi cauere est sapere. i. esse sapientem, vt. i. postquam, instruxit. i. apparuit hosce milites, ac disposuit, ipsus. i. ipse cauit sibi. i. prouidit prospexit sibi, in loco. i. opportune, vt in Adel. pecunia in loco, &c. Pyrrhus rex Epirotaꝝ peritissimus stratagematum. i. astutiaꝝ militiæ, factitauit. i. sæpe fecit, hoc idem. i. sibi opportune cauit, ac consuluit. C. O Thais viden'. i. vides ne quam rem hic Thraso miles agit. Nimirum. i. sine dubio, illud consilium. i. illa suasio, vel illum propositum de occludendis ædibus. i. de obseruanda domo est, tectum. i. recte suasum, & susceptum. T. Sa-

nè.i.nimis vel valde consilium inquam rectum est de occludendis ædibus,& hoc per ironiam dicit,qui.i.qualis vir nunc videtur,tibi,hic est nebulo.i.vanus,inanis,molis vt nebula,magnus corpore .s. & statura,sed mollis, vt nebula, ne timeas.i.noli timere quamuis sit magnus,& in ætate virili.Don.autem subaudit non est, legendo affirmatiue non interrogatiue sic, Non est sup. talis vir,qui.i.qualis videtur tibi hic est magnus nebulo .i. magnus corpore,&statura,sed molis vt nebula, futilis,& vanus, non virilis,neque magnanimus, vt tibi videtur ne metuas.

THR. Gnatho quid videtur tibi .i. quid iudicas de in eundo prælio,per quod ostendit se iam timere. G. Nunc vellem fundam.i.sagittam,quæ.s.multum longe iactatur,non hastam,neque lanceam. Funda.n.interdum dicitur instrumentum,quo rotantur, seu iaciuntur lapides. vt Seruius ait. Virg. in Georg. Stupea torquente balearis verbera fundæ. Interdum dicitur genus retis à fundendo,vt ait Nonius. Virg. in Georg. Atque alius latum funda iam verberat amnem, & illud retis genus vulgo dicitur baca. Interdum funda significat iaculum,siue missile aliquod, quod longe funditur .i. mittitur. Inde funditores, vt Nonius ait,dicuntur qui fundis magnis dimicant. Sisenna. in tertio historiarum. At post armatos funditores,& sagittarios ponit. Nunc inquam vellem fundam dari tibi,vt tu cæderes .s. verberares,& vexares,ac oppugnares illos .s.Thaidem, & Chr. procul hinc.i.longe ab hoc loco,ex occulto.i.loco vbi non videreris,ipsi subaudi facerent fugam.i.darent terga,siue fugerêt.

THR. Sed eccam.i.ecce hic video ipsam Thaidem. G. Quam mox .i. quantum statim,vel quanto post irruimus .i. impetum facimus. nam irruere est cum furore prælium inire. THR. Mane.i.siste pedem,decet sapientem prius experiri.i.tentare omnia.i.quærere, & experiri omnia media verbis.i.bona compositione, & pactione verbis mitibus facta, quàm armis .i. bello. Et est sententia exornatio rhetorica, qui.i.quomodo scis an faciat Thais ea,quæ iubeam.i.velim sine vi.i.sine impetu, & violentia. G. Dij vestram fidem. exclamatio est comica.i.imploro sup.vestram fidem.i.vestrum auxilium,& vestram opem, quanti est.i.quanti valet, quantum est vtile sapere.i.esse sapientem,nunquam accedo ad te,quin .i. quod non habeam doctior .i. quin redeam ex consortio tuo doctior tanta es sapientia. est autem adulatio parasitica. THR. O Thais primum responde hoc mihi quod sequitur.cum do.i.cum darem tibi illam virginem,dixtin' .i. promisisti ne dare .i. exhibere,te hos dies.i. per hos dies, sed elegantius omittitur præpositio, & elegantius in accusatiuo dicitur,q̃ in ablatiuo. soli mihi non etiam Chremi. T. Quid tum.i.tunc postea feci sup. THR. Rogitas.i.petis quid fecisti, quæ.s.tu adduxisti mihi coram oculos tuum amatorem .s. Chremetem,quam miles putauit esse suum riualem. T. Quid agas cum illo Chremete, q.d. quam actionem ex ea re contra eum habere possis, vel fiat distinctio post quid est,& sit interrogandi modus,vt sæpe fit, deinde subdatur agas cum illo de illa re, q.d. Loquare cum eo de ea re non mecum. vel contendas cum illo tibi,q.d.acerrime responsuro, & verbo, & dimicatione. THR. Et subduxti.i.subtraxisti te mihi, clam.i.furtim cum illo amatore. T. Libuit.i.sic mea fecit voluntas. THR. Ergo redde .i. restitue huc mihi Pamphilam,quia discessisti à pacto,ideo nullum esse debet vel condi tionem donationis non impleuisti, ideo donatio nullius momenti esse debet ni.i.si non vis illam sup.eripi.i.auferri à te,vi.i. violentia. C. Dicis sup.vt Thais reddat tibi illam Pamphilam, aut vt.i.quòd tu omnium tangas eam Pamphilam, non modo eripias eam,& est aposiopesis. locutio namque imperfecta est,& concisa. nanque loqui solent plus gestu quam verbis conciti, & commoti ira. G. Ah,dolentis,vel derideutis,quid agis,vel quid ais.i. loqueris,tace,q.d.nescis cui viro male dicas. C. Quid tu tibi vis.i.quod inepte dicitur qd oportet tibi. THR. Egon'.i.vtrum ego non tangam meam.s.Pamphilam. C. O furcifer .i. verbero,& qui dignus es illa ignominia affici,vt furcam .i. patibulum feras circunuicinos more improbi serui.

G. Caue sis.i.si vis,& est compositum ex duobus corruptis, vt cape sis ex tribus .i. cape si vis, sed talibus vti potius est poëtarum quàm oratorum. nescis cui viro tu nunc male dicas.i.contumeliam inferas. C. Alloquitur hic militem inquiens. tu non abis.i.discedit,hinc,id est ex hoc loco, & minaciter cum eo agit, quamuis tamen sic meticulosus. Sin, id est scis ne vt, id est qualiter res sese habeat tibi,id est quantum ad te spectat, & in tuum malum, q.d.scis ne quo modo res se habeant quantum ad te spectat, si quidquam turbæ, id est rixæ turbationis, cœperis,id est concitaueris,hodie hic,id est in hoc loco,faciam, id est efficiam,vt memineris, id est recorderis huius loci, & diei, & memineris mei semper,id est omni tempore. G. Me miseret tui,id est misericordia tui me mouet,qui.s.tu facis hunc,scilicet militem.tantum virum,id est qui est tantus vir,inimicum, id est aduersarium,& maleuolum tibi. C. Alloquitur iterum militem. Ego diminuam,id est mutilabo hodie caput tuum nisi abis. G. Vero,id est sed, ô canis,id est impudens,acerbus vt canis, hoc verbo canis impudentibus inimicis conuitium fieri solet. Ain'? .i. dicis ne te diminuturum caput eius, sic ais .i. sic loqueris,alij sic agis,sed in diem redit. THR. Quis.i.qualis homo es, quid tibi vis, quod dicitur quid oportet tibi, inepte, quid res est tibi cum illa puella,id est quod negocium, seu commercium habet cum Pamphila,quòd ita loqueris acriter. C. Scibis pro scies, principio .i. in primis. dico eam esse liberam, non seruilis conditionis. T. Hem interiectio indignantis propter dictum illud. C. dico inquã esse ciuem Atticam. THR. Hui,interiectio deridentis. C. Dico inquam eam esse sororem meam. THR. O os,durum .i. os impudens, qui talia effutit mendacia,& figmenta,sicut contra mollis frontis dicuntur, qui sunt reuerentes. C. O miles adeo .i. certe, miles autem contumeliose dixit,vt fieri solet, cum vilis officij nomine aliquem vocamus. edico .i. præcipio, impeto tibi tanquam prætor, vel imperator militi. prætoris enim, & imperatoris edicto sunt, ne .i. quòd non, facias vllam vim .i. vllam violentiam. in illam, id est contra illam puellam. Deinde conuertit sermonem suum ad Thaidem inquiens, ego eo ad Sophronam nutricem puellæ.s.vt adducam eam nutricem,& ostendam hæc signa sororis meæ, quæ signa intelligimus ostendisse Thaidi de sorore sua. THR. Ne.i. vtrum,tu prohibeas.i.impedias,ne tangam meam puellam quam emi. C. Inquam .i. iterum dico tibi. prohibeo .i. vero ne eam tangas. G. Audin', id est audis ne iniuste.s.profiteri hic .s. C. Vel hic tanquam apud prætorem alligat .i. astrinxit, illaqueat, & obnoxium, seu reum facit se: furti.i.fraudis, per metalepsin. nam omne quod fraude fit furtum est. Inde dulcia furta dicuntur adulteria. itaque furtum accipimus pro omni fraude,dolo,& iniuria. Duobus autem modis dicitur furtum. Vno modo cum omne maleficium generaliter significatur. altero,cum res surrepta demonstratur. nunc ergo furtum maleficium est. C. Satin'.i. satis ne. hoc est tibi.i.sufficit ne hoc tibi. THR. Alloquitur nunc Thaidem. tu Thais ais hoc idem quod.s.ipse Chremes dicit. T. Quære aliquem,qui respondeat tibi, tanquam sis, indignus cui ego debeam respondere,& quære dixit contumeliose. illud .n. quæritur quod difficile reperitur. ergo non modo indignus es, inquit,cui ego respondeam, sed vix inueniens, qui te dignum responsio iudicet. G. Quid agimus nunc hoc dictum est languidi, atque defessi. quin .i. imò redeamus vnde venimus, iam .i. statim. hæc Thais aderit.i.aduenies,supplicans vltro .i. sponte sua tibi. THR. Credin' .i. credis ne credere dubitantis est, certum esse fidentis. G. Imò certe .i. sed profecto. aderit supplicans tibi: noui .i. cognosco: ingenium .i. naturam mulierum. vbi .i. quando. velis aliquid, nolunt, vbi .i. cum nolis ipse cupiunt,vltro illud,scilicet,quod non vis.

THR. Bene putas .i. recte cogitas, disputas, vel iudicas.

G. Iam.i.statim,vel nunc: dimitto,exercitum.i.facio illi copiam abeundi, siue præbeo militibus commeatum. Nam dux dicitur dimittere milites suos, quando vltra illis stipendia dare non vult, sed illis abeundi præstat facultatem. THR. Vbi vis, id est quando vis, vel cum libet dimittere exercitum, nam Gnath. per interrogationem dixerat dimitto exercitum. G. O Sanga fac vt vicissim .i. identidem, siue sæpe cum quodam interuallo. memineris,id est recorderis. domi, & foci.i.coquinæ. Focus proprie dicitur locus vbi ignis est,& quoniam coquina sine igne esse non potest (cum à coquendo dicatur) præcipue,quo tempore aliquid decoquitur,ideo pro coquina rite poni potest. S. Iandudum animus est in patinis .i.paulo ante incepi habere appetitum, & cogitare de patinis,id est de vasis, in quibus edulia ponuntur, & per vasa ostendit habe animum ad edulia,& iam esurire,& est quod vulgo dicitur. Iste semper habet cor ad coquinam, dum quis vult dicere aliquem velle semper comedere. vbi eleganter diceretur,Illi semper animus est in patinis, vel in patinis semper animum habet. G. Es frugi.i.vtilis,& necessarius: à frugibus,quæ dictæ sunt q̃ his fruamur. Inde fructus,& frumentum. Frui autem est vesci, diciturque à frumine, quæ est summa pars gulæ, à qua re etiam his frui dicimus, quæ nec cibi, nec pocula sunt vtpote amicitia, delectatione sensum exteriorem,pariter ac interiorem. THR.

Vos

Vos sequimini me hac.i.per hanc partem. Sanga enim coquus est,qui esurientibus sequendus est,qualis est parasitus, qui ventrem implere cupit.

LATO. ARGVMENTVM) Miles ridicule oppugnat domum Thaidis. [Recte,probe,pulchre) attende ironicam assentationē ex ipso verborum genere.[Manipulus) Hoc commode quasi in cunctantes.[Imperatoris virtutem) Salse,& irrisorie respōsum. [Illuc est sapere) Hoc ad spectatores, indicans militis timiditatem,sed audit miles,& exemplo defendit.[Fundam tibi) Attende Gnathonis vrbanitatem in ludando milite. [Omnia prius) Sententia ad palliandam timiditatem.[Quid tamen postea)Superba,& apta meretrici responsio. [Omnium)Aposiopesis maledicentis. [Canis?)Aptum conuitium in maledicum. [Os durum) .i. hominem impudentem, iuxta prouerbium, pudor in oculis, Et est insimulatio vanitatis.[Audin' tu?) Et hoc irrisorie in militem. [Quære qui) Contumaciam meretricis. [Nolunt, vbi) Scite expressum muliebre ingenium.[Exercitum) Magnifice ad risum. [Animus est in pannis) Alludit ad prouerb. animus est in corijs.

PETR. MARS. HANCCINE ego &c.) Inanem ostentationem militis glorioſi,& verba sesquipedalia. & ante periculum audaciam,& in ipsa re timiditatem,nec non mores Gnathonicos,ac meretricis vehementiam,hæc scena exprimit. Arist.lib.4.Moral.sic ait. Audaces quidem fortes sunt ante ipsa pericula, & volunt ea. sed cum in ipsis sunt,tergiuersantur. Fortes autem in ipsis quidem periculis feruidi sunt, antea vero quieti. [Donax, Syrisce,&c.) Donax. Latine dicitur fistula,calamus,arundo,tibia,& donachium,dicitur arundineum: & donachodes,arundinosus.

GLAR. HVIVS Scenæ versus omnes sunt tetrametri. Sed primi 18.iambici acatalectici, sequentes deinde omnes trochaici catalectici. quanquam in his posterioribus quidam ita ambigui vt etiam iambici acatalectici videri queant: quod in transcursu obiter dicemus. In secundo igitur versu ait Doctor. elidi s, in verbo Satius,quod non puto necesse. Primo.n.loco iambus est, secundo dactylus,tertio rursus iambus, quarto rursus dactylus, quinto anapæstus. In septimo versu idem ait d, elidi in Quid, quod placet. Sed, & vel s, elidendum censo in Istuc, nisi istum legamus,vt idem annotauit,vel bacchius est loco quinto, denique Peniculon' legendum,non. Peniculo ne,&,Qui abstergerem,non Quin. meminit, & Prisc. lib.9. de præterito secundæ coniugationis. In 10.versu Donatus,Domi legit,quod vulgo Donum. Verum hoc nihil ad carminis rationem. In 11. vel s, eliditur verbo Omnibus, vel creticus est loco sexto. In 13. pro Hocce Ioan. Hoc iam legit,& præcedente versu,Ipsus,pro Ipse. Ita etiam lib. mei vetusti habent, quanquam id nihil ad carmen. In 16. vel eliditur s, in Nimis, vel creticus est loco sexto.[Omnia prius experiri,quam armis,sapientem decet)Hic incipiunt trochaici Quorum primus trochæum loco primo,secundo vero tribrachyn habet.Quintus vel creticum habet loco secundo, Mihi monosyllabo toto elisо, aut postea dissyllabum fuerit,& tribrachyn ante vltimam habet syllabam.In sexto versu initio trochæus est, & Mihi dissyllabum. Ita septimus versu initio trochæum habet Quid cum, & m, non eliditur. & Cum illo bis in antiquo legitur libro, non, Cum eo, idque requirit carmen,vt quarto loco sit spondeas,nisi quis rursus m, non elidat,& quarto loco anapæstum esse contendat. Iambus enim illic locum non habet. Nonus vt iacet,iambum trochæumq. impeditos habet,sed vt fiat trochaicus quemadmodum ceteri, primo loco bacchium constituamus, secundo trochæum, tertio creticum.Idem iudicium est de sequente versu iambico,qui trochaicus esse poterit, si vel Meam monosyllabum fecerimus, Tuam vero dissyllabum,vel amphibrachyn loco quinto constituamus. In vndecimo,Caue,in duodecimo Tibi,vel iambi,vel pyrrhichij, idem discriminis facient, quanquam in duodecimo quidam libri,Sese geminatum legunt,vt sine dubio sic sit iambicus,quod mihi non probatur. In decimotertio Huius,in decimoquarto Tui,vel monosyllaba,vel dissyllaba,rursus idem discriminis iambici trochaicique facient. In 15. malim verbum Ego secunda breui,vt sit trochaicum. Decimussextus,& ipse ambiguus est. Si .n. tu Tu homo es,anapæstus fuerit,& Rei monosyllabum,erit trochaicus.Sin tu homo es,iambus,& Rei dissyllabum,iambicus acat.erit. Doctor.ait creticos videri. In 17. Eam. In 18. Meam idem discrimen fecerit,q̄q̄ in 17. loco tertio,in 18.loco primo amphibrachys esse poterit. Decimusnonus haud dubie trochaicus est.Atque ita etiam Doct.iudicauit. Ioan. vt hunc versum in numerum posuerit,haud equidem intelligo.Ego Sophronam primam longam puto,& hoc in carmine,& Act.5.Sc.1.in Phor.bis. Item Eo ante Sophronam legendum,secus atq; existimauit Ioan. vt sit primo loco spondeus,secundo anapæstus,tertio trochæus,quarto spondeus,quinto trochæus,sexto anapæstus,dein trochæus, & syllaba. vicesimus, & ipse haud dubie trochaicus est.Ita 21.si vel Meam monosyl.fuerit,vel amphibrachys loco primo.Sin dissyllabum,iambicus fuerit. Vicesimussecundus ad idem habet Ais vel monosyllabum pro trochaico,vel dissyllabum pro iambico. q̄q̄ si iambicum facere velimus,Tu corripiendum, non elidendum erit, & Thais vocatiuus nequaquam omittēdus est. Sed malim vel Ais monosyllabum facere,vel creticum loco tertio,vt fiat trochaicus,quē admodum oēs sequentes haud dubie sunt trochaici. In vltimo tamen versu,verbum Est legendum post animus, vt post primū spondeum sit tribrachys. Atque ita veteres lib. omnes habent.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Ex Pythia ancilla Thaïs, à Charea vitiatam cognoscit Pamphilam.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic demum virgo à Charea vitiata esse cognoscitur, & id quidem opportune,postquam contra militem defensa est, ac retenta, vnde statim sequentur nuptiæ eius,& Chæreæ,qui illam vitiauit. Is in fine scenæ vt hæc tractentur,interuenit.

Senarij.

THAIS, PYTHIAS.

ERGIN' scelesta mecum perplexe loqui?
Scio,nescio: abijt: audiui: ego non affui.
Non tu istuc mihi dictura aperte es, quidquid est?
Virgo conscissa veste lacrumans obticet,
Eunuchus abijt: quamobrem? quid factū est? taces?
P. Quid tibi ego dicam misera? illum eunuchū negant
Fuisse. T. quis fuit igitur? P. iste Chærea.
T. Qui Chærea? P. iste ephebus frater Phædriæ.
T. Quid ais venefica? P. atqui certo comperi.
T. Quid is obsecro ad nos,quamobrem adductu' est.
P. nescio.
Nisi amasse credo Pamphilam. T. hem misera occidi,
Infelix, si quidem tu istæc vera prædicas.
Num id lacrumat virgo? P. id opinor. T. quid ais sacrilega?
Istuccine interminata sum hinc abiens tibi?
P. Quid facerem? ita vt tu iusti, soli credita est.
T. Scelesta, ouem lupo commisti. dispudet,
Sic mihi data esse verba. quid hominis illic est?
P. Hera mea tace, obsecro, saluæ sumus: hominem
Habemus ipsum. T. vbi is est? P. hem ad sinistram, non vides?
En. T. video. P. comprehendi iube,quantum * potest. * potes.
T. Quid illi facies stulta? P. qui faciam, rogas?
Vide amabo, si non, cum aspicias, os impudens
Videtur. T. non. P. tum, quæ eius confidentia est.

ERGIN' scelesta mecum perplexe loqui?)Nunc demum virgo vitiata esse cognoscitur à Thaide, opportune,postquam magnopere & defensa est, & retenta. Nam statim cōsequentur nuptiæ eius & Chæreæ,qui illam vitiauit. [Perplexe loqui?) Ideo perplexe, quia statuerat crimen virginis celare. [Scio,nescio,abijt, audiui,) Mire ex dictis omnibus pauca DON.

decerpit,& ostendit quid perplexe dixerit,& stomachum sequentis expressit.[Scio)Flere puellam.[Nescio)vitiatam.[Abijt) Eunuchus.[Audiui)domi hoc admissum.[Ego non affui) cum hæc fierent. Acriter iratus est,ea repetere quæ proxime dixerint quibus irascuntur.vt,En ego victa situ,veriq. effœta senectus. [Nó tu istuc &c.) Non est hic interrogatio.[Virgo conscissa veste lacrumãs obticet) Hæc omnia rixam esse significauerant. [Virgo obticet) Tacemus consilia : vt, Nec tacui demens. Reticemus dolores : vt, Ne vetere,ne retice. Obticemus quoq; nos pudet, vt in Phorm. Heu quidnam obtices? [Eunuchus abijt:) Non Chærea, sed Eunuchus : non fugit,sed abijt,dixit.[Quamobrẽ? quid factam est? taces?) hæc ἀσύνθετα instantis dominæ vultum habitumq. demonstrant. [Quis fuit igitur?) Hæc cunctatiue pronunciandæ sunt,aut quia inuita indicar,aut dubitat de nomine ignoti,aut trepidat per timorem. aut,vt non videatur affuisse cum fuerit factum,aut quia non libẽter dicat eius nomen cui irascitur.Sed ego agnosco ancillarum consuetudinem,quę obliuiosæ sunt. [Iste ephebus) Ephebus nomen, ad ætatem retulit, non ad facinus cõmissum. [Ephebus) Cito ostendit,cur iste Eunuchus creditur.[Quid ais venefica?) redit rursum ad iracundiã aptum conuitium, & comicũ in ancillas, venefica,lupa, vipera, & sacrilega &c. [Quid is obsecro ad nos?) Non rogantis est Obsecro,sed dolentis.[Nisi amasse credo Pamphilam) deest q, vt sit,nisi quòd. [Num id lacrumat virgo?) vt supra,id vero serio triumphat,pro ob id.[Id opinor) Callide Pythias opinor dixit,cum sciat. [Quid ais sacrilegas?) αὔξησις. nam primo scelesta, deinde venefica, postremo sacrilega. [Istuc ne interminata sum) Satis moraliter,istuc ne interminata sum : pro, Num istuc tibi cominata sum? [Istuc ne interminat sum hinc abiens tibi?) Apparet hæc post scenam esse mandata. nam supra non meminit, sed dixerat, Tamen hoc prius introducam, & quæ volo simul imperabo, postea continuo exeo. [Ita vt tu iusti,soli credita est) dixerat enim prius Chærea, Edicit ne vir quisquam ad eã adeat,& mihi ne abscedã,imperat.[Iusti) Συγκοπὴ καὶ μετάπλασμὸς, pro iussisti. [Scelesta, Ouem Lupo commisisti) Bene dilatum tot occasionibus prouerbium, personæ Thaidis ascriptum est, continet enim fœmineam reuerentiam,& meretricium sensum reditq. rursus ad minora conuitia,quia videt se esse conuictam. & est prouerbium, Ouem Lupo commisisti.[Sic mihi data esse verba) Videtur plura fuisse dictura, nisi superuenisset Chærea. [Quid hominis illic est?) Per genitiuum casum iniuriose dicitur : per nominatiuum honorifice. [Quid hominis illic est?) Non continuo agnoscit hunc hominem meretrix,quia etsi adhuc Eunuchi veste indutus est,attamẽ exuis spadonis incessum : vultum habitumq. mutauit, & præter vestem, tutus in Chæreã redijt. [Hera mea tace obsecro) Blande, ac puellariter arridet. [Tace) Non silentium indicantis est,sed securam facientis: vt, Tace,egomet cõueniam ipsum.[Habemus hominem) Mire hominem dixit,vt rem. [Iube compræhendi) Pro compræhende. Iube enim velle significat. [Et quantum potes) Deest cito. [Quid illi faciemus) Subauditur,compræhenso. [Quid faciam rogas?) Moraliter expressit puellæ stupentis verba,& non hũtis quid respondeat ad ea quæ dicta sunt. [Vide amabo, si non cum aspicias, os imprudens Videtur. [Mire ab eo quod respondere cœperat,ad aliud transit,mirata confidentiam Chæreæ.Non est impudens,inquit, non est nisi similis impudenti. Sic alibi,Seueritas inest in vultu,atque in verbis fides.

GVID. PERGIN' &c.) Nunc demum puella cognoscitur à Th. esse stuprata,& quidem opportune postquam defensa est, & retenta magnopere,nã statim consequentur nuptiæ eius,& Chæreæ,qui ei vim attulit. T. O scelesta.i.scelerata Pythias,pergin' .i.prosequeris ne loqui mecum,perplexe.i.obscure inuolute,intricare,vt sint aduerbia. Nam perplexus dicitur districtus,nutans,dubius,titubans,intricatus quorsum se conferat,pergin' ergo loqui mecum perplexe dicendo sup.scio puellam flere,deinde nescio stupratam esse,abijt.s.Eunuchus, audiui domi hoc esse admissum &c.ego non affui.i.non interfui,cum est illi vis illata.Hæc asyntheta instanti dominæ vultum,habitumq. demõstrant, non est mihi dictura istuc quidquid est aperte.i.palam loquendo,& manifeste, non perplexe, & obscure virgo veste conscissa.i.habens vestem fractam,obticet.i.tacet,lacrymans.i.lacrymas emittens tacemus consilia, reticemus dolores, obticemus quorum nos pudet. Eunuchus abijt.i.discessit, quamobrem.i. quare, taces.i.cælas id, quod est factum.i.admissum. P. Quid ego misera dicam, negem.i.negare debeo illum, q adductus est fuisse Eunuchum. Thais igitur si non fuit Eunuchus, qui fuit Pyth.iste, per contemptum dixit iste, Chærea fuit.s. T. O qui Chærea fuit. P. Iste ephebus.i.adolescens impubis frater Phædriæ. T. O venefica.i.ò meretrix,quia omnis adultera eadem venefica est,similiter & omnis meretrix quæ suis illecebris tanquam veneno inficit amatores,propterea insanus amor interdũ veneni appellatione designatur. P. Atqui.i.certe, comperi.. cognoui q; fuit frater Phædriæ. T. Obsecro quæso quid. i.cur & quamobrem .i. propter quam occasionem, is Chærea adductus est ad nos. P. Nescio nisi q; sup.credo eum amasse Pamphilam, sed si sit amasse,dic sic, Nescio cur adductus sit,nisi quia sup.amasset Pamphilam, & tunc subdatur credo.i.ita arbitror. T. Hem,interiectio indignantis,ego misera occidi.i.perij,infelix sum sup.& per se legendum est, si quidem.i.si certe, tu prædicas.i.narras,istæc.i.ista,quæ dicis vera,num.i.nunquid,virgo lacrymat id.i.ob id? P. Opinor.i.suspicor,id.s.virginem ob id lacrymare. T. O sacrilega.i.nefaria,impia,& scelerosa,quasi quę sacrũ violauerit, quid ais istucci ne.i.nonne ego abiens i.discedens hinc interminata sum.i.comminata sum tibi istuc,quod.s. constabat inter eas postquam scenam fuerit mandatum, vt forsitam ne quisquam ad eam antecederet. P. Credita est.i.cõmissa est Eunucho soli, vt iussi.i.iussisti. ideo quid facerem.i.quid facere aliud possem, quam tuis morem gerere mandatis vel præpone quid facerem,vt in tenore textus est. T. O scelesta.i.scelerata,commisisti.i.tradidisti,credidisti. Ouem Lupo,prouerbialiter dictum, q. d. virginem violatori cõmisisti, sicut si ouis lupo deuorari cõmittatur, dispudet.i.maximo pudore afficior,verba sit mihi data esse.i.sic me decepta, quid illuc hominis est .i. quis est ille homo Eunuchi veste indutus,animaduertit.n.Th. Chæream,sed non continuo agnouit propter vestem, & hominis dixit in genitiuo,nam per genitiuum iniuriose dicitur, per nominatiuum vero honorifice. P. O hera.i.domina mea, obsecro tace.i.esto secura,nam illud tace non est silentium indicentis, sed securam facientis. sumus saluæ. habemus hominem ipsum .s. Chæream tanquam reum. T. Vbi is.s.Chærea est. P. Hem, per indignationẽ,viden'.i.vides ne eum ad sinistram partem .s. T. Video. P. Iube eum compræhendi.i.capi quantum potes. T. O stulta.i.inconsiderata,quid faciemus illi comprehenso. P. Rogas quid faciam? amabo,interiectio blandientis,q.d.quaso rogo te per amorem vide si os eius non videtur impudens .i. inuerecundũ,cum aspicias eum. T. Non est os eius impudens. P. Tum.i.deinde vltra hoc quod non erubescit,vide quæ.i.qualis confidentia .i. nimis securitas est, & est quod dicitur inepte. vide quomodo est asseuratur. Fiducia in bonum sonat vt plurimum,confidentia vero in malum.

ARGVMENTVM) Redit fabula ad complendam epitasin Antiphonis. Nam Thais expostulat cum ancilla quod virgo vitiata sit. [Quid tibi ego dicam) Timida responsio.[Obsecro ad nos?) Subaudi venit,& est dolentis interrogatio. [Ita tu iusti)Syncope pro,iussisti.[Ouem Lupo)Prouerb.[Quid hominis)Interrogatio admirantis.Nam videt Chæream Eunuchi vestem indutum, & est paraseue ad seq. sce. [Quid illi faciemus) Agnito adolescente,mox illi conciliatur Thais. LATO.

PERGIN' sceleſta &c.)Perplexos ancillæ dolos,& meretricum curiositatem, diligentiam, & coniecturam,hæc scena exprimit.Meretrix nanque callida,& longo rerum vsu edocta, minimo signo id,quod est,coniectat.Vnde callidi dicuntur illi, quorum animus vsu concallúit,vt manus assiduo opere. PETR. MARS.

SENARII sunt omnes iambici. In septimo versu proceleusmaticus est loco tertio. In decimo versus, in Adductus elidítur. Quidam lib.extra rationem carminis habent Aut ante Quamobrem. quod liber Aldi non habet. In xij.si quidem prima corripitur,vt duabus huius comœdiæ primis scenis. In 14. istuccine pæan primus est,q̃q̃ vltima hic elidítur. In 15.Donat. Tu iusti,legit,pro,Iussisti.In sequente ad idem quiddam Cõmisti,pro Commisisti legendum putarunt, sed illi carmen non recte legerunt. Lupo.n.ante Ouem legendũ, Donat.hercle haud quanquam tacuisset, qui priori carmine tam diligenter de Iusti disseruerit. In septimo à fine Quid illud hominis est,veteres habent lib.pro Quid hominis illic est. Illic sane hic locum non habet. forte Illi pro Illic quis legendum contendat, vt i, corripiatur,non elidatur. Et in Phor. secunda scena Illi,pro Illic inuenitur. interea dum sedemus illi,interuenit,auct. Don. In 6. à fine Tace geminandum, vt Doctor, & Ioan. recte admonuerunt. In 5.à fine verbum Sinistram bacchius est,& bene habet carmen. In 4.à fine,vel Compræhendi trissyllabum est,vel Iube secunda corripitur. In antepenult. Illo pro illi Priscianum legere Ioan.ait. In vltimo Eius monosyllabum. & duo verba, Non est Thaidis esse volunt. GLAR.

ACTVS

ACTVS V. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Thaïs cum Chærea contendit ob vitiatam Pamphilam, deinde condonat noxam, petenti vxorem, quam vitiauerat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena continetur Chærea post fugam comprehensio: deinde contentio inter Thaidem ipsumq; tum, redeũt in gratiam. Pythia tandem renitente, demum de nuptijs cum Pamphila contrahendis tractam.

Senarij omnes.

CHAEREA, THAIS, PYTHIAS.

PVD Antiphonem vterque, mater, & pater,
Quasi dedita opera, domi erant, vt nullo modo
Introire possem, quin viderent me, interim
Dum ante ostium sto, notus mihi quidam obuiam
Venit. vbi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam desertum, inde item
In aliud, inde in aliud. ita miserrimus
Fui fugitando, ne quis me cognosceret.
Sed est ne hæc Thais, quam video? ipsa est. hæreo.
Ah, quid faciam? quid mea autem? quid faciet mihi?
T. Adeamus. bone vir Dore, salue: dic mihi,
Ausugistin'? C. hera, factum. T. satin' id tibi placet?
C. Non. T. credin' te impune habiturum? C. vnam hanc noxiam.
Mitte: si aliam vnquam admisero vllam, occidito.
T. Num meam fœuitiam veritus es? C. non. T. Quid igitur?
C. Hanc metui, ne me criminaretur tibi.
T. Quid feceras? C. paululum quiddam. P. eho, paulum impudens?
An paululum esse hoc tibi videtur, virginem
Vitiare ciuem? C. conseruam esse credidi.
P. Conseruam? vix me contineo, quin inuoluem in
Capillum. monstrum, etiam vltro derisum aduenit.
T. Abi hinc insana. P. quid ita vero? debeam.
Credo, isti quidquam furcifero, si id fecerim;
Presertim cum se seruom fateatur tuum.
T. Missa hæc faciamus. non te dignum Chærea
Feciſti: nam si ego digna hac contumelia:
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen.
Neque * ædepol, quid nunc consili capiam, scio, *æpol
De virgine istac: ita conturbasti mihi
Rationes omnes, vt eam non possim suis,
Ita vt æquom fuerat, atque vt ituduit, tradere, vt
Solidum parerem hoc mihi beneficium Chærea.
C. At nunc dehinc spero æternam inter nos gratiam
Fore Thais. sæpe ex huiuscemodi re quapiam, &
Malo ex principio magna familiaritas
Conflata est. quid, si hoc quispiam voluit deus?
T. Equidem pol in eam partem accipioque, & volo.
C. Imò ita quæso. vnum hoc scito, contumeliæ
Non me feciſſe causſa, sed amoris. T. scio,
Et pol propterea magis nunc ignosco tibi.
Non adeo inhumano ingenio sum Chærea,
Neque tam imperita, vt, quid amor valeat, nesciam.
C. Te quoque iam Thais, ita medij bene ament, amo.
P. Tum pol ab isto tibi hera cauendum intellego.
C. Non ausim. P. nihil tibi quidquã credo. T. desinas.
C. Ego me tuæ commendo, & committo fidei.
Nunc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix sies:
Te mihi patronam * cupio Thais: te obsecro: * capio
Emorior, si non hanc vxorem duxero.
T. Tamen si pater. C. quid? ah volet, certo scio.
Ciuis modo hæc sit. T. paululum opperirier
Si vis, iam frater ipse hic aderit virginis:
Nutricem accersitum ijt, quæ illam aluit paruolam:
In cognoscendo tute ipse aderis Chærea.
C. Ego vero maneo. T. vis ne interea, dum is venit,
Domi opperiamur potius, quàm hic ante ostium?
C. Imò percupio. P. quam tu rem actura obsecro es?
T. * Nam quid ita? P. rogitas? hunc tu in ædis co- * Quid nam
gitas
Recipere posthac? T. cur non? P. crede hoc meę fidei,
Dabit hic aliquã pugnam denuo. T. au, tace obsecro,
P. Parum perspexisse eius videre audaciam.
C. Non faciam Pythia. P. non pol, credo Chærea,
Nisi si commissum non erit. C. quin Pythias
Tu me seruato. P. neque pol seruandum tibi
Quidquam dare ausim, neque te seruare. apage te.
T. Optime. adest ipse frater. C. perij hercle: obsecro
Abeamus intro Thais: nolo, me in via
Cum hac veste videat. T. quamobrem tandem? an quia pudet?
C. Id ipsum. P. id ipsum? virgo vero. T. i præ, sequar.
Tu istic mane, vt Chremem introducas Pythias.

DONATVS.

PVD Antiphonem vterque) Rediens in viciniã suam, causam reddit Chærea, cur non mutauerit vestem. Oportuit autem, & de necessitate argumenti fuit, Chæream nõ mutasse vestem, vt meretrix virginem à Chærea vitiatam audierit, & eum cum turpi habitu incedentem intueretur, eum reum vitiatæ virginis putaret. Apud Antiphonem dixit, pro in domo eius. [Vterque, pater, & mater) Non, vterque pater, & vtraque mater, sed vterque parens, quia pater, & mater. [Quasi dedita opera domi erant;) Non tam mirum, si domi erant, sed illud magis mirum, quòd in ea domus parte, qua in ædes introeundum erat adolescentulo. [Vt nullo modo Introire possem) Superius causa continetur cur non mutauerit vestem. Inferius autẽ cur huc redierit. [Quin videret me) Quin modo pro quo minus. [Dum ante ostium sto) Antiphonis ſ. [Motus mihi quidam obuiam Venit) An notus, qui me posset agnoscere? an qui me nouerit. i. amicus? [Quantum queo) Deest velociter. [In angiportum) Vide illum non vitasse sub vna clausula bis. In dicere, in pedes, in angiportum. Angiportum dicebant vicum non peruium, viam publicam. [In angiportum quoddam desertum;) Deest fugiens. [Ita miserrimus Fui fugitando). i. fatigatus, lassus & languidus sum dum fugio. Et honesta locutio est: vt, miser amando, miser currendo. [Ne quis me cognosceret) Nota improprie dictum pro agnosceret. [Sed est ne hæc Thais quam video?) Iampridem ipse visus, nunc primum videt. [Hæreo) Incertus remaneo, atque defigor. Primus metus adimit consilium, sed recogitatio reddit confidentiam. [Quid mea autem?) Colligit se rursus ad impudentiam Chærea. & vide si non eadem est audacia in Chæreæ, quæ in suscipiendo facinore fuit, & ἐπαναπλώσεως, quid mea autem? [Quid faciet mihi?) Opportune se confirmauit, quia si extimuisset, & fugisset, nihil nuptiæ promouerentur. [Bone vir Dore) Hoc totum figurate dixit, vt meretrix, & subtiliter. Nam scit Chæream esse quem alloquitur,

quitur, non Eunuchum. Et hic magna occasio datur meretrici adeundi adolescentis, qui habitum non mutauit, & adhuc quasi Eunuchus, & seruus est. [Bone vir Dore salue) Maior obiurgatio est per hanc dissimulationem Thaidis aduersus Chæream, quàm si illum id, quod est appellet. [Hera, factum) Non potuit subtilius respondere Chærea quàm accommodare se interroganti. [Satin' id tibi placet?) Hoc potest & non figurate dici, sed aperte. [Vnam hanc noxiam Mitte) Trissyllabo nomine noxiam dixit, quasi noxam. Alibi aliter, Dominam dixit extra noxam. [Si aliam vnquam admisero vllam, occidito) Verba seruorum, quibus nihil horribile est post præsentes plagas. Et non, cædito: sed, occidito, & non, alias dixit, quasi illa * dixerit adhuc irrisor es vti fugitiuus. [Num meam sæuitiam veritus es?) Vt fugeres. [Hanc metui, ne me criminaretur tibi) Perfecte imitatus est verba fugitiuorum, quæ apud dominos faciũt comprehensi. [Vitiare ciuem?) Bene intulit ciuem, quòd plus est quàm virginem vitiare. αὔξησις gradatim facta. [Conseruam esse credidi) Locus erat vt diceret, Seruam esse credidi, sed admirabiliter conseruam dixit. & hoc ipsum, miserabiliter pronunciandum est, tanquam miserabiliter crediderit conseruam esse quæ ciuis erat, atque eam quasi conseruam vitiare debuerit. [Conseruam) Opportune stomachabatur Pythias facta mentione conseruæ. [Vix me contineo quin inuolem, in Capillum) Minæ istæ propriæ fœminarum sunt, & in se, & in alios vnguibus sæuientium. vt, Vnguibus ora soror fœdans, & pectora pugnis. Sed inuolem, ab auibus tractum est. vt apud Virgil. Prædam pedibus circunuolat vncis. Ergo hoc gestu, & dicto & corporis motu est adiuuandum. [Inuolem in Capillum) Apparet more veterum intonsum esse. [Etiam vltro derisum aduenit) Mire nunc addidit accusationem quòd non saltem fugeret. [De beam Credo isti quidquam furcifero) Subaudiatur vero, aut ἐφωνησᾶς pronunciandum est. Sanè debere dicimur pœnas pro iniuria, & cui iniuriam fecerimus, quas se non debituram Chæreæ vt furcifero dixit Pythias, si illi cædem intulerit in seruili habitu constituto. [Si id fecerim) Si inuolauerim in capillum eius. [Missa hæc faciamus) Hæc .s. iocularia & futilia. [Non te dignum Chærea fecisti) Artificiose meretrix ab eo quod licuit, ad id, quod oportuit transit, nec tractat quid sit legitimum, sed quid honestum. Itaque totam illam partem facti accusandi omittit, & ab accidentibus personæ adolescentis obiurgat. scit enim vno verbo obstari posse, Licuit mihi, in domo meretricia .s. ne videatur irrationabilis audacia illa ingenui à poëta inducta esse. [Non te dignum) Dignum, pro digne, aut deest facinus, vt sit, non te dignum facinus fecisti. Mira accusatio mixta laudi, & blandimento. [Nam si ego digna sum) Deest &, vt sit ordo. Nam etsi maxime. Et bene additum est maxime, vt appareat quod etsi digna pati sit meretrix, non tamen maxime digna pati Thais est. [At tu indignus qui faceres tamen) Rectè dixit, quatuor enim sunt modi in huiusmodi rebus, ita vt aut vterque dignus sit, aut vterque indignus, aut alter dignus, alter indignus, aut contra. [Neque ædepol quid nunc consilij capiam scio de virgine istac) Intelligit Thais amari virginem ab hoc, & ideo sic ait, vt conciliet nuptias, nam satis signi est, quòd Eunuchi habitum propter hanc sumpsit. Et vide quemadmodum ad captionem nuptiarum res eant, quod tamen dicere non audet Thais, sed ostendit adolescenti coniecturis, quem tentat, sciens amantem virginem, & viam ostendit petendæ sibi vxoris. [Hoc mihi beneficium Chærea) Blande nomen repetitum est, Chærea. [At nunc dehinc spero) Nunc iam Chærea vera veris æquiparans, recedit à iocularibns. [Sæpe ex huiusmodi re) Hoc est turbulenta. [Quapiam) Quacunque, vel aliqua. [Quid si hoc voluit quispiam Deus) Pleraque repentinis impulsionibus nata, mirisque prouentibus Deo ascribi solent, vt, Descendo, ac ducente Deo flammam inter & hostes Expedior. Et Hinc me digressum vestris Deus appulit oris. Et Salust. Vt tanta repente mutatio non sine Deo videretur. [Quid si hoc q̃spiam voluit Deus?) Vult amorem intelligi Deum. [Equidem pol in eam partem accipioque & volo) Vt æterna inter vos sit gratia. & ex malo principio compleatur magna familiaritatis. [Et volo) Euenire subauditur, & est οὐλλυψις tertia. [Imò ita quæso) Vtrum meretricem, an Deos quæso? vtrunque enim accipi potest. [Vnum hoc scito scio) Vnde hoc sciat Thais, ineptæ quæritur, cum ipsa res clamet nunquam hanc conditionem subiturum Chæream, vt pro Eunucho etiam seruo, se fingeret sine amoris impulsu. [Nunc ignoſco tibi) Quòd culpa non sit hominis, sed amoris. [Non adeo inhumano ingenio sum) Hoc est immitis non sum, quantum putas: vt, Non obtusa adeo gestamus pectora Pœni. [Neque tam imperita) .i. non experta. [Vt quid amor valeat, nesciam) Non inhumana, quia homo. non imperita, quia meretrix. Et neque tam imperita inquit, q. d. Neque tam pudica sum, vt quid amor valeat, nesciam. [Te quoque iam Thais) Bene quoque, non.n. iam hanc ita amat, vt negligat illam, sed hanc illius causa. [Pol tibi ab isto hera cauendum) Facete, tãquam q̃ soleat capillum & vestẽ eius conscindere, quam amauerit. [Nõ ausim) Pro, non audebo, & est verbum huius temporis tantum. [Non ausim) Vtrum propter ætatem? an propter fratrem suum Phædriam potius? [Nihil tibi quidquam) πρόσθιον quartum. aut nihil, pro non. [Desinas) Pro eo quod est, desine. aut deest fac, vt sit, fac desinas. [Ego me tuæ commendo & cõmitto fidei) Satis amatorie, vt appareat nunc maxime captum Chæream, ac mancipatum virgini. Commendamus nos cognitis: Committimus ignotis. Ergo αὔξησις est maioris officij, fideique circa Thaidem. [Te mihi patronam cupio) Te adiectum vim habet, & ex animo supplicantis habitum adolescentis ostendit. [Emoriar, si nõ hãc vxorem duxero) Vide amatorem, adolescentulum, cui in ipso flore nihil dulcius vita est, ipsam despicere, si sibi vxor nõ datur. Tamen si pater ἔκλειψις, aut ἀπροσδόκητος secunda. [Quid? ah volet, certo scio) Quid? deest dicat. sed ista omnia ad confirmationem valent. [Cuius modo hæc fit) Mire hic in votum cõuersum est, quod timere potuit non ducturus vxorem. [Paululum operirier si vis, iam frater ipse hic aderit virginis. [Adeo cito probari potest. [Ego vero maneo) Modo vero consentientis. est aduerbium, alias confirmantis, alias coniunctio, alias particula ironiam iuuans, vt, Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis Tuq. puerq. tuus. [Domi potius operiamur, q̃ hic ante ostium) Non ignara illecebrarũ meretrix non solum Chæream retinet, verum ẽt vocat, vbi virgo est. & satis callide interrogat an velit, quasi nesciat velle. [Imò percupio) Amatorie, nõ volo, sed percupio. [Hunc tu in ædes) Pro nomen in his plus valet q̃ accusatiuo. [Hunc tu in ædes cogitas) Mite, cum illa iam velit, cogitas dixit, volens vt recogitet. [Cogitas in ædes reperire posthac?) Per ancillæ verba vult ostendere, q̃ sit tractatus dolosæ adolescentium perita meretrix. [Posthac) Post hoc factum, post hanc audaciam. [Crede hoc meæ fidei) Puellariter dixit, meæ fidei. [Dabit hic aliq̃ pugnam) Pro stupro, vt, At non inuenies segnes, nocturnaq̃. bella. Vt, Veretur quæ bella. & ingens facinus. vt Lucilius, Vicimus ò socij, & magnam pugnauimus pugnam. Dabit autem, proprie pro inducet: vt, Magnam dabit ille ruinam. [Ahu, tace obs.) Ahu interiectio est perturbatę mulieris, vt apud Græcos ἰὼ. [Parum perspexisse videretur cum eius audaciam) Parum ἐφωνήσα est. Et nõ sensisse, sed perspexisse dicit, vt iam non sit experienda illius audacia, quæ sit perfecte cognita. [Non faciam Pythias) Bene, & moraliter appositum, Pythias. [Non pol credo Chærea, nisi si commissum non erit) Ioculariter, vt ille, Pythias, dicit, ita hæc Chærea. [Quin Pythias) Iterum nomen vultuose est additum. [Quin) Pro imo. [Neque pol obseruandum tibi quidquam dare aurim) Totum garule, & gesticulose, vt puellam cum adolescẽtulo fabulari videas. [Adest opti me ipse frater) optime, opportune. Et non est additum, cuius frater, vtpote in re manifesta. [Nolo me in via cũ hac veste videas) Subtiliter adolescens, quia nihil profecerat dicendo, percupio, inuenit causam qua tandem ingredi possit. [Quamobrem tandem?) Pro tamen. Interrogatio hęc increpationem continet impudentissimi facti. [An quia pudet?) Hæc interrogatio, irrisionis plena est in eum quem nihil pudet. [Idipsum) Hoc veluti molesto vultu dĩ, adeo vt imitetur dictum, vultumq. eius Pythias. [Virgo) Vero ἐφωνήσας, nam ἐφώνησα est, vt, Egregiam vero laudem. [Virgo) Quasi qui minime pudicitiæ statum, ac verecũdiæ virginalis veneretur. [I præ, sequor) Manifestum est cur meretrix docta capiendorum iuuenum, præire velit Chæream, & in consequendo ipsa sit tardior. vult .n. liberum sine arbitris cum puella esse colloquium, & licitum amorem. Nisi forte putamus Terentium hæc sine causa fecisse, qui sit artificiosissimus poëta, nam neque ipsa ingreditur cum Chærea, neq; ingredi simul permittit Phædriam. [Tu istic mane, vt Chremem introducas) Relicta est Pythias ob multas causas, & in primis vt possit per eam delusus Parmeno pauore suo senem compellere ingredi ad meretricem, & præsentem fieri ad confirmandas nuptias.

APVD &c.) Hic Chærea reddit causam cur etiam rediens in viciniam suam nõ mutauerit vestem Chr. apud Antiphonem .i. domo Antiphonis, vterque parens. s. mater & pater, vterque dixit. nam masculinũ præponderat fœminino. erant domi quasi dedita opera. i. consulto de industria vt nullo modo possem introire. quin .i. quòd non viderent me. interim, id est dum hæc aguntur, GVID.

aguntur,dum sto ante hostium quidam notus venit obuiam .i. in occursum mihi,vbi.i.postquam, vidi eum .s. egomet dedi in pedes.i.conuerti,conieci,seu contuli me quantū queo . id quod dam angiportum.i.vicum angustum , nec peruium desertum .i. non frequentarum.Angiportum ti.neutrum,vel angiportus ti, masculinum (vtrunque enim dicitur) vicus est angustus , non peruius,vt Donat. & Seruius sentiunt . vel iter compendiariū , ait Festus,in oppido,eo q̄ sit angustus portus.i.aditus ad portū. vel secundum Varronem dicitur angiportum , q̄ sit angustum, & per quod nihil agi potest præ nimia angustia,quasi ab angendo & portu, eo q̄ talis angustia sit inter portus .i. inter domos . nam portus quemadmodum,& insulas pro domibus vetere di xerunt . Multi libris habent in pedes, & tunc ita dicendum est . Ego dedi,vel,vt alij hāt,erexi me in pedes .i. cœpi progredi,vel velociter ire . nam qui vult ire in pedes se erigit vel dat. & quo cœpi progredi velociter in angiportum quoddam desertū , &c. quod si non esset in , tunc facile esset diceret dedi pedes in angiportum.i.me contuli in vicum angustum,qui vernacula lingua venella dr̄,vel latine vinculus . nam qui se confert aliquo illuc dat,ac dirigit pedes.inde.i.ex eo angiporto,item.i.similiter. dedi pedes in aliud angiportum, inde .i. ex eo angiporto secundo ꝑtuli me in aliud angiportum,ita .i. eo modo fui miserrimus, fugitando.i.fui fatigatus,lassus,languidus,dum fugio, & est honesta locutio , vt miser amando, miser loquendo . ne quis.i.vt non aliquis.cognosceret.i.agnosceret. prius.n.cū cognouerat . Agnoscimus.n.vetera,cognoscimus noua, sed ne.i.vtrum hæc mulier,quam video est Thais deinde diligenter intuitus subdit, ipsa est Thais hæreo.i.incertus remaneo . & defigor. primus.n. metus admit consilium,sed recogitatio redit confidentiam, hæreo ergo.i.dubito . quid faciam,aūt .i. sed quid mea, h.d. vt hoc verbo Thais mitigetur, cum dicat eam suam .i. cui bene cupit, non amicam,cum non esset proprijs fratris riualis,quid inquā, repetit ad maiorem expressionem,faciet mihi,q.d. dubito ac ne scio prorsus q̄d mihi sit factura . TH. Adeamus illum.i.eamus ad Eunuchum illum.s.Ch.indutum adhuc Eunuchi veste . ò bone vir,per ironiam salue . dic mihi aufugistin'.i.fuisti ne fugitiuus,tanq̄ si esset seruus eum alloquitur ꝑ vestem,quam adhuc erat indutus. C. O hera.i.dña factum est sup.i.aufugi. T. Satin' .i.vtrum satis.i.valde tibi placet aufugisse . C. Non placet.s.mihi. T. Credin'.i.credis ne hoc quod sequitur.s.te abiturum impune.i.te euasurū sine punitione . C. Mitte.i.cognosce,dimitte hanc vnam .i.hanc solam noxiam pro noxam.i.culpam. si vnq̄ admisero.i.commisero aliam noxam,occidito me. T. Non veritus es.i.non timuisti meam sæuitiam. C. Non veritus sum.s. T. Quid igitur veritus es .s. C. Metui hanc ancillam .s. næ .i. quod,criminaretur me tibi.i.apud te . T. Quid feceras . C. Feceram quiddam.i.aliquid paululum . T. Eho,interiectio hic indignantis ò impudens,i.inuerecunde. dicis sup.paululū te quiddam fecisse. an hoc.s.vitiare.i.stuprare virginem bonam ciuem apposticiue dictum . hoc inquam vī tibi esse paululum .i. parue æstimationis,& parui criminis . C. Credidi eam esse conseruā , & non ciuem.i.putaui eam esse seruam cum Pythia,& alijs . P. Indignata est ancilla , q̄ dixerit se putasse eam esse conseruam , quasi paululum esse diceret ancillis meretricis vim afferre dicis sup.te credidisse eam esse conseruam,vix contineo me quin.i.q̄ non inuolem.i.in filiam velociter more volantis auis.de inuolo qñ dr̄ à vola volæ satis supra dictum est . vix inquam contineo me quin inuolem.i.insiliam in capillum tuum, etiam non strum.i.qui stuprat virgines,cum tñ se simulet Eunuchum. contra naturam.n.est & Eunuchus stuprum committat.etiam non strū hoc aduenit derisum.i.ad deridendum,vltro.i.sponte,& per se . T. O insana.i.non considerata,abi.i.discede hinc . P. Vero,per ironiam dictum est. q̄d ita abeam.i.discedam,credon'.i. vtrum credere debeo,quidquam.i.aliquid isti furcifero.i.isti improbo seruo digno,qui fucam circa vicinos ferat in collo ignominiæ causa presertim .i. præcipue cum fateatur se esse seruum tuum . T. Missa faciamus.i.omittamus hæc iocularia.s.& futilia . ò Chærea non fecisti dignum facinus.s.vel rem dignam te , in ablatiuo.i.non fecisti debitum tuum,siue mauis non es functus officio tuo,vel non fecisti quod te decebat,aut tibi erat honestū.nam si.i.quamuis sum maxime digna hac contumelia,q̄ meretrix.s.attñ tu es maxime indignus. qui faceres.i.facere debes,aut debuisses.neq; ædepol,iurantis est,scio quid consilij capiā nunc .i. quam deliberationem sumam, siue quod propositū suscipiam de illac virgine,ita.i.adeo,conturbasti .i. perturbasti, implicasti, impedisti oēs rationes .i. oēs vias reddendæ eius, vt non possim tradere.i.offerre eam suis parentibus.s.ac ꝑpinquis ita,vt.i.sicut,fuerat æquum.i.iustum,vt.i.quemadmodum. ego studio.i.laboraui tradere eam.s.vt pararem.i.conciliarem, contraherem. acquirerem mihi hoc beneficium solidum.i.integrū, & firmum,ac stabile reddendo eā suis . C. At.i.sed,ò Thais nūc spero gr̄am.i.beneuolentiam. fore.i.futuram esse æternam. dehinc.i.amodo,posthac,in posterū, in futurū,inter nos sæpe.i.plerunque ex huiusmodi.i.ex tali quampiam.i.aliqua re.s.turbulēta,& ex malo principio magna familiaritas.i.consuetudo,& cōiunctio,societas est conflata .i. contracta,conciliata, parata,acquisita,q̄d diceres sup.si quisquam Deus.s.Cupido Deus amoris voluit hoc ita.i.fieri,& instigauit vt fieret . T. Equidē.i.certe pol,iurantis est,accipio.i.intelligo in eā partem,& volo eueni re,sup. in eam partem, inquam vt videlicet, æterna inter nos sit gr̄a , & ex malo principio compleatur magna familiaritas . C. Imò.i.sed,ita quæso .i. rogo te vt fiat,vel quæso Deos vt id velint,scito hæc vnum me non fecisse causa contumeliæ,sed causa amoris. T. Scio te fecisse causa amoris . & pol ꝑpea nunc magis ignosco tibi ò Chær. non sum ingenio adeo inhumano .i. non sum natura adeo immitti,& insuaui,& quasi ferina,vtpotē cū sim homo.neq; sum tam imperita.i.non experta vel tā pudica,q̄a meretrix, vt nesciam quid amor valeat.i.q̄d amor possit. qui profecto ad multa nefanda impellit . C. O Thais.quoq; .i. et, iam te amo , ita Dij me bene ament sicut .s. est verum te me amari,& est affirmandi ac iurandi modus quemadmodum,sic viuat anima mea & alia id genus. P. O hera.i.dña . pol intelligo .i. censeo tibi cauēdum esse.i.prouidendum tibi ab illo.s.Cher. ne tibi quoque vim afferat . C. Non ausim.i.non audebo ꝑ fratrem.s.Phæd. qui eam amat, & ideo dicit non amare Thaidē pro libidine , sed propter eius benignitatem , & etiam causa illius puellæ,quam amat. P. Nihil.i.non credo tibi quidquam .i.tuis verbis fidem non habeo. T. Desinas.i.desine,hoc est cessa loqui,vel intelligetur fac vt desinat. C. Nūc ego te oro Thaidem,vt sis mihi adiutrix in hac re.i.vt ducam Pamphilam, ego cōmendo,& cōmitto .i. trado,credo me tuæ fidei .i. fidelitati,& est auxesis,nam commendo,& committo hic parum distant,nisi q̄ commendamus nos cognitis, committimus vero nos ignotis,ò Thais,capio.i.eligo te patronam mihi.i.capio te aduocatā & mediatricem,seu protectricem,vt & me commendes,& aduersus obsistentes me defendas quo possim potiri illa,quā amo. & obsecro.i.per sacra rogo,vt mihi adsis in hoc negocio, emoriar .i. mortem oppetam,& nihil plus significat,q̄ primitiuum,si nō duxero hanc vxorem.s.Pamphilum. T. Tamē si pater non volet sup.& est eclypsis,vel aposiopesis facta per interruptionem à Chær. Factam , qui vno verbo tam cito intellexit quid dicere vellet Th.& illi obuiā iuit. C. Quid dicat sup.Ah,interiectio gestiētis in spē,certo scio quod sup.volet,modo.i.dūmodo hęc Pamph. sit ciuis . T. Si vis opperirier pro opperiri.paragoge .i.expectare,iam.i.statim,ipse frater virginis .s. Chremes aderit .i. præsto erit,hic iuit accersitum.i.adductum,siue vocatum nutricem,quæ aluit illam virginem paruulam.i.cum adhuc paruula foret,ò Chær.tu te ipse.i.tutemet,aut re,aut ipse quantum ad significatum vacat,aderis.i.præsto eris,comparebis hic in cognoscendo, passiue potest capi .i. dum cognoscetur à nutrice,vel si capiatur actiue sic intellige,tute hic aderis in cognoscendo eam .s.q.d.interea magis,ac magis eam cognosces . C. Vero,modo est consentientis aduerbium,interdum confirmantis,quandoque est cōiunctio significans,sed interdum iuuat ironiam,vt, Egregiam vero laudem,& spolia ampla refertis,Tuque, puerq. tuus,ego maneo.i.opperior,vt voluisti. T. Ne.i.vtrum vis,q̄ sup.opperiamur.i.expectemus ante fratrem domi potius, q̄ ante hostium . Interea.i.interim dum is frater.s.venit . C. Imò.i. quinimo,per cupio.i.valde cupio . Illud . P. Obsecro hera.i. quam rem es actura,quæ sic in domum Chæream vis deducere. T. Quidnam.i.cur ita petis quid sim actura. P. Rogitas,cogitas recipere hunc post hac.i.amodo,in ædes .i. in domum tuā . T. Cur non reciperē sup. P. Crede,hoc meæ fidei.i.habeas hāc mihi fidē.i.credulitatem,hic Chær.dabit.i.inducet denuo.i.rursus,aliquam pugnam.i.aliquod stuprum.Lucilius.Vicinus ò socij,& magnam pugnauimus pugnam . T. Hau,interiectio perturbatæ mulieris,obsecro tace . P. Videre.i.videris,iudicaris parum perspexisse.i.parum clare cognouisse,audaciam.i.temeritatem eius.s.Chæreæ. C. Pythias non faciam quod dicis.s. P. O Chærea pol,iurantis est . non credo te non facturum, nisi.i.præterquam,si non cōmissum erit tibi.i.si tibi non creditū erit, q.d. facies quod dico presertim si tibi fuerit commissa puella . Nā si nihil tibi creditum,aut cōmissum fuerit,credo facile te nihil facturum,cum non erit tibi copia facta.Committere enim interdum

dum significat credere, seu tradere fidei alicuius quidquam, vt hic, vbi cõmissum fuerit, impersonaliter dictum est, quasi ꝑ creditũ fuerit, nisi intelligitur aliquid, & tunc cõmissum fuerit passiue capietur, qđ idem recidit. C. Quin.i.quinimo, tu Pythias seruato.i.obseruato me, an sim quidquam facturus. P. Pol.ne que ausim.i. non audeam dare tibi quidquam.i.aliquid, seruandum.i.custodiendum, neque ausim seruare te.i.custodiam tui gerere. T. Apagere.i.discedite, ac cessate ab his verbis, ipse frater virginis.s.Chr.adest.i.præsto est, optime.i.opportune. C. Hercle.i.ꝑ Herculem, perij.i.perditus sum. ò Th. obsecro abeamus intro.i.abscedamus intra domum.nolo sup.ꝙ videat me in via cum hac veste Eunuchali. T. Tandem, id est, q.d.paucis rñde, vt nunc sit omnis dilationis finis, habet.n.tandem hic quoddam vrgens rñdere & accelerans, quamobrem.i.quare non vis, vt te videat, vt &c.an.i.vtrum ideo sup.quia te pudet.i.pudore afficeris, & erubescis esse ita indutus. C. Idipsum est sup. ꝑꝑ quod nolo vt me videat, quia.s.me pudet. P. Dicis sup. idipsum esse, quia te pudet, virgo vero est sup.ironice capitur vero, q.d.scilicet virgo est qui pudicitiam virginalem, & seruat, & veneratur, & in hoc sensu virgo in masculino genere poni intelligitur, qđ se dicatur de puella sic intellige, dicis te nolle sic videri, quia te pudet.s.virgo est puella, quæ tibi credita fuit per ironiam intelligendo, tanquam dicat, id male indicat te esse pudentem quod fecisti. T. Chærea, supple.i.præ.i.præcede, sequar te. ò Pyt.tu mane istic, vt introducas.i. intromittas Chremem.

EATO. ARGVMENTVM) Expostulat Thais cum Chęrea, sed deprecante illo, & virginem vxorem petente, facile conciliatur. Et est initium catastrophes in hac parte fabulæ. Ego me in pedes eclipsis, subaudi conieci. [Sed est ne hæc) Deliberatio subita. [Hera factum) Accommodat se adolescens ad interrogationem meretricis, & tota deprecatio ironiam sapit. [Conseruam) Hoc pertinet ad contumeliam ancillæ, vnde non immerito irascitur. [Missa hæc faciamus) Seria obiurgatio, post longam cauillationẽ. [At nunc dehinc) Defensio ex comparatio vtilitatis, quæ sententia confirmatur, & excusatur necessitate. [Te quoque) Gratiarum actio. [Ego me tuæ) Imploratio auxilij ad ducendam puellam. [Ciuis modo hæc sit) Promittit testimonia libertatis. [Tu me seruato) Ironia. [Apage tę) Ioculariter remouentis.

PETR. MARS. APVD Antiphonem &c.) Timorem iustæ reprehensionis quæ maxime decet ingenium Ephœbum, ac meretricis indulgẽtiam in his delictis, quæ amoris ardore committũtur, hæc scena exprimit, monens vnumquenque decorum suum seruare debere, nec solum id esse considerandum, an q̃spiam sit pęna dignus, sed etiam an deceat se talem pœnam irrogare. Digna quippe est meretrix contumelia, sed non omnium est illam inferre. Tales enim personæ relinquendæ sunt, vt aut à vilissimo quoque, aut iusta carnificis manu puniãtur. [Quantũ queo in angiportum) Portus, inquit Iurisconsultus, appellatus est cõclusus locus, quo importantur merces, & inde exportantur, eaq̃ue nihilominus est statio concluſa atque munita. In de angiportus, dicitur. Varro sic ait: Quod exitum non habet, ac peruium non est Angiportum, & idem angustum ab angendo, & alibi dicit: Hinc angiportum, quia nil in eo potest agi. Sextus Pompeius sic ait: Angiportus est iter compendiarium in oppido, eo quòd sit angustus portus.i.aditus in portam.

GLAR. ET hi senarij sunt omnes) In tertio versu vel Introire trisyllabum est, vel creticus est loco primo. In quinto si Egomet legatur, primo loco proceleusmaticus erit, & Venit prętentis temporis. In decimo aut Mea monosyllabum totum eliditur, aut creticus est loco tertio. In duodecimo Doctor. ait primam de Aufugistin' pertinere ad versum præcedentem. At ego in ea sum opinione, Quæcunque per apocopen ne habent, ea corripi vsu, quanquam ratione ac natura sint producta. Sic Aufugistin' & Satin' in hoc carmine sunt breuia vsu, quem Terẽtius mordicus obtinet post Ennium ac ceteros. In decimotertio. Habiturum legit Ioan. pro habiturum. Decimusq́artus ita legit, Amitte si aliam admisero vnquam, occidito. In Doct. lib. sic legitur, Mitte si aliam vnquam admisero vllã, occidito. Lector sequatur quod volet. In xv. Meam monosyllabum est, nisi in his creticũ quis esse contendat, quẽadmodum in xvij. malim paulum legere per creticos, q̃ paulum, quod Doct. voluit, qui alioqui versum non constare putauit. Ego aũt puto diminutiuorum hic maximam rõnem, habendam, eaq̃. minima amouẽda, quod lector ex impudentis Chæreæ verbis sane intelligit. Vigesimum secundum ac tertium recte emẽdauit Ioan. ex Donati lectione:

Abi hinc insana. P. Quid ita vero? debeam,
Credo, isti pœnas furcifero, si id fecerim.

Aldi liber hic pessime corruptus erat. In xxvij. ædepol primam corripit, vt sæpe alibi. Quanquã per amphibrachyn excusari potest prima in ædepol hic longa. In 32. aut Vt, à superiore elidit̃ versu, aut loco quarto proceleusmaticus est. In sequente Dehinc dissyllabum est. In 34. Huiusmodi trisyllabum est, & prę positio Ex ante Malo verbum in vetustis libris non est. nec requirit vel sensus vel carmen. In quadragesimoquarto. pro Illoc quidam legunt isto. & post verbum Cauendũ addunt Esse quod carmen non respuit, nec sensus. In 46. Fidei dissyllabum est. In 50. Ah quid, legendum, non Quid ah. In duodecimo à fine rursus Fidei dissyllabũ est, & vel primo loco proceleusmaticus, vel Meę monosyll. In sequente denuo Ahu, vnus pes est, &, vt puto, creticus, alioqui carmen non constabit. In decimo à fine, Eius monosyllabum. In nouo Pythia in vocatiuo legendum, & à breue videtur. nam prima de Pythia vbique producta est, imò in continuo sequente carmine. Porro in sexto a fine. Ad superiore carmine eliditur, vt inquit Doct. cui nos subscribimus. quanquam, & bacchius primo loco esse potest.

ACTVS V. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Pythias secum cogitat, quo dolo Parmenonem vlciscí possit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hoc in loco est disputatio Pythiæ apud seipsam cogitantis, quemadmodum Parmenonem dolo possit vlcisci.

Senarij.

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

VID? quid euenire in mentem nũc possit mihi,
Quidnam, qui referam illi sacrilego gratiam,
Qui hunc supposuit nobis? C. moue vero otyus
Te nutrix. s. moueo. C. video, sed nil promoues.
P. Iam ne ostendisti signa nutrici? C. omnia.
P. Amabo, quid ait? cognoscit ne? C. ac memoriter.
P. Bene ædepol narras? nam illi faueo virgini.
Ite intro: iam dudum hera vos expectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video: vide, vt ociosus sit, si dijs placet.
Spero me habere, qui hunc meo excruciem modo.
Ibo intro, de cognitione vt certum sciam:
Post exibo, atque hunc perterrebo sacrilegum.

VID? quid venire in mentem) In hoc loco cogitantis disputatio est apud seipsam) Pythiæ quatenus Parmenonem dolo possit vlcisci. [Quid nam:) Sic Cicero, Sed earum rerum artificem, quem? quem nam? recte admones. Polycletum esse dicebant. [Qui referam) Qui, quomodo, vel vt. [Qui hunc supposuit nobis?) Proprie supposuit nam vt subduci dñr quæ nolumus amittere, ita supponi quæ non desideramus. Sic Plautus, Ei pro scorto supponetur hircus vnctus nautea. [Moue vero nutrix) Vero pro interiectione posuit stomachantis. [Video, sed nihil promoues) Hinc est illud Virgilianum, Illa gradum celerans studio p, operabat anili. Scilicet non re celerabat, sed studio. [Promoues) Proficis. [Amabo quid ais? cognoscit ne?) Exhibitum spectatori est quid post scenam geratur. i. agnitio puellæ. [Ac memoriter) Plus intulit q̃ interrogatur, nam magna sunt signa in quibus anilis memoria non erat. [Ac memoriter) Responsionis breuitas attulit compẽdium perquirenti, ne plura interrogaret. [Nam illi faueo virgini) q.d. illi faueo, non Chæreę. & simul causa est cur illum vlcisci cupiat, q̃a .s. multum illi fauet. [Virum bonum) ἐφεντικὸν. [Eccum Parmenonem DON.

nonem incedere videre) Res odio dignor, nouitate .ſ. inceſſus. [Vide vt ocioſus ſit) Inuidet illi ſecuritatem, quę ſollicitum reditura eſt, non enim vlla alia erit vindicta poſt, præter iſtam. [Vide vt ocioſus ſit) Vultu dicit, & geſtu eum eſſe ſecutum. Et mire poëta lætum deſcribit, vt repente oſtendat eſſe commotum. [Si dijs placet) Proprium eſt exclamantis propter indignitatem alicuius rei. [Spero me habere) Pro habituram. aut ſpero pro credo, more ſuo. [Meo modo). i. vt volo. [Ibo intro, De cognitione vt certum ſciam) Eleganter defatigare Parmenonem non ne ceſſarium putat, ſed ex occaſione. Nam poſt eum dicit ſe ire intro, exitura autem, vt ipſum in timorem conijciat.

GVID. QVIDQVID venire) In hoc loco eſt diſputatio Pythiæ cogitãtis apud ſeipſam, quatenus. i. quomodo Parmenonem dolo poſſit vlciſci. P. Quidnam. i. quid eſt, interrogatiue legendo quidquid. i. quod. quidquid enim ſignificatione quod, & interdũ capitur pro quod tãtum, quid eſt igitur quod poſſit venire mihi in mentem, qui. i. quomodo, vel vt referam gratiam. i. rependam vices iſti ſacrilegio .ſ. Parmenoni impio, nefario, ſeu improbo, qui ſuppoſuit. i. loco Eunuchi latenter adhibuit, vel adduxit nobis hunc Chæream. Iuuen. Suppoſitus venias, & falſo nomine poſcas. Subducuntur quæ volumus admittere, ait Donatus, ſupponuntur autem quæ non deſideramus. Nonnullis libris habent quid bis poſſum, quaſi ſit repetitio oſtendentis indignatio nẽ, & vlciſcendi cupiditatem ſit. Quidquid poſſit venire mihi in mentem. Iterum quidnam poſſit inquam venire in mẽtem. qui .i. vt referam gratiam iſti ſacrilego, qui ſuppoſuit nobis hunc Chæreã. C. O nutrix. hic vero ſtomachantis interiectio eſt. moue te ocyus. i. mouendo te perge, & accelera citius, vult enim Chr. eam velocius ambulare, quod non poteſt fieri niſi ſe velocius moueat. S. Moueo me .ſ. exerceo corpus meum eundo q̃ maxime poſſum. C. video te. ſ. moueri, ſed nihil promoues .i. proficis. Nam quamuis maximo ſtudio te moueat, tñ non ſatiſfacis meæ cupiditati, quod non eſt mirandum. Nam an is quam uis ſtudeo properent, te tñ accelerare nequeunt propter ætatem ingraueſcentem. Promoueo aũt dicitur quaſi procul te moueo dicit ergo te moues, ſed non procul te moues. P. Ne. i. vtrum, iã oſtendiſti ſigna agnitionis virginis nutrici ſuæ. C. Oſtendit ſup. omnia ſigna. P. Amabo. i. rogo te per amorem, blandientis eſt particula, q̃d ait nutrix. ſ. ne. i. vtrum cognouit ea ſigna .ſ. C. Ac. i. etiam cognoſcit ea, & quidem memoriter, q. d. ea ſigna firma adhuc anus memoria tenet. P. Aedepol. i. per ædem Pollucis. bene narras. i. proſpere refers talia, nam faueo illi virgini, ne intro. i. in domum iam dudum. i. iam ex multo ante tempore, hera. i. domina expectat vos domi. Eccum. i. ecce hic video Parmenonem virum bonum, per ironiã & appoſitiue dictum, incedere huc. i. venire huc. viden'. i. vides ne, vt. i. qualiter ſit ocioſus .i. ſecurus ſine ſolicitudine, & cura, ſi Dijs placeat, ſpero. i. credo, vel confido me habere. i. ſcire, ac cognoſcere. Cic. ad Lẽt. Habes de Vatinio, cognoſce de Craſſo. i. ſcis cognoſcis, vel habere. i. habituram & nacturam, qui .i. quomodo, qua ratione excruciem .i. affligam, afficiam hunc Parmenonem, in eo more. i. meo modo, & ad votum meum, ibo intro. i. intra domum, vt certum ſciã de cognitione. i. de agnitione puellæ à nutrice. poſt. i. poſtea, ſeu deinde, exibo. i. egrediar, atque perterrebo hunc ſacrilegum. i. impium .ſ. Parmenonem, & nefarium.

BATO. ARGVMENTVM) Data opera dilatatur cataſtrophe admixta Parmenonis ludificatione ad delectandum ſpectatorem. [Quid, quid venire) Repetitio quærentis & cogitabundæ. [Suppoſuit) Falſum pro vero adduxit. [Virum bonum) Ironia. [Vide vt ocioſus ſit) Securus, qui nihil mali timet. [Si dijs placet) Ironia indignantis.

PETR. MARS. QVID, quid venire &c.) Meretriciæ ancillæ diligentiam in excogitanda fraude, ac doloſam conſultationem, vt par pari referatur, hæc ſcena exprimit.

GLAR. EIVSDEM generis cum prioribus. In quarto verſu Mea reſpuit carmen. In 7. Edepol prima breuis eſt, vt præcedente ſcena, & ſæpe alias, atque haud ſcio, ſit ne tunc ſcribẽdum per diphthongum, an abſque diphthongo potius, niſi quis amphibrachyn concedat vtrinque, vt paulo ante admonuimus.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Gloriatur Parmeno quòd Chæream pro Eunucho ad Thaidem deduxerit, meretricum ſordes commemorat, quam rem inquo ferat animo Pythias.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Parmeno gloriatur Chæream Eunucho ſubornaſſe, ita vt virgine præter ſumptum, & diſpendium potitus ſit. Deinde meretricum ingenia, & ſordes commemorat, quare Pythiam, quam non adeſſe percipit, prius ſatis commotam, magis irritat.

Senarij.

PARMENO, PYTHIAS.

REVISO, quidnam Chærea hic rerum gerat.
Quòd ſi aſtu rem tractauit, dij voſtram fidem,
Quantam, & quàm veram laudem capiet Parmeno?
Nam vt omittam, quòd ei amorem difficillimum, &
Cariſsimum ab meretrice auara: virginem
Quam amabat, eam confeci ſine moleſtia,
Sine ſumptu, ſine diſpendio. tum hoc alterum,
Id vero eſt, quod ego mihi puto palmarium,
Me repperiſſe, quo modo adoleſcentulus
Meretricum ingenia & mores poſſet noſcere;
Mature vt cum cognorit. perpetuo oderit.
Quæ dum foris ſunt, nihil videtur mundius,
Nec magis compoſitũ quidquam, nec magis elegans:
Quæ, cum amatore ſuo cum cenant, liguriunt.
Harum videre ingluuiem, ſordes, inopiam,
Quàm inhoneſtæ ſolæ ſint domi, atque auidæ cibi,
Quo pacto ex iure heſterno panem atrum vorent:
Noſſe omnia hæc, ſalus eſt adoleſcentulus.
PY. Ego pol te pro iſtis dictis & factis, ſcelus,
Vlciſcar; vt ne impune in nos illuſeris.

REVISO, quidnam Chærea &c. Aſtu) Pro aſtute, modo aduerbium eſt, alias nomen, vt, An in aſtu venit? [Dij voſtram fidem) Modo non inuocantis eſt, ſed admirantis. & eſt figura ἐπιμονὴ per ἐπιφοίαν facta. [Nam vt omittam quòd ei amorem difficillimum & cariſſimum) Cum dicere deberet, quòd ei amorem & difficiliſſimum, & chariſſimũ confeci, primo quaſi oblitus dicti ſuperioris, tranſit ad virginem deinde addit cauſam ex abundanti. Quod ſi dixiſſet, amorem confeci, poſſet intelligi confeci, expediui, perfeci. At vero virginem confeci, quid intelligemus, niſi hoc vnum, quòd inſultat Parmeno confectam virginem, q.d. ſuperatam atque deuictam? Nam proprie hoc verbum conuenit gladiatoribus ijs, qui grauiſſimis vulneribus occubuerunt. Sic Cic. in Catil. Gladiatori illi confecto & ſaucio. Conuenit ego ſeruilibus verbis, & velut iocoſe, verniliterque iactanti rem confectam eſſe in puella virgine, & non exhibere Chæreæ damnum, vel negocium. [A meretrice auara, virginem quam amabat) ἀποσιώπησις ſecunda. Difficillimum, quia virginem quam amabat: Chariſſimum, quia à meretrice auara. [Id vero eſt) Vero, niſi ornatiuum eſſet, nihil ſignificaret. [Palmarium) Palma dignum. [Meretricum ingenia) Optime, non meretricis dixit, ſed potius meretricum. [Mature) Cito, & ante tempus. [Vt cognorit) Suauiter non nouerit, ſed cognouerit, dixit, quod eſt plenæ perſpicaciæ. [Maturæ vt cum cognorit) Bene addidit mature. Ferè enim cito cognouiſſe obfuit, ſed id ad illecebram fuit quòd * cognitus eſt cito. [Quæ dum foris ſunt) Apud amantes, ſcilicet. [Nihil videtur mundius) Bene videtur, non enim ſunt. [Nec magis compoſitum quidquam) Bona varietas. nam hæc omnia per magis aduerbium profert, nec omnia per comparatiuum gradum. [Nec magis elegans) More ſuo, ne diceret compoſitius, aut elegantius, vt ſupra, Hoc nemo fuit minus ineptus, magis ſeuerus. [Quæ cum amatore ſuo cum cœnant) Vnum cum, præpoſitio eſt, alterum coniunctio. & dicitur hæc figura λεπτότης. [Liguriunt) ἀπὸ τῆς λιγυρᾶς, quod ſecun- DON.

secundos Græcos suaue intelligitur. Ligurire dicitur, qui eleganter,& more senum multo fastidio suauiora quæq; deguſtat. [Harum videre ingluuiem) Ordo erat,harum videre ingluuiē, sordes,inopiam,quàm inhoneſtæ ſolę ſint domi.i.cum ſolæ ſint vt inhoneſtæ atque auidæ cibi, quæ cum foris ſunt, cœnant .ſ. [Quo pacto ex iure) Ex pro,cū,poſitum eſt, aut deeſt madidū, aut maceratum,aut emollitum. nam apparet,& ſordidum eſſe, & quaſi atrum durumq. panem,qui ex iure heſterno ſit comedē dus,Cui contrarium Saluſt.poſuit de delicijs militum loquens. Panes.n.in dies mercari, inquit. [Ex iure heſterno panem atrū vorent) Hoc eſt vt quidam volūt,ex antiquitate mucidum,q.d. panem mucidū heſterno iure,accipientes deglutiunt. [Ego pol te pro iſtis dictis,& factis,ſcelus,vlciſcar) Miro artificio Poetę, & ab initio non placatur Pythias,nec in gratiam redit Chæreę. Et inſuper,nunc mire à Parmenone irritatur magis, vt per eam Parmeno terreatur,& per Parmenonem ingredi ad Thaidem co gatur ſenex,& demum per lenem nuptiæ,confirmentur. Hæc er go artificibus, & eruditis, cetera ſpectatoribus Poëta exhibet.

GVID. REVISO &c.) Hic Parmeno Pyt. ſuis maledictis magis irritat,quam tamen non ſentit,adeſſe, neque maledicta audire. P. Reuiſo.i.redeo ad vidēdum quid nam rerum.i.quas res Chæ rea agat.hic.i.apud Thaidem. qui.ſ.Chęrea ſi tractauit.i.geſſit, agitauit,deduxit,rem.i.negocium,aſtu.i.aſtute,caute hic eſt ad uerbium,alias autem eſt nomen,vt Iam in Aſtu venit. Et,vt inquit Tortellius,eſt nomē græcum,ſignificatq. apud poëras aſtu tiam,cuius origo,vt ait Feſtus, ex græco vocabulo Aſtu deduci tur quod oppidum,ſeu vrbem indicat,in qua qui conuerſati aſſi due ſunt cauti,atq; aſtuti eſſe videbantur. Dij voſtram fidē, hic non inuocantis eſt,ſed admirantis, quemadmodum cum dī admirando. Virg. ille quanta Dij boni cum ſuauitate locutus eſt, vbi nos diceremus, Quanta bone Deus cum venuſtate eſt locutus. Verum cum eſt inuocantis ſic intelligitur. O Dij imploro ſup.voſtram fidem .i. veſtrā opem,ac veſtrum auxilium quantā ludem.i.quantum magnam,& quam.i.quantum. veram.i.non ſine cauſa Parmeno capiet,loquitur in tertia perſona de ſeipſo. Nām,vt omittam .i. quod dicitur, excepto eo quod ſurripui .i. ſubtraxi furtim ei.ſ.Chęreæ, hoc eſt ad eius voluptatem à mere trice auara.i.habendi cupida.amorem difficillimū.i.admodum difficilem, vt Chærea ſuo nutu illo potiretur,& cariſſimum .i. quo ſi voluiſſet potiri maximum meretrici erat pretium dandum,confeci .i. ſuperaui,vel deuici eam virginem,quā amabat, vt potiretur ea ſup.ſine moleſtia.Proprie hoc verbum conficio conuenit gladiatoribus,qui grauiſſimis confecti, & ſaucij vulneribus occubuerunt. Inde confectores ferarum, qui feras ſauciando trucidant. Poteſt etiam ſic intelligi textus. Confeci .i. perfeci,expediui vt Chęr. potiretur.i.cum deſiderio vteretur eā virginem,quam amabat.Potior enim interdum iungitur accuſatiuo. Alibi, Patria potitur commoda. ſæpius tamen aut genitiuo iungitur,aut ablatiuo. Vel ſic intellige,quam virginem Chær.amabat confeci.i.deuici eam,vt ipſe potiretur ea ſine mo leſtia.i.impedimento,ac tædio,ſeu faſtidio,ſine ſumptu.i.impē ſa,ſine diſpendio .i. damno,ac detrimento. Aliqui non habent vt potiretur,& tunc ſic aſtruitur litera.Confeci.i.deuici,ſuperaui ſine moleſtia, ſine ſumptu, & ſine diſpendio eam virginem, quam amabat. Tum.i.deinde,hoc alterum.i.hæc altera res à me inuenta. vero .i. certe. eſt id, quod ego puto me repperiſſe palmarium mihi.i.palma dignum .i. victoria, ſeu laude ac præmia victoriæ,videlicet,qūo.i.qua via adoleſcentulus poſſet,no ſcere,matūre.i.cito,& ante tempus,ingenia.i naturas, & mores .i.modos faciendi meretricum,vt cum cognorit .i. cognouerit ingenia eaꝝ, & mores oderit .i. odio proſequatur, perpetuo .i. omni tpe earum ingenia, & mores. Quæ meretrices, dum .i. quando ſunt foris apud amantes,nihil videtur mundius .i. lautius,delicatius,cum tamen non ſint. nec quidquam.i.aliquod vi detur magis compoſitum.i.ornatum,nec magis elegans.i.venuſtum,adium,appoſitum,ſeu accommodatum,& quod vulgo dī magis proprium, quæ meretrices cum .i. quando cœnant cum amatore,ſuo liguriunt .i. ſuauiora cum faſtidio deguſtant. Ligurire enim dicitur à verbo græco λιχέειν, quod ſignificat ſuaue Ligurire.n.fertur ille,qui eleganter,& moroſe, cumq. multo faſtidio ſuauiora quæque deguſtat. Nonius etiam dicit ligurire eſſe deguſtare,inde abligurire.i.auide multa conſumere,inde liguriones,qui ligurientes,& ſuauiſſima edulia ac pocula de guſtates,eaq. vndiq. ſibi conquirentes, patrimonia ſua conſumpſerunt. Salus.i.ſalutare eſt, & vtile, ſiue ſalus .i. vtilitas maxime, qualis ſalus eſt adoleſcentulis,videre ingluuiem .i. ventris, ſeu gulæ voracitatem,& videre inquam ſordes .i. vel auaritiam (nam ſordidus dicitur auarus) vel ſquallorem,quo ſunt obſitæ apud ſe ſalus eſt inquam videre inopiam.i.extremam paupertatem harum meretricum,& ſalus eſt inquam adoleſcentulus noſ ſe.i.cognoſcere hæc omnia,videlicet, quām.i.quantum ſint inhoneſte.i.turpes ſolæ.i.cum ſolæ ſint domi apud ſe.ſ.atque quā tum ſint auidæ cibi.i.voraces,& quo pacto.i.quomodo vorent deglutiant, panem atrum .i. vetuſtate mucidum,madidum ſup. maceratum vel mollitum ex iure .i. ſucco pulpamentari,quod brodium vulgo dicunt,heſterno.i.pridiano.i.præcedentis diei. P. O ſcelus .i. ſceleſte,& ſceleribus plene, pol, iurantis eſt,ego vlciſcar.i.puniam te pro iſtis.i.tuis dictis,quæ paulo ante protu liſti in nos, & pro factis, quæ exercuiſti in puellam, vt ne .i. vt non illuſeris in nos.i.inuectus fueris in nos,impune.i.ſine pœna. Dicimus autem illudo tibi cum datiuo, illudo te cum accu ſatiuo, & illudo in te quaſi inuehor in te.

ARGVMENTVM) Exultatio Parmenonis pertinet ad augendam mox ipſius perturbationem. [Nam vt omittam) Enumeratio ad amplificationem,quæ gradatim attollitur.[Palmarium)Palma dignum.[Harum videre ingluuiem)His verbis irritatur Pythias. LATO.

REVISO quid nam Chærea hic rerum agat,&c.) Seruilis iactantia,quæ in proprium caput recidit ac meretricij mores domi foriſq;, circa victum maxime,hac ſcena exprimuntur.Serui quippe natura ſunt arrogantes,& ſeſe efferunt inſolentius,ſi qd illis ad votum ſucceſſit, quod tamen fraude ac malitia non virtute,& prudentia factum eſt, & meretrices arte ac dolis tractant amantes. Elegantiam nanque ac victus frugalitatem in loco ſimulant,cum domi nihil ipſis immundius, nihil voracius, nihil fœdius. Ingluuies,voracitas,& guloſitas dicitur. PETR. MARS.

EIVSDEM generis. In quarto verſu initio eſt anapæſtus deinde dactylus. In octauo Ioan.addit Ego,quod placet,vt ita legatur verſus. GLAR.

Id vero eſt quod ego mihi puto palmarium.

In nono tribrachys, eſt loco quarto. Et pp, geminandum in Repperiſſe. In 13.s,eliditur in Magis,niſi fis creticus. In 14. figura longa fuerit in Ligurio, vt ſupra in huius fabulæ Act. 2. Scena 2.& apud Horatium,primo loco certe erit creticus Quæ cum ama.

ACTVS V. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Parmenonem terret Pythias confingens intus colligatum à Chremete Chæream, propter oblatum Pamphilæ vitium.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac ſequenti ſcena Pythias ſimulata perturbatione ſui, Parmenone, vt ſupra propoſuit, terret: Atque in principio rem magnam oſtendit, deorum implorans fidem, quaſi in hoc negocio nihil profit inhumanum conſilium. Parmeno tandem Pythiæ minus territus, rem omnem ſeni aperiri molitur.

Trochaici Tetrametri Catalectici.

PYTHIAS, PARMENO.

ROH deum fidem,facinus fœdum:
ò infelicem adoleſcentulum,
O ſceleſtum Parmenonem, qui iſtū huc adduxit. P. quid eſt?
PY. Miſeret me: itaque, vt ne vid-rem,miſera huc effugi foras.
Quæ futura exempla dicunt in eum indigna? P. ò Iupiter,
Quæ illæc turba eſt? numnam ego perij? adibo. quid iſtuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? PY. rogitas audaciſſime?
Perdidiſti iſtum,quem adduxti pro eunucho, adoleſcentulum,

Dum

Dum ſtudes dare verba nobis. P. quid ita? aut quid factum eſt? cedo.

PY. Dicam. virginem iſtam, Thaidi hodie quæ dono data eſt,

Scin' eam hinc ciuem eſſe? & eius fratrem apprime nobilem?

P. Neſcio. PY. atqui ſic inuenta eſt: eam iſte vitiauit miſer.

Ille vbi id reſciuit factum frater violentiſſimus.

P. Quidnam fecit? PY. colligauit primum eum miſeris modis.

P. Colligauit? hem. PY. atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide.

*minitatur. P. Quid ais? PY. nunc * minatur porrò ſeſe id, quod mœchis ſolet:

Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim. P. qua audacia

Tantum facinus audet? PY. quid ita tantum. P. an non hoc maxumum eſt?

Quis homo pro mœcho vnquam vidit in domo meretricia

Deprendi quenquam? PY. neſcio. P. at ne hoc neſciatis Pythias.

Dico, edico vobis, noſtrum eſſe illum herilem filium. PY. hem,

Obſecro an is eſt? P. ne quam in illum Thais vim fieri ſinat.

Atque adeo autem cur non egomet intro eo? PY. vide Parmeno

Quid agas, ne neque illi proſis, & tu pereas: nam hoc putant,

Quidquid factum eſt, ex te eſſe ortum. P. quid igitur faciam miſer?

Quid ue incipiam? ecce autem video rure redeuntem ſenem.

Dicam huic, an non? dicam hercle: etſi mihi magnum malum

Scio paratum: ſed neceſſe eſt, huic vt ſubueniat. PH. ſapis:

* facta ſit. Ego abeo intro: tu iſti narrato ordine, vt * factum ſiet.

DON. ROH fidem Deum) Vim magnam oſtendit, deorum implorans fidem, quaſi in hoc negocio nihil poſſit humanũ conſilium. [Proh fidem Deũ) Simulata perturbatione ſui Parmenonem terret Pythias. [Proh fidem Deum) Hæc ſingula pronũcianda ſunt pauido, & attonito vultu. [Fœdum) Crudele, Saluſtius, Fœdi oculi. [O infelicem adoleſcentulum) Plus eſt miſeriam adoleſcentis dicere Pythiam, quàm iraſci ei. [O ſceleſtum Parmenonem) Vt verba ſunt, perijt profecto miſer adoleſcens, cum in eodem peccato iraſcitur Parmenoni Pythias, non Chæreæ. [Miſeret me) Hæc omnia quaſi ſecum loquitur, & fingit ſe neſcire quòd aſſiſtat Parmeno. [Quæ futura exempla dicunt in eum indigna?) Graues pœnæ quæ poſſunt ceteris documento eſſe, exempla dicuntur. [In eum indigna) Modo per indigna, fœda, crudeliaque ſignificat. vt Virg. Atque illi Miſenum in littore ſicco, Vt venere, vident indigna morte peremptum. [Quæ illic turba eſt?) Quæ loquitur Aut quam oſtentat ex vultu ac dictis. Sed apparet, vultum Pythiæ turbam dicere. vt in Andria, Sed quid Pamphilum exanimatum video? Vereor quid ſiet, operiar vt ſciam nunc, quidnam hæc turba triſtitiæ afferat. [Rogitas audaciſſime?) Totum hoc terribile eſt in geſtu ac vultu Pythiæ, & nimis vſitatum, & fœmineum. [Perdidiſti iſtum quem adduxiſti, &c.) Artificioſe non accuſat quid peccarit aduerſus Thaidem, quaſi ex pœna adoleſcentis plus doleat, quàm iraſcatur Parmenoni. [Dum ſtudes dare verba nobis) Bene, ſtudes dare, neque.n. dediſti. [Quid ita?) Deeſt dicis, vt ſit, quid ita dicis? [Scis eam hinc ciuem eſſe) Eam, abundat, quemadmodũ ſupra, Quam amabat virginem, eam confeci, ſine moleſtia. Et fratrem eius eſſe apprime nobilem. Hæc ad terrorem, & gratiã aucta ſunt. Nam primo, virginem poſuit, poſt ciuem, ad vltimum nobilis ſororem. [Neſcio) Perturbatur Parmeno, nec negare potuit, nec conſentire volebat, ſed quaſi defenſionis loco dixit, Neſcio [Atqui ſic inuenta eſt) Facile eſt vt credat, qui dicit Neſcio. Ergo Pythias non laborat, vt ſuadeat ciuem eſſe. [Atqui ſic inuenta eſt) Magnum horrorem incutit audienti, non accuſando, ſed miſerando Chæream. [Frater violentiſſimus) Hoc inuentum eſt, quod daretur ad nobilem. [Colligauit primo eũ) Mira tarditas, ad torquendum Parmenonem, ſimul etiam relictus ad ſuccurrendum locus. [Atque equidem orante, vt ne id faceret, Thaide) Adeo violentiſſimus, & rectè hoc additum, ne ſperet auxilium à Thaide. [Nunc minatur) Minatur vt ſuccurri poſſit ei qui non ſit paſſus. [Minatur porro ſeſe) Deeſt facturũ. [Quod mœchis ſolet) Deeſt fieri. [Quid ita tantum?) Nimis callide Pythias hunc dicit violentum, & tamen iniuſtum, audacemq. dici non patitur, ſed defendit, vt magis terreat Parmenonem. [Quis homo pro mœcho vnquam) Cauſa finalis, virginẽ ciuem apud meretricem vitiauit, mercedẽ offert, peritur ad ſupplicium. [Neſcio) Quàm aſtute dixit, neſcio, ne laborans ad cõtradicendum, amitteret fidem ſimplicis perſonæ, ac vera dicentis. vult enim magis nuncij officio fungi, quàm perſuadentis. [Dico, edico) ἀνάφορα, vt ſupra, Vbi quæram, vbi inueſtigẽ? [Dico) Tibi Pythias. [Edico) Omnibus tuis. Ergo ad vniuerſos vtrunque refertur, & dico, & edico. [Obſecro an is eſt?) Inſultantis, vt in Phorm. Hiccine eras? nam ſciebat eum eſſe. [Ne quã in illum Thais vim fieri ſinat) Quàm bene prouidet Pythias. [Atque adeo autem cur non egomet intro eo?) Pythias, vide Parmeno quid agas, ne neque illi proſis, & tu pereas. Totum hoc ad id addidit, vt ſenex intromittatur ad confirmandas nuptias, ſed poëta hoc agit, perſonę neſciunt. [Quid ue incipiam?) Facimus mediocria, Incipimus ingentia. [Ecce autem video rure redeuntem ſenem) Choragij eſt adminiſtratio, vt opportune in proſcenium. [Dicam huic, an non?) Hoc non eſſet veriſimile, niſi dubitaſſet. Quid enim ad Chæream pertinet, dubitat. [Scio paratum, ſed neceſſe eſt) Hæc cauſa dubitandi fuit, quòd hinc Parmenonis, illic adoleſcentis periculum cernitur. [Sapis) Sapis dicit, non videns quid futurum ſit, ſed tantum deriſiſſe cõtenta. [Sed neceſſe eſt) Dicere, ſubaudiendum eſt, vt ſit, Sed neceſſe eſt dicere. & ἀσυνδέτως inferendum eſt quod ſequitur. Deeſt enim propterea, vel quid tale.

PROH Deum) Hic Pythias ſimulata perturbatione ſui Parmenonem terret, atque in principio vim magnam oſtẽdit, Deorum implorans fidem, quaſi in hoc negocio nihil proſit humanum conſilium. P. Proh iraſcentis exclamatio eſt, & teſtantis, ſeu inuocãtis fidem. i. opem, & auxilium deorum imploro ſup. vel inuoco fidem. i. opem Deum. i. Deos. O facinus. i. flagitiũ, ſeu factum, fœdum. i. crudele. Saluſt. fœdi oculi. i. crudeles, ò exclamantis eſt particula hæc, adoleſcentulum .ſ. Chær. infelicem .i. miſerum, & afflictum, fingit enim eum grauiter apud Tha. mulctari. ò Parmeno, ſceleſtum. i. ſceleroſum, qui adduxit iſtũ adoleſcentulum huc, vt tam grauiter puniretur. P. Quid eſt. PY. Hæc Pyt. ſecum dixit fingens ſe neſcire quòd Par. aſſiſtat, me miſeret .i. miſereor eius Ch. & præ nimia crudelitate commota mea viſcera ſunt, itaque. i. ideo ego miſera, afflicta videndo talia, effugi .i. elapſa ſum huc, ſeu aufugi foras huc, vt ne .i. non viderem, id. i. tale ſupplicium Ch. Deinde Pyt. exclamat inquiens, quæ exempla indigna. i. fœda, crudelia, & horrenda Th. Chr. & ancillæ dicunt eſſe futura .i. facienda in eum Ch. i. erga eum, vt ceteris ſit documento, ne quid tale attentent, vbi futura à fio potius manat, quàm à ſum, vt ſæpe fit, quod vt credam adducor ex eo quod ſequitur quid ais, in quem exempla fient, poſſe legi etiam ſine exclamatione, aufugi ne viderem id .ſ. quæ exẽpla indigna dicunt futura in eum. Vel ſic, ne viderem indigna exempla, quæ dicunt eſſe futura in eum Ch. P. O Iuppiter, talis exclamatio eſt qualem facimus eum turbati recurrimus ad Deum dicentes, ò Deus, quæ .i. qualis illæc pro illa, compoſitũ autem eſt ex illa, & hæc, quæ ergo illæc turba .i. turbatio eſt, & commotio, numnam .i. nunquidnam. eſt parelcon, ſiue Syllabica adiectio. Ego perij .i. perditus ſum, occidi, qui illius rei fuerim auctor adibo. ò Pythias quid iſtud eſt ſup. quid ais? in quem, id eſt erga quem, vel in quo exempla non quidem imitanda, ſed fugienda fient .i. efficientur, vt ceteri ſint ad iniuriam GVID.

tardio

tardiores. P. O audaciſſime.i.plenè temeritatis,& confidentię, rogitas.i.inq̃ris,in quem fient exempla perdidiſti .i. deſtruxiſti, pernicioſus illi fuiſti,perdidiſti ergo iſtũ adoleſcẽtulum.ſ.Chæream,quẽ adduxti.i.adduxiſti pro Eunucho.i.loco Eunuchi,dũ .i. quando,ſtudes.i.das operã,laboras,conaris dare verba nobis .i. decipere nos. P. Quid.i.cur ita dicis ſup. aut cedo.i.dic quid factum eſt de Chærea. P. Dicam quid factum.ſ.Sin'.i.ſcis ne eã virginem,quæ hodie data eſt dono Thaidi,eſſe ciuem hinc.i.ex hoc loco,hoc eſt ex Athenis,& ſcis fratrem,eius.ſ.Chremẽ, eſſe apprime .i. valde nobilem? P. Neſcio. P Y. At qui .i. ſed certe inuenta eſt.i.cõperta eſt,ſic.i.ciuis eſſe hinc iſte miſer.ſ.Chærea, vitiauit.i.ſtuprauit eam,ille frater violentiſſimus.i.impetuoſiſſimus,ſiue turbulentiſſimus,vbi.i.qñ reſciuit.i.tãquam inopinatũ cognouit.Parm.deinde intercipit ſermonem petẽs. P. Quidnã .i.qd fecit ille frater,& hoc petit vt acceleret ancillam,quæ longiora narrat. P Y. Primum.i.in primis colligauit eũ.ſ.Ch. miſeris nodis. P. Colligauit?indignando & exclamãdo præ timore,& ita repetiuit idem verbum à Pyt.prolatum. P Y. Atque equidem fecit id.ſ.colligauit eum Th. orãte.i.quamuis Thais oraret,vt ne.i.vt non faceret,id.i.colligaret eum. P. Quid agis? extupentis eſt. P Y. Nunc minitatur.i.minatur ſeſe facturũ poro.i.poſtea id,quod ſolet fieri ſup.mœchis .i. ſtupratoribus,aut adulteris,vt forte quod abſcindet illi virilia vel alia id genus effi ciet,quod .ſ. illud quod fieri ſolet mœchis, ego Pyt. nunq̃ vidi fieri,neque velim .i. neque vellem vidiſſe fieri, vel neque velim nunc fieri Ch. P. Qua audacia Chremes audet .i. audenter admittit,tantum facinus.i.tam enorme factum. P Y. Quid.i.cur, dicis ſup. ita tm facinus ipſum audere. P. An.i.vtrum hoc facinus non videtur tibi maximum,qs homo vidit vnquam quenquam.i.aliquem,deprehendi.i.opprimi,& comprehendi in domo meretricia, pro mœcho .i. pro ſtupratore & adultero. P Y. Neſcio. P. At.i.ſed,ò Pyt. ne.i.vt non ſciatis.i.vt nõ ignoretis, dico.i.aſſero vobis,edico.i.ſignifico,ſeu notum facio vobis,illũ Ch.eſſe noſtrum filium herilẽ.i.filium heri.i.domini noſtri,puta Lachis ſenis. P Y. Hem, indignantis & dolentis, obſecro au .i.vtrum eſt is,qui filius herilis eſt. P. Ne quam.i.non aliquam vim.i.violẽtiam,Thais ſinat.i.permittat fieri in eum,vbi ne poteſt capi vt ſit aduerbium prohibentis vel poteſt capi prout non, & iungi cum præcedenti ſermone Parmenonis,ſic dico illum eſſe herilem filium,vt Thais non ſinat aliquam vim fieri in eum, atque adeo .i. certe,cur egomet non eo intro defenſurus .ſ. eũ. P Y. O Parmeno vide.i.aſpice,conſidera, quid agas.i.agendum ſuſcipias videlicet, vide ne.i.vt pro q̃ neque .i. & non profis illi Chæreæ,& tu pereas.i.occideris,nã putant.ſ.Chremes cũ Thaide,& alij qdquid factum eſt,eſſe ortum .i. produſſe, profectum eſſe, à te.i.à tua techna & arte. P. Igitur ego miſer perplexus & anxius qd faciam.i.moliar,vel qd incipiam .i. inibo faciendum perficimus mediocria,incipimus ingentia. Autem.i.ſed ecce.i.in conſpectu adeſt,tanquam repentinus ſit eius reditus, & inopinatus, video ſenẽ.i.patrem Ch. Lachem redeuntẽ rure .i. ex agro, vbi rure aduerbiaſcere,vel melius ꝑ aduerbio de loco poni conſtat. Deliberat an debeat illi dicere an non. Dicam huic ſeni,an non dicam.ſ.deinde eligit, ſed dicturum hercle.i.per Herculem ego dicam,& ſi.i. quamuis ſcio magnum malum mihi paratũ, ſed neceſſe eſt dicere ſup. vt ſubueniat .i. ſuccurrat huic .i. filio ſuo Ch. P Y. Sapis .i. ſapienter dicis ſeu loqueris, ego abeo .i. diſcedo,intro.i.in domum Thaidis. tu Parmeno narrato iſti ſeni omnem ordinem.i.totam ſeriem facti, vt.i.qualiter factum ſit.i.quo pacto totum factum proceſſerit.

LATO. ARGVMENTVM) Facete terretur Parmeno à Pythia, vt magis ridicula ſit cataſtrophe.[O ſceleſtum Parmenonem)Ficta exclamatio ancillæ.[Exẽpla).i.pœnæ,ſupplicia,quæ alijs documento eſſe poſſint.[Scis eam hinc ciuem eſſe)Attende tarditatem narrantis ad torquendum Parmenonem.[Colligauit)Repetitio commoti & indignantis.[Id quod mœchis) Honeſta periphraſis.[Quis homo pro.)Differentia à loco,qua negat mẽchũ eſſe, & eſt defenſio ex finitione. [At ne hoc) Inter minatio. [Hem)Ficta commotio.[Vide Parmeno quid) Conſilio poëtæ rectè prohibetur Parmeno ne ingrediatur, ſed ſenex potius, vt conficiantur nuptiæ. [Sapis) Irriſoriæ approbatio.

PETR. MARS. PROH Deum fidem &c.) Lenæ calliditatem in excogitandis fraudibus, vimq̃. perſuadendi,nec non ſerui non vndiq; circunſpecti credulitatem,hæc ſcena exprimit. Primum malitiæ adſcribendũ eſt poſtremum vero imprudentiæ, quæ rẽ animumq̃. loquentis non conſiderat, ſed facili credulitate decipitur, quod maxime dedecet. Exitus enim talem imprudentiã repræhendit Chryſolus ſeruus apud Plaut.in Bacch.ſic ait. Nequs nihil eſt, quàm egens conſilij ſeruus, niſi habet pectus multipotens.

SVNT oẽs trochaici tet.catal.In primo verſu vel Deũ mo noſyllabum erit; & ò totum vna cum præcedente ſyllaba dũ elidi tur,vel,quod verisimilius mihi qdem videtur,Fidem verbum omitti poteſt,quod alias apud hunc quoque poëtam fieri ſolet, vt admonet Don. Act.2.Scen.3.in Phormione.In quarto verſu omittendum verbum Eſſe, rectè admonet Ioan. quod male apoſuit Aldi liber, Decimus verſus varie legitur, Doctor. ita, GLAR.

Scis eam hinc ciuem eſſe, & eius fratrem apprime nobilem? Quæ lectio mihi non diſplicet,ſed Eius ſic erit diſſyllabum, quidam bis Eſſe legunt ad hunc modum.

Scis eam hinc ciuem eſſe,& fratrẽ eius eſſe apprime nobilem? Vt Eius monoſyll.poſt Fratrem legatur. innuit & Ioan. Lector porrò ſequatur quod volet.In 11.vel Eam monoſyll.totum elidi tur,vt quinto loco ſit trochæus,eam iſte,vel, quod malim amphibrachys eodem quinto loco. Paulo poſt: Hem extra metrũ eſſe admonuit Doct. In 15. Minitatur pro minatur quidam habent lib.& facturum omittendum ex Don. Commentatio ſatis liquet,ac carmen ita legendum, Quid ais? P Y. Nunc minitatur porrò ſeſe id,quod mẽchis ſolet.Quam lectionem &Doct. & Ioan.probant.In 19. vel Neſcio diſſyll.erit,ita vt ſcio totum elidatur,vel Prendi,pro Deprehendi legendum, niſi quis vnum hunc verſum inter omnes reliquos trochaicos iambicum exiſtimet.Vigeſimumtertium rectè emendauit Ioan.Ne neque illi,vt primo loco ſit anapæſtus, ſecundo trochæus, Ne ne. Idem aio de vltimo ad hunc modum.

Ego abeo intro, tu iſti narrato omnem ordinem, vt factum ſiet: Vt primo loco ſit anapæſtus.Ego abeo in. Niſi quis etiam hunc iambicum tetr.acat.exiſtimet. quod mihi non probatur. poteſt & pæan quartus eſſe loco primo.

ACTVS V. SCENA VI.

ARG. ADR. BARL.

A villa ocioſo & quieto redit ad vrbem animo hic ſenex, neque enim mores ſuorum clamitat, neque mali quippiam ſuſpicatur, ſed ruſculo ſuo gratias agit, cuius beneficio ignorat, quid in vrbe agant filij, quorum amores & facta nunc demum cognoſcit ex Parmenone.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac ſcena ocioſus adeo & quietus inducitur ſenex, vt neque mores ſuorum increpet, neque quidquam ſuſpicetur mali, ſed agit gratias proximæ villæ cuius beneficio ignorat quid in vrbe agerent filij, quod percipit imprudenti Parmenone narratione. Felicitas quoque ſenis hic attendatur, vt appareat quam inopinatæ malum omen fieri poſſit. Nam imparatis mentibus mala grauiora ſunt.

Senarij.

LACHES, PARMENO.

EX meo propinquo rure hoc capio commodi:
Neque agri, neque vrbis odium me vnquam percipit.
Vbi ſatis cœpit fieri, commuto locum.
Sed eſt ne ille noſter Parmeno? & certe ipſius eſt.
Quem præſtolare Parmeno hic ante oſtium?
P. Quis homo eſt? hẽ,ſaluũ te aduenire here gaudeo.
L. Quem præſtolare? P. perijt lingua hæret metu.
L. hem,
Quid eſt, quod trepidas? ſati' ne ſaluæ? dic mihi.
P. Here,primum te arbitrari id, quod res eſt, velim.
Quidquid huius factum eſt,culpa nõ factum eſt mea.
L. Quid? P. recte ſanè interrogaſti, oportuit.
Rem prænarraſſe me. emit quendam Phædria.
Eunuchum,quẽ dono huic daret. L. cui? P. Thaidi.
L. Emit?

L. Emit? perij hercle. quanti? P. viginti minis.
L. Actum est. P. tum quandam fidicinam amat hic Chærea.
L. Hem, quid amat? an scit iam ille, quid meretrix siet? An in astu venit? aliud ex alio malum.
P. Here, ne me spectes: me impulsore hæc non facit.
L. Omitte de te dicere. ego te furcifer,
Si viuo. sed istuc, quidquid est, primum expedi.
P. Is pro illo eunucho ad Thaidem hãc deductus est.
L. Pro eunuchon'? P. sic est. hunc pro mœcho postea
Comprehendere intus, & constrinxere. L. occidi.
P. Audaciam meretricum specta. L. nunquid est
Aliud mali, damni ue, quod non dixeris;
* Reliquom? P. tantum est. L. cesson' huc intro irrumpere?
P. Non dubium est. quin mihi magnum ex hac re sit malum,
Nisi, quia necesse fuit hoc facere, id gaudeo,
Propter me hisce aliquid esse euenturum mali:
Nam iam diu aliquam caussam quærebat senex,
Quamobrẽ insigne aliquid faceret ijs: nunc repperit.

* Relictum.

DON. X meo propinquo rure hoc capio commodi) Annotandum, quòd huius scenis nomen apud Terentium non est, apud Menandrum Simon dicitur. [Ex meo propinquo rure hoc capio commodi) Firmatur status mentis trepidantis senis, vt appareat quàm inopinato malo amẽs fieri possit, quod ipsum superius & in Parmenone seruatum est. Imparatis enim mentibus mala maiora sunt. Ergo non tam ociosus incedit senex vt neque mores increpet, nec quidquam suspicetur mali, sed agat gratias proximæ villæ, cuius beneficio non scit quid in vrbe agerent filij. Et nunc adest vbi opus est Poëtæ. Et vide hanc caussam fuisse, cur non ad villam diuerterit. Omnes villas comicas suburbanas esse, commoditatem ipsam nunc explicat & ostendit. [Neque agri, neque vrbis) Tragicus apparatus. Delicias memorat, qui pericula cogniturus est. [Odium me vnquam percipit) Fastidium ex abundantia est. [Vbi satias cœpit fieri) Sufficerant ad hanc sententiam duo superiores ij versus, sed περίεργα est senilis eloquij facere, & garruli simul. [Commuto locum) Mira breuitate duas res explicuit simul. Vbi satietas est, deest nam, vt sit, Nam vbi satietas cœpit fieri. Et cœpit, pro cœperit. Satietas, odium, ab eo quod præcedit id, quod sequitur. [Sed est ne ille noster Parmeno? & certe ipsius est) Et dubitauit, & firmauit postea, vtpote senex, visu iam languido, atque oculis ætate defessis. [Quem præstolare Parmeno) Noue, non, cui præstolare, sed, quem dixit. Aliter Tullius, Quid tibi ad forum Aurelium præstolarentur. Præstolari, est præsto esse & apparere, hoc est obsequi. [Quis homo est?) Quare, quis homo, cum prouiderit venientem, vtrum non vult videri prouidisse, ne quid fallaciæ parasse videatur? Sic & in And. Quasi de improuiso respice ad eum. Vel quia perturbatur exanimatus, qui dum quid apud Th. geratur, auscultat, non videt senem proprius accedere, quem longe viderat. An vero iccirco hoc fingit, qa quod parabat dicere de Chærea, postquam cominus ventum est, non audet loqui? [Lingua heret metu) Virg. Et vox faucibus hæsit. [Quid trepidas?) Instandum est seni ab audienda quæ de facili nunquam fateretur Parmeno. [Satis ne salue?) Salue integre, rectè, commode. Plaut. in Trin. Benevolens tuus atque amicus. [Satis ne salue?) Nunc aduerb. est producta est è litera. Sal. Inde ortus sermo, percontantibus vtrinque, satin' salue, quàm gratis ducibus suis, quantis familiaribus copijs agerentur. [Here primum te arbitrari id, quod res est, velim) Quòd ante narrationem confirmatio inducitur, contra morem & præcepta est, sed merito, quia perturbatus est. licet simul * vt non possit dicere. [Quidquid huius factum est) Absolute vt supra, Et quidquid huius feci, causa virginis feci. Aut deest Rei. vt sit huius rei. Stomachose. [Quid?) Quid interrogat. quis enim ante crimen, quam objiciatur, aut proponatur, neget? [Rectè sanè) Docte Terent. ipse se reprehendit. Nam ordine factum non est præ timore, & conscientia. [Emit quendam Phædriæ Eunuchum) Vide narrationem à necessarijs & vrgentibus cœptam nõ in se continere, nisi quod rei conditio cogit fateri. Emit, inquit, Eunuchum. [Quem dono huic daret) Non dixi cui dono daret. [Aliter ab amoris mentione cœpisset) Deinde τὸ quendam, ἐξουσιαστικὸν significat. [Huic) Huic more suo dixti potius, quàm meretrici. [Quin etiam interrogatus, Thaidi potius dicturus est, quòd vt nomen dicat, quo offenditur senex. Eunuchi autem solius mentio necessaria est. quia dicturus est pro Eunucho deductum Chæream. [Actum est) Desperantis verbum. [Quandam fidicinam) Extenuatio criminis est, non quòd virginem, quòd ciuem vitiauerit. [Tum quandam fidicinam amat hic Chærea) Mire & necessario variauit, ille emit, vt Eunuchum mittat ad Thaidem, hic amat, vt deduci se pro eunucho velit. [Hem, qd? amat?) Hæc singula pronuncianda sunt, vt stuporem nimiæ indignationis ostendat. [An scit iam ille, quid meretrix siet?) Quia fidicinæ, meretrix est. [An in astu venit?) In Astu, in vrbem de Peireo. sic Athenienses vocabant vrbem suam, vnde ipsi incolæ ἀστοὶ vocantur. [Aliud ex alio malum) Hoc separatim dixit. senex fixis in Parmenonem oculis. [Me impulsore non facit) Ipsum accusat conscientia. non enim quod leuius est, dixit, me sciẽte, cum plus inferat, me impulsore. [Ego te furcifer, Si viuo) Modo omnis ꝙitia comica aut in comminatione est, aut in apparatu verborum. [Si viuo) Aposiopesis, te vlciscar. quia necessario sequitur. [Sed istuc quidquid est) Iuuenta causa cur suppliacia differãtur, donec vxorem ducat Cherea, & ipse purget Parmenonem, secundum argumenta quæ sibi ipse prospexit, iussu, coactuq. fecisse & imperio herilis filij sui Chæreæ. s. [Ad Thaidem hãc deductus est) Vnde ductor ipse sceleratus. [Pro eunuchon'?) Non interrogat, sed exhorresc it. [Hunc pro mœcho postea) Bene studuit Terent. pro bis numero dicere, & pro eunucho, & pro mœcho. Pro mœcho autẽ quasi excusans dixit. Nam vere in virginẽ Atticam, non pro mœcho, sed mœchus est. [Hunc pro mœcho postea) Bene vtrunque Pro, quia neque eunuchus est ꝙ vitiauit virginem, neque mœchus qui in domo meretricia. Et specta ꝙ oratorie transtulerit mentionem vitiatæ virginis. Pro mẽcho, inquit, vt culpam Chæreæ sub meretricis accusatione celaret. [Hunc pro mœcho) Bene totum pro, quia neque eunuchus, qui ephebus, neque adulter, ꝙ amator. [Comprehendere intus & constrinxere) Quo dicto vim ingẽtem inferri significat Chæreæ. Comprehendere significat strictim. [Aliquem in facinore deprehensum. [Audaciam meretricum specta) Maior emphasis accusationis est per pluralem numerum, ꝙ singularem. Sic alibi, An potius ita me comparem, non perpeti meretricum cõtumelias? [Audaciam meretricum) Oratorie auertit iram senis à se, & à Chærea, atque deriuat in meretricem. [Nunquid est aliud mali, damni ue) Bene interrogat, quia omnia inuitus seruus dicere videbatur. Et cum damnum, malum sit, de proximo collatũ discernitur, & damnum ad emptionẽ eunuchi, malum ad comprehensum pertinet & constrictum Chæream. [Cesso huc intro irrumpere?) In tantam formidinem coniectus est senex, vt non miremur, ꝙ tam cito nuptias firmet ephebi & virginis, & ꝙis non honeste, tamẽ quia ex ingenti metu, vel indigno matrimonio filij vitam pacisci velit. [Nõ dubium est qn mihi magnum ex hac re sit malum) Suaue est nescire personas quid agat poëta. Ita non periclitaturus Parmeno. [Nisi, quia necesse fuit) Necesse, est nomẽ. Nam necessus, necessis, & necessitas, & necessum lectum est. [Id gaudeo). s. vt succurratur Chæreæ periclitãti. [Propter me) Plus dixit, quam si Per me diceret. [Hisce aliqd) Meretricibus, non adolescentibus. & item pluraliter suo more, vt, Audaciam meretricum specta. &, Non perpeti meretricum contumelias. [Nam iam diu aliquam caussam quærebat senex) Nota caussam, pro occasionem. [Quamobrem insigne aliquid faceret) Manifestius hoc Menander explicat, Iampridem infestum meretrici senem, post corruptum ab ea Phædriam, nunc demum se inuenta occasione vindicaturum. [Quamobrem) Quamuis dixisset Caussam, intulit Quamobrem. [Insigne aliquid) Magnum & nobile facinus. [Faceret) ἐπιτηδείως dixit.

EX meo &c.) Hic primum introducitur Laches senex, Phædriæ, ac Chæreæ pater, omni cura vacans, vt postea relato facto per ordinẽ à Parmenone videatur, turbatio, nam in paratis mentibus mala maiora sunt. L. Capio. i. percipio hoc commodi. i. hanc commoditatem & vtilitatem, ex meo rure. i. agello propinquo vrbi. s. ꝙ suo, neque. i. non, vnquam odium. i. tædium, seu fastigium agri, neque vrbis percipit me. i. nunquam satietate sum defessus, neque agri, neque vrbis, vbi. i. postquam, vel quando, satietas. i. fastidium, vel tædium, quod ex abundantia plerunque nescit, cœpit fieri, id est incœpit capere me, commuto locum. i. GVID.

discedo ab vno loco ad alium. Sed ne.i. vtrum ille, quem video supp. est Parmeno seruus meus, deinde attentius viso ei subdit, certe ipsus pro ipse vetuste est Parm. s. ò Parmeno quem præstolare .i. præstolaris, hoc est expectas. Dicimus præstolor tibi, & præstolor te, sed sæpius cum datiuo. Quem præstolare hic ante hostium Th. meretricis. P. Quis homo est qui me alloquitur, Hem, interiectio percipientis quem prius nõ aduertebat ò here .i. domine mi, gaudeo te aduenisse saluum .i. incolumem. L. Quem præstolare .i. quem expectas, vel mane. Præstolari enim, vt Non. inquit est expectare, seu manere. Don. autem dicit præstolari significare præsto esse. P. Perij .i. occidi, lingua hæret .i. quasi fixa manet, & immobilis, vt loqui non possit, metu .i. præ timore. Virg. Et vox faucibus hęsit. L. Hem, hic interiectio mentis est, ne quid mali fit, quid .i. cur trepidas .i. times, satin' .i. satis ne, salue, aduerb. hic .i. integre, recte, cõmode, incolumiter te habes. s. dic mihi .i. responde mihi, vel satin'. i. satis ne salue, integre, recte, cõmode res se habent sup. domi, nunc dic mihi. P. O here primum velim te arbitrari id, quod res est id, quod est verum. s. quidquid huius rei sup. factum est videlicet de suppositione Chær. & eius deprehensione, non est factũ mea culpa .i. meo vitio, & mea improbitate. L. Quid dicis factum sup. P. Sane .i. certe, vel valde, recte interrogasti, oportuit me prænarrare .i. prius recitare. r. i. factum ipsum, deinde incipit narrare inquiens Phæd. emit quendam eunuchum, quem daret huic Th. dono. L. Cui daret .s. P. Thaidi daret. L. Emit hercle perij, quanti emit, scilicet. i. quanto precio. P. Emit sup. viginti minis .i. viginti libris, vt dictum est. L. Actum est, hoc est desperantis dictum, q. d. actũ est de Phædria, perditus est, quasi non sit reliqua suæ respiscentiæ spes, cum sit meretricis irretitus blanditijs. P. tum .i. deinde hic Chær. filius alius amat quandam fidicinam .i. canentem fide .i. Cithara .s. virginem quam stuprauit. L. Hem, dolentis, vel indignantis, & excandescentis, quid? modus interrogandi ea, quæ non bene intelleximus, aut intellecta non credimus. An .i. vtrum, venit, illæ Chær. scit iam quid sit meretrix? an .i. vtrum, venit in Astu .i. in vrbem Athenas est Pyræo. est enim hic Astu nomen, & indeclinabile, significatq. vrbem. Nam Athenienses sic vocabant vrbem suam. Astu enim Græce vrbis dicitur Latine. Inde astu inuenitur pro astutia, & calliditate, nam q vrbes frequentarunt vt plurimum astutiores sunt, inuenitur autem etiam astus astus astui mascul. generis, & astu indeclinabile neutri generis pro astutia. Inde astutus .i. callidus. Aliud malum ex alio, hoc separatim protulit senex fixis in Parmenonem oculis, sic autem intellige, ecce sup. aliud malum ex alio .i. aliud malum post aliud, vel lege per appositionem iungendo præcedẽtibus sic, quod supple. s. Chær. amare est aliud malum ex alio .i. est malum super malum, qa primum malum ipsi seni erat ex Phæd. secundum ex Chær. P. O here .i. domine, ne spectes .i. aspicias me fixis oculis, vt facias indignabundus, ipse Chærea nõ facit hoc .i. non amat me impulsore .i. quia impellam eum ad id faciendum, aut inducam. L. Omitte .i. cessa dicere .i. loqui de te excusare, ò furcifer .i. digne q furtam feras circumuicinos ignominię causa illi alligatus, ego te puniam sup. & est aposiopesis, si viuo, sed primum expedi .i. explica istud quidquid sit. P. Is Chær. deductus est ad Thaidem pro illo eunucho, qui fuerat emptus. L. Pro eunucho .i. vtrum pro eo deductus est? P. Sic est, postea comprehendere .i. ceperunt hunc Chæream, intus .i. in domo Th. & constrinxerunt pro mœcho .i. tanquam esset mœchus, seu adulter. L. Occidi .i. perij. P. Specta .i. considera, vide audaciam meretricum. L. Nunquid vtrum aliquid aliud mali, vel damni est reliquum .i. restat, supereſt, superat quod non dixeris. Mali autem dixit referendo ad comprehensum, & constrictum Chæream. Damni vero dixit referendo ad emptionem eunuchi, quæ facta est 20. minis. P. Tantum .i. illud duntaxat est qd' dixi. L. Cesso, q. d. cur tardo, vel cunctor irrumpere .i. violenter ingredi huc ostendebat locum, intro .i. intra domum Th. P. Non est dubium, quin magnum malum .i. supplicium sit mihi ex hac re .i. propter hanc deductionem, & comprehensionem, vel manifestationem facti, nisi quia fuit necesse .i. oportuit facere hoc .i. manifestare rem patri, vt succurreretur Chæreæ comprehenso. Est autem necesse nomen, nam necessus, necessis, necessitas, & necessum lectum est gaudeo id .i. propter illud sequitur .s. aliquid mali esse euenturum, hisce .s. meretricibus, propter me .i. per me, seu me incitante, nam senex .s. Laches quærebat iam diu .i. à longo tempore aliquam causam .i. occasionem. Quamobrem .i. propter quam faceret aliquid insigne .i. aliquod magnum, & nobile facinus, is .s. senex, nunc repperit causam .s. & eius facinoris faciendi.

ARGVMENTVM) Incaute prodit se Parmeno impulsus dolo ancillæ. [Vbi satias) Vetuste pro satietate. [Perij) Hoc ad spectatores. [Hem, quid est) Metuentis ac suspicantis. [Here primum te) Defensio perturbatæ personæ ante narrationem. [Emit quendam) Attende copiam poëtæ, qua eandem rem iterum sic narrat, vt ne fit tædio spectatori. [An in astu) Prouerbiũ de callidis, & vsu peritis. [Si viuo) Aposiopesis comminantis. Audaciam meretricum. Oratorie auertit iram senis in meretrices. [Non dubium est) Hoc ad spectatores. LATO.

EX meo propinquo rure &c.) Boni ciuis rem domesticam curantis, agentisq. citra aliorum iniuriam, honestum, & nullis cẽsuris obnoxium negocium, hæc scena describit, exprimens affectum patris, qui vehementer commouentur, qui nouos, filiorũ ardores, ac prodigalitatem intelligit. Est enim senex auarus, & rem maximo labore partam turpiter perire in primis indignatur, exterretur inquam re noua, & inopinata. Vnde Sen. de cõsolatione ad Mart. sic ait: Quæ multo ante prouisa sunt, languidius incurrunt, & aufert vim præsentibus malis, qui futura prospexit. Fortuna illis est grauis, quibus est repentina facile eam sustinet, qui semper expectat. [An in astu venit? &c.) Astu est nomen indeclinabile. Astuta, inquit Asc. Pæd. vrbana dicuntur. Etenim vrbs, Græce Asty dicitur. Terent. An in astu venit? Sex. Pompeius sic ait: Astus apud Poëtas astutiam significat cuius origo ex oppido Græco Asty deducitur in quo qui assidue versari sunt, cauti atque acuti esse videntur. PETR. MARS.

SENARII sunt iambici. In primo versu vel Meo mono syl. est, vel creticus primo est loco. In 2. versu, loco primo est anapestus. In 3. versu, loco proceleusmaticus. In 4. versu d, eliditur in Sed, inquit Doct. vel bacchius est loco primo, vt ego puto. In 6. versu, Ehem, monosyll. est, contra atque habet differentia, qua de Act. 2. Sc. 5. in And. In 8. vel d, eliditur in Quid, vel s, in Satis. In 10. d, eliditur in Quid, & Huius dissyll. Quanquam in vtroque versu creticus, & bacchius has elisiones sanare possunt. In 10. à fine, pro Eunu, spondeus est. In 6. à fine, pro Reliquom Doct. putauit posse etiam Relictum legi. Ego autem existimo si sub finem versus altero in loco non fiat elisio, posse etiam legi Reliquum. GLAR.

ACTVS V. SCENA VII.

ARG. ADR. BARL.

Pythias egrediens irridet Parmenonem, plus satis credulum, simul populum docet, quid intus egerit senex.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena Pythias egreditur tanquam irrisura Parmenonem, vt ipsa putat. Egredi autem à Poëta cogitur, vt doceat populum, quid intus egerit senex.

Iámbici Octonarij Acatalectici.

PYTHIAS, PARMENO.

VNQVAM ædepol quidquam iam diu, quod magis vellem euenire,
Mi euenit, quàm quòd modo senex intro ad nos venit errans.
Mihi solæ ridiculo fuit, quæ, quid timeret, scibam.

P. Quid hoc autem est? PY. nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem.
Sed vbi obsecro est? P. men' quærit hæc? PY. atque eccum video: adibo.
P. Quid est inepta? quid tibi vis? quid rides? pergin'? PY. perij.
Defesa iã sum misera te ridẽdo. P. qd ita? PY. rogitas?
Nunquam ædepol hominem stultiorem vidi, nec videbo. ah,
Non pote satis narrari, quos ludos præbueris intus.

Ac

At etiam primo callidum,& disertum credidi hoiem.
Quid?illico ne crederet ea, quæ dixi, oportuit te?
An pœnitebat flagitij, te auctore quod fecisset
Adolescẽs, ni miserum insuper etiam patri indicares?
Nam qd illi credis animi tum fuisse, vbi vestem vidit
Illã esse eum indutum pater? quid? iam scis te perijsse?
PY. Ehem, quid dixti pessuma? an mentita es? etiam rides?
Itan' lepidum tibi visum est scelus, non irridere?
PY. nimium.
P. Si quidem istuc impune habueris. PY. credo:
Sed in diẽ istuc Parmeno est fortasse, quod minitare:
Tu iam pendebis, qui stultũ adolescentulum nobilitas
Flagitijs, & eundem indicas: vterque in te exempla
*edet. *edent.
P. Nullus sum. PY. hic pro illo munere tibi honos est habitus. abeo.
P. Egomet meo ĩdicio miser, quasi sorex, hodie perij.

DON. NVNQVAM ædepol quidquam iam diu) Pythias egreditur veluti irrisoria Parmenonem, vt ipsa putat. egredi autem à poëta cogitur, vt doceat populum quid intus egerit senes. Ergo persona cachinnatus inducitur, quærens Parmenonem, aspectuque eius ob nimium risum vix loqui possse. [Nunquam ædepol quidquam) Rarum est euenire quod velis,& quod maxime velis,id rarum magis. [Intro ad nos venit errans) Non gressu errans,nec via,sed animo,& opinione. [Mihi solæ ridiculo fuit) Soli regulariter dicitur,solæ non rectè, sed antiquæ. vt alibi: Hoc ipsa in itinere,alteræ dum narrat, forte audiui. [Quid hoc autem est?) Ridentem miratur Parmeno. [Nunc id prodeo) Propter id. [Quid rides? pergin'?) Ex huius verbis ostendit, quàm multum rideat petulans puella. [Perij) Proprie hic verbum est aptum, quasi sit lassa ridendo. [Nunquam ædepol hominem stultiorem vidi) Postquam rogas dixerat,quasi narratura videbatur,& redit ad insultationem. [Quos ludos prębuerit)Ex errore,& metu nimio senis credẽtis contrictum filium se offensurum in domo meretricis. [At etiã primo callidum,ac disertũ credidi hominem) Hæc omnia sic in scena pronunciata sunt, vt risu interrumpi verba puellæ videren tur. Maiorisq. insultationis est,si is qui fatigat alterum,dicat se ante de illo multo aliter sensisse. [Illico ne credere) Non ideo hoc dicit,qp personę suę fidem deroget,sed qp res incredibilis fuerit, quam illi persuaserit, aut certe si credendum fuerit,non statim,neque exanimata,neque facta rei cognitione. [Illico ne credere)obiurgatio de tempore. [An pœnitebat flagitij)Illud quod supra, à stulto, hoc quod nunc dicit, à malo fieri potuit? illud, ab imprudente,hoc quod peius est,à sciente. [An pœnitebat flagitij) Parum videbatur. Ipse alibi, Quantum hic operæ siat, pœnitet. Plau. in Trucul. pœnitet ne te,quòd ancillam solam nimis erumpere? [Ni miserum insuper etiam patri iudicares?) Duo obijcit. vnum,quòd male consuluerit,alterum, quòd male prodiderit consilia sua. Et bene indicares. nam iudicium dicitur eius, qui vna peccauerit. [Nam quid illi) Adolescentis.s. [Ni miserum insuper etiam indicares patri?) Ad inuidiam Parmenonis,miserum dicit adolescentem,eo modo quo Iuno accusans Venerem, ait, An miseros, qui Troas Achiuis Obiecit. Sic enim agimus,cum ab his, qui falso rei sunt, in auctores culpam sceleris remouemus. [Quid est? iam scis te perijsse) Hoc non stupentibus, ac culpam patientibus dicitur. [Hem, quem dixti pessuma?) Nunc demum intelligit Parmeno se esse delusum. [Etiam rides?) Apparet eam ex huius stomacho vehementius cachinnare. [Nos irridere?) Nos superbius dixit, quàm si diceret me. [Si quidem istuc impune) Subauditur, Tum minũ. [Verum?) Irridentis interrogatio. [Sed in diem istuc) In longam dilationem. vnde dilatio est dicta diei prolato. [Tu iam pendebis) Iam,nimiam velocitatem significat. [Nobilitas flagitijs,& eundem indicas)Duas res significat simul,& cogis flagitia facere, & facientem indicas. [Vterque ex templa in te edent) Noua ac mira tormenta, quæ pro exemplis narrentur, aut quæ documenta sint ceteris ne derelinquant, exempla dicuntur: Et edent,& edet legitur,si edent,figuratum est. si edet,rectè. Et plus est edet,quàm dabit.[Nullus sum)Hoc secum Parmeno. [Hoc pro illo munere tibi honos est habitus,abeo) ἐξαιρετικῶς,& μετεμφατικῶς pro munere.Et honos rumigerulis haberi solet.[Ego meo indicio miser,quasi sorex,perij)Proprium soricum est vel stridere clarius,quàm mures,vel strepere magis eum obrodunt friuola, ad quam vocem multi se intendentes quamuis per tenebras noctis transfigunt eos. Plautus: Consolliorem te faciam sorcinia Neuia. [Quasi sorex hodie perij) Quia latere potuit, nec occidi, si taceret. [Egomet meo indicio) Prouerbium in eos, qui ipsi se produnt. quia sorex non facile caperetur, nisi emitteret vocem noctu.

NVNQVAM &c.) Hic Pyth. egreditur veluti irrisura Parmenonem, vt ipsa putat. Egredi autem à poëta cogitur, vt doceat populum quid intus egerit senex, ergo persona cachinans .i. immoderate ridens, inducitur quærens Parm. aspectuq. eius ob nimium risum vix loqui potens. PYT. Aedepol nunq. quidquam euenit mihi iandiu ex longo tempore, quod magis vellem euenire. dixit autem iandiu,& nunquam, q.d. in longo temporis spatio nulla temporis parte mihi euenire,quod magis euenit.vellem q. hic.s.qp modo.i.paulo ante,senex.s.Laches,venit intro.i.in domum ad nos,errans.i.allucinatus. non quidem errans gressu aut via,sed animo potius,&opinione.is senex fuit mihi ridiculo .i. ioco mihi solæ pro soli, nam antiqui dicebant in genitiuo soli,solæ,li,& in datiuo solo,solæ,solo,more ceterorum adiectiuorum ridiculum dr̃ sermo potius,risum mouẽs, q. derisum,quæ.s.ego Pyth.sciebam quid timeret. P. Parmeno minatur ridentem Pyth. inquiens. autem.i.sed, quid hoc est,qp hæc tantopere ridet. P Y. Nunc prodeo.i.exeo in medium,id .i. pp id, vt conueniam .i. alloquar Parmenonem, sed obsecro vbi est Parmeno. P. Hæc Pyth. quærit me,& non quærit pro me,vt quidam literatores se rectè cogitasse putant. PY. Atque eccum.i.ecce hic video eum.s.ibo ad eum. P. O inepta.i.fatua, quæ tanto cachino rides quasi fatua,quid est? quid tibi vis.i.qd per tuum risum significas,vel quod dr̃ inepte, quid oportet tibi cum tuo cachino,& risu effrænato quid.i.cur rides, vel quid rides.i.quid derides ita cachinando.i.immoderate ridendo,& cum videret eam magis etiam inualescentem,& insultantem risu subdit. pergin' .i. vtrum non cessabis hodie vel desistes à tuo risu. PY. Perij proprie dixit,quasi fit lassa ridendo,ego misera.i.ego infelix,& affecta tanto risu,iam sum defessa.i.defatigata ridendo .i.deridendo te. P. Quid.i.cur ita me rides. PY. Rogitas.i.inquiris.Pol nunquam vidi hominem stultiorem te.i.q. tu sis,nec videbo post hac. Ah.interiectio ridentis,nam identidem Pythia loquendo resoluitur in tantum risu n,vt loqui non possit, non potest satis.i.sufficienter narrari.quos ludos.i.ioços,quę riditela,& quàm materiam ridendi præbueris, intus .i. in domo Th. At etiam.i.sed etiam primo .i. principio cum te incepi cognoscere credidi te sup.esse hominem callidum .i. astutum,ac disertum.i.optime disserere potentem de te aliqua. P. quid est? PY. quid,q.d. petis quid sit. ne.i.vtrùm,te sup. pœnitebit flagitij.i. vtrum tibi parum videbatur flagitium,quid adolescens.s.Cher. fecisset,te auctore.i.te suadente,& consulente,nisi etiam insuper .i. præterea,indicares.i.proderes ipsum Chæream miserum patri suo.s.Lachi.bene aũt dixit indicares, nam iudicium est eius, qui vna peccauerit,nam quid animi.i.quem animum credis fuisse illi Chæreæ,vbi.i.qñ pater .s. Laches vidit eum esse indutum illam vestem eunuchi.Dicimus aũt rectè ego sum indutus hanc vestem,vel hac veste,quid est? modus interrogandi ridẽdo illũ, qui prius non poterat intelligere,quod ei dicebatur, iam.i.nũc, scis te perisse.i.male te habere, hoc autem dici solet non stupentibus,ac culpam fatentibus. P. hem,indignantis,& dolentis,ò pessima.i.improbissima,& petulantissima, quid dixti .i. dixisti? nunc demum Parm. intelligit se esse delusum,an mentita es dicendo mihi quod prius, dixerat,ẽt.i.& cum hoc rides? Ex quo apparet eam ex huius stomacho vehementius cachinnare.i.immoderate ridere,ne.i.vtrum,irridere .i. illudere nos,visum est tibi scelus.i.flagitium,ita lepidum .i. ita festiuum,& iucundũ, vel potest scelus esse vocatiui casus,& tunc astruitur litera, ò scelus .i.ò scelerosa mulier, quæ videris digna,quæ voceris scelus ipsa ne.i.vtrum,visum est tibi ita lepidũ.i.ita iucũdum irridere nos. PY. nimiũ.i.valde,vel plurimum visum est mihi lepidum te irridere. P. intellige sic,potes Pyt bene dicere,qp nimium tibi lepidum visum est nos irridere siquidem.i si certe,habueris.i.impune.i.sine pœna .i. si istud impune feras, nec pp istud puniaris. PY. Ridendo eum Pythia subdit,verum.i.sed,quid fiet sup. cõtra me, vel quid facturum putas, qui me non laturam impune videris minitari. P. hercle.i.per herculem,iurantis est,reddam,

id est rependam vices sup. seu gratiam referam, & hoc in malam partem. P Y. credo. i. facile persuadeo ad id credēdum, quod miranda facies, sed ò Parmeno istud quod minitare .i. minando polliceris, & dicis te facturum, fortasse dubitantis est, est in diem .i. in longam dilationem. Vnde dilatio est dicta diei prolatio, tu Parmeno iam .i. nunc aut statim post, pendes pœnas sup. i. lues, & dabis pœnas meritas, qui denobilitas. i. infamias, seu deturpas, flagitijs .i. turpitudinibus, flagitione .i. increpatione dignis, istum adolescentulum. s. Chæream, stultum. i. inconsideratum, & indicas .i. prodis, & quod non proprie dicitur hic incusas eundem adolescentulum. s. vterque .s. pater & filius, edent .i. efficient, & quasi publicabunt exempla. i. documenta ceteris seruis, vt sint tardiores ad inducendos iuuenes ad malos mores. Potest etiam esse edet sine figura, vt sit, vterque edet exempla in te. P. nullus sum .i. non sum. perij occidi, exanimatus sum, & consternatus. ac si nullus essem. P Y. hic. i. talis honos habitus est. i. impensus tibi Chærea, vel talis honos habitus est tibi. i. à te ab eo. s. Chær. pro illo munere. i. pro deductione eius ad Th. loco eunuchi, quod magni munera loco reposuit tunc. P. egomet miser perij hodie Meo iudicio .i. mea proditione & manifestatione, quam feci de Chærea patri suo, quasi. i. velut sorex sæpe perijt suo indicio & stridore. Proprium est soricum, qui sunt in multis similes muribus & forsitan eiusdem speciei, proprium inquam est eorum vel stridere clarius, quàm mure, vel magis strepere cum obrodunt friuola .i. crustula, vel frustula, quæ ex edulus fractis decidunt, à frio as, friuola dicuntur, quod significat frango frangis, nam ex rebus fractis quidquid decidit friuolum dicitur, vt ex panibus crustula friuola dicuntur, sumitur etiam friuola pro minus supellectilibus. Iuuen. Iam friuola transfert Vcalegon. Ad vocem itaque soricum multi intendentes transfigunt eos, quamuis per tenebras noctis. Plaut. Confessorem te faciam soricia venia.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Ancilla indicat quid intus actum sit, & deridet Parmenonem. [Nunquam ædepol) Hoc totum cum risu, & cachinno pronunciandum. [Perij) Vox lassæ & defessæ ridendo. [Callidum & disertum) Eo refertur quòd temere crediderint, disertum quòd falsa pro veris narrauerit. [Hem, qui dixti) Ira & indignatio Parmenonis. [Si quidem isthuc) Comminatio. [Quasi sorex) Prouerbialis comparatio in eum qui culpa sua deprehenditur.

PETR. MARS. NVNQVAM ædepol &c.) Gestiens lætitia meretricis voti compotis, ac insultatio alienæ stultitiæ, hac scena exprimuntur. Triumphat quippe meretricius animus, & hilaratus applaudit sibi, cum par pari relatum est, & vicissim irridere potest talem mentis hilaritatem nullo auro permutaret, gaudet enim vt dictum est, vindicta muliebris animus. [Hic pro illo munere tibi honos &c.) Sensus est. Tu munere tuo nos delusisti, nos inuicem rependimus, Hic honos, qualem vides quasi diceret, te delusimus, habitus .s. est à nobis, pro illo munere tuo tam illepido. [Abeo). i. discedo hinc, iam compos voti, inquit Pythias, & te iam delusum relinquam cruci paratæ, in qua iam pendebis. [Sed in diem istuc Parmeno &c.) Aliquando forte istuc accidet, quod nobis minitaris, sed supplicium tuum iam paratum est, & sic ex stomacho loquitur Pythias & insultat Parmenoni. [Tum iam pendebis). i. eris appensus in patibulo & cruce, Pendeo, pendes, idem significat, quod sum suspensus. Pendo, pendis soluo ad pondus. Vnde pendere pœnas, & pensio dicta.

GLAR. ET hi sunt iambici, sed quadrati catal. In versu primo vel ę depol prima longa & Diu monosyllabum, vel absque diphthongo & Diu dissyllabum. In magis s, eliditur. Quidam lib. hac in scena bis habent. Nunquam pol, pro, Nunquam ædepol. In 2. versu Mihi monosyll. totum eliditur, vel bacchius est loco primo. In 3. Scibam malim, quàm Sciebam, nisi sit synæresis. In 4. malim d, elidere in Quid, quàm ex Prodeo facere spondeum. Sed & satius est vel loco primo bacchium constituamus, vel creticum loco quarto. In 7. præpositio De, in plerisque non habetur lib. quam si tollamus, certe Rogitas legendum erit, non rogas. quæ lectio placet. In 8. rursus ædepol prima correpta, vt frequens est huic poëtæ. Nisi quis legat, Nūquam pol. In 9. vel Nō pote legendum pro Non possum, vel s, in Satis elidendum. In 14. d, eliditur in Quid. In 15. post verbum Pater, Parmenonis personam inserunt. Quid est, vt d, elidatur. Quidam verbum Est, non habent. In 16. vel legendum Ehem dissyllabum cum Dixti Dissyllabo, vel Hem monosyllabum, cum Dixisti trisyllabo. In 17. s, eliditur in Scelus, vel creticus est loco quarto, quod & alijs huius scenæ lucis admonere omisimus.

ACTVS V. SCENA VIII.

ARG. ADR. BARL.

Statuit hic miles vltro se dedere Thaidi, Herculis exemplo qui Omphale seruiuit in lanificio, pro claua & leonis tegmine, accepti ab ea cutho & colo.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena considerare licet ad quos exitus militem induxerit Gnathonis assentatio. Nam dixerat supra: Iam tibi hæc aderit supplicans vltro. Hic contra, miles intro se dedere Thaidi, ac deuouere fatagit, exemplo Hercule, qui Omphale in lanificio seruiuit.

Trochaici.

GNATHO, THRASO.

VID nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus? qd inceptas Thraso? T. Ego ne? vt Thaidi me dedam, & faciam quod iubeat. G. quid est: T. Qui minus huic, q̄ Hercules seruiuit Omphale? G. exēplum placet. Vtinam tibi commitigari videam sandalio caput. Sed quid? fores crepuere ab ea. quid autē hoc est mali? Hunc ego nunquam videram etiam. quidnam properans hinc prosilit?

DON. VID nūc? qua spe, aut quo cōsilio huic imus?) Reminiscere hūc esse, qui supra militi dixerit de Thaide, Iam dudum te amat. & rursus, Iam tibi hęc aderit supplicans vltro. & hunc videbis quos exitus habeat assentatio. nam idem militi auctor est summæ desperationis. Et animaduerte, q̄ semper a mensa Gnatho inuitus abstrahatur. nam & supra, cum ad litem venit, ex verbis Thrasonis manifestum est, & Gnathonem inuitum sequi, vbi dicit, Hancine ego vt contumeliā tantam, tam insignē nunc accipiam Gnatho? Mori me satiuus est. Et bene, qua spe, & quo consilio, tanquā omnia expertus, & nec muneribus grauis, nec terroribus metuēdus. [Quid nunc? qua spe) Parasitus intelligit quid agat miles, sed ad hoc inducitur interrogare ipsum militem, vt populus audiat quo cōsilio veniat ad Thaidem. [Quid nunc? qua spe) Summa desperatio est apud militem reconciliandæ amicæ, ad hoc vt æquo animo ferat admitti Phædriam, dum ipse quoque recipiatur. nam non in fine fabulæ contristandus est. [Quid inceptas Thraso?) Incipere, magnorum facinorum est, & audacię. [Vt Thaidi me dedam) Post inductionem belli, & instructionem pugnæ quid sequatur, nisi deditio superatorum? [Et faciam quod iubeat) Proprie, nam in deditione victores iubent, victi obsequuntur. [Qui minus, quàm Hercules seruiuit Omphalę?) Hic Terent. exprimit consuetudinem, in qua ignauis rationes criminum, & exempla suppeditant. nam sic & supra de Pyrrho. Omphale Lydiæ regina fuit, quæ Herculem sibi seruiētem etiam ad lanificium compulit, cum ipsa calathum, & colum, cultusq. fęmineos sagittis, & clauā, leonisque tegmine mutasset. [Hercules seruiuit Omphalę?) Subauditur & ego seruiam Thaidi? [Vtinam tibi commitigari videam sandalo caput) C. omnia mitigari, est tundendo deprimi atque deponi. [Sandalio caput) Plus dixit caput, quam si aliam partem corporis diceret verberari. Et mire calceamento caput verberari. [Perij. T. quid autem hoc est mali?) Eunuchi habitu Chærea, sed virili confidentia prosilit, & militem velut noui riualis terret aspectu. [Hunc ego nunquam videram) Ideo Chæream miratur.

GVID. QVID nunc? &c.) Hic parasitus inducitur interrogare militem, vt audiat populus quo consilio veniat miles ad Thaidem, vt videlicet post instructum bellum, tanquam victus se dedat, & eius voluntati morem gerat. G. quid. i. cur, nunc imus huc .i. in domum Th. aut qua spe .i. qua expectatione & fiducia, aut quo consilio. i. qua mēte, quo proposito imus huc ad Thaidem, q. d. omnia expertus es, nec muneribus gratus, nec terroribus metuendus. ò Th. quid inceptas. i. faciendum suscipis, incipere magnorum facinorum est, & audaciæ. T. Ne .i. vtrum petis quid

ego

ego incepto? incepto inquam vel eo huc vt dedam me Thaidi .i. tradam me in Thaidis poteſtatem,& vt faciam . id,quod iubeat.i.velit,& præcipiat. G. quid eſt quod tu dicis ſup.hoc interrogat quaſi non poſſit credere militem, qui ſe fortem iactitat in eam poſſe adduci ſententiam. T. quin.i.cur minus ſeruiam ſup. huic .ſ. Thaidi,quæ Hercules vir fortiſſimus ſeruiuit Omphale .i. reginæ Lydiæ, quæ Herculem ſibi ſeruientem etiã ad lanificium compulit,cum ipſa calathum, & colum,cultusq. fœmineos cum ſagittis, & claua, leonisque tegmine mutaſſet. G. exemplum tuum placet mihi .i. probo exemplum tuum, quod tibi propoſueris imitandum. vtinam videam caput commitigari.i.tundendo de primi, atque deponi tibi ſandalio.i.illo genere calciamenti. Dicuntur noſtra tempeſtate ſandalia illi calcei,quibus vtitur Papa,& Epiſcopi in celebranda Miſſa,quibus nec pes totus tegitur, nec nudus terræ alliditur. Dicunt inſuper quidam ſandalium eſſe pannum, quo operiuntur equi magnarum,vt Papæ,Cardinalium,& ceterorum. Item eſſe pannum quo vulnera,vel corpora mortuorum teguntur. Ser. autem,inqt, ſandalium eſſe genus calceorum,vel caligarum aliorum. Sed quid fores ab ea Th.i.fores eius Th. crepuerunt .i. patefactæ ſunt, & fores crepuerunt, ab ea eſt ſimili modo dictũ vt prius ab Andria eſſe ancilla hæc, pro hæc eſt ancilla Andriæ. Th. eunuchi habitu Ch. videt,à quo terretur tanquam à nouo riuali,perij. T. quid autem .i. ſed, quid hoc mali eſt .i. quod malum eſt iſtud nunquam videram hunc Chæream .ſ. etiam quidnam .i. cur profilit .i. prodit, exit, prorumpit hinc .i. ex domo Th. properans .i. feſtinans cum quadam confidentia virili . properabat enim præ gaudio quærens Parmenonem cui ſuum gaudium impartiret.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Cataſtrophe inter militem,& meretricem. [Quid eſt) Interrogatio reprehendentis. [Sandalio caput commitigari) Subaudi calciamento muliebri. [Hunc ego) Ch. ſubaudi.

PETRVS MARS.

QVID nunc? &c.) Ignauia militis glorioſi, & imbecillitas conſilij,nec non turpis exitus illorum,qui indecoris adulationibus,perniciosisque aſſentationibus præbent aures,hac ſcena deſcribitur. [Vtinam tibi cõmitigari videam ſandalio,&c.) Sandalium eſt calciamenti genus, quo nunc vtuntur Epiſcopi, cum in ſacris operantur. [Qui minus quàm Hercules) Hercules,auct. Diod. lib.2. venditus ſeruiuit Omphale Lydorum reginæ,& factus liber, genuit ex ea Lamum. Vnde quæritur Deianira his verbis apud Ouid.

Vna recens tantum referatur adultera nobis.
Vnde ego ſum Lydo facta nouerca Lamo.

GLAR. HÆC carmina trochaica ſunt tetrametra catal. In 3.verſu s,eliditur in Minus,vel creticus eſt loco primo. In pen. Thraſonis perſonis perſona ante Perij ponenda ex lectione Donati in ſeq. ſcena ad illud Thraſonis, Nunquid Gnatho dubitas, quin ego perpetuo perierim? Porro in vltimo Profilit præſentis temporis putat Ioan. potius quàm Profilijt præteriti.

ACTVS V. SCENA IX.

ARG. ADR. BARL.

Qui alienã gaudebat à ſe vitiatam puellam Chærea, eandem quod permiſſu ſit parentis habiturus vxorem, nunc exultat. Et in partem amoris recipitur à Thaide miles Thraſo.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In ſequenti ſcena introducitur perſona Chæreæ, magnopere feruens ingenti gaudio, vt adoleſcentuli in proſperis ſolent, quod nuptias cum Pamphila confecerat. Nec mirum eſt,quòd adeo inſane ob id exultat, qui iam dudum tantopere, quòd eam vitiauerat, lætabatur. Interuenitq; Phædria, vipote, qui domi erat, & audierat quæ geſta erant apud Thaidem ex relatione Parmenonis. Deinde laus Thaidis, continetur: tum militis interuentus, qui Gnathonis opera,& blandimentis in riualem accipitur à Phædria. Demum fabulæ iucundus finis imponitur.

Tetrametri partim Iambici Acatalectici, partim Trochaici Catalectici.

CHAEREA, PARMENO, PHAEDRIA, GNATHO, THRASO.

POPVLARES, ecquis me viuit ho die fortunatior?
Nemo hercle quiſquam: nam in me plane dij poteſtatem ſuam
Omnem oſtendere, qui tam ſubito tot * congruerint commoda. *contigerint
P. Quid hic lætus eſt? C. ò Parmeno mi, ò mearum voluptatum omnium
Inuentor, inceptor, perfector, ſcin' me in quibus ſim gaudijs?
Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? P. audiui. C. ſcis ſponſam mihi?
P. Bene, ita me di ament, factum. G. audin' tu illum quid ait? C. tum autem Phædriæ,
Meo fratri, gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo: vna eſt domus:
Thais patris ſe commendauit,in clientelam & fidem
Nobis dedit ſe. P. fratris igitur Thais tota eſt. C. ſcilicet.
P. Iam hoc aliud eſt, quod gaudeamus miles pellitur foras.
C. Tum tu, frater, vbi vbi eſt, fac quamprimum hæc audiat. P. viſam domum.
T. Nunquid Gnatho dubitas, quin ego nunc perpetuo perierim? G. ſine
Dubio opinor. C. quid commemorem primum,aut quem laudem maxume?
Illum, qui mihi dedit conſilium vt facerem; an me, qui id auſu' ſim
Incipere? an fortunam collaudem,q̃ gubernatrix fuit,
Quæ tot res,tantas, tam opportune in vnum concluſit diem? an
Mei patris feſtiuitatem & facilitatem? ò Iupiter
Serua obſecro hæc nobis bona. PH. Dij voſtram fidem, incredibilia
Parmeno modo quæ narrauit. ſed vbi eſt frater? C. præſto eſt. PH. gaudeo.
C. Satis credo.nihil eſt Thaide hac frater tua dignius,
Quod ametur: ita noſtræ eſt omni fautrix familiæ. PH. hui mihi
Illam laudas? T. perij,quanto ſpei eſt minu' tanto magis amo,
Obſecro gnatho in te ſpes eſt. G. quid vis faciam? T. perfice hoc.
Precibus, precio, vt hæream aliqua in parte tamen apud Thaidem.
G. Difficile eſt. T. ſi quid * collibuit,noui te. hoc ſi effeceris, *collibitum,
Quoduis donum,præmium à me optato, id optatum feres.
G. Ita ne? T. ſic erit? G. hoc ſi efficio,poſtulo vt mihi tua domus
Te præſente, abſente pateat, inuocato vt ſit locus
Semper. T. do fidem ita futurum. G. accingar. PH. quem hic ego audio?
O Thraſo. T. ſaluete. PH. tu fortaſſe,quę facta hic ſiẽt,
Neſcis. T. ſcio. PH. cur ergo in his te ego conſpicor regionibus

T. Vobis fretus. PH. scis quàm fretus? miles edico tibi,
Si in platea hac te offendero post vnquam; quod dicas mihi.
Aliud quærebam, iter hac habui: perijsti. G. eia haud sic decet.
P. Dictum est. C. non * cognosco vostrum tam superbum. PH. sic erit.
G. Prius audite paucis: quod cum dixero, si placuerit,
Facitote. PH. audiamus. G. tu concede paulum istuc Thraso.
Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehemen ter velim,
Me, huius qdqd facio, id facere maxume caussa mea:
Verum id si vobis prodest, vos non facere inscitia est.
PH. Quid id est? G. militem riualem ego recipiendum censeo. PH. hem.
Recipiendū? G. cogita modo. tu hercle eū illa Phędria
Et libenter viuis, & enim bene libenter victitas,
Et quod des paulum, & necesse est multum accipere Thaidem.
Vt tuo amori suppeditare possit sine sumptu tuo; ad
Omnia hæc magis oportunus, nec magis ex vsu tuo
Nemo est. principio & habet quod det, & dat nemo largius:
Fatuus est, insulsus, tardus, stertit, noctesque & dies:
Neque tu istum metuas ne amet mulier: pellas facile, vbi velis.
PH. Quid agimus? G. præterea hoc etiam, quod ego vel primum puto,
Accipit hominem nemo melius prorsus, neque prolixius.
PH. Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est. C. idem arbitror.
G. Recte facitis. vnum etiam hoc vos oro, vt me in vostrum gregem
Recipiatis: sati' diu hoc iam saxū voluo. P. recipimus.
C. Ac libenter. G. at ego pro istoc Phædria, & tu Chærea,
Hunc comedendum, & deridendum vobis præbeo. C. placet.
PH. Dignus est. G. Thraso, vbi vis, accede. T. obsecro te, quid agimus?
G. Quid? isti te ignorabant. postquam ei mores ostendi tuos,
Et collaudaui secundum facta & virtutes tuas,
Imperaui. T. bene feci sti. gratiam habeo maxumam.
Nunquam etiam fui vsquam, quin me omnes amarent plurimum.
G. Dixin' ego vobis, in hoc esse Atticam eloquētiam:
PH. Nihil præter promissum est. ite hac. vos valete, & plaudite.

* noſco gen° ve ſtrum

DON. POPVLARES, ecquis me viuit hodie fortunatior?) Hic persona Chæreæ est, feruens gaudio vt adolescentuli est in prosperis rebus. [O populares) Non mirum si insane exultat nuptijs, qui iam dudum ob id solum quod vitiauerat virginem, lætabatur. [Nemo hercle quisquam?) Et interrogauit, & respondit sibi. [Nemo hercle quisquam?) Parcicon tertium. [Qui tam subito tot congruerint commoda) Tam qualitatis, tot quantitatis est. [Quid hic lætus est?) Inuenta persona est ad quam gesta hæc narret Chęrea, vt populus & miles instruatur, quid intus gestum sit. [Inuentor, inceptor) Inuenire sapientis est, incipere, audacis, perficere, constantis. Ergo plena laudatio est. & constat hoc Chæream laudatiue dicere. nam in subditis solum consilium attributurus est Parmenoni. [Scin' me in quibus sim gaudijs?) Syllepsis. Et nota scin' me, cum sufficeret scin'. ergo Me abundat, & est figura archaismos. [Scis Pamphilam meam) Amatorie dixit meam, vel potius spō sam meam, vel quam amo. [Inuentam) Cognitam. [Ciuem?) Deest, esse. [Scis sponsam mihi?) Deest & esse. & est Sponsa nunc participium. [Audin' tu illum quid ait?) Hoc, vultu mutato & turbato dicitur. [Amorem esse omnem in tranquillo) Bene in tranquillo, quia mari, & tempestatibus amicæ mobilitas, & instabilitas comparatur. Sic Horat. Simplex munditijs, heu quoties fidem Mutatosq. Deos flebit, & aspera nigris æquora ventis Emirabitur insolēs, Qui te fruitur credulus aurea, &c. [Thais patris se commendauit) Hoc est quod profuit Phædriæ. [Vna est domus) Post Pamphilę nuptias. [In clientelam, & fidē) Clientelam, vt ametur, in fidem, vt defendatur. [Fratris igitur Thais tota est) Bene tota, vt ne ex parte quidem sit militis. [Miles pellitur foras) Sunt gaudia ex nostris bonis, sunt gaudia ex aliorum malis, hostium, aut inimicorum. Ergo vtrunque genus gaudiorum complexus est. [Visam domum) Bene domi queritur amator excluſus. nam neque ruri, neque in foro est. [Perpetuo perierim?) Quia illud perijsse supra, temporale videbatur. [Quin ergo perpetuo perierim?) Hic iam militi, neque seruiendi amice, vt apparet, præbetur locus. [Sine Dubio opinor) Quia non quis dicitur perpetuo perijsse. quid.n. opus hac exceptione est, quando nemo ita perit, vt temporaliter pereat, & postea fiat non perditus? Correxit parasitus stulti dictum militis, non ilum perpetuo, sed sine dubio, perijsse opinari respondens, non est enim contrarium opinor te perijsse sine dubio, pro certo perijsse. Confirmatur perijsse miles, vt post tanta munera ex desperato supplex, ex supplice patiens riualis existat. [Quid commemorem primum?) Διαπέρασις oratoria familiaris laudantibus. Cic. Vnde igitur potius incipiam? Hoc autē sit vbi omnia, & magna videntur, & paria. [Illum, qui mihi dedit consilium) Attribuuntur personis consilia, facta, casus, & orationes. Ergo hic laudatur consilium Parmenonis, factum Chæreæ, casus Fortunæ. i. euentus, oratio senis. [Illum, qui mihi dedit consilium) Tria sunt in vita hominum, consilia, facta, successus. Consilium, animi est: Factum, corporis, Successus, fortunæ. [Illum) Parmenonē. [Quæ tot res) Bene, tot res, q.d. Eunuchum pro quo duceretur, cōmendationem virginis, absentiā meretricis, occasionem vitij inferendi, patris interuēctum in nuptias. [An mei patris festiuitatem) Etiam patri laus impartienda est. nam non erat transeundum festiuitatem, qua & festiuus amatori non obstitit. q ignouit vt facilis, vnde festiuitas in dictis, facilitas vero in animo, & factis. [Festiuitatē) Lætitiam, vt, festiuus dies est. [Dij vestrā fidem) Cito interuenit Phædria, vtpote, qui domi erat. [Quæ narrauit) Nimius affectus in vtranq; partem defectus orationis amat, est ergo ἔκλειψις, deest. n. gaudeo. [Satis credo) sic dici nora agentibus solet. Recte igitur huic dī, cui fiūt nuptiæ, Gaudeo, & ille sic rīdet, vt amicis gratulantibus decet, Satis credo. Credo aūt, ideo quia multi sese fingunt gratulari, cum inuideant, gaudere, cum doleant. [Mihi Iliam laudas?) .s. amatori eius. Et mihi pronunciatione iuuandum est. [Perij quā to minus spei est, tanto magis amo) Hic vero est ardor insanissimus, vt Virg. Formosum pastor Corydon ardebat Alexin, Delicias domini. Et profecto sic est, Sapientes spe maxime ad amorem coguntur, stulti forma tm̄. [Obsecro Gnatho in te spes est) Mire, quasi desperatis omnibus auxilijs, abiecta nimis supplicatio inducitur. Nam & obsecro, & Gnatho id significant, & in te spes est. [Quid vis faciam?) Non est hoc interrogantis, sed ostēdentis non esse quid faciat. [Precibus, precio) Nihil militi supereſt præter precem, vt victo, & preciū, vt diuiti. Nihil aliud optat, q̄ sic res eant, vt persona Thaidis conueniri possit. [Precibus precio) ἀδύνατα velut afflicta, & lassa, pronuncianda sunt. [Precio) Varie, qa alibi dixit, precatio. [Vt hęream) τὸ hære in vltimum genus beneficij est. [Et in parte aliqua) Non .n. parte dixit, vt æqua intelligatur. [Tandem) Et desperantis est, & difficulter credentis. Tandem; non est aduerbium tpis, sed nunc saltem significat. [Noui te) Deest, perficit. sed vbique plura gestu significat miles, vtpote infantissimus. [Difficile est) Vultu, & pronunciatione assueratione firmandum est. [Si quid collibuit) ἔκλειψις, pro, si quid collibitum est, efficis. [Quod vis donum, & prę̄mium à me optato) Donum, prę̄mium est, & munus, præmium, sed dōnum, præmium dijs datur, munus, præmium hoibus. nam seperatim, donum deorum est, præmium virorum

est

est fortium, munus hoīum, & donum, munusq. tam ante factū q̄ post factum datur, præmium non nisi post factum est. Donū, voluntarium, præmium, debetur. Alij ergo δούστας pronunciāt, primo donum, & sic præmium quasi vnam partem orationis. [Quoduis donum, & præmium) Donum, vt à largo homine, p̄mium, vt à præclaro facinore. [Quoduis donū, & præmiū à me optato, id optatum feres) Donū optato, ob quod præmium accipias. [Præmium à me optato) Totum militarier. nā & optatio dr̄, & optari à militibus vt alibi, Vir fortis optet quod volet p̄mium. [Si hoc efficio, postulo vt mihi tua domus Te p̄sente absente vt pateat) Prouerbiale est p̄sente absente, vt rursum deorsum, vltro citro, & cetera huiusmodi, fanda infanda, iusta iniusta, digna indigna, velit nolit. [Inuocato sic locus Semper) Inuocato, non vocato significat. In etenim auget, & minuit dictionē. [Inuocato) Male intelligitur precibus vocato, cum sit αὐτομάτως .i. etiam non inuitando, quin vltro venire debeat suam domū. [Do fidem) Iuro, confirmo, spondeo. [Accingat) Non quia facile est quod negauit supra, sed suis votis parasitus adductus est ad cœnandū, ideo & accingat dixit, sic enim dicimus, in magnis rebus suscipiendis. Vt, Accingunt omnes operi. [Saluete) Supplex sine gr̄a, & sine timore, modo inimicus, & infestus. [Tu fortasse quæ facta hic sint nescis?) Hoc totum superbe, ac minaciter, inquit, adolescens. [Scio) Compendium poētę, ne rursus eadem dicerentur. [Conspicor) Commune verbum est cōspicor. [Vobis fretus) Et hoc stulte. quis. n. & riualibus, & inimicis fretum se esse dicat? Dein ἀναικάλουθον, & vitiosa responsio est nisi. n. addideris sum erit solœcismus conueniens loquenti implicite homini & militi. [Scin' quam fretus?) Est ab * ea subaudiendum est. [Miles edico tibi) Hoc contumelioſe, & proprie vt militi: Miles, inquit, edico tibi. [Si te in platea hac offendero) Hoc est. Si vel casu inuenero. Et in platea, inquit, non circa meretricis fores. [Nihil quod dicas) Nihil, pro nō, vt sit, nō est qđ dicas mihi .i. nihil est quod dicas, pro vt dicas mihi vt sit, quod, pro vt, aut quod, pro quid dicas mihi. Certum est aūt sic veteres locutos esse. [Alium quærebam) Aut alium pro quendā posuit, vt sit, quendam quærebam .i. aliquē aut alium, hoc est non quē tu putas, hoc est, alium non Thaidem. sed si aliam diceret, neque commode, neque ἐμφατικῶς loqueretur. præualet enim masculinū genus. [Peristi) Ordo est, Postquam in platea hac te offendero, peristi. [Eia) Interdum hortantis est. ergo nunc eia, correctionē significat. [Non cognosco vestrum tam superbum) Locutio annotāda, mire laudauit, vt persuadere potuisset. [Vestrum tam superbum) Non vestrum superbum. [Vestrum superbum) Absolute, vt, Pol Crito antiquum obtines. Ergo subaudiamus vel ingenium, vel animum, vel morem, vel institutum. [Prius audite paucis) Mira insinuatione agit, qui non vt consentiant, sed vt audiant paucis petit. Et bene prius, quasi non obstet quo minus faciant quod velint. Tum deinde quo attentiores existant, addidit Paucis. deinde si Placuerit. facilius. n. flectitur, cum quo non pugnamus vt consentiat. [Prius audite) Fiduciam ostentat persuasorium rem dicturi. [Audiamus) Bene, non, faciamus, sed, audiamus dixit, nam prima oratoris impetratio in mala causa est, audiri meruisse. [Tu concede paululum istuc Thraso) Thraso hoc in bonam partem accepit, & ideo paret. putat enim vel turpe esse, si humiliter precetur suo nomine, seq. audiente parasitus, vel incongruum sibi, si in os præsens à Gnathone laudetur. [Istuc Thraso) Non ad se vocat, sed locum ostendit quò abeat atque concedat. [Principio ego vos) Videt neque se odio haberi, neque offendi animos audientium in militis nomine. Hoc ergo oratorie, pro eo homine in quo offenditur, eū in quo non offenditur, posuit. [Me huius quidquid facio id facere maxume causa mea) Deest Rei aut est, vt sit, me huius quidquid est quod facio, id facere maxime causa mea. Hic à persona discessit, & rem non odiosam pro odiosa posuit. i. parasiticam, pro ęmuli amore, & commodo. [Verum idem si vobis prodest) Multum attulit, ad persuadēdum, non esse cōmodum militi admitti & suum commodum ipsorum esse commodum. [Vos non id facere, insciti a est) Oratorie, & secūdum insinuationis præcepta sic dixit. nam remittendo, & dubitando, magis flectit animos, q̄ si aperte ac pertinaciter asseuerat. [Militem ego riualem recipiendum censeo) Artificioſe satis, semel intulit omne quod dutum dictu ad persuadendum erat. nam p̄ militem, & riualem dixit, ad eam rem valet vt magis admittendus sit q̄ excludendus, & simul fiducia sic dicentis, parat animos ad audienda quæ dicet. [Militem ego riualem recipiendum censeo) Riuales dicuntur æmuli de muliebribus, facta trāslatione nominis à feris bestijs, quæ sitientes cum ex eodem riuulo haustum petunt, in prœlio contra se inuicem concitantur. sic Cic. pro Cæl. Sin erit ex illo fonte riualis, inquit. [Censeo) Vide virtutem poētæ. non. n. dixit peto, sed censeo, tanquam illis modo consultat, neq; pro milite agat. [Militem ego riualem) Considerata quo vultu hoc dicendum sit, & intelligas, & militem, & riualem, & recipiendum, & ego censeo, quanta significat. Non. n. dixit Thrasonem, sed militem, quod nomen ad stultitiam valet. Non socium, sed riualem, quo ostendit, quandoquidem riualis in meretrice capiendas est, hunc potius eligendum. Nec, non excludendum, sed recipiendum dixit, vt & ostenderet adeo prodesse, vt etiam de industria retinendus sit. Non, volo aut rogo, sed censeo, vt consiliarius, non parasitus, videatur loqui. Nam q̄ ego addit, eo dicto vsus est, quo vti solent qui plus in negocio vident. nam sic in Phorm. Iurisconsulti, Ego quæ in rem tuam fuerint, ea velim facias. Ego sedulo hunc dixisse credo. Ego amplius deliberandum censeo. [Cogita modo) Modo, aut tantummodo significat, aut temporis est aduerbium. & simul incerta distinctio est. [Et libēter viuis). i. bonorum ciborum edax. [Suppeditare possit sine sumptu tuo) Aut suppeditare, pro suppeditari, aut deest se. Vt, Accingunt omnes operi. [Ad omnia hæc magis opportunus nec magis ex vsu tuo nemo est) Locutio est ex negatiuis tertia, vt, Agrum in his regionibus meliorē nemo habet. [Magis ex vsu) Pro vtilior, & magis opportunus, p̄ opportunior. [Nemo est) Hoc est opportunus. [Habet quod det) Vt diues. [Es dat nemo largius) Vt liberalis. [Fatuus est) Hoc est ex vsu tuo. [Insulsus) Sine sale, & sapientia, aut sine saltu, & facilitate. [Tardus) In venerem. s. [Stertit) Plus dixit q̄ dormit. [Noctesq. & dies) Plus significat q̄ si diceret, diebus, & noctibus, vt hoc ipso nomine consiliarij auctoritas inesse videatur. [Fatuus) Inepta loquens, à fando fatuus dicit̄, inde Fauni Fatui, & nymphæ Fatuæ dictæ sunt. [Fatuus est, insulsus) Fatui sunt, qui verbis, & dictis fatui sunt. Insulsi, vero corde, & animo. [Tardus) Corpore, & mēbris, q̄q̄ & intellectu tardos vocamus qui stulti sunt, sed melius est sic intelligi, vt ea vitia videatur dicere, quæ inamabilem faciant etiam diuitem, largumq. amatorem. Nam aut verba commendāt, vt, Pendetq. iterum narrantis ab ore, hic fatuus. Aut sapientia gratum facit, vt, Multa viri virtus animo, hic insulsus est. Sed mihi videtur fatuum dicere qui tantum glorietur, & blandiri amicæ nesciat Insulsum, q non sit salax, & cupidus coitus. Tardum q non facile explicet venerem, quæ res meretricibus odiosa est. [Fatuus est, insulsus) Sunt qui fatuum, animo putant: Insulsum, dictis, sed male. Nam fatui quoque dij sunt, qui & Fauni dr̄, & non stulti, sed multum fantes. i. loquentes. [Fatuus est, insulsus) Hæc quæ nunc addidit, nō ex superioribus pendent, sed cum superiora valeant plurimum. nam q̄a diues, & liberalis, potuit ob esse riualibus hæc omnia bona in milite corrūpuntur, q̄ fatuus, q̄ insulsus. & cetera, quæ ipse persequitur. [Fatuus est insulsus) Hæc bene adduntur, quia dixit, Et habet quod det, & dat nemo largius. Ad rem eam valebat, vt amaretur miles à meretrice, & præponendus omnibus esset, sed ingrata sunt mulieribus, maximeq. lasciuis hæc omnia quæ subijcit. [Fatuus est, insulsus) Hoc pro aceruo vitiorum, cum quadam vultus improbitate prolatū est, quo magis res in medio posita esse videatur. [Vbi velis) Qn̄ vel cū. [Quid agimus?) Initiū consensionis, dubitatio est eius, q̄ negauerit. [Hoc ēt) Deest, vel abest. [Quod ego) Parasitus .s. [Primum puto) Primū puto, quasi parasitus. [Accipit hominē) Accipit, pascit, inuitat, vt, Illos porticibus reæ accipiebat in amplis. [Nemo melius prorsus, neque prolixius) Horum alterum apparatum indicat, alterum copiam. [Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est) Facete dixit adolescens rei parcus, & q̄ putet amorem sine damno esse oportere quippe fefellerit meretricem, non solum eijciendum non esse militem, sed etiam quouis modo sustinendum ac perferendum. [Mirum, ni illoc homine) Obtinuit parasitus iam quod negabatur. Primo deliberatū, vt, Quid Agimus: post concessum, vt, Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est. [Mirum ni illoc) Hic inquit, eiusmodi est, vt etiam cum mala conditione patiēdus sit. [Idem arbitror) Sane opus fuit consensione, præcipue Phædria, cuius res agitur, nam ira & seruata persona est tarde consentientis amatoris. [Rēcte facitis) Gratiarum actio est. [Vnum etiam hoc vos oro) Subtiliter etiam parasitus hic se adiungit, suasq. partes circa hos agit. [Satis diu hoc iam saxum voluo) Vide quemadmodum serpat paulatim etiam in eorum assentationem ex vituperatione militis. [Hoc saxum voluo) Prouerbium in eos qui inextricabili labore afflicti sunt. Et bene saxum de stulto militē ait, & seipsum Sisyphum fecit. [Hoc saxum voluo) Velut Sisyphus apud miseros. [Vt me in vestrum gregem) Iam hos laudat, & nimis

parasitus est,si recorderis eundem dixisse, Facete, lepide,laute, nihil supra. [At ego pro istoc, Phædria) Subaudiamus & sum hic. aliter non, vt parasitus ait. [Phædria & tu Chærea) Ambos nominat,quasi legimus paciscantur.[Hunc comedendum) Cum ceteris rebus summus poëta etiam fidem ostendit amicitiæ parasiticæ, exemplo Gnathonis de milite loquentis,hoc modo.[Propino)Facete sic dixit, vt parasitus, & vt qui de conuiuio loqueretur.[Dignus est)hæc verba vltima longi sermonis,eiusmodi sunt, vt miles hæc audiens, laudatum se esse, & approbatum existimet.[Vbi vis) Honorifice reuocat ablegatum cum iuria,dicendo vbi vis.quia accede imperatiuum erat. & vbi nisi Quando intellexeris,vitium est.[Isti te ignorabant)Figura acyrologia. Ad vtrunque enim pertinet, & ad laudem & ad mores. Et hoc ambiguum. [Secundum facta, & virtutes tuas) Et hoc amphibolon. Nam virtutes ironicos pro vitijs posuit,vt, Nescis qui vir sit. &, Ornatus esses ex tuis virtutibus. [Facta & virtutes)Proprie facta militibus ascribuntur. [Facta & virtutes) Amarior est ironia in vitiosos homines, quàm veritas. [Nunquam etiam fui vsquam) Nunquam & locum, & tempus significat,Vsquam locum magis. Nunquam,pro non, Et nusquam vsquam πῷ ἀέχαδσμῷ, pro,Non vsquã.i.nusquam. [Quin me omnes amarent) Contrarium superiori. quid est enim qđ bene non fecerit quidquam, si in illo est, vt ametur? [Atticam eloquentiam) Et hoc ironicos,vt illa,quæ supra. Atticam dicit veram,atque Germanam,quia exultor eloquentia, dicitur Attica, & summi oratores, Attici appellati sunt. [Prætermissum est) Et hoc anceps est,intellectu gemino ad vtrunque. [Ite hac) Quò vocat parasitus? an ad meretricem? an ad cœnam militis,vt promisit, Hunc ego comedendum & deridendum vobis propino. [Ite hac) Comessatum ad militem, vel ad Thaidem. Si cœnæ interfuit meretrix quomodo post acta sunt omnia, cum mentio noctis non facta fit? Omnia post cœnam gesta sunt, & non completa, per rixam cœna, superfuit plurimum temporis ad agendum.

GVID. O POPVLARES, &c.) Hic persona Chær. est feruens gaudio,vt adolescentuii est in prosperis rebus Chær. Chærea insane exultans propter nuptias, quas videt sibi paratas in hæc verba prorumpit alloquens Parmenonem, vt populus, & miles instruantur quid intus gestum sit. O populares.i.ò gratiosi, & populo grati, seu fauorabiles,vel ò vos qui estis de populo, aut qui habetis auram.i.fauorem populi iudicetis an sitis fortunatiores me,ecquis.i.vtrum aliquis,viuit hodie.i.hoc tẽpore,fortunatior? .i. felicior me deinde sibi respondet. Nemo hercle quisquam, abundat quisquam, nemo inquam est fortunatior me, nam plane.i.omnino, vel certe dij ostendere.i.præbuerunt, explicauerunt omnem suam potestatem in me .i. erga me,cui.s.mihi,tot bona.i.tot prospera contigerunt mihi tam subito .i. repente. P. Quid.i.cur hic .s. Chær.est lætus. C. ò Parmeno mi, ò inuentor tanquam sapiens, ò inceptor tanquã audax, ò perfector tanquam constans omnium mearum voluptatum.i.delitiarum. scin'.i. vtrum scis me,abundat me, in quibus gaudijs sim? scis Pamphilam meam.i.quam amo, inuentã .i.compertam esse sup.ciuem Atticam.s.q.d.ingenuam? P. audiui.i.accepi ita esse.s. C. scis Pamphilam esse sponsam .i. promissam mihi,hic.n.sponsus,sa,sum,deriuatur,& est participiũ. P. Di ita me ament,modus est iurandi, q.d.ita me di ament sicut ex animo dico hoc bene factum esse.s.q tibi Pamphila promissa est. G. audin'.i. vtrum audis id,quod hic.s.Chær.ait, & hoc vultu mutato & turbato ait. C. aũt.i.sed,tum.i.deinde,gaudeo omnẽ amorem esse fratri meo in tranquillo.i.in tuto, sine perturbatione vlla,aut contentione, & bene in tranquillo,nam mari, & tempestatibus omnis amicæ mobilitas, & instabilitas cõparatur, vna est domus.i.vnica est mansio fratri & Th.Thais commendauit .i. Lachi in clientelam.i.in protectionem,ac defensionem,ac patrocinium, cum pater sit aduocatus, à cliens dr clientela. Est autem cliens consultor, qui patronum sequitur, seu aduocatum,vt ab eo causa ipsius clientis agatur,& ita clientela dicitur illa defensio, & illud patrocinium,capi etiam potest ꝑ illo amicitia, quam conciliat sibi aduocatus cum clientibus causas eorum defendendo,vt hic aduocatus multas habet cliẽtelas.i.quod inepte dicitur multas practicas. Aliqui libri habent, commendauit se in clientulam, & tũc sic intellige, cõmendauit .i.tradidit,cõmisit se in clientulam.i.pro clientula, & famula patri meo.i.cuius sit pater patronus futurus, nã à cliens fit clientulus,la,lum,vt mancipium diceretur, clientulum in neutro saltẽ legi satis clientulus & clientula. T. inquam dedit se nobis in fidem.i.fidelitatem,& beneuolentiam,vt essemus illi fideles,& bene illi cuperemus. P. fratris igitur Thais tota est.s.Phædriæ. C. scilicet.i.certe,ipsa est tota eius, hic enim.s.affirmatiue sumitur. P. Iam.i.nunc,hoc est aliud quod.i.propter quod gaudemus,quia miles Th. pelletur.i.exturbabitur foras. C. Tum.i. deinde,tu Parm.fac quamprimum.i.citissime vt frater .s. Phæd. audiat hæc.s.& amorem suum esse in tranquillo, & militem pelli foras,vbi vbi est.i.vbicunque sit. P. visam.i.ibo ad videndũ an sup.sit domi.alij habent domum,& tunc est sensus visam domum.i.ibo domum ad videndum,an inueniam eum. T. Nun quid Gnatho dubitas, q. d. non, quin .i. quòd non, ego nunc perierim? .i. sim perditus, perpetuo .i. sine remedio. G. sine dubio.i.proculdubio, opinor.i.mea est opinio te perijsse perpetuo,vel opinor te perijsse sine dubio,non autem perpetuo. C. quid commemorem .i. exponam,aut laudem .i. commendem, primum.i.ante cetera,maxume? .i. plurimum,q.d.nescio ex his rebus tam prosperis quam cui præferre debeam vtrum sup. laudem illum .s. Parmenonem,qui mihi dedit consilium, vt faceré .i. vt deduceret suppositus ad Th. ad laudem me, qui ausus sim incipere.i.inire tale factum, an collaudem.i.debeam collaudare fortunam.i.successum, quæ .s. fortuna fuit gubernatrix .i. directrix in eo facto.i.quæ.s.fortuna concluſit .i. contulit,coniecit, tam opportune .i. tam apte,ita tempestiue, tot res, & tantas .i. tam prosperas,& tanti ponderis in vnum diem,an.i.vtrum,collaudem festiuitatem .i. sermonis, seu orationis lepiditatem, ac suauitatem, & facilitatem .i. benignitatem patris,qui & mihi amanti non obstitit, & vt facilis ignouit, vnde festiuitas in dictis est, facilitas vero in animo, & factis. Tria autem sunt in vita hominum,consilium,factum,successus. Consilium est animi, factum corporis,successus fortunæ. O Iupiter obsecro, quasi per sacra rogo,serua.i.conserua nobis, hæc bona.i.has prosperitates. Dij,&c. Hic introducitur Phæd.è domo sua veniens,vt fratri congaudeat,audierat.n.quæ gesta essent apud Th. ex Parmenonis relatione,ibi ẽt interuentu parasiti.Th.Miles in partẽ amoris meretricij admittitur à Phædria. P H. Dij vostram fidem,præ admiratione eorum,quæ audiuit facta erumpit in exclamationem hanc ad Deos factam, implorans de amore eoꝝ fidem.i.opem,& auxilium,vt satis est interpretatum, hic tamen proprie nõ inuocat,sed tm admiratur, vt solemus Christiani admirantes aliquid dicere, bone Deus quanta probitate vir ille viget,deinde subdit caussam admirationis inquiens, quę incredibilia.i.maxima,& sua magnitudine excedentia fidem Parm.narrauit modo.i.paulo ante,sed vbi frater est.s.Chęrea ch.frater tuus .s.ego,adest præsto.i.præsens est,vel prope,vel iuxta re,&loquitur in tertia persona de seipso, Ph. gaudeo, & te adesse, & te res tuas ex sententia bene gessisse. C. Satis credo te.s.gaudere mea gaudia,ò frater nihil est dignius quod ametur.i.nulla,meretrix est dignior,q̃ ametur hac Thaide tua amica, vbi vsus est Terẽt. oratione neutra pro oratione fœminina suauitatis gratia,ita .i. adeo,est fautrix.i.fauorem præbent nostræ familiæ.i.nostræ cognationi. P H. hui,ridentis est interiectio hic, & amatorie dicta,laudas mihi illam Th.q.d.mihi gaudenti,& qui eam optime norim. T. perij,quanto spei est minu' tanto magis amo.i.amore capior. ò Gnatho obsecro te vt.s.me in hac re iuues, spes est in te,q.d.nihil mihi spei est reliquum nisi in te ipso. G. quid vis .i. cupis me facere.deinde subiungit faciam si admonitus.s.fuero,quid velis efficiam,& laborabo morem gerere tuæ volũtati. Potest etiam sic sumi interrogatiue. quid vis faciam? .i. quod petis à me fieri,vel quid vis quod ego faciam?vel sine interrogatione,sic faciam quid vis,vt sit compositum nomen pro faciam quilibet,q.d.faciam quidquid volueris. T. perfice precibus.i. precatio,aut precio.i.donis,hoc .s. vt hæream.i.maneã tandem .i.saltem,dicit Don.apud Thaidem in aliqua parte .i. q̃ sit mihi aliqd loci saltem apud eam. G. Id quid vis est difficile factu.s. T. Si qd collibuit tibi.i.si quid capessis,aut suscipis faciendum, facile est perficere sup.vel.i.facile factu sup. Don. vult si qd prosi quidem capi,vt sit sensus. Si collibuit tibi perficere illud sup. de quo locutus sum prius.i.facile factu tibi,noui te .i. tuam industriam,si effeceris hoc.s.vt hæream apud eam.optato à me qd .i.quidlibet donum,& præmium,feres.i.habebis, tolles à me id optatum, quod à me optaueris. Donum tam ante factum, q̃ post factum datur sicut & munus, premium vero non nisi post factũ,donum insuper voluntarium est,munus vero debetur. G. Ita.i. ita ne feram à te donum, & præmium si effecero qđ vis. T. sic erit .i. ita fiet. G. hoc si efficio, quod petis,postulo vt tua domus pateat,id est si aperta mihi, & quod vulgo dicitur, sit ad meum præceptum, & te præsente .i. quando tu eris præsens, & te absente, id est cum fueris absens, postulo inquam, vt locus

cus sit semper mihi inuocato.i.inuitato,si in augeat,quod si priuet,sensus est. Locus semper si mihi non vocato.i.quauis non sim inuitatus,sed mea sponte venerim, nisi quis velit inuocato futurum esse imperatiui, veruntamē longe melior est superior expositio. T. do fidem.i.spondeo,iuro confirmo futurum .i. quod erit ita vt petis. G. accingar.i.me parabo ad id,ac viribus vtar, siue quod barbare dicitur implebo me ad faciendum. accingar autem dicimus in magnis rebus suscipiendis. Virg. Accingunt oēs operi. P H. quem hominem audio hic. Deinde animaduerso eo,seu percepto subdit superbe, & minaciter ò Thraso. T. saluete.i.salui estote vos ambo fratres Phædria,& Chærea. P H. tu fortasse nescis,quæ facta sunt hic. T. scio ea.s. quæ facta sunt. P H. ergo si tu scis,cur conspicor.i.video,conspicio te in his regionibus .i. in his locis, in quibus moratur amica. T. Sum sup.fretus.i.confisus vobis.i.vestra amboꝝ clementia. P H. scin'.i.scis ne,q̄.i.quantum,fretus.i.confisus esse debeas nobis,vt si diceremus. Tam illo fretus esse debet,q̄ inimico,& inuido.i.tm̄ illis debes confidere quantum inimico. O miles,minaciter, & acerbe hic cum milite agit, edito .i. pcipio tibi,vt dux edicit militibus suis,si posthac.i.postea,post hoc tēpus offendero.i.inuenero te,vnquam .i. aliquo tempore,in hac platea.i.planitie,& parte vrbis, nihil est.i.non oportet vt sic loquatur quod tu dicas mihi vel nihil est quod.i.propter quod dicas.i.dicere debeas mihi quærebam alium.i.non illum quē putas,vbi masculinum genus præualet,quamuis forsitan intelligat poëta fœminam,forsitan dico.Nam quid prohibet etiam rite intelligi masculum, vt si quis me rogaret, quid mihi vellem, vel quem quærerem, responderem de more, non illum quæro quē tu putas.Dicit autem alium quærebam,non, pro ali, vt vulgus grammaticorum somniat. Nihil est inquam quod dicas mihi habui iter hac.i.per hunc locum,hoc est mihi fuit hac eundum, seu transeundum.Peristi.i.mortuus es si hoc feceris,seu perditus es. G. eia, interdum hortantis est, nunc eia correctionem significat,haud .i. non, decet .i. non honestum sic velle facere .s. P H. dictum est.i.sic stat sententia,certum est. G. non cogno sco vestrum genus sup. vel ingenium,vel morem, vel institutū, vel animum esse,sup. tam superbum.i.tam insolens,vt id efficere non dubitetis. P H. sic erit,vt dictum est. G. prius audite paucis.i.breui sermone,quod dicturus sum, quod cum dixero facitote.i.faciatis, si placuerit.i.sederit animo vestro,& si visum fuerit bonum. P H. audiamus quid dicat sup. G. ò Th. concede.i.vade,vel confer te paululum istuc.i.in illum locum, quem tibi ostendo,non.n.eum ad se vocat,sed locum ostendit, quo abeat,atque concedat. Principio .i. in primis, ego vehementer volo vos ambos credere mihi hoc.i. hanc habere mihi fidem,quidquid.i.quamcunque rem, huius .i. ex hac re faciam. me facere id maxume.i.præcipue,mea caussa.i.pro mea vtilitate,verum.i.sed,si idem quod faciam,& dicam nunc prodest vobis,insscitia est.i.simplicitas,ignorantia,vel imprudentia est,vos non facere.i.si vos non faciatis. P H. quid est? G. censeo.i.iudico,militem riualem.i.æmulum eiusdem meretricis amatorē. Facta est autem nominis huius translatio à feris, quæ sitientes cum ex eodem riuulo haustum petunt, in prælium contra se in uicem concitantur,censeo ergo riualem recipiundum.i.admittendum in aliqua parte apud Thaidem. P H. hem,indignantis est,recipiundum, videlicet,censes. Repetit enim Phæd. id verbum quod sibi accedit molestum. G. modo.i.tantummodo, vel nunc cogita,considera. hercle tu libenter viuis.i.consuetudinem habes,& familiaritatem viuendo cum illa,etenim, vel sit vnum verbum,pro quia,vel sint duo.i.& certe,bene .i. valde,libenter victitas .i. bonoꝝ,ciboꝝ edax ex istic cum illa, & quod des.i.dare possis,paululum est.i.paruulum admodum est, & ne cesse est Thai.accipere multum donorum.s.vt possit suppeditare se sup.i.subministrare se faciendo copiam sui, aut vt possit incumbere.i.indulgere tuo amori se suppeditando tibi, & tuæ voluntati morem gerendo,& hoc sine sumptu tuo.i. sine impendio fortunarum tuarum,quæ paucæ sunt,nec diu possent continuare,nemo est magis opportunis .i. magis congruus, ac magis ex vsu tuo .i. vtilior, tibi nam ex vsu significat ex vtilitate, vsus .n. interdum pro vtilitate capitur, nemo est ergo magis ex vsu tuo ad hæc omnia, videlicet, vt sine sumptu tuo, & victites cum ea,& Thais multum accipiat,&c. Principio.i.in primis,& habet quod det .i. habet vnde possit munera factitare, tanquam diues,& nemo dat largius .i. copiosius,velut liberalis, hæc autem in eo bona corrumpuntur eo quòd fatuus.i.inepta loquēs à fando,insulsus.i.sine sale .i. sapientia,vel vrbanitate. Id enim sal significat, nam sales sunt facetiæ, seu vrbanitates. Inde fal-

sus homo dicitur.i.vrbanus,acetus, lapide loquens. Inde insulsus,à mutata in u,quasi non salsus.i. non vrbanus, aut facetus, sed potius insipitus,& illepidus,est etiam tardus.i.herbes,torpidus corpore, & membris, & forte intellectu, & ingenio obtusus. Itaque vt Donat. inquit, Fatui sunt, qui verbis, & dictis fatui sunt insulsi vero,qui corde, & animo,tardi autem sunt qui corpore,& membris torpidi sunt,etiam, & intellectu tardos vocamus. Stertit .i. dormiens in somnium prorumpit, noctes, & dies.i.diebus, & noctibus, vel die ac nocte, vel noctu, diuque,aut luce,ac tenebris,ista enim omnia idem sibi volunt. Neque metuas.i.ne verearis,ne.i.vt, & vt.i.q̄ mulier Tha.amet istum.s.militem,per contemptum dicit istum,facile pelle pellas .i. repellas eum ab ea, vbi .i. quando, vel cum velis. P H. Quid agimus,initium hoc est consensiones. G. Præterea.i. præter ea quæ dixi deo hoc deest sup. vel habet hoc quod vel .i. etiam,puto.i.reputo,primum.i.præcipuum, quia parasitus qui cupio laute epulari, & replere ventrem. Nemo accipit.i.inuitat, excipit tractat pascit. Virg. Illos porticibus rex accipiebat in amplis.i.pascebat, tractabat. Nemo ergo accipit hominem aliquem prorsus .i. omnino, melius.i.lautius, apparatius, neque prolixius .i. largius, copiosius, nam prolixus interdum significat largum,vt sæpe Cic.habet in suis epistolis. P H. Mirum est sup. ni .i. si non opus est.i.si non indigemus illo homine.s.milite,quoquo pacto.i.quocunque modo sit opus. C. Ego arbitror hoc idem .s. opus esse illo homine. G. recte facitis,ita videlicet iudicando,& in hoc gratiarum quodammodo est actio. etiam oro vos vnum.i.à vobis vnum flagitio, vel peto nam ordo duos regere potest accusatiuos, vt recipiatis .i. ascribatis me. in vestrum gregem .i. in vestram communitatem,seu in vestram societatem,& cateruam,vt ego sim vnus ex numero vestro iam satis diu .i. iam satis longo tempore spatio voluto hoc saxum.i.deduco istam materiam, & ad hoc tendo, vt habeatis militem, cuius sumptibus meretricem foueatis, & me in vestram recipiatis fidem, & societatem. Est enim prouerbium in eos, qui inextricabili labore, (id est labore cuius exitum videre non possunt) afflicti sunt, quod à Sisypho latrone tractum est,qui pro supplicio æterno saxum inextricabiliter apud inferos voluit, neque illius reuolutionis exitum videre potest. Vbi enim dici solet, iam diu sum in hoc labore vel iampridem deduco istam materiam, diceretur eleganter. Iam diu hoc saxum voluo. P H. recipimus te Gn. in gregem nostrum. C. ac pro, & libenter .i. libenter recipimus inquam te. G. at ego Gnato, pro istoc .i. ista re, pro isto beneficio quod me admittis in gregem vestrum. O Phæd. & Chærea, propino.i.portigo, offero vobis hunc militem comedendum .i. quantum ad substantiam, suam ac rem familiarem consumendum, & deridendum .i. illudendum. Propinare significat potum, dare, siue aliquem prouocare potu. Et vbi dici solet bibo tibi, dicendum latine foret propino tibi. Valerius libro tertio, capite de fortitudine. Ridensque seruo publico, qui eam tradiderat Critiæ, inquit, propino. C. placet .i. nolumus vt aut recipiatur, aut derideatur, ac bonis euacuerit. P. Dignus est, qui.s.comedatur ac rideatur, sed noluit id efferre vt illa vltimis verbis sublata voce enunciatis existimet miles se, laudatum, & probatum. G. ò Thr. accede, vbi .i. quando vis. Nam vbi vis aduerbium loci non habet hic locum post verbum motum significans. T. obsecro te.i.te rogo, quid agimus .i. quid facimus, quomodo se habec res mea. G. quid.i.petis quid agamus. Isti Phædria, & Chærea ignorabant .i. non nouerant te, sed postquam ostendi mores tuos,amphibolum,nam sunt boni mores, & mali,& postquam collaudaui te secundum facta.i.gesta,& virtutes tuas,impetraui.i.obtinui,quod volui. Ironice autem hæc omnia dicuntur. Amarior enim est ironia in vitiosus homines, quàm veritas. T. bene fecisti, & habeo tibi maximam gratiam etiam nunquam fui vsquam.i.in aliquo loco. Donatus vult capi nunquam pro non nihil tamen prohibet quin possit temporaliter sumi, quin.i.q̄ non omnes homines amarint.i.amauerint me plurimum. G. alloquitur Gn.Phæd.& Chær. dixtin'.i. dixi ne nobis eloquentiam .i. facundiam, atticam .i. veram, germanam, venustam, excultam, esse .i. residere in hoc milite, hoc dicit per ironiam. Et bene atticam dicit, nam excultior eloquentia dicitur attica,& summi oratoris Attici appellati sunt. Inde etiam Attica Venus dicitur .i. venustas sermonis,ac festiuitas excultior, cuiusmodi vigebat apud Athenienses,quorum oratores omnes,dicendi veneres,sectati, sunt. Gnatho ite, hac .i. per hunc locum, quem ostendo commessa-

tum

tum.s.ad militem vel ad Thaidem. Vos spectatores valete,& plaudite .i. congratulamini poëtæ. Ego Calliopus Terentij defensor,recensui.i.recognoui hanc comœdiam Terentianam, & in ea meum adhibui iudicium, ac meam censuram, seu eam probaui.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Absoluitur catastrophe vtriusque partis fabulæ,& plures personæ committuntur. [O populares) Lætitia Chæreæ.[Congruerint) .i. commode simul euenerint. [Ita me dij ament) Iuramentum ad amplificationem. [Bene) Gratulatio.[Tum autem)Terretur miles de industria poëtæ ad promouendum catastrophen.[Quid commemorem)impotens gaudium adolescentis. Et est frequens dubitatio cum repetione ad vehementiam.[Festiuitatem) Comitatem, & dicitur per auxesim.[Mihi illam lau.)Ironia reprehendentis. [Quoduis donum,& præmium) Magnifice,& ridicule. [Postulo vt nũ.) Parasitica optatio.[Miles edico tibi) Comminatio. [Eia haud sic) Blanda irrisio.[Vostrum tam)Subaudi genus. [Tu concede)Remouet Thrasonem,vt liberius quæ vult loquatur.[Militem ritualem)Propositio consilij.[Tu hercle cum) Ratio ab vtili,quæ colligitur per ratiocinationem. [Vt tuo amori) Adsumptio. [Principio,& ha.) Confirmatio adsumptionis à persona. [Neque istum meam tuas) Obiectionis occupatio. [Præterea hoc) Alia ratio,sed parasitica. [Satis diu hoc iam) Prouerbium à Sisyphi fabula in laborantes, & parum proficientes. [Hunc comedendum) Faceta metaphora,& apta parasito.[Isti te ignorabãt) Ironia, sed quam non intelligit miles.

PETRVS MARS.

O' Populares, ecquis me viuit hodie,&c.) Adolescens Venereus,cui bonum summam esse videtur, optato amore frui, hac scena describitur Aestuans quippe naturali calore iuuenilis animis,lucrum aspernatur, & rem domesticam augere parum curat,cum indulgentiam nondum sit expertus. Venerem in primis sectatur, & appetit. Vnde Horat. in arte poëtica scribens ætatem mores, & studia,sic ait:

Reddere qui voces iam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram
Colligit, & ponit, temere mutatur in horas.
Imberbis iuuenis tandem custode remoto.
Gaudet equis, canibusq;, & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
Vtilium tardus prouisor, prodigus æris,

Hæc ætatum studia, & mores, erudite, copioseque describit Arist. lib.v.ad Theodectem. [An mei patris festiuitatem? &c.).i. hilaritatem in mea re vxoria. [Et facilitatem) .i. animum propẽsum ad id,quod videbat me cupere.[Dij vostram fidem,&c.) Hominem stultum, ac penitus nullius consilij, ab his derideri, quorum assentationibus bibulas præbet aures. & contemni, atque bonis spoliari, docet hæc scena. [Et dat nemo largius) Fatuus. Id est, insipidus,& sine aliquo condimento ciuilitatis. Insultus. Id est, mouens fastidium sui ineptijs. [Tardus) .i. crassioris ingenij,& hebetioris, somniculosus, & nullius solertiæ. [Satis diu iam,&c.) .i. laboraui, vt Sysiphus apud inferos, voluendo hunc hominem,qui est tanquam truncus,& saxum.

GLAREANVS.

VERSVS primi vnde viginti,sunt Iambici Tetr.Acat.reliqui deinceps ad finem vsque Trochaici Tetr. Cat. In primo verbum viuit ante Hodie legendum quod in Aldino lib. neglectum vidimus. In iij. siue Congluerint, quod ferme habent libro,siue Contigerint legas,vt Don. legisse videtur,ad carmen nihil attinet. In 4. vel d, in Quid, vel s, in Lætus eliditur, & loco quarto anapæstus est, vt Mi totum elidatur. Denique Mearum dissyllabum est. In v. versu eliditur s,in Quibus. In vj. Meam monosyllabon totum eliditur. Sed & per creticum bacchiumq. omnia hæc sanantur. Septimum versum ita in vetusto lib. inuenio tribus initio anapæstis,& quem ita sane legendum puto.

Ita me dij ament,bene factum. G. Audin' tu, hic quid ait. C. Tum autem Phædriæ.

In 8. versu,primo loco iambus est,secundo spondeus, tertio dactylus. Doct. vero ait non elidi m, quod ego cur addiderit nescio cum versus bene habeat. In 11. siue Pellitur, siue Pelletur legas, nihil ad carmen Duodecimus varie legitur. Quidam lib. omiserant duas hasce particulas Tum tu, quasi non omittendæ,verbum audiat dissyllabum erit, vel creticus loco sexto. Quanquam poterat altera duntaxat particula legi. Frater vbi vbi est,tu fac quamprimum hæc audiat. Par,visam domum. Vetustus etiam liber habebat Visam domi, sed nihil ad carminis rationem. In xv. s,eliditur in Ausus, vt sis pes vltimus pyrrhichius. In 18. Facilitatem ex Don. Commentario legendum,non Felicitatem,vt vulgati errans lib. Notauit hoc etiam Ioan. Et vel Mei monosyl. vel creticus primo est loco. [Parmeno modo quæ narrauit, sed vbi est frater) Hic trochaicorum in hac scena primus,trochæum primo habet loco, secundo loco tres syllabas, ex quibus vel tribrachin vel anapæstum vel dactylum facias, licebit. Secundus versus trochæos anapæstis alternatim immixtos habet, quod pulchrum, sed admodum rarum est, ad hunc modum: Gaudeo. C. Satis credo, nihil est Thaide tua dignius. Quidam infulciunt duo verba. Hac, & frater, vt versus ita legatur, Gaudeo. C. Satis credo, nihil est Thaide hac tua frater dignius. Quæ si omnino legi debent s, eliditur in Satis, & tua monosyll. erit, denique iamb. tetr. acat. erit inter trochaicos. quod ego non probo, & prior lectio simplicior est. In 3. versu male omiserat Ald. liber verbum Hui. In 4.versu Spei monosyl.totum eliditur,& s,in Minus,vt loco quinto sit anapæstus. Potest,& bacchius esse. sunt alia effugia, scio, sed ego trochaicum exiitimo vt reliquos. atque ita etiam Doct. In vj. versu vel eliditur d,in Apud,vel creticus est loco sexto. In 9. vel Postulo dissyllabon est elisou, Vt in And. Act.2.Sc.1.vel creticus est loco secundo. In 12. versu Sient legendum,& Nescis ad sequentem pertinet,versum,& Te accusatiuus legendus ante Ergo. Et erunt duo trochaici tetr. catal. vt alij omnes. Doct.de hoc loco ita ait,suspicor carmen inuersione ordinis deprauatum. Constabit si sic legas,O Thraso,saluete, tu fortassis hic quæ facta sunt nescis. Scio cur ergo in his te conspicor regionibus. vt, Ego pronomen elidatur. Hæc ille. qua dimensione prius carmen in trochaica, ac catal. ratione superat pede tetrametrum, alterum deficit pede. Ipse plane miror,quid ei tunc venerit in mentem,cum hæc scriberet. locum recte emaculauit Ioan. In 18. vel paulum pro paululum legẽdum,vt in xxv. Huius ordinis versu annotauit Doct. vel in hoc creticus erit sexto loco, & Amphibrachys in alero versu loco tertio. quod magis mihi probatur. [Neque istum metuas ne amet mulier,facile pellas vbi vel s) De hoc versu qd equidem dicam,vix certum habeo. Si primo loco bacchius,deinde tres, & quintum pedem tribrachyn instituamus procederet trochaicus tetram. catal. sicut alij, ita Ne non elidatur, sed corripiatur. At si primo loco ponas iambum, nec e, in Ne elidatur, erit iambicus tetram. acatal. alioqui perpetuo iambus ac trochæus,alter alteri officiet. In 3. deinde versu locis paribus est anapæstus. In 4.Don. initio ponit Chæreæ personam, sub finem Phædriæ,cum libris ferè contrarium habeant. In 6. vel s,eliditur in Satis,vel Amphibrachys est loco tertio. Septimus versus duos trochæos initio habet. In 8. comedendum primam corripit natura, propino produci. vt apud Mart. non vno tantum loco. Idem tamen lib.vj. corripuit Hic vero correptio lucum non habet,alioqui erat iambus in trochaicum. Notaui hoc etiam Ioan. Octauus versus duos trochæos initio habet. In 9. vel d. initio eliditur in Quid,& Eis monosyll. est, vel bacchius est loco primo, & creticus loco quarto. In 12. secundo loco trochæus est. In penult.versu loco secundo anapæstus,Priore trochæus,vt Grammatici dicunt, qui volunt naturam interrogatiui ne,in his seruari,vt corripiatur. Virg. In Viden' seruauit,& eum secutus statius,Virgilianæ Aeneidos felix emulator. Eandem correptionem de on, vt egon', adeon'. De in vin',scin'ain',satin'. De en',men'ten',Grammatici Affirmant. At Seru.lib.Aen.ad illud Virgilij,in xij. Tanton' placuit concurrere motu Iupiter æterna gentes in pace futuras. Ita ait, Sane tantẽn on circunflectit. Nam cum per apostrophon apocopen verba patiuntur,is qui in integra parte fuerat, perseuerat accentus,vt Tanto ne. Inde sit Tanton'. In hoc auctore de productione nescio locum vllum. Nam in hisce,si productio incidat,integra lectio fit,sed in scandendo elisio fit,vt in Andria.

Puer hercle est, mulier tu ne appositisti hunc? MY. Vbi? In hoc senario Tu syllaba longa est. Et in prologo Adelphorum, Laudi ne an vitio duci factum oporteat, vbi e de ne scribi debet. Consimilia plurima vbique reperias.

TERENTII HEAV-TONTIMORVMENOS.

PERSONAE.

Chremes senex,
Clitipho adolescens,
Syrus seruus,
Sostrata matrona,
Bacchis meretrix,
Nutrix.
Menedemus senex,
Clinia adolescens,
Dromo seruus,
Phrygia ancilla,
Antiphila Chremetis filia,

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

IN militiam proficiscí gnatum Cliniani,
Amantem Antiphilam, compulit durus pater:
Animiq́ sese angebat, facti pœnitens.
Mox vt reuersu' est, clam patrem diuortitur
Ad Clitiphonem. is amabat scortum Bacchidem.
Cum accerseret cupitam Antiphilam, Clinia,
Vt eius Bacchis venit amica, ac seruolæ
Habitum gerens Antiphila. factum id, quo patrem
Suum celaret Clitipho. hic technis Syri
Decem minas meretriculæ aufert à sene:
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho vxorem accipit.

IN militiam,&c.) Pater .s. Menedemus durus.i. acerbus, & quod inepte dicitur in hac significatione rudis. compulit Cliniam gnatum .i. filiũ suum amantem.i.qui amabat Antiphilam puellam proficiscí in militia.i.bellum,& ipse Menedemus pœnitens.i.pœnitentia ductus,facti illius .i.talis duriciei,angebat sese animo .i. in animo curas, volebat, vel ipse pœnitens facti animo.i.in animo suo angebat sese.i.macerabat seu excruciabat seipsum. Mox.i.statim, vbi .i. postquã reuersus clam patre .i. nesciente patre diuertitur,pro diuertit se vel deflectitur ad Clitiphonem is Clitipho amabat scortum .i. meretricem Bacchidem cum Clinia accerseret Antiphilam cupitam.i.amatam. Bacchis venit,vt.i.tanquam amica eius Cliniæ, ac Antiphila venit inquam gerens habitum seruulæ.i.tanquam ancillæ Bacchis,Id factum est sup.quo.i vt Clitipho celaret patrem suum Chr. hic Clitipho aufert.i.extorquet à sene.s.Chremete. meretriculæ.i.pro Bacchide cui promiserat decem minas .i.decem libras,technis.i.artibus Syri. Antiphila repperitur soror Clitiphonis. Clinia accipit hanc.s. Antiphilam vxorem. Clitipho accipit aliam vxorem dimissa Bacchide, nam si intelligeret Bacchidem,dixisset alteram.

ARGVMENTVM.

CHremes,et Menedemus duos filios habuerunt,Chr.Clit. Mened. Clin. Clit.exarsit in Bacchidis meretricis amorem. Clin.autem in Antiphilæ quæ cum ea considebat. Mened.egerrime ferens illud iurgijs multis Clin.in militiam ire compulit,deinde ad se reuersus, & se orbum videns omnia vendidit,& agrum emit in quo se exerceret ac macerãret,in seipso filij iniuriam volens vlcisci. Interea Clin. clam patre redijt, diuertitq; ad Clitiph. vbi cum accersisset Antiphilam Bacchis vna cum ea venit cupiente Clit.Chremetiq; persuasum est eam esse. Cliniæ amicam quæ haberet puellam Antiphilam arabonis grata,ob pecuniæ certæ summam,quæ ei ab anu Corinthia debebat. Hæc autem persuasio à Syro callido seruo prodijt, effectumq; est vt à Chr.extorquerentur decem minæ,quas Clit. promiserat ipsi Bacch. Postea agnita est Antiph.esse ipsius Clit. soror, quæ à matre fuerat tradita cuidam anni Corinthiæ secreto, propterea quod Chr.vxori suæ fuerat interminatus, si puellam pareret, nolle tollit itaque ipsa agnita data est Cliniæ in vxorem: Clitipho vero demissa Bacchide aliam accepit.

IO. CALPHVRNII BRIXIENSIS viri clarissimi in P. Sexti Terentij Heaut.prolegomena.

HAec fabula,Menandri Græca quæ facta à Terentio Latina,nomen idem obseruauit,ne Græci nominis euphoniam perderet, quòd Terentius minus laudis existimaret propria scribere,quàm Græca transferre.Nomen habet à se ne ipsum excruciante ob filij absentiam,quem, amantem,duritia sua in militiam proficiscí compulerat. ἑαυτὸν τιμωρούμενος,Latine seipsum excrucians interpretatur.Illud animaduertendum, omnes Terentianas fabulas,ex vtroque genere mixtas, præter hanc.Nam comediæ aut motoriæ sunt, aut statariæ,aut mixtę, Motoriæ,turbulentæ: Statariæ,quietiores: Mixtæ,ex vtroque actu consistentes. In hac,quæ plurimum delectat actu, & stylo: Primæ partes sunt Menedemi,& Chremetis: Secundæ Cliniæ. & Clitiphonis: Tertiæ,Syri. & sic deinceps. Hæc etiam,vt cetera,quinque actus habet,Prologum concitatum.Nam,& se purgat,& in lædendis aduersarij est occupatus: Argumentum quoque non simplicis negocij habet, nec vnius adolescentis, vt in Hecyra: sed in duorum, vt in fabulis.

ARGVMENTVM.

CHremes grauidæ vxori olim interminatus, si puellam pareret, nolle tolli. At illa clam anui Corinthiæ nutriendam dedit. Hanc adultam Clinia inuito patre amare cœpit. cuius duritia, & assiduis iurgijs,in militiam proficiscí compulsus est. Postea facti patrem Menedemum adeo pœnituit,vt omnia venderet,& agrum,emeret, in eoq; se exerceret,vt sic filij iniuriam vlciscetur. Paulo post reuertitur Clinia,& clam patre diuertitur apud Clitiphonem,qui,& ipse amabat scortum Bacchidem,Mittit accersitum cupitem Antiphilam Clinia, cum qua & Bacchis vna venit. Hanc adolescentes Cliniæ amicam simulant Syri technis. Antiphila ad matrem deducitur: cuius occasione Syrus decem minas meretriculæ aufert à Chremete. Dehinc Antiphila Clitiphonis soror reperitur,& Cliniæ in vxorem datur. Chremes Bacchidem à Clitiphone amari animaduertit: irascitur: minatur. sed,& Menedemo adhortante filio ignoscit: & aliam illi dat coniugem. In primo actu agitur de coniunctione senum, scilicet Menedemi,& Chremetis: simul, & de amicitia & familiaritate adolescentum,in qua Clitipho ardentissimus ostenditur. Secundus actus continet quemadmodum adolescentes amicas receperint: simul,& Syri callidum consilium. Tertius actus exprimit Syri fallaciam in Chremem, vt Bacchidem credat Cliniæ esse amicam,& Antiphilam arrhaboni Bacchidi relictam esse putet pro argento, quod anum Corinthiam meretrici debere finxit. In quarto actu agitur de recognitione Antiphilæ: & de extorsione argenti quod Bacchidi Clitipho promiserat. Quintus actus continet omnium rerum conuersionem ad iucundos exitus patefacta cunctis cognitione gestorum, & quemadmodum Antiphilam vxorem Clinia duxerit: Clitipho vero dimissa Bacchide aliam acceperit.

GRAECA EST MENANDRV, ACTA LVDIS ME-

GALENSIB. L. CORNELIO LENTVLO, L. VALERIO FLACCO AEDILIB. CVRVLIB. EGIT AMBIVIVS TVRPIO. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. ACTA PRIMVM TIBIIS IMPARIBVS, DEINDE DVABVS DEXTRIS: ACTA ETIAM TERTIO, TI. SEMPRONIO, M. IVVENTIO COS.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic sequens Prologus concitatus est: nam & se purgat iterum de obiectis, & aduersarium acriter terret. Actor quoque ipse ex suo commodo, cur hanc Comœdiæ actionem susceperit causas affert: variis etiam modis spectatorum beneuolentiam, & attentionem captat.

Trimetri omnes.

PROLOGVS.

E cui sit vostrum mirum, cur partes seni
Poëta dederit, quæ sunt adolescentium:
Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar.
Ex integra Græca integram comœdiam
Hodie sum acturus Heautontimorumenon,
Duplex quæ ex argumento facta est simplici.
Nouam esse ostendi, & quæ esset. nunc, qui scripserit,
Et cuia græca sit, ni partem maxumam
Existimarem scire vostrum, id dicerem.
Nũc, quam ob rem has partes didicerim, paucis dabo.
Oratorem voluit esse me, non prologum:
Vestrum iudicium fecit: me actorem dedit.
Sed hic actor tantum poterit à facundia,
Quantum ille potuit cogitare commode
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturu' sum.
Nam quod rumores distulerunt maleuoli,
Multas contaminasse græcas, dum facit
Paucas latinas: factum hic esse id non negat,
Neque se id pigere, & deinde facturum autumat.
Habet bonorum exemplum: quo exemplo sibi
Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.
Tunc quod maleuolus verus poëta dictitat,
Repente ad studium hunc se applicasse musicum,
Amicum ingenio fretum, haud natura sua:
Arbitrium vestrum, vestra existimatio
Valebit. quamobrem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquum possit quàm æquum ratio.
Facite, æqui sitis, date crescendi copiam,
Nouarum qui spectandi faciunt copiam
Sine vitijs: ne ille pro se dictum existumet,
Qui nuper fecit seruo correnti in via
Decesse populum: cur insano seruiat?
De illius peccatis plura dicet, cum dabit
Alias nouas, nisi finem maledictis facit.
Adeste æquo animo: dare potestatem mihi.
Stataria agere vt liceat per silentium:
Ne semper seruos currens, iratus senex,
Edax parasitus, sycophanta autem impudens,
Auarus leno, assidue agendi sint mihi
Clamore summo, cum labore maxumo.
Mea causa, causam hãc iustam esse, animum inducite,
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi:
Nam nunc nouas qui scribunt, nihil parcunt seni.
Laboriosa si qua est, ad me curritur:
Sin lenis est, ad alium defertur gregem.
In hac est pura oratio. experimini,
In vtranque partem ingenium quid possit meum.
Si nunquam auare precium statui arti meæ.
Et eum esse quæstum in animum induxi maxumum.
Quammaxume seruire vostris commodis:
Exemplum statuite in me, vt adolescentuli
Vobis placere, studeant potius, quàm sibi.

IOANNIS CALPHVRNII interpretatio in prologum Heautontimorumenu.

E cui sit vestrum mirum) Prologus cõcitatus nam. & se purgat, & aduersariũ acriter terret. Actor quoque ex commodo suo, cur hanc comœdiæ actionẽ susceperit, causas affert. [Ex integra Græca) Terentius Hecyram, & Phormionẽ ab Apollodoro transtulit, reliquas quatuor, à Menandro. [Et quæ esset). i. quo nomine vocaretur. [Oratorem voluit esse me, non prologum:) Officium prologi, ante narrationem rei semper est. veruntamen, & post principium fabulæ inducitur, vt apud Plautum in Milite glorioso, & apud ceteros magnę auctoritatis veteres poëtas. [Oratorem) Sic in prol. Hecy. Orator ad vos venio cum ornatu prologi. [Oratorem) Oratorem audire oportere, ius gentium est. Oratorem, non liceat iniuriã pati. Ne igitur patiatur iniuriam, non se prologum, sed oratorem nominat. Et orator est qui rogat: Exorator qui impetrat. Alibi Terent. Orator ad vos venio, finite exorator fiem. Et orator est cui causa defendenda mandatur. [Nam quòd rumores distulerunt) Id, quod maleuoli vitio dant sibi, sibi laudi ascribit, seq. exemplo prẽstantissimorum poëtarum defendit, qui idem factitauerunt. [Distulerunt) Diuulgauerunt. [Autumat) Opinatur, dicit, censet. [Habet bonorum exemplum) Videlicet, Plauti, Næuij, Ennij quos auctores Terentius habet, vt in prologo Andriæ fatetur, Qui cum hunc accusant, Næuium, Plautum, Ennium accusant, quos hic noster auctores habet. [Tum quod maleuolus vetus poëta) A matura, maleuolus, à tempore vel inuidia, vetus, à signo æmulationis poëta. Vetus, plerunque ad laudem refertur, interdum ad vituperationem. Vetus. i. carioſus,

&

& quasi rancidus. Maleuolus, non criminibus, sed maledictis. [Amicũ ingenio fretũ) Hoc idem refellit in ,plogo Adelphor.

Nam quod isti dicunt maleuoli homines nobiles
Eum adiutare, assidueq. vna scribere,
Quod illi maledictum vehemens esse existimant,
Eam laudem hic ducit maximam, cum illis placet
Qui vobis vniuersis, & populo placent.

,Hunc musicum) videlicet poëtam elegantem. Musicus, Latine dicitur elegans. Ἄμουσος vero Græce, inelegans. Amicum Pro amicor, videlicet Lælij, & Scipionis quorum amicitia Terent. familiarissime vsus est. [Arbitrium vestrum) bene arbitrium. nã arbiter dicitur iudex q totius rei habet arbitrium, & facultatẽ. horum. n. arbitrio, & iudicio comędia, cõmendari poterat. [Ne plus iniquum possit) iustam rem petit, quæ quidem, nisi ab iniustis, conceditur. [Qui nuper fecit seruo currenti) In hoc notatur aduersarius, qui decorum personæ non seruauerit. Quid. n. magis præter, serui decor, q̃ vt illi populus in via decedat, & insano seruiat? [Dare potestatem mihi statuariam agere) vt liceat ad exitum vsque fabulæ perpetuo stare, ne videlicet aliqua turba fiat, vt fieri solet aut ludis funambuli, aut gladiatorum, tunc. n. necesse est relinquere comœdiæ actionem. Et bene dixit statariam. Agi. n. dr̃ fabula cum recitatur: Stare cum placet. Est etiã comœdia quæ dr̃ stataria aut motoria, à statarijs actibus vel mototijs. [Ne semper seruus currens) Exprimit varias personas, quæ in comœdijs introducitur, quibus, ars comica valde nobilitatur. Inducitur autem leno periurus, amator seruidus, seruus callidus, & amica illudẽs, & vxor imbens, & mater indulgens, & patruus obiurgator, & sodalis opitulator, & miles præliator parasiti edates, parentes tenaces, & meretrices. [Mea causa, caussam hanc iustam) Paronomasia. [Si qua laboriosa est) Iustum etenim est seni in re laboriosa fauorem præstare. [Ad aliũ gregem) Gregem cum contemptu dixit, alios actores paruifaciens. Gregem appellat scenicorum turbam. Plaut. in prol. Asin. Quæ quidem mihi atque vobis res vertat bene, atq; huic gregi. [Est pura oratio) hoc est nitida, quæ facile assensum auditorum ineat. [Si nunquam auare precium statui) Per hæc verba Terent. demonstrat quam grauis auctor sit, qui suas comœdias probet. sic Horat. Et cum respondere coneris, Quæ grauis Aesopus, quæ doctus Rosius egit. [Et eum esse quæsitum) Nonnunquam subauditur si, vt sit, & si eum quæstum. [Seruire vestris commodis) Plus dixit commodis, si diceret voluptatibus.

GVID. EVCI vestrum) Hic est prologus concitatus, nam, & se purgat, & aduersarium acriter terret. Actor quoque ex commodo suo cur hanc comœdiæ actionem susceperit causas affert. Actor loquitur. i. ille qui comœdiam est acturus, ne cui. i. vt nõ alicui vestrum qui auditis, sit mirum, cur poëta dederit partes. i. officium seni, quæ. s. partes sunt adolescentum. i. spectant ad adolescentes, & per senem, vt sentio intelligit seipsum, qui iam sit senio confectus. Dicam primum id. s. qua re dederit partes mihi seni agendi hanc comœdiam, cum tamen aptiores forent iuuenes. Deinde eloquar. inculto sermone dicam, quid. i. propter quid, vel quare veni. i. prodij in medium. Ego sum acturus. i. recitaturus hodie hanc comœdiam interam translatam sup. ex integra Græca Menandri. Nam ex Menandro omnes transtulit præter duas. s. Hecyram, & Phormionem, quas ex Apollodoro traduxit. Sum ergo acturus hodie hanc comœdiam nomine. s. Heautontimorumenos, quæ dictio græca in latino sonat se ipsum excrucians, quæ. s. comœdia facta ex duplex propter senes, & iuuenis, quia in ea introducuntur ex argumento simplici. i. ex materia vniformi. Ostendi hanc comœdiam esse nouam. i. nouo modo traductam ex græco, & ostendi quæ esset. i. quo. nomine nuncuparetur. Nunc ni. i. nisi existimarem maximam partẽ vestrum scire, qui scripserit. i. composuerit, & cuia. i. cuius auctoris ipsa græca sit dicerem id nunc dabo. i. dicã, paucis. i. breui sermone: quamobrem didicerim has partes. i. discendo eas suscepe rim. Poëta voluit me esse oratorem. i. oratione aliquid rogare studentem. Orare. n. est petere, seu rogare. sed exorare est impetrare. item orator dr̃ qui causas orat in foro. item dr̃ legatus, qui ad peregrinas nationes mittitur qui orationes sua efficiat si possit ne bellum exoriatur sed petita repetantur, & qm̃ oratori non licet iniuria facere, ideo actor ne patiatur iniuriam, non se prologum, sed oratorem nominat. Non voluit inq̃ me esse prologum. i. facientem præfationem. siue prol. siue narrationem totius comœdiæ materiam, fecit ipse poëta iudicium esse vestrum. i. voluit vt iudicaretis, vel fecit id, qd̃ censebatis esse faciendũ, & vestræ morem gessit voluntati dedit. i. destinauit exhibendo me vobis, auctorem. i. repræsentatorem, seu pronũciatorem. Sed hic actor. s. ego, quem poëta vobis dedi, tantum poterit. i. consequentur, à facundia. i. exornatu loquendi, seu suauita te pronunciandi quantum ille poëta valuit cogitare. i. inuenire, commode. i. apte, q. d. actor facundia tm̃ valebit, seu poterit quarum poëta inuentione cõmoda, qui. s. poëta scripsit hãc orationem, quam sum dicturus. i. facunde pronunciaturus, nam q. i. q autem modus rñdendi, maleuoli. i. inuidi, & æmuli distulerũt. i. diuulgauerunt rumores. i. sermones in populo, seu famam ipm poëtam contaminasse. i. fędasse, maculasse, ex multis vnã faciendo, multas græcas comœdias, dum. i. qñ fecit paucas latinas comœdias, hic poëta non negat id esse factũ. i. ex multis græcis paucas esse factas latinas, neque. i. non. i. & non negat inq̃ se non pigere. i. nõ dolere, id. i. ob id, & autumat. i. opinatur, dicit cẽsset se factur. Deinde. i. postea id inq̃. s. se facturum, paucas latinas ex multis græcis ipse poëta habet exemplum bonor. i. dictiorum, eruditor poëtar comicor. s. Næuij, & Plauti, & ceterorum, quo exemplo. i. qua imitatione putat licere sibi facere id, quod illi fecerunt. Tum. i. deinde, arbitrium vestrum, vestrum iudiciũ vestra existimatio. i. vestra sententia, valebit. i. locum ac pondus habebit, seu auctoritatem in eo sup. quod poëta. Luscius Lauinius maleuolus. i. malignus suis maledictis, & detractionibus, vetus. i. inueteratus in sua inuidia, & detrahendi, atque latrandi consuetudine dictat. i. iactitat, hunc musicum. i. hunc poëtã elegantem, nam à musicis. i. à camœnis, seu cantibus, & carminibus amœnis dr̃ musicus, qualis rite censendus est poëta, qui musis est sacer est. n. musarum sacerdos. Musicus ergo latine dicitur elegans, sicut a musos græce dr̃ inelegans, q̃ dictat. Ergo hunc musicũ se applicasse. i. appulisse animum repente. i. subito ad studium, fretum. i. consilium, ingenio. i. industria, amicum. i. amico rum; per syncopen, haud. i. non fretum inquã nam sua. i. propria Minerua, seu proprio, & suopte ingenio, & vt dici solet ,pprio Marte, quare. i. quapropter, volo vos omnes oratos. i. oro vos omnes, ne oratio. i. sermo iniquum. i. iniquorum, & improbor ac maleuolorum plus possit. i. maiorem habeat auctoritatem, q̃ oratio æquum. i. æquarum, hoc est bonorum, & iustor, facite. i. laborate q̃ sup. fitis æquis. i. iustis, iudices, date copiam. i. facultatem crescendi nouarum. i. vt crescant nouæ comœdiæ. Nam genitiuus gerundij singularis numeri iungitur genitiuo pluralis numeris, vt Plaut. in captiui duo nominando istorum magis qñ edundi copia. Similiter hic date copiam crescendi nouarum. i. vt crescant nouæ, & date illam copiam his poëtis, qui faciunt copiam. i. facultatem spectandi. i. aspiciendi, sine vitijs. i. sine erroribus, seu erratis. Ne. i. non, prohibentis est is. i. ille poëta non existimet hoc dictum esse sup. pro se. i. gratia sui, siue sua causa. Qui poëta nihil fecit. i. finxit suo poëmate, populũ decessisse. i. locum dedisse seruo correnti in via, & per hoc non seruauit decor. Cur. i. quare populus seruiat. i. obediat, obsequebat, cedat insano seruo. s. furuo, & desipienti. Poëta dicet plura de peccatis. i. erroribus ipsius poëtæ. s. Luscij, cum. i. quando, dabit alias comœdias nouas, nisi facis finem maledictis. i. detractionibus, seu conuitijs, & dictis contumelijosis, ac mordacibus. Adesse. i. intenti estoti, ac auxilium ferte, more aduocati, qui clienti adest. i. præsidio illi est, æquo animo. i. bono animo, & iuste iudicanti sine vlla affectione in quenquam date potestatem, vt mihi liceat per silentium. i. per taciturnitatem agere. i. recitare hanc comœdiam, statariam. i. quietam, quæ non est turbulenta vt motoriæ, nam, comœdiæ motoriæ sunt turbulentæ, statariæ autem sunt quietiores. Item mixtæ ex vtroque actu consistunt, alij dicunt licet mihi agere hanc statariam. i. stando perpetuo vsque ad fabulæ exitum sine turba aliqua. Agi enim dicitur fabula cum recitatur, stare autem cum placet. Ne. i. vt non, seruus currens sit semper agendus. Item ne senex iratus sit agendus semper, ne parasitus edax. i. vorax multi cibi sit semper agendus, ne sycophanta. i. calumniator, de quo satis prius dictum est, impudens. i. inuerecundus sit semper agendus, ne leno. i. fouens lenocinum, hoc est puellarum, & interdum propriæ vxoris venditor auarus. i. cupidus habendi, ne ergo hi omnes prius enumerati sint assidue agendi. i. repræsentandi ac recitandi seni. s. mihi actori annoso, cum summo clamore. i. vociferatione magna, cum magno labore, vos spectatores inducite animum. i. impetrare vobis, siue persuadere mea causa. i. mea contemplatione, hanc causam. s. me esse senã, iustam, vt aliqua pars laboris minuatur mihi, nam ijs qui nunc scribunt. i. condunt nouas comędias, nihil. i. nullatenus parcunt seni. i. mihi actori si qua comędia. i. si aliqua est laboriosa. i. requirens maximum laborem in ea agenda, curritur ad me. i. ad me venitur, vt eam agam, sin. i. sed si est leuis. i. facilis actu defertur ad alium gregem. i. ad alios

actor

actores non egregios. & gregem per contemptum aliorum actorum dicit. In hac comœdia stataria est oratio puta.i.nitidus sermo,& facile auditorum assensum intuens,ex per mini .i. periculum facite in vtranque partem .i. tam in comœdijs leuibus, quam laboriosis,& testatarijs,quam motorijs,quid meum ingenium possit.i.quãtum virium habeat ingenium meum in vtrisque recitandis ac probandis.hac re enim ostendit Terent.quam grauis actor sit,qui suas comœdias probet. Si nunquam statui .i.constitui,præscripsi,limitaui auare precium.i.mercedem artimeæ.i.meæ industriæ, & si induxi in animum .i. si existimaui,si mihi persuasi cum quæstum.i.illud lucrum esse maximum seruire.i.obsequi inseruire vestris commodis, plus dixit, quàm si dixisset voluptatibus,commodis ergo .i. vtilitatibus, si ergo hæc feci,statuite.i.collocate exemplum in me,vt.i.quòd adolescentuli.i.iuuenculi,quin,& ipsi ni prosęnium sunt proditurl agendi gratia, studeant .i. laborent placere nobis potius quam sibi, q.d. quemadmodum in arte mea,non delector lucello, sed potius auditorum voluptatibus seruire contendo,sic, & ipsi adolescentuli potius ineundæ gratiæ vestræ suam artem agendi exercebunt,quàm quæstus,& lucri.

LATO. ARGVMENTVM prologi) Actor reddit rationem facti sui cur senex fabulæ huius actionem susceperit.Qua occasione defendit poëtam,& aduersarium notat. Postremo postulat attentionem à spectatoribus. [Ne cui sit vestrum) Propositio ad docilitatem.[Ex integra græca) Narratio altius repetita, & quidem extra complexum propositionis.[Nouam esse)Conclusio huius partis narrationis,vt ad institutum accedat. [Oratorem voluit)Causa cur senex hanc agat fabulam.& oratorem dicit,vt audiatur benigne,& tutus sit contra insectationem.[Orationem hanc).i.fabulam.[Nam quòd rumores) Per occupationem infert defensionem poëtæ,& vtitur statu qualitatis, quẽ exemplis confirmat.[Tum quod maleuolus) alia obiectio,quę soluitur sententia,& existimatione populi. [Quamobrem)Cõclusio qua postulat attentionem.[Ne ille) Occupatio in aduersarium, cuius vitium notat in fabula quapiam. [Adeste æquo animo)Redit ad attentionem,& alteram causam profert cur senex agat hanc fabulam.Distinguit autem epithetis,varias comędiæ personas. [Nam nunc nouas) Obiter perstringat poëtas. [In hac est pura) Commendatio à stilo, & sua persona item à merito,& hæc cuncta ad attentionis postulationem referuntur.

PETR. MARS. NE cui vestrum,&c.) Hæc oratio, qui legem prologi non seruat,in L.Lauinium stringit aculeos,docet auditores, Terentio beneuolentiam parat,& obiecta diluens,vtitur statu absoluto,id petens quòd honestum habetur in primis,& ciuili disciplinæ conducit, quæ ingenia pro communi vtilitate nutrit, & fouet. [Non prologum) Prologium dicitur principium,& proloquium. Vnde Pacuuius: Examinasti me prologio tuo. [Repente ad studium,&c.) .i. studium musicum, & poeticum, & numerosum. [Mihi statariam, &c.) Stataria Comœdia dicitur,quæ non habet magnos,& vehementes motus,vt hæc est,in qua Menedemus se cruciat ob filij absentiam. [In hac est pura oratio) .i. non æstuans affectibus,sed tranquilla,vt decet senes. [Si nunquam auare,&c.) A persona sua,& officio suo spectatorum animos emeretur. [Exemplum statui, &c.) .i. erga me id agatis,quod adolescentium animos ad vestram oblectationem, vtilitatemq. accendat.

GLAR. IN titulo ante Sulpicij argumentum ad finem legendum T. Sempronio, M. Iuuentio Coss. fuere enim Coss. anno ab V. C. DXCI. In ipsius Prologi carmine ij. vel prima syllaba à superiore eliditur vel creticus est loco quarto, & Prologum primam producit. In 13. vel d, eliditur in Sed, vel bacchius est loco primo. In 15.s,in Dicturus. In 22.s,licet siue in Maleuolus, siue in Vetus eridas. In 30. est proceleusmaticus initio. In 33. Illius spondeus est. In 12. à fine, vel Mea monosyllabum est, vel bacchius loco primo. In 9. à fine mirum quare Qua longa sit syllaba. Quod equidem per grammaticos definitum velim.

ACTVS I. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Menedemum excruciantem se in agro laboribus Chremes alloquitur sedulo causam inquirens, cur præter ætatem ille suam id faciat. Respondens Menedemus, sui mœroris causam dicit esse filij absentiam, quem iurgys, & contumelijs domo electum impotentius desiderat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena,iusta argumenta pars aperitur per Menedemum, quem sese excruciantem in agro ab discessum filij. Chremes consolando alloquitur, sedulo causas inquirens,cur se tam per lite die noctuq; prægraui rastro fodiendo excruciet. Inde permoleste animo conqueritur pater de iniuria à se citra rationem filio illata. Hic etiam bene ex arte Comica senex opitulator inducitur qui ex alterius tristitia, vt verum amicum decet, mirum in modum commouetur.

Trimetri.

CHREMES, MENEDEMVS senex.

VANQVAM hæc inter nos nupa notitia admodũ est.
Inde adeo q; agrum in proxumo hic mercatus es,
Nec rei ferè sanè amplius quidquam fuit:
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
Quod ego in propinqua parte amicitiæ puto.
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter,
Quod mihi videre præter ætatem tuam
Facere, & præter quàm res te adhortatur tua.
Nam pro deum,atq; hominũ fidem,quod vis tibi? aut
Quid quæris? annos sexaginta natus es.
Aut plus eo, vt conijcio agrum in his regionibus
Meliorem, neque precij maioris nemo habet:
Seruos complures: proinde quasi nemo fiet,
Ita tute attente illorum officia fungere.
Nunquam tam mane egredior, neque tam vespere
Domum reuertor, quin te in fundo conspicer
Fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique.
Nullum remittis tempus, neque te respicis.
Hæc non voluptati esse, satis certo scio.
At enim me, quantum hic operis fiat, pœnitet.
Quod in opere faciundo operæ consumis tuæ,
Si sumas in illis exercendis, plus agas.
M. Chreme, tantum ne est ab re tua ocij tibi,
Aliena vt curas, eaque, nihil quæ ad te attinent?
C. Homo sum: humani à me nil alienum puto.
Vel me monere hoc, vel percontari puta;
(Rectum est) ego vt faciam, non vt deterream.
M. Mihi sic est vsus: tibi vt opus est facto, face.
C. An cuiq̃ est vsus homini,se vt cruciet? M. mihi est.
C. Si quid laboris est,nollem: sed istuc quid mali est?

Quæso,

Quæso, quid de tantum meruisti? M. heu hoi,
C. Me lacruma, atq; istuc, quidquid est, fac me vt sciã.
Ne retice: ne verere: crede inquam mihi:
Aut consolando, aut consilio, aut re iuuero.
M. Scire hoc vis? C. hac caussa equidem qua dixi tibi.
M. Dicetur. C. istos rastros interea tamen
Depone, ne labora. M. minime. C. quam rem agis?
M. sine me, vacuum tempus ne quod duim mihi
Laboris. C. non sinam inq̃. M. ah, non æquom facis.
C. Hui, tã graues hos quæso? M. sic meritum est meũ.
C. Nunc loquere. M. filium vnicum adolescentulum
* at Habeo. * ah quid dixi hr̃e me? imò habui Chreme.
Nũc habeã, nec ne, incertũ est. C. qd ita istuc? M. scies.
Est è Corintho hic aduena anus paupercula.
Eius filiam ille amare cœpit perdire.
Prope iam vt pro vxore haberet. hęc clam me omnia.
* id Vbi * rem resciui, cœpi non humaniter,
Neque vt ægrotum animum decuit adolescentuli,
Tractare, sed vi & via peruolgata patrum;
Quotidie accusabam: hem: tibi ne hæc diutius
Licere speras facere me viuo patre,
Amicam vt habeas prope iam in vxoris loco?
Erras, si id credis, & me ignoras Clinia.
Ego te meum esse dici tantisper volo,
Dum, quod te dignum est, facies: sed si non facis,
Ego, quod me in te sit facere dignum, inuenero.
Nulla adeo ex re istuc fit nisi ex nimio ocio.
Ego istuc ætatis non amoris operam dabam,
Sed in Asiam abij hic propter pauperiem, atque ibi
Simul rem, & gloriam armis belli repperi.
Postremo adeo res redijt: adolescentulus
Sæpe eadem, & grauiter audiendo victus est:
Aetate me putauit, & sapientia
Plus scire, & prouidere, quàm se ipsum sibi?
In Asia ad regem militatum abijt Chreme.
C. Quid agis? M. clam me profectus, mẽses tres abest.
C. Ambo accusandi: etsi illud inceptum tamen
Animi est pudentis signum, & non instrenui.
M. Vbi comperi ex ijs, qui ei fuere conscij,
Domum reuertor mæstus, atque animo fere
Perturbato, atque incerto præ ægritudine:
Adsido: accurrunt serui: soccos detrahunt:
Video alios festinare, lectos sterne.
Cenam apparare: pro se quisque sedulo
Faciebat, quo illam mihi lenirent miseriam.
Vbi video hæc, cœpi cogitare, hem, tot mei
Solius soliciti sunt caussa, vt me vnum expleant?
Ancillæ tot me vestiant? sumptus domi
Tantos ego solus faciam? sed gnatum vnicum,
Quem pariter vti his decuit, aut etiam amplius,
Quòd illa ætas magis ad hæc vtenda idonea est,
Ego eum hinc eieci miserum iniustitia mea.
* colet Malo quidem me dignum quouis deputem,
Si id faciam: nam vsq; dum ille vitam illam * incolit
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea vsque illi de me supplicium dabo,
Laborans, quærens, parcens, illi seruiens.
Ita facio prorsus: nihil relinquo in ædibus,
Nec vas, nec vestimentum: conrasi omnia:
Ancillas, seruos, nisi eos, qui opere rustico
Faciundo facile victum exercerent suum,
Omnes produxi ac vendidi: inscripsi illico
Aedes: mercedem qua talenta ad quindecim
Coegi: agrum hunc mercatus sum: hic me exerceo:
Decreui, tantisper me minus iniuriæ,
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miser;
Nec mihi fas esse vlla me voluptate his frui,
Nisi vbi illuc saluos redierit meus particeps.
C. Ingenio te esse in liberos leni puto, &
Illum obsequentem, si quis recte aut commode
Tractaret. verum neque tu illum sati' noueras,
Nec te ille. hoc vbi fit, ibi non vere viuitur.
Tu illum, nunquam ostendisti, quanti penderes:
Nec tibi ille est credere ausus quæ est æquom patri.
Quod si esset factum, hæc nunquam euenissent tibi.
M. Ita res est, fateor: peccatum à me maxumum est.
C. Menedeme, at porro recte spero; illum tibi
Saluum affuturum esse hic confido propediem.
M. Vtinã dij ita faxint. C. facient. nunc, si cõmodũ est.
Dionysia hic sunt, hodie apud me sis volo.
M. Non possum. C. cur non? quæso tandẽ aliquantulũ
Tibi parce: idem absens facere te hoc volt filius.
M. Non conuenit, qui illum ad laborem impulerim,
Nunc me ipsum fugere. C. siccine est sententia?
M. Sic. C. bene vale. M. & tu. C. lacrumas excussit mihi
Miseretque me eius: sed, vt diei tempus est,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cenam vt veniat: ibo, vt visam si domi est.
Nil opus fuit monitore: iam dudum domi,
Aiunt, prẽsto apud me esse: egomet conuiuas moror.
Ibo adeo hinc intro. sed quid crepuerunt fores?
Hinc à me quisnam egreditur? huc concessero.

VANQVAM hæc inter nos) Bene ex arte comica senex opitulator inducitur, qui, & misera, & tristitia alterius valde commoueatur, simul amborum senum coniunctio, & familiaritas, ad id, quod secuturum est, & non parum accommoda futura est. simul exprimitur à poëta mutua miseratio, quę inter senes esse solet, & omnino senilis prolixa. [Quanquam hæc inter nos) Exordium est, & oratori congruum. quod enim exigua notitia, aut nuper incepta, vel nulla consuetudo anteactæ vitæ facere prohibet, id vel virtus, vel propinquitas cogit. [Vicinitas) vicinia non tam homines qui eundem incolunt vicum significat, q̃ qui prope domum tuam habitant. Vicinitas autem, non homines, sed propinquitatem proprie vicinorum. [Nam pro deum atque hominum fidem) Exclamatio vehemẽs est in eum, q & senex, & diues continuo se labore & defatiget, & eo magis Chremes admiratur huius laborem nondum intellecta causa. [Vt conijcio). i. coniecturam capio. hinc coniectura dicta est à coniectu. i. à directione quadam rationis ad veritatem. Vnde etiam somniorum atque omnium interpretes, coniectores vocamus. [Nemo) pro quisquam. [Tu te illorum officia fungere) Nunc dicimus, officijs fungeris. Fungor idem est quod officium munusq̃. ago, vt fungor, magistratu, fungor legatione. [Nunquam) Deest nam. [Tam mane) Modo aduerbium: alibi nomen vr̃: vt, Iam mane nouum, iam clarum mane fenestras intrat. [Quin te in fundo conspicer) Quin, pro q̃ non, hoc in loco, alias pro cur, non pro etiam, pro quare ponitur. [In fundo) Superius dixit, Agrum id in proximo hic mercatus es. Fundus. i. ab agro continetur. de quo Cic. in quodam ioculari libello, Fundum vero vocat quem possit mittere funda, Ni lapis exciderit, qua causa funda patet. [Remittis, neque te respicis) nihil signãmus de eo qui nihil sibi parcit, ne sui miseretur. nam qui alijs remittit aliq̃d. i. condonat, is est facilis, & mitis naturæ. [At enim dices) Antipophoræ respondet. [Pœnitet) .i. parum videtur. Pœnitet enim eum qui parum putat alibi Terent.

IOAN. CALPH.

rent. Nostrî nosmet pœnitet Virg. in Buc. Nec te pœniteat calamo triuisse labellum. Cic. ad filium, Quod ad te quantum proficias non pœnitebit. [Quod in opere faciundo) Opera est actio, & persona ipsa quę opus peragit. Opus, finis est, & fructus operæ. Nonnunquam opus pro opera videtur accipi. Virg. Mollibus è statis opera ad fabrilia surgit. [In illis exercendis) Qui alijs præest, aut paterfamilias, aut imperator, plus efficit sua adhortatione quàm opera. [Tantum ne est ab re tua ocij tibi) difficilis, vt inquit Cic. est cura rerum alienarum. Nam ea magis percipimus atque sentimus, quæ nobis, ipsis, aut prospera, aut aduerse veniunt, q̃ illa quæ cæteris. quæ quasi longo interuallo interiectio videmus aliter de illis, ac de bonis iudicamus. [Ab te tua). i. à negocijs tuis familiaribus. dicit etiam ab re tua, contra vtilitatem, sicut è re tua, & à republica. i. pro re tua, & pro rep. [Homo sum: humani à me nihil alienum puto) Hoc ex Platonis sententia qui, inquit, Ortus nostri partem patriam vendicare, partem amicos, & vt Stoicis placet, Quæ in terris gignuntur, ad vsum hominum omnia creantur. Homines autem hominum causa generantur, vt ipsi inter se alij alijs prodesse possint. [Percontari) .i. interrogare. Percontari suapte natura ad finem spectat coarguendi. Interrogamus, noscendi gratia: Percontamur vero, arguendi, quamuis tamen vtroque indifferenter vtamur. [Vsus) Modo opus significas alias vtile, vt Opus est facto, pro facere. Sic Salust. Nam, & priusquam incipias, consulto, & vbi consulueris, mature facto opus est. [Mihi) non repugnat sententiæ Chremetis, sed se solum meruisse dicit vt crucietur. [De te meruisti?) Dicimus autem mereo, & mereor. Mereor de te, est aliquid in te confero vel bonum vel malum. [Meretrice) Bene retice. Nam reticemus dolores, Obticemus pudenda, Tacemus secreta: vt, Nec tacui demens. In Eun. Virgo conscisse veste lacrymans obticet. Aut consolando, aut consilio aut re iuuero. His tribus adhibitis quid amplius in vera amicitia exoptandum. [Depone) In tempore. [Non sinam inquam) Hæc magis gestu exprimuntur. [Hui, tam graueis) Apostiopesis, & admiratio pôderis rastrorum, quibus senex vtitur. [Perdite) Bene perdite. Nam perditus est qui in omne scelus est traditus. [Animum ægrotum) Pro ægro dixit. nam animus æger, corpus vero, ægrotum dr. [Et via peruulgata patrum) Patres bonis institutis, aliorum exemplis, nonnunquam minis, filios ad virtutem adhortantur. [Tantisper volo) Tantisper postulat post se Dum pro donec siue quandiu. Cic. In carcerem ductus, vt ibi esset tantisper dum culeus in quem deiectus deferretur, compararet. Sunt qui accipiant tantisper, pro tantummodo, sunt qui pro interea. Liu. lib. j. ab vrb. cond. Tamen id imperium ei ad pubere ætatem incolume mansit, tantisper tutela muliebri. Et tantisper sine dum vsus est. [Non amori operâ dabam) Bene senex iuxta Horatij præceptum, Laudator temporis acti, inducitur. [Rem, & gloriam) Hæc duo potissimum à militibus strenuis comparantur. Res tria nota, imperium siue diuitias, litem. & venerem. [Putauit me) Clementissimus pater filium laudat, q̃ non pertinax in malis vt multi, fuerit. [Vbi comperi) hæc oratio, tota pathetica est. Et bene comperi. compertum est mihi, & exploratum, idem est quod scio per inuestigationẽ. [Accurrunt serui) Tale illud in And. accurrit, mediam mulierem amplectitur. [Lectos sternere) Ex consuetudine antiqua. lectulis. n. stratis antiqui cœnitabant, vnde triclinium, à tribus lectis dictum. Horat. Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos. Terent. in Adelph. Lectulos iligneos dedit faciendos in sole vbi poteris vos. [Cœnam apparare) Nil significantius de sene dicere potuit q̃ voluptates, & commoda quæ aspernatur gratia filij narrat. Nam apparare, est ad dignitatem quandam ac verius pompam: Præparare vero, est quæ vtilia sunt aut forte creduntur. [Eum ego eieci) Eum abundat. [Corrasi omnia) Omnia compilaui, vendidi. Huic contrarium est abradere: & est per vim aliq̃d auferre. [Produxi, ac vendidi) Bene produxi. nam producere, foras ducere significat. M. T. in Frumentaria, Nemo tuorum amicoꝝ abs te productus, nemo interrogatus. Hinc productores dicuntur, qui virgines abducunt, & eas ad quæstum exponunt. [Talenta ad quindecim coëgi) Congessi, coadunaui. Hinc coactores argentariorum dicantur, qui pecunias cogunt. [Decreui) Plus est decernere, quàm constituere, & est proprie decernere de rebus magnis certam proferre sententia. [Voluptate frui) Si parentes pro filij elaborant, quis clementior hoc sene, quia omnia commoda absente filio aspernatur? Frui proprie, est delectationem capere ex vsu. [Ingenio te esse leni in liberos puto) Liberos multitudinis numero dixit, cum Menedemus vnicum haberet filium. Cõstat. n. antiquos oratores, historiæq̃. aut carminũ scriptores etiam vnum filium, filiam ue, liberos multitudinis numero appellasse. In Hecyra liberos in significatione vnius filiæ dixit qui illum decreuerunt dignum, suos cui liberos committerent. Sic Cicero, En cui tuos liberos committas. [Quanti penderes) Quanti illum faceres. Tractum ab antiquis, qui ante signatam pecuniam, æs, & argentum pendebant. [Nec tibi credere ausus) Adolescentibus gloriosum est si modestia vtuntur, & pietate in parentes, vt nihil dicant, aut faciat nisi consilio parentum. [Porrò rectè spero) Porrò eiusdem significationis cuius vero, & autem, pro cuius Tamen ponere non possis. Significat êt apud Poëtas longe, certe, postea, vltra. Supro pro credo, vsitatũ est, siue de præsenti loquamur, siue de præterito. Similiter confido, pro credo, tum in præterito, tum in præsenti, tum in futuro. [Vtinam dij faxint) Paxo, futurum tempus tantum: vel, vt alij, promissiuum modum ostendit. [Dionysia hic sunt) Hoc est Bachanalia. Dionysij autem, qui, & Bacchus dicitur, sacra, à plerisque Græciæ vrbibus triennio quoque celebrabantur. [Quæso) Primam personam indicatiui habet duntaxat. Licet quærere letum sit apud Salustium, & Tullium. [Nihil opus fuit monitore) Hoc est vocatore. Nam vocatores proprie dicebantur qui ad cœnas vocabant. [Præsto sum) Idem est quod adsum. nec alteri ferè verbo cohæret, nisi verbo substantiuo, & huic simplici. Nam præsto adsum, magis poëticum est. [Egomet conuiuas moror) Hoc est in mora detineo. à quibusdam mori pro expectare exponitur. sed mea sñia, magis poëtice, quam oratorie.

QVANQVAM &c.) Hic senex Chrem. inducitur, qui alterius senis Menedemi tristitia commouetur. Etiam amborum senum coniunctio multum sequentibus rebus accommodata esse censetur. C. Quanquam hæc notitia admodum est. i. valde extat, siue intercedit. nuper. i. non multo ante tempore inter nos adeo .i. in tantum, quòd inde .i. ex tali notitia, sine propter talem notitiam, mercatus sum .i. emi, hic in proximo .i. in hac vicinia, agrum. i. rus, & prædium, nec sanè. i. certe, quidquam rei .i. aliqua causa ferè non fuit amplius. i. non fuit vltra illam notitiam, quæ videlicet res me induceret ad emendum illum agrũ. vel quidquam rei non fuit amplius. i. maius quo moueret ad id emendum, tamen vel virtus tua, vel vicinitas .i. propinquitas. nam vicinia significat homines, qui propè domum nostram habitant, sed vicinitas est ipsa domorum propinquitas. (quod .s. esse vicinum, puto .i. reputo esse supp. in propinqua parte .i. in coniuncta portione amicitiæ) tua inquam virtus, & vicinitas, facit. i. inducit me, vt moneam te audacter. i. libere, & familiariter eius supp. quod videris mihi facere præter ætatem tuam .i. contra tuam senectutem, & præterquam res tua .i. tua vtilitas, adhortantur .i. admonet, suadet, postulat, vt fiat. nam proh, exclamatio vehemens imploro supp. fidem .i. opem, & auxiliam, deum. i. deorum, atque hominum, quid tibi vix .i. quod dicitur, quid oportet tibi, quid quæris. i. quid petis. natus es annos sexaginta. i. habes sexaginta annos, aut plus eo numero, scilicet. i. vltra, eum numerum, vt conijcio. i. coniecturo, hinc coniectura dicta est à coniect. i. à directione quadam rationis ad veritatem, vnde somniorum, & omnium interpretes coniectores dicuntur, nemo habet agrum meliorem. i. fertiliorem, neque maiores precij .i. pluris valentes in his regionibus, & nemo habet complures. i. plures, compositum pro simplici, seruos quam tu habes. s. proinde. i. ideo, quasi nemo sit .i. quasi neminem habeas. tute. i. tumet fungeris officia illorum, nunc dicimus tantum fungi officijs, & non fungi officia, vt hic, nunquam egredior tam mane, neque reuertor domum tuam tam vesperi .i. tam sero, tam tarde, quin .i. quod non conspicer .i. videam, te fodere in fundo .i. in parte agri tui, aut quin videam te arare, aut aliquid facere in fundo inquam tuo. Denique nullum remittis. i. relaxas tempus, quin semper labores, neque respicis te .i. tui non ducis rationem, nec tuæ parcis valetudini, scio satis certo pro certe, hæc non esse tibi voluptati. i. ad delectationem. At. i. sed dicis, me penitet .i. mihi parum videtur quantum operis fiat hinc .i. mihi parum videtur esse de eo, q̃ fit hic à seruis meis, qui pro maiori parte dici cessatores sunt, propterea ipsi opera manum liber admouere. si sumas id supp. operæ tuæ .i. id laboris, quid quod consumis. i. conteris, perdis in opere faciundo. i. in operãdo in agro. si in quam sumas id opere in illis seruis excendis. i. incitandis ad opus faciendum. Plus agas. i. magis operareris, &, vt dici solet, plus lucrareris, seu lucri faceres, vel tuæ vtilitati magis consuleres. M. O Chr. ne. i. vtrum tũ ocij. i. cessationis, vacationis, quietis est tibi. Ab re tua .i. à tuis negocijs familiaribus, vt cures aliena. i. res aliorum, seu negocia, quę nihil. i. nulla tenus, attinet. i. spectant ad te. C. Ego sum homo, ergo socia-

GVID.

bilis

bilis per naturam. & non ſolum ad me,ſed ad alium iuuandum natus: puto nihil humani. nihil ſpectans ad hominem,eſſe alienum à me.i.à me abhorrens,& ad me non ſpectare. Puta me vel monere hoc, vt.ſ.non te ita excrucies vel percontari.i.interrogare arguendi gratia,rectum .i. officioſum eſt, & honeſtum, vt ego faciam hoc ſupple.i.vt te admoneam, aut percõter non eſt meum ſup.vel non eſt mihi integrum,ſolutum,aut liberum,aut ad me non ſpectat, vt deterream.i.deflectam te ab inſtituto pro poſito,ſed meum eſt te admonere,aut interrogare. M. Vſus eſt mihi.i. opus eſt mihi more Plautino,vel ſi vis capere vſum pro vtilitate. ſenſus eſt. Vtile eſt mihi ſic facere ſup. fac vt opus eſt tibi, facto .i. facere. ablatiuus participij præteriti temporis hic ponitur pro infinitiuo,vt Sal.fecit. Priuſquam incipias conſulto,& vbi c.m.o.e.f.i.conſulere,& facere. C. An.i.vtrum,vſus .i. opus,vel vtile eſt,cuiq̃.i.alicui homini, vt cruciet.i.torqueat, affligat ſe? M. Mihi eſt vſus.ſ.vt me cruciem. C. Si quid laboris .i. ſi aliquis in eo faciendo quod facis labor eſt,nollem .i. recuſarem ferret, ſed quæſo.i.obſecro quid iſtud mali eſt.i.quid ſibi vult iſtud malum,quod pareris,quid.i.in quo tantum.i.tam grauiter,& tam ægre meruiſti de te.i.quid ita iratus eſt in te aut de te male cõtentus,vt tam male de te mereris, ſeu male te tractes mereo autem,vel mereor de te eſt aliquid in te confero,vel bonũ vel malum. M. Heu,hoi,interiectio dolentis effuſe. C. Ne lacryma.i.noli lacrymare,ſeu flere, atq; fac me,ſine neceſſitate ponitur me.fac ergo vt ſciam iſtud quidquid eſt.i.quæcunque res ſit,ne retice .i. noli celare quidquid eſt mihi.ſ.ne verere .i.noli timere,crede mihi,iuuero .i. adiuuabo te,aut conſolando,aut conſilio.i.ſuaſu, & datione conſilij,aut re.i.ipſo effectu. M. Vis ſcire hoc quidq̃d eſt. C. Quidem.i.certe,volo ſcire hac cauſa.i.propter hanc cauſam,qua cauſa.i.propter quam cauſam dixi tibi.ſ.vt te leuem labore. M. Dicet tibi,videlicet quidquid eſt. C. At.i.ſed,interea.i.dum tu dices,appone .i. iuxta te pone,neque ſuſpenſos teneas iſtas raſtros. dicimus raſtrum in ſingulari,& raſtri in plurali. dicti autem ſunt à radendo, q̃ terram radant,vel labora.i.noli te vexare,aut te ita labore conficere.interdum ne labora ſignificat,ne cura,noli curare. M. Minime.i. non apponam raſtros meos. C. Quam rem.i.quid agis? te ita cruciando. M. Sine.i.patere me laborare,ne.i.vt non dem,mihi quod .i. aliquod tempus vacuum,laboris .i. vt nullo tpe ſim ſine labore meis meritis poſtulantibus. C. Inquam .i. dico tibi non ſinã.i.non patiar te ita facere. M. Ah,dolentis eſt,non facis æquum.i.rem iuſtam. C. Hui,cõmiſerantis eſt exclamatio, quęſo.i.obſecro,portas ſup.hos raſtros,tam graues.i.tam põderoſos. M. Meum me,eſt ſic.i.id,quod merui ſic poſtulat,vt tales geſtẽ raſtros. C. Nunc loquere.i.explica cauſam. M. Habeo filium vnicum adoleſcentulum,Ah,dolentis eſt,quid.i.cur dixi me hr̃e, imò .i. ſed habui filium ò Chrem. priuſquam mea culpa iret militiam,incertum eſt .i. dubium eſt,non conſtat habeam nec ne nunc eum.i.quod dici ſolet,licet non ſatis recte, In certem eſt ſi habeam nunc an non. C. Quid.i.cur iſtud eſt ſup. ita videlicet,vt non habeas filium. M. Scies anus.i.vetula aduena .i. peregrina,non hinc oriunda,ſed è Corintho.i.ex ea vrbe Achaiæ, paupercula,eſt.i.morat̃ hic,ſeu reſidet,ille filius cœpit amare filiam eius anus,perdite,aduerbium.i.miſere,& nimis vehementer,& in perditionem morum ſuoꝝ,propè.i.ferè iam, vt hr̃et,& teneret eam, & reputaret eam pro vxore.i.tanquam ſi eſſet vxor,hæc omnia fecit ſup. clam me .i. me neſciente,vbi .i. poſtquam reſciui.i.tanquã inopinatum cognoui id.ſ.eum amore captum,& habere eam pro vxore,cœpi.i.incepi tractare animum adoleſcẽtuli,non humaniter, aduerbium.i.non benigne, neq; rite,ſeu more humano, neq; vt decuit .i. vt congruum fuit tractare animum ægrotum.i.ægrum,nam animum q̃ger eſt,ſed corpus ægrotũ.ſed quotidie accuſabam eum.i.vi impetu, & via peruulgata .i. modo, & more cõi patrum .i. parentum, quibus ſunt inuiſi mali filiorum mores.hæc autem excuſandi mihi fuit via alloquendo filium, & dicendo. hem indignantis interiectio,ne.i.vtrum ſperas.i.credis,tibi licere.i.pmitti facere,hæc.i. talia,quę facis diutius.ſ.vt habeas amicam prope iam loco vxoris,me patre viuo .i. viuente,ò Clinia erras.i.falleris opinione tua,ſi credis id.ſ.vt tibi liceat tibi diu,& ignoras me.i.haud meũ noſti ſtomachum. Ego volo te dici eſſe meum.i.q̃ tu dicaris eſſe meus filius,tantiſper.i.tandiu, dum .i. donec,aut quandiu facies id,quod eſt dignum te,in ablatiuo .i. quandiu fungeris tuo officio,aut facies,quod debes,quod.i.ſed,vel quod dignum te ſi non facies,ego inuenero.i.excogitabo quid ſit dignum.i.honeſtum,& æquum me facere in te .i. erga te,ſeu contra te. Adeo .i. certe. ex nulla cauſa iſtud quod efficis fit .i. efficitur, niſi .i. præterquam ex nimio ocio.i.ceſſatione,& requie ab operibus. Nam diuturna quies vi.i.a.m. Res interdum ſignificat imperiũ. Interdum diutius. Aliquando litem, quandoque Venerem,& quandoque alia multa. Ego Menedemus iſtuc ætatis.i.cum eſſem iſta ætate,qua es,dicit eodem modo. Cic. in epiſt. id ætatis pro ea ætate,non dabam operam.i.non indulgebam amori,ſed abij.i.diſceſſi hinc.i.ex patria natali,in Aſiam .i. in eam prouinciam,ſeu in eam partem orbis. nam ex Aſia tertia pars orbis,& prouinciam in ea parte eiuſdem nominis,pp pauperiem.i.quia eram pauper, & vnuſquiſque cupit pauperiem fugere tanq̃ magnum malum,vt inquit Horat.atq; ibi.i.in Aſia,repperi.i.adinueni.i.acquiſiui mihi,ſimul .i. pariter,rem.i.diutius,& gloriam .i.laudem,& honorem, cum armis .i. cum inſtrumentis belli .i. ad bellum faciendum. Alij lib.non hñt cum,& tunc armis belli intelligatur.i.præclara geſta,quæ geſſi in bello. Poſtremo.i.tandem res.i.negocium de filio,redijt eo.i.ad hæc quæ ſequuntur, ſeu ad hunc ſtatum,hoc eſt tandem res eo deducta eſt, vel res eo proceſſit,ſeu profecta eſt,ſeu redijt eo.i.ad talem ſtatum,qui ſequitur. Adoleſcentulus.i.filius,victus eſt.i.fractus eſt, & à proposito malo amoris deflexus,audiendo ſæpe eadem conuitia.ſ. & probra,& grauiter .i. moleſte, & ægre,audiendo inquam ea. Putauit.ſ.& filius me patrem plus ſcire, & prouidere ſibi,quàm ſeipſum,ætate.i.pp ætatem,quia ſenex eram,& beneuolentiam .i.q̃a videbat me bene ſibi velle,& ita laudat filium,qui in malo non fuerit pertinax,vt multi ſunt. O Chr.abijt in Aſiã ad regẽ Aſię.ſ.militatum.i.ad militandum,vel vt militaret̃ ſub eo Chr. quid ais,admirantis eſt,hoc dictum potius, quàm interrogãtis. M. Profectus eſt clam me.i.me neſciente,abeſt.i.abſens eſt, & tres menſes.i.quod inepte dr̃,eſt abſens de poſt tres menſes. C. Eſtis ſupp. amabo .i. tam tu,q̃ ipſe,accuſandi .i. culpandi,etſi.i. quamuis, tamen illud inceptum .i. inſtitutum propoſitum filij tui,eſt ſignum animi prud.& non inſtrenui,imò ſtrenui,& valẽtis,ſeu elati. M. Vbi.i.poſtquam,comperi.i.cognoui per inueſtigationem ex ijs ſocijs,qui fuere conſcij.i.participes eius, vel conſcij.i.conſentientes ei filio, reuertor domũ mœſtus .i. triſtis atque animo ferè per.i.penitus turbato, & commoto,atque incerto.i.perplexo,aſſideo .i. iuxta aliquid ſedeo, nam componit̃ ex ad,quod ex iuxta,& ſedeo, vel ponitur compoſitum pro ſimplici,præ ægritudine.i.præ dolore animi,ſerui.i.famuli mei,accurrunt.i.celeriter ad me veniunt,accurro enim componitur ex ad curro is,detrahunt.i.deducunt à pedibus,ſeu diſſoluunt,ſoccos .i. calceos, ſoccus calcei genus eſt dictus, vt alioqui volunt quaſi ſaccus,quia calcationi ſit facilis,quales ſunt quas pedithecas vocant.Eo aũt calciamento comœdiarum actores vtebant̃, quemadmodum,& cothurno tragędi, vſq; adeo vt pro ſtylo comico poni poſſit,quemadmodum cothurnus pro ſtylo tragico. Video alios ſeruos meos feſtinare ſternere.i.parare lectos. Lectulis n.ſtratis antiqui cœnitabant. Inde triclinium à tribus lectis dictum.Horat. Sæpe tribus lectis videas cęnare quaternos. Video inquam alios feſtinare apparare.i.laute parare cœnam, nam apparare eſt ad dignitatem quandam ac veluti pompam. Præparare vero eſt quæ vtilia ſunt,aut fore creduntur, quiſque pro ſe.i.ex ſua parte,vel pro virili ſua,aut pro qualitate roboris ſui. Virg.in v. Pro ſe quiſque viri.faciebat.i.efficiebat,ſedulo.i. inſtanter,ac ſine dolo,quo.i.vt,lenirent.i.mitigarent mihi, illã miſeriam.i.calamitatem. Vbi.i.poſtquam,video hæc quæ facie bant ſerui,cœpi cogitare.i.conſiderare. Hem .i. indignatiue,& dolenter; tot ſerui ſunt ſoliciti .i. anxij cauſa mei ſolius, vt expleant me vnũ.i.vt mihi vni ſatisfaciant cumulate,at mihi morem gerant,tot ancillæ veſtiant me? q.d. non facient,ego ſolus faciam tantos ſumptus .i. tanta impendia, ſiue tantas impenſas domi,q.d.non faciam,ſed ego eieci hinc mea iniuſtitia eũ gnatum vnicum miſeꝝ, quem Gnatem decuit.i.decens fuit vti pariter.i.æqualiter,vt ego his ſumptibus, & ſeruis,aut etiam quem decuit vti amplius, q̃ illa ætas iuuenulis eſt magis idonea ad hæc vtenda.i.ad vtendum his,vel vt vtatur his p̃dictis,vbi vtenda gerundinum eſt nomen,quidem.i.certe,deputem.i.valde putem me eſſe dignũ,quouis.i.quolibet malo.i.qualibet afflictione,ſi faciam id,quod dixi.i.ſi patiar vt tot ſerui pro me ſint ſoliciti,q̃ tot ancillæ veſtiant, quòd tantos ſumptus faciam,quæ omnia prædicta dixerat indignatiue, intelligens ſeſe non eſſe facturum. Nam vſque.i.aſſidue dum.i.quouſque, vel quandiu ille filius incolet.i.exercebit,vel ducet, vel aget,aut frequentabit illam vitam inopem .i. miſeram, carens patria .i. exul à patria propter meas iniurias .i. contumelias, interea.i.tandiu dabo illi vſque .i. aſſidue ſupplicium .i. pœnas de me,laborans .i. laborando,quærens.i.acquirendo cum labore, parcens.i.coer-

tans,& constringens solitum victum, & tanquam parcus fortunis parcendo,& eas reseruando,seruiens.i.seruiendo illi conqrendo, & conduplicando vndique illi diuitias more boni serui. Dare alicui de se suppliciũ significat punire seipsum illius vice, hæc sunt illa quæ senex facienda sibi decreuerat, nunc ostendit ad rem verba accessisse,seu esse collata inquiens, facio ita vt deliberaui. prorsus .i. omnino, nihil relinquo în ædibus .i. domi meæ nec vas.s.relinquo,nec vestimentũ corrasi.i.vndiq; coadunans,& colligens vendidi omnia.s.ancillas,seruos, nisi.i.præter eos,qui facile exercerent.i.bene collocarent,& demerentur suũ sumptũ.i.præter eos qui, vt vulgo dici solet, bene implerent id quod constarent suo sumptu in opere rustico faciundo.i.in me ditando in agro,siue in fodiendo, siue in arando in alijs id genus. Cum dicere volumus aliquem nil omnino tam paruum reliquisse ex rebus suis quod non alienauerit, & recte dicemus, Omnia corrasit, quasi etiam raserit parietes,& cetera, si ex illis radendis aliquid commodi potuerit consequi. Interdum corradere (vt ait Don.) significat difficulter comparare. Terent.in Adelph.Minas decem corradet alicunde.i.difficulter comparabis. Abradere aũt significat per vim auferre ꝓduxi.i.exposui vęnales seu proposui,nam producere significat foras ducere.Inde productores dñr, qui virgines abducunt, & ad quæstum exponunt ac vendi omnes seruos.s.meos.ilico.i.protinus,inscripsi.i. proscripsi vænales ædes apponens inscriptionẽ ad fora talem. Hæc domus est vænalis, vel alia id genus, inscripsi ergo ædes mercede.i.pcio coẽgi.i.congressi, coadunaui, quasi.i.propè 15. talenta.Talentum Athenienſe paruum constat ex 60. minis siue libris. Talentum verò magnum constat ex octogintatribus,& quatuor vncijs.Est etiam talentum Euboicum,quod Attico talento paulo minus est,Mercatus sum.i.emi hũc agrum.i.in hoc agro exerceo.i.fatigo me. O Chr. decreui.i.constitui me facere minue iniuriæ meo gnato, tantisper.i.tandiu, dum.i.quandiu,fiam.i.efficiar,miser.i.afflictus.Decernere proprie est de rebus magnis certam proferre sententiam, nec.i.& decreui non est fas.i.non licere me frui hinc vlla voluptate.i.aliquam capere voluptatem, nisi.i.præter q̃ vbi.i.postquam, vel qñ, ille.s.filius meus,particeps.i.hæres meus, quasi nunc partem capiens bonorum meorum, vel etiam particeps.i.cui debeam credere omnia mea cõsilia,redierit.i.reuersus fuerit,vt saluus.i.incolumis. C. Puto me esse leni ingenio.i.te esse natura miti,& benigne,ac indulgenti,in libros.i.erga filium,nam,vt Gel.ait liberos dixerũt actores numero multitudinis de vno tantum filio,quin qđ longe est mirabilius de vnica filia, & puto illũ filium esse obsequentem.i.officiosum, morigerum, obsequiosum, si quis tractaret.i. foueret eum recte,ac commode.i.opportune,tempestiue. Vęx .i.sed,neq; tu noueras.i.cognoscebas, satis illum.i.mores eius, neq; ille satis nouerat.i. cognoscebat te.i.tuos mores hoc .s. vt mores ignorentur, fit.i.efficitur, vel contingit,ibi.i.tunc, vbi.i. qñ non viuitur.i. vita nõ agitur recte vt decet, tu nunq; ostendisti quanti penderes.i.quanti æstimares, aut quanti faceres illum filium. Tractum aũt ab antiquis, qui ante pecuniam signatam æs & argentũ pendebant.i.ponderabant.Inde pendere pœnas dicimus.i.dare seu luere pœnas.Nam antiquoꝝ pœnæ erant pecuniariæ.Inde pendere dicimus æstimare siue liceri.Inde nihilipendere dicimus.i.nihilifacere.Inde paruipẽdere, floccipendere,magnipendere, nec ille filius ausus est credere.i.committere & impatire tibi secreta sup.sua, seu consilia, quæ æquum est.i.iustum est filios sup.credere.i.committere patri, vt nihil moliantur parentibus inconsultis. Quod si factũ esse videlicet,vt & tu illi ostendisses quanti eũ faceres,& ille sua tibi ꝓfilia credidisset,nunq; hæc venissent sibi.s.vt tu ita dolores, & filij pũtia priuatus esses. M. Est ita.i.eo modo quo dicis res se habet, fateor.i.profiteor ita esse pctñ meum est maximũ.i.grauissimũ erraui. C. O Menedeme, at porrò.i.sed certe. recte spero.i.bono est mihi spes, seu recta spe sum,& confido.i.credo illũ filium affuturꝫ esse.i.qd aderit,hic propediem.i.breui,cum.s.iam propè est dies. M. Vtinam Dij faxint pro factant. C. Facient.i.efficient vt tu redibeas filiũ,nunc si cõmodum est.i.si tibi est opportunũ & tempestiuũ & non molestũ,voloq. sup.sis hodie apud me, qa sup.Dionysia sunt hic.i.in hoc anno,hoc est nunc sunt bacchanalia,siue orgia quæ sunt Bacchi sacra, seu festa, qui bacchus vna suarum appellationũ dr Dionys. Eius aũt sacra à plerisq; Gręciæ vrbibus triẽnio quoq; celebrabant. M. Non possum.i.esse ꝓuiuia apud te. C. Cur nõ potes esse apud me q̃so.i.obsecro, tandẽ.i.vno verbo qđ tantã vim hr̃e apud te velim quantã si diu te rogassem, & illud foret vltimũ, hoc est qđ postulat Chr. parce aliquantulũ tibi.i.aliquãtulũ tuos remitte, seu interseca labores, ac interrũpe filius absens vult te facere hoc.i.vt parcas tibi. M. Non conuenit .i. non est conueniens nunc ipsum fugere laborem,qui .s. ego impulerim.i.impergerim,& intruserim illum filium ad laborem sumendum. C. Sicci ne.i.vtrum talis est sententia,& opinio est. M. Sic est sup.sententia mea. C. Bene vale.i.mane bene vales abi. C. Excussit mihi lacrumas.i.lacrumari me fecit.i. lacrumas in finibus oculoꝝ meoꝝ oboriri fecit quæ ex oculis manarunt ac si forent excussæ. Nam excutere significat commouendo aliquid deijcere, vt exculte te de puluere .i. te mouendo vehementer deijce à te puluerem,& me miseret eius Menedemi .i.eius misericordia teneor. Sed vt.i.quandiu tempus dici est me oportet monere .i. admonere certiorem facere hunc vicinum Phaniam nomine vt veniat ad cœnam, ibo vt visam .i. videam hic,alias eam ad videndum si est domi. Deinde vt sciuit eum iã esse domi suæ subdit, nil.i.non fuit opus monitore .i. vocatore ad cęnam.aiunt hoies.s.id est dñr eum prẽsto esse.i.adesse promptum,seu paratum esse,& comparare iandudum.i.ex aliquanto ante tpe egomet moror.i.in mora detineo, conuiuas.i.eos qui ad conuiuium mecum venerunt, cum.n.eos deberem expectare,me expectant. Ibo hinc .i. ex hoc loco,intro .i. in domum meam. Sed quid.i.cur fores crepuerunt.i.patefactæ sunt,& apertæ.quisnam.i.quis egreditur .i exit,aut affluit,quemadmodum prius diximus eamus ad me pro eo quod barbare dici cõsueuit eamus penes me, concessero.i.concedam coniunctiuum ꝓindicatiuo,hoc est me conferam,vel intrabo huc.i.in domum meã.

ARGVMENTVM) Ex officio Chremetis,erga Menedemum nascitur argumenti narrandi occasio. [Quãquam hęc) Obiurgaturus captat beneuolentiam ab officio. [Nam proh deũ)Obiurgatio vehemens,cui implicãtur rõnes ab ætate, a fortuna, à tempore.[At enim dices)Obiectio,quæ soluitur ab vtiliori.[Chreme)Reprehensio.[Homo sum nihil) Replicatio ex coniugatis.[Mihi sic est)Responsio.[Sed quid ıtthuc)extorquet tandem Chremes,& officium suum pollicetur. Totum autem quod sequitur est præparatio quædam ad futuram narrationẽ. [Filium vnicum)Narratio. [Humanitus) Humãno more,clementer.[Sed si id non)Comminatio.[Nulla adeo) Exprobatio ad amplificationem quæ exaggeratur exemplo dissimili. [Assido,accurrunt) ὑποτύπωσις. [Hem tot mea) Alia prosopopœia. [Malo quidem)Consilium senis.[Ingenio te.)Culpatio,quæ refertur ad id, quod supra dixit, ambo accusandi. [Vere viuitur) Vere.i.aperte,remota dissimulationem.[Menedeme) Consolatio. [Nunc si commodum)Oeconomia ad sequentem scenam. [Lacrumas excussit) Hæc secum digressus Chremes. LATO.

QVANQVAM &c.) Illius patris affectus vehemens in vtranque partem, qui ætates rationem non habens adolescenti filio duras leges imponit, deinde paterno amore victus in contrarium mutatur, nec tenet mediũ in disciplina domestica, quæ habet delectum rationi conuenientem,hac scena exprimitur,hominemq. ab homine, ea ratione qua homo est, non esse alienũ ostenditur. Homo.n.natus est,vt homini prosit,si vult vero humanitatis nomine censeri. Quapropter Cato apud Cic. lib. 4. de Fin. sic ait: Et hoc nascitur, vt etiam communis hominum inter homines naturalis sit commendatio, vt oporteat hominẽ ab homine,ob id ipsum,q̃ homo sit non alienum videri. [His operis fiat,pœnitet) Parum id videtur,quod fit in opere rustico me cessante. Gell.lib.xvj.loquens de propria significatione huius verbi pœnitet, sic ait: Tametsi antiquiores verbo ipso alio quoque modo vsi sunt,& pœnitet,ab eo quod est penè, & à penuria dixerunt. Homo sum,&c. Sen.lib.15.Epist.sic ait: Omne hoc quod vides,quo diuina,at humana conclusa sunt,vnum est. Membra sumus corporis magni natura nos cognatos edidit. Hæc nobis amorem indidit mutuum, & sociabiles fecit, ille æquum iustumq. imposuit, ex illius institutione miserius est nocere quam lædi, ex illius imperio paratæ sunt iuuantis manus. Isti versus in pectore,& ore sint. Homo, sum, nihil humani à me alienum puto habeamus in commune quod nati sumus. [Dum fio miser) Cic.in 3.Tusc.sic scribit: Quod ille Terentianus,ipse se puniens,decernit vt sit miser. Num quis igitur quid quam decernit inuitus? Malo se dignum deputat,nisi miser sit. Vides ergo opiniones esse, non naturæ malum. PETR. MARS.

HVIVS totius scenę omnes versus sunt senarij iambici,vt sunt omnium primarum scenarum. In 14.aut Horum,aut Eorum legendum,non illorum.In 20. ego Dices,omittendum cẽ seo,pp carmen,& facile intelligitur. Nam vt obiectio per eclipsim mouetur,ita per eclipsim soluitur.In 21.proceleusmaticus est primo loco,nisi d,elidamus in Quod.In 22.vel l,elidit in Illis,vel,quod malim,creticus est loco secũdo.In 23.vel tua monosyl GLAR.

nosyllabum totum eliditur, vel creticus est loco, quarto. In 25. vel Homo iambui est, vel m, in Sum non eliditur. In 30. vel s, in Laboris, deinde d, in sequente Quid eliduntur, vel bacchius est locis tertio, & quinto. In 31. videtur Eheu trisyllabũ esse, vt faciat creticum, & iambus veniat in vltimum locum. Nam apud Horat. prior syllaba lunga est, nisi quis dicat i, in Meruisti, non elidi, & Eheu priorẽ corripere propter vocalem ante alterã vocalẽ 35. versus ferè in libris deprauate legitur, alij Quidem, alij Equidem legunt, alij elidunt s, in Vis, atq; ij coguntur equidem legere. Ego puto carmen ita legendum. M. Scire hoc vis? CH. Qua quidẽ causa, dixi tibi, q.d. iam dixi tibi qua causa id velim, & habet plusculum gratiæ ad significandam cupiditatem, si post Causa distinguas, ac mox inferax. Dixi tibi, quanq; si legatur, Quidem, bacchius loco, tertio hanc difficultatem soluit. In 36. Ioan. addit, At, ante Istos, sed nihil ad carmen. 38. versus in omnibus quotquot viderim exemplaribus vna deficit syllaba. Ego initio in ponendam puto interiectionem. Ah, sicut continuo sequente versu, Atqui vel hinc æstimare licet quanta ante nos dili gentia quidã Terentij versus examinauerunt, qui ad talia silẽt. In 45. Eius monosyll. In 48. proceleus. initio. In 49. Via mono syllabum est, nisi quis creticum tertio loco admittat. In 50. secunda syllaba de Quotidie producitur. In 58. vel s, eliditur in Istuc, vt sit primo loco anapæstus, vel prior syllaba de Ego à superiore carmine absorbetur, vel deniq; bacchius est, quod dicere malim. In 59. vel d, eliditur in Sed, vel, proceleusmaticus est primo in loco. In 63. Ioan. Me non elidi, sed corripi dicit, vt sit dactylus secundo loco. quanquam poterat prius Et, ante Me poni, sed duriusculum, fuerit, ideoq. facile cum Ioan. sentio. In 37. proceleusmaticus est primo loco. Eodem modo, & in 76. in cuius versus fine Laurentius Valla de latina lingua meritissimus Mei, legit, non Mea lib. 2. cap. j. Putat enim passionem hic significari. ego Mea legendum puto, vt actio in seruitijs explicetur. Ceterum neque Vnum in sequenti versu, ipse legit, sed potest optime legi, si quidem Solius dissyllabum fuerit, vt frequenter est. In 81. vel d, eliditur in quod vel s, in Magis, vel bacchius est loco primo. Nã do in Idonea longa est. 82. ita alibi legitur:

Ego eum hinc eieci miserum iniustitia mea.

Alioqui vt vulgo legitur, Eum ego eieci hinc miseram iniustitia mea. erit primo loco tribrachys absq; elisione o. In 84. Ioã. Colet, legit, pro, Incolit, sed nihil ad carmẽ. In 88. proceleusmaticus est primo loco. In 96. vel meo monosyll. vel bacchius loco secundo. Ita Meus in 98. In 100. Doct. Elidit l, in Illum. at ego malim vel Et à superiore versu elidere, vel bacchium loco primo ponere. In 11. s, elidit in Satis. In 104. vel l, in ille elidit, vel creticus est primo loco. Decimus à fine nisi aut per epenthesim legamus Impullerim, aut impegerim legerimus non ꝑstat. In 7. a fine vel Eius monosyllabũ est, vel d, in Sed eliditur. In 4. à fine s, eliditur in Opus, vt in sequente d, in Apud, nisi in priore Fuit monsyllabũ putemus, aut creticũ primũ pedem in vtroq;.

ACTVS I. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Clinia domum ex Asia reuersus mirum in modum solicitus est de amica, quam abiens Athenis reliquerat. De Clinia in patriam reditu magna cum animi voluptate Clitipho nunciat patri suo Chremeti. Chremes filio ex Cliniæ vita, & moribus viuendi modum præscribit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Cliniæ qui ex Asia redierat, ingens de amica solicitudo exprimitur. Accedit, & sodalis opitulator Clitipho, qui aduentum Cliniæ mira voluntate patri Chremeti narrat. Qui deinde filio suo Clitiphoni viuendi modum Cliniæ exemplo, tam pulchre, quam moraliter præscribit.

Initio scenæ Iambici. Dein Trochaici quidam. Postremo Iambici Tetrametri Acatalectici.

CLITIPHO adolescens, CHREMES.

NIHIL adhuc est, quod vereare Clinia:
haudquaquam etiam cessant:
Et illam simul cum nuncio tibi hic ego affuturam
Hodie, scio. proin tu solicitudinẽ istam falsam, quæ te
Excruciat, omittas. CH. quicum loquitur filius?
CL. pater adest,
Quem volui. adibo. pater oportune aduenis.
CH. * Quid est. CL. hunc Menedemum nosti ne nostrum vicinum? CH. probe. * Quid id est?
CL. Huic filium scis esse? CH. audiui, in Asia. CL. non est pater, apud
Nos est. CH. quid ais? CL. venientem, e naui egredientem adduxi illico
Ad cenam. nam mihi magna cum eo iam inde vsque à pueritia
Semper fuit familiaritas. CH. voluptatem magnam nuncias.
Quàm vellem Menedemum inuitatum, vt nobiscum hodie esset amplius,
Vt hanc lętitiam nec opinãti primus ei obijcerẽ domi:
Atque etiam nunc tempus est. CL. caue faxis: non est opus pater.
CH. Quapropter? CL. quia enim incertum est etiam, quid se faciat. modo venit.
Timet omnia, patris iram, & animum amicæ se erga vt sit suæ.
Eam misere amat. propter eam hæc turba, atque abitio euenit. CH. scio.
CL. Nunc seruolum ad eam in vrbem misit, & ego nostrum vna Syrum.
CH. Quid narrat? CL. quid ille? se miserum esse.
CH. miserum? quem minu' credere est?
Quid reliqui est, quin habeat, quæ quidem in homine dicuntur bona?
Parentes, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, ditias:
Atque hæc perinde sunt, vt illius animus, qui ea possidet:
Qui vti scit, ei bona; illi, qui non vtitur recte, mala.
CL. Imò ille senex fuit importunus semper: & nunc nihil magis
Vereor, quàm ne quid in illum iratus plus satis faxit patet.
CH. ille ne? sed reprimam me: nam, in metu esse hũc, illi est vtile.
CL. Quid tute tecum. CH. dicam. vt vt erat, mansum tamen oportuit.
Fortasse aliquãto iniquios erat prẽter eius lubidinem:
Pateretur: nam quẽ ferret, si parentem nõ ferret suum:
Hunccine erat æquom ex illius more, an illum ex huius viuere? &
Quod illum insimulant durum, id non est, nam parentum iniuriæ
Vniusmodi sunt fermè, paulo q est homo tolerabilis.
Scortari crebro nolunt crebo conuiuarier:
Præbent exigue sumptum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia.
Verum vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala,
Necesse est Clitipho consilia consequi cõsimilia. hoc
Scitũ est, periclum ex alijs facere, tibi quod ex vsu fiet.
CL. Ita credo. CH. ego ibo hinc intro, vt videam, nobis quid cenæ fiet.
Tu, vt tempus est, dici, vide fis, ne quò hinc abeas longius.

IOAN. CALPH. IHIL adhuc est, quod vereare) Hic Cliniæ, qui ex Asia redierat, ingens de amica solicitudo exprimitur. Accedit & sodalis opitulatur Clitipho, qui aduẽtum amici mira voluptate patri narrat. [Nihil adhuc, quod vereare) Clinia miserat accersitũ Antiphilam, discruciabatur q̃ nõ redierit. [Haud quaquam etiam cessant). i. nondum differunt aduentum. [Solicitudinem istam) Bene sollicitudinẽ dixit. nam solicitudo est quę inhæret mentibus: Solicitatio, quæ ab alio fit. [Audiui in Asia esse) Recta eiuscemodi est oratio per infinitum. Nam non Latine dr̃, Audiui q̃ in Asia est. [Nec opinati) Insperatum enim gaudium maius esse solet, quemadmodum & dolor acerbior, si non opinanti obijcitur. [Caue faxis) volebat Chremes nunciare Menedemo redijsse filium, seu Clitipho prohibuit q̃ Cliniæ nõ dum patris voluntas esset perspecta. [Miserum? quem minus credere est?) Minus, hoc loco pro non, ponitur. Non est, inquit, credendum Cliniam esse miserum. hoc ad sequentia respicit. ſ. Quid reliqui est quin habeat quidem esse in homine dicuntur bona? [Minus credere est?) Pro, non credendum est. huiusmodi locutio parum Latinis vsui est. [Quæ quidem in homine dicuntur bona) .ſ. à vulgo. Cum tantum animi bona, secundum philosophus, appellanda sint. Et hoc, illud qd̃ supra dixit Chremes affirmat .ſ. Cliniam non esse miserum. [Ille ne?) Chremes sermonem quam cœperat repressit, vt exemplo Clinia filius terreretur. [Ille ne?) hoc clara voce pronunciandum. [Sed reprimam me) Hæc submissa voce protulit, ne audiret filius. [Hunc) .ſ. Cliniam. [Vt vt erat) Quam bene tuetur patrum partes, qui omnino filijs tolerandi sunt. [Præter eius libidinem) vult causam Cliniæ videri deteriorem, vt ostendat parentes filijs, ob vitia eorum, asperiores esse. [Nam quam ferret, si parentẽ non ferret suum?) Tale est illud, Cuius saluti consulet, qui suam negligit? [Erat æquũ) Ab æquo suscipit paternam defensionem. [Durum, id non est) Aliud obiectum refellit, & à statu definitiuo cẽset patrem non esse appellandum durum, qui filios à vitijs sua seueritate deterret. [Scortar) Est frequenter scorta ductitare. [Cõsequi cõsi.) Nam cuius animus in re mala semel corruptus est, in dies fit peior. [Cœnæ quid nobis) Minus dixit, quàm si dixisset, quæ cœna. Sic illud, Quidquid hoc hominis est: Aliter exprimitur quàm si diceremus, quis hic homo est.

GVID. NIHIL adhuc &c.) Hic Cliniæ qui ex Asia redierat ingẽs de amica solicitudo exprimitur. Accedit, & sodalis opitulator Clitipho, qui aduentum amici mira voluptati patri narrat. Miserat aut Clinia accersitum Antiphilam, discruciabaturq̃ q̃ non rediret, cui sic inquit Clitipho. CL. O Clinia nihil est adhuc quod. i. propter quod, vereare. i. timeas non venturam Antiphilam, hoc est nondum habes timendi materiam, seu occasionẽ, quod sic dici non satis culte solet, nihil est adhuc, de quo tu debeas timere, etiam haudquaquam .i. nequaquam cessant. i. differunt aduentum, & tardant, & quod dici solet, non morantur adhuc, seu non moram faciunt, & scio illam Ant. hodie affuturam tibi hic, simul. i. vna cũ nuncio, qui iuit eam accersitum. Proin .i. proinde, hoc est ideo, mittas. i. dimittas, istam. i. tuam solicitudinem, falsam. i. sine causa existentem, quę solicitudo excruciat .i. affligit te. CH. Quicum. i. cũ quo, filius meus .ſ. Clitipho loquitur. CL. Pater adest. i. prope est, vel aduenit, quem patrẽ volui abesse supp. vel quẽ volui. i. optaui, & desideraui, vt qs me vult. i. quis me petit, adhibo. i. ibo ad eum, vt decet filium patrẽ adire. O pater tu aduenis. i. accedis, opportune. i. tempestiue, au spicato, bonis auibus expectate venis. CH. Quid illud est pp quod opportune aduenio. CL. Nostin'. i. nosti ne hunc Menedemum nostrum vicinum. CH. Probe. i. bene, seu recte noui eum. CL. Scis filium esse huic. i. eum habere filium. CH. Audiui. i. accepi eum esse in Asia, quod dici non multum Latine solet, Audiui q̃ est in Asia. CL. O pater non est in Asia, sed est apud nos recte, & nõ est penes nos, nam penes nos est qd quid à nobis possidetur, & in nostra potestate est. Vt penes principẽ salus nostra est. i. in eius potestate. CH. Quid ais? interrogat id, quod audiuit admirabundus, neq; facile credens. CL. Ego abduxi. i. deduxi. illico. i. continuo, ad cœnam illum aduenientem. i. accedentem, & applicantem, seu appellentẽ, egredientẽ. i. exeuntẽ è naui, qua redibat ex Asia. i. cum applicaret, & è naui egrederet statim abduxi eum ad cœnam, nam familiaritas fuit mihi semper cum eo iam inde vsque. i. assidue, à pueritia. i. à tempore pueritiæ .i. iam ex eo tpe cum ambo essemus pueri. CH. Nuncias. i. narras, magna voluptatæ. i. magnam lætitiam. Vt Cic. in Epist. Voluptatem habui nimiam, quid narrat. i. quid noui refert, aut quid dicit? CL. Petis sup. quid ille narrat, narrat sup. se esse miserum. i. infelicem. CH. Narrat se esse miserum, quem. i. qualem. ſ. miseꝝ esse, minus est credere. i. non licet credere, sicut cernere est. i. cernere licet, q.d. non est credendum eum esse miserum, q̃. i. quantum, vellem. i. optarem Menedemũ patrem eius esse inuitatum. i. vocatum ad cœnam, vt esset nobiscum hodie amplius. i. vltra, vellem eũ esse inuitatum, vt obijcerem. i. offerrẽ domi, primus. i. ante ceteros hanc lætitiam ex patri, nec. i. nec etiam, opinanti. i. suspicanti, quasi præter spem ei accidat, quo maius gaudium esse solet, atq; etiam nunc ipsius est. i. adhuc satis maturum est eum inuitare, & ideo mittendus est, q̃ eum accersat. CL. O pater caue faxis. i. vide ne facias, & ita habemus faxim faxis faxit, & faxint. vt videre facile est, pro faciam, cias, ciat, ciant. non est opus. i. nõ est necesse, vt inuitetur. CH. Quapropter. i. cur non est opus. CL. Quia etiã incertum est quid Clinia faciat. i. intendat facere de se, q.d. nescit, quã viam vult ipse tenere modo. i. paulò ante, adhuc venit. i. appulit ex Asia. timet omnia, videlicet timet iram patris sui, atq; timet animum amicæ suæ. vt .i. q̃ non (vt aliquando prius dixi mus ex Donat. sententia) animus amicæ. ſ. nõ sit erga se. i. timet ne amica eum postergauerit, ac ne ei ex animo affluxerit, amat eam amicam misere. i. perdite, vehementer, & in suam miseriã. Hæc turba .i. hæc turbatio, & discordia inter eum, & patrem, & hæc abitio. i. discessio, seu profectio euenit propter eam amicã. Dicitur autem abitio ab abeo is abitum abitu. ũ, versa in io, fit abitio, nis. i discessio. nam abire significat .i. discedere. CH. Scio propter eam eum discessisse à patre molestatum sæpe. CL. Nunc misit seruulum in vrbem ad eum Antiphilam accersendam, & ego misi vna. i. simul. nostrum Syrum seruum. ſ. Chreme. Quid reliqui est. i. quid restat, quid relinquitur, quid superest, quid deest, seu abest: quin .i. q̃ non habeat ea, quæ quidem .i. certe. dicuntur .i. censentur à vulgo esse bona in homine, cum tamen philosophi tantum animi bona censeant appellanda habet ergo ea, quæ dñr bona. ſ. habet parentes, & matrem, habet patriam incolumen. i. sanam, & non armis quassatam, habet amicos, quos sibi conciliauit, habet genus. i. natales bonæ cõditionis, & sortis, seu prosapiam mediocrem, habet cognatos. i. propinquos de cognatione sua, habet diuitias .i. opes, atque hæc omnia, quæ nec de se sunt bona, neque mala, perinde .i. ita seu eiusmodi sunt, vt .i. qualis, vel cuiusmodi animus illius hominis est, qui possidet ea, quæ dñr bona à vulgo. Sunt inquam bona ei, qui scit recte .i. vt decet vti illis bonis, & sunt mala ei qui non vtitur recte illis, quæ dicuntur à vulgo bona. CL. Imò .i. sed ille senex .ſ. Menedemus fuit semper importunus .ſ. acerbus, molestus, infestus, & quod dici solet, male gratiosus, quasi non opportunus, & nunc nihil magis vereor, quam ne quid .i. quam quòd aliquid (nam hic ne significat tantum) quòd ipse pater, nisi mauis pater esse vocatiui casus, referrique ad Chremetem. Nil magis inquam vereor, quàm ne. i. quòd ille senex Menedemus iratus plus satis. i. plus æquo, seu plus quam decet, faxit .i. faciat aliquid in illum Cliniam CH. Ille ne. i. dicis te timere quòd ille senex sup. faciat aliquid in illum. Deinde Chr. se repræssit per aposiopesim, ne confirmaret Cliniam, videns bonum esse vt in timore foueatur, sed reprimam .i. cohibebo me, neque ostendam vltra eius patris teneritudinem in eum nam vti le est illi .ſ. Menedemo hunc filium suum esse .i. permanere in me. CL. quia dixerat Chremes reprimam me, interrogat filius, quid tute. i. tutemet voluis sup. aut cogitas, tecũ. i. apud te. CH. Dicam vt tu. i. vtcunque, siue qualitercunque erat. i. qualitercunque res se habebat. tamen oportuit mansum. i. oportebat filium manere. Vt curabo adductum tuum Pamphilum, quo adducere, vt prius visum est, fortasse. i. est possibile, quod pater erat aliquãto inquior. i. seuerior, & acerbior æquo, propter libidinẽ .i. propter lasciuiam eius filij, aut ꝓpter inordinatam, & temere susceptam voluntatem eius, pateretur. i. pati debebat, vel debuisset, vt faceres sæpe, pro facere debuisses, nisi mauis ad patrem referri, q.d. debebat pater eius pati libidinem, sed superior sententia melior propter id, quod sequitur. Nam quem hominem ferret. i. toleraret, si non ferret. i. pateretur patrem suum. Tale & illud est in aliquo, Cuius saluti consulet qui suam negligit. Huccine. i. vtrum hunc filium æquum erat. i. decebat viuere, ex more. ſ. ex arbitrio illius. ſ. patris, an erat æquum illum. ſ. patrẽ viuere ex more huius. ſ. filij, & id non est durum. i. asperum, seu acerbum, aut toleratu difficile. ſ. quod insimulat eum. i. incusat mores. Nam insimulare significat accusare, seu incusare, hoc est mores malos reprehendere, vt insimulo illum superbiæ. i. incuso. Nam iniuriæ parentum fermè sunt vnius rationis, seu similis, homo ille parens. ſ. qui est paulò. i. paululum tolerabilis. i. digna

dignus qui toleretur (nam tolerabilis passiue capi debet) non vult filium suum sup. scortari crebro.i.sæpe,seu frequenter scorta ducitare. Scortari.n.vt Varro,inquit, est sæpius meretriculã ducere,quæ meretrix à pelle scortum appellatur, q̃ vt pellicula subigatur. Scortes.n.pelles sunt arietinæ,& scorta,vt Fest. inqt, & similiter Var.appellantur omnia ex pellibus facta,seu corijs. non vult,inquam parens tolerabilis filium conuiuari crebro.i. frequenter suæ meretrici celebrare conuiuium.Nam conuiuoris,deponens verbum, aut significat celebrare,conuiuium, aut ad conuiuium inuitare, aut etiam frequentare conuiuia. Nonius etiam dicit inueniri conuiuo, pro conuiuos, pro eo quod est ad conuiuium inuito. Pomp.in munda,Si calendis conuiuant, idibus cœnant foris. Ipse homo tolerabilis inquam præbet exigue.i.parce sumptum.i.impendia, quæ fiunt in celebrandis conuiuijs, & meretricibus fouendis, atque hæc omnia, quæ facit pater sunt,tum.i.tunc ad virtutem acquirendam,&ad omittendas tales immunditias, verum.i.sed,vbi.i.postquam animus semel deuixit.i.irretiuit, illigauit.innexuit se cupiditate: aut libidinis,aut honoris,aut opum. O Clitipho fili mi necesse est cõsequi.i.considerare,similia consilia.i.similia proposita, seu similia susceptra, quod dicunt inepte aliqui interpretari scitum, hoc est scitum.i.scite,& docte,atque prudenter factum,&hic capitur passiue,quamuis scitus homo dicatur,sæpius,qui sciens est. hoc ergo scitum est.s.facere periculum.i.facere experientiam, seu sumere experimentum,aut consilium ex alijs.nam periculum interdum videtur pro consilio capi. Cic. ad Trebatium Cor. Nihil audeo dicere cuius periculo tu stultus es.i.consilio, quod.s. periculum factum ex alijs sit tibi ex vsu.i.vtilitate, hoc est sit tibi vtile. C L. Credo.i.existimo ita esse,vt dicis sup. C H. Eho ibo hinc intro.i.in domum vt videam,quid cœnæ. minus dicit quam si dixisset,quæ cœna sit nobis, quod dicit solet inepte pro videndo quid habemus ad cœnandum.tu fili vt.i.quandiu tempus diei est vide.i.caue,sis .i. si vir, ne quo .i. vt non in aliquem locum abeas.i.discedas,longius .i. nimis,longe, hinc.i. ex hoc loco, quod dici solet, vide ne elonges te nimis de hoc loco.

LATO. ARGVMENTVM) Indicatur Cliniæ reditus,& senex occasione exempli admonet filium. [Nihil adhuc) Principium indicat qua de re sint inter se locuti adolescentes. Proponitur aũt duorum exemplum, quorum alter modeste amat virginẽ, aliter scortum petulanter deperit. [Quam vellem) Optatio. [Quem minus)Interrogatio vice negationis.[Parentis,patriã) Congeries ad amplificationem. [Atque hæc) Sententia verissima. [Imò ille fuit) Defensio ex criminatione personæ,quia senex adolescentem perstrinxerat.[Dicam,vt vt) dissimulat Chremes, & incusando Cliniam filium oblique monet. [Nam quẽ ferret) A maiori. [Hunccine erat æquum) Iustum à persona. [Quod illum) Obiectio quam refellit à patris officio. [Periculum ex) Sententia quam vult esse comendatam filio.

PETR. MARS. NIHIL adhuc est,&c.)Suspicio amatoria,& timor hac scena describitur,quæ monet filios,vt parentum habeant rationẽ, & illis obsequantur,qui omni studio saluti filiorum consulũt, & honestari. Capiendumque ex alijs docet exemplum,quod ex vsu nostro fiet. Vnde Horat. in epist. agens poetarum partes, sic canit:

Recte facta refert, orientia tempora notis.
Instruit exemplis.

[Mansum tamen oportuit) Mansum dicitur quasi mansuetum quoniam omnia quæ fera sunt, inquit Nonius, manum crebro tactu mitescunt. Scitum est .i. præclarum,& doctrina plenum, quæ confert vitæ degendæ cum decoro.

GLAR. SI vspiam alibi certe hic iustæ querelæ iocus esset in annotatores huius Auctoris,sed negocium omissa,querimonia,sedulo agam. Sex prima carmina prorsus corrupto leguntur ordine, Quæ hic lectoris oculis subijcere placuit, dein iudicium nostrũ addicere.

Nihil adhuc est,quod vereare Clinia, haud quanquam etiam
Cessant, simul, & illam cum nuncio tibi affuturam hic
Ego esse hodie scio, proin solicitudinem istam
Falsam quæ te excruciat, omittas. C H R. Quicum loquitur filius?

C L. Pater adest, quem volui: adibo pater opportune aduenis.

C H R. Quid,id est? C L. Hunc Menedemum nostin' nostrum vicinum? C H R. Probe.

Primus versus trochaicus tetrameter catal. est,sed in Haudquid quam,m,à fine non elidit̃r. Duo deinde sequentes sunt iambici tetr. catal. in quorum priore Simul ante Et illam ponendum, in posteriore, Scio, & Proin, duo sunt iambici Quartus versus est itidem iambicus,sed acatalecticus, si Filius trisyllabum fuerit catalect.si Filius disyllabum.Quintus sextusq. troch.sunt catal.sed in posteriore,Quid.i.legendum,ne sit iambus in trochaico quod Ioan. ẽt annotauit carminis ratione id poscente,inqt, cum cuiusmodi carmen esse, neutiquam nec in præcedentibus, nec in seq. ostendisset. Adiungendum præterea ei carmini verbũ Probe. Quod quia Doct. sequenti dedit carmini,ipsum hypercatalecticum iudicauit,cum sequés ipse versus sit iambicus tetr. acat.quemadmodum omnes sequentes ad vsque scenæ finem.

C L. Huic filium scis esse? C H R. Audiuit.

Hic iamb.tetr.acat. incipiunt, vt diximus, ad finem vsque huius scenæ.Primus versus ioco sexto iambum habet non elisa a,litera longa finali in Asia, sed breui facta pp vocalem sequentem, vt,Vale,vale,inquit, Iola. In secundo vel d,eliditur in Apud,vt sit primo loco anapæstus,vel bacchius est loco primo.In 3.versu prima syllaba Ad,à superiori versu eliditur.Et bene habet versus.In 4.vel Fuit monos. est,vel Pæan secundus loco secundo. Et voluptem,pro Voluptatem legẽdum,vt Satias,pro Satietas. Quintus versus habet anapæstum loco septimo, set hodie, am, vt hodie disyll.medium i,elidatur. Septimus,vel e, longum habet in Caue,& s,elidit in Tempus,aut e,breue, & Nunc post tẽpus ponendum. In 10.vel Eam monosyl.est vel pœan secundus loco primo. In 12.vel d,eliditur ante Ille, vel creticus est loco secundo,& s,in minus.In 13.iambus est loco secundo,non elisa i,litera in Reliqui,sed breui facta propter sequentem vocalẽ, vt iamiam diximus. In 14.s,eliditur in Genus,& u,in diuitias, vt Act.4.Sc.6.in And.admonuit Doct.In 15.quidam lib. habẽt verbum Est,post Animus. quod si recte legitur,illius erat disyl. In 17.creticus est loco sexto,nisi vel r,in Semper,vel r,in Et,eli damus,quod ego non probarim.In 20.Tute legendum,& loco quarto erit tribrachys. In 21.Eius monosyllabum.In 23.Illius disyllabum ita Huius disyllabum.In 25.Vnius disyllabum.In 28. Cupiditate verbum ante Semel legendum. In antepenultimo Periclum trisyllabum est. In vltimo,de in Vide,sis,corripitur, si Diei trisyllabum fuerit,

ACTVS II. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Clitipho adolescens,Cereus in vitium flecti monitoribus asper, vt Horatius dixit solus loquens de patre queritur,vt mos est iuuenum paterna monita moleste ferentium.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Solus hic Clitipho remansit,qui de patre conqueritur,vt mos est adolescentum. Ut enim paterna præcepta fere è moleste ferunt,presertim cũ ab amore dehortantur. Aperit quoque conditionem familiarium parentum qui vbi aliquantulum plus iusto poti fuerunt, sat inconsiderate tum filijs coram sua olim patrata facinora enumerant.

Octonarij.

CLITIPHO.

VAM iniqui sunt patres in omnes
adolescentes iudices:
Qui æquom esse censent, nos iam à
pueris illico nasci senes,
Neque illarum affines rerum esse,
quas fert adolescentia.
Ex sua libidine moderantur, quæ est nunc, non quæ
olim fuit.
Mihi si vnquã filius erit,næ ille facili me vtetur patre.
Nã & cognoscendi,& ignoscendi dabit̃ peccati locus:
Non vt meus, qui mihi per alium ostendit suam sententiam.
Perij: is mihi, vbi adhibit plus paulo, sua quæ narrat
facinora.
Nũc ait:periclum ex alijs facito,tibi quod ex vsu fiet.

Astutus. ne illæ haud scit, quàm mihi nunc surdo narret fabulam.
Magis nunc me amicæ dictæ stimulant: da mihi, atque affer mihi
Cui quid respondeam, nil habeo: neq; me quisquam est miserior:
Nam Clinia hic, etsi is quoque suarum rerum satagit. attamen
Habet bene ac pudice eductam, ignaram artis meretriciæ.
Mea est potens, procax, magnifica, sumptuosa nobilis.
Tum, quod dem ei, recte est. nam, uihil esse mihi, religio est dicere.
Hoc ego mali non pridem inueni: neque etiam dum scit pater.

IOAN. CALPH.

VA'M iniqui sunt patres) Solus Clitipho permansit, qui de patre conqueritur, vt mos est adolescentum, qui paterna præcepta molestè ferût. [Quæ nunc est) Huic illud contrarium, Sed nûc ea me exquirere, iniqui patris est. nam quod ante hac fecit, nihil ad me attinet. Dum tempus eam rem tulit, siui animum vt expleret suum. [Ex sua libidine) Labido est quæque voluntas temere suscepta. Apud Sal. in Cat. tamen in bonam partem capitur, Magisq. in decoris armis, & militaribus equis, quàm in scortis, & conuiuijs libidinem habebant. [Cognoscendi, & ignoscendi) Ex affectu eorum loquitur, qui cum alicui obnoxij sint alium habent animum, quam haberent, si liberi effeci. [Per alium ostendit suam sententiam, Superius, Sed reprimam. nam in metu esse hunc, illi est vtile. [Vbi adhibit) Quàm petulans sit filius in parentem, ostenditur, cuius præcepta contemnit. [Næ ille) Nę, pro certe ponitur. [Da mihi, atque affer) Verba sunt amicæ, quæ magis Clitiphonem stimulant, quàm patris præcepta. [Satagit) Genitiuo iungitur. Satagit. i. anxius est, & curiosus suarum rerum. [Pudice eductam) Quod nos educare dicimus, antiqui educere dixerunt. [Procax) Procare poscere est. vnde procaces meretrices, ah assidue poscendo. & Proci vxorem poscentes in matrimonium. [Religio) Metus vel solicitudo. Terent. in And. Dignus cum tua religione odio. Inde dies religiosi, infames vel infausti dicti, quos ex contraria causa propter * hominis diritatem relinquâ.

* ominis

GVID.

QVA'M iniqui, &c.) Hic solus Clitipho permansit, qui de patre conqueritur, vt mos est adolescentum, qui paterna præcepta molestè ferunt. C. Quam. i. quantum patres sunt iniqui. i. non æqui, sed acerbi, & importuni iudices. i. censores, in omnes adulescentes. i. erga iuuenes omnes, q. d. eos non rectum in eos habere iudicium, qui censent æquum esse. i. rectum esse, & iustũ, nos nasci senes. i. habentes mores seniles, & sapientes, illico. i. continuo à pueris. pro aduerbio ponitur. i. à pueritia, vel ab ineunte ætate, vel statim vt pueri sumus, aut cum primum pueri euadimus, neque. i. & censent inquam non esse æquum nos esse affines. i. participes, seu finitimos, & conterminos, ac propinquos earum rerum, quas adolescentia. i. iuuenilis ætas, fert. i. affert, seu inducit. Ipsi patres moderantur nos, scilicet. i. regunt nos, & imponunt habenas nobis, seu modum nobis adhibent ex sua libidine. i. ex mero arbitrio, & voluntate, siue recta sit, siue non. Nam libido est quæque voluntas temere suscepta, interdum tamen capitur in bonam partem. Salust. Magisq. in decoris armis, & militaribus equis, quàm in scortis, & conuiuijs libidinem habebant. Moderantur ergo nos ex sua libidine, quæ. s. libido nunc est illis, non quæ libido fuit olim illis, cum iuuenes essent, & quales sumus, si filius erit vnquam mihi, næ. i. certe, ille filius vtetur me patre facillime. i. habebit me patrem benignissimum, & plurimum illi indulgentem. Nam locus. i. facultas occasio, opportunitas, commoditas dabitur illi à me cognoscendi multa, quæ fiunt à iuuenibus in lubrico positis, & ignoscendi. i. parcendi peccatis alienis, vel, vt alij habent, peccanti. i. erranti. Nam qui alias errauerit errantibus ignoscere non renuit, & eorum errata excusare. Non faciam sup. filio meo, vt. i. sicut meus pater mihi facit, qui ostendit mihi suam sententiã. i. id, quod sentit per alium. i. per exemplum alterius. Perij. i. perditus sum præ nimia eius importunitate, & molestia. Is pater vbi. i. postquam adbibit. i. bibit, nihil plus significat, nisi aliquatenus augeat præpositio, paulò plus. i. paulò largius æquo, & vbi narrat sua facinora. i. sua præclara facta. per ironiam dicit nũc. i. aliquando ait, mihi facito periculum. i. ex alijs delige tibi, qui imiteris exempla ex aliorum euentis, quod periculum sit tibi ex vsu. i. vtile vt prius dictum est. Ne. i. vtrum, ille pater est astutus. i. cautus, q. d. minime, haud. i. non, scit quam fabulam. s. quas nugas (nam fabulæ loco habeo eius sermonem) narrat mihi nunc surdo. i. non attendenti, dicta meæ amicæ magis stimulant. i. solicitant me. Deinde subiungit verba amicæ semper petentis. Da mihi munus. s. hoc vel illud affer mihi aliquid noui. Cui. s. amicæ ita petenti, nihil habeo, nescio quid respondeam. i. debeam respondere, neque quisquam est miserior me. Nam hic Clinia, & si. i. quamuis, satagit suarum rerum. i. anxius, & curiosus est earum faciendarum, at tamen habet amicam. s. eductam. i. educatam (nam quod nos educare dicimus, antiqui educere dicebant) bene. i. honestè, & pudice. i. castè, & probe, & habet eã ignaram. i. nescium artis meretriciæ. i. astutiæ, seu versutiæ meretricium, me amica est potens. i. vel robusta, vel opulenta, procax. i. assidue petens. Procare enim vt Pomp. inquit, significat poscere. Inde procaces meretrices dictæ sunt ab assidue poscendo. Inde proci dicuntur vxorem in matrimonium poscentes. Itaq; procax. i. petax dispoliatrix, magnifica. i. magnifice instructa supellectili, magnifice induta, magnifice epulans, & lauta, quærens conuiuia, quæ omnia magnum, auri pondus poscunt, sumptuosa. i. auida sumptus. i. multa impendens, & propterea multa petens, nobilis. i. insignis in malam partem. i. multis nota, quia videlicet frequentes habeat amatores, tum. i. deinde, recte. i. placet ei, & probat quòd dem ei. i. faciam ei munera. Nam religio. i. metus, & solicitudo est dicere nihil esse mihi. i. me nihil habere, quod dem ei. Religio enim interdum capitur pro metu, vt alibi in Andria. Dignus cum tua religione es odio. nodum in scirpo quæris, religione, inquit. i. metu, & solicitudine, vt ait Non. Non pridem. i. non nuper, neque paruo ante tempore inueni hoc mali. i. nactus sum hoc malum, & irretitus in eo. s. in insano eius procacis meretricis amore, etiam neque dum. i. & etiam nondum. i. non adhuc pater meus scit me ilio laborare.

LATO.

ARGVMENTVM) Indignatio Clitiphonis aduersus patrem, qua exprimitur animus, & petulantia paruum modesti adolescentis. [Affines esse). i participes, deditos. [Perij) Indignantis. [Nunc ait) Arguit ineptiarum patris? [Surdo narret fabulam) Prouerbium. [Suarum rerum satagit). i. solicitus est. [Habet bene) Per collationem describit vtranque amicam.

PETR. MARS.

QVA'M iniqui sunt patres, &c.) Censuram paternam adolescentulo voluptatibus dedito, molestam esse docet hæc scena. Iuuenis enim cum veneris facibus æstuat, & cum perturbatione viuit, vitam frugalem declinat, nondum expertus indigentiam, quæ mortales reddit industrios, & ideo surdis auribus rationẽ audit monentem. Vnde si perseuerat, fit inutilis, & malus. Qua propter in primo Moralium, sic scribit Arist. illis iuuenibus vtilem esse doctrinam de moribus, quòd monitiones, qui suos appetitus rationi subijciunt, & agunt cum ratione.

GLAR.

EIVSDEM generis sunt hi versus iambici tetr. acat. In 3. versu creticus est loco primo. In 4. vel Ex à superiore versu elliditur, vel sua monosyl. est, vel creticus primo loco. Quod libet ex his dicere queas. Et vel verbum Est omittendum, vel Nunc ante Quæ ponendum, vt habet vetustus meus liber. In 7. vel Meus monos. est, vel bacchius loco secundo. In 11. vel s, in Magis eliditur, vel bacchius est loco primo. In 13. Etsi is quoque habent veteres libri, annotauit, & id Ioan. In penul. Ei monosyl laba.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Clinia cessatione, & mora Antiphilæ amicæ nimium torquatur, solet enim animantu animus omnis moræ quaniũuis breuis impatientior esse.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Mira amantis solicitudo in hac scena exprimitur, cui amicam expectanti, hora dies, dies vero annus videtur. Amor enim res est suspitionis plena. Clinia itaque dilatione, & mora Antiphilæ amicæ vehementer torquetur.

Ostan

Octonarij.

CLINIA, CLITIPHO.

SI mihi secundæ res de amore meo essent, iandudum scio
Venissent. sed vereor ne me absente mulier corrupta sit.
Concurrunt multæ opiniones, quæ mihi animum exaugeant:
Locus, occasio, ætas, mater, sub imperio cui⁹ est, mala;
Cui nihil iam præter precium dulce est. CLIT. Clinia. CL. hei misero mihi.

* hic

CLIT. Etiam caues ne videat forte * hinc te à patre aliquis exiens.

CL. Faciam: sed nescio quid profecto mihi animus præsagit mali.

CLIT. Pergin' istuc prius dijudicare, quàm scis quid veri siet?

CL. Si nihil mali esset, iam hic adessent. CLIT. iam aderunt. CL. quando istuc erit?

CLIT. Non cogitas hinc longius abesse? & nosti mores mulierum:
Dum moliuntur, dum comuntur, annus est. CL. ò Clitipho,
Timeo. CLIT. respira: eccum Dromonem cum Syro; vnà adsunt tibi.

IOAN. CALPH.

SI mihi) Hic mira amantis solicitudo exprimitur, cui expectanti, hora, dies, annus videtur. [Si mihi) Amor res est suspicionis plena. Torquetur igitur Clinia mora, & dilatione amicorum Antiphilæ. [Sed vereor ne mulier) Bene amantis exprimit affectum: qui semper omnia in deterius suspicatur. [Mihi animum exaugeant:) Augeri dicitur animus, quando multa concurrunt, quibus flectibus in eam partem in quam inclinatur. [Occasio, ætas,) Hic loci ex arte, rhetorica etiam ad maioris rei confirmationem valerent. [Occasio, locus, ætas, mater) Argumenta deducuntur aut à rebus, aut à personis. hæc enim, causa, tempus, locus, occasio, instrumentũ, modus, & cetera rerum accidentia, à personis deducuntur hoc modo. Nã similes parentibus aut maioribus suis filij plerunque credũtur: & nonnunquam ad honeste turpiterq. viuendum. Similiter à natione quoque patria, ætate, æducatione, & disciplina sumuntur. [Hei mihi) Hei datiuo iungitur. vt Virg. Hei mihi qualis erat. Heu vero accusatiuo. vt alibi Terent. Heu me miserum. [Mihi animus præsagit mali) Sic fieri consueuit, vt quoties aliquid expectamus, eam occurrant potius quæ mentem nostram ad cogitandum aliquid mali trahant. [Quando istuc erit?) Nõ potest credere ex nimia suspicione venturam amicam. [Non cogita hinc longius abesse?) Clitipho remouet suspicionem ex animo Cliniæ, & locorum interuallo, & ex cultu mulierum, quæ maiorem temporis partem in se ornando conterunt. [Clitipho, Timeo) vide nulla re arceri posse suspicionem ex pectore amantis. [Eccum Dromonem cum Syro;) Ἀναπαιστικὸς. & cum gestu nimiæ lætitiæ pronunciandum est.

OVID.

SI mihi &c.) Hic mira amantis solicitudo, exprimitur, cui expectanti hora dies, annus videtur. CL. Si secundæ res .i. prosperæ succedentes essent mihi de amore meo .i. quantum amorem spectat. Iandudum .i. paulò ante. vel cape pro iampridem: venissent. s. Antiphila, & serui, qui eam accersiuerunt: scio .i. non dubito q⁹ iam venissent, sed vereor ne mulieres .s. Antiphila corrupta sit .i. ne pecuniarum largitione ad alium diuerterit: hic .i. in hoc loco: me absente .i. quandiu fui absens. multæ opiniones concurrunt. i. simul in mentem veniunt, quæ exaugeant mihi animum ad credendum eam fuisse corruptam. Subdit ea, quæ exaugent animum ad id credendum, videlicet occasio .i. opportunitas, vt corrumpatur, quia formosa, & multis forte iuuenibus placens, ac nota locus, quia. s. est in eo loco, vbi aliæ petulante, & ideo contagione facilis lapsu est ætas, quia iuuenilis & flore iuuentutæ nitens, quæ plerunque lubrica est mala, & improba mater: sub imperio. i. sub potestate cuius est, hęc omnia exaugent animum ad credendum eam esse hic corruptã) cui. s. matri, sub cuius est imperio, nihil est dulce. i. carum, suaue, placens, præter precium .i. præter pecunias, & mercedem.

CLIT. O Clinia, vocat eum vt attendat quod dicere cupit.

CL. Hei mihi misero .i. sentio me miserum, & illud dictum interiectionis vim obtinet. CLIT. Etiam caue, ne aliquis exiens à patre vbi inepte dici solet de penes patrem, videat te forte hoc. CL. Faciam. i. cauebo, sed profecto .i. certe: animus præsagit i. prænunciat, prædicit, præsentit, prædiuinat mihi nescio quid mali. CLIT. Pergin'. i. conaris ne aut niteris seu prosequeris dijudicare, istud prius quam scias quid veri sit in eo. CL. Si nihil mali esset iam Antiphila adesset. i. præsens esset hic. CLIT. Iam mox. i. statim, aderit hic. i. præsens erit hic. CL. Quando istud erit q⁹ aderit. CLIT. Non cogitas eam abesse. i. remotam esse, longius. i. multum longe: hinc .i. ex hoc loco, & nostin'. i. cognoscis, nemores. i. modos mulierum, dum. i. quandiu molliuntur .i. lenes seu molles cute efficiuntur, siue dum fucantur, & dum. i. quandiu: comuntur. i. pectuntur: annus est .i. annum vnum conterunt integrum in lenienda seu mollienda cute sua, & in pectendis capillis.

CL. O Clitipho timeo. CLIT. Respira .i. resume vires, recrea, te, cessa, à timore animum reuoca, seu resume, colligere, ad te redi, resurge à me tu. eccum. i. ecce hic propè Dromonem vna cum Syro. ipsi serui adsunt .i. appropinquant .i. propè sunt tibi.

ARGVMENTVM) Querela & solicitudo Cliniæ ob cunctantem Antiphilam. [Si mihi secundæ) Suspicio à cunctatione. [Multæ opiniones) Confirmatio suspicionis per circunstantias, & est congeries. [Non cogitas) Diuersæ causæ cunctationis, quibus soluitur suspicio Cliniæ. LATO.

SI mihi &c.) Amantis animus moræ quantumuis breuis impatiens, hac scena exprimitur. Aestu nanque amoris fluctuans, rei venereæ amator distrahatur, & rationis normam despiciens, id affectat, quod sibi proposuit. Arist. in Moral. sic ait: Quod si magnę sit, vehementesq. cupiditates, rationem quoque extrudunt, atque eijciunt: quamobrem mediocres sint ipsæ. & perpaucæ, ac rationi non aduersentur, oportet. [Dum moliuntur, &c.) .i. dum se præparant multiplici cultu, ædificant formam varijs rebus. Inde demoliri, est destruere id, quod ædificatum est. [Comuntur) .i. ornantur in capillis, quos calamistro digerunt in cincinnos. PETR. MARS.

EIVSDEM generis cum prioris scenæ versibus. Secundum versum Ioan. ita legit: GLAR.

Venissent. sed vereor ne mulier ab absente hic correpta sit. Atque ita habet etiam vetustus meus liber. Rursum quartum idem ita legit:

Occasio, locus, ætas, mater, cuius sub imperio est mala. Atque ita Cuius monosyllabum fuerit. & placet hæc lectio. In 7. Mihi monosyllabum totum eliditur. In 8. s, in Istuc eliditur, vt primo loco sit dactylus, nisi creticum malimus eodem primo loco, quod placet, & Prius monosyllabum, nisi & secundo loco creticum credamus, vt duo sint ordine cretici. In antepenultimo diuersa est lectio. quidam legunt, Non cogitas hinc longius abesse. & sic s, eliditur in longius. Quidam, Non cogitas hinc longule esse, & bene constat versus. In penult. versu melius placet Comũtur verbum, quod & Doct. ita legit. quàm Conantur, quod Aldi habebat liber.

ACTVS II. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Clinia ex Syro intelligit se absente pudice admodum vixisse Antiphilam qua ex re ingenti gaudeo perfunditur. Bacchis Clitiphonis amica ad cœnam adducitur, quæ tamen interitu fingitur esse amica Cliniæ.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hæc scena plena est timoris, & suspicionis, quibus Clinia, & Clitipho magnopere afficiuntur. Verum Syrus vtrique succurrit tollendo quo ad potest suspiciones, formidinem. Is inter narrandum pudicam Antiphilæ vitam, & mores aperit, quo ingenti Clinian gaudio perfundit: tandem Bacchidem Clitiphonis amicam mira confidentia ad cœnam patre quoque præsente, adduxit hanc tamen finxit esse Cliniæ, ita astute, vt, & Clitiphoni gratificetur, & eius patrem minime offendat.

Tetrametri partim Trochaici, partim Iambici. Præterea Senarij non pauci.

SYRVS, DROMO ſerui. CLINIA, CLITIPHO.

IN' tu? D. Sic eſt. S. verum inter ea dum ſermones cædimus,
Illæ ſunt relictæ. CLIT. Mulier ti bi ad eſt, audin' Clinia?
CL. Ego vero audio nunc demum, & video, & valeo Clitipho.
CLIT. Minime mirum, adeo impeditæ ſunt; ancillarum gregem
Dicunt ſecum. CL. perij, vnde illi ſunt ancillæ? CLIT. men' rogas?
S. Non oportuit relictas: portant quid rerum. CL. hei mihi.
S. Aurũ, veſtem: & veſperaſcit, & non nouerunt viam
Factum à nobis ſtulte eſt abi dum tu Dromo illis obuiam.
Propere: quid ſtas? CL. væ miſero mihi, quanta de ſpe decidi.
CLIT. Quid iſtuc? quæ res te ſollicitat autem? CL. rogitas quid fiet?
Viden', tu ancillas, aurum, veſtem quam ego cum vna ancillula
Hic reliqui, vnde ea eſſe cenſes? CLIT. vah, tunc demum intellego.
S. Dij boni qd turbę eſt? ędes noſtrę vix capient, ſcio.
Quid comedent? quid ebibent? quid ſene erit noſtro miſerius?
Sed video, eccos quos volebam. CL. ò Iuppiter vbi nam eſt fides?
Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci
Collocupletaſti te Antiphila, & me in his deſeruiſti malis:
Propter quam in ſumma infamia ſum, & meo patri minus ſum obſequens:
Cuius nunc pudet me, & miſeret: qui harum mores cantabat mihi,
Monuiſſe fruſtra: neque potuiſſe vnquam ab hoc me expellere:
Quod nunc tamen faciam: tum cum gratum mihi eſſe potuit, nolui.
Nemo eſt miſerior me. S. hic de noſtris verbis errat videlicet,
Quæ hic ſumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem, atque eſt, accipis:
Nam, & vita eſt eadem, & animus te erga idem ac fuit:
Quantum ex ipſa re coniecturam * fecimus.
CL. Quid eſt obſecro: nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt
Quod malim, quàm me hoc falſo ſuſpicarier.
S. Hoc primum, vt ne quid huius rerũ ignores? anus
Quæ eſt dicta mater eſſe ei ante hac, non fuit:
Ea obijt mortem hoc ipſa in itinere alteræ
Dum narrat, forte audiui. CLIT. quę nam eſt altera?
S. Mane: hoc, quod cœpi, primum enarrem Clitipho:
Poſt iſtuc veniam. CLIT. propera. S. iam primum omnium.

* cepimus.

Vbi ventum ad edes eſt, Dromo pultat fores.
Anus quædam prodit: hæc vbi aperuit oſtium:
Continuo hic ſe coniecit intro, ego conſequor:
Anus foribus obdit peſſulum, ad lanam redit.
Hinc ſciri potuit, aut nuſquam alibi Clinia,
Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit:
Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri.
Nam ea res dedit tum exiſtumandi copiam
Quotidianæ vitæ conſuetudinem;
Quæ, cuiuſque ingenium vt ſit, declarat maxume.
Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus,
Mediocriter veſtitam veſte lugubri,
Eius anuis cauſſa opinor, quæ erat mortua,
Sine auro tum ornatam, ita vti quæ ornantur ſibi,
Nulla res malas expolitam muliebri.
Capillus paſſus, prolixus, circum caput
Reiectus neglegenter, pax. CL. Syre mi obſecro
Ne me in lætitiam fruſtra conijcias. S. anus.
Subtegmen nebat præteream vna ancillula
Erat: ea texebat vna panis obſita,
Neglecta immunda illuuie. CLIT. ſi hæc ſunt Clinia
Vera, ita vti credo; quis te eſt fortunatior?
Scin' hanc, quam dicit ſordidatam, & ſordidam?
Magnum hoc quoque ſignum eſt dominam eſſe extra noxiam,
Cum eius tam negleguntur internuncij.
Nam diſciplina eſt eiuſdem, munerarier
Ancillas, primum ad dominas qui affectant viam.
CL. Perge obſecro te, & caue ne falſam gratiam
Studeas inire. quid ait, vbi me nominas?
S. Vbi dicimus redijſſe te, & rogare vti
Veniret ad te; mulier telam deſerit
Continuo, & lacrumis opplet os totum ſibi; vt
Facile ſcires deſiderio id fieri tuo.
CL. Præ gaudio (ita me dij ament) vbi ſim neſcio.
* Ita timui. CLIT. at ego nihil eſſe ſcibam Clinia. * Iſta
Agedum vicisſim Syre, dic quæ illa eſt altera.
S. Adducimus tuam Bacchidem. CLIT. hem, quid Bacchidem?
Eho, ſceleſte quò illam adducis? S. quò illam ego? ad nos ſcilicet.
CLIT. ad patrem ne? S. ad eum ipſum. CLIT. ò hominis impudentem audaciam. S. heus
Tu, non fit ſine periclo facinus magnum, & memorabile.
CLIT. Hoc vide: in mea vita tu tibi laudem is quæſitum ſcelus:
Vbi ſi paululum modo quid te fugerit, ego perierim.
Quid ilo facias? S. at enim. CLIT. quid enim? S. ſi ſinas, dicam. CL. ſine.
CLIT. Sino. S. ita res eſt, hæc nunc quaſi cum. CLIT. quas, malus, ambages mihi
Narrare occipit? CL. Syre, verum hic dicit: mitte ad rem redi.
S. Enimuero retice nequeo: multimodis iniurius
Clitipho eſt: neque ferri potis eſt. CLIT. audiendum hercle eſt tace.
S. Vis amare: vis potiri vis, quod des illi, efficit.
Tuum eſſe in potiundo periclum non vis, haud ſtulte ſapis:

Siqui

Siquidem id ſapere eſt, velle te id, quod non poteſt contingere.
Aut hæc cum illis ſunt habenda, aut ila cum his amittenda ſunt.
Harum duarum cõditionum nunc vtram malis, vide:
Etſi conſilium, quod cepi, rectum eſſe & tutum ſcio:
Nam tua apud patrem amica tecum ſine metu vt ſit, copia eſt:
Tum, illi argentum quod pollicitu' es, eadem hac inueniam via:
Quod vt efficerem, orando ſurdas iam aures reddideras mihi.
Quid aliud tibi vie? CLIT. ſiquidem hoc ſit. s. ſiquidem experiundo ſcies.
CLIT. Age age, cedo iſtuc tuum conſilium quid id eſt? s. aſſimulabimus.
Tuam amicam, huius eſſe amicam. CLIT. pulchre: cedo: quid hic faciet ſua?
An ea quoque huius dicetur, ſi hæc vna dedecori eſt parum?
s. Immo ad tuam matrem deducetur. CLIT. quid eò? s. longum eſt Clitipho,
Tibi ſi narrem, quam ob rem id faciam: vera cauſſa eſt. CLIT. fabulæ:
Nihil ſati' firmi video, quam ob rem accipere hunc mihi expediat metum.
s. Mane, habeo aliud, ſi iſtuc metuis, quod ambo conſiteamini,
Sine periclo eſſe. CLIT. huiuſmodi, obſecro, aliquid reperi. s. maxume.
Ibo obuiam hinc: dicam, vt reuortantur domum.
CLIT. hem,
Quid dixti? s. ademptum tibi iam faxo oẽm metum,
In aurem vtramuis ocioſe vt dormias.
CLIT. Quid ago nunc? CL. tu ne? quid boni.
CLIT. Syre, dic modo
Verum. s. age modo: hodie ſero: ac nequidq̃ voles.
CL. Datur modo: fruere dum licet: nam neſcias,
Eiu' ſit poteſtas poſthac, an nunquam tibi.
CLIT. Syre inquam. s. perge porrò, tamẽ iſtuc ago.
CLIT. Verum hercle iſtuc eſt, Syre, Syre inquã heus heus Syre.
s. Concaluit: quid vis? CLIT. redi, redi. s. aſſum, dic, quid eſt?
Iam hoc quoq; negabis tibi placere. CLIT. imò Syre
Et me, & meum amorem, famam permitto tibi,
Tu es iudex: ne quid accuſandus ſis, vide.
s. Ridiculum eſt, iſtuc me admonere Clitipho:
Quaſi iſtic minor mea res agatur, quàm tua.
Hic ſi quid nobis forte aduorſi euenerit,
Tibi erunt parata verba, huic homini verbera.
Quapropter neutiquam hæc res * neglectu eſt mihi.
Sed iſtum exora, vt ſuam eſſe aſſimulet. CL. ſcilicet.
Facturum me eſſe. in eum iam res redijt locum,
Vt ſit neceſſe. CLIT. merito amo te Clinia.
CL. Verum illa nequid titubet. s. perdocta eſt probe
CLIT. At hoc demiror, qui tam facile potueris
Perſuadere illi, quæ ſolet quos ſpernere?
s. In tempore ad eam veni; quod rerum omnium eſt
Primum: nam miſere quendam offendi ibi militem
Eiu' noctem orantem. hæc arte tractabat virum,
Cupidum vt illius animum inopia incenderet,
Eademque vt apud te eſſet ob hoc quamgratiſſima.
Sed heus tu vide, ſis, ne quid imprudens ruas.
Patrem nouiſti, ad has res quàm ſit perſpicax:
Ego te autem noui, quàm eſſe ſoleas impotens.
Inuerſa verba, euerſas ceruices tuas,
Gemitus, ſcreatus, tuſis, riſus, abſtine.
CLIT. Laudabis. s. vide ſis. CLIT. tutemet mirabere.
s. Sed quàm cito ſunt conſecute mulieres?
CLIT. Vbi ſunt? cur retinet? s. iam nunc hæc non eſt tua.
CLIT. Scio, apud patrem, at nunc interim. s. nihilo magis.
CLIT. Sine. s. non ſinam inquam. CLIT. quæſo pauliſper. s. veto.
CLIT. Saltem ſalutate. s. abeas, ſi ſapis. CLIT. eo. quid.
Iſtic? s. manebit. CLIT. ò felicẽ hominem. s. ambula.

AIN' tu?) Hæc ſcena plena eſt, & timoris, & ſuſpicionis, ſed perſona ſeruilis vtrique ſuccurrit. IOAN. CALPH.
[Ain' tu?) Hoc ſic lege, vt intelligas multa verba præceſſiſſe. [Mulier) Non Antiphila, aut amica, ſed ſic dixit, quaſi illi qui deſperauerat redituram. [Ego vero audio) Verba ſunt reſpirantis, & ad ſe redeuntis. [Minime mirum) Mulieres à natura tardæ in incẽſſu ſunt, ſed hic additur cauſa tarditatis. [Minime mirum). f. ſi relictæ ſunt. [Perij) Cliniæ ſuſpicio, q̃ amica corrupta ſit, ab ancillarum grege oritur. has enim ab alijs amatoribus eſſe putat. [Portant quid rerum) Ob hoc non eſt ſecurus Syrus, q̃ mulieres relictæ ſunt. [Et veſperaſcit, & non nouerunt viam) Cauſa cur non oportuit relictas, quis n. tutus, ſi quid portat, & in nocte, in incerto itinere? [Væ miſero mihi) Magis ſuſpicatur Clinia quòd à Syro aurum, & veſtem audierit. [Abi dum) Dum, παρέλκον. [Vnde ea cenſes?) Vnde eſſent iſta, tanquam notum eſſet non explicuit. [Quid turbæ eſt?) Perſona ſeruilis, vtpote fide his heri impenſis timet. [Quid turbæ eſt?) Turba primum perturbationem ſignificat. inde turbo turbas, perturbo, deturbo. Dehinc multitudinem, quæ ferè turbatione non vacat. [Capiẽt) Alias deligent ſignifieat. Virg. Aut carpere, aut captas iam deſpectare vñr. [Eccos quos volebam) Eccum eccam, eccos eccas, illum illam, illos illas, ab ecce compoſita ſunt, & per aduerbia reſoluuntur, non per pronomina. Eccum, ecce, hic, ſubintellige virum de quo agebamus. eccam, ecce, hic, ſubintellige fœminam. Ita illum, intellige ecce illic virum, &c. [O Iuppiter) Sic exclamat dum putat ab amica eſſe deceptum. [Errans) Hinc errones dñt. [Pudet & miſeret) Rectè, quia poſt pudorem ſolet cõſequi miſericordia. Pudet, verecundiæ eſt: Puget, pœnitentiæ. Terent. in Adelp. Fratris me quidem pudet pigetq̃;. Et bene pudet de filio in patrem. in Andria, Tum patris pudor. [Cãtabat) hoc eſt frequenter dicebat, & ſignificantius dixit cantabat. & antiqui canere, pro eloquij dixerunt. [Ab hac) Sic dixit, quia nõdum appulerat, etſi ſuperius, Me deſeruiſti, dixerit. [Hic de nſis verbis) Superius, Portant quid rerum, & aurum, & veſtem, dixit. [Videlicet). f. & videlicet, idem ſignificare videntur quod certe, ſed hñt vſum ſuum per amaritudinem cum de riſu permixtã. Virg. Scilicet hic ſuperis labor eſt. Quint. Hoc videlicet, expectaſti. [Ex ipſa re) Ex ſignis, quę dicturus eſt. [Anus quæ dicta eſt mater) Hoc contra illud eſt quod ſupra dictum à Cliniæ, Mater ſub imperio cuius eſt mala. [Ea obijt mortem) Hoc dictum ne, ab illa corruptam amicã ſuſpicetur. [Alteræ dum narrat) Antiquũ eſt nos, alteri dicimus. [Quæ nam eſt altera?) Interrogat, quia nondum intellexerat amicã aduentare. [Properat) Properat qui feſtinanter aliquid agitur vel dicit. Virg. Multa forent quæ mox cœlo properanda ſereno Maturare datur. [Iam primum omnium) Sic incipit, vt multa pudicitiæ ſigna narraturus. Liuius in 1. ab V.C. Iamprimum omnium ſatis conſtat. [Anus quædam prodit) In Eunucho de viliſſima perſonã, Prodi foras male conciliate. [Ad lanam redit) Hæc ſigna ſunt pudice vitam agentis. Sic in Andria, Primum hæc pudice, vitam, parce, ac duriter agebat Lina, & tela victum quæritans. [Vitam exegerit) Aliter dicitur exigere vitam,

tã,exigere fabulã,& exigere opus. Significat.n.traducere,expellere,& finire. [Existimandi copiam) Iudicandi. Astimare.n.est considerare: Existimare vero, iudicare. Nam prius considerabamus ea quæ iudicanda sunt. [Quæ cuiusque ingenium) In Andria, Nam q cum ingenijs conflictatur,eiusmodi, &c.) Offendimus)Reperimus. Offendere ferè idem est quod reperire. [Eius auuis causa)M.Varronem & P. Nigidiũ viros Romani generis doctissimos ꝓstat non aliter locutus esse & scripsisse, q̃ senatuis & domuis,q est primus casus ab eo,quod est senatus,& domus. [Ornantur sibi) Non vt placeant amatoribus. [Nulla mala re expolitam,)Hoc est non fucatam.Mala enim,à similitudine mali,hoc est pomi,nomen assumpsit. Nam.i.quod præminet inter nasum,oculos,& buccam,quod rotũdum est, & in speciẽ mali. [Capillus passus) .i. sparsus. Virgilius,Crinibus Iliades passis. Sunt quædam verba quæ à diuerso veniunt præsenti, sed in præterito confunduntur,sicuti à patior, ita à pando passus descẽdit, à vertor,& verror, versus sum. [Pannis obsita) Sic in Eunucho, Pãnis annisq. obsitum.[Immunda illuuie)Proluuies & illuuies significantiam habent parem,& immunditia est.Virgilius: Fœdissima ventris Illuuies. [Sordidatam & sordidam) Sordidus à natura dr: Sordidatus vero fit vrgente necessitate. Sordidatam, refertur ad illud,Pannis obsita. Sordidam ad illud,Neglecta immunda illuuie.[Extra noxam)Hoc est culpam. Noxa etiam significat damnum. Suetonius in Cæsare,Spurinamq. irridens,& vt falsum arguens,ꝙ sine vlla sua noxa Idus Martiæ essent.[Nã disciplina est) Præceptum in arte amandi vt amatores prius ancillas corrumpant. [Affectant) Affectare, est pronum animum ad faciendum habere.[Falsam gratiam).f.mentiendo. [Oppletos)Nam & ex nimio gaudio interdum lacrymæ prouenire solent.[Age dum) Age,singularem numerum desiderat,Agite,plu ralem: Age dum vero vtrunque. [Quæ est illa altera?) Interrogat non immemor verborum Syri,ô Clitipho, post istuc veniam. [Hem,quid) Hem,interiectio est noua res & optime audientis.[Quo illam ducis?) Hoc cum timore pronunciandum. Timet ne pater illius amicam cognoscat. [O impudentem audaciam)Bene audaciam,quæ proprie est temeritas.[Heus tu nõ fit sine periculo facinus) Sententia gñalis, quæ & seruis conuenit. [Hoc vide)Sic dicere solemus his q res maxima aggrediuntur. [Vbi si paululũ) Verba proprie alicuius cõmittentis alteri cum periculo vel res suas, vel salutem. [At enim) Aliquid supplendum. Syrus dicere volebat,aut in ea re non esse periculũ, aut se effecturum quod intendit. Sed illius sermonem Clitipho interrupit. [Ita res est,hæc nunc quasi cũ) Hæc oratio imperfecta est, vtpote à Clitiphone,q impatiens audiendi est, interrupta Recusat .n. Clitipho picula,& vult amica sine his poriri,quod Syrus fieri posset negat,q a necesse est,si amare vult,vt admittat periculа.Ergo subintelligendũ est,ꝙ hic velit campos esse voti sui sine periculo,quemadmodum si aliquis sine belli periculo velit consequi victoriam,aut aliquid tale, vt sit prouerbium vsitatum in ignauos,qui sine labore cõsequi vellent quod optant.[Malum) Aduerbium est interpositæ indignationis. [Potis est) Pro, non põt.[Vis potiri) Potiora potis descendit,ideo illi in significatio ne est simillimum.dr enim,sum compos animi,aut rõnis,ꝙ hęc habeo. [Vis,quod des illi,Effici) Pro inueniri positum. [Haud stulte sapis)εἰρωνικῶς id.n.velle sine periculo,quod fieri non potest,est insipientis. [Aut hæc).f.pericula. [Cum illis) Inuidiose illis,cum in vna sit, sic in Eunucho. [Non perpeti meretricum contumelias. [Harum duarum conditionum) Hoc sit infert Syros,vt tandem velit consilium suum anteferri.[Harum duarum conditionum)Aut velle particula cum amica, aut amittere eam vna cũ periculis.Cõdictio,est actio in aliquem,vel denũciatio. condicere enim,prisca lingua,est denunciare. cõditio vero sine c,vt hic est legendum,est cum vno certam legem in se continẽs. Alibi Terent.Accepit conditionem,dehinc quæstum occipit.Dicitur etiam bonæ conditionis,ita vt referas ad fortunas, non ad mores.i.diues est. Est etiam conditio inter plura eligenda,fortis oblata electio.[Conditionum).i.optionum electionũ. [Quod vt efficerem)Superius,Vis,quod des illi effici.Id efficimus,quod cũ magno conatu & molimine facimus,vixq. per nos finẽ accipit. [Si quidem) Sylus repetit verbũ Clitiphonis,ꝙ per eum dubitare videat.[Assimulabimus tuam amicam)Callide Clitiphonis amica,Cliniæ esse simulatur,vt Antiphila ad Softratã deducatur,quæ post agnoscetur filia Chremetis,qua cognita, & altero consilio inuento è Syro, extorquebitur argentum à Chremete,quod Clitipho Bacchidi promiserat.[Dedecori est parum?) Turpe est habere vnam amicam,nedum duas.[Quid eo?)Cum interrogatione,q.d.Quid tum,si ad matrem deducetur? [Fabulæ)Rectè fabulæ,quia neque vere sunt,neque verisimiles. [Huiusmodi obsecro aliquid)Quàm stulte amans inducitur credere Syrum,qui iocatur, iam habere aliqd, quo potiatur amica sine periculo. [Quid ago nunc?) Dubius & circa pericula, & circa amicam,quærit consilium.[Age modo)Sic pronunciandum est, vt Syrus discedat,& dicat amicę Clitiphonis,vt domum reuertatur. [Syre inquam) Trepide Syrum reuocari iam decedentem. [Tamen istuc ago)Quod cępi.f.vt dicam amicæ,vt domum cedeat.[Verum hercle).i.verba creduli & trepidi amantis,& cõcedere nolẽtis Syro vt quod constituerit peragit.[Concaluit)Bene de amore concaluit. In Eunucho,Accede ad ignem hunc, iã calesces plus satis. [Ne quid accusandus) Ne quid,deest ob, vel propter. & est admonitio aliquid alicui trepide committentis. [Quasi istic minor mea res agatur) Securius cõmittimus his ad quos nõ minus pertinet quod agẽdum,q̃ ad nos.[Huic homini verbera) Amabant veteres de proximo similia dicere. Cicero Minus carium putauit,siue de armario,q̃ de sacrario fuisset ablatum. [Homini huic) ἀποστροφῆς hæc dixit seipsum ostendens. [Ne illa quid titubet) Subaudi timeo. Titubare proprie,est pedibus non valẽtis insistere,quales sunt ebrij.Ad animum quoq; transfertur, quoties ab animo verba dissentiunt. Veretur igitur Clitipho, ne quid timere effundat quo se indicet. [Quæ solet quos spernerem)Quos.i.quale amatores. Virg. Quos ego sum toties iam dedignata maritos.[Miserum quendam offendi)Rectè miserum dixit,vt ostẽderet non admissum arte.s.meretricis. [Inopta).i.fui. Ouid. Nitimur in vetitum semper,cupimusque negata. [Inuersa verba) Omnia ponit quæ ab amante vecorde fieri solent. [Inuersa verba).i.verba præpostere,& in contrariũ pronunciata. Est enim inuertere,quasi in contrarium vertere,& præpostere verba pronunciare,vt prolauo vola. [Versas ceruices)Ceruix seu ceruices,posterior pars colli,vbi origo est omnibus neruis.vnde homo duræ ceruicis dicitur,quasi indomabilis, & quasi duri capitis, & duræ mentis. Euersas ceruices. Contrarium est erectas ceruices. Et significat illum flecti & domari ab amica. [Vide sis) Vultuose pronunciandum est. [Cur retines?) Impatientia amantis ostenditur. Nam visa amica, Clitipho verba Syri obliuioni tradiderit.[Apud patrem) Obseruabo id,quod me admonuisti.[At nunc interim) ἀποσιώπησις amantis, vt sit,Sine interim paulisper cum amica ludere. [Nihilo magis) Vult Syrus eum perpetuo modestum,ne si incœperit, nõ possit se abstinere, etiam patre vidente. [Quid istic?) Istic, pro iste.

AIN' tu?&c.) Hæc scena plena est & suspicionis,& timoris,sed persona seruilis vtrique succurrit. Serui autem in fronte scenæ ex abrupto colloquuntur,tanquam pergentes in incępto colloquio,quod vltro,citroq. in via conferebant. S. Ain' tu?.i. dicis tu verum,quid aũt dixerit Dromo,non est curãdum. nam iste est abruptus sermo ex cõi vię colloquio. D. Sic est vt dico. S. Verum.i.sed,dum.i.quãdiu. cædimus.i.cõmiscemus sermone .i.colloqa,ille mulieres sunt relicta. Cædere,vt vult Non.vltra ceteras significationes,interdum significat cõmiscere allegatque Lucilium dicẽtem,Tineæ omnia cædunt.i.cõmiscent,vt ipse interpretat, nostro aũt hic proposito optime congruit. CLIT. Mulier adest tibi .i. ecce propinquar tibi mulier, quã tantopere optabas,audin'.i.vtrum audis seruos Clinia. CLIT. Vero .i. certe,vel sed,ego nũc demum.i.nunc solum,vel tandem,video, audio,& valeo.i.sanus sum,cum prius lãguerem præ timore,& quasi cõsternatus essem mei sensus sua non rectè exercebãt officia. Syr. serui non videntes adolescentes pergunt in sermonem cœpto,itaque,inqt. CLIT. Minime mirum.i.non est mirandum si sint relictæ.adeo.i.vel valde,vel in tm sunt impeditę.i.re tardatæ ab incessu veloci. causam subdit,ducunt secum gregem .i. cateruam,ancillarum.i.famularum,ac si duceretur vnus grex ouiũ. CL. Perij.i.perditus sum,& saucius illo dicto. vnde ancillę tam multę sunt illi.i.vnde tota acq̃suit ancillas. CLIT. Men' rogas.i.vtrum me interrogas. S. Num oportuit relictas, pro relinquere, vt sæpe accusatiuus & ablatiuus participiorum præteriti temporis ponuntur pro infinitiuis.i.non oportebat relinquere eas portant quid .i. aliquid reꝛ,hoc est aliqua res,quare non tuto incedunt sine tutoribus. CL. Hei mihi interiectio dolores ostendens. S. Pergit seruus in sermone, qa dixeras portant quid rerum.s.aurum vestem, &.i.huc accedit quòd vespera scit.i.vespera fit,seu ad vesperam venitur, & propterea non erãt relinquendæ, & nõ nouerunt.i.nescium viam. stulte factum est à nobis illud.s.ꝙ eas reliquimus,tu Dromo abi dum.i.vade,abi dum est parelcõ.i.adiecto syllabica,ab ergo propere.i.celeriter, obuiam.i.in occursum aduerbium est, illis .s. mulieribus.q d.i. cur,stas.i.nõ vadis.proprie h.d.vt eum accelerare efficiat. CL.

GVID.

Væ

Væ mihi misero, q.d. sum maledictus, & infelix, de quanta spe decidi. i. sum frustratus, & deuectus. CLIT. Quid illud est, aũt .i. sed, quæ res solicitat. i. augit, solicitum reddit te. CL. Rogitas qd sit, viden'. i. vide ne aut vestem ancillas esse sup. illi puellæ, quam ego reliqui hic cũ vna ancillula, vnde censes. i. iudicas eam esse illi Clit. vah. irridẽtis, siue illudentis interiectio est, demum. i. tãdem intelligo qd te solicitat. S. Dij boni quid turbæ est. i. quæ turba mulierũ admiratur tãtam cateruam, & senis sumptibus timet. Turba primo dicit turbationem, inde perturbo, cõturbo. deinde multitudinem, quæ ferè perturbatione nõ vacat, ædes nostræ vix capient. i. recipient eas, hoc est vix poterũt recipi in nostra domo, scio .i. non dubito, q ædes nostræ vix ea capiẽt, deinde subdit admirando, quid comedent? quid bibent? qd erit miserius nostro sene. i. Chremete. i. quid erit eo infelicius, q tantam turbam pauerit, sed eccos. i. ecce hic video eo, quos volebam videre, vel quos petebam. s. ambos adolescentes. Eccum eccam, eccos eccas significat ecce hic eũ eam, eos eas, ellum ellã, ellos ellas significat ecce illic eum eam, eos eas, & omnia sunt ad uerbia ad ecce cõposita. CL. O Iupiter, qui iura hospitalitatis curas, vbi nã. i. vbi est fides. i. constantia, & veritas siue fidelitas ac fiducia, dũ. i. quandiu, ego demens. i. delipiens careo patria. Et erans. i. peregrinabũdus pp te, quia tua causa à patria sum expulsus verbis interpretationibus. O Antiphila tu interea collocupletasti. i. ditasti te. i. locupletem te effecisti, & deseruisti .i. derelisti, & habuisti contemptui me in his malis pp quam. s. te sum. i. versor in summa infamia, & sum minus non obsequẽs meo pri Menedemo, cuius. s. patris nũc me pudet, & miseret .i. verecũdia teneor, & misericordia eius patris, qui cantabat. i. frequenter inculcabat mihi mores hasce meretricum antiqui canere pro eloq capiebant. Dolet ipse pater se frustra monuisse me, vel potius sic intellige, illud sup. quod sequitur dolet mihi. i. est mihi dolori. s. eum partem monuisse frustra neque potuisse vnq expellere me. i. abducere, abstrahere me ab hac. i. ab huius amore, quod tñ nunc faciam. i. abstrahã me ab ea nolui abstrahere me ab ea. tñ .i. tũc, cum illud. s. me abstrahere potuit esse mihi gratum. i. iucũdum, quia tunc fuissem patri obsecutus, & eius mortẽ gessissem voluntati. Nemo est miserior me. S. Hic Clinia errat. i. in errorẽ labitur de nostris verbis. i. pp verba nostra. videlicet. i. certe eis verbis quæ locuti sumus hic, ò Clinia accipis aliter tuum amorem, atque. i. q se habet nam, & vita eius puellæ est eadẽ .i. modus viuendi eius est talis, qualis, fuit, & animus eius est. i. æqualis similis erga te, & ac si sicut fuit prius quantũ cedimus coniecturam ex ipsa re .i. ex ipsa ratione se habendi, q præ se fert. CL. Obsecro quid est, quod dicis. nam nihil omnium rerũ .i. nihil ex omnibus rebus est mihi. q malim. i. potius velim, q me suspicarier. i. suspicari, falso. i. immerito, hoc. s. eam me deseruisse &c. S. Primum. i. in primis scito sup. hoc quod sequitur, vt ne quid. i. vt nõ aliquid rerum huius puellæ ignores, anus. i. vetula, quæ dicta est ante hac .i. ante hoc tempus. mater ei puellæ non fuit mater eius. Ea anus obijt mortẽ .i. mortua est forte audiui hoc. s. eam abijsse &c. dum ipsa puella narrat altera, more antiquo, pro alteri mulieri. s. in via. i. interueniendũ. CLIT. Quæ nam altera est cui dicis eam narrasse id, h. d. nam nõdum intellexerat amicã Bacchidem aduentare cum Antiphila. S. Mane .i. siste interrogare, & me sine progredi quorsum volo primum .i. in primis, enarrẽ. i. dicam, recitem hoc quod cœpi. i. institui dicere, post. i. postea ò Clit. veniam istuc. i. cadã super id, quod interrogas. CLIT. Propera properat qui festinanter aliqd agit, vt dicis. S. Iamprimum omnium. sic incipit multa pudicitiæ signa narraturus, vt Liu. Iam primum omnium satis constat. Iã primum omnium. i. in primis, siue in principio. nam principiũ est primum omnium. Vel sic intelligas, Iam primum omniũ. i. ecce primum omnium, q sequitur, vbi. i. cum vẽtum, est, impersonaliter. i. peruentum est, & accessum, aut appulsum a nobis ad ædes. i. ad domum puellæ, Dromo pulsat. i. pcutit fores. i. hostia domus, quædam anus prodit. i. exit è domo, vbi .i. postquã hæc anus aperuit hostium continuo hic Dromo coniecit .i. cum impetu ingressus est intro. i. in domum, ego cõsequor eum, & ingredior. anus obdit. i. obijcit, opponit pessulũ .i. repagulũ, siue obicẽ, seu obstaculũ foribus. i. hostio, de pessulo superius dictũ est, redit. i. reuertit ad lanam. i. ad lanificum exercendum. O Clinia potuit sciri hinc. i. ex loco, haud vsquam alibi poterat sciri, quo studio. i. qua industria, qua animi applicatione exegerit. i. traduxerit vitam te absente. Exigere itaque vitam significat traducere, exigere vero fabulã significat expellere, & non admittere, vt in Andria, An exigẽdæ sint nobis prius. Exigere aũt opus significat finire opus inceptum, ab ex, & ago is cõpositum esse cõstat, Potuit itaque scribi, vbi. i. qñ interuentum est, impersonaliter .i. inter tempus nõ expectatum, ventum esse mulieri. i. ad mulierẽ, de improuiso. i. ex insperato, præter spem, præter opinionẽ, præter expectationẽ, nam ea res videlicet talis interuentus inopinatus dedit, tũ. i. tunc copiam. i. facultatem, existimandi .i. iudicãdi consuetudinem. i. conuersationem vitæ quotidianæ, quæ cõsuetudo quotidianæ vitæ maxime. i. maiorẽ in modum declarat .i. ostendit te ipsa non verbis, vt. i. qualiter, ingenium. i. natura cuiusque sit, offendimus. i. inuenimus ipsum texentẽ .i. ordientem telam, & filum filio iungẽtem in telam. Tela aũt dicitur omnis pannus tam laneus, q lineus, studiose. i. curiose, diligenter, attente, accurate offendimus inquam eã vestitam veste lugubri. i. luctuosa, qua. s. lugebat à nũ defunctam. propterea subdit, opinor eam fuisse ita vestita, causa anuis. i. vetulæ quæ erat mortua. Anus hic legi debet in casu gignendi. nam, vt Gellius inquit, anti qui dicebant senatus senatuis, domus domuis, sic anus anuis, p anus genitiuo. offendimus inquam eam, tum. i. tũc ornatam bene auro, ita. i. eo modo, vti. i. sicut, vel quẽadmodum illæ mulieres, quæ ornãtur sibi, vt. i. sibi placeant non vt placeant amatoribus. honestæ. n. mulieres reijciunt vestrum sordes, honesteq sibi vestiri cupiunt. offendimus inq malam .i. genam partem. s. illã, quę rotũda est in specie mali inter oculos, nasum, & buccã, nulla pro nõ, & vlla, non expoliatã. i. non fucatam re muliebri. i. fuco, quo mulieres moles vtuntur ad expurgandam cutem, ne rugescat, seu soluatur in rugas, quod senescẽtibus contingit, capillus. i. capitis pilus, sine crinis eius erat sup. passus. i. sparsus, solutus p collum, à pãdo dis, quod est extendo dis, explico as, quasi extensus, & explicatus, erat inquam prolixus. i. longus, erat inq capillus eius passus aduerbium græcũ, vt ait Prisc. i. tantũmodo reiectus ngligenter circa caput. CL. O mi Syre, obsecro ne conijcias. i. immittas me in lætitiã. frustra. i. sine causa. S. Anus .i. vetula cum qua viuebat, & quidẽ lasciuiæ internũcia, nebat. i. filabat, subtegmen. i. filum, quod in tela texẽda stamen intercurrit, præterea .i. præter eam anũ, vna ancillula erat, ea texẽbat .i. filũ filo iungebat, vna. i. simul ancillula dico obsita. i. inuoluta, circũdata pannis. i. villibus indumentis, & crasso filo contextis. inde pannosus vil panno indutus. ancillula inquam neglecta. i. abiecta contẽpta, spreta, non bene, vt solent eiusmodi ancillæ, apparata, immunda. i. fœda, illuuie. i. sorde. CLIT. O Clinia si hæc sunt vera ita, vt credo quis est fortunatior. i. felicior, in ablatiuo, scin'. i. scis ne. i. cognoscis ne hanc ancillam, quam Syrus dicit sordidatam, & sordidam. Sordidus aliquid dicitur à natura sordidatus vrgente necessitate, quoque .i. etiam hoc est magnũ signum, dominam esse extra noxam. i. culpam. cum internuncij eius. i. q nuncia ferunt ad amatores, & referunt ad amaras quos aliqui gamagogi dñt à ducendis mulieribus. vtrum bene nec ne ipsi viderunt. cum ego internuncij eius tam negliguntur. i. tam parum apparuntur, & curantur, posuit aũt internuncium masculino, nã interdum hñt puellos inter nuncios, interdum puellas, & quia masculinum præponderat fœminino, ideo in masculino posuit vtrosque intelligendo nam disciplina. i. artis meretricandi ijsdem. s. amatoribus. primum ancillas meretricum vel amasiarum munerari. i. affici muneribus, quæ .s. ancillæ affectant .i. præparant, disponunt, prõpto animo faciunt viam. i. ingressum, accessum ad dominas suas, affectare, vt inquit Festus, est pronũ animum ad aliquid faciẽdum hre. Laurentius, inquit, affectare est affectu, & conatu alterius virtutem æmulari, quam esse qui nequeas refragante natura. Seruius aũt hic interpretatur affectant viã pro præparant, quemadmodum, & illud Virg. Viamq affectat Olympo. i. vt interpretatur, ille prẽparat sibi diuinos honores, seu disponit. CL. Obsecro te perge. i. prosequere in incepto narratione tu Syre caue ne studeas. i. de industria labores, inire gratiam falsam .i. captare meam beneuolentiam mendacio, nã ipso rescito gratia inita frustraberis, quid ait ipsa Antiphila, vbi. i. qñ nominas me. S. Vbi. i. qñ diximus te redijsse, & te rogare, vt veniret ad te continuo. i. ilico, mulier. s. Antiphila deserit telã, quam texebat. opplet. i. repplet, sibi totum os. i. totam faciẽ lacrymis, vt. i. ita, q facile. i. clare, scires id fieri tuo desiderio .i. vt desideras fieri, vel posuit tuo pro tui, vt sit desiderio. i. amore tui, & cupiditate tui videndi. CL. Ita Dij me ament, verum .s. dico affirmantis id dictum est, nescio vbi sim. i. mei sum oblitos, & extra me sum præ gaudio. s. nimio, ita. i. adeo timui oppositum, ppea ex altero oppositio quod optabam accedente in tantam incessi lætitiam. CLIT. At. i. sed. ego sciebam nihil esse ò Clinia pp quod deberes timere ò Syre agendum .i. eia, vicissim. i. contra. vel rursus dic quæ est illa altera. S. Adducimus Bacchidem tuam amicam. CLIT. Hem, interiectio

indi

indignantis . quid ? modus admirantis, Bacchidem adducitis .ſ. iterum hoc admirando pronũciandum eſt,eho,interiectio monentis attentionem,& vt ſiſtatur gradus poſcentis, ò ſceleſte .i. ſceleroſe,quo ducis illam Bacchidem. S. Petis,ſup.quo ducam illam.ſ.id eſt certe ad vos .i. qđ dici ſolet,ſed inepte,penes vos. CLIT. Ne.i.vtrum,ducis illam ad pr̃em.i.vt ita dicã penes patrem, quamuis barbare, ſed interpretationis cauſa ponitur. S. Duco illã ad eum ipſum patrẽ interpretando,vt prius. CLIT. O audaciam.i.temeritatem impudentem.i.effrenatam,hominis .ſ. S. Heus tu aduerbiũ eſt vocandi heus , & excitanti ad attendendum facinus.i.factum magnum.i.magni ponderis,& memorabile.i.dignum memoria,non fit ſine periculo.Et eſt ſententia exornatio rhetorica. CLIT. Vide.i.animaduerte conſidera hoc quod ſequitur,ò tu ſceleroſe adeo,vt ipſum ſcelus dici poſſis,tu is.i.vadis,pergis,quæſitum ,i. ad quærendam tibi laudẽ, in mea vita .i. in vitæ meæ periculo,qñquidem dicturus eſt,perierim ſi quid offendatur,ſeu erretur,vbi.i.in qua via,ſiue faciendi rõne, ſi modo.i.tantummodo,quid.i.aliquid, paululum.i.ẽt paruum admodum fugerit te .i. ſi tantummodo paulum errueris in ea techna exercenda,quam paras, perierim .i. eo tpe perditus ero, tempus pro tpe,quid facias in illo tpe. S. At enim.i.ſed certe faciã ſup. quod intendo, vel non eſt periculũ,vel nihil me fugiet, & ſimilia, nam Clitipho moræ impatiens eius ſermonem interrũpit inquiens . CLIT. Quid enim,q.d.quid vis dicere cũ tuo enim. S. Dicam ſi ſinas.i.permittas,patiaris. C L. tu Clitipho ſine.i.permitte,vt pergat proditurus ſuum cõſilium . CLIT. Sino.i.facio illi copiam,ſeu permitto. S. Res eſt ita.i.ita ſe habet negocium . hæc , an Bacchis, an Antiphila, incertum eſt .n. hic oratio imperfecta à Clitipho interrupta,nunc quaſi cũ quid velit dicere,neſcitur interruptione impediente,& ideo liberum eſt vnicuique ſubaudire quod placeat . CLIT. Quas malum ambabes occipit.i.incipit,narrare mihi.i.quod dici ſolet, quas malæ gratiæ circuitiones verbor̃,& ſermonum inuolucra iſte incipit narrare mihi. Vbi malum eſt aduerbium, vel interiectio in terpoſitæ indignationis , de quo ſuperius ſatis aperte diximus . C L. Iſte.ſ.Clit.dicit verum,mitte.i.omitte,iſta.i.tales ambages, atque redi ad rem.i.ad inſtitutum propoſitum. S. Enimuero.i. certe,nequeo reticere.i.non poſſum continere quin dicam hoc, quod mouet mihi ſtomachum,videlicet, q̃ Clit. eſt iniurius .i. infeſtus,infenſus,at non æquus multi modis,neq; potis eſt.i.nõ poteſt,ferre.i.tolerari,vel non poteſt ferre ea quæ dñr ei, neque patientiam hr̃e, donec narrauerim . C L. Hercle audiendum eſt quid dicat.ſ.tace Clitipho . CLIT. Quid eſt . S. vis amare,i. eſſe amãs,vis potiri amata.i.quod inepte ſolet dici, vis gaudere amata,vt Rex potitur regno,vbi dñr rex gaudet regno,vis affici .i.inueniri aliquid ſup. quod des illi meretrici non vis periculũ eſſe tuum in potiundo,haud .i. non ſtulte ſapis, ironice dicit,ſi quidem.i.quia.i.ſapere .ſ. velle, contigere .i. aſſequi quod non poteſt,vel ſi ſit poteſt ſic intellige, Sapere per ironiam dicit velle,id .i. illud optare,quod non potes contingere .i. euenire,aut hæc pericula ſunt hñda cum illis.i.cum is quæ dicta ſunt,videlicet amare, potiri inueniri quod detur,aut illa voluptaria.ſ.amare,potiri,&c. ſunt amittenda cum illis periculis,nunc vide, cogita,examina vtram.i.quam (ſi licet dici) harum duarum conditionũ.i.optionum,electionum,malis.i.potius velis, & ſi.i.q̃is ſcio hoc conſilium,quod cepi.i.in vi, ſuſcepi eſſe rectum,& tutum.i.abſque periculo , Nam copia eſt .i. facultas eſt,ſeu facile factu eſt . vt.i.q̃ tua amica ſit tecum apud patrem , ſine metu tũ .i.deinde poſt hoc inueniam hac eadem via .i. hoc eodẽ modo, ſeu hac eodem ratione,argentum,quod pollicitus es illi amicę, quod vt efficerem .i. vt inuenirem argentum,quod illi pollicitũ es,orando.i.rogando,ẽt atque ẽt reddideras mihi iam aures ſurdas.i.attonitas,obtuſas,ſtupidas,quid aliud vis tibi ? CLIT. Si qdem.i.certe hoc quod dicis fit. S. Dicis ſup.ſi quidem,& ꝓpea videris dubitare,ſcies id effici experiundo.i.cum experieris re ipſa,quod dico . CLIT. Age age,hortantis eſt aduerbium geminatum maioris cauſa exhortationis,cedo .i. dic iſtud conſilium tuum,quid ſi.ſ.conſilium eſt.i.quale eſt,ſeu quod eſt illud tuum conſilium. S. Aſſimulabimus.i.fingemus tuam amicam.ſ.Bacchidem eſſe amicam huius Cliniæ. CLIT. Pulchre.i.iucunde excogitaſti,ſeu dicis,ridendo cum,h.d. Clitipho,quid ſua amica faciet hic, an quoque ea.ſ.Antiphila dicetur eſſe amica huius Cliniæ.ſ.hæc vna.ſ.Antiphila eſt parum dedecori.i.affert dedecus,q.d.ſi hæc vna dedecus petit,quantum eſſet illi dedecori ſi diceretur duas habere. S. Imò.i.ſed ipſa Antiphila deducetur ad matrem ſuam.ſ.Soſtratam . CLIT. Quid.i.cur, deducetur eo .i.ad matrem , S. O Clitipho longum eſt ſi narrem tibi,q. d. longum eſſet tibi à principio narrare . Vera eſt cauſa eſt quamobrem.i.propter quam,faciam id.i.ſuadeam, eam deduci ad matrem Clit.fabulæ ſunt ſup.i.non ſunt niſi nugæ,& iocularia verba,neque verba veriſimilia,& propterea ſunt fabulæ, nihil ſatis firmi.i.nullam rem ſatis firmam,certam,ac ſtabilem in tuo cõſilio,video.i.intellego eſſe, quamobrem.i.propter quam rem expediat mihi.i.ſit mihi vtile,accipere.i.ſubire hunc metum . S. Mane.i.tace,audi quod dicturus ſum,& ſiſte verba tua habeo .i. ſcio aliud ſi metuis iſtud .ſ. quod ſuadeo,puta vt aſſimiletur tua eſſe huius,& ſua ad matrem deducatur,quod videlicet, illud qđ habeo,ambo confiteamini eſſe ſiue periculo . CLIT. Obſecro repperi aliquid huiuſmodi.i.tale quod confiteamur eſſe ſine periculo. S. Maxime.i.libentiſſime reperiam.ſ.ibo obuiam illis .ſ.mulieribus,dicam eis vt reuertantur hinc .i. ex hoc loco, domum.i.in ſedes ſuas, vnde venerunt qñ nõ vis eas recipi . CLIT. Hem indignantis eſt,quid dixti.i.dixiſti ? S. Iam faxo .i. faciã omnem metum,adeptum .i. ablatum,tibi .i. à te,q.d.abſtergam ſtatim oẽm animi tui metum,nam dicam amicę tuę,vt hinc domum reuertatur,vt dormias ocioſe.i.tranquillæ,quiete,ſecure, abſque ſolicitudine,& metu,in vtramuis aurẽ.i.vt dormias quiete ſuper vtrumlibet latus, aut ſuper dextrum, quod per dextrã aurem deſignatur, aut per ſiniſtrum , quod per ſiniſtram aurem declaratur in tali gñe dicendi . CLIT. Quid ago.i.quid facio nunc . Dubius & perplexus quærit conſilium, timet pericula,& amicam ægerrime fert abſcedere. S. Tune.i.vtrum petis quid agas ? agis ſup.quod eſt boni.i.quod ſpectat ad virum bonum . Nam boni eſt velle abſcedere laſciuas mulieres , & hoc totum dicit ridendo eum Clit. ò Syre dic modo.i.dic mihi nunc verũ , q.d.dic nunc vere quid facere velis. S. Age,hortantis eſt particula,qua ſe hortatur Syrus,vt obuiam mulieribus eat dicturus, vt reuertantur,dicam ſup.vel modo hodie ſero.i. veſperi,ac ne quidquã.i.fruſtra voles,qñ ſtatim reuocabis voluntatem,& impedies quo minus dicam verum,vt prius feciſti,vel ſine,&quidquam ſint duo verba,ſic aſtrue . Ac ne.i.non,voles.i.nõ permittes quidq̃ dici.ſ.à me,nam impedies,vt prius. C L. Datur.i.cõceditur tibi oſtendere verum,fruare.i.vtare ea facultate dicendi veri,dum.i.quandiu licet.i.permittitur,nam neſcias an vnq̃ poteſtas eius.ſ.oſtendendi veri ſit tibi poſthac.i.permittat tibi poſt hoc tempus. Interea Syrus ad mulieres ſe conferebat,quem abeuntem Clitipho primo paululũ reuocat. Deinde ipſo caleſcente magis ac magis amore, & Syro pergente vehementiſſime reuocat . CLIT. Syre inq̃ .i. dico,hoc ita dicit,vt paulliſper eum retineat. S. Perge.i profequere in me reuocando quantum voles,porro.i.ſed, ẽgo iſtuc.i.mulieribus eo obuiam amicã tuã remiſſurus. Quod vt vidit Clitipho Syrum pergentem in incepto,veritus ne ſuæ amicæ pñtiam amitteret,ſubiungit . CLIT. Hercle iſtud eſt verum te ſtudere, vt amicam remittas . Syre, Syre inquam,heus heus Syre,aduerbium vocantis eſt hæc particula heu . S. Dicit hoc apud ſe Syrus , ipſe amator concaluit .i.amoris ardore exarſit,quapropter ſi me reuocauit vehemẽter deinde rñdet ei qđ vis . CLIT. Redi redi .i. reuertere, noli remittere amicam . S. Adſum.i.præſto ſum,hoc dixit poſteaquã paululum redijt ac prope Clitiphonem fuit , dic qđ eſt propter quod me reuocas.Iam.i.ſtatim,quoq; .i. etiam negabis,hoc placere tibi,videlicet,q̃ amica veniat, & non reuertatur . CLIT. Imò ò Syre permitto.i.cõmitto tibi,ſeu credo, & trado tibi me Clitiphonem,& meum amorem,& famam meam,tu es iudex.i. tuo arbitrio committo me,& amorem,& famam, vide ne quid .i.ne in aliquo,vel ꝑ aliquid ſis accuſandus.i.reprehendendus. S. O Clitipho ridiculum eſt .i. ſtultum eſt, ac ridendum te admonere me iſtud. Admoneo te hoc dicimus cum duobus accuſatiuis,quaſi.i.tanquam dicere velis,q̃ mea res minus agatur, q̃ tua,iſtic.i.in ea fictione,q.d.videris ita admonendo me purare, q̃ minus mihi ex ea re impendeat periculum,q̃ tibi, vel q̃ id caue fieri minus mea intereſt,aut minus ad me ſpectet q̃ ad te. Nã cum Horatius, inquit , Nam tua res agitur paries cum proximus ardet,intelligitur ſic . Tibi imminet periculum proxime ardente vicino pariete, vel negocium de incendio parietis vicini ad te pertinet. Nam res in eo dicendi genere capitur pro negocio,præterea hæc particula,quaſi hic capitur ironice,vt ſæpe, præcipue cum iungitur cum vero , etiam ſine vero , exemplor̃ plena ſunt omnia . Si forte aliquid aduerſi euenerit nobis hic.i. in hac fictione ſuſcepta,hoc eſt ſi forte quidquam in hac re non proſpere ſucceſſerit , verba erunt tibi paraſita ad me obiurgandum,verbera erunt inquam parata huic homini.i.mihi . Nam hic dicitur de perſona loquentis , iſte de perſona audientis , ille de perſona remota ab vtroque , Quapropter hæc res, quam

cogito

cogito facere, neutiquam .i. nullatenus, nullo modo est mihi neglectui .i. à me negligit, imò est maxime mihi curæ, nã res mea agitur, & in ea periculum mihi commune tecum impendet, sed exora istinc .s. Cliniam, hoc est persuade illi, vt assimulet .i. fingat tuam amicam esse suam. C L. Scilicet .i. profecto, certe res redijt in eum locum .i. negocium, hoc est in eum peruenit statũ, vel eo vsque peructum est in negocio isto, vt necesse sit me esse facturum .i. quòd faciam. C L I T. O Clinia merito .i. non iniuria amo te. C L. Verum .i. sed, ne quid .i. non in aliquo illo .s. Bacchis titubet .i. vacillet, sed semper fit stabilis, & firma, vbi ne capitur prohibitiue, neque est opus intelligeret timeo. Admonet autem Clinia, vt Bacchis nullatenus verbis suis, aut gestis, aut vultu titubet .i. vacillet, ne forte deprehenderetur eam non esse suam. S. Bacchis est perdocta, probe .i. est peritissima talium simulationũ, vbi probe capi potest pro satis, aut rite, aut opportune. C L I T. At hoc .i. prꝛterea, demiror .i. valde miror, qui .i. quomodo potueris persuadere illi Bacchidi tam facile, vt .s. veniret, quæ Bacchis solet spernere quousque .i. omnes. S. Veni ad eam in tempore .i. tempestiue, & opportune, quod .s. venire ad aliquem tempestiue est primum .i. optimum præceptum omnium rerum valentium ad obtinendum. Nam offendi .i. inueni ibi apud eam quendam miserum militem orantem .i. petẽtem noctem eius .i. petentem eius copiam nocturnam fieri sibi, hæc Bacchis tractabat .i. fouebat, arte .i. astutia meretricius virũ .s. miserum illum, vt incẽderet .i. inflammaret animum illius militis, cupidum .i. amore captum, & ardore cupidinis, inopia .i. carentia sui, quia inter fouendum eum, seu tractandum nõ se morem gesturam promittebat. Nitimur autem in vetitum semper, cupimusque negata, & vt inquam eadem esset quã gratissima .i. etiam, atque etiam grata apud te ob hoc .i. propter talẽ repulsionẽ militis, sed heus tu, admonentis, & vocantis est aduerbium, ac poscentis attentionem, vide .i. caue, sis .i. si vis, ne qd .i. ne aliquantulum ruas .i. labaris, erres, imprudens .i. inconsideratus, non satis aspiciens quid faciendum sit, vel potest dici, ne qd .i. ne in aliquod dictum aut factum ineptum, ruas .i. cum impetu in curras imprudens, inconsultus. Nouisti patrem tuum quam .i. quantum sit perspicax .i. subtilis, astutus ad has res percipiendas .s. autem .i. sed, noui te quam soleas esse impotens .i. tuorum appetituum minime moderator. Nam his impotes dicitur, qui suis affectibus, ac animi passionibus non potest modum adhibere, ac eas cohibere, sed ab illis victus trahitur quocunque ferant, & rapiant eum, abstine .i. siste, cohibe reprime verba inuersa .i. in ambiguum iactata, & in contrarium versa, seu præposterè pronunciata. Abstine inquam tuas ceruices euersar .i. noli ostendere colla tua indomita, ceruix enim est posterior colli pars, ponitur pro superbia, seu contumacia quadam, ac rigore mẽtis, vt vir duræ ceruicis .i. indomabilis, & mẽtis rigorem præ se ferẽs, tanquam nemini caput inclinare velit. Euertere interdum significat destruere, vt euertere vrbem .i. destruere, & eam demoliri, ac dissipare ac etiam subuertere. Interdum euertere significat prosternere, & iacere, vt quod stabat nunc prostratã iaceat, & ab hac significatione manauit præcedens, nam euertitur vrbe cum mœnia, quæ prius stabant, diruuntur. Item mulier quærens dragmam euerrit totam domum .i. inquirẽdo illam omnia, quæ in domo sunt iacit huc, & illuc, & a suo ordine dimouet. Itẽ in iure sæpe dicitur euerti plaustrum, seu currus quando prosterni tur ad terrã. Abstine inquam .i. cohibe, gemitus .i. suspiria, screatus .i. sputa, à screo as, quod significat screatus eijcere ex ore, abstine in quam tussis .i. tusses, hoc est contusiones pectoris, ac præcordiorum, abstine .i. cohibe tandem risus, ne soluaris, seu effundaris in risum. Vbi est notandum abstineo verbum posse iungi genitiuo, vt apud Horat. abstineo irarum. Item accusatiuo, vt hic. Item ablatiuo, vt sæpe. Posset tamen hæc structura ita fieri, vt abstineo iungeretur accusatiuo repetendo noui sic. Noui tua inuersa verba, noui euersas ceruices tuas, gemitus, screatus, tussis, & risus, vbi multa ponit Terent. quæ ab amante vecordi fieri solent. C L I T. Laudabis .i. probabis meos gestus .s. & mores me habendi, vbi tempus erit. S. Vide sis .i. si vis. C L I T. Tutemet mirabere meas rationes me habendi. S. Sed quàm .i. quantum cito mulieres consecutæ sunt. C L I T. Ibi impatientia amantis ostenditur. Vbi sunt mulieres, cur retines eas, neque finis illarum præsentia delectari. S. Iam nunc hæc Bacchis non est tua amica. C L I T. Scio quòd apud patrem non est mea. at .i. sed saltem nunc interim .i. interea priusquam ad patrem eatur, sine mea vt sit. S. Nihilo magis .i. non plus est tua nunc quàm apud patrem. C L I T. Sine .i. permitte. me delectari eius præsentia. S. Inquam .i. dico tibi non sinam .i. non patiar. C L I T. Quæso paulisper .i. paruo tempore sinas .s. me delectari eius præsentia. S. Veto .i. prohibeo .i. te frui eius præsentia. C L I T. Saltem sine .i. permitte me salutare eam .i. vt eam saluti em. S. Abeas .i. discedas, si sapis .i. quòd dicitur inepte si facis quod sapiens. C L I T. Eo .i. discedo, quid istic .i. iste Clinia faciet. S. Manebit .i. remanebit, non discedet. C L I T. O hominem felicem .i. dico hominem .s. Cliniam plurimum felicem, qui maneat cum amica. S. Ambula .i. ingredere viam, & perge, quamuis inuitus.

ARGVMENTVM) Indicatur mulierc ularum aduẽtus solicitis adolescentibus, & Syri consilio Clitipho perturbatur, quæ est ptasis huius patris fabulæ. [Cedimus, miscemus) Rodolphus Agr. in admot. in aliquot decl. Senecæ, putat figuram loquẽdi ortam esse à crebra inter loquentes verbi iteratione. [Perij) Suspicio Cliniæ, cuius occasione narrabitur vita Antiphilæ. [Aurum, vestem) Hæc fortuito dicuntur à seruo, sed ex consilio Poëtæ ad augendam perturbationem Cliniæ. [Viden' tu ancillas) Causæ suspicionis. [Vah) Irridentis. [O Iuppiter) Querela Cliniæ, quæ amplificatur à persona. [Clinia aliter) Interpellatio Syri, orta ex querela adolescentis. [Hoc primum) Narratio. Eius anuis. Anuis, genitiuus, casus, priscis vsurpatus. [Pax) Interiectio adiurantis. [Subtegmen) Indrach. [Scin' hãc) signa ex adiunctis. [Nam disciplina) Aetiologia. [Præ gaudio) respiscit Clinia. [Dic quæ illa) Altera pars huius scenæ, quæ continet consilium periculosum Clitiphonis. [Hæc nũc quasi) Non est completa sententia propter interpellationem Clitiphonis. [Vis amare, vis) Correptio per ironiam. [Aut hæc cum) Epiphonema. [Et si consilium) Approbatio consilij à tuto. [Vi quidem experiundo) Repetitio eludentis. [Pulchre) Approbantis. [Fabulæ) Reiectio. [Mane, habeo) Facetа mutatio ad pertubandum adolescentem. [Hem) Perculsi subito, & perturbati. [In autem) Prouerbium inquietos, & securo. [Age modo) Prædictio offensi ac digredientis, sed totum per simulationem. [Perge porro) Irrisio, quasi contumacis, & obstirmati. [Concaluit, quid) Hoc ad spectatores Syrus priusquam respondeat. [Ridiculum est) Pollicetur, & confirmat diligentiam suam à periculo. Huic homini Demonstrat seipsum. [At hoc demiror) Reditur ad Bacchidem vt ostendantur eius mores. [Ego te autem) Indicat mores Clitiphonis. [Non sinam) Ridicula contentio ad exprimendam amantis impotentiam. LATO.

AIN' tu? &c.) Facilem amantis suspicionem, & varios affectus habet hæc scena. quos leuis excitat coniectura in his, quorum amicus solicitus est, & pendet, si rem periculo non fieri magnum facinus, ac memoria dignum ostendens, ingenuum adolescentem, sed compede venerea ligatum, vilissimi serui cuius lenocinio vtĩ, seruum fieri docet, quod turpe est, illis presertim, quorum natales clari habentur, & talem for unam nacti sunt, vt ad imperandum, non ad seruiendum nati videantur. Cic. in Parad. sic scribit: Libertas est potestas viuendi vt velis. Quid igitur viuit vt vult, nisi qui recta sequitur, qui gaudet officio, cui viuẽdi via considerata atque prouisa, qui Legibus quidem non propter metum paret, qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, nisi libenter ac libere? Cuius omnia consilia, resq. omnes quas gerit, ab ipso proficiscuntur, eodemq. referuntur? Nec est vlla res, quæ apud ipsum polleat, quàm voluntas atque iudiciũ. Igitur omnes improbi serui, inquit. Hominem, cui mulier imperat, & nihil impetranti negare potest, non modo seruum, sed nequissimum seruum, etiamsi in amplissima familia natus sit, appellandum puto. [Capillus pas. &c.) Pax .i. tantummodo. Prisc. sic ait: Pax est Græcum, cum tantummodo significat. [Non sit fine, &c.) Xerses apud Herod. lib. 7. sic ait: Magna negocia magnis cum periculis fiunt. PETR. MARS.

HVIVS bene longæ scenæ primi 15. versus sunt trochaici tetr. catal. Sequuntur deinde iambici 8. tetr. acat. & 47. senarij. Rursus deinde trochaici tetr. cat. 28. Vltimo senarij iambici 41. ad finem vsque scenæ. Illud Cedimus in primo versu lectori cõsiderandum vnde deriuatum vult, prima enim producta est, cũ Cedo pro Dic sit prima vbique breui fieri potest, vt inter multa quæ verbũ Cædo cum diphthongo habet significata, vt enumerat Nonius, & Sero sit vnum significatum. Certe quidam Serimus legerunt, non attendentes carmen ad pati non posse. Ipse Doct. Cedimus cum diphthongo legit. Tertius initio habet anapæstum, secundo loco trocheum. In 4. versus initio quidam lib. vt Aldi habent Clitiphonis, alij, Syri personam. Sed nõ est mihi dubium Dromonis esse verba, quibus Syri vltimis respõdet verbis, Illæ sunt relictæ, q.d. non mirum est illas relictas. atque ita etiam Calphurnius intellexisse videtur. Simul ita paulatim proceditur GLAR.

ceditur ad inijciẽdam Cliniæ solicitudinem, In 8. versu Abi dũ, anapæstus est, vel potius bacchius. In 10. vel d, eliditur in Quid, vel bacchius est loco primo. alioqui iambicus fuerit inter trochaicos. In 11. legerem Tu, viden' ancillas, vt Tu sit corripiẽtis, & post ipsum distinguatur, deinde ammiratiue inferatur, Viden' ancillas. Alioqui, vt hoc carmen excusem, nescio. In 12. quidam lib. vt Aldi habebant, Vnde eam esse censes, sed errat. alij, Vnde esse ea censes. Atque ita Calphurnius legisse videtur, & liber meus antiquus ita habet, Quidam omittunt Ea, quod Ioan. visum est. Ad carmen nihil refert legas ne an omittas, modo post Esse ponatur. In 14. primo loco est anapæstus, secundo ac tertio trochæus. [Dum ego propter te errans patria careo demẽs) Hic sunt octo iambici acat. tetr. In quorũ tertio vel Meo monosyl. est, vel creticus loco quinto, & s, in Minus eliditur, nisi alterum verbum Sum tollamus, quod facit Ioan. In 4. Cuius monosyl. est In 5. post Neque, legendum Eum, vt fit. Neque eum potuisse vnquam. In 6. creticus haud dubie primo est loco. In vlt. s, elidit Sumus, nisi & hic primo loco creticum malimus. [Nam & vita est eadem, & animus te erga) 47. senarij hic sequuntur. In quorũ tertio dactylus est loco secũdo, nisi qs malit d, elidere in Quid. In 5. Huius rerum, dictum est, vt in Eun. Absente nobis, per archaismon. In 7. tribrachys est Ea obi. In 9. o, ante Clitipho, reijcit Ioan. similiter & Doct. sed nihil ad carmen. In 12. s, eliditur in Anus, vt sit primo loco anapæstus. Ita in 14. s, eliditur in eadem dictione, vt sit tribrachys primo loco, anapæstus secundo, bacchius tamen in priore versu & amphibrachys in sequente elisionem tollere possunt. In 16. Suam monosyll. nisi creticum tertio loco esse velimus. In 20. Cuius monosyll. In 23. Eius monosyll. & Quæ non eliditur, sed corripitur sequente vocali, vt insulæ Ionio in magno. In 24. Ita legẽdum ante Vti, vt habet Doct. liber, & annotauit id quoque Ioan. In 25. versu non parua est difficultas, qua tamen Ioan. vt bene notam, non attingit. Ald. liber, atque adeo vetustus alter, habent,

Nulla mala re expolitam muliebri.

In vetusto tamen Malam in accusandi casu legebatur, quo modo & Calphurnius legisse videtur, sed versus neutro modo constat nisi corripere re, non elidere velimus. Ideo Doct. ita legit, Nulla mala re esse expolitam muliebri. Ceterum sanato hoc pacto carmine, nondum de sensu certi sumus. si. n. Mala adiectiuũ fuerit, duo adiectiua vna iunguntur substantiuo contra Seruij præceptionem hoc sensu, nulla mala muliebri re expolitã. i. fucatam inuenimus. Calphurnius substantiue legit Malam, vt sit sensus, Offendimus malam nulla re muliebri expolitã. i. non fucatam. Mihi propemodum placeret, vt pro muliebri legeretur mulierem, hoc sensu, mulierem nulla mala re expolitam esse offendimus, vt per malã rem fucus intelligat, quo mulieres malæ se nõnunquam pingunt. Verum lector sequatur quod volet. In 29. Ancillula legẽdum ex vetusto eodem lib. & Erat verbum ad sequentis versus initium ponendum, vt primo eius loco sit proceleusmaticus, neque enim alioqui sequens carmen constabit, quod miror Doct. non notasse. Ioan. non neglexit. Idem Ioan. in 13. post Scin' adijcit Tu, sed nihil ad carmen. In 35. Eius monosyl. est. In 36. vel eisdem dissyll. vel creticus loco tertio. In 43. Vt particula à superiore versu eliditur, atque adeo ego etiam an prioris versus finem ponẽdam censeo. In 45. proceleusmaticus est initio, deinde tres sequuntur anapæsti. quanquam si o, in Ego breue est, post proceleusmaticũ erit tribrachys cũ duobus anapæstus. In vlt. versu huius ordinis vel tuã monosyll. est velis, in An ducimus elidit, vel amphibrachys est loco secundo. [Eho scelestè quò illam ducis? S. quò) Sequuntur rursus 28. trochaici tetr. cat. quales initio scenæ fuerant. In 1. o, non eliditur in secundo Quo. In 3. versu Ioan. ad Heus, addit Tu quod puto carmen pati non posse. In 4. vel creticus est loco secundo, vel Mea monosyll. In 5. versu Fuge, trochæus est, deinde sequuntur duo tribrachys. In 6. vel d, eliditur in Quid, vel bacchius est loco primo. In 9. vel u, eliditur in Enimuero, vt alias sæpe, vel bacchius est loco primo. In 12. Tuum monosyll. totum eliditur, vel bacchius est loco primo. In 14. creticus est loco quinto, aut l, de Illa eliditur. In 15. vel vox Duarum, dissyllaba est, vel amphibrachys loco secũdo fuerit. In 17. vel d, eliditur in Apud, vt primo loco sit anapæstus, secũda dactylus, vel bacchius est loco primo. Doct. annotauerat, Nam, redundare in versu, sed nõ abundat. In 18. vel d, eliditur in Quod, vel s, in Pollicitus, & Eadem propter à longum omnino dissyll. est. Potest & nulla fieri elisio, primo loco fuerit creticus & quarto proceleusmaticus. In 21. si tertio loco bacchium, deinde primo eius versus loco proceleusmaticum ponamus, erit trochaicum, cum ceteris. In 22. semel duxat Amicam habet liber antiquis, & de sua. ad hunc modum. Tuam amicam huius esse. CLIT. Pulcre, cedo quid hic faciet de sua? Quæ lectio si vera est, d, elidetur in Quid. Sunt aliæ lectiones, quas omnes persequi non possum. In 23. Huius dissyll. est, vt habet eius natura. In 24. Tuam monosyll. est, & d, eliditur in Quid, ac Eo item monosyll. vt Quid eo, pro vna ponatur syllaba, nisi quis Ducetur pro Deducetur legendum putet. In 26. s, eliditur in satis, & Mihi monosyl. totum eliditur. In 27. vel d, eliditur in Quod, vel proceleusmaticus erit loco primo. In 28 Huius monosyll. est, si quidem trochaicum esse velimus. [Ibo obuiam hinc, dicam vt reuortantur) Hic rursus incipiunt senarij ad finem vsque scenæ. Quorum sextus ita legendus.

Datur modo, fruere, dum licet, cum nescias.

Vt sit primo loco iambus, secundo tribrachys, tertio anapestus. Ioan. legit, Fruare per primam vocalem in secũda syllaba, & ad uerbium Modo reijcit. quanquam siue ponatur, siue omittat, nihil ad carmen attinere putat. quod ego non intelligo. In 17. Eius monosyll. est. In 10. in Reddi i, corripitur, vt in tertio loco sit dactylus, nisi creticum malimus. In 25. liber vetustius? Minus habet, quod placet, nõ minor, & s, eliditur in Minus. In 19. vel d, eliditur in Sed, vel suam monosyl. prorsus eliditur, vel bacchius est loco primo. In 21. Te non eliditur, sed corripitur, vt fit sepe. In 26. post verbũ Offendi liber vetustus habet. Ibi, qd' & Ioan. addendum putat. In 17. Eius monosyll. In 29. ego tollerẽ particulã Quam. Neque enim sensus desiderat, & carmen respuit. In 30. e, corripitur in Videns, vt in 35. In penult. finis claudicat, nisi verbum Quid, quod est initio vltimi carminis addatur, vt loco quinto sit tribrachys, sapis e, postea pyrrhichius, o, quid, & o, ante Hominem in vltimo scandendo prorsus eliditur.

ACTVS II. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Meretricia conditio per eam exprimitur, quæ meretrix est. Habet: deinde hæc scena iucundum Cliniæ & Antiphilæ congressum.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena, meretricum conditionem exprimit. quod non potuit competentius exequi, quam per Bacchidem quæ nomini meretricio in primis faueat. Et cum alibi quoque reprehendantur, nihil aliud ex adolescentium amore quærere, quam pecuniarum extorsionem, hic etiam iucunda amantium congressio, à Pœta significantur exprimitur.

Tetrametri partim Trochaici, partim Iambici, & in fine Senarij aliquot.

BACCHIS, ANTIPHILA, CLINIA, SYRVS.

EDEPOL Antiphila mea laudo te,
& fortunatam iudico,
Id cum studuisti, isti formæ mores vt consimiles forent:
Minimeque (ita me dij ament) miror, si te sibi quisque expetit.
Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua.
Et cum egomet nunc mecum in animo vitam tuam considero,
Adeoque vostrarum omnium, volgus quæ ab sese segregant.
Et vos esse istiusmodi, & nos nõ esse, haud mirabile est.
Nam vobis expedit esse bonas: nos, quibus cum res est, non sinunt.
Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt:
Hęc vbi immutata est, illi suũ animum alio conferunt
Nisi prospectum est interea aliquid nobis, desertæ viuimus.

Vobis

Vobis cum vno simul vbi ætatem agere decretum est viro,
Cum mos maxume est consimilis vostrum; hi se ad vos applicant,
Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero deuincimini;
Vt nunq̃ vlla amori vostro incidere possit calamitas.
A. Nescio alias: me scio quidē semper feciſſe sedulo,
Vt ex illius commodo meum compararem commodum. C. ah.
Ergo mea Antiphila tu nunc sola reducem me in patriam facis.
Nam, dum abs te absum, omnes mihi labores fuere, quos cepi, leues,
Præterquam tui carendum quòd erat. S. credo. C. Syre, vix suffero.
Hoccine me miserū nō licere meo modo ingenio frui?
S. Imò, vt patrem tuum vidi esse habitum, diu etiam duras dabit.
B. Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos? A. ah, retine me obsecro.
B. Amabo, quid tibi est? A. disperij. B. perij misera, quid stupes
Antiphila? A. videon' Cliniam, an non? B. quem vides? C. salue anime mi.
A. O mi expectate Clinia, salue. C. vt vales?
e aduenisse. A. Saluom * venisse gaudeo. C. teneo ne te
Antiphila, animo exoptata maxume meo?
S. Ite intro. nam vos iam dudum expectat senex.

IOAN. CALPH.

EDEPOL te mea Antiphila) Non potuit melius conditionem meretriciam exprimere, q̃ per eam quæ meretrix esset, quæ tamen nomini meretricio fauet, cum alibi repræhēdantur meretrices nihil aliud ex amore adolescentum quærere, q̃ pecuniæ extorsionem. hic quoque iucunda amantium congressio signantissime exprimitur. [Aedepol) Per Castorem & Pollucem, ornatiua sunt iurandi apta fœminis. [Formæ mores vt consimiles forent) Mores. n. pudici, gratiores esse solēt in pulchro corpore. Virg. Gratior & pulchro veniens è corpore virtus. [Sibi quisq; expetit) Rectè expetit, cum eam à pudicitia cōmendet. Experimus. n. tm̃ ea quæ honesta sunt, & plane bona. vnde, de rebus expetendis à philosophis scriptum, quæ. s. peti debent. [Oratio) q̃ dixeris, cum vno velle ætatem traducere. Antiqui etiam pauca verba orationem dixerunt. [Nam vobis expedit esse bonas,) Quia cum solo viuitis. Nec potest esse verus amor, nisi inter duos qui sibijnuicem fidem seruent, iuxta illud, Nec regna, nec tæde socium pati valēt. [Quippe forma impulsū) Et hic amor est gratia voluptatis tm̃. Et bene impulsi. Nam hæc omnia, nox, vinum, amor, adolescētia, ab impulsionis parte dñr, non à ratiocinationis. [Amatores colunt,) Bene amatores. Amator, fingi potest: Amans vero, amat. [Colunt) Colere est inferioris personæ ad superiorem, nonnunquam superioris ad inferiorem. Virg. Posthabita coluisse Samo. [Nisi prospectū) Prospicimus futura, Dijudicamus præsentia. [Incidere possit calamitas) In Eun. Nostri fundi calamitas. Proprie calamitatem rustici grandinem dñt, quod cōminuat calamum, hoc est culmum à se getem. [Nescio alias,) Verba mulieris cōmendantis se à fide in virum. [Ah) Clamosa interiectio hoc in loco ad gaudium spectat. Nec potuit vox accommodatior dari amatori præ nimio amore fermè insanienti ad primū cum amica congressum. [Credo) Syrus non se loco mouerat, respōdet verbis Clitiphonis qui cum loquebatur, vt eum aliquo ambulatū abire cogeret. [Vix suffero) Vix, difficultatem significat. Et aliquādo pro non, ponitur. Ouid. Vix Priamus tanti, totaq̃ Troia fuit. Lucil. Carcer vix carcere dignus. [Suffero) Sustineo, alias, Suppono. [Imò, vt patrem tuum vidi esse habitum,) Cum non possit per se Syrus Clitiphonem abigere, ad minas patris confugit, quem fingit ita tum. [Vidi esse habitum,) Vario modo homines habiti atque affecti esse possunt, q̃bus secundum Academicos aliud atq; aliud videtur. [Etiam duras dabit) Subintelligendum est vēl lites vel partes. In Eun. Duras partes fratris prædicas. Et partes duras, metaphoricos ab actoribus scenicis. [Ah, retine me) Antiphilæ præ nimia lætitia, viso Clinia, animo male esse cepit. Nam & animus vna cum corpore nonnunquam deficit nimio mœrore sic & interdum nimio gaudio. [Videon' Cliniam, an non?) Tanta lætitia erat Antiphilæ, vt etsi amatorem agnosceret, de eo tamen dubitaret. [Anime mi) Mollis oratio, & fœminea multis implicata blandimentis. Mi, vim blandimenti habet. nam significat meus. [Clinia, salue) Illa ad maiorem gratiam, amantem proprio nomine appellauit. Salue, modo admirantis interiectio est. [Teneo ne te) Præ nimio amicæ desiderio perij, cum dubitatione loquitur. Sunt qui legant, Teneo ne te, vt referatur ad fidem, ita vt dubitet an à se alienata sit, an in fide persistat.

ÆDEPOL &c.) Hic per meretricem optime conditio meretricia exprimitur, simulq̃. amantium congressio signantissime repræsentatur. B. Aedepol, iurantis est aduerb. quasi per ædem Pollucis. Per Castorem & Pollucem apud vetustissimas mulieres iurabant, ò mea Antiphila. i. amica mea laudo te, quæ dixisti te velle traducere vitam, cū vno solo, & iudico te fortunatam. i. felicem cum studuisti id quod sequitur. Studeo interdum iungitur datiuo, cum significat incumbo. Interdum accusatiuo, cum significat magno studio aliq̃d conari, vt hic cum studuisti. i. cōtra es, videlicet vt mores forent cōsimiles. i. conformes, isti formæ. i. tuæ venustati. Nam in pulchro corpore pudici mores gratiores esse solent. Virg. Gratior & pulchro veniens in corpore virtus. & ita dij ament me, affirmatio cum iuramēto minime. i. non miror si quisquam expetit te sibi. i. cupit habere te in vxorem, cum talibus probis moribus sis, vt vni fida esse velis. Expetimus. n. bona tantum & honesta. nam oratio tua. i. tuus sermo. Antiqui etiam pauca verba orationem dixerunt. oratio tua fuit mihi indicio. i. argumento, signo, & ostensioni, quale ingenium. i. qualem naturam haberes, & cum egomet considero nunc me cum in animo vitam tuam, & adeo. i. certe dum considero vitā oīum vestrarum. i. vestri similium iuuencularum, quæ iuuēculæ segregant. i. seperant, reijciunt ab se. i. à suo consortio & consuetudine, vulgus. i. amatorum multitudinem, neq; promiscue quo usque recipiunt. Haud. i. nō est mirabile & vos esse istiusmodi. i. talis qualis estis, & nos nō esse similes vestri. Nam expedit. i. decet, commodū est, vtile est vobis esse bonas. Vbi notāda est hæc structura, Mihi expedit esse bonū, & mihi expedit esse bono, vt Quintil. Cui esse diserto vacet. Illi sup. amatores, quibuscum. i. cum quibus res est nobis. i. cum quibus habemus rem seu consuetudinem, & quibus copiam nostri facimus, siue cum q̃bus habemus commercium, & communicationem, non sinunt. i. non patiuntur nos esse tales, quales estis, quippe quia certe, vbi quippe ponitur sine relatiuo, & sine cum cōiunctione, amatores impulsi. i. illecti, inducti, nostra forma. i. pulchritudine, colunt. i. frequentat nos, vbi. i. postquam, hæc forma nostra est immutata. i. decorem suam amisit, & nitorē, illi amatores conferunt animū suum, alio. i. ad aliam amicam, seu ad tē aliam, nisi interea. i. dū colimur, & durat nostra forma, nisi aliquid est prospectum. i. prouisum nobis, vtputa si nos prospeximus nobis comparādo ab illis pecunias, viuimus. i. vitam agimus. desertæ. i. derelictę & abiectæ omnibus. Decretum est vobis. i. statuistis deliberastis, de creuistis ætatem agere. i. traducere vitæ vestræ tempus simul. i. vna, seu pariter cū vno vito, cuius viri mos. i. viuēdi modus est maxime. i. in primis, præcipue, consimilis. i. conformis, moribus vestrum, pro moribus vestris, sic enim antiquis loqui placuerit, mores vestrum, pro mores vestri, vt recentioribus placet, hi. i. tales viri, applicant se. i. adhibent animos ad vos, vero. i. sed, vtriq; tam vir, quàm vxor, deuincimini. i. obligamini, ab vtrisque. i. vtro, citroq̃. hoc beneficio. s. seruandi mutuo fidem, q. d. sic ambo obligatis vos mutuo beneficio intemeratæ fidei seruādæ, & hoc dictum est illi simile vterque vtrique sunt cordi, vbi Laurentius confirmat ab oratoribus potius esse dicendum vterque alteri est cordi. i. ita, q̃ nulla calamitas. i. nulla miseria possit incidere vestro amori. A. Nescio alias. i. non cognosco quid aliæ faciant, quidem. i. certe, scio me feciſſe semper sedulo. i. instanter, ac sine dolo, vt comparem. i. cōtraham, acquiram, & reputem meū commodum ex commodo illius, q. d. cōmodum eius est mihi curæ non minori, quàm meum, mihiq̃. ita persuadeo ex eius opportunitate mihi opportunitatem contingere. C. Clinia hoc audiens, quamuis animaduersus à mulieribus prorumpit in exclamationem inquiēs. Vah, quæ interiectio clāmosa hic ad gaudiū spectat. Ergo, quasi dicat longe aliter est q̃ suspicabat vt video. O Antiphila tu nunc sola facis me reducē reuertentem incolu-

GVID.

mem

mem post varia pericula, q̃ subij eundo in Asiam,ac redeundo. Nam vt Seru. inquit,reduces dicuntur proprie, q̃ pericula euadunt.Facis itaque me reducem.i.defunctum periculis, reuertentem in patriam. Nam dum absum .i. longe sum abs te,omnes labores, quos cœpi fuere mihi leues assidua tui cogitatione, & sperando te reuiuiscere aliq̃, præterquam .i. nisi q̃ carendum erat tui.Antiqui careo verbum genitiuo iungebant nedum ablatiuo. S. Credo quod dicis esse ita vt asseris. C. O Syre vix .i.difficulter sustero.i.sustineo,& molestefero, q̃ in ea sum angustia,vt mihi meo non liceat vti ingenio. Hoccine.i.hoc ne.i. vtrum,hoc est verum sup.vt interpretatur Laurẽtius, vel est ne hoc tolerandum, non licet.i.non esse licitum modo.i.nunc me miseꝝ frui ingenio meo.i.complexione mea delectari, quæ est prona,& procliuis ad voluptates. S. Imò.i.sed etiam, vt.i.quã tum,vidi.i.potui cognoscere patrem tuum,habitum .i. affectũ, dispositum,dabit, tibi duras lites sup.vel partes.i.dabis tibi aspera officia.i.onera si cognouerit adhuc amare,& quidem diu dabit illas partes.s.aut lites. B. Quis nã.i.quis est hic adolescens, q̃ intuetur.i.aspicit nos. A. Percipiens Antiphila esse amicum, inquit.Ah,interiectio dolentis,obsecro te Bacchis retine me,ne eadem consternata, adeo amore amici repente percepti sum pculsa. B. Amabo,particula blandientis,quasi rogo te per amorem quid est tibi.i.quid habes. A. Ego misera disperij,præ nimio amore tota sum attonita,& mei impos. B. O Antiphila, quid.i.cur,stupes.i.ita stupida es,& consternaris. A. Videon'.i. vtrum video Cliniam an non? B. Quem vide? C. O tu Antiphila mi anime.i.in cuius amore totus versatur animus meus salue. A. O mi Clinia expectate.i.diu desiderate salue. C. Vt vales.i.qualiter te habes. A. Gaudeo te aduenisse saluum. C. O Antiphila maxume expectata.i. desiderata animo meo, ne.i.vtrum teneo te.i.vtrum es adhuc mea, mihiq. fidem adhuc intemeratam conseruas. S. Intro in domum Chremetis. Nã senex iam dudum expectat vos, vt cenetur.

LATO. ARGVMENTVM) Collatio meretricis, & honestæ virginis,qua vita vtriusque exprimitur. [Nam expedit) Ratio ab vtili,nam meretrix anteponit vtilitatem honesto.[Consimilis vestrum)Pares cum paribus facillime cõgregantur. [Nescio alias)Responsio modesta.[Ergo mea Antiphila) Irrisio amantis.[Duras dabit)Subaudi partes,&est translatum ab actionibus scenicis. [Salue anime) Congressus amantium scire expressus.

PETR. MARS. AEDEPOL te mea, &c.) Tanti esse honestatem vt etiam ore meretricio commendetur,Docet hæc Scena. Quapropter Sen.sic scribit.Adeo gratiosa est virtus,vt insitum sit etiam malis probare meliora, & maximum habemus hoc naturæ meritum,quod virtus in omnium animos lumen suum permittit ẽt q̃ non sequuntur,illam vident. Virtus, inqt,non recipit sordidum amatorem. Soluto ad illam sinu veniendum est. Cic. sic scribit in Læl.Nihil est amabilius virtute,nihil quod magis alliciat ad diligendum,quippe cum propter virtutem,& probitatẽ, ros etiam quos nunquam vidimus, quodammodo diligamus.

GLAR. HVIVS scenæ primi 17.versus sunt trochaici tetr.cat.Deinde sequuntur octo iambici quad.acat. postremo senarij iambici quinque. In 1. itaque Aedepol prima corripitur, & Mea monosyl. totum eliditur, nisi quis creticum loco vtrunque esse putes. Tertio loco est tribrachys. Versu 2. si post verbum Studuisti, legitur isti pronomen, vt ferè habent lib. pronomen Id à superiore carmine eliditur. In 5. vel Tuam monosyl.erit, vel ab initio. Et elidendum. In 7. vel Istius dissyll.est. In 8. initio, vt quidam mensi sunt, tres trochæi sunt, & s, eliditur in Bonas, item in Quibus, & est, verbum post Cum legendum est verum quia rarum est,vt longæ syllabæ, quemadmodum est illud as.elidantur, itaque ego creticum secundo loco ponendum arbitror. In xj. tamen s, in Nobis eodem modo eliditur, nisi omittamus verbum substantiuum Est. Est & proceleusmaticus loco tertio huius versus. In 13. Cuius monosyll. est. In 15. tribrachys est loco penult. pro trochæo. In 16. Nescio alio. pro dactylo est, nisi quis iambicum esse velit. In vlt. huius ordinis, Illius trissyll. & Meum monosyll. nisi creticos fit loco quarto, & Vah, extra carmen,vt O, & Hem,sæpe alias. [Ergo mea Antiphila tu nunc sola) Sequuntur iambici tetram. acat. septem. In quorum secundo, vel Fuere secunda syllaba per systolen corripitur,vel creticus est loco quinto. Ita in 3. vel Tui monosyllabum est, vel creticus est loco secundo. In 5. vel Tuum,vel Diu monosyll. In 6. Qui in tue,loco spondei, vel creticus est loco quarto. [Antiphila? A videon' Cliniam, an non?) Senarij sunt hi quinque,vt diximus,iambici. In quorum secundo, pro, O mi Clinia salue. Alibi,& id in antiquo lib. legatur. O mi expectate Clinia salue. Sed sic trochaicum tetr.catal. fecerimus,& a,in Clinia longatur,siue Expectate legatur,siue omittatur. In pen. Maxume exoptata animo meo, legendum,videlicet, vt, Exoptata præcedat animo meo.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Chremes Menedemo nunciat ex Asia rediisse filium ex qua re Menedemus incredibili gaudio perfunditur, & filio posthac indulgere magis instituit quod ei magnopere dissuadet Chremes.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Veri amici officium à Terentio, quampulcherrime in hac scena describitur. In qua profecto amicus amico gaudij insperati, maximo cũ affectu, & nuncium simul, & consilium affert. Tum Menedemus filium suum licenter posthac educare instituit, cui id magnopere ob varias causas dissuadet Chremes, sed cum illi Menedemus minus ea in re auscultat, saltem hoc tandem persuadet, ne filio lenem nimis erga ipsum animum quoquo pacto credat.

Trimetri omnes.

CHREMES, MENEDEMVS.

VCISCIT hoc iam: cesso pulsare ostium
Vicini? primum ex me vt sciat, sibi filium
Redijsse. etsi adolescentem hoc nol le intellego
Verum, cum videam miserum hunc tam excruciarier
Eiu' abitu, celem tam insperatum gaudium,
Cum illi nihil pericli ex indicio fiet?
Haud faciam: nam, * quod potero, adiutabo senem, * quàm
Ita vt filium mecum amico, atque æquali suo
Video inseruire, & socium esse in negocijs.
Nos quoque senes est æquom senibus obsequi.
M. Aut ego profecto ingenio egregie ad miseriam
Natus sum,aut illud falsum est, quod volgo audio
Dici, diem adimere ægritudinem hominibus:
Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo; & quanto diutius
Abest, magi' cupio tanto, & magis desidero.
C. Sed ipsum egressum foras video: adibo,alloquar.
Menedeme salue: nuncium apporto tibi,
Cuius maxume te fieri participem cupis.
M. Nunquidnam de gnato meo audisti Chreme?
C. Valet, atque viuit. M. quæso, vbinam? C. apud me domi.
M. Meus gnatus? C. sic est. M. venit? C. certe. M. Clinia
Meus venit? C. dixi. M. eamus,duc me ad eũ obsecro.
C. Non volt te scire se redijsse etiam: & tuum
Conspectum fugitat ob peccatum: tum hoc timet.
Ne tua duritia illa antiqua etiam adaucta sit.
M. Non tu ei dixisti, vt essem? C. non. M. quam ob rem Chreme?
C. Quia pessume istuc in te, atque in illum consulis,
Si te tam leni, & victo esse animo ostenderis.
M. Non possum: satis iam,satis pater durus fui. C. ah,
Vehemens in vtranque partem Menedeme es nimis,
Aut largitate nimia, aut parsimonia.
In eandem fraudem ex hac re,atque ex illa,incides.

Primum

Primum olim potius, commeare filium
Quàm paterere ad mulierculam, quæ paullulo
Tum erat contenta, cuique erant grata omnia,
Proterruisti hinc. ea coacta ingratijs
Postilla cœpit victum volgo quærere.
Nunc, cum sine magno intertrimento non potest
Haberi, quiduis dare cupis. nam, vt tu scias,
Quàm ea nunc instructa pulchre ad perniciem siet;
Primum, iam ancillas secum adduxit plus decem,
Oneratas veste atque auro. satrapes si siet,
Sufferre amator nunquam eius sumptus queat,
Nedum tu possis. M. est ne ea intus? C. sit rogas?
Sensi: nam ei vnam cenam, atque eius comitibus
Dedi: quòd si iterum mihi sit danda, actum siet:
Nam, vt alia omittam, pitissando modo mihi
Quid vini absumpsit? sic, hoc, dicens, asperum
Pater est: hoc aliud lenius sodes vide.
Releui dolia omnia, omnes serias:
Omnes habui solicitus: atque hæc vna nox:
Quid te futurum censes, quem assidue exedent?
Sic me dij amabunt; vt tuarum miseritum est
Menedeme fortunarum. M. faciat, quod lubet:
Sumat, consumat, perdat: decretum est pati:
Dum illum modo habeam mecum. C. si certũ est tibi
Sic facere, illud permagni referre arbitror,
Vt nescientem sentiat te id sibi dare.
M. Quid faciam? C. quidquis potius, quàm quod
cogitas:
Per alium quemuis vt des, falli te sinas
Technis per seruolum: etsi subsensi id quoque,
Illos ibi esse, & id inter se agere clanculum.
Syru' cum illo vostro consusurrat: conferunt
Consilia adolescentes: & tibi perdere
Talentum hoc pacto satius est, quàm illo minam.
Non nunc pecunia agitur, sed illud, quo modo
Minimo periclo id demus adolescentulo.
Nam si semel tuum animum is intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem, quàm abs te amittas filium: hui,
Quantam fenestram ad nequitiam patefeceris.
Tibi autem porrò vt non sit suaue viuere,
Nam deteriores omnes sumus licentia.
Quodcunque inciderit in mentem, volet: neque id
* petit. Putabit, prauom, an rectum, quod * petet, siet.
Tu, rem perire, & ipsum, non poteris pati.
Dare denegatis: ibit ad illud illico,
Quo maxume apud te se valere sentiet,
* minitabitur. Abiturum se abs te esse illico * minabitur.
M. Videre verum, atque ita vti res est, dicere.
C. Somnum hercle ego hac nocte oculis nõ vidi meis,
Dum id quæro, tibi qui filium restituerem.
M. Cedo dextram: porro te oro idẽ vt facias Chreme.
C. Paratus sum. M. scin', quid nunc te facere volo?
C. Dic. M. quod sensisti illos me incipere fallere,
Id vt maturent facere. cupio illi dare,
Quod volt: cupio ipsum iam videre. C. operã dabo.
Syrus est prehendendus atque adhortandus mihi.
A me nescio quis exit: concede hinc domum,
Ne nos inter nos congruere sentiant.
Paullum hoc negoti mihi obstat: Simus, & Crito
Vicini nostri hic ambigunt de finibus:
Me cepere arbitrum: ibo, ac dicam, vt dixeram,
Operam daturum me, hodie non * posse his dare. * esse.
Continuo hic adero. M. ita quæso. dij vostram fidẽ,
Itan' comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena melius vt videant, & iudicent,
Quàm sua? an eo fit, quia in re nostra aut gaudio
Sumus præpediti nimio, aut ægritudine:
Hic mihi nunc quanto plus sapit, quàm egomet mihi?
C. Dissolui me, ociosus operam vt tibi darem.

VCESCIT) Veri amici officium pulcherrime à Terentio in hac scena exprimitur, in qua amicus amico simul, & gaudij insperati, maximo cũ affectu, nuncium & consilium affert. [Cesso) Aliquis cessare dicitur. i. tardare ad aliquid celeriter peragendum. Virg. Cessas in vota precesque Cessat desidiosus: Requiescit defessus. [Miserum hunc) Cum affectu, nam proprium veri est amici lætari rebus prosperis amici, & dolere aduersis. [Ex indicio) Indicium proprie est oris & linguæ. [Senem) Plus habet affectus, quàm si diceret Menedemum. [Nos quoque senes est æquum senibus obsequi.) Iuxta illud prouerbium vsitatissimum, Pares cum paribus facillime congregantur. Naturaliter enim adolescentes adolescentibus, senes vero senibus potius inseruiunt & obsequuntur. [Aut ego profecto). i. ex his duobus necesse est alterum tantum esse verum. sed senex ex nimio filij desiderio dubitat de eo quod omnibus approbatissimum est. [Ingenio,) Hoc est natura. Ingenium natura lis est sapientia. Sal. in Catil. Ingenium nemo sine corpore exercebat. Ingenium quoque veteres dixerunt ex sua, sponte vel natura. Virg. lib. 2. Georg. Nunc locus aruorum ingenijs quæ robora cuique. [Egregie ad miseriam) Egregium dicitur quod ex grege eligitur. Sed hic egregie, valde, nimis. Non est ergo ad laudem positum. [Diem adimere ægritudinem hominibus,) S. Sulpicius ad Cic. Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. [Nuntium apporto tibi,) Nuntius & res ipsa, & nuncius dicitur. [Cuius maxume) Bene maxime. quis enim nuncius illi gratior esse poterat, quam filij? [Nunquidnam de gnato meo) Quia omnis illius solicitudo circa filium erat, iccirco statim de eo suspicatus est, nondum facta mentione. [Valet atque viuit) Prothylitheron in sensu est. Si enim valet, necessario viuit, non si viuit, valet. Ergo viuit & valet, dicendum erat. Et bene vtrunque iunxit. Nam multi viuunt. sed non bene valent. [Meus gnatus) Magis cum admiratione quàm cum interrogatione legendum. [Clima meus venit?) Addidit & nomen, quod fieri consueuit in his quos diu optauimus, & nondum venisse credimus. [Dixi) Denunciatio est confirmandæ sententiæ, nec mutanda est. translata de foro & causidicis. Cic. Præco dixisse pronunciat. [Dixi) Hoc verbum in fine additum, superiora confirmat. & est proprium his qui perorauerint causam. [Dixi) Sic dixit, quasi iam obtunderetur à Menedemo. [Etiam & tuum conspectum fugitat) Plus est quàm fugit. Et fugitat dixi, vt ostenderet filium vehementer timere. [Non tu ei dixti vt ellem?) Vt, aliquando certam qualitatem significat, & nonnunquam incertam. Alibi, Vt erat gesta. [Quia pessume istuc) Consilium & parentibus omnibus & filijs salubre, patres enim nimia largitate & clementia liberos corrumpunt. Illi vero, nimia licentia deteriores facti, patribus mœrori, sibi vero detrimento sunt. [Non possum) Hoc est animi victi, & clementis. Interdum ad nimiam indignationem spectat. vt illud Satyrici, Non possum ferre Quirites Græcam vrbem. [Ah, Vehemens) Bene dixit vehemens, de eo qui non seruaret modum. Ve enim particula, sicuti quædam alia, tum incensionem, tum minutionem significat. Ergo vehemens, à mentis vi atque impetu dicitur. [In eandem fraudem) Fraus pro dolo & pœna ab antiquis accipiebatur. [Mulierculam) Minus est quàm si diceret, aut mulierem, aut meretricem, vtpote quæ erat contẽta paruo. [Coacta ingratis) Hoc est inuita. Et bene coacta & ingratis. Nam aliquis ingratis dicitur aliquid facere, qui inuitus & coactus præter voluntatem facit. [Post illa cœpit victum volgo quærere) Sic in And. Lana & tela victum quæritans. Et rectè victum, & non cibum protulit. Cibus est. n. qui delicatis præbetur, Victus, in paruis aridisque alimonijs est constitutus. Virg. Victum infelicem baccas lapidosaq. corna. [Quærere) Melius dixisset quæritare. Quærit enim qui ad plenum & perpetuum reponit: Quæ-

ritat qui vix quotidie inquirēdo victum inuenit.[Post illa) Antiquum est,nos aũt dicimus postea. [Sine magno intertrimento).i.damno. Detrimentum,secundum Varronem,à detritu dr, q̃ ea quæ trita sunt,minoris precij sint. Intertrimentum,ab eo q̃ duo quæ inter se trita & diminute. A quo etiam intertrigo dicta.[Quiduis dare cupis)Et hoc est nimiæ largitatis. [Primum, iam ancillas) Et hoc est signum illam probe instructam ad expilandum amatores.[Satrapes) Satrapes à Græcis prouinciæ Præfectus dicitur.[Nedum tu possis)Nedum hoc loco negatiue ponitur,vt,Non crederem tibi obolum,nedum pro te effunderem sanguinem. Iam Chremes Bacchidem credit Cliniæ esse amicam.Et obserua Terentianam consuetudinem, qui inducit nihil sapere eos q̃ falluntur. [Sensi) Hoc cum dolore dicere solemus in his in quibus detrimentum ingens passi sumus.[Actum siet) Actum est dicitur de ea re de qua iam lata sit sententia. Et est verbum desperantis. [Pitissando modo) Bene pitissando. Et releui dolia omnia. Nam pitissare proprie est parce vinũ gustare,quasi tentandi gratia.Tale est verbum quo Plaut.vtitur,cyathisso,tale est & græcisso. Pitissando.i.expressis labris expuēdo, dum saporem vini probat.[Sic hoc dicens,asperum) .i. austerũ. Secundum Plinium tria vini sunt gña,austerum,dulce,&tenue. [Releui dolia)Vt inqt Plin.in Italia resina vino condendo maxime ꝓbatur Brutia,circa Alpes ligneis vasis cõdunt, circulisq̃ cingunt. Picantur autem protinus à canis ortu,de hinc perfunduntur marina aqua,aut salsa,ac leui cinere sarmenti aspergunturdum igitur vina aperiuntur, dolia relinuntur. [Oēs serias) Seria,dolium,& proprie vas fictili de limo oblõgum.Pers. Et ò si sub rastro creperet argenti seria dextro Hercule. [Solicitos habui) Varijs officijs, & ministerijs distractos nihil significantius dicere potuit. Quid.n.aliud est solicitare,q̃ suo loco mouere? Solum aũt quin significet locum,q̃s dubitat? cum exules quoq; dicantur solo patriæ suæ pulsi.Solicitos igitur habuit oēs domesticos,qui hinc & inde administrandum destinabantur. [Quem exedēt) Plus dixit,q̃ si,cuius res,dixisset. [Sic me dij amabunt) Pro ament.[Vt me tuarum miseritum est)Bene miseritum. Nã secundum nonnullos miserari est flere & lamentari: Misereri vero,miserationes alienis casibus exhibere. [Sumat,consumat, perdat) q̃s hoc patre indulgentior? sed hoc contingere solet dũ vnicus est gnatus.[Sumat)Accipiat.Alias sumere est eligere. Sa Iust. in Iug. Sumat aliquem ex populo monitorem officij sui. [Perdat)Quod maius est,& quod finem consumendi habet,tertio loco posuit.[Per alium quemuis vt des)Quod salubrius præceptum parentibus dari potest? Nulla.n.re adolescentes magis corrumpuntur,q̃ nimia parentum indulgentia. [Technis).i.fallacijs. [Subsensi) Bene subsensi. Nam sub,est temperamentum plenę pronunciationis,vt sub tristis,subridet, nõ ad plenum tristis,aut ridet. Et cum quinque sint sensus,duo sunt visus,& auditus,quos nos magis sensibiles habemus, q̃ pecora. Cic. Non solum videam,sed etiam audiam. Duabus ergo rebus scimus, aut ratione,aut sensu, q̃bus maxime præstamus ceteris animalibus. Ergo senex dicit se sensu sensisse seruulos fraudem parare. [Quam abs te amittas filium) Amittas,pro,dimittas dixit. nam quod nos dicimus dimittere,antiqui ēt dicebant amittere.Virg. Quisq̃s es amissos hinc iam obliuiscere Graios. Sal. Pactione amissa publico consilio.[Ad nequitiam) Bene de adolescente nequitiam dixit,nequitia enim est luxus vitæ prodigus, atque effusus. Ouid. Nequitia est quæ te non sinit esse senem. [Nam deteriores omnes sumus licentia) Sententia proprie seni conueniens. & deteriores,signantissime protulit. deteriores.n.homines licentia à bono ad malum vertuntur. Est enim peius à malo quod in vsu est,& creberrime frequentatur. Deterius vero,à bono,vt minoris sit meriti,q̃ quod placet. Virg.3. Georg. Deterior donec paulatim ac decolor ætas.[Putabit)Putamus instantia, Reputamus præterita. Putare proprie purgare est. & arbores,& vites dicimus putare. hinc putare est cogitare, quia cogitando superflua mente recidimus. Est tñ putare eius,qui simplicitate pectoris aberrauit. Cic.Non putauit,lapsus est.[Minabitur)Minatur etiam filius parenti dum se carum animaduertit,& discessum simulat.[Qui)Quomodo,& est sermo comicus.[Restituere) Redditur cupientibus,vt domino seruus. Restituitur cupiens, vt patriæ ciuis. Et redditur & restituitur cupiens cupiẽtibus,vt patri filius. [Apprehendendus) In Andria, Tuus pater modo me apprehendit.[Me cœpere arbitrium) Arbiter dabatur his,qui de finibus regendis ambigerent. Dicitur enim arbiter iudex,quòd totius rei habeat arbitrium,& facultatem. [Aliena melius,vt videant,& iudicent,quàm sua) Huic illud Cic. lib. 1. Offic.contrarium est.Est enim difficilis cura rerum alienarum, quanquam Terentianus ille Chremes, humani nihil à se alienum putet, sed tamen quia magis ea percipimus, atque sentimus,quæ nobis ipsis,aut prospera,aut aduersa eueniunt, quàm illa quæ ceteris, quæquasi longo interuallo interiectio videmus,aliter de illis, ac de nobis iudicamus.

LVCESCIT, &c.) Hic veri amici officium in hac scena pulcherrime exprimitur in qua amicus amico gaudij insperati maximo cum effectu nuncium,& consilium affert. C. Lucescit .i.lux fit,hoc est dies aduenit,cur.i.quare iam cesso.i.tardo pulsare hoc hostium vicini mei .s. Menedemi, vt ipse sciat primum ex me .i. à me, filium redijsse sibi .i. ad suum gaudium, & si.i. quamuis, intelligo adolescentem.i.Cliniam nolle hoc .s. vt pater sciat eum venisse, verum.i.sed, cum videam hunc .s. patrem miserum, tam .i. adeo, cruciari .i. vexari abitu .i. discessu eius, cœlem .i. debeam cœlare gaudium tam inperatum cum nihil pericli sit illi, ex indicio .i. ex indicatione, & manifestatione, haud .i. non,faciam.i.non cœlabo gaudium, nam adiuuabo senem .s. Menedemum,quoad .i. quantum potero,vt .i. sicut video filium meum inseruire amico atque æquali suo .s. Cl.& video eum .s. filium meum Cl. esse socium in negocijs, ita .i. eo modo, quoque.i.etiam, æquum est.i.iustum est,nos senes obse qui.i.inseruire senibus. M. profecto.i.certe, aut ego Me sum egregie .i. valde nimis natus, ingenio est natura mea, ad miseriam .i. ad infelicitatem sustinendam,aut illud est falsum,quod audio dici, videlicet, diem .i. tempus, adimere .i. auferre ægritudinem .i. mœrorem hominibus. Nam ægritudo .i. mœror, mœstitia animi(ægritudo enim animi est.Sed ægrotatio est corporis) ægritudo ergo .i. mœror,dolor animi,de filio.i.ex filio, & causa filij,augescit .i. increscit mihi magis quotidie, quando diutius .i. longius ipse filius abest .i. absens est,tanto magis cupio, & magis desiderio .i. eius desiderio teneor. C. sed video ipsum senem egressum foras .i. extra domum, ibo ad eum .s. atque alloquar .i. sermonem faciam cum eo. O Menedemo salue,apporto tibi nuncium .i. quod dicitur nouum. Nuncius dicitur,qui nunciat,& res nunciata, pro re etiam nunciata nuncium in neutro reperitur,cuius .s. nuncij,maxume.i.maximopere cupis, te fieri participem .i. te illo impartiri nuncio cupis summopere. M. nunquid, nam .i. non ne aliquid audisti de Gnatho meo .s. Clinia. C. valet .i. sanus est,atque viuit. M. quæso vbi nam .i. vbi est? C. est hic apud me domi meæ. M. admirabundus hoc dicit,meus gnatus .i. meus filius est inquam apud te. C. Sic est .i. ita est. M. Venit meus Gnatus? C. Certe .i. sine dubio. M. Clinia meus .i. meus filius venit? C. Dixi .i. iam satis dixi eum venisse, propterea non me vlterius obtundas talibus percunctationibus, dixi autem est verbum aptum peroramtibus .i. finem orandi facientibus. M. Eamus ad eum .s. obsecro, duc me ad eum. C. Non vult te scire .i. quod tu scias se redijsse, etiam fugitat tuum conspectum propter peccatum.i.propter flagitium suum,quia te offendit amori indulgendo,tum.i.deinde timet hoc ne.i.vt pro quòd tua duritia illa antiqua,etiam nunc sit adaucta.i.augmentata,seu increuerit. M. Tu non dixisti ei? vt.i.qualiter essem,hoc est qualiter me haberem. C. Non dixi. M. O Chrem.quamobrem .i. quare non dixisti? C. Quia pessime consulis .i. prouidis, prospicis, seu suades istud quod sequitur in te .i. in tuum futurum dolorem, & in filium .i. in filij tui detrimentum, nam nimia indulgentia nocet,subdit autem illud quod pessime consulit .s. si offenderis te esse animo tam leni.i.suaui,miti, benigno, indulgenti,& victo .i. fracto, obiecto, mollificato. M. Non possum offendere me illi animo leni, & victo, satis iam satis, hęc replicatio magnam habet vehementiam,q.d.se vltra,quàm satis erat fuisse patrem durum, fui iam satis satis pater durus .i. seuerus,acerbus,inhumanus. C. Interiectio dolentis. O Menedeme es nimis vehemens .i. impetuosus, acer. à vimentis, & impetu dicitur vehemens, in vtranque partem.i.& in duritiam, & indulgentiam, quando vis esse durus excedis modum, cum vis esse indulgens, excedis id, quod est satis, incides in eandem fraudem.i.eodem modo decipieris ex hac re, & illa .s. ex nimia largitate.i.indulgentia, aut ex nimia parsimonia.i.tenacitate,ac duritia, primum .i.in primis olim.i.multo ante tempore perterruisti filium.i.incussisti filio terrorem potius,quàm paterere .i. potius quàm permitteres eum cõmeare.i.se conferre,seu transferre,aut traducere se ad mulierculam, quæ tum.i.tunc erat contenta, paululo .i. victu admodum tenui vel precio admodum paruo,&cui mulierculę omnia erant gnata.i.omnia placebant, quæ illi dabantur, hinc .i. ex eo tempore, ea muliercula coacta ingratis .i. inuita, præter voluntatem, aliquis ingratus dicitur aliquid

GVID.

aliquid facere, vt vult Don. qui inultus, & coactus præter volũtem facit, vbi ingratis dicitur vetuſte, tanquam foret tertiæ inflexionis, cepit. i. incepit poſt illa. i. poſteaquam perterruiſti filium ab ea quærere. i. quæritare, nam quærit, qui ad plenum, & perpetuum reponit, quæritat, qui vix quotidie inquirendo victum inuenit, cepit ergo quærere vulgo. ſ. paſſim, & in commuuni, ſeu in medium, & in publicum, aut in propatulo, victum .i. alimoniã, vnde videlicet poſſet inopem defendere vitã cibus delicatis præbetur, victus in paruis, aridisq. alimonijs eſt conſtitutus, nũc .i. hoc tempore, cum illa muliercula nõ poteſt haberi ſine tuo magno detrimento. i. damno, ac diſpendio, alij habent intertrimento, quod in idem redit. Detrimentum, vt Varro ait, dicitur à detritu. nam ea quæ ſunt detrita minoris ſunt precij, ſimiliter intertrimentum dicitur ab eo, quòd duo inter ſe trita ſint ac diminuta, cum ergo nunc non poſſit haberi ſine detrimento, cupis dare quiduis. i. quodlibet, ſeu quod petatur, nam vt ſcias quã pulchre .i. nitide ea. ſ. muliercula, nunc ſit inſtructa. i. apparata ornata, ad perniciem. i. ad damnum tuum, & tui filij, & tui deſtructionem, primum .i. in primis, iam adduxit ſecum ancillas plus decem .i. plus quam decem, quemadmodum dicimus adduxit ſecum magis decẽ homines, in quibus dictis magis, & plus aduerbia ſunt, alioquin diceretur adduxit ſecum magis decem, & non plus, ſolemus tamen ſæpius apponere quàm. vt, Adduxit ſecum plus q̃ ancillas decem, vel magis quam decem ancillas. Verum auctorum vſus ſemper eſt ſequendus, adduxit inquam ancillas plus decem ornatas veſte. i. veſtimẽtis, atque auro. i. monilibus aureis, vt zonis, ſeu cingulis habentibus aureas fibulas .i. aurea firmacula, ſi Satrapes, dicitur enim Satrapa pro eodem, dictio eſt Perſica, ſignificans Præfectum, vt ait Tortell. ſi ergo Satrapes. i. Præfectus prouinciæ, cui ſunt abunde pecuniæ, ſit amator eius puellæ nunquam quærat. i. poſſit ſufferre, & ſuſtinere, ſumptus .i. impendia eius, nedum. i. ſolũ, tu non inquam poſſis ſufferre eius ſumptus, argumentum eſt à maiori ad minus, ſi non poſſit maior, idẽ nec minor. M. Ne. i. vtrum, ea puella eſt intus? C. Rogas. i. petis an ſit intus? ſenſi. i. ſatis percepi eam eſſe intus? apud Mened. nã dedi ei, atq; comitibus eius. i. ancillis pediſſequis vnam cœnam, quòd. i. ſed, ſi iterum cœna ſit danda actum ſiet, hoc dictum ſemper in malam partem capitur, dicitur autem de ea re, de qua iã ſit lata ſententia, & eſt verbum de inſperantis. Cic. Actum eſt de te, niſi prouides, nã vt omittam alia. i. præter alia, quæ impenſa ſum, modo. i. paulò ante, quod vini. i. quantũ vini, filius meus ſup. abſumpſit. i. abſorpſit, ſiue exhauſit, mihi. i. in meũ detrimentum, pitiſſando .i. guſtando, nam pitiſſo, as, ſignificat parce vinũ guſto, quaſi tentandi gratia, abſumpſit ergo multum vini dicens .i. dicendo hoc quod ſequitur, ſic tali modo. O pater hoc vinum eſt aſperum. i. non ſuaue guſtui. Aliud vinum eſt lenius .i. ſuauius, mitius, dulcius, ſodes. i. ſi audes, vox eſt hortãtis ait Dona. vt amabo, rogo. Vel precantis, vt vult Seruius, dicitur autem cõiunctæ ſodes apud comicos pro ſi audes, vt ſis pro ſi vis, capſis pro capeſi vis &c. vide. i. conſidera quod dicturus ſum, releui .i. perforaui, vt dici vulgo ſolet, quæ perforatio fieri non poterat, niſi prius auferretur, aut lucrum, aut limus, aut argilla, aut pix, aut reſina, aut gypſus, quibus linebantur dolia, ac picabãtur, ſeu incruſtabantur. Linire enim eſt picare. i. pice aliquid linire, ſeu vngere, ſeu mauis incruſtare, & alicui rei ſuppoſitum aliquid ſuperducere, vt parietem linimus calce, aut gypſo .i. incruſtamus, dolium linimus pice, aut argilla. i. eius rimulas obturamus bitumine aliquo, quemadmodum tegere ſignificat operire, & retegere ſignificat contrarium .ſ. tegmen auferre, ſic linire ſignificat, quod dictum eſt linire aliquo bitumine, & relinire ſignificat cõtrarium, hoc eſt bitumen detergere, ſeu amouere, quo aliquid prius linitum erat, & ita releui dolia omnia ſignificat abſterſi lutum, vel terram tenacem ab omnibus dolis, vt in ea cœna vinũ varium apponeretur, propter autem prædictam ſignificationem linire ſignificat etiam deturpare. Inde lituræ, ræ. i. deturpatio facta atramento ducendo lineam per falſa ſcripta, vt fieri ſolet, releui inquam omnes ſerias. i. vaſa fictilia, in quibus vinum aſſeruabant, nam ante vſum doliorum, quæ lignea ſunt ad vina conſeruanda vaſis vtebantur fictilibus, quæ ſeriæ dicebantur. Inde ſeriola, læ. Perſius:

Seriolæ veterũ metuens detradere limum. Idem:

O ſi ſub raſtro creperet argentea ſeria dextro Hercule.

Vbi Perſius capit ſeriam pro vaſe fictili repleto argento, & terra infoſſo. Eſt. n. ſeria, vt volunt aliqui, vas fictile de limo oblongum habui omnes ſeruos meos ſolicitos. i. varijs officijs, ac myſterijs diſtractos, & occupatos. Feſtus, inquit, ſolicitare eſſe à loco ſuo mouere, à ſolum ſoli, quod terram ſignificat, & locũ, & cito as, quod eſt moueo es. Atque hæc vna .i. vnica, & ſola, nox fuit ſupp. q. d. quid feciſſem ſi ſecunda nocte mihi paſcendi fuiſſet, quid cenſes te futurum .i. quid putas, quòd tu eris, q. d. inops, & miſer euades? quem. ſ. te exedent, ab ex, & edo es. i. corrodent tuam ſubſtantiam, & bene viuendi facultates abſumẽdo, & acrius exedẽt dixit, quàm ſi dixiſſet exedent tuas res, aut tuas opes. O Menedeme, perij, amabunt pro ament me ſic, vt .i. ſicut, me miſertum eſt .i. vt miſericordia, ſeu miſeratione motus ſum tuarum fortunarum. Miſeret ſæpius facit miſertũ eſt, vt tædet pertæſum eſt. M. Faciat filius. ſ. meus, quodlibet .i. quod ex ſua erit libidine. i. etiã ex ſua inordinata voluntate, ſumat .i. ſpõte capiat, & quantum volet conſumat. i. abſumat, impendat, per dat. id. i rebus meis non ſolum vtatur, ſed etiam interdum abutatur eis rem videlicet cum fructu de perdendo, decretum eſt. i. cõſtitui ac decreui, pati. i. ferre illud. ſ. æquo animo dummodo habeamus illum filium meum mecum. C. Si certum eſt tibi. i. conſtituiſti, & decreuiſti facere ſic, vt dicis, arbitror illud permagni referre .i. tibi, & filio maxime eſſe vtile, & multum ad rem tuã, & illius ſpectare, vt ſentiat. i. iudicet te neſcientem, quaſi deceptũ ſerui technis, dare ſibi id. i. tantam indulgentiam, quantum datũ te dicis. M. Quid faciam? D. Petis ſup. quid facies, & qua via procede? facias ſup. quid vis .i. quodlibet potius quam id, quod cogitas facere, videlicet vt des illi quod dare vis, per aliũ quemuis. i. per quemlibet, ſeu quęcũnque volueris. Sinas. i. patiris te falli. i. deludi, technis. i. fallacijs per ſeruorum tuũ. ſ. Etſi .i. quamuis, quoque. i. etiam, ſub ſenſi. i. aliquid modo percepi id, quod ſequitur, videlicet illos .ſ. ſeruos, & filios eſſe ibi .i. domi meæ, ſubſenſi inquã illos, agere. i. moliri id. ſ. fraudẽ, & technas, quibus te deludant, ac fallant, clãculum. i. ſecreto inter ſe. Syrus ſeruus meus conſuſurrat .i. ſubmiſſa voce colloquitur cum illo veſtro ſeruo, & bene veſtro dixit, quaſi & patris ſit ſeruus, & heri lis, filij adoleſcentes. i. filij noſtri, conferunt. i. concitant, pſilia .i. ſuſcepta propoſita, ſeu inſtituta. Et ſatius eſt. i. melius eſt tibi perdere. i. admittere talentum .i. tale argenti pondus, hoc pacto .i. hoc modo, vt dico. Dictum eſt ſuperius talentum Atticum eſſe duplex, maius quod conſtat ex quatuor, & octoginta libris, vel eo circa, & minus quod conſtat ex ſexaginta, melius eſt igitur te hoc modo perdere talẽtum quàm perdere minam. i. libram, illo modo. i. te prodendo illi, & tuam illi indulgentiam oſtendẽdo, nunc. i. in hac parte, non agitur. i. non tractatur, de pecunia .i. de quantitate pecuniæ, ſed illud tractatur pro modo demus id, qđ daturus ex adoleſcentulo. i. filio tuo, minimo periculo. i. eo modo, quo minime vergat in eius perniciẽ, nam ſi ſemel intellexerit filius tuus tuum animũ .i. tuam voluntatẽ, videlicet te prius perditurum vitam tuam, & omnem pecuniam. i. omnem ſubſtãtiam, nam nomine pecuniæ omnes diuitiæ ſignificantur, priuſquam amittas. i. demittas, ſeu elicias filium abs te. Antiqui enim vbi nunc dicimus dimittas, etiam & amittas dicebant. Virgil. Quiſquis es amiſſos hinc obliuiſcere Graios. Quanquam illic amiſſos poſſit interpretari perditos, nam eos amiſerat, qui eum deſeruerant. Hui, interiectio indignantis, quantum feneſtram. i. quam magnum aditum, patefeceris .i. petente feceris, hoc eſt aperueris ad nequitiam .i. luxum ac libidinem. Dicitur enim nequitia luxus vitæ prodigus, atque effuſus. Ouid. Nequitia eſt, quæ te non ſinit eſſe ſenem, autem. i. ſed, porro .i. certe, tantam inquam patefeceris feneſtram ad nequitiam, vi. i. quòd non ſit tibi ſuaue, imò acerbũ viuere, nam omnes ſumus deteriores .i. vt Seruius interpretatur, minus boni, licentia. i. nimia liberta te. cum quidquid libet licet, ideo licentia dicitur impunitas, cũ impune facimus quidquid libet, nulla ſecuta repræhenſione, videtur tamen deterior interdum capi propeior. Cic. ad Caniniũ: Hoc animo, qui ſunt deteriores, fiunt rogati, quauis & illic pro minus bono ſumi poſſit, filius tuus volet quodcunque .i. omne quod inciderit in mentem, neque putabit. i. non conſiderabit, nõ mente volutabit, an id, quod in mentem veniet, ſit prauum. i. diſtortum, & à via rectæ viæ deuiant, an ſit rectum. i. cum virtute, & officio faciendum. Nam, vt inquit Cic. ad Herennium, rectum eſt, quod cum virtute, & officio fit, non putabit ergo, an .i. vtrum id, quod petet, ſit prauum, an rectum, vi non poteris patirem tuam. i. tuam ſubſtantiam, & tua bona, & illum filium perire. i. perdi, & in perniciem ruere, ſi denegaris .i. denegaueris dare quod petet, ſcilicet ilico ibit ad illum, qui ſentiet ſe maxime valere .i. habere maximam auctoritatem apud te, ilico minabitur ſe abiturum eſſe. i. ſe eſſe diſceſſurum abs te .i. à tua ſocietate. M. Videre .i. videris dicere verum, atque vt, id eſt quemadmodum res eſt .i. res ſe habet. C. Hercle, iurantis eſt, ego non vidi ſomnum hac nocte oculis meis, dũ. i. quãdiu, quæro .i.

inquiro,qui .i. quo modo,qua via,qua ratione, reſtituerem .i. redderem, redditur enim & reſtituitur, vt ait Donat. cupiens cupienti, vt patri filius, vt hic. M. Cedo .i. da. dextram .i. manum tu per. Cedo enim verbum eſt defectiuum, duas tantum perſonas habes ſecundas,in ſingulari numero,& in plurali præſentis imperatiui,videlicet cedo & cedite,& ſalue ſaluete.Cedo autem ſignificat die vel da, & cedite dicite vel date, quod ſignificet da,vel date, probat. Non. nitens dicto Enn. cuius hæc verba ſunt,Cedite manus veſtras,measque accipite .i. date manus veſtras & accipite manus meas vt iunctis manibus confirmetur fœdus,quod exemplum clarius poſſet adduci illo. Cedo igitur dextram, nos enim aut oratori, aut confirmaturi quidquam alicui eius dexteram poſcere ſolemus,porrò.i.ſed, ò Chr. vt facias idem.i.reſtituas mihi filium aliqua via. C. Sum paratus. M. Scin'.i. ſcis ne quid volo nunc te facere .i. quòd tu facias. C. dic. M. Quid.i.quia ſenſiſti.i.percepiſti illos velle incipere fallere me. volo inquam te efficere, vt maturent .i. feſtinent, properent facere id .i. me decipere, cupio dare illi quod vult, tam cupio videre eum. C. Dabo operam vt maturent, & filium videas.Syrus eſt apprehendendus.i.conueniendus,&compellendus,atque ipſe eſt mihi adhortandus, vt .ſ. deducat filium ad te, & efficiat, vt eius præſentia reficiaris neſcio quis exit.i. egreditur à me.i.quod barbare dicitur de penes me .i. de domo mea,concede.i.confer te,abi.i.vade,hinc.i.ex hoc loco,domum .i.in domum,ne ſentiant.i.percipiant nos congruere.i.conuenire,& quod dicitur facere formam ac pactum inter nos, hoc paululum negocij.i.aliquid paruæ controuerſiæ,quæ ſequitur vicinos,obſtat mihi .i. impedit me, quominus domum eam, illud autem negocij, hoc eſt Syrus & Crito vicini noſtri, appoſitiue dictum, ambigunt.i.dubitant hic de finibus .i. determinis agrorum ſuorum,cœpere .i. elegerunt,vt Cic. Aut capiendus exilio locus,cœperunt ergo me arbitrium .i. iudicem,vt totius negocij habeam arbitrium,& facultatem. Arbiter enim eligitur arbitrio litigantium ibo ad eos, ac dicam me non poſſe dare operam his.i.non poſſe vacare ſuis negocijs hodie,vt .i ſicut, dixeram.i.promiſeram me daturum operam eis.i.ſicut promiſeram me vacaturum eorum controuerſiæ,continuo .i. ſtatim, adero .i.præſto ero hic. M. Quæſo.i.rogo,vt adſis ſtatim,deinde abeunte Chremete ſecum Men.dicis. Dij veſtram opem imploro .ſ.itan'.i.ita ne,eſt verum ſup. naturam hominum eſſe ita comparatam.i.conſtitutam,vt videant homines melius aliena.i.negocia aliorum,& iudicent,quàm videant & iudicent ſua. An ſit .i. contingit vel efficitur eo,quia.i.ideo, quòd ſumus præpediti .i. impediti,quo minus rectè iudicemus,in re noſtra.i.in noſtra cauſa,aut negocio, aut nimio gaudio, aut nimia ægritudine .i. dolore, nimio mœrore. Nam ægritudo eſt mentis, ægrotatio corporis.Hic Chr.quanto plus,q.d.multo plus ſapit mihi.i.pro vtilitate mea ſapienter loquitur, quàm egomet ſapiam mihi .i. pro mea vtilitate. C. Iam redijt Chr. dicique ſic. ò Men. diſſolui.i.expediui,exolui,eripui me ab illis ocyus .i. cito,comparatiuum pro poſitiuo, vt darem operam tibi .i. tuis rebus intumberem.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Chremes indicat Menedemo aduẽtum filij,& quid agendum ſit conſulit.Eſt autem initium occaſionis ad futuram epitaſin.[Pultare oſtium)Pro pulſare,vetuſte. [Diem adimere) Prouerb. Augeſcit,pro creſcit. [Meus gnatus) Attende verba & geſtum gaudentis. [Dixi) Confirmantis verbum,proprium eorum qui cauſam perorauerũt.[Satis iam) Geminatio ad vehementiam,&eſt exclamatio qua ſeipſum accuſat ſenex.[Vehemens in.) Repræhenſio intemperantiæ Menedemi, & deinde conſilium, quæ ambo pertinet ad deſcribendam perſonam Chremetis,q alij conſulens ipſe à nequiore filio deciditur. [Nam vt tu.)Rem auget exemplo.[Pitiſſando).i.guſtando.[Releui dolia).i.aperui detrahendo.ſ.linum vel ceram, qua foramẽ obſtruitur. [Sic facere) Conſilium Chremetis, cuius occaſione ipſe decipietur,quæ erit epitaſis fabulæ. [Syrus cum illo) Signa coniecturæ. [Non nunc pecunia) Subaudi,de,nam per eclipſin ſubtrahitur præpoſitio metri cauſa.Eſtq. confirmatio conſilij ab vtili. [Somnum hercle) Commendatio ſedulitatis & officij. [Cede dexteram) Oraturus apprehendit dexteram. [Scin' quid nunc)παρασκευὴ ad ſequentem ſcenam.[Paululum negocij)Conuenit digredi Chremetem, vt ſpectatores alloquatur Menedemus.[Dij voſtram) Ex conſilio poëtæ Menedemus indicat ſpectatori quid actum ſit, & quamuis de ſe loquatur, tamen hoc reuera in Chremetem competit, qui aliena melius videt quam ſua,dum à filio & ſeruo tam improbe fallitur.Eſt autem hic ſcopus fabulæ, in quem cuncta referuntur.

PETRVS MARS.

LVCESCIT &c.) Affectus paternus nimis vehemens in vtranque partem,nec medietatem illam aliquando ſeruans,quę eſt ſecundum rectam actionem,& modum viuendi policitum, hac ſcena exprimitur. Interdum quippe pater nimis durus eſt in diſciplina domeſtica,interdum nimia indulgentia & facilitate,filiorum mores corrumpit,amore ipſum decipiente, quo filium tanquam aliquid ex ſeipſo proſequitur. Vnde Ariſt. in 4. Moral.ſic ait: Omnes amant ſua opera,vt parentes atque Poëtæ.Quod autem à medio rationis exorbitat,vituperatur in primis. Vnde Horat. in Serm.

Eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines,
Quos vltra citraq; nequit conſiſtere rectum. Et alibi,
Dum vitant ſtulti vitia, in contraria currunt:
Paſtillos Ruſfillus olet, Gorgonius hircum:
Nil medium eſt.

[Ea coacta ingratis) Aduerbialiter ponitur.i.inuito animo. [Sine magno detrimento) M. Varro ſic ait: Detrimentum dicitur à detritu. quod ea quæ trita ſunt, minoris ſint precij. Intrimentum ab eo quod duo vel tria inter ſe trita & diminuta ſint. [Satrapes ſi fiet amator) Satrapes lingua Perſica dicitur, qui præeſt vrbi & prouinciæ. [Releui dolia omnia &c.) .i. reſignaui & aperui. Lino, lini, liui, & leui. Inde relino, releui. [Dij voſtram fidem &c.) Excitandam eſſe rationem, & inſtituendam eſſe cupiditatem, docet hic locus, vt mediocritas illa ſeruetur in vita actiua & cupiditatibus, quæ eſt inter nimium & parum,& rectè monenti parendum eſſe monet,ne in actionibus error fiat. Ariſt. in fine primi libri voluminis Ethic. ſic ait: Hanc autem partem ratione vacantem, rationi obtemperare, admonitiones,increpationes,& cohortationes inducunt,aliena vt melius videant.Seneca ſic ait:Aliena vitia in oculis habemus, à tergo noſtra ſunt. Horat. in Serm. Sat. 3.

Cum tua perurdeas oculis mala lippus inunctis,
Cur in amicorum vitijs tam cernis acutum,
Quàm aut aquila, aut ſerpens Epidaurius?

[Nam quàm potero,adiurabo ſenem;) Nos,quod potero,pro eo quòd dicimus vt potero quantum potero, alij quoad dicunt, Græci καθ' ὅσον. Ita autem habent vetuſta exemplaria, & mea qui diem ſententia rectius. [Proterruiſti hinc, ea coacta ingratijs) Sunt qui legant ingratis, vt ſit trimeter catalect. Alij ingratijs,quo & Plaut. vtatur, velut in Prol. Aſin. Caue, meis ne ingratijs, pro me inuito atque nolente, vel iniuſſu meo. Idem in Mercatore: Tuam amicam tuis ingratijs, inquit. Et alibi, vobis inuitis atque amborum ingratijs &c. [Nunc cum ſine magno detrimento &c.) Alij intertrimento legunt hoc loco,quomodo Calphurnius, quicum facit lib. manuſcriptus, & ex impreſſis Venetus & Argentoratenſis. [M. Eſt ne ea intus? C. Sit rogas?) Haſſenſtenianum exemplar habet: Si ſit,rogas? quo modo etiam ex impreſſis Venetum.Nec aliter citat Thom. Linac. quo loco adnotauit græcam enallagen eſſe, cum ſi pro an ponitur,lib.6.de emendata ſtructura Latini ſerm. Nec ſenarius ipſe,quo minus ita legere poſſis,repugnat. [Illos ibi eſſe & id agere inter ſe clanculum) Nos tollendam putamus coniunctionem illam &,quo modo habent manuſcripti lib. Sin addendum cenſeas,erit tertio loco proceleuſmaticus. [Dare denegabis?) In manuſcripto eſt denegaris, modo ſubiunctiuo: Sed haud vtrum rectius.

GLAREANVS.

SVNT ſenarij iambici omnes. In quinto Eius monoſyllabum eſt. In ſexto, Nihil diſſyllabum. In ſeptimo, pro Quam potero, vetuſtus lib.habet, Quod potero. atque ita etiam R. In octauo, vel Filium diſſyllabum eſt, vel creticus eſt loco ſecũdo. In tertio autem loco anapæſtus. In 16.8,in vtroque Magis eliditur. In 17.d, ab initio eliditur. Et vetuſtus lib. Ibo habet. non Adibo quod &mihi placet.alioqui s,elidendum erat in Foras.In 19.Cuius monoſyllabum. In 21.d,eliditur in Apud, niſi bacchium conſtituamus loco quinto. In 22. Meus monoſyll. Ita in 23. quanquam vtroque in loco bacchius eſſe poteſt. In 25. alterum Tum abundat. In 27. Ei monoſyll. In 28. vel I, eliditur in Illum. vel creticus eſt loco quarto. In 30. s, bis eliditur in Satis. In 35. trochæus eſt in iambico vt ordinauerimus ita omnia commonſtrant exemplaria, ſed in tot millibus vnum condonatur Poëtæ. In 37. Ingratijs legit R. ex Plauto, & valet ad carmen. Nam alioqui catalecticum fuerit, quod admodum rerum. In 44. Eius monoſyll. In 45. lib. vetuſtus habet,

bet,Si sic rogas. quod R.placuit,mihi non. admodum. tortum enim faciet nobis carmen,siue ea totum elidas,siue s, in possis. In 46.Ei ac Eius dissyllaba sunt,vt loco secũdo sit iambus,quinto da Sylus. In 52. lib. vetustus habet,Atque vna hæc nox fuit. & carmen bene habet,quod in alijs corrupte legitur 54.versum Valla lib.3. elegantiarum corrupte allegat. Nam post vt, addit me,quasi Miseritum hret accusatiuum cum genitiuo,cum carmen hoc non recipiat. Et miseritum tetrasyllabum est,non trissyllabum.admonuimus hoc antea in Eunucho. In 58. Illud legendum ex vetere lib.non id. In 63. proceleusmaticus est loco tertio. quanquam R.tollet coniunctionem,&,quam habet lib. vetustus. In 64.s,eliditur in Syrus. potest & bacchius esse loco primo. In 65. a,non elidatur in Consilia. alioqui, vt carmen constet,non video. In 67.d,eliditur in Sed, aut creticus est loco quarto. In 69. post Animum vetustus lib.habet Ille pronomen,quod certe carmen expescit. In 70. Prius monosyllabum est,vel bacchius est loco primo. In 72. te in Patefeceris corripitur,quod in similibus etiam alibi fecit,sed non perpetuo. In 73. Suaue dissyllabum,vt apud Virg.quoniam suaues miscetis odores. In 74. s,eliditur in Sumus,vel creticus loco quarto. In 76. legendum,An rectum,quod petet,fiet. In 78.R. dubitat Denegabis ne legendum,an Denegaris. Ceterum Illud legendum certo,non,Illum. Non enim ad virum vllum referendum,sed ad id,quod tertium mox indicat carmen,Abiturum se abs te esse illico minabitur 84. versus ita legendus,Cedo dextram,porro te oro idem, vt facias Chr. vt Dextram sit dissyllabum, & Idem,post Oro,ponatur. In 89.quidam Prehendendus legunt, vt tamen in scansione sit trissyllabum,alij Apprehendendus, sed illi etiam s,elidunt in Apprehendendus,aut creticum constituũt loco tertio.In 91.Illi ponendum post Ne,alioqui versus claudicabit. In 92.vel paulum dissyllabum erit,aut creticus loco primo. In 97. In Itan', vel n,tollendum,vel i, à superiore eliditur versu,vel denique bacchius est loco primo. In 99. Eo fit,vel ꝑ spondeo vel bacchio. In vlt.versu Tibi secunda lõgatur.Quod quidem carmen quid sibi velit haud equidem intelligo. Sequente nanque Scena,non aderit Mened.quippe cui statim versu 15. male loquatur Syrus,idq. non secus,quam de absente. Nec nisi post multas scenas Menedemus amplius introduceretur. Effugium esse potest,Syrum duntaxat Chremetem videre,Menedemum vero alicubi absconsum hæc quoque audire, vt sit magis iocosum. Sed iudicet lector.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Seruus herum Chremetem decipit credentem Menedemo fallaciam intendi,& ita sua ipsius coniectura, & solertia fallitur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac scena iucundus error continetur,quo Chremes à seruo decipitur. nam credit Syrum Menedemo fallaciam intendere,dum ea sibi tenditur, & sic herus seruum instruit, instigatq; ad fallendum alterum, quod proiecto in seipsum torquetur.

Senarij.

SYRVS, CHREMES.

AC illac circuncursa: inueniendum
est tamen
Argentum,intendenda in senem fallacia.
Num me fefellit hosce id struere? videlicet
Est ille Cliniæ seruus tardiusculus:
Iccirco huic nostro tradita est prouincia.
s. Quis hic loquitur? perij, num nam hæc audiuit? Syre. s. hem.
c. Quid tu istic? s. recte,equidẽ te demiror Chreme
Tam mane, qui here tantum biberis. c. nihil minis.
s. Nihil narras? visa vero est, quod dici solet,
AQVILAE senectus, c. eia. s. mulier commoda,&
Faceta hæc meretrix. c. sanè idem visa est mihi.
s. Et quidem hercle forma luculenta. c. sic satis.
s. Ita non vt olim, sed vti nunc sanè bona,
Minimeque miror, Clinia hanc si deperit.
Sed habet patrem quendam auidum, miserum, atque aridum;
Vicinum hunc nostin'? at quasi is non diuitijs
Abundet, gnatus eius profugit inopia.
Scin' esse factum,vt dico? c. quid ego nescíam,
Hominem pistrino dignum? s. quem? c. istum seruolum
Dico adolescentis. s. Syre tibi timui male.
c. Qui passus est id fieri. s. quid facere? c. rogas?
Aliquid reperiret; fingeret fallacias,
Vnde esset adolescenti amicæ quod daret;
Atque hunc difficilem inuitum seruaret senem.
s. Garris. c. hæc facta ab illo oportebant Syre.
Eho quæso,laudas qui heros fallunt? c. in loco
Ego vero laudo. s. recte sanè. c. quippe quia
Magnarum sæpe id remedium ægritudinem est:
Iam huic manisset vnicus gnatus domi.
s. Ioco ne, an serio illæc dicat, nescio:
* Nisi mihi quidem addit, animũ, quo lubeat magis. * Sed
c. At nunc quid expectat Syre? an dum hinc denuo
Abeat, cum tolerare huius sumptus non queat?
Non ne ad senem aliquam fabricam fingit? s. stolidus est
c. At te adiutare oportet adolescentuli
Causa. s. facile equidem facere possum, si iubes:
Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo.
c. Tanto hercle melior. s. non est mentiri meum
c. Fac ergo. s. at heus tu facito dum eadem hęc memineris,
Si quid huius simile forte aliquando euenerit,
Vt sunt humana, tuus vt faciat filius.
c. Non vsus veniet,spero. s. spero hercle ego quoq;
Neque eo nunc dico,ꝙ quidquam illum senserim:
Sed si quid, ne quid quæ sit eius ætas, videt:
Et næ ego te, si vsus veniat, magnifice Chreme
Tractare possim. c. de istoc,cum vsus venerit,
Videbimus quid opus sit? nunc istuc age.
s. Nunquam commodius vnq̃ herum audiui loqui.
Nec, cum malefacere crederem mi impunius
Licere. quisnam à nobis egreditur foras?

AC illius circuncursa) Iucundus error,in quo herus in seruo decipitur,quem credit alteri fallacia intendere,dum sibi tenditur,& sic eum aggreditur de fallacia in alteꝝ. [Intendenda)Verbum à venatoribus translatum, qui retia intẽdunt ad feras capiendas. Quia ergo parat senem fallere, intendenda dixit,vel à sagittis atque arcu.[In senem) Cum stomacho seruili,senem dixit. In And. Quantum intellexi modo senis sniam. [Num me fefellit) Idem superius, Etsi sub sensi id quoque illos ibi esse.Et hic est error credi senem Menedemum, dum Syrus de Chremete ipso intelligit.[Prouincia) Onus dr cu iuslibet rei gerendæ.Nam acquisitæ bello longe ab Italia regiones, prouinciæ dictæ sunt, à porro, vel à procul vincendo, ad quas Prætores,quia cum officio mittebantur,officia quoq; prouinciæ nominant.[Recte) loco vult Syrus deflectere orationẽ in aliud,& subterfugere heri reprehensionẽ. [Aquilæ senectus) Plin.lib. x. nat. hist. de aquilis hæc refert,Oppetunt non senio, IOAN. CALPH.

nec ægritudine, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, vt aduncitas aperiri non queat. Igitur aliqua tantum in senectute bibit vel de præda sanguinem fugit, ex quo prouerbiũ in senas qui plus bibunt quam comedunt. [Eia) Eia interdum hortantis est, nunc correctionem significat. [Mulier commoda) A commendationis meretricis incipit, vt melius persuadet Cliniam deperire hanc, cum sit amica Clitiphonis. [Faceta) Bene de meretrice faceta dixit. Nam facetus est, qui facit verbis quod vult. Potest etiam referri ad formam corporis, vt significatio vocabuli indicat. [Ita non vt olim) Præterita semper præsentibus præferuntur, & magis commendantur. [Aridum) Translatio à terra, quæ nihil profert. [Profugit) Superius, In Asiam ad regem militatum abijt. Hinc profugus dictus proprie, qui procul à sedibus suis vagatur. [Hominem pistrino dignum) Ambigue an de Dromone, an de Syro, à quo bene annotarentur senum vitia. Et secum hæc dixit. [Syre tibi) Et hic secum. [Seruaret senem) Bene seruaret, dixit, de eo qui penitus se perderet, & continuis excruciaret laboribus. [Eho quæso) Eho, modo interiectio est interrogantis, alias admirantis, alias ad se vocantis. [Quia Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est) Ipsum fallere in tempore, quidam de officijs scribentes rectum putauerunt. [Ali quam fabricam) Translatio ab his, qui expugnaturi oppida, machinamenta bella ad id præparant. [Stolidus est) Superius, Ille Clinia seruus tardiusculus est. Et proprie stolidus est qui proxime accedit ad naturam sensumque pecudum. [Calleo) .i. callide scio. [At heus tu) Iam prouidet fallaciæ, quam mente conceperat, quo facilius mereatur veniam si quid struxerit in herum. [Sed si quid, ne quid) Aposiopesis, q. d. si quid euenerit. [Quæ sit eius ætas, vides) Quæ amori est obnoxia. [Et næ) Pro valde. [Magnifice) Bene magnifice dixit, memor verborum Chremetis, qui supra dixit, Heros falli à seruis aliquando esse remedium magnarum ægritudinum. [Tractare) Superius, Quo pacto id fieri soleat, calleo. Quisnam à nobis egreditur foras? parasceue alterius scenæ.

6VID. HAC illac &c.) Hic iucundus error continetur quo herus à seruo decipitur, quem credit alteri fallaciam intendere, dum sibi tenditur, & sic eum aggreditur de fallacia in alterum. Syrus circuncursa hac illac, h. d. seruus secum admonens seipsum sic, circuncursa hac illac. i. cursita hac .i. per hanc partem, & illac .i. per illam, circuncursa re componitur à circum & curso, quasi circum circa, vt dici soset, cursitare tamen quidquid sit inuenien dum est argentum, fallacia .i. deceptio, astutia est intendenda .i. exercenda in senem, intelligit Chremetem, sed Chremes intelligit eum dicere de Menedemo. Intendere proprie dicuntur venatores, cum retia feris capiendis intendunt, aut cum tendunt arcus. C. non fefellit .i. me non latuit, seu bene mihi in mentem venit hosce seruos, & adolescente struere. i. comminisci, fabricare, machinari id, hoc est vt pecunias à sene haberent. Videlicet. i. certe ille seruus Cliniæ. s. Dromo est tardiusculus .i. aliquanto tardior meo, vel aliquantulum tardus & lentus. iccirco prouincia. i. onus quærendæ pecuniæ tradita est huic nostro seruo. s. Syro prouincia dicitur a porto, quod est procul & vincendo, nam omnes regiones longe ab Italia bello acquisitæ prouinciæ dictæ sunt, ad quas regendas magistratus cum officio mittebantur & onere, ea de re prouincia pro omni onere ponitur cuiuslibet rei gerendæ. S. nondum perceperat seruus herum, quis liquitur hic perij, numnam. i. nunquidnam (aut pareleon est) audiuit hæc quæ dixi. C. scire, vocat eum herus. S. hem, respondendi modus indignando. C. quid tu istic, fac is sup. vel aliquid tale? S. Equidem rectè ago, scilicet. i. nihil mali, sed ò Chreme demiror, deauget hic te surrexisse sup. tam mane, qui .s. tu vnde biberis heri. C. nihil nimis feci .s. vel nihil .i. non bibis sup. nimis. S. narras .i. dicis nihil te fecisse nimis vero .i. sed in te senectus aquilæ visa est, vt .s. plus biberis quam comederis, quemadmodum aquila annosa, quod dici solet. i. quod est prouerbium, quod in ore populi habetur ait enim Plin. lib. 10. nat. hist. hoc de aquilis. Oppetunt non senio, nec ægritudine, sed fame in tantum superiore accrescente rostro, vt aduncitas aperiri non queat igitur aquila iam tum in senectute bibit, vel de præda sanguinem fugit, ex quo fit prouerbium in senes, qui plus bibunt, quàm comedunt. C. eia. interdum hortantis est, nunc corrigit. S. Hæc meretrix, quæ est cum Clinia est, mulier commoda, opportuna, elegans. non importuna, & faceta .i. festiua & sermone iucundo. Facetus dicitur, qui facit verbis quod vult, vel potest ad formam corporis referri elegantem. C. sanè idẽ .i. etiam visa est mihi commoda &c. vel visa est mihi idem. s. esse faceta accommoda. S. Et quidem hercle. i. & certe per herculem, est affirmatio cum iuramento est inquam forma luculenta. S. forma eius est sanè. i. valde. bona. i. venusta, non vt olim, sed vt nunc, h. d. quòd præterea solent præsentibus magis commendari. quod hic non facit. nam eius formam præsentem laudat, & minime .i. non miror si Clinia deperit .i. ardenter amant hanc meretricem. nam amator eius amore, quam amat perire dicitur, nam perditus est, qui insano est raptus amare. Inde ventum est, vt dicamus de pereo illam. i. ardenter & impatienter amo. sed Cliniam habet quendam partem. s. Menedemum, auidum .i. auarum, parcum, miserum, qui nõ audeat vti partis, atq; aridum, translatio à terra, q̃ nihil producit, nostin' .i. cognoscis ne nunc vicinũ tuum. s. Menedemũ. At. i. sed quasi pater nõ abundat diuitijs, natus eius profugit. i. profugus fuit. Nam profugus dr̃, qui procul à sedibus suis vagatur, inopia. i. egestate, scis. i cognoscis ne factũ esse, vt dico. C. indignatus est q̃ tam male audiat de sene vicino, quid. i. cur ego nesciam. i. ignorem, & non cognoscã vicinum, & quod factum sit, ò sup. hominem dignum pistrino. i. qui detrudatur, & deputetur, & destinetur ad circũagendas molas trusatiles, vt habet Gellius. hoc aũt dixit apud se ita tñ, vt audiuerit seruus. S. Quem dicis esse dignum pistrino. C. dico. i. intelligo istum seruulum adolescentis. s. Dromonem. S. secum hoc susurrat, ò Syre male timui nequit mali accideret tibi ex hac re. nã iam mihi nescio qd præsagiebat animus mali. C. prosequitur dictum suum. q. s. seruulus adolescentis passus est id fieri, videlicet vt filius discedere, neq; eum retinuerit. S. quid faceret. i. quod dici solet, quid ipse poterat. C. rogas repperiret. i. excogitaret, comminisceretur aliquid, fingeret fallacias, vnde. i. quibus fallacijs aliqd supp. esset adolescenti, quod daret amicæ suæ, atque ipse seruus seruaret senem, qui penitus se perdit, & cõtinuis excruciatur laboribus. S. garris. i. nugaris & fabulat, de promis. C. ò Syre oportebat hęc facta fuisset ab illo seruo, q. d. debebat hæc, quæ dixi facere. S. eho modo interroganti est particula, alias admirantis, alias ad se vocãtis, quæso. i. obsecro, laudas eos seruos, qui fallunt heros. i. dominos. C. vero pro certe ego laudo tales fallentes heros in loco, cum est opportunũ, & cu locus. i. occasio & opportunitas postulat. S. sanè rectè dicis, vel dicis. C. quippe. s. quia certe id. s. seruos fallere dominos sæpe est remediũ magnarum ægritudinũ. i. dolorum & mentis. & aliquando corporis, nam medici ægroto fallunt, iam. i. tũc, si fefellisset herũ seruus, gnatus vnicus. s. Clinia mãsisset domi huic seni. s. Menedemo, hoc est in gaudium eius. S. hæc dicit apud se cõmentabundus, nescio an ille senex dicat illæc. i. illa, quæ dicit ioco .i. per iocum, an ferro. i. ex animo, & quod dñt scienter, nisi quidem. i. certe, addit animum. i. auget mihi animũ, quo. i. vt magis libeat. i. magis placeat heros a seruis decipi, qđ vt videt. i. fæuiat in me, & me in pistrinum dedat. C. & nunc ò Syre quid ipse seruus expectat? an expectat dum. i. donec, quousque filius abeat. i. discedat hinc, denuo. i. iterum, cum filius non queat .i. non possit tolerare sumptus huius meretricis, nonne ipse seruus fingit. i. cõminiscitur, excogitat aliquã fabricam. i. aliquã astutiam, aliquam technam, aliq̃ machinationem ad senem decipiendum .s. tractum est aũt ab his, qui expugnaturi oppida machinamenta belli ad id prępparant. S. Ipse seruus est stolidus. i. totus fatuus & brutalis, neque quidquam habens considerationis, quasi proprie accedat ad naturam, sensumq. pecudum. C. At oportet te adiutare. i. adiuuare eũ seruum causa adolescentuli. s. Cliniæ. S. Equidem facile põssum facere. i. adiutare seruum ad fabricam faciendam seni, si iubes. i. si vis, vel præcipis, etenim calleo. i. opti me scio, vt qui in talibus iam fecerim callũ, quo pacto id soleat fieri. i. soleant senes decipi, & filij retineri. C. hercle tanto melior es. i. aptior seruus, qui dñis scias mederi. S. Meũ non est. i. meus non est mos, seu meæ nõ sunt partes, vel ad me non expectas mentiri. C. Ergo. i. qa tu calles, fac. i. adiura ad fallendum senem. S. At. i. sed, heus admonentis hic est heus, tu facito. i. da to operam, dum. i donec memineris hæc eadem, quæ. s. præcipis me facere, si quid. i. si aliquid, hoc est si forte euenerit aliqñ, vt. i. sicut, vel quemadmodum, humana sunt. i. se hñ, hoc est more humanitatis & humanæ fragilitatis, vt filius tuas faciat aliquid simile huius. i. simile huic facto Cliniæ, nã similis & datiuo iungitur & accusatiuo. C. Spero q̃ sup. non vsuueniet. i. q̃ non euenet. Nam vsuuenire signãt euenire, vt sæpe licet videri in epist. Ciceronianis. S. Ego quoque hercle spero non vsu venturũ, neque dico nunc eo, q̃ senserim quidquam in illum. i. percepĕrim aliqd erga illum, sed dico inquam, ne quid. i. vt non aliqd mihi dicas sup. si quid acciderit sup. simile huius, hic. n. est aposiopesis, vides quæ sit eius ætas, q. d. amori est obnoxia, & dico inquam hoc. i. te admoneo de filio anteq̃ accidat, vt caueas, vel prouideas

prouideas filio tuo,& eum obserues,ne fit opus vt te fallam, & te magnifice tractem,ne .i. vt non possum tractare.i.vt non habeam occasionem tractandi te magnifice .i. excellenter fallendi te, vt illi de pecunijs prouideatur, neque video qua ratione hic ne capiatur,pro valde,cum sensus non procedat, neque ipse ordo structuræ pati videatur,vt liquet subtiliter inspicienti,si vsus veniat.i.si accidat,vel si sit opus. C. Videbimus .i. considerabimus quid opus sit de istoc .i. de ista re, quam times euenire filio,cum vsu venerit .i. cum acciderit, nunc age istuc .i. intende fallacias seni. S. Nunquam audiui herum .i. dominum loqui commodius .i. opportunius,quàm nunc,nec crederem mihi licere impunius,ab impune .i. cum maiore impunitate,cum malefacerem .i. cum aliquid mali moliter, nam tunc homines impunitatem se consecuturos sperant longe maiorem,quàm effectu consequantur. Quisnam.i.quis egreditur.i.exit foras,à nobis.i.quod barbare dici solet de penes nos, siue de domo nostra est hic parasceue .i. præparatio alterius scenæ.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Chremes dat negocium Syro vt fallat Mened.qua occasione ipse falletur. Estque hæc altera pars occasionis principalis ad epitasin.[Hem)Metuentis,timet enim ne audiuerit senex,& audiuit quidem, sed facere decipitur, errans suspicionem in Syrum & appellatione senis. [Mulier commoda) Syrus laudat meretricem & persuadet Chremeti eam amare a Clinia quæ prima est fallacia ad exequendum ceptum consilium.[Syre tibi)Hoc secum Syrus.[Garris)Non credentis. [Quippe,quia &c.) Ratio ab vtili. [Fabricam fingit) Translatum a bellicis machinis, quæ oppugnandis oppidis admouentur. [At heus tu) Callida præmunitio ad futurum peccatum,vt tollat obiurgandi occasionem. [Neque eo nunc) Occupatio qua remouet suspicionem. [Ne quid) Subaudi, succenseas.

PETRVS MARS.

HAC illas &c.) Seruum cuius ingenium est fallax, oblatam opportunitatem arridere, vt insidiari liceat impune, & decipere docet hæc scena. Vir quippe malus impunitate proposita,scelere se inquinat, bonus autem, vitium auersatur & fugit propter eius deformitatem.Vnde Horat.in Epist.Oderunt peccare boni virtutis amore, Oderunt peccare mali formidine pœnæ. Tu nihil admittas in te formidine pœnæ. Sic spes fallendi miscebit sacra profanis. [Aquilæ senectus) Arist. lib. 6. dicit de moribus ac studijs volatilium. Senescentibus aquilis rostrum superius accrescit, curuaturque magis & magis, vt demum fame intereant. Cui rei data est fabula, vt hoc ita accidat aquilæ quoniam cum olim homo esset,hospiti iniuriam intulerit.[At quasi is non diuitijs &c.).i.si non large vtetur diuitijs, & abunde suppeditabit filio pecunias, iterum coactus inopia fugiet. [In loco,&c.) .i. aliquando cum oportet. [Fabricam fingit) .i. commentum atque fallaciam.[Stolidus es).i.imprudens,& nullam habens solertiam, nullum ingenij acumen huic fabricæ conueniens. [Quo pacto id fieri solet calleo) .i. scio propter longum,vsum, nam callidi dicuntur, quorum animus vsu occalluit, vt manus assiduo opere. [Te si vsus veniat) .i. aliquid tibi sine auaritia surripere,Effice,inquit, si vsus venerit, vt te liberalem inueniam & magnificum, non aridum & auarum, vt fuit Menedemus.

GLAREANVS.

HVIVS quoque scenæ omnes sunt trimetri iambici. In 4.versu,vel creticus est loco penult. vel contractio duarum vocalium in vnam. In 6. s, eliditur in Quis, nisi sit pæan primus loco primo.In 8.vel Nihil dissyll.vel i,in Qui non elidendum, sed corripiendum.In xj.Ioan.abijcit verbum Est. potest tamen creticus esse loco quarto,vt Est maneat. In 16.legendum ex vetusto meo libro, At quasi is. admonuit hoc etiam Ioan. Ceterum in verbo,Diuitijs,vel u,eliditur. vel duo,ij, in vnum contrahuntur. In 17.Eius monosyll. In 27. primo loco est anapæstus,secundo spondeus,tertio rursus dactylus.nam qui non eliditur,sed corripitur. Annotauit hoc quoque Ioan.In 27. Quia in fine monosyll. est, nisi dicamus tribrachyn loco vltimo. In 29. vel Iam vel Huic, dissyll. nisi dicas m, in Iam non elidi. In 30.locon',legendum. In 31. Mihi monosyll. vt primo loco sit anapæstus,nisi proceleusmaticum putemus primo loco. In 33. Huius dissyll.est.In 36.proceleusmaticus est loco secundo auct. Doct.In 40.d,eliditur in Quid,& Huius dissyll.est. Posset & legi,Si huius quid.In 44.Eius monosyll.est.In 45.Næ totum eliditur. In penult. à hne proceleusmaticus est loco secundo, inquit Doct. Præterea Mihi monosyll. totum eliditur.

ACTVS III. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Chremes filium obiurgat,& immodestiæ arguit, quem cum Bacchide ludentem viderat. Syrus hero id suadet, quod maxime ad extorquendum facit argentum.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Chremeti Syrus id suadet, quod multum facit ad extorquendum argentum, quod operæprecium erat Clitiphoni, pro amica sustentanda conquirere. Incipit autem Chremes ab filij obiurgatione, quem senserat ludentem & iocantem cum Bacchide, quam Cliniæ amicam credebat,tum fallaciam de emundendo ab argento sene inuentisse refert.

Iambici tetrametrici,partim catalectici, partim acatalectici,admixti interdum Trochaicis,vnus Dimeter,& Trimeter vnus.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

VID istuc,quæso? qui istic mos est Clitipho? ita ne fieri
Oportet? CL. Quid ego feci? CH. vidin' ego te modo manum in sinum huic
Meretrici inferre? s. acta est res,perij. CL. me ne? CH. hisce oculis, ne nega.
Facis adeo indegne iniuriã illi,qui nõ abstineat manũ:
Nam istæc quidem contumelia est, hominem amicum ad te recipere,
Atque eius amicam subagitarem: vel here in vino, quàm immodestus
Fuisti? s. factũ est. CH. quàm molestus? vt equidem, ita me dij ament, metui quid futurum denique esset. noui ego
Animos amantiũ:grauiter aduortunt,quæ nõ censeas.
CL. At mihi fides apud hunc est, nihil me istius facturum pater.
CH. Esto: at certe concedas ab eorum ore aliquantisper aliquo.
Libido multa fert: ea prohibet facere tua præsentia.
Ego de me faciõ coniecturam. nemo est meorum amicorum hodie,
Apud quem expromere omnia mea occulte Clitipho audeam.
Apud alium prohibet dignitas: apud alium ipsius facti * piget. * pudet
Ne ineptus,ne pteruos videar. qd' illũ facere credito.
Sed nostrum est intellegere,vtcunque, atque vbicunque opus sit, obsequi.
s. Quid istic narrat? CL. perij. s. Clitipho,hæc ego præcipio tibi:
Hominis es frugi & temperantis functus officium.
CL. tace
Sodes. s. recte sanè. CH. Syre pudet me. s. credo: neque id iniuria.
Quin mihi molestum est. CL. pergin'? s. hercle verum, dico quod videtur.
CL. Non ne accedam ad illos? CH. eho quæso, vna accedundi via est?
s. Actum est: hic se prius indicarit, quàm ego argentum * effero. Chreme, * aufero

Vin' tu homini ſtulto mihi auſcultare? CH. quid faciam? s. iube hunc
Abire hinc aliquo. CL. quò ego hinc abeam? s. quo? quò lubet: da illis locum:
Abi deambulatum. CL. deambulatum, quo? s. vah, quaſi deſit locus.
Abi ſane iſtac, iſtorſum, quò vis. CH. recte dicit: cẽſeo.
CL. Dij te eradicent Syre, qui me iſtinc extrudis. s. at tu pol tibi
Poſthac comprimito iſtas manus.
Cẽſen' vero? qd illum porrò credis facturũ Chreme,
Niſi eum, quantum dij dant tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones?
CH. Ego iſtuc curabo. s. atqui nunc here hic tibi aſſeruandus eſt.
CH. Fiet. s. ſi ſapias: nam mihi iam minu' minuſq. obtemperat.
CH. Quid tu? ecquid de illo, quod dudum tecũ egi, egiſti Syre? aut
Reperiſti quod placeat, an nondũ etiam? s. de fallacia?
Inuenta eſt: inueni quandam nuper. CH. frugi es: cedo, quid id eſt?
s. Dicam: verum, vt aliud ex alio incidit. CH. quidnam Syre?
s. Peſſuma hęc eſt meretrix. CH. ita videtur. s. imò, ſi ſcias.
Hoc vide; quod inceptet facinus. Fuit quędam anus Corinthia
Hic: huic drachmarũ argẽti hęc mille dederat mutuũ.
CH. Quid tum? s. ea mortua eſt: reliquit filiam adoleſcentulam:
Ea relicta huic arrhaboni eſt pro illo argento. CH. intellego.
apud s. Hanc ſecum huc adduxit, eaq́ue eſt nunc * ad vxorem tuam.
CH. Quid tum? s. Clinia orat, ſibi vti nunc det illam. illi tamen
Poſt daturum mille nummum. poſcit. CH. & poſcit quidem? s. hui
Dubium id eſt? CH. ego ſic putaui. quid nunc facere cogitas?
s. Ego ne ad Menedemum ibo? dicam hanc eſſe captam è Caria,
Dite, & nobilem: ſi redimat, magnũ ineſſe in ea lucrũ.
CH. Erras. s. quid ita? CH. pro Menedemo nunc tibi ego reſpondeo:
agis? Non emo. quid * ais? s. optata loquere. CH. atqui non eſt opus.
s. Non opus eſt? CH. non hercle vero. s. quid? iſtuc miror. CH. iam ſcies.
Mane mane, quid eſt, quòd tam à nobis grauiter crepuere fores?

IOAN. CALPH. QVID iſtuc, quæſo) In hac ſcena Syrus hero perſuadet quod multum facit ad extorquendum argentum. [Quid iſtuc) Viderat Chremes filium ludentem cum Bacchide, quam Cliniæ eſſe credebat. Et bene expreſſit obiurgationem paternam ſępe repetendo. [Huic Meretrici) Plus intulit, quàm ſi dixiſſet mulieri. [Acta eſt res) Verbum deſperantis. timebat enim Syrus ne ob hoc, fallacia eius detegeretur. [Me ne?) More filiorum, quod commiſerat, patri audacter negat. [Facis adeo indegne iniuriam illi) Bene pater poſt obiurgationem, ad admonitionem tranſit. [Vel here) Ingerit aliud maleſactum inter admonitionem, vt ſolent patres. [Vt equidem, metui) Vt, pro quantum, vel pro qualiter. Virg. Vt vidi perij. [Grauiter aduortunt) Quia in amore omnia ſuſpecta ſunt. [Eſto) Verbum concedentis. [Concedas aliquo) Et hoc quærit Syrus, vt abigatur Clitipho ab amica, ne Chremes eius eſſe animaduertat. [Ego de me facio coniecturam) Patres conantur monere filios, aut proprio exemplo, aut aliorum. [Ne ineptus, ne proteruos) Ineptus quo ad dignitatem: Proteruus dicitur importunus, qui alteri eſt impedimento, vel ſi per impotentiam mentis obuium cubito feriat, aut contumelia ſibi cedere cogat. [Quid iſtic) Syrus ſecũ loquitur, timens ſuæ fallaciæ. [Frugi) Vtilis, & neceſſarius à frugibus, quæ q̃ his fruantur dictæ ſunt. Inde fructus, & frumentum. Frui aũt, eſt veſci. à frumine quæ eſt ſumma pars gulæ. [Sodes) Eſt aduerbium blandientis. [Quin mihi moleſtum eſt) Quin pro etiam. [Mihi habet emphaſim) Mihi, qui non ſum pater. [Pergin') Iraſcitur Clitipho ſeruum aduerſus ſe loqui. [Eho) Hoc loco admonentis eſt. [Vna via) .ſ. honeſta, nec impudice agas. [Actum eſt) Semper deſperantibus hoc verbum datur. [Hic prius) Hæc ſecum loquitur. [Deambulatum, quo?) Bene impotentia amantis exprimitur. nec pater, nec Syrus, nec deliberatio ante facta remouere poterant Clitiphonẽ ab amica. [At iſtas comprimito manus) Subticet percuſſionem, ne ſurgat in tragicum cothurnum. [Quid tu?) Bene amoto filio de fallacia erga Menedemum exquirit. [De illo) Sic dicere ſolent qui de re aliqua peragenda inter ſe loquuntur. [Vt aliud ex alio incidit) Multa eſſe fingit, vt veriſimilius ſit quod finxerit. [Peſſuma eſt hęc meretrix) Contrarium illud quod ſuperius dixit, Mulier commoda, & faceta hæc eſt meretrix. Sed hoc loco peſſimam appellat, vtpote, quæ teneat virginem, quam Syrus illi relictam arrhaboni fingit, & hæc eſt valens cauſa ad extorquendum argentum. [Incœptet) Incipere, & inceptare, magnorum eſt facinorum, & audaciæ. In Eunucho, Quid inceptas Thraſo? [Arrhaboni) Pignori hoc loco intelligas. Arrhabon dicitur merces, corollarium, & eſt quod prius datur, vt reliquũ reddatur. [Mille nummum) Tale, & illud, mille hominum occiditur, & antiquum eſt. [Dubium ne, id eſt?) Quod meretrix aura poſcat. [Hui) Et cetera huiuſmodi generis, ſanè ſunt aduerſus eos quibus iraſcimur. [Ibo, dicam) Se aſtutum fingit ad decipiẽdum Menedemum. Superius, Etenim quo pacto id fieri ſoleat, calleo. [Optat loquere) Ira loquitur ille, qui cum alio loquitur, & cui is aduerſatur in conſilio de re peragenda.

QVID iſtuc &c.) In hac ſcena Syrus hero perſuadet id, qđ multum facit ad extorquendum argentum. Chremes aũt incipit ab obiurgatione filij, quẽ ſenſerat ludentem cum Bacchide, quã Cliniæ eſſe credebat. Chremes, ò Clitipho quæſo qd iſtuc quòd feciſti. ſ. ſibi vult. ſeu ſignificat. quis .i. qualis, q. d. turpis iſtic. iſte mos eſt ita ludere cum meretrice, ne .i. vtrum oportet ita fieri. C L. Quid ego feci? C H. Vidin'. i. vidi ne ego te inſerere. i. imponere manum huic meretriculæ in ſinum. S. Apud ſe dicit hoc. hæc res eſt de hac re, quaſi fallaciæ fuerit illo facto obſtructus aditus, perij. i. perditus ſum. C L. Me ne? .i. vtrũ dicis me inſeruiſſe manum. C H. Vidi inquam te hiſce oculis. ne nega. i. noli negare, adeo. i. certe, vel valde, indigne. i. indecenter facie iniuriã illi Clin. qui non abſtineas manum. i. nõ reprimas manum tuam ab attrectatione amicę illius. Nam qdem. i. certe, iſta eſt contumelia, videlicet, recipere. i. admittere, ad te. i. in domum tuam amicum tuum, atque ſubagitare amicam eius. i. cũ ea conſuetudinem hãe, ſiue ea abuti. Vel. i. etiam, quàm. i. quantum fuiſti immodeſtus in vino potando, vel, vt alij hũt, in conuiuio, q. d. multum fuiſti immodeſtus. S. Factum eſt. ſ. fatẽ Syrus eum fuiſſe immodeſtum in vino, niſi etiam capiatur factũ eſt, ſicut actum eſt, vt ſit deſperantis dictum. C H. Quàm. i. quã tum moleſtus fuiſti ſup. i. tędioſus? poſt interrogationem rñdet ſibi adeo ſup. fuiſti moleſtus, vt eq̃dẽ (ita me Dij ament vt ſup. dico ve&, iurandi eſt & affirmandi) vt equidem timui, quid denique eſſet futu&. i. quid contingeret, timebam. n. ne oriretur inter nos contentio, nõ eſt opus, vt capiatur, vt pro quantum vel qualiter, vt vult Calph. ego noui animũ amantiũ, aduortunt. i. accipiunt, grauiter. i. iniquo animo, & moleſte ea, quę non cẽſeas. i. nõ iudices eos aduertere, & ſuſpicari. C L. At. i. ſed fines eſt mihi apud hũc .i. hic adhibet mihi fide, & confidit mihi, ſeu ea ſum auctoritate apud eũ, vt credam eum nihil factu& iſtius quod times .ſ. C H. Eſto. i. ſit ita ſanè, ſeu fac ita eſſe, at certe. i. ſaltẽ, cõcedas. i. te conferas, aliquo. i. in aliquẽ locum aliquantiſper. i. aliquãdiu, ab ore. i. à reſpectu eo&, libido fert. i. affert, multa. i. multos geſtus, q. d. libido incitat amãtes multa inter ſe vltro citroq. agitare,

agitare,tua pęnitentia prohibet eos facere ea,quæ affert libido. ego facio coniecturam de me hodie. nemo est meoꝝ amicoꝝ, apud quẽ ò Clitipho audeã expromere .i. detegere omnia mea occulta.i.mea arcana,apud alium.s.ante alium,dignitas.i.auctoritas eius prohibes ne proteruus videat apud alium me piget ipsius facti .i. doleo de ipso facto, quod admisi turpiter,ne videar ineptus,aut proteruus.i.petulans,& lasciuus,ac importunus, & impudens. quod credito illum Cliniam facere.i.credito,q̃ ante te timet, ne proteruus videatur, sed nr̃m est .i. debemus, ad nos spectat,nr̃æ partes sunt,intelligere.i.scire, obsequi .i. inseruire, vtcunque.s.qualitercunque, atq; vbicunque.i.quocunque loco opus sit. S. Syrus timens fallaciæ suæ apud se dicit,quid istic.i. Chremes narrat. Vel si sit istuc,si intellige, quare narrat istud. C L. Perij. S. O Clitipho ego functus officium, antique pro officio,hominis frugi.i.vtilis,ac necessarij,ac temperantis.i.mo desti,præcipio tibi,hæc .i. hæc te doceo,vel admoneo,videlicet vt discedas aliquo. à quo consilio longe alienus Clit. illum sermonem interrupit,nec audire voluit,sed inquit. C L. Tace sodes.i.si audes. S. Sane.i.valde recte audeo tacere. C H. O Syre me pudet.i.pudore afficior alium nolle, neque mihi,neque tibi credere. S. Credo te pudere,neque id iniuria.i.non immerito te pudet,quin.i.quinimò id.s.quod Clit. facere non vult est mihi molestum,qui non sum pater. C L. Hercle Pergin'.i.prosequeris ne aduersum me loqui? S. Dico id,quod vr̃ verum. C L. Nõne accedam ad illos.i.ad Cl. & Bac.Ch. Eho,quæso,hic eho admonentis est, vna est via .i. vna est ratio accedendi ad eos, ne videlicet te immiscеas meretricum libidini,& amori,sed pudice agas oĩa. S. Hæc apud se dicit,actum est, dictum desperantium de re aliqua,hic .s. Clitipho prius indicare ꝓ indicabit, & quod dr̃ incusabit,& prodet se,priusq̃ effero.i.extraho,educo,extorqueo argentum à sene,quod det meretrici.Deinde conuertit sermonem ad Chremetem inquiens, O Chreme vin'.i.vis ne,ausultare.i.credere,& aures præbere mihi homini stulto? C H. Quid faciam? S. Iube hunc filium abire hinc? aliquo.i.in aliquem locũ. C L. Quo.i.in quem locum ego abeam.i.discedã hinc? S. Abeas sup.quo lubet pro libet.i.quo tu vis abire,da locũ.i.cede paululũ illis Cliniæ, & puellis. vt patri satisfacias abi .i.vade,deambulatũ .i. expatiatũ Clin.dicis vt ab eã deambulatum? quo ibo s.deãbulatũ. S. Vah,interiectio irridentis,quasi locus desit,quo possis deambulare,sane.i.certe,ab istac.i.per istã partem,illorsum.i.versus partem istam,deniq; vade quouis.i.in quemlibet locum. C H. Syrus dicit recte censeo tibi ita faciendũ. C L. O Syre dij eradicẽt.i.extirpent,seu funditus ac radicitus,stirpitus te euellant,& de medio tollant,qui extrudi.i.exturbas,ejcis inuitum me hinc. S. At.i.sed,tu comprimito tibi post hac istas .i. tuas manus, quas in sinum mulieri inseruisti,quare venisti in suspicionẽ patris,vel potius sic intellige ita,vt legatur, vt comprimas,quemadmodũ in aliquo libro legi sic. At veru.i. sed certe,& alloqtur Chrem.censen'.i.putas ne, vt.i.q̃ comprimas tibi posthac istas manus.i.tuas manus, neq; extendas aliq̃ eas ad filij castigationẽ, porrò .i. deinde, quid ò Chreme credis illum factuꝝ esse nisi castigas, seruas, mones eũ quãtum operis .i.facultas,dij dent tibi.i.pro ea facultate,quãtam tibi Deus dabit. C H. Ego curabo.i.accurate efficiã istud.i.vt seruem eũ. S. Atqui .i. sed certe,ò here. nunc ipse filius est tibi asseruandus.i. custodiendus,& obseruandus. C H. Fieri.i.obseruabitur. S. Si sapias.i.si sapienter agas eum adseruabis,nam iam minus, minusq̃. obtemperat mihi .i. sequitur cõsilia mea, & monitiones. C H. qd tu? modus interrogandi,ecqd .i. nunquid egisti aliqd de illo,quod dudum.i.paulò ante egi tecum.i.te rogaui,vel tecũ sum locutus,& cõicaui,aut repperisti aliquid sup. qd̃ placeat tibi,an ẽt nondum.i.non adhuc repperisti vel egisti. S. Dicis.i. loqueris de fallacia seni intendenda, inuenta est fallacia, nuper inueni quandam fallaciam. C H. Es fugi.i.vtilis,necessarius,interdum frugi dr̃ modestus,cedo.i.dic, quid.i.quod inueniſti. S. Dicam. Verũ.i.sed,vt.i.qualiter aliud incidit ex alio. C H. O Syre qdnam est.i.quid est ꝓ quod dicis aliud incidere ex alio. S. Hæc meretrix est pessima. C H. Video ita.s.quid sit pessuma. S. Imò si scias q̃.s.sit mala mirareris. Vide hoc facinus quod inceptat,inceptare magnorum est factoꝝ. Quædam anus.i.vetula.Corinthia.i.ex Corintho vrbe fuit hic,hæc meretrix dederat huic anui mille dragmarum argenti, hic mille singularis est numeri,& substantiuum, de quo multa Gel. iungitur aũt semper genitiuo propterea,qa substantiuum est,sed mille adiectiuum, & numeri pluralis substantiuo iungitur in similitudine generis casus,& numeri. Dragma autem est pondus constans, vt vult Prisc. ex tribus scrupulis, seu decem, & octo siliquis. Sumitur etiam pro gñe quodam monetæ, propterea q̃ nusmata antiqui tus ponderabantur.Hæc ergo meretrix dederat huic vetulæ mutuum.i.ratione mutui,mille dragmarum argenti. C H. Quid tum.i.quid inde secutum est. S. Ea anus mortua est. reliquit filiam adolescentulam ea.s.adolescentula est relicta huic.s.meretrici,arrhaboni.i.pro pignore. Arrhabo.n.interdum capitur ꝓ pignore, vt hic,interdum ẽt, & proprie significat id, quod prius datur, vt reliquum reddatur, siue soluatur, quod idem significat arra ræ,ea igitur relicta huic arrhaboni.i.pignori pro illo argento,quod illi mutuum dederat. C H. Intelligo. S. Hæc meretrix adduxit secum hanc adolescentulam huc, & ea adolescentula est nunc ad.i.apud vxorem tuam. C H. Quid tum.i.quid inde vis inferre. S. Clin.orat.i.vult vti.i.vt illa meretrix det nũc illam adolescentulam sibi,tñ ipse Clinia poscit .i. flagitat se datuꝝ.i.se posse dare illi meretrici,post.i.postea,mille nummum, quod vetulæ dederat ipsa mutuum. C H. Et quidem poscet ipse Clinia,q.d.poscit multa,quæ non dabuntur,& poscet. Deinde hac rñsione indignatus Syrus subdit. S. Hui, interiectio indignãtis,ne.i.vtrum est dubium,quod poscet, q d.nihil dicis ad rem,quod non sit scitum. Nam nemo dubitat qn posse Clinia illius adolescentulæ cupidus,& iam poscat,& poscet.Iterum,& sępius vt meretrici pecuniam soluat,quo puella possit potiri,ne que hoc dictum(dubium ne).i.quantum videre possum de meretrice dici non intelligendum est quidqd dicat Calphurnius, quia non cohæreret sensus,neque cum antecedente, neque cum consequente. C H. Ego sic putaui,q̃ poscat se daturum illi mille nummum,vt adolescentula potiatur,sed qd hoc ad rem,quid cogitas facere. S. Ego ne .i. vtrum petis,quid ego sperem me facturum.Deinde subdit,ibo ad Menedemum,dicam hanc adolescentulam esse captam ex Caria.i.ex illa religione, seu prouincia,ditem .i. locupletem,& nobilem, & dicã magnum esse lucrũ in ea si redimat eam.s.& det mille nummum.His prædictis verbis Syrus fingit suam esse calliditatem, qua dixerat se deceptuꝝ Menedemum,quam fallaciam confutat Chremes. C H. Erras ita volens eum decipere. S. Quid ita?.i. cur dicis me errare. C H. Nunc respondeo tibi.i.recuso tuas cautelas,pro Menedemo .i. loco Menedemi, hoc modo cum sermonem facies ei de emenda ea dicit, non emo.i.nolo eam emere,quid agis.i.qd loqueris,alij quid ais,q.d.dicet tibi Menedemus cur loqueris mihi de hac re, vel Chremes interrogat Syrum quid ad eam dicat responsionem. S. Loquere optata, potest duplicitер intelligi, vel loquere,pro loqueris dicitur,& est sensus.Dicis quod tu vis, vel quæ tibi sunt cordi, vt dici sæpe solet, vel loquere est imperatiuum,& tunc est sensus. Dic ea quæ ego opto,& accommoda sermones tuos meis optatis. C. Atqui.i.certe non est opus eam emere .s. S. Dicis,quòd non est opus? C. Hercle.i. per Herculem,vero.i.certe,non est opus,& confirmauit id iuramẽto. S. Miror,quid.i.quare istud dicas sup. C. Iam.i.statim sciat, quare istud dicam,mane mane, quasi iste loqui, & audi,sed interrupit sermonem, quòd interea vidit vehementer fores suas crepere, quid est quod.i.propter quod iam.i.nunc fores crepuerunt.i.potuerunt aperte sunt,grauiter.i.vehementer,à nobis.i. quod dicitur inepte de penes nos,vel potius dixit,quid est quod fores à nobis.i.fores nostræ grauiter crepuerunt.

ARGVMENTVM) Clitiphonis petulantia pene periclitatur Syrus, qua re extruso eo, fallaciam de argento extorquendo tentat apud senem.[Quid istuc)Increpatio. [Perit) Metuentis.[Facie adeo indigne)Admonitio. [Nam istæc) A turpi. [Facere tua præs.)Ratio à tempore. [Ego de me) Exemplo declarat sententiam.[Quid istic)Syrus timet suæ fallaciæ. [Recte sane) Subaudi, à me dictum est.[Eho, quæso vna) Nempe modesta,& continenter.[Vah,quasi) Irridentis. [Quid illum porro) Attende callidam admonitionem,ad conciliandam benevolentiam,& suspicionem auertendam. [Verum vt aliud) Fingit hoc succurrere sibi, vt cedat verisimilem narrationem. [Drachmarum mille) Centum coronatos,nam drachma valebat octo cruciatus,& centum drachmæ minam conficiebant, porrò mina decem coronatos.[Arrhaboni).i.pignori. [Nummum poscit) Idem valebant drachma,& nummus. [Dicam hanc esse) Commentum Syri. [Optata loquere) Chartentisмos. LAT O.

QVID istuc quæso,&c.) Amici rem sedulo curandam esse,ac hospitis rationem in primis hr̃e debere, docet hæc scena, dominosq̃. interdum causam esse ostendit, vt serui grassentur insidijs,dum non solum technas illorum laudãt sed etiam prouocant, quod in disciplina domestica perniciosissimum est. Itaque is qui rem familiarem recte tuetur, tanquam arcus sit, intentum iudicium, & animaduersionem habere decet, ne nimia PETR. MARS.

nimia facilitas & negligentia, seruus cõmuniter malos, deteriores efficias. Quapropter Cic. in Cat. Maiore de Appio Cæco, sic scribit: Tenebat non modo auctoritatem, sed etiam imperium in suos, metuebant eum serui, verebantur liberi, charum omnes habebant, vigebat in domo eius patrius mos, & disciplina. Principio huius scenæ, iuuenilis incontinentia reprimitur, ac hospitis decorum seruatur, qui iure hospitij ad se venientes humaniter tractare debet. [Vin' tu homini stulto). i. crassioris hebetioris ingenij. [Ea relicta huic &c.) Arrhabo idē quod pignus. Gel. lib. xvij. sic ait. Cum tantus arrhabo penes Samnites populi R. esset. Arrhabonem dixit obsides, & id maluit q̃ pignus dicere, qm̃ vis vocabuli in ea sententia grauior, acriorq. est. Sed nunc arrhabo in sordidis verbis haberi cœpit, ac multo tectius videtur arrha, quanquam arrham quoque veteres sæpe dixerint.

GLAR. HANC scenam tanquam facilem pulchre transilit Ioann. Cum nulla alia sit carminibus perplexior. Doct. ex nostro libr. Ald. quędam annotauerat, sed summa manu, sanè ea quasi tędio affectus attigit, adeo tum occupatus alijs rebus pertæsum est laboris, alterum alia causa distinuit, quam magis suspicor quàm proloquor. Sed ego, vt in alijs his difficultatibus, lectori meum iudicium aperiam, ipsi deinde sit liberum sequi quod volet. Et prima quidem ab initio xiij. carmina meo quidem iudicio ita sunt legenda.

CH. Quid istuc quæso? qui isthic mos est Clitipho? ita ne fieri oportet?

CL. Quid ego feci? CH. vidi ne ego te modo manum in sinum huic meretrici

Inferere? S. acta hæc res est, perij. CL. Me ne? CH. hisce oculis, ne nega.

Facis adeo indigne iniuriam illi, quid non abstineas manũ.

Nam isthæc quidem contumelia est, hominem amicum recipere.

Ad te, atque eius amicam subagitare, vel heri in conuiuio

Quàm immodestus fuisti? S. tactum. CH. quàm molestus vt equidem

(Ita me dij ament) metui quid futurum denique esset, &

Noui ego amantium animos, aduertunt grauiter quæ non censeas.

CL. At mihi fides apud hũc est, nihil me istius factu̯ pater.

CH. Esto, at certe concedas aliquo ab eo̯ ore aliquantisper.

Multa fert libido, ea prohibet facere tua præsentia,

Ego de me facio coniecturam. nemo est meorum hodie,

Apud quem expromere omnia mea occulta Clitipho audeã.

Ita hæc carmina secunda puto, nunc cuiusque carminis ita digesti causam addam. Primum carmen est iambicum tetr. cat. In cuius loco 4. dactylus est, & ab initio d, eliditur in Quid. In 2. rursus d, in Quid eliditur, & huic monosyll. est, eiusdem cũ prio re generis. Tertius versus trochaicus est tetr. catal. Quidam lib. post Oculis habent Ego. Quod si vere legatur, versus erit iambicus quadr. acat. vt sequens, hoc est quartus, qui proceleusmati cum initio habet. Quintus versus in tertio loco habet cretieũ, nisi u, elidere malimus. Est aũt iambicus tetr. cat. Sextus iambicus est tetr. acat. In 2. loco habens dactylum, & Eius dissyl. Septimus trochaicus est tetr. cat. vbi Fuisti est dissyll. nisi bacchiũ loco tertio constituamus, & loco antepen. est trochæus, penult. tribrachys deinde syllaba. Octauus rursus trochaicus tetr. catal. in quo ad finem omissa erat particula, & prop erea q̃ verbũ Esset in, & terminabatur. Nonus ac decimus sunt iambici tetr. acat. & istius trissyl. Vndecimus iambicus tetr. cat. Duodecimus trochaicus tetr. catal. Ita 13. qui ab Ego incipit, terminatus in Hodie. Quo in versu quidam Amicorum reposuerunt, omisso Meorum. Ego contra existimo Meorum reponendum, Amicorum reijciendum, quod irrepsit per expositores, vtputo. In huius igitur versus loco sexto est trochęus, septimo dactylus pro tribrachy dein syllaba, quemadmodum vltimo huius scenę versu, quod admodùm rarum est. Quartusdecimus cum aliquot sequentibus iambicus est tet. acat. & ab Apud incipit. Decimusquintus proceleusmaticum habet primo atque quinto locis, eisdem etiam literis ac syllabis, & ipsius dissyl. est. In 16. vel d, eliditur in Quid, vel creticus est loco quinto. In 17. s, in Opus, vel creticus in sexto. In 18. si id, non elidatur in Quid, erit iambicus vt priores, sin elidatur, trochaicus. In 19. Sodes superfluit, ab sciolo aliquo additum, quod miror Calphurnium non aduertisse qui blandientis aduerbium videri velit. Nam quo Clitipho Syro, dominus seruo, blandiretur, quem mox est percussurus? erit itaq; trochaicus tetr. cat. pulcherrimus sanè versus, cuius generis, & vicesimus est. Vicesimusprimus est iambicus tetr. hypercatalect. Abundat. n. vna syllaba. Vicesimusse cundus est trochaicus tetr. cat. Ita 23. in quo vel Prius monosyll. est, vel creticus loco secundo, & ego superfluit, in carmine, nec requiritur sententia, quare ego tollerem. In 24. primo loco trochæus est. Nam tu corripitur, non eliditur, secũdo autem loco anapęstus, & Mihi monosyll. totum eliditur. Deinde sequuntur iambici tres trim. acat. in quorum primo qui est vicesimoquinto huius scenæ, Quo ante Ego corripitur, non eliditur. In 26. vel anapæstus est Abi deam, vel bacchius, & deam, in vnam syllabam contractis, idq. bis. In 27. idem i, in Abi anceps vel corripitur, vt primo loco sit anapæstus, vel producitur, vt primo loco sit bacchius. Vigesimusoctauus, est iambicus tetr. hypercalat. nisi vltimam syllabam ad posterius carmen transferamus, vt fiat iambicum dimetrum acatal. quot. Doct. trochaicum catal. dimetrum iudicauit. Ceterum vel s, eliditur in Extrudis, vel creticus loco sexto 30. versus Doct. troch. est, qui d, in Quid elidit, quod si non elidatur, erit iambicus. Trigesimoprimo eodem auctore trochaicus est. Sed in veteri lib. versus ita legitur, Nisi eum, quã tum tibi dant opis Dij, seruas, castigas, mones. & sic erit iamb. tetr. acat. vt sequentes. 32. iambicus est. Ita 33. In 34. i, in Egi corripitur, non eliditur, & est similiter iambicus vna cum 35. Vigesimusextus in Ald. libro ita legitur, quæ lectio placet.

Dicis? hem inuehi nuper quandam. CH. frugi es, cedo quid id est?

Atque ita erit trochaicus tetr. cat. Trigesimusseptimus est iambicus tetr. acat. 38. senarius iambicus 39. rursus iamb. tetr. acat. in quo Vide posteriorem corripit syllabam, & Fuit monosyl. vel creticus est loco primo, & quinto Bacchius. [Hic, huic drachmarum hæc argenti) Quæ deinde sequuntur carmina omnia sunt trochaica tetr. cat. in quorum septimo d, eliditur In id, nisi pæana secundum loco secundo constituamus. In antepen. aũt huius scenæ versu, loco primo est creticus, & Loquere bis legi potest. In pen. vel d, eliditur in Quid, vel creticus est loco quinto. In vltimo, anapæstus est primo loco, trochæus secundo, ita vt e, in Mane primum sit correptum, deinde productum, & dactylus, loco septimo pro trochæo, quod raro quidem, sed tamen etiam alibi fecit Terentius. Sed hæc satis ad carmina. Ceterum quæ ingentes sunt difficultates ad finem huius scenæ, quarum rei est altera, altera verbo̯. Rei hæc est, q̃ mille drachmarum, & mille nummum æquare vī, cum mille nummum quarta si pars mille drachmarum, vt ostendit Budæus de asse, non pœnitendis auctoribus. Quidam aiunt Terentiũ hæc confudisse, quemadmodum, & Plautum sæpe recisse cõmemorant. Alij existimant astuta insinuatione vsum Syrum, & quartam duntaxat partem auaro indicasse seni, vt tandem totam extorqueret summam. quod ego, q̃ probem, haud scio, imò vehementer hæsito, Altera difficultas verborum est nempe illorum, Illi tamen post daturum mille nummum poscit. primum quid significet verbum poscit, deinde quem referat. Don. in And. ad illa Simonis verba. Cum istac, quod postulo, impetro cum gratia, ita ait. Nimis obsequẽter locutus est pater. Et Postulo, pro Iubeo, & Impetro, pro Extorqueo. Postulo iuste volo. Petimus enim precario, poscimus imperiose, postulamus iure. Perottus putat poscere non semper imperio petere, significare, sed rem debitam ac honestam, idque, auct. Varr. Hoc igitur loco si Poscit, Clinian refert, vt vī, Poscit Promisit positum videri põt. quod quidem Chremes miratur, iuuenem in patria adhuc potestate id promitte ausum, Sin Poscit, referat Bacchidem, vt Calphurnius existimasse vī, vt sit poscit. i. iure petit Illi, pro Ipsi, vel Sibi dictum videri potest. Verum quid tum miratur Chremes, quod meretrix suum ipsius peculium postulat? Has difficultates transiliunt, qui leuicula quædam tam accurate explicant. Ego ingenue fateor me locum neutiquam intelligere. Lector ipse secum cogitet.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Hæc scena Antiphilæ continet agnitionem, vnde iurgium inter virum & vxorem oritur. Chremes enim iusserat exponi partum, si puellam peperisset ipsa, quod factum non est.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena Antiphilæ recognitio continetur, ex qua inter virum & vxorem iurgium, & altercatio oritur. Deinde reconciliatio rursum eorundem, simulq; Syro alia offertur occasio extorquendi argentum.

Tetra

Tetrametri partim Iambici Acatalectici, partim Trochaici Catalectici.

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX, SYRVS.

NIsi me animus fallit, hic profecto
est annulus, quem ego suspicor,
Is, qui cum exposita est gnata. c. qd
volt sibi Syre hæc oratio?
s. Quid est? is ne tibi videtur? N.
dixi equidem, vbi ostendisti, illico,
Eum esse. s. at vt sati' contemplata modo sis mea nutrix. N. satis.
s. Abi nunc iam intro: atque, illa si iam lauerit, mihi nuncia.
Hic ego virum interea opperibor. SY. te volt: videas, quid velit.
Nescio quid tristis est: non temere est: metuo, quid sit. c. quid siet?
Næ ista hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.
s. Ehem mi vis. c. ehem mea vxor. s. te ipsum quæro. c. loquere, quid velis.
s. Primum te hoc oro, ne quid credas me aduorsum edictum tuum
Facere ausam. c. vis tibi me istuc, etsi incredibile est, credere?
Credo. SY. nescio, quid peccati portet hæc purgatio.
s. Meministin' me esse grauidam, & mihi te magnopere interminatum,
Si puellam parerem, nolle toli? c. scio quid feceris:
Sustulisti. SY. si sic factum est domina, ergo heru'dam no actus est.
s. Minime: sed erat hic Anus Corinthia haud impura: ei dedi
*inscientiam? Exponendam. c. ò Iupiter, tantam esse in animo * inscitiam?
s. Perij, quid ego feci? c. at rogitas. s. si peccaui mi Chreme,
Insciens feci. c. id quidem ego, etsi tu neges, certe scio,
Te insciente, atq; imprudentem: dicere, ac facere oia:
Tot peccata in hac re ostendis. nam iam primũ, si meũ
Imperium exequi voluisses, interemptam oportuit.
Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitæ dare.
At id omitto: misericordia, animus maternus: sino.
Quàm bene vero abs te prospectum est: quid voluisti? cogita:
Nempe anui illi prodita abs te filia est planissume,
Per te vel vti quæstum faceret, vel vti veniret palam.
Credo id cogitasti: quiduis satiu' est, dũ viuat modo.
Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque æquom sciunt,
Melius, peius, prosit, obsit, nil vident, nisi quod lubet?
s. Mi Chreme, peccaui fateor: vincor: nunc hoc te obsecro,
Quanto tuus est animus natu grauior, ignoscentior,
Vt meæ stultitiæ iustitia tua sit aliquid præsidi.
c. Scilicet equidem istuc factum ignoscam: verum Sostrata
Male docet te mea facilitas multa. sed istuc quidquid est,
Qua hoc occeptum est caussa, loquere. s. vt stulte, & misere omnes sumus
Religiosæ; cum exponendam do illi de digito annulũ
Detraho; & eum dico vt vna cum puella exponeret;
Si moreretur, ne expers partis esset de nostris bonis.
c. Istuc recte: conseruasti te, atque illam. s. hic is est annulus.
c. Vnde habes? s. quam Bacchis secum adduxit adolescentulam. SY. hem.
c. Quid ea narrat? s. ea lauatum dum it, seruandum mihi dedit
Annulum. non aduorti primo: at postquam aspexi illico,
Cognoui: ad te exilij. c. quid nunc suspicare, aut inuenis
De illa? s. nescio, nisi vt ex ipsa quæras, vnde hunc habuerit,
Si potis est reperiri. SY. interij: plus spei video, quàm volo:
Nostra est, ita si est. c. viuit ne illa, cui tu dederas? s. nescio.
c. Quid renunciauit olim feciſſe? s. id quod iusserã.
c. Nomen mulieris cedo quod sit, vt quæratur. s. Philtere.
SY. Ipsa est. mirum, ni illa salua est, & ego perij. c. Sostrata
Sequere me intro hac. s. vt præter spem euenit: quàm timui male,
Ne nunc animo ita esses duro, vt olim in tollenda, Chreme.
c. Non licet hominem esse sæpe ita vt volt, si res non sinit.
Nunc ita tps est mi, vt cupiam filiam: olim nil minus.

NIsi me animus fallit) Hæc scena Antiphilæ recognitionem continet, ex qua inter virum, & coniugem altercatio oritur demum reconciliatio. Simul Syro offertur alia ratio extorquendi argentum. [Exposita) Exponere, est morti tradere, & obijcere. [Quid vult) Chremes non se loco mouerat. [Hæc oratio) Pauca verba veteres orationem quoque dixerunt. [Dici equidem) Hæc sic respondet, vt quæ nihil in hac dubitationis habeat. [At vt satis) Sic dicimus in his, rebus de quibus addubitamus, & præcipue quas iam diu non vidimus. [Contemplata) Contemplari dictum est à templo. i. loco qui ab omni parte, aspici, vel ex quo omnis pars videri potest, quem antiqui templum nominabant. [Satis) Multum infinitum est, Satis vero, finitum. [Te vult) fignantius dictum, quàm quærit aut expectat. [Nescio quid) Deest ob, vel propter. [Quid sit) Cum stomacho pronunciandum. [Ehem mi vir) A blandimento incipit. Mi, & vir, plurimum blandimenti habent. & vir maritum significat. Virum quoque, de animalibus posse dici. Virg. in Buc. ostendit: Vir gregis ipse caper. [Ehem mea vxor) Hæc repetitio à simili, indignantis est. [Primum te oro) A purgatione incipit, ne mulier contra edictum mariti feciſſe videatur. [Sustulisti) Educasti. [Hoc in alia significatione nonnunquam ponitur. Tollere nutrire. Iuuen. Tollere dulcem Cogitat hæredem. [Damno auctus) Propter dotem quæ datur. Et recte damno dixit. Nam damnum rei est: Malum vero, hominis. [Haud impura) Commendatio personæ cui, data exponenda, ne Chremes ab ea impudice filiam educatam suspicetur. Impurus, est aliquo vitio maculatus, & aliquando dicitur improbus. [O Iupiter) Terribiles exclamatio senis, postquam audiuit filiam anui datam exponendam. [Tantam inesse) Eclipsis est quæ datur iratis, subauditur decet. [Inscitiam?) Inscitia, est ignorantia quædam rerum. [Insciens feci)

IOAN. CALPH.

feci)Prudens,est qui intelligentia sua aliquid sentit: Sciens, qui alicuius iudicio rem cognoscit. Prudens,per sese: Sciens, per alios. cuius contrarium insciens,& est qui ignorat res. Et imprudens,qui non delectum habet bonorꝝ,& malorꝝ.[Imperium exequi)Primum ponit peccatum,q̃ contra edictum suum fecerit. [Sino) Concedo quia animus maternus plurimum veniæ meretur. [Illi prodita) Socij enim deficere dicuntur. Salust. Post defectionem sociorum prodere parentes. Virg. Vnius ob iram Prodimur. Deserere vero, patroni. hinc milites patriæ desertores dicuntur,qui patriam deserunt,quam defendere debe rent. Virg. Desertorem Asiæ.[Quid cum illis agas) Amatores designat, qui nihil pensi habent expertes iuris, & omnis æquitatis,ea sola recta putãt quæ illis libuerint.[Peccaui fateor) victa mariti argumentis,crimen suum fatetur,& quo magis me reatur veniam, simplicitatis opinionem inire tentat, & hoc per deprecationem.[Ignoscentior) In crimine sic confesso vltimum remedium confugere ad iudicum misericordiam. [Mea facilitas)Recte,quia cito vxor veniam dedit. Facilitas,illius est,qui cito iram deponit. Clementia, illius qui nunquam irascitur. [Qua occeptum) Quasi de magna re dixit. [Et stultæ,& miseræ omnes sumus)Vituperatio à sexu. mulieres enim consueuerũt esse imperitiores viris,& multis superstitionibus detineri.[Religiosæ)Superstitiosæ. Religiosus autem appellabatur is qui nimia,& superstitiosa religione sese alligauerat,vt hoc loco.[De nostris bonis)Et hæc erat superstitio.[Istuc recte) Ironicos dictum. [Lauatum) Secundum antiquos, nos dicimus locum. Ouid.Fast.ij.Mane lauaturas sacra petebat aquas.[Exilui) ostendit nimiam lætitiam de inuenta filia. ideo non dixit accessu. [Plus spei video) Nolebat tam cito cognosci filiam,ne occasio præriperetur offerendi argentum. [Plus spei) Melius est vt non ad Syrum referas,sed ad Sostratam. [Mirum,ni illa salua)Non potest credere perisse anum, quod maxime vellet ob recognitionem Antiphilæ. [Ego perij) Quia recognita est antequam auferrem argentum. [Nihil minus) Pro non, quòd auctus ditijs esset.

GVID. NISI me, &c.) Hæc scen. Antiphile recognitionem continet,ex qua inter virum,& coniugem altercatio oritur, demum reconciliatio, simul Syro offertur alia occasio extorquendi argentum. So. vxor est Chremetis alloquens nutricem suam de agnoscendo annulo Antiphilæ,cum quo fuerat exposita. Nisi animus fallit me, profecto hic est annulus, quem annulum suspicor.i.opinor esse sup. is annulus,q̃ cum.i.cum quo annulo, gnata.i.filia mea exposita est.i.morti obiecta. Nam exponere pueros significat eos morti tradere,& obijcere aut saltem periculo mortis eos obijcere,vt si possint viuant,vt cum ponitur puer in fiscella aliqua super flumen, aut in nemoroso aliquo loco deponitur,victurus si possit,& sic de ceteris id genus exponendi rationibus. C. Chremes hoc audiens, neque tamen animaduersus ab vxore alloquitur seruum inquiens, ò Syre, quid hæc oratio .i. hic sermo vxoris,sibi vult.i.signat. S. Alloquitur nutricem,quid est? ostendit ei,vel porrigit annulum dicens, quid est? ne .i. vtrum hic annulus videtur tibi esse is, qui cum exposita est. N. Equidem dixi tibi ilico hunc annulum esse illum,qui cum est exposita,vbi.i.postquam ostendisti mihi. S. At vide mea nutrix.i.diligenter considera eum,vt contempla ta sis.i.conspexeris,satis.i.sufficienter, modo.i.nunc.i.quod barbare dicitur. vt auisaueris,satis aspice bene eum potest etiam intelligi,vide pro caue,quòd satis fuerit. modo cõtemplata sum eum annulum,vt verius possit testificari. Ne satis contemplata sum.s.à templo dicitur contemptor ris. Templum antiqui dicebant locum, qui ab omni parte potest aspici, vel cuius omnis pars videri potest. S. Iam.i.nunc,abi intro,atque nuncia.i.refert mihi, si illa Antiphila lauerit .i. quod dicunt balneauerit se iam interea operibor.i.expectabo hic virum .i. maritum. SY. Vxor sup.vult te.i.te quærit,te petit, te expectat. vbi barbare dici solet,quærit pro te. Videas quid velit est tristis nescio quid.i. nescio propter quid intelligitur enim ob aut propter, non tene re.i.non inconsulte,non inconsiderate,est tristis. vel vt alij volunt,sine causa. metuo quid sit.i.propter quid sit,tristis. C. Me tuis quid sit, propter quid est tristis? ne.i.certe. iste per indignationem dicit hercle dixerit .i. dicit,coniunctiuum pro indicatiuo. magnas nugas .i. fabulas vana,& futilia cum magno conatu. vel metuo sup.ne ista dixerit .i. dicat mihi magnas,&c. S. Hem,interiectio applaudentis,& blandientis. ò mi vir, q.d.lætor aduentu tuo,vt tibi narrem,quæ acciderunt. C. Hem mea vxor hæc repetitio à simili indignantis est. quæro te ipsum, & hoc quæro,pro te hoc. C. Loquere.i.dic quis velis. S. Primum .i. in primis oro te hoc. ne quid .i. vt non credas me esse ausam facere aliquid. aduersum.i.contra. edictum tuum.i.iussum,seu imperium tuum. C. Vis me credere tibi istud.i.quòd nihil fueris ausa aduersum edictum meum. credo.i.in hoc morem gero tuæ voluntati,& si.i.quamuis sit incredibile,te nihil esse ausam,&c. SY. Hæc purgatio.i.hæc excusatio portat nescio quid peccati. S. Meministi .i. recordaris me esse grauidam .i. tenes memoria cum essem grauida te maximopere.i.mirum in modum maxime. interminatum esse mihi .i. minatum esse,nã interminati significat minari, & quasi minando prohibere, vt interminatus sum ne faceres.i.prohibui minas proponendo. Meministi ergo te interminatum esse si parerem puellam. te nolle nolli.i.nolle vt nutriretur, sed exponeretur. C. Scio quid feceris? sustulisti.i.educasti contra iussum meum puellam. S. Factum est ita.i.sustuli. SY. O domina si sic est factum, vt dicis.i.si sustulisti puellã.i.educasti.attollo pro educo, seu nutrio: ergo.i.itaque herus .i. dominus meus. auctus est damno propter dotem,quæ danda est. dicimus autem ego sum auctus damno,& damnum auctum est mihi pro eodem, vt dicimus augeo tibi diuitias,& augeo te diuitijs, & per passiuum tu augeris diuitijs,& diuitiæ augentur tibi. S. Minime.i.non sustuli puellam, sed annus.i.vetula Corinthia erat hic haud impura.i.non inhonesta,neque impudica,impurus enim dicitur aliquo vitio maculatus, dedi.i.tradidi ei annui filiam meam exponendam.i.mortis periculo, vel etiam ipsi morti obijcienda. C. O Iuppiter. ne.i.vtrum decet sup.vel est verum,vt interpretatur Laur.tantã insciti am .i. ignorantiam esse in animo,q. d. putaretur, ne tantam esse ignorantiam in aliqua (vt aiunt) persona, vt.s.prodereret seipsam,alteri in facinore,quod celatissimum esse deberet. S. Perij .i. perdita sum, quid ego feci. C. At rogitas? S. O mi Chreme si peccaui.i.si errau i. feci id peccatum insciti a.i.per imprudentiam,& non consulto aut dedita opera. C. Quidem .i.certe. certo scio id,quod sequitur.s.te dicere,& facere omnia, quæ facis,aut dicis inscientem, atque imprudentem.i.per ignorantiam,& imprudentiam,seu stultitiam,& inconsiderationem, & si.i.etiam si vel quamuis,tu neges,q.d.etiam si negares,tu fateris,scio te dicere,& facere omnia per imprudentiam. Prudens est qui aliquid sentit sua intelligentia sciens autem dicitur, qui alicuius indicio rem cognoscit, itaque prudens per se est sciens per alios.Contra imprudens dicitur,qui non habet intellectum bonorum,& malorum. Insciens autem dicitur,qui res ignorat,quas deberet cognoscere ostendit tot peccata.i.errata in hac re. nam iam primum si voluisses exequi.i.complere meum imperium oportuit interemptam eam puellam.i.oportuit interfici eam, non ponitur hic participium præteriti temporis pro infinitiuo, vt assolet, puta interemptam pro interimi. id enim fit in duobus casibus,accusatiuo, & ablatiuo. non oportuit inquam simulare mortem verbis .i. pro verba,& dare spem vitæ. re ipsa .i. ipso effectu,dando videlicet,illi anui,quę poterãt eam educare, neque exponere. at .i. sed omitto id, videlicet, te debuisse exequi imperium. Animus maternus misericordia mouetur .s. in fœtum, vel animus maternus est dignus misericordia .i. meretur. vt sui misereamur, & venit plurimum dignus est sino .i. facile patior,illud non valde ægre fero quòd .s. non exposueris.Vero pro sed,quàm bene per ironiam, q.d. pessime à te prospectum est filiæ.i.prouidisti filiæ,dando eam lenæ. prospectum est,hic est impersonale passiuæ vocis, quod ante habet ablatiuum mediante a, vel ab personæ agentis,& post casum sui verbi. Eodem modo in epistolis Cic. loquitur, ait enim. Quod si meis rationibus à te prospectum esse intellexero quid voluisti facere de filia, q.d. voluisti facere meretriculam. cogita,voluta mente tua, quia respondeas. nempe.i.certe,filia prodita est .i. decepta, & data illi anui, & illi vetulæ. Festus dicit prodere esse dare,& fallere,& bene hic capi potest eo modo, interdum prodere significat differre, siue elongare, vt ira dicam. Virg. Prodimur,atque Italis longe disiungimur oris. Interdum significat indicare, quod deberet tegi, & per hoc fallere, vt prodidit me voce .i. indicauit. & quod dicitur inepte,incusauit me. propterea proditores dicuntur, qui decipiunt indicando, quod celare deberent. filia ergo abs te prodita est, quasi commissa est illi anui,& per hoc decepta,veluti .i. tanquam, planissuma .i. omnino vel clarissime, & manifestissime faceret quæstum .i. faceret lucrum turpiter corpore suo,& veluti veniret.i. venderetur. à veneo is palam, id est publice plus offerenti. per te, id est per tuam proditionem credo, quòd supple cogitasti id, quod sequitur cum prodidisti eam anui sit supple hæc filia mea. quid uis.i quidlibet. siue faciat quæstum corpori suo, siue

ue seruiat,&c.satis.i.sufficit. dummodo viuat. quod cum sit,ita dicit Chrem. quid potest tractari cum talibus imprudentibus, quid agas .i. quid agat aliquis, secunda persona pro tertia, hoc est quid tractare, aut conferre, aut communicare possit antiquis cum illis.i.cum talibus,vel viris,vel mulieribus, qui refert viros, & mulieres, quia masculinum præponderat fœminino, qui nesciunt,neque ius,id est mormam viuendi. neque bonum .i.honestum factu, neque æquum.i.quod iustum est, & qui nescient inquam, supple melius prosit, aut quid peius .i. magis, obsic.i.noceat mihi videt nisi id,quod lubet pro libet,u, pro i, ponitur aliquando à poëtis. S. ò mi Chrem. peccaui.i.erraui,fateor victa .s. tuis argumentis vincor .i. conjuror, vt cognoscam me peccasse. nunc obsecro te vt quanto tuus animus est grauior natu .i. peritior propter plures experientias, quas potuisti habere plus quàm ego,& bene dicit grauior natu, nam maiores natu.i.seniores debent esse grauiores .i. moderatiores, & constantiores, atque prudentiores ob maiorem experientiam, potest etiam hic capi grauior natu pro maior natu, quasi dicat tuus animos potuit plura videre,quam meus, cum me natiuitate præcesseris. nam ferè mariti sunt natu grauiores, seu maiores vxoribus suis,quanto ergo tuus animus est grauior natu .i. antiquior. tanto, sit ignoscentior .i. promptior ad ignoscendum,& parcendum,vt.i.ita,quòd tua iustitia sit aliquid præ sidij.i.protectionis,& auxilij meæ stultitiæ .i. meæ simplicitati. C. equidem .s. ambæ hæ particulæ capiuntur affirmatiue ad maiorem comprobationem, ignoscam tibi istud factum, verum .i. sed ò Sostrata, mea facilitas .i. benignitas, indulgentia multa.i.nimia, & abundans plus æquo, male docet te.i.male te instituit, nam si tibi essem paulo acerbior, magis rebus tuis agendis prospiceres, potest etiam esse multa accusatiuus pluralis sit, mea facilitas male, docet te multa. Facilis, & clemens sic differunt,nam facilis est cuius ita cito soluitur, clemens autem qui nunquam irascitur, sed quidquid istud est .i. qualecunque fuerit factum istud de exponenda filia. loquere .i. dic, qua causa .i. qua occasione. hoc scilicet filiam esse inuentam acceptum est.i.notum est. S. vt.i.quemadmodum omnes nos mulieres sumus stultæ.i.inconsideratæ miseræ.i.infelices, & religiosæ.i.superstitiosæ,nam etiam apud antiquos(vt Gell.refert) religiosus dicebatur, qui nimia ac superstitiosa religione sese alligauerat. cum i.quo tempore. do.i.trado illi anui filiam exponendam, id est morti obijciendam, detrado .i. abduco annulũ de digito meo, & dico vetulæ vt exponeret .i. ejiceret eum annullum vna cum puella. ne .i. vt. si non moreretur filia, non esset expers .i. exors sine patre, aut sorte de bonis nostris. C. istud fecisti supple recte per ironiam dicit. conseruasti te, atque illam.i.illo annulo tradito conseruasti te, ne faceres contra religionem,& conseruasti,illam ne moreretur. S. hic est is annulus. ostendit ei annulum quem dederat. C. vnde habes illum annulum.i.à quo recuperasti. S. habeo supple ex adolescentula, quam Bacchis adduxit secum. S Y. Syrus timet ne sibi præripiatur auferendi argenti occasio agnitione filiæ, itaq; ingenuis. Hem, dolentis est. C. quid ea Sostrata narrat? S. ea Antiphila adolescentula dum it lauatiq́ue pro totum. Quid. Sacra lauaturas m.p.a.dedit mihi.i.tradidit, commisit mihi annulum,seruandum.i.vt eum seruarem. Primo.i.in principio. non aduerti animum.i.non animaduerti,neque consideraui illum annulum, sed postquam aspexi. illico .i. statim cognoui. exiliui vel exilui .i. celeriter gaudens, seu exultans exiui ad te. C. quid nunc suspicaris.i.conijcis,aut inuenis de illa adolescentula. S. nescio nisi vt.s.q́ quæras ex ipsa ex pro abs,vt sæpe.i. queras ab ipsa adolescentula vnde habuerit hunc annulum si potest repperiri vnde.s.habuerit. S Y. perij.video plus spei esse quàm volo de agnitione filiæ. si ita est. quemadmodum proponitur à Sostrata de ea. est nostra.i.filia heri,& heræ seu de nostra familia. C. ne.i.vtrum illa anus,cui dederas eam viuit. S. nescio an viuat. C. quid illa vetula renunciauit .i. retulit tibi fecisse olim.i.quondam cum ei dederas. An .s. è posuisse se diceret vti erat iussa. S. renunciauit inquam se fecisse id, quod iusseram.s.se exposuisse filiam. C. cedo.i.dic,quod sit nomen mulieris.i.anus,vt quæratus.i.petatur à vicinis,& noscientibus. S. nomen ei Philtere, vel in nominatio, vel in datiuo. Nam dicere possumus est mihi nomen Guido, & Guidoni, item, & Guidonis. vt plerunque legi,sed sæpius per nominatiuum loquimus, aut per datiuum, & quidem elegantius. S Y. ipsa est anus .s. quam dicit, & qua Antiphila abducta est, quo nouerat Syr.nam iuerat ad quærendas puellas domum eius mirum est sup. ni .i. nisi illa anus est salua.i.incolumis, ac non mortua, & ego Syrus perij quoniam auferendæ pecuniæ est mihi præreptus locus. C. ò Sostrata sequere me intro.i.in domum,hac.i. per hanc viam. S. vt.i.qualiter,vel quantum,euenit.i.accidit, præter spem.i.ex insperato,vt.s.tu efficereris ita placatur, quàm .i. quantum, male.i.misereri, seu valde timui,ne.i.vt, & vt.i.q́ esse, nunc animo ita duro .i. q́ haberes nunc animum ita durum inexorabilem,vt.i.sicut, olim fuisti in filia tollenda.i.exponenda, & tollenda, de medio vel nutrienda, quoniam eam nolebas nutrire. C. sæpe non licet hominem esse ita vt vult si res .i.substantia,facultas,non sinit.i.non patitur pauperie præmente, nunc tempus est mihi ita,vt cupiam.i.vt optem habere filiã, quoniam auctus sum diuitijs, sed olim .i. cum iussi exponendam nihil minus erat mihi sup. quam vt cuperem filiam pauperie præmente, rebusq. non sinentibus, neque video cur sit capiendum, nihilominus pro non, vt putat Calphurnius.

ARGVMENTVM) In hac scena per occasionem annulli agnoscitur? Antihpila. Et est catastrophæ amoris Cliniæ. [Primum hoc) Defensio ante narrationem, ex perturbatione personæ.[Nolle tolli).i.educari.[O Iupiter) Exclamatione. [Si peccaui)Purgatio ab ignorantia. [Etiam si tu) Ironia.[Nam iã primum amplificatio.[Atque id omitto)Præterito inferens qđ grauius est. [Veniret palam).i.venderetur. [Credo id cogitasti) Obiectio, quæ soluitur honesti, & vtilis comparatione. [Mi Chreme)Deprecatio Sostratæ.[Vt stultæ,& miseræ) Narratio. [Religiosæ)Superstitiosæ,& nimis anxie deos metuentis.[Istuc recte) Irrisio. [Hem) Metuentis, timet enim Syrus ne inuenta Antiphila deprehendatur amor Clitiphonis. Essq. hic occasio noui periculi in prouehenda epitasi dum agnita Antiphila consilio Syri perturbatur. [Non licet) Honesta sententia. LATO.

NISI me animus &c.) Maternum amorem erga sua pignora,& morea nonnunquam difficiles,& virorum studio contrarios,hæc scena exprimit. Matres enim plus patribus amant, suos filios. Vnde Arist. lib. ix. Eth. sic ait: Ea quæ facta sunt cum labore, magis diligunt omnes, & ideo matres filios magis amant. Generatio nanque laboriosa est, magis, & magis sciunt esse suos. Mores autem mulierum Plato in 6.de Legib. sic exprimit: Quæ ordine carent, vel male ordinata sunt ea, etiam quæ iam ordinata sunt, confundunt, vt sunt fœminæ. Quod quidem nominum genus aliud est, & differens, nobisq. occultius, & versutius natura est: propter imbecillitatem itaq; minus ordinari potest. Ratio est: Res muliebris si iacere ordina relinquitur, humanarum rerum solum,vt videri possit dimidium: sed quanto natura sua ineptior est ad virtutem, quàm virilis, tanto excedit, vt plus quàm duplum esse videatur. Genus, inquit, muliebre, nec orationem ipsam recte dicentis sine ingenti reclamatione, audiet. PETR. MARS.

HVIVS scenæ vndecim primi versus sunt iambici tetr.acatal. reliqui dein trochaici tetr.catal. Primus proceleusmaticum initio,tertio loco quinto habet,in quo d,in Quid, & Mihi monosyllabum totum eliditur. In 4. versu s,eliditur in satis loco tertio. In 5. versu anapæstus est loco primo,& i,correptum in Abi. Quanquam & hoc loco,& superioribus duobus bacchius esse poterat, sed tædet toties eandem rem inculcare. In 8. Næ totum eliditur. In 9. libro vetustus habet Hem, non Ehem, atque ita poscit carmen. In vndecimo non eliditur posterius l, in tibi. GLAR.

Credo. S. Nescio quid peccati portat hæc purgatio. Quæ nunc sequuntur sunt trochaica tetr. catal. omnia,excepto secundo,quod acatalecticum est,quale in Eun.Act.2.Sc.1. primum esse diximus,& quale in Phor.Act.1.Sc 4.vndecimum, & fortassis vltima Hecyræ scena septimum, alioqui vix alia reperias toto,nisi memoria fefellerit,Terentio. In 3. vel s,eliditur in Herus, vel bacchius est loco sexto. quanquam,& varia eius carminis lectio est. In 5.versu d,eliditur in Sed,& s,in Anus,vt primo eius loco sit tribrachys,secundo dactylus,vel absque elisione,secundo loco est pæan primus,& amphibrachys loco tertio.In 4.trochęus,in quinto spondeus,deinde duo trochęi cum syllaba. Sextus versus variam habet lectionem. Quidam enim lib.habent Inscientiam,quidam Inscitiam. Calphurnius Inscitiam legit,atque ita habent vetustus ac Aldi lib. Sed sic In præpositio tollenda est, vt carmen ita legatur,

Exponendam. C. O Iuppiter,tantam ne esse animo inscitiam? Quæ lectio mihi probatur. In septimo, Quidem, non Equidem,legendum,&,Etsi, pro Etiamsi,quod vetustus admonet lib. annotauit & id Ioann. In 17. Idem Ioann. ait Satius in quodam manuscripto legi, quod si vere legitur, s, eliditur. Idem in vicesimo, recte post Nunc ponit Hoc, vt legatur,

Nunc

Nunc hoc te obsecro. Et in vigesimoprimo tollit, Tanto sit. Nam carmen hasce voces non patitur. In 22. vel Meæ monosyllabum est, vel creticus est loco primo. In 23. trochæus est loco primo. In trigesimo, vide num legendum sit Adolescentula in ablatiuo, vt sit Habeo ex adolescentula. Et in proximo quidem ante hunc, versu Ioan. legit, is hic est annulus. Doct. autem, hic est annulus. Liber vetustus, hic est is annulus. Liber Aldi ommittit is, Quod si omnino legi debet, s, eliditur. In versu 9. à fine vel Spes monosyllabum est, vel creticus loco quinto. In 8. à fine anpæstus est loco secundo, & i, non elidtur in Si, sed corripitur. In 6. à fine dactylus est loco tertio. In penult. trochæus loco primo.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Hoc loco melius initium capiet actus fabulæ quartus, quàm scena superiore ob parascenem quæ fit in scena. Quid istuc quaso: vbi, mane, mane quid est quòd tam à nobis grauiter crepuere fores: Exeunte illic Sostrata cum nutrice non est vacuum proscenium, quod fiat oportet, si finire actum velis. In hac autem scena Chremete, & Sostrata ad filium ingredientibus, Syro quoque abeunte persona nulla manebit in proscenio. quare vt dixi rectius hic actum auspicabimur. Scenæ argumentum est. Posi agnitam Antiphilam Syro nouum quæritur de inuenienda pecunia consilium.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena tam morali quàm faceta, post recognitam Antiphilam anxius Syrus nouum de extorquenda pecunia consilium quærit, et deliberantem de re aliqua admodum artificiose hic exprimit. Est enim Dialogismus acuti ingenij in multa cogitatione versantis.

Iambici Octonarij.

SYRVS.

Nisi fallit me animus, haud multum
à me aberit infortunium:
Ita hercle in angustum oppido nunc
meæ coguntur copiæ:
Nisi aliquid video, ne esse amicam
hanc gnati resciscat senex.
Nam quod sperem de argento, aut posse postulem me
fallere,
Nihil est: triumpho, si licet me latere tecto abscedere.
Crucior, bolum tantum mihi ereptum tam subito è
faucibus.
Quid agam? aut quid comminiscar? ratio de integro
ineunda est mihi.
Nil tam difficile est, qn quærendo inuestigari possiet
Quid si hoc sic incipiam nunc? nihil est. si sic? tantundem egero.
Ac sic opinor: non potest: imò optume. euge optumam habeo,
Retraham hercle, opinor, ad me illud idem fugitiuum argentum tamen.

IOAN. CALPH.

NISI me animus fallit) Recognita Antiphila, Syrus anxius, nouum quærit consilium de extorquenda pecunia, & bene deliberantem de re aliqua exprimit. Est.n. dialogismus acuti ingenij in multa cogitatione versantis. [Copiæ meæ) Translatio sumpta ab imperatore, qui iam pene fusus ab hostibus, se in aliquem tutissimum locum reperit. Copiæ numero multitudinis, & κατὰ τροπὴν de exercitu dr. Salust. Ex omni copia Catilinæ. Virg. Et quæ sit me circum copia lustro. [Triumpho, si licet me latere) verba proprie seruoꝝ quoties vident se quod inceperant, perpetrare non posse. Et περιφραστικῶς legendum. [Bolum) Translatio ab animalibus quibus aufercur præda. [Comminiscar?) Fingam, Inde commentum dicitur. Alibi, Atque illis commentum placet. [Nihil tam difficile) Sententia generalis sine certo auctore, quæ seruis etiam conuenit. [Quid si sic) Qui aliquid incœpturi sunt, multa proponere solent, & affirmare, & refellere quod sit faciendum vel relinquendum. [Sic opinor) Nam quæ opinamur, putamus, quæ putamus, incerta sunt. [Euge) Vox lætantis eius, qui optimum inuenerit consilium. [Fugitiuum argentum) Facete, & ioculariter seruuli more de argento tanquam de homine dixit.

NISI me, &c.) Agnita filia Syrus nouum init consilium de extorquenda pecunia, & hic de re aliqua quisq; deliberans rite exprimitur. S. Syrus solus apud se ad hæc loquitur, nisi animus fallat me. qui.s. præsagit mihi aliquid mali, infortunium. i. infelix successus, seu malus casus, mala fortuna, haud. i. nõ, multum aberit. i. longe erit à me ita. i. adeo, meæ copiæ. i. meæ legiones, meus exercitus, & ad propositum mei conatus, cogimur. i. compellimur nunc constringimur nunc oppido. i. valde, in angustum. i. locum arctissimum, q.d. meus exercitus iam pene fusus est, nam coactus est, & impulsus in angustias vbi conteretur facile, hoc est mei conatus adeo repressi sunt hac re. i. hac agnitione puellæ, vt facile possint contundi, atque conteri, quod est translatio sumpta à re militari, alij lib. hñt, ita meæ copiæ cogũtur. i. constringuntur in angusto oppido. i. in aliqua munitione inquam me recipere necesse fuit, haud multũ ergo aberit à me infortunium, nisi prouideo aliquid. i. nisi excogito aliquã technam, ne. i. vt nõ senex Ch. non resiscat. i. cognoscat hanc Bacchidem esse amicam gnati Clit. nam nihil est quod. i. ꝑꝑ quod, spero. i. spem habeam de argento extorquendo. s. aut nihil est inquam propter quod postulem me posse fallere herum. s. Chremetem. Scilicet, per ironiam lege, quod dici solet. Deus sciat, & triumpho. i. glorior, lætor more illius, qui triumphauit, me latere. i. delitescere, neq; audeat emergere in lucem in conspectu Clit. & triumpho inquam. i. me abscedere tecto. i. relinquere tectum, vbi sit filius quem meis pollicitis decepi, crucior. i. dolore affligor tantum bolum. i. tantum morsum. i. tantam opportunitatem, esse ereptum, subductum, subtractum mihi de faucibus. i. de gutture, vel ore, ac buccis, tam subito. i. tam repente, est aũt hæc translatio sumpta ab animalibus, quibus eripitur præda, qd agam, aut quid comminiscar. i. fingam excogitabo. Inde commentum. i. figmentum, ratio est mihi ineunda. i. inueniendus est mihi modus, de integro. i. denuo, nam iam iniuerat vnam rationem. i. excogitauerat vnum modum habendæ pecuniæ, quæ via tibi non processit, aliam inire. i. excogitare necesse fuit, deinde sequitur sententia, exornatio, siue color rhetoricus, nihil est tam difficile, quin. i. quod non possit inuestigari. i. inueniri quærendo, nam inuestigare significat quærendo inuenire, vt probat Laur. Nunc Syrus incipit deliberare, & identidem proponit, & proposita refellit, tandem inuenta bona ratione erumpit in lætitiam. Quid erit supple si incipiam, nunc hoc quod. s. cogitabat tunc sic. i. hoc pacto, deinde sibi non placere respondet, nihil est. i. tale figmentum nullius est momenti. Quid erit inquam si sic incipia in quam, deinde confutat illud, egero tantundem. i. tantum proficiam in hoc faciendo quantum in alio præcedenti iam confutato, at. i. sed, si inquam incipiam sic quid erit? opinor. i. vt mea fert opinio, non potest fieri sic. s. vt tunc cogitabat, deinde illa ratione aliquandiu perpecta cognouit eam esse bonam, & tunc se corrigit, imò. i. sed, optime potest fieri inquam hoc, euge, vox lætantis est eius, qui bonum inuenerit consilium, habeo. i. scio optimam rationem. s. extorquendæ pecuniæ, hercle tamen. i. quamuis obstructa sit mihi altera via, & occlusa, tamen hac via, vt opinor, retraham. i. reuocabo, reducam ad me illud idem argentum fugitiuum, quod me tantopere fugit, vt id assequi non possim, & de argento ioculariter, & seruili more tanquam de homine dicit.

ARGVMENTVM) Consultatio Syri ob inuentam Antiphilam perturbatis consilij sui rationibus. [Nisi me animus) Querela Syri. [Coguntur copiæ) Copiæ, translatum ab exercitu, qui sæpe laborat iniquis conclusus locis. [Si licet me) Et hoc translatum à bellica ratione. [Nihil tam) Sententia, qua se excitat ad consultandum, & attende gestum deliberantis. [Fugitiuum argentum) Translatum à seruis fugitiuis. LATO.

NISI me animus &c.) Callidum animum serui decepti at non defatigari, necnon consultationem malitiose conuenientem, & vafram mentem sese ad dolos confirmantem, honestatis ratione non habita, hæc scena exprimit, ostendens hominem malitiosum pendere animo, & confirmare se ad decipiendum, nullam viam respuentem quæ ad votum perducat suum, & vtili tatem PETR. MARS. GVID.

tatem apparentem respicit, & non honestatem, nec cœptum iter deserit propter consuetudinem. Vnde Cic. in 5. act. in Verr. Ita serpit illud insitum in natura malum consuetudine peccandi libera, finem vt audaciæ statuere ipse sibi non possit.

GLAR. VERSVS sunt omnes iambici tetr. acat. In quorum primo proceleusmaticus est initio, & Me, sequente versus parte, nō eliditur, sed corripitur, vt loco quinto sit tribrachys. Versus secundo Meæ monos. est, nisi sis creticus loco quinto. & ita hercle pro, Ita hac re, legit Ioan. In 6. Mihi dissyllabum. In 9. verbum Nunc superfluit in versu, nec sensus requirit, nec habet vetustus lib. In pen. verbum Optimam post Habeo ponendum, vt constet versus. Bolum autem positum pro eo quod Græci βλαμὸν dicunt Doct. admonuit in adagio Bolum è faucibus.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Clinia hic testatur quam gaudeat de agnita Antiphila, & à Syro admonetur vt amici etiam Clitiphonis rem curet in seruanda Bacchide.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hinc ingens Cliniæ lætitia de recognita amica exprimitur, qua vsque adeo est perculsus, vt vix tandem a Syro persuaderi potuerit, vt Clitiphoni confodali ad Bacchidis conseruationem opituletur.

Iambici Quadrati Catalectici, & Trochaici plerique. Senarius vnus.

CLINIA, SYRVS.

NVlla mihi res posthac potest iam interuenire tanta,
Quæ mihi ægritudinem afferat: tanta hæc lætitia oborta est.
Dedo patri me nunc iam, vt frugalior sim quàm volt.
s. Nil me fefellit: cognita est, quātū audio huius verba.
Istuc tibi ex sententia tua obtigisse lætor.
c. O mi Syre, audistin' obsecro? s. quid ni? qui vsque vna affuerim.
c. Cui æque audisti cōmodi quidq̄ euenisse? s. nulli.
c. Atque, ita me dij ament, vt ego nunc non tam meapte caussa
Lætor, quàm illius: quàm ego scio esse honore quouis dignam.
s. Ita credo: sed nunc Clinia age, da te mihi vicissim:
Nam amici quoq; res est videnda, in tuto vt colloceť,
Ne quid de amica nunc senex. c. ò Iupiter. s. quiesce.
* mihi c. Antiphila mea nubet mihi. s. siccine * me interloquere?
c. Quid faciam Syre mi? gaudeo: fer me. s. fero hercle vero.
c. Deorum vitam adepti sumus. s. frustra operam hanc opinor sumo.
c. Loquere, audio. s. at iam hoc non ages. c. agam. s. videndum est, inquam,
Amici quoque res Clinia tui in tuto vt collocetur:
Nam si nunc à nobis abis, & Bacchidem hic relinquis,
Noster resciscet illico esse amicam hanc Clitiphonis:
Si abduxeris, cælabitur itidem, vt cælata adhuc est.
c. At enim istoc nihil est magis Syre meis nuptijs aduorsum:
Nam quo ore appellabo patrem? tenes, quid dicam?
s. quid ni?
c. Quid dicam? quam caussam afferam? s. quin nolo mentiare:
Aperte, ita vt res sese habet, narrato. c. quid ais? s. iubeo
Illam te amare, & velle vxorem hanc esse Clitiphonis.
c. Bonam atque iustam rem oppido imperas, & factu facilem.
Et scilicet iam me hoc voles patrem exorare, vt cælet
Senem vostrum. s. imò vt recta via rem narret ordine omnem. c. hem,
Satin' sanus es, & sobrius? tu quidē illum plane ,pdis:
Nam qui ille poterit esse in tuto, dic mihi?
s. Huic equidem consilio palmam do: hic me magnifice effero,
Qui vim tantam in me, & potestatem habeam tantæ astutiæ,
Vera dicēdo vt eos ambos fallam; vt, cū narret senex
Voster nostro, istam esse amicam gnati, non credat tū.
c. At enim spem istoc pacto rursum nuptiarum omnem eripis:
Nam dum amicam hanc meam esse credet, non committet filiam.
Tu fortasse, quid me fiat, parui curas, dū illi consulas.
s. Quid, malum, me ætatem censes velle id assimularier?
Vnus est dies? dum argentū eripio, pax, nihil amplius.
c. Tantum sat habes? quid tum quæso, si hoc pater resciuerit?
s. Quid, si redeo ad illos, qui aiunt, quid si nunc cælum ruat?
c. Metuo, quid agam. s. metuis? quasi non ea potestas sit tua,
Quo velis in tempore vt te exoluas, rem facias palam.
c. Age, age, traducatur Bacchis. s. optume. ipsa exit foras.

NVlla mihi res posthac) Nimia Cliniæ lætitia exprimitur de recognita Antiphila, qua præpeditus vix potest adduci à Syro vt Clitiphoni succurrat. [Aegritudinem afferat,) Tale & illud, Deorum vitam adepti sumus. [Dedo me patri) Plus dedere hoc loco, quàm obsequi dedere se vult patri, quemadmodum in hostium potestatem hostes se dedunt. In Andr. Tibi pater me dedo, quasi qui vellet contraria, & deditio in hoste fieri solet. [Frugalior) Temperatior si frugalis non extat, vnde descendat, vide tu. [O mi Syre) A blandimento incipit. vt faciunt qui quidquam speratum consecuti sunt. [Quid ni) Quid nisi audierim? [Meapte) Cum ablatiuo πρόσλογον additū, vt nostrapte, Cato tamen posuit mihipte, pro mihi ipsi. [Dignā quouis honore) Amica etsi impudica est, dūmodo amatori placeat, ab eo commendatur amore eum impellente. [Da te) Duæ partes orationis. Dare est quod repetas, Dedere est ad perpetuum. Damus & amicis, Dedimus tantum hostibus. [Nam amici) Iusta petitio, succurrendum est amico, ne quid illi incommodi accidat. [Amici) Plus gratiæ habet quam si dixisset Clitiphonis. Et amicus, animi est, Amator vero, corporis, & Amator est ad tempus, Amicus qui perpetuo amat. [Ne quid de amica) ἀποσιώπησις. [O Iupiter) Exclamatio terribilis penè ex nimio gaudio desipientis. [Nubet mihi) Hinc omnis lætitia dependet. [Interloquere) Hoc loco inter non auget, quemadmodum in verbo intercipit, interbibit. est autem interloqui, impedire, & interpellare loquentem. [Ferme) .i. tolera. Tolerandus est, qui ex amore desipit, quia amor deus est, & non voluntas, cogit enim hominem ad id, quod vult. [Hercle vero) Vero, vt plurimum ironiæ conuenit. Virg. Egregiam vero laudem, & spolia ampla refertis. Sanè & vero, pronunciandi adiumenta, in verbis negationem habent, licet confessionem afferre credantur. IOAN. CALPH.

tur.[Hoc non ages).i.audies. In And. Hoccine agis? [Inquam Verbum hoc vim interdum maximam habet ad adhortationē. Et, videndum est, & vide magna aggressuris dicuntur. & inquā vtimur nonnunquam in repetitione supra dictorum. [Noster) Cum stomacho. [Si abduxeris) Recte abduxeris, nam abducitur proprie quod alienum. [Quo ore) Sic dicimus qñ aliquid pudēdum cōmittimus. [Appellabo?) Si duxero Bacchidem. [Quin imò) Cautus seruus ea admonet quę non erunt aduersa nuptijs. [Bonam atque iustam) εὐφημίας legendum. [Vt celer senem vostrum) Dicimus.n.cœlo tibi hanc rem, & celo te de hac re.intelligendum, celer senē de Bacchide. [Prodis) Prodere proprie ad parentes refertur, sed nonnunq̄ ad eum cui res alterius demanda ta est, & cuius consilio alter regitur. [Meam esse credet) Necessa rio si Chremes Bacchidem gnati amicam non crediderit, Clinię esse crediderit. [Committet) Bene de filia cōmittet dixit, q̄a pro prie magna cōmittimus, & ea ℔m Donatum, q̄ salutem in dubio hāt. [Quid, malum) Malum interiectio est irascentis. [Vnus est dies) Assignat tps pro rōne. non vult Chremetem diu credere Bacchidem Cliniæ esse amicam. [Pax) Aduerb. comicū, & signāt tm̄. [Si nunc cœlum ruat?) verbum vsitatum in eos qui subtimidi in re peragenda, semper dicere solent, quid si hoc vel illud accideret? [Age, age) vox consentientis, & qui victus est rationibus callidi serui. [Optume exit) παραινετικὸν est alterius scenæ.

GVID. NVLLA mihi &c.) Hic.n.nimia Cliniæ lætitia exprimitur recognita Antiphila, qua lætitia perculsus vix potest adduci à Syro, vt Clitiphoni succurrat. C. Iam nulla tanta res pōt interuenire mihi .i. accidere. & quod dicitur subuenire, licet non proprie in eo significatu, posthac.i.post hoc tempus, quæ afferat mihi ægritudinem.i.animi molestiam, tanta.i.adeo magna, hæc lætitia est oborta .i. enata mihi vel erupit, nunc dedo me patri.i.conuerta me, vel trado me totum in patris potestatē hostium more, qui de victoria desperantes se in ostiū potestate dant, vt.i.ita, quod iam sim frugalior.i.temperatior, modestior, q̄ vult, q.d.officio meo, & mea frugalitate eius voluntatem vincam. S. Nil fefellit, id eo bene dicebam, & vere, vel non erraui, cum ita esse iudicaui, nam res non me fallit, quam non ignoto, seu quæ me non latet.non præterit, non fugit quantū audio .i.intelligo, verba huius Cliniæ. Antiphila agnita est.i.recognita à parentibus, hoc aūt apud se dixit, deinde conuertit sermonē ad Cliniam, & inquit, lętor istud obtigisse.i.contigisse, euenisse, successisse, tibi ex tua sententia.i.vt volebas, vbi dicit inepte solet ad tuum gratum, ad tuum placitum. C. O mi Syre obsecro audisti ne rem totam, vt facta est de agnitione filiæ. S. Quid ni .i.cur non audierim, qui affuerim, vique.i.assidue, vna.i.simul cum parentibus. C. Cui homini audisti quidq̄ commodi, æque .i.ita euenisse, vt sup.mihi. S. Nulli audiui quidq̄ cōmodi euenisse. C. Atque ita me dij ament, affirmandi seu iurandi est hic modus satis comicis familiaris, hoc est Dij amēt me ita, vt ego nunc lætor, non tam meapte.i.mea ipsius, seu me amet causa, inuenitur, & meapte, & meopte, suapte, & suopte, tuapte, & tuopte, nostrapte, & nostropte, vestrapte, & vestropte, in tribus generibus, sed duntaxat in casu ablatiuo, licet Cato posuit mihipte pro mihijpsi, vt ergo lætor non tam meapte causa, q̄ causa inq̄ illius.s.Antiphilæ, quam Antiphilam scio esse dignam, quouis .i.quolibet honore.i.meruisse quemlibet honorem. S. Credo ita esse vt ais, sed ò Clinia, age nunc.i.eia, hortantis est, vicissim .i.e diuerso, contra vice tua, da te mihi.i.obsequere mihi, & mihi more gere, vt tibi sum obsecutus, nam quoque.i.etiam, res .i.causa, negotium amici.s.Clitiphonis est videnda.i.prouidenda, vt collocetur.i.constituatur in tuto, hoc est vt careat periculo culpationis, & ignominiæ, videlicet ne quid.i.vt senex Chremes, non scias supp. aliquid nunc dē amica.i.de Bacchide, q̄ sit Clitiphonis amica. C. O Iuppiter, exclamatio vehemens in Syrum, tanquam aliquid dixisset quod videretur desipienti vergere in nuptiarum impedimentum. S. Quiesce.i.ne irascaris ita, sis quietus, & expecta quæ reliqua sunt. C. Antiphila mea nubet mihi.i.mihi despōdebitur, & nuptijs copulabitur. S. Siccine.i.vtrum, interloqueris.i.impedis, interpellas me loquentem, sic interloqueris, inquit, quasi loqueris inter me .i. inter meum sermonem illū interrumpendo, & in eius medium te interponendo. C. O mi Syre quid faciam gaudeo, hoc est nimio gaudij affectu sum perculsus, fer.i.tolera, me.i.mea verba inconsiderata, & modū me habendi. S. Hercle vero, ironice vero aliquid habet hic, fero.i.tollero te. C. Sumus adepti.i.ego sum adeptus vitam Deorum, quæ lætitiæ plena est, & felicitate, nulla admixta tristitia, & est hyperbolicus sermo, ab affectione procedens. S. Opinor q̄ supp. frustra.i.inefficaciter, sumo operam .i.q̄ vulgo dī capio pœnam, cum tantum pœna duntaxat dicatur de punitione, nam vt vult Prisc.in j.à pœna œ,diphthongo, in u, mutata deducitur punio, & ideo non est dicendum, sumpsi magnā pœnam pro te, sed potius tua causa multos cepi, seu sum psi labores, aut plurimum tui causa laboraui, opera aūt dī operatio, labor, industria, ideo sic intellige, frustra sumo operam.i. frustra laboro sermonem apud te facere cum tuo gaudio desipiens aures mihi non præbeas. C. Loquere audio te.s.id est aures præbeo tuis sermonibus. S. At.i.sed, iam.i.statim, non ages hoc.i.non me audes. C. Agam.i.te audiam. S. Inquam.i.dico, repeto quod videndum est.i.prospiciendum est, vt quoque.i.ēt, res amici tui .s. Clitiphonis collocetur in tuto, vt expositum est intellige, nam si nunc abis.i.discedis à nobis, & relinquis hic Bacchidē, illico.i.statim, noster senex Chremes resciisset.i.cognoscet tanquā rem inopinatam, hanc Bacchidam esse amicam Clitiphonis, si abduxeris.i.si tecū duxeris, & à nobis remoueris, itidem.i.similiter, ipsa celabitur esse amica eius, vt.i.sicut, adhuc.i. hucusque, seu hactenus celata est. C. At enim.i.sed certe, ò Syre nihil est magis aduersum.i.contrarium meis nupti, s. istoc.i.ista re, quam mones. Nam quo ore.i.qua fronte, quo aspectu, quo vultu, qua facie appellabo patrem meum, vbi dixero Bacchidē? tenes.i.scis ne, quid dicam.i.dicere debeam. S. Quid ni.i.cur nō teneo? C. Quid dicam? quam causam afferram patri, propter quam abduxerim eam mecum. S. Petis sup.quid dices? nolo q̄ sup.mentiare narrato aperte.i.clare, vt quemadmodū res se habet. C. Quid ais.i.dicis. S. Iubeo.i.volo te amare. i.q̄ tu ames illam Antiphilam, & velle.i.q̄ tu velis hāc eam vxorem, & iubeo inquam te dicere sup.patri tuo hanc.s.Bacchidem, esse Clitiphonis.i.amari à Clitiphone. C. Imperas.i.precipis, suades, rē oppido.i.valde bonam, & honestam, per ironiam dicit, q.d.val de malam, & inhonestam, & imperas inquam rem facilem factu .i.vt fiat, ironice legendo, & hæc particula, & hic indignanter poni pōt, vt siquis dicat, & quis est qui male de me loqui possit.s. hic ponitur ironice, quasi quod dici solet Deus sciat, vt alibi. Id populus curat.s.& Virg. Scilicet his superis labor est, iam voles me exorare patrem hoc.i.voles me persuadere patri, hoc exoro.n.te significat persuadeo tibi, & exoro vitam significat impetro, interdū ambo accusatiui, tam accusatiuus personæ, q̄ rei iūguntur simul cum eo, vt hic voles ergo me exorare patrē hoc, vt pater meus celet senem vestrum.s.Chremetem. Dicimus.n. celo te hanc rem, celo tibi hanc rem, celo te hac re. & celo te de hac re. S. imò.i.sed, ego volo vt recta via narres omnem rē ordine.i.per ordinem, & tractu, ac tenore suo, non deflectendo à via recte. C. Hem, indignantis est, satis ne es sanus.i.sanè mentis, aut sobrius.i.non temulentus? quidem.i.certe prodis.i.qd̄ dāt inepte tu illusas illum Clitiphonem, plane.i.clare omnino. Nam dic mihi, qui.i.quo modo, ille Clitipho poterit esse in tuto .i. sinè periculo cognitionis totius facti, si dixero patri meo eam esse Clitiphonis, nam senex senem non celabit. S. Equidē, ironicus. legat equidem, do palmā huic consilio.i.assentio, more pacisentium, qui assentientes palmam porrigunt, seu præstant in hac fictione. Effero.i.extollo eueho, me magnifice .i. excellenter, quod dici solet, Ego bene hic me apparo. quis .s. ego habeam tantam vim.i.tantam efficaciam in me, & qui habeam inquam potestatem tantæ astutiæ.i.versutiæ, cautelæ, doli, dicendo vera, vt fallam.i.decipiam, ambos iuuenes.s.pōt ēt referri ad ambos senes, vt.i.ita, q̄ cum.i.quamuis, senex vester .s.Menedemus, dicat nostro seni Chremeti istam .i. Bacchidem esse amicam gnati sui, videlicet etiam tamen non credat.i.reuera sciat contrarium, q.d.in quo decipietur, vel erit pulchra, vt dici solet, deceptio vbi quis vt credit non decipitur, quod ita erit in tuo patre, quem putas iri falsum. C. At enim.i.sed certe, eripis .i. aufers mihi rursus isto pacto .i. isto modo omnem spem nuptiarum. Nam dum credet ipse Chrem. Bacch. esse amicam meam, non committet.i.non credet cum tradet, non collocabit nuptui mihi filiam suam Antiphilam. Fortasse tu Syre paruicuras.i.paruipendis, parum curæ habes, quid fiet de me, dum.i. dum modo, consulas.i.prouideas illi Clitiphoni. S. Quid malum est hic: interrogatio irascentis, vt prius satis diximus, & est, quod dici solet, quid malæ gratiæ? censes.i.putas me velle id .s. de Bacchide assimulariter .i. fingi, tandem post multum temporis, vel vsque ad multum temporis, vel si mauis cape tandem, vt habeat vrgens quiddam, & accelerans, vt sæpe ostendit, deinde se non velle id diu assimulari vnus est dies, pax.i.tātum modo, aduerbium comicum vt Priscianus habet, nihil amplius .i.nihil vltra peto simulari præter vnum diem dum.i.quandiu, eripio.i.astute subduco argētum, quod Clitipho promisit Bac.

C. Dicis

C. Dicis vnum diem esse tantum, per quod ostendit pax significare tantum, quod tibi parum videtur, satis habet. i. quod dicis soles, tu habet bonum tempus, vel tibi sufficit, dum istum diē habes, in quo argentum extorqueas quæso quid tum. i. deinde sequetur sup. si pater Clin. resciuerit hoc. i. hanc simulationem ad eum decipiendum. S. Indignatus tot repetitionibus Cliniæ dicentis, si hoc, si illud, &c. vsus est verbo vsitato in eos qui subtimidi in re peragenda dicare semper solent, quid si hoc quod si illud accideret, & ostendit suo responso talia dicta esse ridicula, qualia sunt ea quæ dicit, quid si redeo ad eos qui aiunt, quid si cœlum ruat. i. labatur deorsum, quod dictū est ridiculum dictu, & ostendens talia esse ridenda. C. Metuo quid agam, q. d. nescio quid toto debeam agere. S. Aufert ei talem metum dicens posse se exoluere tali metu cum volet, cum tantopere patri sit carus metuis. i. dicis q̄ metuis, quasi hæc particula hic ponitur ironice, vt Sæpe. i. quasi dicas, quod potestas tua non sit ea .i. tanta, vt exoluas. i. liberes te prorsus, eo. s. metu, quo dicis te metuere, etiam in quo tempore velis te exoluere. s. deinde rogat eum vt suam detegat voluntatem sit facturus nec ne, facias palam. i. manifestas rem. i. q̄ facturus es, an sit abducturus Bacch. an non. C. Age, hortantis est, Bacchis traducatur. i. deducatur ad me, vt celetur itidem, vt adhuc celate est. S. Optime, q. d. opportune ipsa Bacchis exijt foras .i. è domo Chremetis, in qua erat est, autem hoc dictum parasceue .i. præparatio ad sequentem scenam.

LATO. ARGVMENTVM) Lætitia Cliniæ, & nouum Syri consilium. [Nihil me) Hoc secum Syrus, deinde gratulatur. [Ne quid de amica) Eclipsis, subaudi, resciscat. [Quid faciam) Attende gestum immodice gaudentis. [Nam si nunc à nobis) Ratio ab vtili facta periculi collatione. [At enim istuc) Obiectio. [Quo ore) Quo pudore. Vide prouerbium, pudor in oculis. [Aperte ita vt) Callidum consilium, cuius successus pendebit ex falsa persuasione senum. [Vim tantam) Magnifice dictum. [At enim spem) Alia obiectio. [Quid, malum me) Soluit tempore. [Pax) Pro, tantum Prisc. auctore. [Quid si nunc) Prouerbium in anxios, & meticulosus. [Quasi non ea) Alia ratio contra obiectionem, à liberandi facultate.

PETR. MARS. NVLLA mihi res &c.) Gestiens animus adolescentis, qui re optata potitus est, & seruilis arrogantia nunc describitur. Et amicum amici rem curare in primis debere, monet hæc scena. Iuuenis certe voluptatem summum bonum putat, quæ si alicui honestati coniuncta est, efferuescentem animū reprimit, & paulatim ad rectam vitam disponit. Idem aūt accidit, cum puella exoptata vxor ducitur. Plat. lib. vj. de Leg. sic ait: Cupiditas pro creandi ardentissimo furoris impetu, & maxima petulantia homines vrit, & agitat, & insuper cibi potusq. cupiditates, à quibus ad id, quod optimum est, tribus rebus vertendi sunt timore, lege, ac vera ratione. Et Apuleius sic ait: Peccatum semel vt bonus quisque solicitus cauet: ita qui ingenio male est, confidentius integrat, ac iam de cetero quo sępius, eo apertius delinquit. [Vnus est dies, dum argentum eripio, pax) Pax. i. tantummodo. Proterue .i. petulanter ac imprudenter, inconsideratęque.

GLAR. VNDE triginta prioris huius scenæ versus sunt iambici tetram. catal. Trigesimus senarius est. Reliqui deinceps trochaici tetr. catal. excepto à fine octauo, qui est troch. tetram. hypercat. si exemplaria non fallunt. In 3. ab initio iam dissyllabum est, vt in Adel. bis Scen. j. Act. ij. & Sce. vij. act. v. In 7. versu vel Cui dissyllabum est, vel i, non eliditur. Est commode legendum, vt sit Sensus. Cui æque commode atque ita habet vetustus meus lib. In 8. Dij corripitur, non eliditur. In 10. Mihi dissyl. pro iambo, quemadmodum in 13. bis, Nam ego Siccine mihi interloquere legendum puto, & Mihi habet antiquus lib. R. Me legit correpta, vt puto, e, non elisa, alioqui carmen non constat. In 15. initio iambus est, & Sumus vel s, ad finem amittit, vel creticus est loco quarto, & Sumo verbum ante Opinor verbum ponendū, vt constet carmen. In 21. s, eliditur in Magis. In 28. vel Via monosyllabum est, vel creticus est loco quarto, & post verbum Ordine adijciendum Omnem, vt habet vetustus lib. & præterea carmen exigit. Admonuit idem Ioan. In 29. s, in Sobrius eliditur, vt sit loco primo iambus, secundo dactylus, in tertio spondeus, in 4. anapæstus. Potest, & sine elisione, vel bacchius esse loco quarto, vel creticus loco quinto. In 9. à fine versu qui trochaicus est, Meam monosyll. totum eliditur, vel amphibrachys est loco tertio. Sequens deinde trochaicus tetr. hypercat. est, vt diximus, nisi quis carmini aliquid adiectiuum existimet, vt fit. Nam, & de me quidam habebant lib. haud dubie perperam. Lector despiciat, quid sit si pro Fortasse legatur Fors, carmen erit, vt alia, tetr. catal. quod equidem ita legendum existimo. Sequens item versus ferè deprauate legitur. quod R. conqueritur. at in vetusto meo lib. bene habet. Nam illic, Me ætatem legitur, non Me tandem in Calphurnij eiusdem lib. commentario bene habebat. Frobenij lib. nescio quo alio lib. fretus, sustulerat quod tamen maxime ad rem faciebat. Antepenultimum carmen vt satiet operæprecium est, consideret lector.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Bacchis irata ob decem minas nondum traditas obituram se assimulat. Cum Syro expostulat. Tandem placata suasu eiusdem cū omni stre pitu ac turba transit ad Menedemum tantisper dum Chremes fallatur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequēti scena, vt fallacia Syri tādem expediatur, pecuniaq; extorqueatur à sene Bacchis indignata à Syro placatur, cuius persuasione ad Menedemū cum pedissequis tantisper dum Chremes fallatur, sese cōfert.

Iambici Quadrati Catalectici.

BACCHIS, CLINIA, SYRVS, DROMO, PHRYGIA ancilla.

SATI' pol proterue me Syri promissa huc induxerunt,
Decem minas quas mihi dare pollicitus est. quòd si is nunc me
Deceperis; sæpe obsecrans me, vt veniam, frustrà veniet:
Aut, cum vēturam dixero, & constituero: cū is * certe Renunciarit; Clitipho cum spe pendebit animi;
Decipiam, ac non veniam; Syrus mihi tergo pœnas pendet. * certo
C. Sati' scite promittit tibi. s. atqui tu hanc iocari credis?
Faciet, nisi * caueo. B. dormiunt: pol ego istos com mouebo. * cauere
Mea Phrygia audisti, homo iste modo quam villam demonstrauit
Charini? P. audiui. B. proxumam esse huic fundo ad dextram? P. memini.
B. Curriculo percurre apud eū miles Dionysia agitat.
S. Quid inceptat? B. dic me hic oppido esse inuitam, atque asseruari:
Verum aliquo pacto verba me his daturam esse, & venturam.
S. Perij hercle: Bacchis mane, mane: quo mittis istanc quæso?
Iube, maneat. B. * abi. S. quin paratum est argentum. B. quin maneo. * Ij.
S. Atqui iam dabitur. B. vt lubet, num ego insto? S. at scin' quid sodes?
B. Quid? transeundum nunc tibi est ad Menedemū, & tua pompa
Eo traducenda est. B. quam rem agi' scelus? s. ego ne? argentum cudo,
Quod tibi dem. B. dignam me putas, quam illudas? S. non est temere.
B. Etiam ne tecum hic res mihi est? s. minime: tuū tibi reddo.
B. Eatur. s. sequere hac heus Dromo. D. quis me volt? s. Syrus. D. quid est rei?

* hinc S. Ancillas omnes Bacchidis traduce * huc ad vos propere.

B. Quam ob rem? S. ne quæras. & ferant, quæ secum huc attulerunt.

Sperabit sumptum sibi senex esse harum abitu leuatũ.

Næ ille haud scit, hoc paullum lucri quantum ei dam ni apportet.

Tu nescis id quod scis Dromo, si sapies. D. mutum dices.

IOAN. CALPH.

ATIS pol proterue) Restat ad fallaciam, & ad extorquendum argentum, vt Bacchidis irata à Syro placetur, & ad Menedemum transeat. [Satis pol) Meretricis conquestio exprimitur, cuius ira indignatio dependent ex non tradita pecunia. [Huc induxerunt) Inducitur aliquis cum verbis alterius decipitur. In And. Vide quo me inducas. [Promissa) Cic. promissa tua memoria teneas. Aliter accipitur cum dicimus promissa barba. nam promittere, est polliceri, & ad magnitudinem nutrire. Plaut. Capillum promittam. [Pollicitus) Pollicemur magis sponte: Promittimus rogati. [Promissa) Dicitur promissum, & promissio. Promissio, & pollicitatio eandé vim hñt. sed pollicitatio, maioris asseuerationis est. [Vt veniã, frustra veniet: pulchra permutatio eiusdem verbi per tpa, quæ conuenit iratis. [Spe pendebit animi) Quod est corporis, ad cruciatum animi transtulit. Supra visum est q̃ torqueantur amantes in amicarum expectatione. [Ac non veniam) Mira meretricis calliditas exprimitur. Iam cogitauit quemadmodum Syrus videatur apud Clitiphonem vanus, & mendax, ex quo ab illo verberetur. [Mihi) In meam vltionem. Virg. Post mihi non simili pœna commissa luetis. [Pendet pœnas) Persoluet. Virg. Tum pendere pœnas Cecropidæ iussi. [Satis scire) hoc cum risu pronunciandum. [Scite) Pulchre. In Andr. Scitus puer. [Promittit). s. venturam. [Hanc credis?) Hanc, & ad contemptum, & ad odium dixit. hñt. n. ista pronomina quandam emphasin. [Pol istos commouebo) bene istos, quasi odiosos, In Eun. Cum milite isto. Virg. Aut quid petis istis? Hæc. n. pronomina spernentis sunt, odiumq. monstrantis. [Dormiunt) Ocioſi sunt, & negligentes. [Mea Phrygia) hoc est proprium meretricis vltro excludere amantem, & alium recipere, vel se ad alium conferre. [Phrygia) Nomen à regione, sicuti Lesbi, Andria, Samia. [Quã villam) villa, domus in agris quo rustici res vehunt, & cuehunt. Virg. Et iam summa procul villarum culmina fumant. Vterer Varronis testimonio, ex j. de Re Rust. ad fundaniam, nisi notũ esset. [Ad dextram) Inducit memorem meretricem ne oblitam vbi sit, & quid agat amans. nã huiusce modi mulieres nil aliud agunt, nil aliud curant, quam quomodo aliquid ab amantibus extorqueant. [Curriculo) hoc loco aduerbium, alias nomen. [Apud cum miles) hic est de quo superius Syrus, Nam miserum quendam offendi ibi militem eius noctem orantem, hæc arte tractabat vtrum agitat Dionysia) Aliter agitat accipitur cum dicimus, Agitat conuiuia, & Dionysia, & aliter cum dicimus, agitat vitia. Iuuen. Hæc ego non agitem? [Quid inceptat?) Tanquam de magno facinore dixit. nam incœptare, & incipere, magnorum est facinorum. [Seruari) Custodiri, vel melius, suspicioſe obseruari. vt illud Virg. Quod supereſt, cœli menses, & sidera serua. [Mane mane) Hæc singula verba, si diligenter notes, Syri magnam trepidationem indicant; ideo statim de argento mentionem fecit, in quo lis omnino pendebat inter Syrum, & Bacchidem. [Quin) pro imò hoc loco, ponitur. [Quin) Repetit Bacchis Syri verbum, vt mos est iratorum. [Num ego insto?) Fingit se non magnore curare vt habeat argentum quemadmodum faciunt hi qui defessi sunt diu petendo aliquid. [Sodes) Blãdientis aduerbium. [Quam rem agis, scelus?) In Andria, Vbi est illic scelus, Et ad intellectum non ad verba redigitur. nam, & scelus scelestus intelligitur. & plus dixit quàm sceleste: vt, Tu nihil nisi sapientia es. Martial. Non vitiosus homo es Zoile, sed vitium. [Eo ridicule additum. vt sit Eo, loci aduerbium. [Argentum cudo) Ioculariter dixit. Cuditur. n. pecunia dum imprimitur. [Quam illudas?) In Andria, Adeon' vobis videmur esse ideneæ, in quibus sic illudatis? Illudo in te, septimo casu, & illudo te, accusatiuo dicimus. dicitur quoque illudo te, & tibi. [Nõ est temere) Sic dicitur quando aliquid sit non sine magna ratione. [Hic) In hac re. vt ad Menedemo traducat. & est cum interrogatione legendum ita vt negat non veniſſe ea gratia. [Eatur) Cito flectitur, & quia mulier, & meretrix, quæ trahitur minimo lucello. [Quamobrem) vtpote tardiusculus non intelligit Syri consiliũ de eo superius, Ille Cliniæ seruus tardiusculus est. [Damnum) Damnum, rei est: Malum vero, hominis. Persoluet Chremes argentum ex fallacia Syri, quod erit maius damnum, quam si permansisset meretrix. [Tu nescis quod scis Dromo) In Eunucho, Tu pol si sapis quod scis nescis. Non possumus nescire quod scimus, sed ita vt concordia discors. Virg. Sequiturque sequentem. [Nescis quod scis) Hoc est quod dicitur, Quod scis nescis. prouerbiale est, & multum apud dialecticos tractatum, vt facio, & non facio, & amicos sum, & non sum, & audio, & non audio, & cetera huiusmodi.

SATIS pol &c.) In hac scena vt Syri fallacia expleatur, GVID. & pecunia extorqueatur Bacchis irata à Syro placatur, & ad Menedemum transit. B. Pol. i. per Pollucem, satis proterue. i. satis iniurioſe seu contumelioſe, aut satis ridicule, ac irriſorie aut etiã satis importune, promissa .i. promissione Syri, adduxerunt me huc ad Clitiphonem, propter sup. x. minas. i. libras, quas pollicitus est. i. sponte promisit dare mihi. Promittimus rogati, pollicemur vltronei, promittere etiam significat aliqñ ad magnitudinem nutrire, vt promissa barba. i. prolixa quasi procul missa. Quod .i. sed si is Syrus nunc deceperit me, ipse veniet sæpe frustra. i. incassum, obsecrans me, vt veniam ad Clitiphonem, aut cum dixero .i. promisero, & constituero. i. confirmauero, quasi statuero cum eo me venturam. i. q̃ veniam, cum. i. qñ, is Syrus renunciauit. i. retulerit ei Clitiphoni. certe. i. pro certo, & cum .i. qñ Clitipho pendebit animi. i. solicitus erit, & anxius, spe. i. ex pectatione, vt sunt ij qui expectant, quibus expectatio maximã affert anxietatem. Dicimus aũt proprie animo, pendeo. i. sum solicitus, vel dubius, quasi suspensum animum gerens. Figurate autem interdum dr pendeo animi, sicut præstans animi, diserucior animi pro animo. Gell. ad Cic. Nescio, ego quidem ve hementer animi pendeo. fortassis etiam interpretari posset, cũ pendebit. i. erit in suspenso spe, animi, decipiam ego Bacchus, ac non veniam, vt ego promiseram. S. Pendet. i. dabit, luet, patietur, pœnas, tergo suo. i. suo dorso, mihi. i. in vltionem iniuriæ meæ. Dicimus enim pendes mihi pœnas, vel dabis. i. persolues, & pœnis tuis mihi satisfacies. C. Bacchis promittit tibi scire. i. pulchre se affecturam, vt pœnas luas si eam fallas. S. Atque. i. sed certe, tu credis hanc Bacchideo iocari. i. ioco dicere se illa faciet id, quod minatur, nisi cauero. i. nisi prouidero, vt illi pecunia extorqueatur. B. Dormiunt. i. sunt ocioſi, & negligentes, Clinia & Syrus neq; de pecunijs prouident, & q. d. surdos agũt, vt Cic. in epist. Non omnibus dormio. i. non in omnes surdus sum. Pol ego commouebo .i. excitabo istos, per contemptum .i. Syrum & Cliniam ò Phrygia mea famula, & est nomen à regione. audisti ne modo .i. paulo ante, quam villam. i. quam domum agrestem Charini. i. illius viri, iste homo de quo constabat inter eas demonstrauit. P. Famula. Audiui. B. Nonne in quam audisti eam villam esse proximam huic fundo. i. huic prædio Fundus est pars agri, nam ager vnus multos continet fundus, sed hoc est satis inculcatum ad dextram. i. dextrorsum. i. versus partem dextram. P. Memini. i. recordor, eum demonstrasse ita. B. Percurre. i. valde curre, curriculo. i. celerrime, ita vt sit ad uerb. vel sit ablatiuus à curriculum pro cursu, vnde Gel. Non ne is curriculo, & oleum petis, ideo eleganter dicimus venit ad me curriculo. i. quod dici solet toto cursu. Miles, de quo prius dictum est qui noctem vnam Bacchidis orabat agitat. i. celebrat Dionysia. i. orgia Bacchi, hoc est festa Bacchi, quæ Bacchanalia etiam dicuntur, apud eum hominem .s. qui demonstrauit villam. S. Quid hæc Bacchis inceptat. i. de nouo molitur, & parat. B. Dic me esse hic, & asseruari. i. detineri, & suspicioſe obseruari hic, oppido. i. valde, inuitam. i. male contentam, & contra voluntatem, verum. i. sed dic me esse daturam verba his. i. decepturam hos, qui hic me habent aliquo pacto. i. aliquo modo. & dic me venturam. i. ituram ad eum. S. Perij hercle, ò Bacchis mane mane, quo mittis istam Phrygiam, quæso iube quòd sup. ipsa maneat. i. non eat illuc quo iussa est. B. Ab. i. discede Phr. quo te iussi. S. Quin .i. quinimò, argentum est paratum. B. Quin. i. quinimò ego maneo hic, q. d. Quid dicis, vt maneam, non vides me manere, & idem verbum .s. quin repetit more iratorum. S. Atqui .i. sed certe, iam .i. statum, dabitur tibi argentum .s. C. Vt lubet .i. quemadmodum tu vis? detur nec ne non curo amplius. Num. i. nunquid insto .i. vrgeo tu des, q. d. non. S. At. i. sed, scis ne sordes, blandientis verbum, quasi si audes quid facias. B. Quid? faciam .s. S. Est tibi transeundũ. i. te oportet transire ad Menedemũ, & tua pompa .i. tuus

tuus comitatus ancillarum est tibi traducenda eo.i.ad Menedemum. B. O scelus.i.O tu sceleste,sed vocauit nomine vitij,vt eius improbitatem aggrauer, quam res agit.i.quod moliris,aut quid dicis. S. Ego cudo.i.extorqueo argentum agerrime,quasi si ego fabricarem illud.nam proprie cuditur argentum dum imprimitur,quod argentum dem,i.tradam tibi. B. Putas me esse dignum,quam illudeas.i.irrideas.Dicimus autem illudo te,& tibi,& in te,tam in accusatiuo,q̃ in ablatino. S. Hoc quod melior.s.non est temere.i.non paratur inconsulte, sed ingeniose. B. Etiam ne .i. vtrum res est mihi tecum hic.i.habeo hic tecum negocij quidquam. S. Minime.i.non habes negocium,mecũ, sed reddo tibi tuum.i.quod tibi est promissum. B. Eatur. Hic est consensio Bacchidis vt ad Menedemum eat. Eatur, inquit, impersonaliter,q.d.à me,& à meis ancillis eatur eo. S. Sequere me Bacchis hac. heus, vocantis particula, ò Dromo serue. D. Quis vult me.i.quis me petit. S. Syrus est qui te vult. D. Quid rei est.i.quæ res de nouo obtigit. S. Traduce, pro traduc.propere .i. festinanter hinc ad vos omnis.i.omnes ancillas Bacchidis. D. Quamobrem.i.quare traducam. S. Ne quæras.i. noli quærere,& ipsæ ancillæ ferant.i.afferant ea,quæ attulerũt huc secum. senex Chremes sperabit sumptum.i.impendium esse leuatum sibi.i.diminutum abitu.i.discessu harum mulierecularum. Næ.i.certe, ille senex haud.i.non scit quantum damni hoc paululum lucri apportet.i.afferat ei. Tu Dromo nescis id .i. actu non aduertis ad illud quod scis.i.quod mente tua tenes, nam multa scire nos experimur ad quæ non omni tpe aduerti mus sed illorum admoniti paululum facile, recordamur, si sapies.i.si eris sapiens,vel sapienter ages. D. Tu dices me esse mutuum, adeo sum taciturus neq; verborum quidquã emissurus.

BATO. ARGVMENTVM) Expostulat meretrix cum Syro, & impellit ad argenti extorsionem. Exprimitur autem meretricia improbitas in emungendis amatoribus, & ad traducendam Bacchidem occasio datur. [Satis pol proterue) Querela,& comminatio meretricis in Syrum. [Dormiunt) Ostendit spectatoribus quid agat nam simulatura est,vt terreat Syrum. [Curriculo percurre) Aduerb.pro celeriter cyns lauffs. [Vt lubet) Attende superbiam. [Argentum cudo) Elegans, & faceta metaphora, pro conficio. [Sperabat sumptum) Hoc ad spectatores & est facete dictum in senem, in quem machinatur fallaciam.

PETR. MARS. SATIS pol proterue, &c.) Meretriciam indignationem, & animum terribilem & arteni,quia perditi adolescentes,& Cupidinis clauo transfixi, à meretrice plurimum sibi tribuente,ac nitore vultus superbiente,tractantur,hæc scena exprimit. Meretrix certe dies, noctesq. ditibus, & veneribus adolescentibus insidiatur,timeturq. ab his,qui propter ætatis feruorem, & imprudentiam, ad venetem ruunt toto impetu,nullum ferè aliud bonum æstimantes,præter,voluptatem, quam studiose sectantur. Itaque callida meretrix inopia sui, adolescentes inflammat,cum nil aliud fermè amet,quàm lucrum,& amantium cruciatus. vnde Iuuen. Ardeat ipsa licet,tormentis gaudet amãtis, Simulatione vtitur,vt spolijs gaudeat. Vnde Lena apud Plaut. in Cistellar. Assimulate amare oportet,nam si ames,extemplo melius illi multo quem ames consulas,quam rei tuæ. [Et constituero,&c.).s.horam aduentus dixero. Iuuen. Vbi nocturnæ Numa constituebat amicæ. [Syrus mihi tergo, &c.) .i. soluet tergo suo, quia verberabitur. Etiamne tecum,&c. quasi dicat, Non hoc tibi promisit, nec talem operam tibi locaui, vt.s. à vobis ad Menedemum transirem Meretrix cupiebat, & alibi lucrari. Quapropter quærit, an apud Menedemum debeat operam Clitiphonis, & Syri, an suam rem agere.

GLAR. SVNT omnes iambici tetr. catal. In primo s, eliditur in Satis. Et nota appositionem diuerso casu factam promissa Syri decem minas .quod nusquam alibi memini me ledere. Sed.s. conformauit antecedas ad relatiuum Quas, quod sequabatur, vt in Andria.

Populo vt placerent quas fecisset fabulas.

Et in Eunucho:

Eunuchum quem dedisti nobis quas turbas dedit?

Rectum igitur erat. Syri promissa nempe decem minæ huc me induxerunt. In 2. versu Me syllaba est vltima, & tertius versus à verbo Decepit incepit,quod in exemplaribus ferè neglectum vidimus,& coniunctio Aut ante Frustra ponenda,vt totus versus ita legatur,

Deceperit,sæpe obsecrans me vt veniam aut frustra veniet.

Nec post verbum Veniet colo distinguendum. Nam altera disiunctiuæ enunciationis pars multis deinde verbis sequitur, vt planè mirer à quibusdam hoc non animaduersum. In 7. versu s,eliditur in satis, vt in primo. In 8.proceleusmaticus est loco secundo, & creticus septimo nisi, quis ò breuem vocalem elidi putet te Commouebo sit trisyllabum. In 9. proceleusmaticus est initio,deinde spõdeus,mox anapæstus. Duodecimus versus plerisque, quos nos vidimus, lib.pessime corruptus est, quem nos expunctis verbis Esse, & Atque ita legendum asserimus.

S. Quid hęc inceptat? B. Dic me hic oppido inuitã asseruari. Qui versus si ita legatur, & carminis ratio optime habebit, & sensus item Calphurnius quoque asseruari legisse videtur,quan quam in nuperis editionibus hoc etiam corruperunt, adeo in alieno labore ingeniosos nos videri pulchrum dicimus. In 14. Mane,& corripitur,& producitur quemadmodum supra Act.3. Sce.3.versu vltimo.Quanquam in superioribus amphibrachys, hic creticus esse possunt. In 15.versu proceleusmaticus est initio,secundo loco anapæstus. In quo versu, Quin videtur primum produci, mox deinde corripi. nisi vel proceleusmaticum loco septimus ponamus, vel eo de maneo in vnam comprimamus syllabam,quorum neutrum placet. In 17.verbum Est,ponendum post Tibi,vt constet versus. In 18. Eo monosyllabũ, & s, vel in Agis,vel in Scelus elidendum. In 21. Rei ad finem monosyllabum est. In 22. Huc ἀθετοῦνται, non Hinc, vt credidit Badius. ostendit.n.Syrus Menedemi domum vicinam. Annotauit hoc quoque Ioan. In antepen.versu tribrachys est loco septimo sed tum,non eliditur.In penult.Ei monosyllabum,& absque elisione, post Damni ponendum,vt carmen ita legatur:

Næ ille haud scit hoc paulum lucri quantum damni ei oportet. Eodem modo ponitur. Et 27.versu scenæ,sequentis. Vltimus versus initio varie allegatur,varie legitur. Quidam ita,

Tu nescis id, quod scis Dromo. Quidam sic,
Tu quod scis nescias Dromo. Quidam etiam ita,
Tu nescias quod scis Dromo.

Atque hæ tres lectiones quantum ad censum ac metrum non improbantur. Quanquam posteriores mihi magis probantur. In commentario Donati in Eunuchum, Act.4.sce.4 sub finem corrupte citatur ad hunc modum hic locus, Nescias quod scis, si sapis. Quem locum tamen etiam ita allegat Doctor in adagio, Quod scis nescis. Nec magis emendauit in eo Terentij libro quem vltima editione excudendum dedit,cum in alijs soleat emendatissime citare auctorum loca.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Per fallaciam Syrus ab hero Chremete argentum accipit. Menedemi Chremes rursum miseretur ob traductam ad illum cum omni pompa sumptuosam Bacchidem,quam Clitiæ non sui filij amicam putat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena,Syri fallacia suum sortitur effectum. Nam tandem extorquetur à Chremete argentum. Idem ille Chremes,qui vt in prima Comœdiæ parte cruciante secundo luit: ita hic quoque eiusdem Menedemi miseretur,& eius vicem dolet de pompa, & sumptu Bacchidis, quam Clitiæ amicam esse credebat.

Senarij.

CHREMES, SYRVS.

TAme dij amabunt, vt nunc Menedemi vicem,
Miseret me, tantum deueniisse ad eum mali.
Illanccine mulierem alere cum illa familia?
Etsi scio, hosce aliquot dies non sentiet:
Ita magno desiderio fuit ei filius.
Verum vbi videbit tantos sibi sumptus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum:
Optabit rursum, vt abeat ab se filius.

Syrum optume, eccum. s. ceſſo hunc adoriri? c. Syre. s. hem.
c. Quid eſt? s. te mihi ipſum iam dudum optabam dari.
c. Videre egiſſe iam neſcio quid cum ſene.
s. De illo, quod dictum dudum? ac factum reddidi.
c. Bonan' fide? s. bona hercle. c. non poſſum pati,
Quin tibi caput demulceam. accede huc Syre:
Faciam boni tibi aliquid pro iſta re, ac lubens.
s. At ſi ſcias, quàm ſcite in mentem venerit.
c. Vah, gloriare eueniſſe ex ſententia?
s. Non hercle vero: verum dico. c. dic, quid eſt?
s. Tui Clitiphonis eſſe amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia
Secum adduxis, ne tu id perſentiſceres.
c. Probe. s. dic ſodes. c. nimium inquam. s. immo ſic ſatis.
Sed porro auſculta quod ſupereſt fallaciæ.
Seſe ipſe dicet tuam vidiſſe filiam:
Sibi complacitam eius formam, poſtquam aſpexerit:
Hanc ſe cupere vxorem. c. modo quæ inuenta eſt?
s. eam:
* equidem — Et * quidem iubebit poſci. c. quam ob rẽ iſtuc Syre?
Nam prorſus nihil intellego. s. hui, tardus es.
c. Fortaſſe. s. argentum dabitur ei ad nuptias,
Aurum, atque veſtem, qui tenes ne? c. comparet?
s. Id ipſum. c. at illi ego nec do, nec deſpondeo.
s. Non? quam ob rem? c. quam ob rem, me rogas * homini. s. vt lubet.
* homini fugitiuo dabo? — Non ego perpetuo dicebam illam illi vt dares,
Verum vt ſimulares. c. non mea eſt ſimulatio;
Ita tu iſtæc tua miſceto, ne me admiſceas.
Egon', cui daturus non ſim, vt ei deſpondeam?
s. Credebam. c. minime. s. ſcite poterat fieri:
Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iuſſeras,
Eo cœpi. c. credo. s. ceterum equidem iſtuc Chreme
Aequi bonique facio. c. atqui tum maxume
Volo te dare operam vt fiat, verum alia via.
s. Fiat: quæratur aliud. ſed illud quod tibi
Dixi de argento, quod iſta debet Bacchidi,
Id nunc reddendum eſt illi: neque tu ſcilicet
Eo nunc confugies: quid mea? num mihi datum eſt?
Num iuſſi? num illa oppignerare filiam
Meam me inuito potuit? verum illud Chreme
*iniuria — Dicunt: ius ſummum, ſæpe ſumma * malitia eſt.
c. Haud faciam. s. imò alijs ſi licea, tibi non licet.
Omnes in lauta te & bene parte aucta putant:
c. Quin egomet iam ad eam deferam. s. imò filium
Iube potius. c. quam ob rem? s. quia enim in eum
ſuſpectio eſt
Translata amoris. c. quid tum? s. quia videbitur
Magis veriſimile id eſſe, cum hic illi dabit:
Et ſimul conficiam facilius ego, quod volo.
Ipſe adeo adeſt: abi: eſſet argentum. c. effero.

IOAN. CALPH. TA me Dij amabunt) Hic eſt tranſacta Syri fallacia, & tandem extorquetur argentum, & idem eſt Chremetes qui fuit in prima comœdiæ parte. miſeretur enim Menedemi, & eius vicem dolet, credens Bacchidem amicam Cliniæ eſſe. [Tantum mali) Proprius dixiſſet damni: niſi ad ægritudinem animi referas. [Illanccine mulierum) Hoc eſt quod ſupra dixi, iſta pronomina afferre contemptum, & odium. [Cum illa familia) Cum ſtomacho dixit, id quod ſuperius facete Syrus pompam appellauit. [Ita magno deſiderio) vix in primis explebile deſiderium illius rei eſt quam diu optauimus, ſed eius poſt ea in dies paulatim nos ſatietas capit. [Nec fieri modum) quod plus eſt, & ad prodigalitatem accedit. [Eccum) In Andria, atque eccum video. Superius dixi, eccum, ellum, reſolui per aduerbia, non per nomina: ſed tamen ſecundum Donatum, eccum qui ecce eum, veteres dixerunt. Eccum, ellum: quod apertius ſignificat ecce, eum, ecce illum. [Ceſſo hunc adoriri?) Quaſi de improuiſo alloqui, aggredi. In Andria, Hiccine me ſi imparatum in veris nuptijs adortus eſſet? Adoriri dicitur qui ex inſidijs repente inuadit. dictum ab eo q̃ corpora aggredientium exurgant ſubito atque increſcant. [Hem) Interiectio læti, alias perturbati. [Te mihi ipſum iam dudum) Laurentius Valla, vir omnium noſtræ ætatis eruditiſſimus, dicit, dudum, & iandudum de paruo tempore dici, vnius horæ, aut ſemihoræ, aut duarum horarum, vel ad ſummum quatuor. ſed Don. illud Terentianum exponens. Iandudum ætatem inter eos factæ lites: ſic, inquit, Quia, iandudum infinitæ moræ eſt, addit ætatem, vt oſtendat multum abijſſe temporis, & factum eſt, Iandudum ætatem, pro longinquo tempore. Lucilius, vt multum, menſesq. diesque. Non tamen ætatem. Aetatem, diu, longinquoque tempore, ac prolixo, vt eſt ætas, & quæ ſequuntur. [Videre egiſſe) Colligit hoc ex verbis Syri, à quo exoptaretur, credebat. n. ſenex ſe a ſeruo non optari, niſi gratia fallaciæ in Menedemum. [Ac factum reddidi) Secure, & magna audacia pronunciat, & plus eſt, quam ſi diceret, feci. [Caput demulceam) Magni blandimenti ſignum, quod fit, quoties in re optata domino ſeruus ex ſententia obſequitur. [Boni aliquid) Non dicit quid, vt eum lætiorem reddat, & in ſpe magni boni detineat. [Hercle vero) Aduerbia ſunt confirmatiua. [Non hercle vero verum dico) Negat ſe gloriari, & ſe veridicum fatetur: vt hi, qui re magna paracta fingunt ſe, non gloriari, vt ſint maioris fidei, & auctoritatis. [Tui Clitiphonis) Hoc eſt quod ſuperius Syrus, Quòd vim tantam in me, & poteſtatem habeam tantæ aſtutiæ vera dicendo, vt eos ambos fallã. Inferius Chremes non credet Menedemo Bacchidem Clitiphonis eſſe amicam. [Imò ſic ſatis) Sic dixit, vt qui ſuſpicaretur à Chremete dictum, nimium inquam, non ſerio, ſed ioco. [Tuã vidiſſe filiam) Neque hoc Menedemo crediturus eſt Chremes, dum dicet inferius, Et illum aiunt velle vxorem. [Iubebit poſci) .i. peti. Petimus aliquid precario, Poſcimus imperioſe poſtulamus iure. [Prorſus nihil intelligo) Prorſus, pro eo quod eſt omnino. Sunt qui coniunctionem velint. Vel prorſus, certe, recte, vere. & dicitur quaſi porro verſus, nam prorſum eſt porro verſum. i. ante verſum. hinc, & proſa oratio, quam non inflexit cantilena. [Hui) Interiectio mirantis, & hoc cum geſtu ſeruili, & leuiori perſonæ, congrue dictum. [Argentum dabitur) .ſ. a Menedemo inferius Chremes non immemor verborum Syri, Menedemo dicet, Et illum aiunt velle vxorem, vt cum diſponderim, des qui aurum, & veſtem, atque alia quæ opus ſunt, comparet. [Qui) Pro quo. [Nec ſpondeo) Proprie, dixit, Spondet pater puellæ, Deſpondet pater adoleſcentis. In Andria. Placuit, deſpondi. [Fugitiuo dabo?) A conditione perſonæ Cliniam vituperat, nam fugitiui proprie, ſerui. vnde in edito ædilium cuiulium, titulus eſt ſeruorum fugitiuorum, Si quis fugitiuus, erroue fit, noxa ue ſolutus non ſit. [Non ego perpetuo) Virg. Connubio iungam ſtabili propriamq̃ dicabo. Illa datur perpetuo quæ omnes anno cum marito exigit. [Tua miſceto) Verba probi viri, qui non vult adhærere conſilio alterius in re non probabili. [Cui daturus non ſim) Argumentum ab æquo. Non æquũ, non leges ipſæ concedunt, vt quis pater filiam alicui ſpondeat, deinde deneget. [Iſtuc Chreme) In re non probabili vult inire opinionem optimi ſerui, qui domino bona fidei morem gerat, & pro viribus obſequatur. [Fiat, quæratur aliud) Aſſurgit, & calli de in omnibus aſſentitur hero, quia iam lenibus verbis extorquebit argentum. [Eo nunc confugies) .i. ad rationes quas ſtatim callide ſubijcit. magna vis eſt, perſuaſionis, quoniam non prius amouemus ea quæ is reſponderet à quo aliquid petimus. Me inuito potuit? Hæc pro Chremete eſſent, & iure non tenetur reddere id argentum. [In lauta) Non decet eum, qui lautæ vitæ ſit, & ſplendidæ, in omnibus iuris rigorem obſeruare. nam qui ad vnguem ius ſeruant, aſperi, difficiles, & tenaces multis videntur. [Egomet) Senex gloriæ cupidus adeo flectitur verbis Syri, vt ad meretricem cum argento feſtinare cupiat. [Simul conficiam) Hoc loco pro efficiam ponitur, quo ſæpius in hac ſignificatione Cicero, vtitur. ab hoc confectum, proprie verbum

conu

conuenit gladiatoribus his, qui grauissimis vulneribus occubuerant. Cic. in Catil. Gladiatori illi confecto, & saucio.

GVID. ITA me Dij ament, &c.) Hic Syri fallacia suum sortitur effectum, & tandem à Chremete extorquetur argentum. C. Dij ament me ita, vt me miseret. i. misericordia moueat vicem Menedemi. i. propter fortunam Menedemi, vel potius vicē Menedemi. i. loco Menedemi. Eodem genere dicendi Cic. vtitur ad Lent. Nostram, inquit, vicem vltus est ipse sese. i. puniuit seipm, vice. i. loco nostri. i. Itaque sit continua. Dij me ament ita, vt me miseret vicem pro vice, hoc est loco Men. q. d. causa sua me miseret tm mali deuenisse ad eum, vt tanta illa familia sit aliena, Illacine. i. vtrum oportet supp. aut necesse, seu opus est alere illāc per contemptum, & odium dicit per illam mulierem Bacchidem, cum illa familia. i. cum tanto comitatu ancillarum, etsi. i. quamuis scio, q̄ sup. Menedemus nō sentiet onus vnde. s. hosce aliquot dies. i. per aliquot dies primos, ita. i. adeo filius fuit ei magno desiderio. i. adeo desiderauit filium, verum. i. sed, vbi. i. quando viderit tantos sumptus quotidianos. i. impensas quotidie faciēdas fieri sibi domi, nec videbit modum. i. finem fieri, rursum denuo optabit, vt filius abeat. i. discedat ab se. i. quod dr̄ inepte de penes se. Eccum. i. ecce hic prope Syrum optime. i. tempestiue, opportune. S. Cesso. i. quid moror, quid tardo, adoriri. i. aggredi verbis hunc Chremetem. C. O Syre vocando pronunciandum. S. Hem, hic est vox læti, interdum perturbati. C. Quid est propter quod me velis, & gaudeas mea præsentia. S. Iandudum. i. longo ante tempore exoptabam te dari. i. offerri obuium mihi. C. Videre. i. videris, censeris, iudicaris, egisse, nam nescio quid cum sene Menedemo eum decipiendum, vt ego postulaueram. S. Dicis me egisse aliquid de illo. i. de illa re, videlicet de eo decipiendo, quod dudum. i. paulo ante, vel secundum Don. longe ante subaudi communicaueramus, vel aliquid tale, nam hic est distinguendum. Deinde subde. Reddidi dictum, ac factum. i. & dixi feci, vel vt dixi sic effeci. Reddere. n. aliquid dictum est illud dicere, & reddere factum est facere. Solemus enim sic dicere. Hoc tali die factum reddam. i. hoc a me tali die fiet. C. Bona. i. bona ne fide. i. vere ne dicis? nam fides est vt Cic. inquit, dictorum, conuentorum constantia, & veritas. S. Hercle dico sup. bona fide, & iurando dictum comprobat. C. Non possum pati. i. non possum continere, quin. i. q̄ non, demulceam. i. suauiter attractem tibi caput. O Syre accede huc. i. ad me, vt tibi caput demulceam, & te aliquo munere donem, faciam tibi aliquid boni pro ista re. i. pro ista fallacia, ac iubent. i. bono animo. S. At. i. sed, si scias q̄. i. quantum, scite. i. pulchre, ingeniose, subtiliter venerit mihi in mentē illud. s. quod postea est dicturus, nam interrupit sermonem Chremes. C. Vah, itridentis interiectio est hic, sed tamen ioco eum illudit, non serio gloriare. i. gloriate ex tollis euenisse ex sententia. i. q̄ euenerit tibi, vt volebas. S. Vero. i. sed, hercle non glorior. i. dico verum. i. veritatem. C. Dic quid est. S. Clinia dixit Men. hanc Bacchidem esse amicam Clit. filij tui, & dixit inquam se Cliniā adduxisse secum eam, ea gratia. i. ea causa, ne. i. vt non persentiscēres id. i. ut non perciperes. Nam à persentio tis adiuncta eo fit persentisco, quod regit accusatiuum, vt suum verbum, quia etiā pro primitiuo hic ponitur. C. Probe. i. recte, excogitatum est. s. aut aliquid tale. S. Dic sodes. i. si audes, blandientis particula, q. d. sed dic sine fictione. C. Inquam. i. dico tibi, quòd nimium. i. plurimum, vel valde probe actum est. S. Imò. i. sed satis probe sic actum, sed porrò. i. deinde postea ausculta id sup. fallaciæ, quod supereſt. i. quod restat, quod reliquum est, ipse Clinia dicit sese. i. seipsum vidisse tuam filiam Antiphilam, dicet etiam formam. i. pulchritudinem eius complacitam esse. i. complacuisse sibi, nam complaceo in præterito facit complacui, & cōplacitus sum pro eodem sensu, dicit etiam se cupere hanc filiam tuā vxorem. i. pro vxore sua, postq̄ aspexerit eam. s. hoc est se velle eam vxorem habere, ex quo eam aspexit. C. Modo. i. vtrum dicis illum cupere hanc filiam. quæ modo. i. paulo ante inuenta est? S. Eam dico s. quæ inuenta est, vel eam cupit, & quidem. i. & etiam, vel certe iubebit posci. i. peti. i. facier, vt per aliquos à te petatur. C. Quamobrem. i. quare ò Syr. dicis sup. istud, nam prorsus. i. oīno nihil intelligo. i. non bene capio quorsum spectēt tua verba, aut quid sibi velint. S. Hui, interiectio indignantis Syri herum non intelligere, es tardus. i. hebes, & obtusus ingenio, q̄ me rapere non potes. C. Fortasse. i. possibile est me esse tardum Syr. argentū datur ei Cliniæ, qui in ablatiuo. i. quo argento cōparet. i. quærat aurum. i. annulos aureos, ceteraque aurea posuit tantum materiam pro materiato, vt dicunt, atq; quo comparet vestem. i. indumenta ad nuptias honeste celebrandas, cōparet. i. emat sibi talia, nihil impedio quid ad me. C. Idipsum est sup. consentiendo dicit, q. d. illud tantum est vt comparet quæ sibi volet te non impediente cum nihil ad te. C. At. i. sed, ego Chremes, neque do, neque spondeo. i. promitto futuram sponsam filiam meam illi Cliniæ. S. Non? dicis te non spondere velle illi admiratui hoc Syrus, deinde interrogat, quamobrem. i. quare non spondes. C. Interrogas me quamobrem non spondeū dare illam filiam meam huiusmodi fugitiuo. s. Cliniæ, qui more fugitiui serui patrem reliquit. S. Fac sup. vt lubet, ego non dicebam, vt tu dares, eam illi perpetuo. i. vt totam vitam cum eo exigeret. Verum. i. sed dicebam vt simulares te illam dare ei. C. Simulatio. i. fictio, non mea est. i. non me decet, qui vir grauis sum te misceto. i. confudito, istæc. i. tuas technas, & fallacias, itane. i. vt non admisceas me. i. vt nō me interponas, seu inuoluas, vi. sup. vt despondeam filiam meam sup. ei Cliniæ, cui ego non sim daturus, q. d. non faciam. S. Credebam te velle id facere. C. Minime. i. non volo sup. illud. S. Id sup. poterat fieri scite. i. pulchre, ac ingenioſe, & quasi scientes. Nam scitus dicitur, qui sciens est, & ego cœpi. i. incœpi hoc propositum, & hoc vaframentum, eo. i. ideo, quia dudum tu iusseras. i. volueras tantopere, vt. s. simulationem aliquam quacunque via inuenirem, qua deciperetur Men. C. Credo te id accepisse eam ob rem, quia tantopere iusseram. S. Ceterum. i. sed, equidem. i. certe, facio istud æqui, & boni. i. facio istud bona æquitate, tanquam bonus seruus domino in omnibus gerens morem. Dicimus autem istud æqui, & boni facio, pro eo quod est facio istud æquum, & bonum, vt dicimus istud rei facis, pro facis istam rem, nam æqui & boni hic vt substantiua in neutro genere capi debent. C. At qui. i. sed certe, tum. i. deinde consequenter maxime volo te dare operam, vt simulatio, & fallacia fiat in Menedemum, verum. i. sed, volo id fieri alia via. i. alia ratione, siue alio modo. S. Fiat alia via. s. ego sum contentus, sed aliud. i. alius modus quæratur. i. excogitetur, & aptus inueniatur, sed illud, quod dixi tibi de argento, quod ista. i. tua filia debet Bacchidi, q̄ videlicet, ab anu Corinthia, quæ mortua est data illi fuit pignori, id argentū nunc est reddendum tibi. i. à te. i. te oportet reddere neque. s. idest certe, nunc confugiat. i. recurras, eo. i. ad has rationes, quæ sequuntur, dicendo, quid mea interest supple. i. quid ad me spectat de isto argento, num. i. nunquid argentum datum est mihi, q. d. non num. i. nunquid iussi vt daretur, q. d. non num illa anus Corinthia potuit oppignerare. i. pro pignore dare filiam meam me inuito. i. nolente ò Ch. homines dicūt vulgo illud dictum verum. i. veritati consentaneum, videlicet, quòd summum ius. i. nimius rigor iuris est sæpe summa malitia. i. vt Cicer. inquit in Offic. summa iniuria. C. Haud. i. non faciam. hoc est non confugiam ad eas rationes summi iuris. S. Imò. i. si licet. i. si fas est alijs hominibus vt sequantur iuris rigorem, tibi tamen non licet, propterea q̄ omnes homines putat. i. reputant te esse in parte hominum laura. i. splendida, & bene. i. valde aucta virtutibus. s. & vitæ probitate quemadmodū dicimus macte virtute, quasi magis aucte virtute. i. per virtutem, & melius aucta legitur, q̄ acta, & ita in multis libris fas est inuenire. C. quin. i. quinimò, tam. i. nunc ego met deferam x. minas ad eam Bacchidem, quàm cito persuasus est gloriæ cupidus. S. Imò potius iube filium deferre ad eam. C. Quamobrem. i. quare iubes filium deferre illud. S. Enim. i. certe, quia suspicio amoris est translata in hūc filium tuum, qui putatur à Menedemo esse amator Bacchidis. C. quid tum. i. tum. i. quid inde sequitur, si translata est in eum amoris suscipio. S. Quia magis verisimile videbitur id esse. i. eum amare eam, cum. i. quando, hic filius dabit illi Bacchidi, argentum, & simul. i. & etiam, conficiam. i. efficiam, perficiam facilius, id quod ego volo efficere, hoc est facilius decipiam Menedemum, adeo. i. certe. ipse Clinia adest. i. aduenit. ò Chreme abi. i. valde domum, & affert argentum. C. Affero argentum. s. vel effero. i. reduco ex capsa, vt feratur, quasi extra fero.

ARGVMENTVM) Fingit Syrus se reperisse fallaciam in Menedemum, & eo ipso fallit Chremetem. [Huc adoriri) Recte, quasi ex insidijs, & grassatorum more. [Dictum, ac factum) Prouerbiale, de negocio in quo nihil prætermissum est. [Caput demulceam) Senile blādimentum. [Vah) Cum gestu, ac risu pronunciandum. [Tui Clitiphonis) Attende Syri calliditatem, quadum finxit se reperisse fallaciam persuadet id, q̄ vult Chremeti, ad celandum Clitiphonem. & est executio propositi consilij apud Cliniam. In hoc autem vertitur fallacia, q̄ id, quod verum est tanquam fictum senes credunt. [Vt lubet) Non vrget hic Syrus, quia res ad Clitiphonem minus pertinet: tū vt habeat mox faciliorem senem ad extorquendum argentum. [Sed illud) Hic

LATO.

fretus agnitione Antiphilæ Syrus perficit fallaciam, quam ante frustra apud Chremetem tentauerat in Menedemum. [Imò filium) Hoc consilium Syri pertinebit ad prodendam nequitiam Clitiphonis, & est vltima occasio absoluendæ epitaseos.

PETR. MARS. ITA me dij amabunt, &c.) Boni viri. & amici ratione habentis officium, hæc scena exprimit, & non semper leges quæ cum sint vniuersales, peccant interdum, seruandas esse, ac iuris rigorem, sed æquitatem pro temporum rerumque conditione colendam esse, docet in primis. Maiores. n. nostris summum ius aliquando summam crucem esse dicebant. Arist. lib. v. Ethic. loquens de viro iusto, bono, ac æquo, sic ait, Aequus ac bonis est is, qui talia elegit atque agit, & qui non exacte iustum, & deteriorem partem exequitur, sed imminuit, tametsi Legem adiutricem ad illud habet. Et communiter hæc æquitas, & bonitas est. [Nam illa oppig. &c.) Oppignerare. i. in pignus recipere, & arrhabonem. Ius summum sæpe, &c. Cic. lib. j. Offic. sic ait. Existunt. etiam iniuriæ sæpe calumnia quadam, & nimis callida, sed malitiosa iuris interpretatione. Ex quo illud: Summum ius, summa iniuria, factum est iam tritum sermone prouerb. Hius prouerbij meminit Colum. in j. sui operis. [Omnes te in lauta) .i. liberali, & sine auaritia.

GLAR. VERSVS sunt trimetri iambici omnes, nullus, quod quidam tradiderunt, tetrametr. In 5. Ei vel Fuit monosyll. In 7. Fieri prima syllaba bis corripitur, quod in xxxvij. huius adeo scenæ versu producitur. Octauus versus finitur in Filius. Nonus incipit in Syrum. Decimus in Quid est, quod nequitiam negle gerit Ioan. vt tres hi versus ita legantur:

Optabit rursum vt abeat ab se filius
Syrum optume eccum. S. cesso hunc adoriri? C. Syrus.
S. Hem.

C. Quid est? S. te mihi ipsum iam dudum exoptatam dari. De mihi plerique dubitant debeat ne hic legi, cum carminis ratio respuere videatur, sed si vel d, in Quid eliditur, vel bacchius primo ponatur loco, habebit vtique locum. In 24. vel Tuâ monosyll. est, vel creticus erit loco tertio. Ioan. ait in quibusdam libris τὸ Ipse non adesse, quod tamen ipse addendum ex veterum librum obseruatione putat: alioqui cretico, si deesset, non erat opus, ne συνέκφωνον quidem, in Tuam. In 25. Eius monosyll. In 26. ad finem post Eam, addenda coniunctio, &, & 27. carmen incipiendum ab Quidê, neque legendum Equidem. In 39. Et monosyl. est absque elisione, vt in penul. versu prioris scenæ. In 31. Spondeo legendum, non Despondeo cum propter carmen, tum sensum. Spondet enim pater puellæ; Despondet pater adolescentis, auct. Don. in Andr. vbi Simo ait, Placuit, despondi, hic nuptijs dictus est dies. Hic vero Chremes, neque do, neque spondeo. ac paulo post, Egon' cui daturus non sim vt, & spondeam. Vbi pertinacissime lib. habêt Despondeam, atq; adeo Calphurnius hic etiam ita locum perperam citat, Ex quarta de hinc scena, vbi his eodem errore hæsitant, & lib. & commentatores contra, & suam ipsorum expositionem, & verum sensum. quos locos vbique iusta de causa reprehendere non dubitamus, quoties inciderint. Trigesimus secundus versus in Ald. libro bene habet. quidam addunt duo verba Fugitiuo dabo, quos recte reprehendit Ioan. Et est senarius, vt reliqui nõ octonarius. In 33. Doct. Perpetuo legit, cui subscribit Ioan. quanquam idem Ioan. etiã Perpetuum, omissa præpositione In legi posse contendit, aduerbialiter positum, vt postremum in Andr. quod Græci ὕστατον dicitur si autem In perpetuum legẽdum est, vt liber meus vetustus, & Aldi habent, creticos erit loco primo huius versus, quemadmodum haud dubie est loco quarto nisi quis pertinaciter contendat I, in Illam abijci. In 36. iambus primo loco est, secundo loco tribrachys, vt Cui sit dissyll. secunda syl. cor. quemadmodũ aliquoties apud Mart. & Spondeam legendum vt diximus, non Despondeam. In 39. Eo monosyll. est. In 42. eliditur d, in Sed, & in 43. in Quod, nisi illic loco quarto, hic tertio sic creticus, quod placet. In 45. rursus Eo monosyl. In 47. Meam dissyllabum. In 48. pro Malitia, quod constanter omnes habent lib. Cic. legit Iniuria 1. Offic. lib. Annotauit hoc quoque Ioan. Fieri potest vt Cic. sit hoc μνημονικὸν ἁμάρτημα, præsertim non repugnare syllaba aut verbo ad carminis rationem. Septimum à fine versum omnes corrupte habent quotquot nos vidimus lib. is tamen paululum mutato verborum ordine recte ita legẽtur.

In laute te, & bene aucta parte omnes putant.

Quintus à fine proceleusmaticum habet initio, & e, in Iube corripitur, nisi pœana secundum loco primo constituamus, & suspicio secunda syll. est longa, vt sæpe alibi, quanquam quidam Suspectio legere malunt, quos non sequemur. In antepen. s, elidi-

tur in Magis. In penult. si. Et initio legitur, vt plerique habent lib. creticus est initio. Ego reijciendum puto, neque enim vel carmen vel sensus desiderat. Nam ab Simul idq. absque coniunctione sæpe apud hunc Poëtam incipit ita sententia, vt in And. Simul sceleratus Dauus si quid consilij Habet, &c. Certe Calphurnius absque Et coniunctione legisse videtur.

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARG. ADR. BARL.

Iracitur Clitipho à Syro placatur, eidem præscribente quibus vti mox debeat verbis & oratione apud patrem, pro amica ab illo argentum accepturus.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic mire à Poëta proponitur spectatoribus amantis inconstantia, qui cum seruo suo Syro iure sua solicito magnopere irascatur, facillimo tamen momento excandescentis animum Clitiphonis Syrus quam leniter demulcet simulq; quibus moribus verbisq; vti debeat apud patrem præscribit.

Trimetri.

CLITIPHO, SYRVS.

NVLLA est tam facilis res, quin difficilis siet,
Quàm inuitus facias. vel me hæc deambulatio,
Quam non laborioſa, ad languorem dedit:
Nec quidquam magis nunc metuo, quàm ne denuo
Miser aliquo extrudar hic, ne accedam ad Bacchidẽ.
Vt te omnes equidem dij, deæ, quantum est, Syre
Cum tuo isto inuento, cumque incepto perdunt.
Huiusmodi mi res semper comminiscere,
Vbi me excarnufices. s. is hinc quò dignus es?
Quam pæne tua me perdidit proteruitas.
c. Vellẽ hercle factũ ita meritu'. s. meritu'? quo modo?
Næ me istuc ex te prius audisse gaudeo,
Quàm argentum haberes, quod daturus iam fui.
c. Quid igitur dicam tibi vis? abijsti: mihi
Amicam adduxti, quam non liceat tangere.
s. Iam non sum iratus: sed scin' vbi nunc sit tibi
Bacchis. c. apud nos. s. nõ. c. vbi igr̃? s. apud Cliniã.
c. Perij. s. bono animo es: iam argentũ ad eã deferes,
Quod ei es pollicitus. c. garris. vnde id? s. à patre.
c. Ludis fortasse me. s. ipsa re experibere.
c. Næ ego fortunatus homo sum. deamo te Syre.
s. Sed pater egreditur. caue, quidquam admiratu' sis,
Qua causa id fiat, obsecundato in loco;
Quod imperabit, facito: loquitur paucula.

NVLLA &c.) Hic exprimitur amantis constantia qui ob nimium amorem Syro in re sua irascit de hinc paulò momento illũ demulcet. [Quin) Pro q̃ non. [Difficilis) Huc illuc cõtrarium, Nihil difficile homini volenti. [Vel me hęc) Vel modo nõ est desiunctiua cõiunctio, sed pro etiam posita. vt apud Virg. Vel Priamo miseranda manus. [Hæc deambulatio) quæ facilis, & non laborioſa. nam deambulatio, homini potius voluptatem, q̃ laborem affert. [Vt te oẽs quidem dij) Improuidus adolescens nõ considerat quid à Syro in rem suam peractũ sit, sed omnia ad voluptatem suam refert. [Istoc inuento) Cum contemptu atq; odio hæc pronunciantur. [Tuo istoc inuento, cumque incepto) Quasi de magno facinore. nam incœptum, & in

IOAN. CALPH.

& incœptare,& incipere,magnorum est facinorum. [Perduint) Et antiquum est,& Plautinum.[Comminiscere) Pro commini sceris.i.fingis. hunc commentum alibi,Atque ipsis hoc cõmentum placet. [Excarnifices)Terribiliter excarnifices dixit,hoc est excrucies. Excarnificare deductum est à carnifice. Carnifex est qui carne ex homine facit. nam caro dicta est, eo q̃ careat anima. & caro proprie dicitur mortuorum. Virg. Et corpora luce carentum,vel caro sit dicta quasi cado.Virg. Belloq. caduci Dardanidæ,q̃ iam.s.sine anima sit,& cadat. [I tu hinc) Et hic secure exclamat,quòd iam extorserit argentum.[Proteruitas)Importunitas,vel petulantia. Proteruitas leuior est quædam contumelia,Procacitas,maior,Petulantia,maxima. [Ita meritus)Meretur quis,& bonum,& malum. Et mereri,& promereri est præstare beneficium. Virg. Quippe sui memores alios fecere merendo. Et idem,Nunquam regina negabo Promeritam. [Ex te prius audiuisse gaudeo)Sic fingimus quando sumus collaturi beneficium in aliquem,& quidquam audimus quod nõ placet, nec tñ nos infensos reddat.[Non liceat tangere) Nimius est ardor in adolescente cum videt amicam, nec tamen tangendi facultas datur. [Iam non sum iratus) Non potest præ nimia lætitia diutius reticere quod fecerit.[Iratus) Iratus est ex causa,Iracũdus ex moribus.[Scin' vbi nunc sit)Hæc interrogatio gaudentis est,& cui oĩa ex voto successerint.[Perij)Hæc vox est amantis aliq̃d mali suspicantis.[Iam argentum)Iam nimiam velocitatem significat. [Deferes) In alia significatione accipitur illud Olympiadis ad Alexandrum Amo,inq̃t,mi filij quiescas,neque deferas me.Hinc delator. [Garris) Tanquam auis vnde garrulus.Et garrire is dr,qui inaniter loquitur.[Experibere) Antiquũ est,nos dicimus experiere. Iuuen. Experiar quid concedatur in illis,&c. [Næ ego) Næ.i.valde. [Deamo te Syre).i.valde amo. De,hoc loco auget alias diminuit. [Qua causa id fiat)Vt argentum habeamus quod Bacchidem deferas. [Obsecundato in loco) Obsecundare,est omnia ad alterius nutum facere. [Loquitor paucula) Paucula dixit, non pauca,& sic maiorem vim admonitio ista habitura est, nam paucula coram patre loquitur Cl.

GVID. NVLLA &c.) Hic apparet amantis inconstantia, qui ob nimium amorem Syro in re sua iratscitur deinde paulo momento illum demulcet. C. Nulla est res tam facilis,quam facias.i. faciat aliquis inuitus.i.contra voluntatem, quin.i.quæ nam vel q̃ non (vt q̃ sit coniunctio) sit difficilis,vel sic. Nulla est res tã facilis.i. tam facilis,q̃ nõ sit difficilis,quam rem facias inuitus. vel.i.etiam hæc deambulatio,quæ solet afferre recreationem, q̃ quantum.i.non laboriosa.i.non habens laborem.i,dedit me ad languorem.i.ad molestiã, & tædium,ac mœrorem nec nunc me tuo quidquam,i.aliquid magis,quàm ne.i. vt, pro q̃,ego miser excludar.i.emittar,ejiciar denuo.i. iterum, hinc.i. ex hoc loco vbi est amica.quemadmodum prius fui eiectus: ne.i.vt non: accedam.i. adeam ad Bacchi, ò Syre vt.i. vtinam Dij, & Deæ oẽs perdiunt,antiquum pro perdant.i.destruant te cũ isto,per contemptum, & odium dixit cum isto tuo inuento.i.cũ tuo figmẽto,seu cum ista tua inuentione,& cum isto tuo incepto.i.consilio inito,seu instituto proposito, quantum est.i.quantum licet .i.quantum est possibile,quantum vel fieri potest, vt te dedant. Nã est sæpe ponitur pro licet. vel sic lege. Vtinam Dij, & Deæ omnes quantum est.i.quantum Deorum,&Dearum est,hoc est quantum magnum est cõsortium,seu contubernium Deorum, & Dearum perdant te cum suo incepto,&c.q.d.oẽs Dij,& Deæ quotquot sunt te perdant,tu comminiscris.i.tu fingis,excogitas, adinuenis semper huiusmodi.i.tales res,vbi.i.in quibus,aduerbium pro nomina,excarnifices.i.excrucies,affligas me. Excarnificare dicimus actiue,vt hic,&excarnificari,vt sit deponens verbum vel cõe, vt Prisc. inquit,& fit à carnifex cis,qui sic dr,q̃ ex homine carnem faciat, quæ caro proprie est mortuorum dicta,q̃ careat anima,vel à cado is,q̃ remota anima cadat. Inde caduci.i.mortui. Virg. Belloq caduci,i. mortui. Inde etiam cadauer. S. Tui.i. vade,quo.i.in quam rem, vel partem tu es dignus ire,q.d.abi in malam rem,vt meruisti,quàm.i.quantum pene.i. prope,aduerbium,tua proteruitas.i. tua importunitas, tua petulantia perdidit.i. destruxit,vastauit me vt dicunt. C. Hercle velle factum esse, vt.s. mea proteruitas te perdidisset vt ais,ita i.adeo, vel sic meritus es.i. dignus es, qui perdaris. S. Ais q̃ meritus sum perdi quo modo.i.qua ratione? ne.i. certe, vel valde. gaude me audiuisse ex te pro abste,istud conuitium .s. priusquam habere argentum, quod dare tibi volebam. C. Igitur quid vis vt dicam tibi aliud, quàm quod dixi, cum non dederis mihi occasionem aliter dicendi, nam abijsti.i. fuisti ad Bacchidem, adduxisti mihi amicam Bacchidem, quam non liceat tangere. S. Ridibundus ait,non sum iam iratus, sed scin' .i. scis ne vbi nunc Bacchis tua amica sit tibi. C. Est apud nos .i.quod dicitur penes nos non recte,nam penes est quasi in manu ac potestate esse. S. Non est inquam apud te. C. Vbi est ergo. S. Est apud Cliniam. C. Perij iam mali quid suspicatur. nam amantibus omnia sunt suspecta, quæ fiunt in amicas. S. Es.i.sis,bono animo.i.habeas bonum animum,& quod dici solet, facias bonum vultum iam .i. statim deferes argentum ad eam,quod argentum pollicitus es.i.promisisti ei. C. Garris.i. nugaris,inaniter loqueris,tractum ab auibus.vnde garrulus,vnde,i.à quo id argentum extorquebitur sup. S. Extorquebitur in quam à patre tuo. C. Fortasse ludis .i. derides me. S. Experibere,antique pro experire,re ipsa.i.ipso effectu. C. Ne.i.certe,vel valde, sum homo fortunatus.i.felix,ò Syre deamo.i.valde amo (nam hic de auget) te. S. Experiere inquam. ita.n. est repetendum, vt videatur Syri sermo continuari sic experiere re ipsa quam causa.i.pp quam causam id fiat, q̃ habeamus argentum à patre tuo,tñ est mihi obtemperes,ideo subdit,obsecunda to,i.facito ad nutum meum,in loco.i.q̃ locus.i.occasio,seu opportunitas postulabit, nam obsecundare est omnia ad alterius nutum facere,ideo deus secundat res nostras, quando efficit, vt nostris optatis respondeant, hic ergo obsecundato commenta mea supp.i.accommoda,seu conforma te meis inuentionibus, vbi tempus ac locus erit,sed pater tuus egreditur,caue admiratus sis quidquam.i.vide ne quidquam cum admiratione laudes, ne deprehendaris amans. dicimus autem caueris admiratis sine negatione. & caue ne sis admiratus cum negatione in eundem sensum penitus v. caue cadas. facito id sup.quod pater imperabit; loquere.i.dicito: paucula.i. admodum pauca verba.

SENARII sunt. In 4. s,eliditur in Magis, nisi pro Magis vbique legamus Mage, quoties elisio incidit,huiusmodi. quod mihi quidem placeret.sed iudicium sit penes lectorem.In 5.pro celeusmaticus est initio. Sextum versum Ioan. ita legit, Vt te quidem omnes Dij Deæq̃. quantum est Syre. Sed sic erit amphibrachys loco quarto pro Iambo. quod placet,est enim tempo ribus cum reliquis huius carminis licentiosis pedibus par. In 8. necesse est, primas duas dictiones pro duobus accipiamus pedibus Quod si huius monosyl.fuerit,& Mihi dissyllabum,erit loco primo creticus,secundo iambus. Sin Huius dissyll.ac Mihi monos. erit loco primo spondeus, secundo bacchius, pes creticus in temporibus conueniens. Lectori sit integrum quod volet sequatur. In 9.Iambus primo loco. In 11.proceleusmaticus loco tertio. In 17.pro Igitur liber vetustus habet Ergo,& placet. Sed post ergo vel eliditur d,in Apud,vel bacchius est loco quinto. In 19. eliditur d,& in Quod,& in Id,& Ei monosyll. Tuo dissyllabum potest,& bacchius esse loco primo,& creticus quarto. In penul. versu è corripitur in Caue,& s,eliditur in Admiratus, præterea sis legendum monosyllabicos, non Sies dissyll. GLAR.

ACTVS IIII. SCENA VII.

ARG. ADR. BARL.

Chremes argentum affert,quod det Clitiphoni. Ad postremum quæritur de sumptu faciendo filiæ causa.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena Chremes egreditur afferens argentum Clitiphoni dandum. Huic Syrus quomodo patri respondeat, suggerit. Exinde de sumptu,& impensis filia causa factis faciendisq; conqueritur senex.

Trimetri.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

BI Clitipho nunc est? s. eccum me,inque. CL. eccum hic tibi. Quid rei esset,dixti huic? s. dixi pleraque omnia.

CH. Cape hoc argentum, ac defer. s. * hei, quid stas lapis? Quin accipis? CL. cedo sane. s. sequere hac me ocyus:

Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere:
Nam nihil est illic, quod moremur diutius.
CH. Minas quidem iam decem habet à me filia:
Quas pro alimentis esse nunc duco datas.
Hasce ornamentis consequentur alteræ.
Porrò hæc talenta dotis apposcent duo.
Quàm multa iniusta,ac praua fiunt moribus?
Mihi nunc, relictis rebus, inueniendus est
* meo Aliquis, labore inuenta * mea cui dem bona.

IOAN. CALPH.

VBI Clitipho nunc est?) Egreditur Chremes cũ argento. [Eccum me inque) Syrus subijcit verba Clitiphoni,quæ patri respondeat. [Inque) Raro alibi præter inquam &, inquit, reperies. [Inque).i.dic.[Pleraque omnia) Hic adiectio in primo posita ex loco.[Adiectionis vero,aut in prima parte orationis,aut in vltima adijciuntur. Hic ergo Pleraq; ex abundantia positum est. Omnia necessaria additum in vltimo,sicut interea loci,interibi.[Quid stas lapis?) Hoc dictum in ignauum. Illa vero,caudex, stipes, asinus, in stultum. [Quin) Pro cur non.[Opperibere) Antiquum est,sicut experibere. [Minas quidem) Inducitur tenax senex circa rem solicitus,qui conqueritur de damno quod illi acciderat de inuenta filia. [Pro alimentis) Nam crediderat anum illam oppigneraſſe filiam Bacchidi.[Alteræ).i.totidem.[Porro) Modo aduerbium ordinis:alias temporis.[Hæc appoſcent)Hæc pluraliter pro hæ.In Eun. Continuo hæc adornant vt lauet. In Phorm. Hæc ille erant itiones. [Talenta duo) In ſequentibus dicet, Duo talenta pro re noſtra ego decreui eſſe ſatis.[Relictis omnibus) Poſitis omnibus alijs negocijs. [Labore inuenta) Proprie parta.

GVID. VBI Clit.&c.) Hic Chremes cum argento egreditur,& Syrus Clitiphonem admonet quid debeat reſpondere patri. CH. Vbi eſt nunc Clitipho? S. Tu Clit.inquam.i.dic, reſponde,eccum.i.ecce hic me. CL. Eccum.i.ecce ad ſum ſup.hic tibi,hoc eſt hic ad ſum tibi morem gerere paratus. CH. Dixtin', vtrum dixiſti huic filio meo,quid rei.i.quæ res eſſet, qua propter mitterem hoc argentum. S. Dixi pleraque omnia, pleraq; abundat vt in Andria etiam dictum eſt.Additiones interdum pro ponuntur vt hic,interdum poſtponuntur vt interea loci, interibi. CH. Cape hoc argentum ac defer ad Bacchidem. S. Hei,hic indignantis eſt particula: ò lapis .i. ò dure ingenio, quid .i. cur ſtas,cur non accipis argentum. Lapis dicitur in ignauum, illa vero caudex,ſtipes,aſinus dicuntur in ſtultum. CL. Sanè.i.certe cedo.i.vado,vel obſequor. S. Sequere me hac nunc ocyus.i. cito,cõparatiuum pro poſitiuo. Tu Chr.interea.i.dum ibimus opperibere,vetuſte pro opperieris,nos.i.expectabis nos hic dũ .i. quandiu eximus .i. egredimus laturi argentum ad Bacchidem, nam nihil eſt quod.i.propter quod moremur iſtic vbi eſt. Bacchis: diutius.ſ.muleum diu. CH. Apud ſe Chremes numerat ſumptus pro filia,& iam factos,& poſt faciendos,quidem.i. certe,iam filia habet à me x.minas .i. x.libras,quas minas duco .i.puto nunc eſſe datas pro alimentis.i.nutrimentis,alteræ decẽ minæ conſequentur haſce.i.has prædictas decem pro ornamentis.i.indumentis,porrò .i. deinde,hæc .i. hæ minæ prædictæ pro alimentis,& ornamentis ad poſcent.i.adſciſcent,ſiue adiungent ſibi duo talenta.i.duo talia pondera,de quibus ſuperius dictum eſt,dotis.i.pro dote, ita quod dotis regitur ab illo accuſatiuo talenta,talentum enim dotis rectè dicitur, quàm.i.quantum multa iniuſta, ac praua .i. non recta,fiunt moribus .i. per mores,& conſuetudines hominum, quales ſunt tales pecuniarum conſumptiones in liberis,& educandis,& collocandis, nunc aliquis ſponſus ſeu gener eſt mihi inueniendus omnibus rebus.i.omnibus alijs negocijs relictis, cui .ſ. genero dem bona mea inuenta .i. parta labore.i.opera corporis mei,& induſtria mentis.

LATO. ARGVMENTVM) Argentum traditur Clitiphoni deferendũ ad Thaidem. [Eccum hic tibi) Attende diſſimulationẽ Syr.& Clitiphonis apud ſenem.[Minas quidẽ)Ad ſpectatores.

PETR. MARS. VBI Clitipho nunc eſt?) Senilem animum ad auaritiam propenſum,ac pecuniarum ſuppoſitionem,hæc ſcena,exprimit. Senex naturaliter ſit auarus,& ratiocinatio impenſarum, illorũ eſt qui amant pecunias. Ariſt.in 5.lib.Eth. ſic ait: Senectus,& imbecillitas omnis auaros efficit, eſtq. omnibus inſita magis q̃ prodigalitas. Plerique nanque cupidi ſunt magis pecuniarum, quam ad dandum procliues. Et loquens de magnifico, dicit: Hic cum voluptate,& ſiue parſimonia erogat. Exacta nanq; rõ ad puſillanimitatem nimirum attinet,atq; potius quo nã pacto pulcherrimum fuerit. opus quæ quanti conſtet, conſiderabit.

SENARII ſunt. Duo anapæſti initio primi verſus. Hic videat lector num legendum Eccum tibi, pro eccum hinc tibi. Si quidem Vallæ credimus hæc per aduerbia,non per pronomina exponẽda eſſe. Creticus vero initio verſus ſecundi,niſi quis Rei prorſus elidi dicat. In 8. Pro corripitur, non eliditur. GLAR.

ACTVS IIII. SCENA VIII.

ARG. ADR. BARL.

Iucundum habet errorem Chremetis, qui Menedemum falli putat, dum ipſe fallitur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac ſequenti ſcena declaratio continetur erroris ipſius Chremetis,qui Menedemum dum credit per Syrũ decipi ipſemet plane per ſuos illos, Syrum & Clitiphonem deluſus eſt.

Trimetri.

MENEDEMVS, CHREMES,

VLTO omnium nunc me fortunatiſſimum
Factum puto eſſe gnate, cum te intellego
Reſipiſſe. C. vt errat. M. te ipſum quærebam Chreme:
Serua, quod in te eſt, filium, & me, & familiam.
C. Cedo, quid vis faciam? M. inueniſti hodie filiam.
C. Quid tum? M. hanc vxorem ſibi dari volt Clinia.
C. Quæſo,quid hoîs es? M. quid? C. iam ne oblitus es,
Inter nos quid ſit dictum de fallacia,
Vt ea via abs te argentum auferretur? M. ſcio.
C. Ea res nunc agitur ipſa. M. quid dixti Chreme?
Erraui: res acta eſt quanta ſpe decidi?
C. Et quidem iſtæc,quæ eſt apud te, Clitiphonis eſt
Amica. M. ita aiunt. C. & tu credis? M. omnia.
C. Et ilum aiunt velle vxorem, vt, cum deſponderim,
Des qui aurũ,ac veſtẽ,atq; alia,quę opus ſunt,cõparet.
M. Id eſt profecto: id amicæ dabitur. C. ſcilicet
Daturum. M. ah, fruſtra igitur gauiſus ſum miſer.
Quiduis tamen iam malo, quàm hunc amittere.
Quid nunc renunciem abs te reſponſum Chreme,
Ne ſentiat me ſenſiſſe, atque ægre ferat?
C. Aegre? nimium illi Menedeme indulges. M. ſine:
C. Inceptum eſt: perfice hoc mihi perpetuũ Chreme.
C. Dic conueniſſe,egiſſe te de nuptijs.
M. Dicam,quid deinde? C. me facturum eſſe omnia,
Generum placere: poſtremo etiam, ſi voles,
Deſponſam quoq; eſſe dicito. M. hem,iſtuc voluerã.
C. Tanto ocyus te vt poſcat, & tu id, quod cupis,
Quamocyſsime vt des. M. cupio. C. nę tu propediẽ
Vt iſtam rem video, iſtius obſaturabere.
Sed hæc ita vt ſunt, cautim, & paulatim dabis,
Si ſapis. M. faciam. C. abi intro: vide,quid poſtulent:
Ego domi ero, ſi quid me voles. M. ſane volo:
Nam te ſcientem faciam, quidquid egero.

MVLTO

IOAN. CALPH. VLTO omnium &c.) Hic est iucunda expositio erroris senis de verbis Syri, qui Mened. credit decipi, dum ipse decipitur. [Vt errat?) Virg. Vt vidi, vt perij. [Filium) Filium prius nominauit, in quo omnis cura patris erat. [Quæso) Modo obiurgatorium est. [Quid hominis est?) In Eun. Quid istuc inquam ornati est? Scire nos conuenit, cum recto casu profertur interrogatio, non esse contumeliosum, vt si dicas, Quis hic homo est? Si autem in obliquo, contemptum significari. vt, Quid hoc est hominis? quid mulieris? quid ornatus? [Ea res nunc agitur ipsa) Et ex hoc credit eos inter se finxisse Cliniam amare Antiphilam. [Sic res acta est) Vt decipiaris. Et hæc quidem, cum contemptu interrogat. nam & hoc fictum esse credit. [Ita aiunt) Ita aiunt, de re dicimus, quam volumus esse falsam. [Id est profecto) Fingit se credere amico quem fidum cognouerat. [Gauisus) Bene de filio gauisus dixit. quia Gaudemus proprijs, Gratulamur alienis. [Miser) Miser est cui animæ miseria est. [Amittere) Pro dimittere more antiquo. [Aegre?) Sic distingue, vt Chremes hanc vocem Menedemi sub rideat, quippe q̃ filius non sit vlla in re timendus. [Indulges) Nullum magis proprium verbum inuenire potuisse de patre q̃ omnia filio permittit. [Inceptum) Nam quod semel inceptum est, non potest facile omitti. [Desponsam) Et hoc est quod Cliniæ magis placiturum est. [Hem) Modo interiectio lætantis, alias irascentis. [Tanto ocyus) Quia si acceperit filius desponsatam Antiphilam, quamprimum expoſcet argentum ad ornamenta coëmenda. [Næ) Pro valde, & hoc proprie Terentianum est. [Propediem) temporis aduerbium, & significat cito. [Obsaturabere) .i. nimiam de filio capies satietatem. quod est corporis, ad animum transtulit, & sic plus hoc verbo intulit, quàm si inuenisset proprium verbum. [Postulent) Tanquam iure, quia iure aliquid postulamus. [Te sciente) Recte sciente. nam sciens est qui alicuius indicio rem cognoscit: Prudens qui intelligentia sua aliquid sentit. ergo sciens est per alios.

GVID. MVLTO &c.) Hic iucunda expositio erroris senis continetur, qui Men. credit decipi, cum ipse decipitur. M. O gnate. i. ò fili. Clin. puto me factum esse nunc multo fortunatissimũ .i. felicissimum omnium hominum, cũ ego intelligo .i. cognosco te resipuisse. i. in bonam viuẽdi vitam rediisse, & quod dici solet, te emendasse viuendi rationem. Resipiscere enim est ad priorẽ mentis statum vel ad meliorem redire. C. Vt. i. quantum errat .i. quantum fallitur, qui eum putat resipuisse. M. O Ch. quærebam. i. petebam te ipsum. i. temet, seruа me patrem & filium Cl. & familiam. i. totam domum meam, vt vxorem & famulos, qd̃ .s. nos seruare est in te .i. in tua potestate, nã si dederis filiam tuã filio meo, & eum mihi retinebis, & me à cruciatu liberabis, & familiam fouebis integram, quam sim dissipaturus si iterum abeat filius. C. Cedo. i. dic quid vis vt sup. faciam. M. Hodie inueni sti filiam. C. Quid tum. i. qd inde si inuenerim, vis vt sequatur. M. Cl. vult hanc filiam dari sibi vxorem. C. Quæso, hoc dictũ est obiurgatorium quid hominis es? per contemptum dicimus quid hominis est per genitiuum, sed per nominatiuum sine contemptu, vt quis homo es, q.d. qualis homo es, qui hoc non dubitas poscere, vt filiam despondeam vni fugitiuo, & q̃ amicam habeat Bacchidẽ, nam Ch. illam putat esse ipsius amicam. M. Petis qd hominis sim, quasi indignatus se ita verbis à Chremete deprimi. C. Ne .i. vtrum iam oblitus es quid sit dictum inter nos de fallacia faciẽda. s. per seruum vt argentum auferretur abs te. M. Scio quid sit dictum de fallacia. C. Nunc ea ipsa res agitur .i. tractatur, hoc est fallacia ita tractatur, quam tu putas esse rem seriam. M. O Ch. quid dixisti? perculsus est dicto Chr. qui dicat tantum esse fallaciam, id quod agitur ad extorquendum argentum, erraui. i. falsus sum, res acta est sic. i. taliter, vt deciperet, de quanta spe decidi. i. deturbatus sum deiectus sum tuis verbis. C. Et quidem hæc Bacchis, quæ est apud te est .i. fingitur esse amica Cl. M. Ita aiunt .s. filius & serui. C. Et tu credis eam esse amicam Cl. M. Credo omnia quæ dicunt mihi. C. Et aiunt illum Cl. filium tuum velle .i. petere optare vxorem, vt cum desponderim. i. sponsam dederim filiam, seu spoponderim me daturum filiam in matrimonium. ilico des .i. tradas argentum, vt prius dictum est, qui. i. quo argento, comparet. i. coëmat sibi aurum & ornamenta aurea, vt annulos &c. & vestem. i. vestimẽta, atque alia. i. alia ornamenta, quæ sunt opus. i. quæ requruntur ad nuptias. M. Profecto. i. res ita se habet. id argentum dabitur amicæ. i. illi cuius amore tenetur. quod putat nunc esse Bacch. C. Scilicet. i. certe credas sup. eum daturum amicæ. M. Vah. interiectio irridentis seipsum, qui non potuerit sua spõte talem animaduertere fallaciam, igitur ego miser frustra gauisus sum q̃ putari filium resipuisse. tamen iam malo amittere .i. perdere, quid vis. i. quancunque rem, vel rem, quamlibet, quam admittere hũc filium. O Chr. quid nunc renunciem. i. referam responsum esse abs te. ne sentiat. i. percipiat me sensisse. i. percepisse illam fallaciam, atq; ægre ferat. i. molestè difficulter, turbato animo ferat. C. Times sup. ne ægre ferat? ò Men. nimium. i. vltra quam satis est, indulges. i. permittis illi quæcunque vult. M. Sine. i. patere, permitte, inceptum est .i. iam incepi indulgere, vel iam à te inceptum est mihi faueri. O Chr. perfice hæc mihi perpetuo aduerbium. i. continue, vt inceptum est, pergito. C. Dic illi te conuenisse. i. vel allocutum esse me sup. vel communicasse mecum. dic inquam te egisse. i. fecisse mentionem de nupt. conuenire interdum significat pacisci, vt cõueni tecum pro denario diurno. interdum significat alloqui, vt te conuenire cupio. i. alloqui. interdum significat casu inuenire, vt Cic. ad L. Quem cum conuenisset. i. casu inuenisset, quandoque etiam significat placere, neq; controuersia esse, vt, Hoc conuenit inter nos. i. de hoc inter nos nulla est cõtrouersia. Item dicere solemus, cum de hoc negocio deliberaremus, tandem conuenit. i. placuit deliberantibus, vt res in crastinum deferretur. Alias habet significantias pro locis. hic autem elige tibi quam velis. M. Dicam. illud quod dicis, sed de inde. i. postea quid dicam. C. Dic me esse facturum omnia. dic etiam generum maritum filiæ placere mihi. vel placere eum esse super generum mihi. Postremo etiam si voles quoque. i. etiã dicito filiam esse despõsam. i. promissam in matrimonium sibi. à despondeor ris passiuo fit desponsus su, sum, participium. M. Hem, hic lætantis est interiectio. volueram. i. optaueram, vt ducerem illud. si filiam tuam esse desponsam sibi. C. Dic illi illa, vt tanto ocyus. i. velocius, citius, poscat te argẽtum. s. & vt des illi quàm ocyssime .i. citissime id argentum quod cupis dare. M. Cupio reuera dare quod poscet. C. Næ. i. certe vel valde, tu ob saturabere. i. satureris, vel defessus eris satietate illius filij tui propediem. i. cito, vt. i. quãtum video istam rem .i. sumptum, quem es facturus, sed vt vt i. qualitercunque istæc sunt. i. quocunq; modo ista omnia, quę dicimus, se habeant, siue sit fallacia, siue non. si sapiens. i. sapienter agere vis dabis argẽtum cautum. i. callide, versute, & tibi cauendo, & paulatim. i. nõ multum simul, sed per particulas. M. Faciam quod dicis, & paulatim dabo. C. Abi .i. discede. intro. s. in domum. vide quid postulent. ego ero domi si quid voles me .i. si mea opera egebis, si quid voles me facere. M. Sanè. i. certe, vel valde volo. nam quidquid egero faciam te sciente. i. faciam. vt scias. seu faciam te certiorem.

ARGVMENTVM) Hic Chremes falso psuasus Menedemum quoque in errorem inducit. [Multo omnium) Hoc lõge facetissimum est in hac fabula, quod arte Syri ambo senes de re vera errant. [Quæso quid) Interrogatio obiurgantis. [Imò hæc) Ironia. [Daturum) Subaudi, scias per eclipsin. [Aegre?) Repetitio eiusdem verbi ad indignationem obiurgantis. [Næ, tu propediem) Prædictio omittantis, & mox consilium. LATO.

MVLTO omnium &c.) Paternam lætitiam ex filiorum educatione, ac crudelitatem senilem quæ facile decipitur, cũ votis faueat suis, hæc scena exprimit. Bono patri ac ciui, pari & æquo iure cum suis popularibus viuere cupienti, recta filiorum educatione nil debet esse antiquius, vt se dignus adolescat & patria, itaque adhibenda est à primis annis diligentia, quoniam, vt inquit Horat. Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu. Et Plato in quarto de Repub. sic ait: Apparet itaque quale fuerit cuiusque puerilis educationis initium, talia fore etiam quæ sequuntur. PETR. MARS.

ET hi senarij sunt. In decimoquarto quia ad finem eius Sponderim legendum, initio coniunctio. Et à superiore eliditur carmine, nisi bacchium loco primo constituamus. In decimo quinto anapæstus est loco quarto. In decimoseptimo. Gauisus primam producit. quod in superioribus alicubi admonuimus. In octauo à fine, necesse est Sponsam legamus, non Despõsam, alioqui carmen non constabit, & Hem prorsus eliditur, vt sæpe alias. In 4. à fine, Vt vt pro Vti recte emendauit R. GLAR.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Ad exitum iam properante comœdia Syri fallacia detegitur vt Clinia nubat Antiphilæ. Bacchidem Clitiphonis esse amica Menedemus ostendit.

ARG.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena, qua iam ad exitum fabula tendit, per Menedemum fallacia detegitur, vt Cliniæ Antiphila desponde atur, vbi profecto senes mutuis sese ludibrijs illudunt vltro citroq; : eatenus donec aperte Menedemus ostendit Bacchidem Clitiphonis esse amicam, neque ad Cliniam quidquam eius attinere.

Partim Trochaici Tetrametri Catalectici, partim Iambici Senarij.

MENEDEMVS, CHREMES.

Go me non tam astutum, neque ita perspicacem esse id scio:
Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonstrator Chremes
Hoc mihi præstat. in me quiduis harum rerum conuenit,
Quæ sunt dicta in stultum, caudes, stipes, asinus, plumbeus:
In illum nil potest: nam exuperat eius stultitia omnia hæc.
C. Ohe, iam desine deos vxor gratulando obtundere,
Tuam esse inuentam gnatam; nisi ilos tuo ex ingenio iudicas,
Vt nil credas intellegere, nisi idem dictum est centies.
Sed qd iandudum interim illic gnatus cessat cũ Syro?
M. Quos ais homines Chreme cessare? C. hem, Menedeme aduenis?
Dic mihi, Cliniæ, quæ dixi, nunciastin'? M. omnia.
C. Quid ait? M. gaudere adeo occepit, quasi qui cupiunt nuptias.
C. Ha, ha, hæ. M. quid resisti? C. serui venere in mentem Syri
Calliditates. M. ita ne? C. voltus quoque hominum fingit scelus.
M. Gnatus quòd se assimulat lætum, id dicis? C. id. M. idem istuc mihi
Venit in mentem. C. veterator. M. magi', si magi' noris, putes,
Ita rem esse. C. ain' tu? M. quin tu ausculta: C. mane: priu' hoc scire expeto,
Quid perdideris: nam vbi desponsam nunciasti filio,
Continuo iniecisse verba tibi Dromonem scilicet,
Sponsæ vestem, aurum, atque ancillas opus esse argentum vt dares.
M. Non. C. quid non? M. non inquam. C. neque ipse gnatus? M. nil prorsus Chreme.
Magis vnum ẽt instare, vt hodie conficerentur nuptię.
C. Mira narras. quid Syrus meus? ne is quidem quid quam? M. nihil.
C. Quamobrem? M. nescio equidem: sed te miror, qui alia tam plane scias.
Sed tuum ille quoque Syrus idem mire finxit filium,
Vt ne paululum quidem suboleat amicam esse hanc Cliniæ.
C. Quid ais? M. mitto iam osculari, atque amplexari: id nil puto.
C. Quid est, quod amplius simuletur? M. vah. C. quid est? M. audi modo.
Est mihi vltimis conclaue in ędibus quoddam retro:
Huc est intro latus lectus, vestimentis stratus est.
C. Quid postquam hoc est factum est? M. dictum factum, huc abijt Clitipho.
C. Solus? M. solus. C. timeo. M. Bacchis confecuta est illico.
C. Sola? M. sola. C. perij. M. vbi abiere intro, operuere ostium. C. hem.
Clinia hęc fieri videbat? M. quid ni? vna mecũ simul.
C. Filij est amica Bacchis Menedeme: occidi.
M. Quamobrem? C. decem dierum vix mi est familia.
M. Quid? istuc times, quod operã amico ille dat suo?
C. Imò ꝙ amicæ. M. si dat. C. an dubium id tibi est?
Quenquam ne animo tam comi esse, aut leni putas,
Qui se vidente amicam patiatur suam? M. ha, ha, hæ,
Quidni? quo verba facilius dentur mihi.
C. Derides? merito mihi nunc ego succenseo.
Quot res dedere, vbi possem persentiscere.
Ni essem labis? quæ vidi? væ misero mihi.
At næ illud haud inultum, si viuo, ferent:
Nam iam. M. non tu te cohibes? non te respicis?
Non tibi ego exempli satis sum? C. præ iracundia
Menedemi non sum apud me. M. te ne istuc loqui?
Non ne id flagitium est, te alijs consilium dare,
Foris sapere, tibi non posse auxiliarier?
C. Quid faciam? M. id, quod me fecisse aiebas parum:
Fac, te esse patrem sentiat: fac, vt audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poscere,
Ne quam aliam quærat copiam, ac te deserat.
C. Imò abeat potius multo quouis gentium,
Quam hic per flagitium ad inopiam redigat patrem:
Nam si illi pergo suppeditare sumptibus
Menedeme, mihi illæc vere ad rastros res redit.
M. Quot incommoda tibi in hac re capies, nisi caues.
Difficilem ostendis te esse, & ignosces tamen
Post, & id ingratum. C. ah nescis, quàm doleam? M. vt lubet.
Quid hoc, quod volo, vt illa nubat nostro? nisi qd est,
Quod malis. C. imò, & gener, & affines placent,
M. Quid dotis dicam te dixisse filio?
quid obticuisti? C. dotis? M. ita dico. C. ah. M. chreme,
Ne quid vereare, * si est minu': nil dos nos mouet. * si minus, re
C. Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis:
Sed ita dictu opu' est, si me vis saluom esse, & rem, & filium,
Me mea omnia bona doti dixisse illi. M. quam rẽ agis?
C. Id mirari te simulato, & illum rogitato simul,
Quamobrem id faciam. M. quin ego vero, quamobrem id facias, nescio.
C. Ego ne? vt illius animũ, qui nunc luxuria, & lasciuia
Diffluit, retundam, redigam, vt, quò se vortat, nesciat.
M. Quid agis? C. mitte, ac sine me in hac re gerere mihi morem. M. sino:
Ita ne vis? C. ita. M. fiat. C. age iam, vt vxorem accersat, paret
Se. hic ita, vt liberos est ęquom, dictis confutabitur.
Sed Syrum. M. quid eum? C. ego ne? si viuo, adeo exornatum dabo,
Adeo depexum, vt, dũ viuat, meminerit semper mei:
Qui sibi me pro ridiculo, ac delectamento putat.
Non (ita me dij ament) auderet facere hæc viduæ mulieri, * In me q̃ facit.
* Quæ in me fecit.

IOAN. CALPH.

GO me non tam astutum) Quia iam ad exitum properat fabula, fallacia detegitur per Menedemum & Cliniæ Antiphila desponsabitur. [Ego me) Vt insultat senex, dum alterius stultitiam & tarditatem ludibrio habet. [Non tam astutum) Hæc iactationis cuiusdam species est, fingere se non astutum, dum videt alterum stultiorem. [Adiutor) Cum risu hæc pronuncianda,& Adiutor proprie in re bona, Impulsor in re mala. [Caudex,stipes) Ita iniurioſe dicunt in stultum & herbetioris ingenij hominem,quemadmodum ignauum, lapidem appellamus quamuis tamen idem sit, sed hoc plus est. [Ohe) Interiectio est satietatem vsque ad fastidium designans. [Obtundere) Obtundit qui sæpe repetendo aliquid dicit. [Obtundere) Est translatio à fabris,qui sæpe repetunt tundendo aliquid malleo, & idem obtundunt & hebetant. [Cessat cum Syro) Bene cessat,tanquam desidiosus. nam Cessant desidiosi,Requiescunt defessi. [Ehem Menedeme aduenis?) Sic tanquam expectatus,& Aduentus proprie expectatorum, necessariorumq. dicitur. [Quasi qui cupiunt) In Andria. Ita tum discedo ab eo, vt qui se neget filiam daturum. [Ha,ha,hæ) Vox nimia cachinni,& accommodata Chremeti, qui Credebat Menedemum decipi in filio,& assimulare illum petere vxorem. [Ita ne?) Sic lege, vt quasi eludat Chremetem qui passus est se à seruo decipi. [Fingit) Forma,si tristes sunt, lætos reddit. Fingere proprie est figuli,qui formas ducit ex luto. [Se assimulat) Refertur ad id, Vultus fingit hominum. [Venit in mentem) Sic dicit, quia scit ab illo deceptum Chremetem. [Veterator) Vetus est in astutia. [Ita rem esse) Vultuose pronunciandum,quòd si Chreme sciret se à Syro deceptum, vere illum veteratorem appellaret. [Mane) Deceptus Chremes aliter percipit verba Menedemi, quam ipse loquatur,& ab illo imprudens eliditur. [Non) Ridicula negatio illa vero Virgiliana, amara, Non: Verum Aegonis. [Quid non?) Cum admiratione repetit Non. [Hodie conficerentur nuptiæ) Incipiet paulatim detegi fallacia. nam hoc signum est Cliniam non falso velle Antiphilam. [Ne is quidem quidquam?) ἀπροσδόκητος admirantis. hoc magis mirum videtur, quòd nec Syrus verba interiecerit ad extorquendum argentū. [Alia tam plane scias) Pulchra ironia in eum qui deceptus sit. [Ille tuus quoque Syrus) Quem tantum veteratorem putas. [Finxit filium) Refertur ad id quod Chremes supra dixit, Vultus quoque hominum fingit scelus. [Suboleat) Tractum à sensu odorandi. [Quid ais?) Nonnunquam perturbati intercessoris est dicere,quid ait? sed hoc loco mecuentis est, non interrogantis. [Mitto iam oscular) Color rhetoricus. [Oscular) Hæc est quarta amoris linea. nam sunt quinque,Prima visus,Secunda loqui,Tertia tactus,Quarta oscula,Quinta coitus. [Id nihil puto) Sic dicimus quoniam habemus aliud maius ad confirmandum. [Conclaue) In Eunucho: Virgo in conclaui sedet. Est autem conclaue separatior locus in interioribus tectis, vel quòd intra eum loca multa & cubicula clausa sint adhærentia triclinio. [Sola) Hoc magnum argumentum quintæ lineæ,quòd sola cum solo fuerit. [Quid ni?) Quid nisi? [Familia) Hoc loco pro re familiari ponitur. vnde in iudicium venit de lite familiæ herciscundæ.i.hæreditatis. Cic.in lib.de Orat. Idem herciscundæ familiæ causam agere non possit. [Operam dat) Facete dictum à sene. [Si Dat.) Suspendendum. & est ἀποσιώπησις,q.d nescio. [Dubium id tibi est?) Iam credit Chremes se esse deceptum. [Amica patiatur suam) Subaudi,subagitari,& est honesta ἀποσιώπησις in re turpi. Virgilius, Nouimus & qui te. [Quidni) Pro cur non, & hæc verba proprie sunt deridentis. [Ni essem lapis) Superius, Nam exuperat eius stultitia hæc omnia. Et plus est quàm,caudex,stipes,asinus. [Nam iam) ἀποσιώπησις. Virg. Quos ego. [Te ne istuc loqui?) Virg. Me ne incepto desistere victam? [Alijs consilium dare) Hinc illud Ser. Sulpicij ad Cic. Denique noli te obliuisci Ciceronem esse, & eum qui alijs consueueris præcipere & dare consilium. [Flagitium) Facinus, Flagitium, more militari, dicitur res flagitione, hoc est increpatione digna. nam flagitare, est personare. inde flamma & flagella, quòd hæc non fit sine solitu & crepitu. [Imò abeat) Hoc terribiliter pronunciandum,& verba proprie rigidi & asperi patris. [Quouis gentium) Gentium, in fine superflua adiunctio, sicut interea loci. dat tamen quandam ἀξίωσιν pronuncianti. [Si pergam) Perseuerem. alias pergere, est ire. [Vere ad rastros,) q.d. Id quod tu Menedeme absentia filij exercebas, hoc est rem rusticam, id ego inopia facere cogar. [Quot incommoditates) Satis comice dixit. nam hoc nomen leue quoddam significat, vt in Eun. Imò enimuero infeliciter. nam incommoda alia sunt dicenda Parmeno. [Capies) Ibi, inimicitias caperem. Capere proprie dicimus cum id, quod in nobis est, assumimus. vnde capere pro eligere ponitur. [Nisi quid est) Honeste petit quod officium est probi & modesti viri. [Et affines) Vxoris, cognati sunt, Affines, mariti. vnde multi gradus sunt, & veluti rami, propinquitatis, in affinitate & cognatione dispositi. [Quid obticuisti?) Sic dixit quasi puderet Chremetem dicere q̄ parua dos videretur. nam Tacemus consilia: Reticemus dolores: Obticemus, quorum nos pudet. [Pro re nostra) Tacite rem suam extenuat. [Quam rem agis?) Hoc est quasi perturbati intercessoris. [Illum rogitato) Pulchra admonitio, vt perterrefaciat filium. [Diffluit) Perfius, diffluis amens. [Quid ais?) Ais dicimus, de ijs qui vana loquantur. [Fiat) Concessio irati aduersus pertinacem. [Sed Syrum) ἀποσιώπησις. s. puniam. [Dictis) Quia liberi verbis obiurgandi sunt, serui vero verberibus puniendi. [Adeo depexum) Hoc verniliter more senum iratorum lege, & intellige contrarium. [Viduæ mulieri) Bene personam abiectam delegit, quæ ludibrio habetur, & quia mulier, & quia viro orbata.

EGO me &c.) Hic detegitur per Men. fallacia, vt Ant. Clit. despōdeatur, vbi senes se mutuis ludibrijs illudūt, vltro, citroq. eo vsque donec aperte loquens Men. ostendit Bac. esse Cl. amicam non Cl. Men. ego. C. pro certe scio id, quod sequitur, videlicet me non esse tam astutum. i. cautum, callidum, & perspicacē .i. subtilem, q. d. scio me non esse multum astutum & subtilem, nam interdum tam & q̄ separatim .i. vbi sibi non correspōdeat, habēt significationem vehementia, vt Lau. ait eo modo recte tā pro multum hic capi potest, nam non vult dicere se non esse tā astutum, quàm Chr. quem dicturus est longe stultiorem se, nisi quia dicit Chr. eo præstare sibi, sed intelligimus id dictum esse per quandā iactationem, cum tamen contrarium intelligat. Sed hic Ch. adiutor meus. i. fautor & monitor. i. suasor. & præmonstrator. i. q mihi futuram præmonstrat de filio, pstat mihi hoc. i. hac re, hoc est excellit me in hoc. Dicimus enim pr̄sto tibi ingenij acumine, vel præsto te acumine ingenij. i. excello dicit ergo se excelli Ch. in hoc quod sequitur, nam in se tanq̄ in stultum multa verba dici possunt, sed in Chr. nihil illorum recte dici potest, cum longe in eum acerbiora verba conferri deberent. Hoc autem totum dicit de se per iactationem contrarium volens intelligi. Quid vis. i. quilibet harum rerum, quæ sequuntur, conuenit. i. congruit, dici sup. in me. i. contra me, quę dicta. i. quę vocabula sunt. i. conijciuntur in stultum .i. in inconsideratum, vel q̄ .s. res sunt dicta .i. sunt quædā translatio & modi dicendi in stultum, dicta autem hæc sunt, caudex. i. tabula, vel truncus, stipes .i. columna dura, vel trūcus, asinus. i. tardus, plumbeus .i. durus, vt plumbum. Caudex, vel liber (nam au diphthongus sæpe mutaē in o, vt plaustrum plostrum) dicitur, vt vult eam Ser. quàm Festus, tabula & quidem crassior, seu mauis grossior. Inde publicæ tabulæ lib. dñr. Inde etiam codicilli per diminutionem, de quibus longa est in iure ciuili mentio. Caudicarie etiam naues dñr ex tabulis crassioribus factæ. Dicit etiam Sen. vt Ser. refert, antiquos caudicem appellasse contextum plurium tabularum. A quibusdam etiam caudex dicitur truncus arboris. aut eius crassior ramus. Dicit enim Gellius Protagoram interdum tanquā baiulum caudices lignorum simul colligatos, p illis fascibus lignorum, quos baiuli ferunt in vrbe Pisea. Nihil horum verbo̱ potest conuenire sup. vel congruere in eum. i. contra eum. nam stultitia eius Chr. exuperat. i. transcēdit hæc omnia dicta. Chr. ohe, interiectio est satietatē vsq; ad fastidium designans. Chr. vxorē alloqtur tam diu precibus Deos obtundentem ob inuentam filiam, vxor Sostrata iā desine obtūdere .i. molestia afficere Deos toties gratias repetendo, gratulando ipsis Dijs .i. tu gratias illis agendo vel applaudendo illis, aut tibi gratulando coram eis, tuā natam esse inuentā obtundere significat proprie hebetare, transfertur aūt ad significādum molestiam incutere, & tædium seu fastidium nimis aliqd inculcādo. Cic. in Epist. Cupio t. n. o. trāsla tum est à fabris, qui sæpe repetunt tundendo .i. percutiendo aliquid malleo nisi iudicas. i. censes illos Deos ex tuo ingenio. i. ex tua natura, vt .i. ita q̄ credas eos intelligere, nisi idem sit dictum .i. nisi eadem res dicatur centies, numerum finitum pro numero infinito. Sed interim. i. interea, quid. i. cur gnatus Clit. cum Syr. cessat. i. tardat, moratur, moram facit illic. i. apud Cl. iandudum .i. tanto tempore. M. Hic Men. incipit alioqui Ch. vt fallaciam detegat. O Chr. quas homines ais cessare. i. morari, & esse desidiosos. C. Hem, particula ostendens gaudium de aduētu. O Men. aduenis? dic mihi nunciasti ne Cl. ea, quæ dixi. M. Nunciaui omnia quæ dixisti. C. Quid ait Cl. s. M. Occepit. i. incepit adeo .i. tūn, vel valde gaudere, quasi. i. tanquam illi sup. qui cupiunt nu

GVID.

ptias

ptias.i.ducere vxorẽ. C. Ha,ha,hæ.vox est nimij cachinni eius, qui credebat Men. decipi in filio, tanquam qui ficte peteret vxorem. M. Quid.i.cur resisti? C. Calliditates.i.astutiæ Syri serui mei,quas exercuit.s.in te venerunt in mentem, & propterea risi. M. Ita ne est.s.vt calliditates suas in me exercuerit,q.d.non imò potius in te exercuerit. C. Quoque.i.etiam vultus.i.frõs, aspectus hominum,& facies. fingit.i.dissimulat, format scelus. Nam vt ait Cic.in epist.In fr.& u.si.s.f. M. Dicis.i.intelligis id quod sequitur.s.quòd natus assimulat.i.fingit se esse lætum. C. Id dico.s. M. Itidem.i.similiter istud,quod dicis,venit mihi in mentem,sic dicit ridendo eum,quasi quem sciat à seruo suo deceptum. C. Veterator.i.Syr.est sup. in astutia inueteratus,qui ita te deceperit. M. Magis putes rem esse ita.i.seruum esse veteratorem si.m.n.i.noscas eum.s.vel id quod fecit. C. Ain' tu .i. dicis tu eum esse veteratorem vltra,q̃ norim. M. Quin .i. quinimò,tu ausculta. C. Mane.i.tace,noli narrare,quod velis, prius expeto scire hoc.i.quod perdideris,videlicet,quid à te extorserit nam vbi.i.postquam,nunciasti filiam meam sup. esse desponsam .i. promissam à me nonne est verum sup. Dr. seruum filij tui. continuo.i.illico. iniecisse tibi verba .i. dixisse tibi hæc sequentia.s.opus esse.i.esse necesse,vt dares vestem sponsæ.i.filiæ desponsatæ filio tuo,& vt dares aurum,ancillas,argentum. M. Non iniecit mihi talia verba. C. Quid.i.cur non dicis nõ,q.d. cur negas. M. Non inquam.i.iterum dico,& confirmo tibi eũ non iniecisse verba talia. C. Neque ipse natus iniecit inq̃. M. O Chr. nihil prorsus petijt magis.i.potius, instare.i.instabat,vrgebat,vt hodie nuptiæ conficerentur.i.agerentur,celebrarentur. C. Narras mira. quid? modus interrogandi. Syr. meus seruus nequidem.i.nec etiam is perijt inquam quidquam.i.aliquid. M. Nihil petijt.s. C. Quamobrem.i.quare nihil perijt. M. Equidem nescio quare. Sed miror te ne scire illud,qui scias tã plane .i.tam clare alia.i.alia res,sed ille idem.i.illemet tuus Syr. mire .i.mirabiliter, finxit.i.formauit filium meum, vt ne quidẽ .i.nec etiam paululum.i.parum,suboleat.i.vt nec etiam pauxillum appareat, vel paululum sentiatur id,quod sequitur,videlicet hanc Bacch.esse amicam Cl. quod suboleat,dixi id tractum esse à sensu odorãdi,q.d.ne minimus quidẽ odor amoris Clit. in Bacch. in medium potuit emergere. C. Quid ais,perculso illo dicto Chr.incidit in timorem de filio suo. M. Iam.i.nunc,mitto.i. omitto,hæc.s.osculari.i.date os. Bac.amplexari,nihil puto.i.reputo,id.s.osculari,& amplexari in comparatione eius,quod sequitur. C. Quid est quod simuletur.i.quod fingatur amplius, vbi ventum est ad oscula,& amplexus.Nam quinque sunt amoris lineæ prima visus,secunda colloquium, tertia tactus,quarta oscula,quinta exitus in opus. M. Vah. interiectio irridetis. C. Quid ell Men.modo quoddam conclaue.i.quędã camera secretior retro.i.id quoddam secessu. in vltimis ædibus.i.in fine,seu in vltima parte domus.Conclaue conclauis neutrum significat secretiorem locum in interioribus tectis,vel q̃ intra eum multa loca clausa sunt, vel cubilia adhærentia triclinio. Festus aũt ait conclauia dici loca,quæ vna claue clauduntur.Cic.autem in Orat.cepit conclaue pro triclinio,in quo epulabantur conuiuę loquens de Simo, qui cum esset euocatus à duobus iuuenibus ad ianuam,interea conclaue,inquit,in quo epulabatur Scopas, super conuiuas corruit. Vale. aũt vocat illum locum tricliniũ, cum de eodem Sim. faceret sermonem in capite de miraculis,lectus intro latus est.i.lectus portatus est intra illud conclaue, ille lectus stratus est.i.paratus,ornatus vestimentis. C. Quid secutum est? sup.postquam hoc est factum. M. Id quod sequitur dictum est ac factum,vel melius æque cito factum est hoc. ac.i. sicut dictum,& hoc sermone celeritas facti indicatur,factum autem hoc Clitipho abijt.i.secessit,huc.i.in cõclaue. Vel intellige sic dictum,ac factum.i.quod dici vulgo solet,statim dictum,statim factum Clitipho abijt huc.i.in conclaue.Illud autem dicendi genus dictum, ac factum vim habet cuiusdam, aut aduerbij, aut interiectionis. quod quidem sumptum est à cõi loquendi modo neque adhiberi debet verbum, quoniam eo addito vim suam perdere videtur,melius est igitur vt pro aduerbio, aut interiectione sumatur,vt me miserum,vt Proh Deum, atque hominum fidem. vt malum,vt alia multa. C. Abijt inquam solus. M. Solus abijt. C. Timeo ne quid mali sit. M. Bacchis consecuta est eum ilico. C. Sola ne est consecuta? M. Sola est consecuta. C. Perij.i.perditus sum. M. Vbi.i.postquam. abiere intro.i.intro.i.introierunt operuere.i.clauserunt hostium. ab obstando dicitur. sicut aperio significat recludo. vt hic. C. Hem,interiectio indignantis. Cl. videbat hoc fieri ab eis.s.introire,& operire hostium. M. Quid.i.cur non vidisset. videbat inq̃ talia vna simul mecum, vna & simul idem ferè significant, sed hic ponitur altera earum particularum ad ornatum vt sonorior reddatur oratio Ch. ò Menedeme Bacchis est amica filij Clitiphonis.occidi.i.perij,media breui,ab ob & cado cadis. M. Quamobrem.i.quare occidisti. C. Vix familia.i.res familiaris decem dierum est mihi.i.vix habeo sumptus,& penum,seu mauis prouisionem (vt ita dicam) pro decem diebus,q.d.se esse exhaustum, & pecunijs à filio, & sumptibus à puellis, quæ multa impenderunt apud eum. Familia ẽt interdum capitur pro hæreditate.Inde in iure sæpe fit mentio de iudicio familiæ herciscundæ.i.hæreditatis diuidundæ. Interdum complectitur omnes domesticos, & præcipue seruos, & ancillas, aliosq̃. in eadem domo contentus sub eodem patrefamilias,vt liberos inde filiusfamilias appellatur filius adhuc in patris potestate residens. M. Quid.i.cur times istud quod sequitur.videlicet,q̃ ille dat operã .i. inseruit,incumbit, vacat. deditus est amico suo Liniæ. C. Imò timeo,quòd amicæ dat operam.s.Bacchidi. M. Si dat .i. si est verum,quòd det operam amicæ,q.d.non satis est certum. C. An .i. eum incumbere amicæ est dubium tibi. putas quenq̃ .i.aliquem esse animo tam cõi.i.largo,deditu omnibus,& leni.i. suaui, patienti, quod si sit comi. intellige poni pro benigno,& mansueto nam comes homines dicuntur, qui errantibus viam ostendunt benigne,ac non grauati, Putas ergo aliquem habere animum ita lenem,& comen. qui patiatur amicam suam seduci sup.vel aliquid tale. se vidente.i.in conspectu suo. est autem honesta eclypsis in re turpi. M. Ha,hic quasi ridentis est particula quid ni.i.cur non id fiat ab eis quo.i.vt verba dentur mihi facilius.i.vt facilius decipiar. C. Derides .i. me ludis. & ludibrio tibi sum,merito.i.non iniuria. succenseo.i.irascor mihi nunc. quod res.i.quod argumenta,& signa huius mali dedere.i.tribuerunt mihi, vbi.i.in quibus possem persentiscere.i.percipere ea. quæ vidi,quorsum.s.spectarent, nisi essem lapis.i.durus intellectu,ac non facile intelligens prope manifesta.at ne.i.certe haud .i.non ferent illud facinus inultum.i.non punitum,non vindicatum si viuo.nam iam aposiopesis per interruptionẽ colloquentis facta,q.d.nam iam .i. ex hoc tempore exheredo eum,aut aliquid tale. neque est multum curandum quid voluerit dicere. M. Tu non cohibes te.i.tu non reprimis animum tuum, neque temperas, seu non tibi moderaris, non respicis te.i. non habes rõnem tuæ prudentiæ,& honestatis.ego non sum satis exempli .i.sufficiens exemplum tibi,q.d. imò. C. O Menedeme non sum apud me .i. non sum mei compos,non facio de me, quod volo,vt dici solet.præ iracundia.i.adeo sum ita commotus. M. Ne.i.vtrum decet sup.te loqui istud,q.d.non. Non ne id,quod sequitur est flagitium .i. flagitione,hoc est increpatione dignũ, videlicet te dare consilium alijs,&te inquam sapere.i.esse sapientem. foris.i.apud alios,& non posse auxiliari tibi.i.tibi consulere,& moderari. C. Quid faciam. M. Fac sup.id quod aiebas .i. dicebas me parum fecisse.i.quod dicebas me non sufficienter, effecisse in filium.fac quòd sup. sentiat te esse patrem,fac vt audeat credere.i.committere tibi omnia sua .s. consilia, hoc est vt audeat considerare tibi de omnibus suis consilijs, & fac inquam vt audeat petere abs te petere inquam cum humilitate. & posce re quod.s.sit honestum. fac inquam ne quærat quam.i.aliquam aliam copiam .i. facultatem, opportunitatem, familiaritatem. Nam interdum facere copiam sui,est quasi se familiarem exhibere,& præsentiam suam non denegare.interdum significat concedere facultatem. Fac ergo ne quærat aliam familiaritatem, ac deserat.i.derelinquat te. C. Imò.i.sed multo.i.longe. malo.i. potius volo,quòd sup.abeat.i.discedat,quo vis gentium.i.quocunque volet, quàm quòd redigat.i.dedicat patrem .s. M. Ad inopiam.i.pauperiem.per flagitium.i.per nequitiam,seu libidinem suam flagitione dignam. Nam ò Menedeme si pergam.i. perseuerem suppeditare.i.subministrare. sumptus.i.impędia ad soluendam meretricem. Dicimus.n.eleganter. non possum tibi diu sumptus suppeditare .i. administrare ea quæ impendes. Multi lib. habent sumptibus, quod non multum placet, nisi sic dicas, Si pergam suppeditare illi filio .i. inseruire,indulgere illi sumptibus dandis.s.vel sumptibus.i.per sumptus, & quatum ad sumptus spectat. Illæc quasi illa. hæc res .i. illa necessitas redit mihi ad rastros.s.exercendos.i.ad rem rusticam agitandam,q.d. id qd tu absentia filij exercebas, hoc ego inopia afficere cogar Mened. Quot incommoda, q. d. multas molestias capies.i.lumes tibi,vel iunge tibi cum incommoda, ita vt quot substantiue capiatur,& incõmoda adiectiue. Quot ergo incõmoda tibi sumes in hac re nisi caues.i.nisi tibi consulis,ostendis te esse difficilem .i. morosum in filium, & inexorabilem, & tñ ignosces

illi,

illi,post,aduerbium.i.postea, & id.s.ignoscere post erit ingrati .i.molestum . C. Ah,interiectio dolentis,nescis quàm.i.quantum . doleam.i.dolore sim affectus . M. Vt lubet.i.quantum vis doleas,tamen ignoscas . Deinde conuertit Men. sermonem ad coniugium faciendũ Cliniæ,& Antiphilæ.Quid? modus interrogandi,vt sæpe in Epistolis Cic. hoc ꝙ volo .s. vt illa filia tua nubat .i cedat in coniugium nostra filia,fiat subaudi,aut aliqd tale,nisi quid.i.aliquid est quod tu mauis.i.potius vis,q.d.hone ste pero nolens impedire quin alteri tradas, si videas te melius filiæ tuæ consulturum . C. Imò .i. sed & gener futurus .s. Clinia,& affines .i. parentes eius,seu cognati,qui sunt affines filiæ, Nam affinis est propinquus in gradu propter nuptias . Placent mihi.i.sunt mihi ex animi sententia . M. Quid doris.i.donatio nis pro vxore.nã dos ab vxore datur,viro,sicut contra donatio propter nuptias fit à viro in vxorem,quam ergo dotem dicã filio meo re dixisse .i. destinasse, ordinasse . Deinde cum taceret Chr.subiungit,q.d.i.cur.obticuisti? tacemus consilia,reticemus dolores,obticemus quorum nos pudet . C. petis quid doris dicam pro filia . M. dico ita . C. ah, interiectio dolentis & exclamantis . M. ne quid vereare.i.ne aliquatenus,seu aliquantulum timeas si minus.i.si non dederis dotem, vel si minus dotis dederis,hoc est si paruulam etiam dixeris dotem.dos nihil.i.nullatenus,mouet.i.ducit nos,vt dici solet . C. ergo decreui .i. constituo,duo talenta.i.duo talia pondera,de quibus dictum est esse satis.i.sufficere pro re nostra.i.pro facultate nostra,seu pro ratione rei familiaris nostræ. Sed si vis me esse saluum,si vis inquam rem .i. substãtiam meam esse saluam,& filium meum esse saluũ, opus est dictu.i.necesse est,vt dicatur filio me dixisse.i.destinasse illi filiæ doti.i.pro dote omnia bona mea . M. quam rem agis. C. simulato .i. fingito te mirari id propter illud, quod dixerim illi doti omnia,& simul.i.& etiam rogitato .i. interrogato illũ, quam ob rem.i.quare re faciam id . M. quin .i. quinimò,vero .i.certe,egomet nescio .i. non bene intelligo,quid .i. cur facias id . C. ne.i.vtrum dicis te nescire cur ego faciam? facio supp.vt refundam.i.reprimam animum illius filij,qui nunc diffluit.i.dissolutus est luxuria,& lasciuia.i.petulantia . Luxuria à luxu.i.sumptuositate deriuatur . Lasciuia autem designat quandam petulantiam,& importunitatem flagitione dignam, nimis exultãdo & delectando in sua turpitudine,hæc tamen differentia non obseruatur,seu indifferenter illis duobus vtimur pro eodem significato,&ego facio id inquam vt redigam.i.deducam eum in eum statum supp.vt.i.quòd nesciat, quo.i.in quam partem vertat se. M. ò Chrem. quid agis .i. quid facis, vel loqueris? C. mitte .i. omitte inquirere, ac sine.i.permitte me morem gerere mihi.i.satisfacere animo meo,vel facere arbitrio meo in hac re . M. sino .i.non impedito,ne.i.vtrum vis,ita.s.vt ei dicã quod dixisti . C. ita volo .s. M. fiat . C. age.i.effice,vt iam.i.ex hoc tempore accersat.i.adhibeat,adducat comparem sibi,&eligat vxorem.s.Clitipho,& paret.i.præparet se ad respõdendum sup.hic.i.ante me, vt æquum est.i.iustum liberos respondere sup.parentibus ipse si lius confutabitur.i.conuincetur dictis .i. per dicta . non autem verberibus,vt seruus,sed Syrum puniam sup.apostiopesis est præ iracundia . M. quid? modos interrogandi cum punies supp. C. petis supp.ne.i.vtrum ego puniam sup.eum,q.d.rogitas. Deinde subiungit affirmationem,si viuo dabo.i.reddam eum Syrum, adeo.i.ita exornatum.i.ita præparatum,vt dici solet . & adeo .i. ita depexum.i.comptum,q.d. adeo comam suam depectam,atque traham,vt supp. vsque .i. assidue,vel vsque dum .i. quandiu viuat semper meminerit.i.recordabitur mei, qui Syrus putat .i. reputat me esse sibi pro ridiculo.i.pro ludibrio,& delectamento .i. putat me esse hominem,& quem rideat,seu illudat, & in quo fallendo delectetur,Dij ita me ament,vt dico sup. verum . est q. iurandi modus, ipse Syrus non auderet facere viduæ mulieri, quæ se vlcisci non potest hæc.i.has illusiones,quæ fecit .i. exercuit in me .i. erga, vel contra me.

ARGVMENTVM) Menedemus deprehensum Clitiphonem indicat patri, ex quo nascitur summa epitasis fabulæ . [Ego me non) Totum principium ironicum est in Chremetem. [Caudex,stipes)Metaphoræ,prouerbiales in stupidos & parum intelligentes . [Nisi illos) Faceta ironia in mulierem . [Voltus quoque)Amplificatio à minori.nam si voltus,quãto magis animus.Perdideris.i.numeraueris . [Finxit filium) Formauit ad simulationem composuit.[Mitto iam osculati) Præterito ad augendum.[Est mihi)Narratio . [Filij est amica) Exclamatio dolentis intellecta filij nequitia . [Familia) Res familiaris, & est extenuatio , cum dicit vix decem dierum . [Imò quòd) Correctio indignãtis.[Patiatur suam?)Honesta & verecunda eclipsis. [Nam iam) Aposiopesis comminantis.[Tene istuc loqui?)Opportuna reprehensio,qua tangitur scopus fabulæ . foris sapere, prouerbiale est.[Fac,te esse)Consilium Menedemi . [Mihi illæc ad rastros) Prouerbiali figura alludit ad rastros Menedemi , de quibus initio fabulæ,alioqui ad restim redijt,dicturus erat. [Illa nubat) Conficiuntur Cliniæ nuptiæ, ad absoluendam catastrophen huius partis fabulæ.[Sed ita dictu) Consilium ad perturbãdum Clitiphonem.Et est œconomia ad sequentem scenam. [Vt eius animum) Ratio consilij ab vtili & honesto,nempe vt corrigatur Clitipho . [Sed Syrum) Comminatio per aposiopesim . [Non ita me dij) Amplificatio à minori .

PETR. MARS.

EGO me non tam &c.) Quosdam rebus alienis rectè prospicere,suis autem male,docet hæc scena . Cuius nanque aliena despicit nullo affectu impeditus,sed libere indicans.In re autem propria fertur præceps,ira ductus,aut amore nimio . Quapropter tam in secundis rebus, ꝙ ad voluptatem fluentibus , amicorum consilio opus est,& illorum auctoritati plurimum tribuendum est,ne id in nobis reprehendatur quod ipsi in alijs comprehendimus.Quapropter Cic.in prima actione,contra Verrem,sic ait: Nihil est quod munus ferẽdum sit,quam rationem vitæ ab altero reposcere eum,qui non possit suæ reddere.Et in 5.sic ait:Omnia postremo quæ vindicaris in altero,tibi ipsi vehemẽter fugiẽda sunt.Etenim non modo accusator, sed ne obiurgator quidem ferendus est is, qui quod in alio vitium reprehendit, in eo ipse deprehenditur . [Ego me non &c.) Scio,inquit,me non esse ita astutum vt senem puta Chremetem,quem video longe meliorem.[Caudex) Lignum,siue tabula,Sen. scribens ad Paul. de Breuitate vitæ,sic ait : Claud. Caudex appellatus fuit,quia primus Romanus suasit nauim conscendere.Nam plurium tabularum contextus caudex apud antiquos vocabatur . Vnde tabulæ lib.dicuntur . [Sed ille quoque tuus Syrus finxit) .i. instruxit,& informauit filium tuum Clitiphonem , q.d. imperitum ipsum finxit,quoniam sine aliqua dissimulatione ostendit Bacchidem amicam esse suam non Cliniæ, vt tibi persuadere nititur, & sic ironice loquitur Menedemus .

GLAR.

HVIVS scenæ primi 24. versus sunt trochaici tetr. cat. sequentes deinde 32. senarij iambici . Reliqui deinde rursus trochaici tetr. cat. In primo versu pro Id scio , Doct. annotauerat Certo scio alias legi , quod ego neutiquã puto legi posse saluo carmine,quin iambus ac trochæus sese impediant. Itaque legendum puto Id scio . In 2. vel d,eliditur ab initio,vel bacchius est loco primo id,quod plane in quinto versu est, alioqui ipse iambicus futurus erat,& Eius in eodẽ dissyll.In 6.anapæstus est primo loco,trochæus secundo. In 7. Tuam monosyll. totum elidi tur,& l,in illos,nisi quis bacchium cretici loco, qui cum cõuenit in temporibus,positum contendat cum primo, tum quarto locus,Nam in quinto loco haud dubie creticus est . In 9. Quid post Interim habet vetustus meus lib.& placet,vt d,cum in Sed, tum in Quid elidatur,vel primo loco sit amphibrachys secundo creticus,& bene habebit trochaicus.10 .trochæum initio habet, & Ehem in scansione monosyll. In 16. vel bis eliditur s,in Magis,vel,quòd non minus verisimile est,legẽdum Mage, pro Magis. In 17. verbum Prius ante Hoc reponendum, vt Mane prius sit anapæstus per duarum vocalium in vnam contractionẽ , nisi s,elidendum sit in Prius per verbum Hoc, quod etiam fieri potest. In 18. Sponsam legendum,non Desponsam,& Nunciasti, vel trissyll. est,vel bacchius est loco quinto,& post Filio reponẽ dum verbum Scio quod habet vetustus lib. & carminis ratio ita exposcit,vt versus ita legatur, Quid perdideris,nã vbi sponsam nunciasti filio,scio. In 20. Vti dares legendum potius,quàm vt non elidatur m,in argentum.21.versus habet amphibrachyn,da ctylo ac spondeo temporibus respondentem,loco quarto, quẽ admodum & Act.4 Sc.6.vidimus . In 23. vel Meus monosyll. est, vel creticus loco quarto . In 24.Nescio dissyll. posteriorem elisione amittit,vt nescio equi,sit dactylus,quemadmodum Act. 2.scen.4.& Demuror legendum,post Equidem . 25. bene habet si immutatis verbis legitur .

Sed Syrus ille tuum quoq; idem mire finxit filium . Vel ita,
Sed tuum Syrus ille quoq; idem mire finxit filium . Vel ita,
Sed tuum quoque ille idem Syrus mire finxit filium .

Hac vltima lectione s , in Syrus eliditur . Versus 26. ita legendus videtur .

Vt ne paulum quid suboleat esse amicam hanc Cliniæ .

Nam si ita legatur , Vt ne paululum quidẽ suboleat esse amicã hanc Cliniæ, nisi creticus loco secundo , & tertio sit amphibrachys quod mihi non displiceret,erit hypercat.In 27. Nihil monosyll. In 28.vel d,eliditur in Quid,vel amphibrachys est loco primo .

primo. In 29. trochæus initio est. [Filij est amica Bacchis Menedeme, occidi) sequuntur nunc senarij iambici. In quorum primo creticus est Filij est, in secundo vel Mihi monosyll. totum eliditur, vel pæan secundus est loco quinto. In 3. vel eliditur bis vide licet in Quid & Quod, vel primo loco est bacchius, & tertio loco pæan secundus. In quarto spondeus primo est loco, anapæstus secundo. In 6. Suam abundare videtur per aposiopesin, aut quia per se satis intelligitur, aut quia Menedemus victor per insultationem perficere Chremetem orationem non permittit. Nam ha, ha, hæ, alibi pertinet ad carmen. In 10. vel s, eliditur in Lapis, vel creticus est loco secundo. In 11. Atnæ legendum puto, quanquam alij, aliter legunt. In 13. s, eliditur in Satis. 25. versum Calphurnius rectè sic legit.

Quot incommoda tibi in hac re capies, nisi caues.

Atque ita habet lib. meus vetustus. Admonuit & hoc Ioan. In 28. vel d, eliditur in Quid, vel bacchius est loco primo. In 32. atque adeo vlt. huius generis versu, lectio duplex est in non pœnitendis lib. quæ elisionibus facile excusari possunt.

Ne quid vereare si minus nihil dos non mouet.

Ne quid vereare si est minus nihil nos dos mouet.

[Duo talenta pro re nostra ego esse decreui satis) Hæc rursus sunt trochaica, nec huius dūtaxat Scenæ, sed in 26. vsque seq. scenæ versum. Ceterū in tertio huius ordinis versu initio duo sunt trochæi, ac deinde tribrachys. In 6. Eius trochæum facit. In 10. Hic pronomen corripitur, vt primo loco sit anapæstus. In 12. quidam lib. habent. Vsque dum viua. Sed non ita veteres neque Aldi, neque carmen recipit. 13. trochæum initio habet. In 14. vltimo ante extremam syllabam loco est tribrachys, in antepen. vero anapæstus, re viduæ, vt u, euaneſcat, quod huc Poëtæ frequens est. Quanquam pronomen Hæc posset poni post verbum Facere, idque commodius opinor. Deinde spondeus ac trochæus ad initium seq. scenæ pertinent.

ACTVS V. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Clitiphonem filium obiurgat propter amicam pater, idq; adeo fit, vt sic admonitus redeat in viam, & Bacchide relicta vxorem ducat. Continet hæc scena & callidum Syri consilium, quo catastrophen, id est exitum, euentumq; negocij machinatur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Vt rerum omnium tranquillitas efficiatur, reliquum est, vt Clitipho verbis patris à quo obiurgatur perterritus in viam redeat, vxoremq; eius suasu ducat. Syrus aliud consilium reperit Clitiphoni, Deinde ad Menedemum hero suo non plane fidens, concedit.

Trochaici & Iambici Tetrametri, hi acatalectici, illi catalectici.

CLITIPHO, MENEDEMVS, CHREMES, SYRVS.

TA ne tandem quæso est Menedeme, vt pater
Tam in breui spatio omnem de me eiecerit animum patris?
Quodnam ob facinus? quid ego tantum sceleris admisi miser?
Volgo id faciunt. M. scio tibi esse grauius multo, ac durius.
Cui fit. verū ego haud minus ægre patior id, q nescio.
Nec rationem capio, nisi quòd tibi bene ex animo volo. CL. hic
Patrem astare aiebas? M. eccum. CH. quid me incusas Clitipho?
Quidquid ego huius feci, tibi prospexi, & stultitiæ tuę.
Vbi te vidi animo esse omisso, &, suauia in præsentia
Quæ essent, prima habere, neque consulere in longitudinem:
Cepi rationem, vt neque egeres, neque vt hæc posses perdere.
Vbi, cui decuit primo, tibi non licuit: per te mihi dare,
Abij ad proxumos, tibi qui erāt, eis cōmisi, & credidi.
Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho,
Victus, vestitus, quò in tectū te receptes. CL. ei mihi.
CH. Satius est quàm te ipso hærede hæc possidere Bacchidem.
S. Disperij: sceleſtus quantas turbas conuiui insciens?
CL. Emori cupio. CH. prius quæso disce, quid sit viuere.
Vbi scies, si displicebit vita, tum istoc vtitor.
S. Here licet ne. CH. loquere. S. at tuto. CH. loquere. S. quæ ista est prauitas.
Quæ ue est amentia, quod peccaui ego, id obesse huic? CH. licet.
Ne te admisce: nemo accusat Syre te: nec tu aram tibi,
Neque precatorem pararis. S. quid agis? CH. nil succenseo,
Nec tibi, nec huic, nec vos est æquū, quod facio, mihi.
S. Abijt. rogasse vellem. CL. quid Syre? S. vnde mihi peterem cibum.
Ita nos abalienauit. tibi iam esse ad sororem intellego.
CL. Adeon' rem redijsse, vt periclum etiam * fame mihi sit Syre? * à fame
S. Modo liceat viuere, spes est. CL. quæ? S. nos esurituros satis.
CL. Irrides in re tanta, neque me quidquam consilio adiuuas?
S. Imò & ibi nunc sum, & vsque dudum id egi, dum loquitur pater:
Et, quantum ego intellegere possum. CL. quid? S. non abierit longius.
CL. Quid id ergo? S. sic est, non esse horum te arbitror. CL. quid istuc Syre?
Satin' sanus es? S. ego dicam, quod mi in mentem tu dijudica.
Dum istis fuisti solus, dum nulla alia delectatio,
Quæ propior esset, te indulgebāt, tibi dabāt: nunc, filia
Postquam est inuenta vera, inuenta est caussa, qua te expellerent.
CL. Est verisimile. S. an tu ob peccatum hoc esse illum iratum putas?
CL. Non arbitror. S. nunc aliud specta: matres omnes filijs
In peccato adiutrices, auxilio in paterna iniuria
Solent esse: id non fit. CL. verum. quid ergo nunc faciam Syre?
S. Suspectionem quære ex illis istam: rē profer palam.
Si non est verum, ad misericordiam ambos adduces cito, aut,
Scibis cuius sis. CL. recte suades: faciam. S. sat recte hoc mihi in
Mentem venit: nanque adolescens, quàm minima in spe situs erit,
Tam facillime * patris pacem in lege conficiet suas. * boni patris
Etiam haud scio, an ne vxorē ducat, ac Syro nil gratię.
Quid autem hoc? senex exit foras: ego fugio. adhuc quod factum est,

Miror non iussisse illico me arripi ad Menedemum
hinc pergam. eum
Precatorem mihi paro: seni nostro fidei nihil habeo.

IOAN. CALPH.

TA ne tandem) Restat ad tranquillitatem rerum omnium vt Clitipho verbis patris perterritus, in viam redeam, & vxorem ducat. [Ita ne) Sic incipit, vt qui se à patre abdicatum putet. [Tandem) Hic expletiua coniunctio. Cic. Quo usque tandem abutere Catilina patientia nostra? Alias ponitur pro tamen: vt, In qua ciuitate tandem arbitrare te viuere? Non nunquam pro saltem. [Admisit) Auxesis est. plus te admittere, quàm facere. Alibi, Hæc admittere indigna. [Volgo id faciunt) Ad purgationem peccati, si nihil aliud habemus, argumentum ab exemplo aliorum sumimus, qui idem factitauerunt. sed multo magis valet, si ab exemplo omnium sumitur. [Quid me incusas) Bene incusas, quia filio maior est pater. [Quidquid ego huius feci) Huius absolute, vt per eclypsin desit rei. In Hec. Ne quid sit huius oratio. Alibi, Nihil me istius facturum patri. [Ego huius feci) Semper grauis inceptio orationis, quæ exordium sumit à pronomine. [Animo omisso) Negligenti. Alibi, At enim metuas ne ab re sint omissiores paulo. [Et, suauia Quæ essent, prima habere) Sal. Quæ prima mortales ducunt. Et primus modo ad laudem, non ad ordinem pertinet. In Eun. Nihil prius, neque fortius. [Ad proxumos) Bene ad proximos, ad quos spectat post filium hæreditas. [Receptas) Alibi, Meum receptes filium. Et frequentatiuo vius est, quòd non raro, sed frequenter poterit, se recipere. [Viuere) Cũ virtute, & ratione intelligas. [Vita) Hoc loco actus, & mores. In Phor. Quem ego viderim in vita optimum. i. in actu, & moribus. [Quæ ista est prauitas) Deriuatio criminis in se est, Et bene optimi serui fungitur officio. [Ilicet) Ilicet, semper finem rei significat, vt actum est. Ilicet per syncopen, quod significat ire licet, Sic iudices de consilio dimittebantur, suprema dicta cum preco ,pnunciasset. Ilicet ergo increpatio est, quia interloquendo impedit Chremetem narrantem. [Neq; precatorem pararis) Alibi: Ad precatorem abeam. Et precari aliquando idem quod deprecari, hoc est à se crimen depellere Hinc deprecatio. [Nil succen sen) Succensere is dicitur, qui cum amare debeat, læsus irascitur. [Vt periclum etiam fame mihi sit Syre?) Quod est extremũ miseriarum. Etiam fame fames apud antiquissimos in 5. declinatio ne nominum variabatur, ex quo potest esse genitiuus casus, quia C. Cæs. in lib. de anal. huius die, & huius spem dicendum putat. Sal. in Iug. Vix 10. parte die reliqua. Vel sit septimus casus. [Esurituros satis) πρὸς ἄχος ἀνώνυμον quando aliter respondemus, quàm expectatur. [Non esse horum te arbitror) Quasi cum odio Horum dixit, & eo magis quòd nec te filium dixit. [Dum iltis fuisti solus) Satis verisimilis ratio adolescenti imprudenti, & parum prouido, ideo statim subijcit. Est verisimile. [Iratum putas?) Bene iratum, ob peccatum. Iratus est qui ex aliqua re lacessitus irascitur. Iracundus ex parua, vel nulla causa. [Id non fit) Mater tibi non est adiutrix, & hoc prope verisimilius. [Ad misericordiam) Quia parentes veri, filijs cito ignoscunt. [Minima in spe situs erit) Nam si non esse filium crediderit, eo miserabilior videbitur patri, & citius ad misericordiam commouebitur. [Quid autem hoc?) Hæc vox est timentis.

GVID.

ITA ne &c.) Vt tranquillitas rerum omnium habeatur, reliquum est, vt filius Clit. verbis patris perterritus in viam redeat, ac vxorem ducat. Relatu autem Menedemi se à patre esse abdicatum putat, & sic inquit. C L. O Menedeme quæso tandem, hæc particula habet aliquid vrgens, & accelerans, q. d. paucis responde, ac si essent vltima verba, ne me longis exorsis detineto, ne. i. vtrum est ita, vt pater eiecerit omnem animum patris. i. omnem beneuolentiam paternam, de me. i. à me, q. d. est ita. q; pater auerterit à me suam beneuolentiam in tam breui spatio. i. tam paruo tempore, ob quod nam facinus. i. propter quod factũ malum ita auertit beneuolẽtiam à me, vt abdicaret. i. priuaret hæreditate, qd tantum sceleris. i. quod tam graue scelus, ego miser. i. infelix, admisi. i. commisi, feci? iuuenes sup. mihi æquales faciũt vulgo. i. vt plurimum, passim id, quod feci supp. & ita se tutatur alieno exemplo. Nam quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant, vt ait Cic. in epist. M. scio hoc quod fecit pater esse multo grauius. i. molestius, & durius. i. asperos, acerbius tibi Clit. cui .s. tibi fit illud, quoniam id te proprius tangit, siue tua magis refert, verum. i. sed, ego patior. i. fero id, quod feci tibi pater haud .i. non minus, ægre .i. non minus molestè, siue non minus difficulter quam tu. s. ego inquam, qui nescio id propter quod fecit, & qui non capio. i. non intelligo, rationem. i. modum faciendi, aut occasionem, seu non capio rationem aliam ferendi molestè, nisi q; bene volo tibi. i. opto tibi multa bona, & quidem ex animo. i. non fictè. C L. Aiebas. i. dicebas, patrem meum adstare. i. prope esse. M. eccum. i. ecce hic eum. s. CH. O Clit. filij, quid. i. cur, incusas me. i. mores meos, & meum faciẽdi modum repræhendis. Nam vt vult Laur. incusare est mores alicuius repræhendere, quidquid huius. i. quidqd huius rei, nam hic huius est neutri generis, feci. i. effeci, prospexi. i. consului, prouidi tibi, & tuæ stultitiæ .i. inconsiderationi, vbi .i. postquam, vidi te esse animo omisso. i. negligenti, hoc est cum vidi te animum negligentem, & omittentem facere, quæ debebas, & vbi vidi te habere .i. reputare prima. i. præcipua, & in primo loco, ea sup. quę essent suauia. i. dulcia tibi, in præsentia i. pro tempore præsentis. s. voluptates, quæ licet in præsentia sint suaues semper tamen secum iũctam habent præsentiam, & vbi vidi te non consulere. i. prouidere, in longitudinem .i. in tempus futurum longe, cepi rationem .i. iniui viam, inueni modum, vt. i. q; neque tu egeres .i. indigeres necessarijs, & vt nõ posses perdere. i. dilapidare, alienare, hæc .i. mea bona, quibus te priuaui, seu abdicaui. vbi. i. postquam, vel quando primo. i. in principio non licuit mihi per te. i. tu nõ per misisti tuis moribus obsistentibus, vel tui mores non potuerũt me dare tibi bona mea. s. cui. s. tibi, decuit .i. iustum fuit me dare .s. bona mea, quia iure debebas mihi succedere, nisi obstitissent mores, abij. i. me cõuerti ad proximos tibi, puta ad sororem, & futurum eius maritum, qui erant. i. qui extabant, & h. d. propter filiam quæ extabat adhuc, quam tamen parentes putabant non viuere, seu non extare, cõmisi .i. commendaui fidei & credidi .i. cum fiducia tradidi bona mea. s. eis proximis tuis. i. apud eos ,proximos. ò Clit. præsidium. i. adiumẽtum, protectio, prouisio quę dam, & quasi profugium tuæ stultitiæ semper erit illic, vt dictũ est apud eos, ostendit deinde quod sit illud præsidium stultitia. s. victus .i. alimonia ad vitam sustentandam, & vestitus .i. cultus, siue ornatus ad tegendum corpus, quo .i. vel ut, vel in quem locum, receptes te .i. frequenter recipias, seu, vt dicunt, retrahas te in rectum. i. in domicilium, & quasi hospitium. C L. Hei mihi. i. dolor mihi inest. CH. Satius est. i. melius est me. s. dispo- suisse ita de meis bonis, quàm Bacchidem posslidere hæc bona te ipso hærede .i. si tu esses hæres, nam omnia illi esses daturus. S. Disperij. i. vario modo sum perditus, quantas turbas .i. quantas turbationes ego sceleſtus. i. malus conciui .i. concitaui, commoui insciens. i. per imprudentiam. Dicitur autem concieo concies secundæ inflexionis vel à concio is quartæ, quæ ambo idem significant. C L. Cupio emori. i. more, & nihil addit ad significationem. CH. Quæ sis .i. obsecro, prius disce quid sit viuere cum rationes. s. & virtute, vbi .i. postquam scies quid sit viuere, si vita .i. modus tuus viuendi displicebit tibi, vtitor illoc .i. ista re, quam tibi reliquis. s. victu, & vestitu, & tecto apud sororem. S. O Chr. i. tu domine, ne. i. vtrum, licet. i. permittitur mihi à te loqui sup. CH. Loquere. S. At. i. sed, licet ne loqui tuto .i. sine periculo. C H. Loquere. S. Quę. i. qualis, ista. i. tua, prauitas. i. distortum iudicium, seu non rectum, vel quæ est ista amẽtia. i. insania, id obesse. i. q; id obsit .i. noceat huic filio, quòd ego Syrus peccaui. i. admisi. CH. Ilicet .i. ire licet, defectiuum verbum, & semper finem rei demonstrat. sicut actum est, sic autem de con silio iudices dimittebantur, cum præco pronunciasset illicet, hic ergo hoc verbo. CH. Reijcit Syrum, qui se immiscere volebat, vt à filio crimen depelleret dicens. Potes bene tacere, quoniam in vanum loqueris, iam enim actum est, & conclamatum, nam efficere non poteris, vt filius, non sit abdicatus ne admisce te. i. noli te interponere in hoc negocio mihi cum filio, cõmuni, nec pararis pro paraueris. i. noli parare tibi arã super quã preces fundantur, sicut funduntur Deo super aras neque pares tibi precatorem. i. deprecatorem pro te, seu intercessorem, qui te eripiat à pœnis, quoniam nullis precibus sum loco relicturus. vel dicit, Non est opus, vt quęras deprecatorem, quoniam nihil tibi dico, sed abscedo omnia relinquens. S. Quid ait? CH. Nihil. i. non, vel in nullo succenseo. i. irascor (quamuis tamẽ læsus sim) nec tibi, nec huic Clitiphoni, nec est æquum .i. iustum vos increpare, siue dare vitio mihi id, quod facio, vel non æquũ vos facere mihi quod facio mihi. S. Ch. abijt .i. discessit, relinquens omnia sua bona sorori tuæ, vellem rogasse. i. interrogasse eum .s. Clit. quid velles rogasse. S. Vellem interrogasse eum, vnde. i. à quo, peterem mihi cibum .i. quis mihi esset cibum suppeditaturus, cum tu solus habeas victum, & vestitum, & tectum apud sororem, ita .i. eo modo dando omnia sorori alie

nauit

nauit nos.i.me tibi hoc est à te,nam non reliqt vnde posses me sustentare,iam intelligo me esse alienatum supp.vel translatum ad sororem,quæ olim bonorum ita est hæres effecta,nam serui alienabantur,sicut & res ceteræ. C L. Adeon'.i.est ne verum,rẽ adeo rediisse.i. rem & fortunam meam reductam esse in eum statum,vt ò Syr.etiam periculum famei pro famis sit mihi. Antiq. declinabãt fames ei secundum qntam inflexionem, nos autẽ fame is secundum tertiam.Insuper vetustissimi genitiuum singularem qntæ interdum terminabant in es,vt Virg. Libra dies somniq. pares dies pro diei posuit Virg. Interdum in e,vt facies,genitiuo facies facie,vel facie,itẽ & faciei.Cæs.enim in lib.de analogia,huius dici,& huius specie dicendum putat. Posset tamen hic esse ablatiuus tertię ita astruendo vt periculum sit mihi fame .i.per famem,vel de fame,seu esurie & inedia. S. Modo.i.dũmodo,liceat.i.permittat,nos viuere.i.quod nos viuamus,est spes.i. remanet aliqua expectatio. C L. Quæ spes est reliqua. S. Spes est nos esse satis esuricuros.i.q nos esse satis esuriemus. C L. Irrides in tanta re,neque adiuuas me q.dquam.i.in aliquo,seu aliquantulum consilij.i.per consilium? S. Imò.i.sed,& nunc sum ibi tanquam paratus te adiuuare & vsque.i.assidue,dudum.i.paulo ante,egi id.i.effeci vt te iuuarem consilio,dum.i.quandiu, pater loquitur .i. facit sermonem tecum,& quantum ego possum intelligere,deinde interrupit sermonem Cl.dicens: C L. Quid uis dicere.s.quia dixisti q quantum potes intelligere. S. Perficit quod dicere inceperat,pater nos abierit .i. non absens erit, longius.i.diutius,vel minus longe,q. d. pater qui simulauit se abscedere,& relinquere ꝓximis sua omnia nõ erit absens diu. hæc.n. fictio est vt depellaris à domo paterna. C L. Ergo si nõ vere pater discesserit, quid est propter quod id facit.s. S. Sic est.i. ita se res habet,vt sum dicturus,arbitror te non esse filium sup.hoc.i. Chremetis & Sostratæ. C L. O Syre quid.i.cur dicis sup. istud, satin'.i.satis ne,es sanus.i.mentis cõpos? S. Ego dicam id,quod est mihi in mente,tu dijudica .i. reuolue apud te,& considera an verum sit quod dicam,dum.i.quãdiu fuisti solus.i.vnicus,istis .i. patri & matri,dum.i.quandiu nulla alia fuit delectatio illis,quæ delectatio esset propior.i.propinquior q̃ delectatio quàm de te capiebant indulgebant, & faciles erant tibi promittentes multa quæ volebas,dabant.i.dona faciebant tibi, nunc postquàm filia est inuenta,vera causa .i. occasio est inuenta,qua videlicet causa expellerent.i.ejcerẽt te. C L. Id,quod dicis est verisimile.i.probabile & imaginem quandam habet veritatis. S. an putas illum patrem esse iratum tibi hoc peccatum hoc,videlicet q̃ Bacchidẽ scirit te amare? C L. non arbitror eũ esse ob id iratu. S. nunc spectа.i.considera,animaduerte aliud. omnes matres solẽt esse adiutrices filijs suis in peccato.i.cum filij errauerũt. ipsæ inquã matres solent esse auxilio.i.solẽt præbere auxilium filijs in iniuria paterna .i. quando pater est iniurios⁹,& non cum æquitate agit in filios,id non fit.i.nunc tu vides q̃ mater non est tibi adiutrix. C L. dicis verum,prius autem dicebat eum dixisse aliquid verisimile.O Syre ergo cum ita expellar,quid faciam. S. quære ex illis.i.percuntare ab illis parentibus istam suspicionẽ.i.istam opinionem,quæ turbat tuam mentem,videlicet an sis eorum filius nec ne profer palam.i.dic illis plane rem totam vt est .i. tuã suspicionem,& quare adductus sis in eam opinionem,si nõ est. verum .i. si falso suspicaris te nõ esse filium eorum,cito adduces ambos parẽtes ad misericordiam.i.vt misereamini tui, aut si est verum te non esse eorum filiũ,scibis,pro scies,antique, cuius sis filius.s.eorum relatu. C L. suades.i.consulis rectè.faciam quod suades. S. hoc venit mihi in mẽtem, satis rectè cõmendat suam inuentionem,nanque adolescẽs.i.iuuenis,inquam.i.quantum, minima spe erit situs.i.collocatus,constitutus.nam hic inflectitur situs,ta,tum.i.situatus,ta,tum.i.tãtum facillime conficies pacem patris.i.inibit pacem cum patre, in suas leges.i.secundũ eas leges & cõditiones quas dare patri voluerit in ea pace ineunda. nam cum pax inter aliquos conficitur, lex aliqua aut cõditio in ea facienda solet allegari.i.adhiberi, sensus ergo illius orationis est,Filius componet pacem cum patre pro suo arbitrio,& secundum eas leges,aut conditiones pacis,quas voluerit.Etiam haud .i.non scio,an ne.i.vtrum ipse Chr. discedens,& patriam relinquens ducat vxorem secum.s.Sostratam. At.i.sed nihil gratiæ.i. iucunditatis. erit Syro.s.mihi.i.tu Clitipho ita tibi parentes reconciliabis, vt dico ego autem nihil sum gratiæ apud illos habiturus. hoc est nullo modo illis potero gratus esse aut.i.sed quid hoc est? vox hæc timentis est,q.d. quid video senex.s.Chremes exit foras.ego fugio.miror eum senem non iussisse illico me arripi.i.celeriter comprehendi,ob hoc factum .i. propter id, quod factum est,nunc pergam hinc ad Menedemum paro.i.dispono, vel comparo, vel propono mihi eum precatorem.i.deprecatorem pro me & intercessorem,nihil fidei habeo seni nostro.i.patri tuo,hoc est nullatenus confido Chremeti, vel non credo satis illum quidquid dicat.

ARGVMENTVM) Chremes grauiter terret filiũ,est q. hoc summum periculum Clitiphonis. Deinde Syrus nouo consilio catastrophen machinatur.[Ita ne tandem) Ex principio apparet iram Chremeris indicasse Menedemum.[Volgo id faciũt) Purgatio ab exemplo.[Quidquid ego) Accusat filium & reddit rationem facti sui Chremes. [Vbi cui decuit) Pulchra traductio in pronominibus. [Scelestus quantas) Accusat seipsum Syrus. [Herus licet ne) Conatur Syrus in se transferre culpam vt liberet Clitiphonem.[Nec tu aram) Locus explicatur à Cœlio lib. 3.cap. 31. [Nos esuri) Risus ab inexpectato,non habebat enim aliud quod subito responderet Syrus & illud in primis augebat. [Non esse) h.d.quasi ex animi sententia vt amplius commoueat adolescentem,& attende callidum consilium,rem ad deprecationem & misericordiam perducere cogitantis. [Postquam est inuenta) Coniectura à fingo & tempore expellunt inuenta filia, ergo non amant.[An tu ob peccatum) Confirmatio à remotione,nam si non ob peccatum relinquitur, vt ob inuentam filiam sit iratus.[Nunc aliud) Argumentum à persona,mater non auxiliatur,non est ergo mater. [Sat rectè) Secum approbat consilium. [In leges suas) In suum arbitrium. Translatum est à pactionibus heilicis, quæ certis legibus & conditionibus inter partes transiguntur. LATO.

ITA ne tandem quæso &c.) Proteruos adolescentes cassi- PETR.
gandos, ac acriter proposito damno terendos esse, vt ad officiũ MARS.
reuertantur,monet hæc scena. Libere nanque adolescentum cupiditates longus euagantur, ad omne scelus impellente appetitu,præcipites, nisi ratione reuocentur. Itaque pater non aliter quam equorum domitor,imò multo magis filium luxu diffluẽtem,tanquam in gyrum rationis flectere debet,vt rei domesticæ ac publicæ vsui honorique esse possit.Cic.in 1. Off. loquens de temperantia, sic ait: Efficiendum est, vt appetitus rationi obediant,eamque neque præcurrant,ne propter pigritiam, aut ignauiam deserant, sintque tranquilli, ac perturbatione animi careant,ex quo elucebit omnis constantia,omnisque moderatio. Nam qui appetitus largius euagantur, & tanquam exulantes cupiendo,siue fugiendo, non satis à ratione continentur, hi sine dubio finem & modum transeunt. Relinquunt enim & abijciunt obedientiam,nec rationi parent,cui sunt subiecti lege naturæ.Plato in 4.de Rep.sic ait: Educatio bonaque institutio,ingenia quoque bona efficit. Et in 1. de Leg. inquit: Assero eos qui in præstantes viros aliquando euasuri sint, ab incunte statim pueritia oportere,idipsum tam ludendo,quàm studendo in singulis ipsis conuenientibus.

ITA ne tribrachys. In secundo autem versu trochæus loco GLAR.
est quinto. In 7. Hic aduerb. à superiore eliditur versu. In 13. Qui corripitur sequẽte vocali,non eliditur,& Eis monosyll.In 21.verbum Est,quod in præcedente versu est post ista huc reponendum post Amentia,& vterque versus pulchre cõstabit.In 24. varia lectio est Quidam legũt Nec tibi nec huic, vt sint duo trochæi initio. Alij legunt,Nec tibi,nec tibi ἀναπαίστως, vt & filium, & Syrum monstret. Verum qa iratus fuit, vix credo eum dignatum cum filio loqui,cum tam Syro non filio loqueretur.Quin potius per pronomẽ Huic filium,sed contemptim nominatiuũ. Videtur autem verba abeuntis ac secum quædam velut submurmurantis. In 26.d,eliditur in Quid,nisi pæana secũdum loco 5. constituamus. [Ita nos abalienauit,tibi iam esse ad sororem intellego) Hæc nunc sequentia sunt iambici tetr. acat. indubitata quidem ad 18.vsque. In 3. versu proceleusmaticus est loco primo. In 7. versu d,eliditur in Quid istuc Syr. nisi in 7. loco bacchium ponamus. In 8.post,In mentem,qdam intelligunt verbum Venit,alij legunt,In mentem est.Vetustus lib.habet,In mẽtem est.Verum hæc nihil ad carmen. 15.in lib. Aldi corrupte legitur. Similiter & 16.Faciam enim ad sequentẽ ponendum est versum,& Suspicionem secundum naturam corripitur.Denique Ioan.ex Prisc.Isthac legendum cẽset.Quod si est verum oportebit Ex eis, non Ex illis legere, vt ita legantur versus.

Solent esse,id non fit. C L. verum dicis.quid ergo nunc Syre Faciam? S. suspicionem isthanc ex eis quære,rẽ profer palã. Et Eis monosyll.est. In 18.si Cui⁹ dissyll.fuerit,erit iãbicus tetr. cat.vt pcedentes.Sin monosyll.erit troch.tetr. cat. quales Doctres seq.iudicauit.Verum in præpositionem,quæ in 19.est versu plerisque in libris ipse posuit ad finem versus 18.alioqui versus erit iãbicus vt priores 20. haud dubie erit troch. in quo quidam

adie

adieceranr verbum Poni ad Patris quod in vetere lib. non erat. Sed Laur.Val. etiam quidam cod.lib.j.elegan.pro Facilime habebant Maxime. Verum id ad carminis rationem nihil refert 21. est iambicus tetr.acal.nisi Scio sit monosyll.ac totum elida tur. quod Doct. fortassis visum est, qui iudicauit eum trochaicum, vt præcedentem. Tres vero vltimos idem iambicos tetr. cat.existimauit,quos ego catal. puto. Ceterum antepen.initio d,in Quid,elidit,& quinto loco proceleusmaticum habet. post Fugio autem quidam lib. legunt Ob hoc, aut vetus. quidam Adhuc. vt Aldi,ac Frobenij. Nihil vero de sensu. Sane ego perturbatum seruum. secum hæc reputantem puto,ac velut interrogantem, Adhuc factum quid est? Et pronomen Eum, in penultimi versus fine ponendum,non initio vltimi. Tres igitur hosce versus ita legendos censeo,

Quid autem hoc? senex exit furas,ego fugio, adhuc factum quid est?
Miror non iussisse illico me arripi.ad Menedemum hinc per gam. eum
Precatorem mihi paro, seni nostro habeo fidei nihil.

Lector sequatur,quod volet. Itaque omnes hosce versus iambi cos terr.acat.excepto 20.iudicamus,de quo tamen,quando tam varie legitur, lectorem antiqua consulere exemplaria velim, si forte in aliorum collegium reduci queat. Ioan. in his silet, nisi quod Boni adscitium esse,& Minima legendum,admonet.

ACTVS V. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Chremes filij occasione vxorem obiurgat, & mordacibus dictis impetit, salibusq; non illepidis, & maternum animus in hac scena ab oculos ponit Terentius.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena exprimitur, quasi imago dissidij inter virum, & vxorem, qui & natura morosi sunt, ac difficiles. Chremes enim Sostratam vxorem mordacibus impetit obiurgatiunculis, & salibus haud illepidis, in cuius mores filij occasione inuehitur.

Eiusdem rationis, vno admixto Dimetro.

SOSTRATA, CHREMES.

PROFECTO, nisi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali:
Idque adeo miror, qui tam ineptum quidquam potuerit tibi
Venire in mentem mi vir. c. oh, pergin' mulier esse? vllam ne ego
Rem vnquam volui, quin tu in ea mihi aduorsatrix fueris Sostrata? at
Si rogitem iam, quid est quod peccem, an quam ob rem id faciam, nescias.
In qua re nunc tam confidenter restas stulta? s. ego nescio?
c. Imò scis potius,quàm quidem redeat ad integrum eadem oratio.
s. Oh,iniquos es, qui me tacere de re tanta postules.
c. Non postulo: iam loquere. nihilo minus ego hoc faciam tamen.
s. Facies? c. verum. s. non vides, quantum mali ex ea re excites?
Subditum se suspicatur. c. ain' tu? subditum? s. certe inquam me vir. c. confitere tu
Tuũ non esse. s. au,obsecro istuc nostris inimicis fiet.
Egon' confitear meum non esse filium,qui sit meus?
c. Quid metuis? ne non,cum velis, conuincas esse illum tuum?
s. Quòd filia est inuenta? c. non, sed, quod magis credendum fiet.
Quod est consimilis moribus,
Facile conuinces ex te natum: nam tui similis est ꝓbe:
Nam illi nihil vitij est relictum,quin id itidem sit tibi:
Tum præterea talem,nisi tu,nulla pareret filium.
Sed ipse egreditur,q̃ seuerus. rem cum videas,cẽseas.

PROFECTO, nisi caues) In hac scena continetur imago quædã dissidij inter virum, & vxorẽ, qui natura morosi atque difficiles sunt. [Tu homo)Cum contemptu,& stomacho pronunciandum. [Ineptum quidquam) Bene ineptum,nam ineptum est quod à quouis repræhenditur. [Venire in mentem) Venire in mentem veteres non recordationis causa tm̃, sed etiã recogitationis considerationisq. posuerunt. [Quod peccẽ)Notat mulierum imprudentiam, & imperitiam, quæ vt plurimum ignorant quæ praua aut recta sunt. [Tam confidenter)Recte cõfidenter. nam confidentia sæpius in malam: Fiducia vero in bonam partem accipitur. Alibi, O ingentem confidentiam. [Nescio?) Sic lege vt intelligas contrarium. [De re tanta).s.in periculo filij. [Subditum se).i.suppositum. Iuuen. Transeo suppositos. [Ain' tu?)Pro ais ne, & est percontatiuum verbũ. [Inimicis fiet)Hæc imprecatio sic vsurpatur ab Ouid. vt illius propria sit. [Conuinces)Verbum iudicij est. [Tui similis) Nam plerunque filij consimiles sunt parentum moribus. [Quàm seuerus) Nam facie ipsa vr̃ quandam probitatem ostendere,te vero, alius est. IOAN. CALPH.

PROFECTO, &c.) Hic exprimitur quasi imago dissidij inter virũ,& vxorem,qui natura morosi sunt,ac difficiles. S. homo,per contẽptum,& cum stomacho est pronunciandum,non est dignata hiscere,ò vir vel coniux,profecto nisi tu caues.i.prouides,conficies.i.procurabis,comparabis aliquid mali gnato .i. filio.s.Clitiphoni,&adeo.i.valde miror quo modo ò mi vir.i.ò mi coniux,nũc redit ad lenitatem discedente paulatim indignatione, quidquam.i.aliquid,tam ineptum.i.ab omnibus improbatum potuerit venire in mentẽ tibi.i.occurrere tuę volũtati faciendum. C. Oh,interiectio indignantis,& ridentis,pergin'.i. persequeris ne esse mulier.i.mulieris partes exercere, & officiũ, quæ semper vult loqui,& marito repugnare,ne.i.certe,nullam rem volui vnquam in vita mea,quin.i.ꝙ non,tu Sostrata fueris aduersatrix.i.contraria mihi in ea re, quã volebam,&.i.sed,si iã .i.nunc,rogitem.i.interrogem te qd est,quod.i.in quo,peccem .i.errem,aut quamobrem.i.quare,faciam id.i.ita sim acerbus filio nescias rñdere.s.ò stulta .i. imprudens,in qua re nunc restas .i.resistis,repugnas mihi tam confidenter.i.tam audacter, & temere, nam fiducia sæpius in bonum capitur, confidentia aũt in malum. S. Nescio,sic legẽdum est,vt contrariũ intelligatur. C. Imò.i.sed potius scis,qdem.i.certe, q̃.i.quantum eadem oratio redeat ad integrum.i.potius scis sępius easdem orationes inculcare,ac petere,vt more mulierũ semper habeas verba in ore,ac semper loquaris, cum .n. idem sermo reperitur itę ad integrũ redit,nam reintegratur quod prius prolatum erat,ꝓpea tunc eadem oratio redire ad integrum dr̃. S. Oh,indignantis est,tu es iniquus.i.non æquitatis rationem habens, qui postules .i. velis me tacere de tanta re.s.de periculo filij. C. Nõ postulo.i.nõ peto vt taceas, iam loquere quantum voles, nihilominus tm̃ ego faciam hoc quod institui. S. Facies,indignabunda repetijt verbũ. C. Verum.i.sed faciam,vel vę.i.certe faciam,vel si esset nomen,ita intelligeretur. Verum dico sup.vel verum erit ꝙ faciã institutum. S. Non vides.i.non consideras quantum mali excites.i.moueas ex ea re,quam moliris illum abducẽdo simulate, ipse filius suspicatur.i.putat se esse subditum.i.non verũ filium, sed tm̃ suppositum,seu subditicium,vt faciunt mulieres, quæ parere non possunt, & vt placeant maritis, se grauidas fingunt, & aliquas inopum mulierũ filios supponunt, ac pro suis edunt. Iuuen. Transeo suppositos,&c. C. Suspicatur inq̃ se subditum ain' tu.i.dicis ne? S. O mi vir.i.coniux,certe inq.i.dico quod suspicatur se subditum. C. Cõfiteri.i.dic eum non esse tuum filium.s. S. Ah,interiectio dolentis,obsecro te,modus blandientis,& misericordiam mouentis,istud.s.negare proprium filium sit inimicis nostris,imprecatio est,q.d.hoc malum apud nos nõ habeat locum,sed transferatur potius ad inimicos,qbus ab inimicis omnia mala desiderantur, ne.i.vtrum confitear eum non esse filium meum,qui sit meus filius. C. Quid metuis.i.quid timas confiteri eum non esse filium? metuis inquam ne non.i. GVID.

q̃ non conuincas .i. possis probare illum esse tuum filium cum velis? S. vis sup.me non metuere confiteri eum non esse filium eo quòd filia est inuenta, & ita sine hærede non sim futura. C. non.i.non eam ob rem dico, sed dico, quo.i.vt id.f.cũ esse tuũ, fit magis credendum eo quòd ipse est consimilis .i. conueniens tuis moribus, facile conuinces eum esse natum ex te, nam ipse est similis tui probe.i.recte,dicimus similis tui cum genitiuo,cũ morum similitudinem,aut doctrinæ ostendimus,sed dicimus similis tibi cum datiuo cum qualitatem similem ostendere laboramus, nam nihil vitij.i.mali moris est relictum à parente illi, quin.i.q̃ non itidem.i.similiter sit tibi,tum.i.deinde,præterea.i. præter ea, quæ dicta sunt,nulla mulier pateretur filium talem.i. talium morum nisi tu.Sed ipse Clitipho egreditur.i.exit,quàm .i.quantum seuerus.i.præ se ferens probitatem, & morum grauitatem,cum videas rem.i.rei veritatem cognoscas, censeas.i. tunc iudices de eius moribus,quales sint, nam longe alius est re ipsa quàm vultu præ se ferat, nam frontis nulla fides.

LATO. ARGVMENTVM) Impulsa querela filij Sostrata ex postulat cum marito & ab illo confutatur.[Mulier) Ad vituperationem [Redeat ad integrum).i.in excusandis peccatis repetatur,& est exprobatio insciciæ.[Subditum se suspicatur) Propositio accusationis, est autem subditus qui pro vero subiectus est.[Quid metuis ironica repræhensio qua perstringit vxorem. [Seuerus).i.probus. [Rem).i.veritatem,vt sit sensus,vultu præ se fert modestiam, sed re aliud præstat.

PETR. MARS. PROFECTO nisi &c.) Quales sunt parentes,tales plerunque filios esse,docet hæc scena. Quapropter cum filijs opera datur, ab omni ebrietate ac luxu cauendum est,ne id vitium nati referat.Plaut.in 6.de Leg.loquens de filiorum procreatione,sic ait: Iccirco ebrius tanquam mente captus, ad ferendum est inutilis.Nempe verisimile est,cum fœtus inæquales,instabiles,obliquos tam membris,quàm moribus procreare. Quapropter per totam quidem vitam,& maxime quandiu generationi vacat,abstinebit quisque,cauebitq.ne faciat, vel quæ suapte natura morbos inducant, vel quæ ad petulantiam iniuriamq. deducat.Hæc enim in animos, & corpora nascentium necessario translata illic imprimuntur,peioresq. nascuntur. Sed præcipue die illo ac nocte ab illis abstinendum est. [Immo scis potius).i. intelligis quid dicere velim,ante quam sit finis verboꝝ meoꝝ.

GLAR. NOVEM primi versus sunt iambici tetr.acat. In 2. versu Id à superiore versu eliditur. In 3. vel Oh extra metrum est,vt Hem sæpe alibi,vel Mi vocatiuus corripitur,vt in 21. huius scenæ versu. Quanquam alibi semper producitur.Sed potest fortassis aneeps esse vt Mihi,Tibi,Sibi. Fortassis & Oh corripi potest. Vt versu statim 8.huius scenæ. In 4.versu creticus est loco tertio,contracta Ea in vnam syllabã.In 5.post verbum Peccem quidã apponunt aduerb.Hic,quod nec vetustus nec Aldi lib.habebant. Ergo si omittatur,& d,in Quid elidatur, non est opus At à superioribus elidere,quod vtiq; oportebit,si aut Hic legat, aut d,non elidatur. In 7.prima vocalis à superiore versu elidit.& aduerb.Quidem post verbum Redeat ponendum,&bene habebit versus Doct. Imò diuidendũ existimauit, & tollendum eadem. In quorum priore consentio,in posteriore nequaquã.

S. Facies. C. verum. S.non vides quantum mali ex eare excites?

Trochaici hic sunt duo tetr.cat.At posterior ita legendus est.

Subditum se suspicatur. C.ain' tu. S. certe inquam mi vir. Vt subditum semel duntaxat legatur. Nec bis legisse videtur Calph.& Mi videtur correptum,vt diximus. Non est autem octonarius hypere. vt quidam perpuram iudicarunt. Neque sequens denarius cat.vt ijdem male annotarunt,sed sunt duo trimetri trochaici cat. Nam filium quidam expunxere, & nostris, vt carmẽ tetrametrum facerent catal.sed frustra, cum neutrum expungendum esset. Nos itaque sic legendos putamus.

C. Conficere tuum non esse filium. S. ah,

Obsecro te,istuc nostris inimicis fiet.

Vt obsecro sit dactylus. Sequentes inde tres versus sunt iambici tetr.catal. In quorum primo Meum est monosyl.nisi creticum tertio loco ponamus. In secundo punctum interrogatiuũ post Quid ponendum, & versus ita legendus.

C. Quid? metuis,ne non,cũ velis conuincas esse illũ tuum. Et esse ponatur post verbum conuincas.In tertio vel Mage legẽdum,vel s,in Magis eliditur.Quartus versus est dimeter iambicus,in quo quidã initio legunt Id quod,vt d,elidatur in Quod. Quatuor vltimi sunt trochaici tetr.catal.In quorum primo,vel Tui monos.est,vel creticus loco quinto.In vltimo vel d,in Sed eliditur, vel bacchius est loco primo, nisi iambicum dicamus.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Clitipho cum matre colloquens suos sibi parentes commonstrari cupit, qua oratione hanc admodum reddit solicitam. Chremes contumeliose filium obiurgat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena Clitipho matrem adhuc solicitiorem reddit cũ tam petat obnixe,vt sibi parentes commonstret. Ex qua re profecto facilius ad tranquillitatem omnium rerum peruenitur. Sostrata Clitiphonem suum Chremetiq; esse confirmat. Chremes ipsum contumeliose obiurgat,trepidum pudentemq; vel mauore coram reddit. Additio pro declaratione dicti Chremetu,Gerro,id est nugator,iners,ignauus, damnosus, hoc postremo posuit, quod ipsum magis vrget, vtpote decem minæ Bacchidi datæ, per Syri dolum extortæ.

Trochaici Octonarij Catalectici.

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES.

I vnquam vllum fuit tempus mater,
cum ego voluptati tibi
Fuerim dictus filius tuus tua voluntate, obsecro
Eius vt memineris,atque inopis nũc te misereſcat mei;
Quid peto,& volo,parẽtes meos vt cõmonstres mihi.
S. Obsecro mi gnate,ne istuc in animũ inducas tuum.
Alienum esse te. CL. sum. S. miseram me, hoccine quæsisti obsecro?
Ita mihi,atque huic sis superstes, vt ex me, atque hoc natus es:
Et caue posthac,si me amas,vnquam istuc verbum ex te audiam. CH. at
Ego,si me metuis, mores caue in te esse istos sentiam.
CL. Quos? CH. si scire vis ego dicam: gerro, iners, fraus, heluo,
Ganeo,damnosus,crede,& nostrum te esse credito.
CL. Non sunt hæc iam dicta parentis. CH. non,si ex capite sis meo
Natus, item vt aiunt Mineruam esse ex Ioue,ea causſa magis
Patiar Clitipho flagitijs tuis me infamem fieri.
S. Di istæc. CH. nescio Deos: ego,quod potero eni tar sedulo.
Quæris id, quod habes, parentes: quod abest, non quæris, patri
Quo modo obsequare,& serues qđ labore inuenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos? pudet
Dicere hac p̃sente verbum turpe: at te id nullo modo
Facere piguit. CL. eheu quàm ego nunc totus displiceo mihi,
Quàm pudet: neque, quod principium incipiam ad placandum, scio.

I vnquam vllum fuit tempus) Adhuc filius matrem solicitam reddit,dum petit vt parentes commonstret, & ex hoc facilius peruenitur ad tranquillitatem omnium rerum. [Tua voluntas) Quasi innuit illa de industria illum voluisse appellari filium.[Quod peto & volo) Peto,inquit quasi precario, nam proprie aliquid precario petere dicimur. [Obsecro te mi gnate) Verba proprie matris desperatæ. [Sum) Hæc vox simplex terribiliter pronunciat. [Huic sis superstes) Mos IOAN. CALPH.

Mos iurandi antiquus parentum . & bene inducitur mater mitior patre, & quæ adiutrix sit in paterna iniuria filio . [Si me amas) Hæc verba blandientis matris sunt , & quæ valde de filio solicita sit . [Si me metuis) Matri dat verba suauia , patri vero aspera . illa, inquit, si me amas, hic, si me metuis . [Gerro, iners, fraus) Hæc dicuntur in abiectissimum quenque & nullius precij hominem. [Gerro) Hinc congerro, quod à gerra dr. nam gerræ, nugæ sunt . alij dicunt à corrigendo deduci . Plaut. in Persa, Iã pol ille hic aderit, credo cõgerro meus. [Heluo) Vorax . Catul. in Cæs. An parum heluatus est ? [Ganeo) Veteres ganeum, meretricum tabernam dixerunt, ἀπὸ τοῦ γῆς, ꝙ ipsa sit in terra . Hinc ganeo deducitur, qui meretrices sequitur . [Damnosus) Rectè hoc postremum cum superioribus conuenit . [Parentis) .s. qui filium amet . [Non , si ex capite sis meo) Hæc ingenti clamore pronuncianda, & sic ostendit Chremes filium non debere abijcere spem patris , etsi ab eo verba aspera audit . [Aiunt) Bene aiunt, de re fabulosa , & ficta . [Deos nescio) Modus loquendi presertim iratoꝝ. [Enitar) Ne infamis fiam. [Inuenerit) .i. acquisierit . Alibi, Labore inuenta mea cui dem bona . [Adducere) Aposiopesis honesta . noluit dicere meretricem, pñte matre .

GVID. SI vnquam, &c.) Hic filius magis reddit solicitam matrem poscens sibi parentes monstrari, quare facilius ad rerum omniũ tranquillitatem peruenitur. C L. ò mater si vnquam vllum tẽpus fuit cũ .i. in quo, ego dictus .i. appellatus filius tuus, tua voluntate .i. te volente me dici filium, veluti me supposueris fui ti bi voluptati .i. fui tibi lætitiæ, & delectationi , cum audires me vocari filium tuum, obsecro vt .i. ꝙ memineris .i. recorderis eius temporis, atque nunc te miserescat .i. te miseret , mei inopis .i. mei qui sum inops, & infelix, ac miser, habemus miseret misere bat, & miserescit miserescebat in eadem significatione , suntque eiusdem naturæ, habemus etiam personale miserescor is . Virg. His lacrymis vitam damus, & miserescimus vltro. Vt .i. ita, quòd demonstres mihi parentes meos, quod .s. demonstrare mihi parentes peto .i. precario posco, & volo .i. cupio . S. ò mi gnate obsecro, ne .i. ꝙ non inducas in tuum animum .i. non tibi persuadeas illud, videlicet, esse alienum .i. suppositum, & non propriũ filium . C L. sum alienus . S. me miseram per exclamationem præ dolore dr, q.d. dico, vel verum est me miseram esse, quod dicti interiectionis vice fungitur, obsecro hoccine .i. vtrum hoc quæsisti .i. vtrum hoc inuenisti, excogitasti, seu somniasti, vt dici solet, vt mihi dolorem incuteres, vel quæsisti hoc .i. inuestigasti, & interrogasti hoc ab aliquibus, esses ne filius proprius, non suppositus , deinde confirmat eum esse filium modo iurandi antiquo parentum, ita .i. eo modo, sis superstes .i. superuiuens (vt ita dicam) mihi, atque huic patri, vt .i. sicut natus es ex me matre, atque hoc Chremete patre, & posthac .i. in posterum, caue .i. fuge (si me amas) ne sup. audiam vnquam ex te istud, verbum istud ꝑ contemptum dixit. Vbi animaduerte idem prorsus dici per hæc duo dicta, caue audiam , & caue ne audiam, vt idem dicitur per caue cadas, & caue ne cadas. C H. At .i. sed si metuis .i. times me, caue ne sup. ego sentiam .i. percipiam istos, q.d. perditos ac malos mores esse in te . C L. Quos ? mores .s. dicis esse in me, seu me cauere ne sint in me. C H. Si vis scire illos mores, ego dicã, caue ne sis gerro .i. nugator, vt Ser. inquit, à gerendo. Vnde nugi gerulus dicimus, ꝙ nugas gerit, vel vt Non. & Festus, à gerris , nam gerræ sunt nugę, & ineptię, & contemptus sic dictæ, vt Fest. refert, ꝙ eum Athenienses Syracusas obsiderent, & crebro ceras poscerent irridentes Siculi gerras clamabat, quæ gerræ prius dicebantur, vt idem Festus ait, crates vimineæ . propter tamen illam irrisionem Siculorum factum est, vt gerræ pro nugis, & cõtemptu dicantur. A gerro nomine fit compositum congerronis, vel, vt alij etiam dicunt, congerrius . quod significat eum, q cum alio gerrone easdem exercet nugas, caue sis ineris .i. ociosus, ignauus, sine arte, & industria viuendi, vt vult Seru. caue sis fraus .i. fraudulosus, siue fraudulentus, seu culpabilis . nam, vt inquit Vlp. fraus est ipsa noxa .i. culpa, & quasi quædam præparatio pœnæ . interdum etiam pro pœna capitur in iure, vt ait Ser. Item & fraus pro periculo poni inuenitur, vt erit illa res fraudi .i. periculo . hæc Ser. ponitur autem hic fraus pro fraudulosо, vt alibi scelus pro scelerato, caue sis heluo .i. vorator insatiabilis , vt inqt Seru. seu immoderate bona sua consumens, vt inqt Festus. Inde heluor aris .i. effundere bona sua luxuriosè, ac immoderate, caue sis ganeo .i. lasciuus meretricum secutor, ac frequentator . nam ganeum ganei, vt inquit Festus, antiqui dixerunt locum abditum, ac velut sub terra, propterea meretricum tabernã ipsi antiqui ganeum vocarunt, quòd in terra sit abdita vnde, vt ait Non. ganeones dicti sunt à ganeis, sicut popinones à popinis, quę sunt loca violenta, ac libidini apta, caue sis damnosus .i. damni quidquam tuis parentibus afferens, vt iã fecisti extorquẽ do à me per seruum decem minas Bacchi, Crede meis præceptis .s. & credito te esse nostrum filium, scilicet, q.d. tantisper te mcũ dici volo dum quod te dignum est facias , & meis præceptis te accommodes . C L. Hæc .i. talia verba, non sunt dicta parentis .i. non solent procedere à vero patre, q.d. male tuis verbis oftendis te esse mihi patrem , nam verus pater nunquam tales infert contumelia filio . C H. O Clitipho ego non magis patiar me fieri infamem .i. infamatum, ignominiosum, malæ famæ, tuis flagitijs .i. propter tua scelera flagitione digna, ea causa .i. propter eam causam, quia sis filius meos, etiam si natus sis ex meo capite. Item .i. similiter, vt .i. sicut, aiunt .s. Poëtæ, Mineruam .i. Palladem esse natam ex Ioue .i. ex capite Iouis . Minerua dicitur dea ingenij, & artium inuentrix . Item ponitur pro ipso ingenio, & aliquando pro natura . S. Dij prohibeant .i. impediant istæc, videlicet , quo minus fiat infamis propter filij flagitia . C H. Nescio Deos modus loquendi iratorum præcipue, qui Dei cogitationem non habent, ego enitor .i. conabor, sedulo .i. instanter, vehementer, attente . ne fiam infamis, quod .i. eniti sedulo, potero facere sup. vel quoad .i. inquantum potero tu quæris id, quod habes, videlicet parentis pro parẽtes, non quæris id, quod abest tibi, videlicet, quo modo obsequare .i. complaceas patri, & non quæris, vt .i. qualiter, serues id boni .s. quod pater tuus .s. ego, inuenerit .i. acquisierit, labore .i. sudore corporis sui, non erubuisti sup. adducere mihi Bacchi .i. sed tacuit coram matre, an te oculos .i. ante conspectum meum, per fallacias .i. per astutias ducendo eum esse amicam Cliniæ . & fecit aposiopesin propter id, quod subdit, pudet me .i. pudore afficior, dicere verbum .i. vocabulum turpe, vtputa, te adduxisse meretricem, vel aliquid tale, hac præsente .i. in præsentia matris, tuæ, at .i. sed nullo modo te piguit .i. non fuit tibi molestum, siue non dubitasti facere id, quod turpe fuit . C L. Heu, interiectio dolentis, quàm .i. quantum, ego nunc totus displiceo mihi ? quãm .i. quantum, me pudet id fecisse , neque scio quod principium incipiam ad placandam .i. leniendum, mitigandum patrem .

ARGVMENTVM) Commouet Clitipho matrem, & à patre acriter obiurgatur , quæ res pertinet ad promouendam catastrophem. [Dictus fili) πρὸς ὠ à pietate . [In opis) Miseri, & abdicati . [Ita mihi) Confirmatio more iurandi veterum . [Et caue) Interminatio . [At ego) Obiurgatio . [Non si ex capite) Hyperbolica comparatio ad augmentum confirmationis . [Dij istæc) Abominatio . [Quæris id , quod) Commutatio ad acrimoniam, & vetustatem . [Non mihi) Aposiopesis, subaudi scortum. [At te illud) Amplificatio à minori .i. me pudet dicere, at te non puduit facere . LATO.

SI vnquam, &c.) Increpationes paternas necessarias, ac filijs luxum diffluentibus vtiles esse ad mutandum vitæ institutum, exemplo huius scenis, ac lasciui adolescentis, docer hæc scena . Adolescens enim inter æstus affectuum fluctuat, & nisi reprimatur, omnem modum excedit, iccirco castigandi sunt adolescentes. Vnde dicitur : Qui parcit virgæ, filium suum odit . Horat. in Ser. partis diligentiam in sua institutione his versibus celebrauit . Ipse mihi custos incorruptissimus, omnes Circum docto. aderat , quid multa ? (Qui primus virtutis honor) seruauit ab omni . Non solum facto , verum opprobrio quoque turpi . [Dicam, gerro, &c.) Gerro dicitur nugator ineptus, & denique Gerro nullius precij . Heluo, auct. Pomp. dictus est, immodera te bona sua consumens . Cic. in Orat. pro Sext. sic ait : Meipsum vt contempsit heluo patris . Nam quid ego id patrimonij dicam. Et in Orat. pro lege Ag. Videte nunc vt impurus heluo turbet remp. Et in 12. Phil. Ille heluo illa belua dissipauit. Gel. lib. 7. Pleraque id genus quæ isti heluones conquirunt . PETR. MARS.

TROCHAICI sunt omnes tetr. catal. In quorum primo Fuit monosyl. nisi creticum loco secundo constituamus . In 2. Tuus & Tua monosyl. nisi loco quarto creticum, & quinto amphibr. esse malimus. Ita in 3. Eius monos. vel creticus loco primo, & tis, in Memineris longa, quia temporis futuri. In 4. versu trochæi duo initio, deinde dactylus . In 7. Mihi dissyll. & loco quarto dactylus . Præterea Me corripitur non eliditur. In 8. vel e, in Caue corripitur, vel creticus est loco primo . Item in Me correptio est, nõ elisio. In 9. At à superiore versu elidiiur . In 12. post verbum Hæc quidam lib. legunt. Iam quod non habent veteres lib. alioqui erat iambicum futurum quod est vere troch. In 14. Fieri prima longa, vt sæpe alibi. In 15. versu puto verbum Enitar ab aliquo, qui locum exponere voluerit, marginibus appositum, ac deinde alijs ansam insarciendi dedisse, cum iracũdia GLAR.

senis omissum videri possit. Certe carmen optime constabit si omittatur. Nec sensus desiderat. Præterea duos monosyll. nisi tertio loco sit creticus. In 17. videtur d, elidi in Quod, etiam nulla sequente vocali, nisi antibacchium, pedem bacchio, & creti co in temporius æqualem loco quinto constituamus. In antep. versu legendum Id, vt habet vetustus lib. non Illud, quod in lib. erat Aldino, sed perperam.

ACTVS V. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Menedemi interuentu post turbationes tranquillæ fiunt omnia, volenti datur Clitiphoni vxor, Archonidis filia, & Syro à Chremete ignoscitur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac vltima scena, interuentu Menedemi grata pax post tantas turbationes conciliatur, ita vt omnia ad tranquillitatem tandem ad iucundam compositionem redigantur, quemadmodum Comœdiæ finis expostulat. Proinde Clitiphoni quoque libito Archonidis filia collocatur. Postremo Syrus ab hero veniam adipiscitur.

Trochaici Tetrametri, Iambici quibusdam admixtis.

MENEDEMVS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

LIMVERO Chremes nimi' grauiter cruciat adolescentulum,
Nimi'que inhumane. exeo ergo, vt pacem conciliem. optume.
Ipsos video. CH. ehem, Menedeme cur non accersi iubes
Filiam, & quod dotis dixi, firmas? s. mi vir, te obsecro
Ne facias. CL. pater obsecro vt mi ignoscas. M. da veniam Chreme:
exoret Sine te * exorem. CH. egon' mea bona vt dem Bacchidi dono sciens?
Non faciam. M. at id nos non sinemus. CL. si me viuom vis pater,
* Chremes Ignosce. s. age * Chreme mi. M. age quæso, ne tam obfirma te Chreme.
CH. Quid istuc? video non licere, vt cœperam, hoc pertendere.
M. Facis, vt te decet. CH. ea lege hoc adeo faciam, si faciat id,
Quod ego hunc æquom censeo. CL. pater, omnia faciam: impera.
CH. Vxorem vt ducas. CL. pater. CH. nihil audio. M. ad me recipio.
Faciet. CH. nil etiam audio ipsum. CL. perij. s. an dubitas Clitipho?
CH. Imò vtrum vult? M. faciet omnia. s. hæc, dum incipias, grauia sunt.
Dumq. ignores: vbi cognoris, facilia. CL. faciã pater.
s. Nate mi, ego pol dabo puellam lepidam, quam tu facile ames,
Filiam Phanocratæ nostri. CL. rufam ne illam virginem,
Cæsiam, sparso ore, adunco naso? non possum pater.
CH. Eia, vt elegans est, credas animum ibi esse? s. aliam dabo.
CL. Quid istuc? quandoquidem ducenda est, egomet habeo propemodum,
Quam volo. s. nunc laudo te gnate. CL. Archonidis filiam.
s. Perplacet. CL. pater hoc nunc restat. CH. quid? CL. Syro ignoscas volo,
Quæ mea causa fecit. CH. fiat. Vos valete, & plaudite.

IMVERO Chremes) Interuenit persona cuius gratia pax concilietur, ita vt omnia tranquilla sint, & composita, prout comœdiæ finis postulat. [Enimuero) Nonnunquam principium est ali quid per iram dicturi. [Accersi) Bene accersi, quia proprie accersitur vxor, dum ad virum ducitur. [Ne facias) Hæc timebat ne omnia bona illi traderet. [Obsecro) Nil significantius. nam Orare, est placidos petere. Obsecrare vero, iratos rogare. [Sciens) Quod peius esset, quam si nesciret. [Rufam) Rufus color, & ruber idem est. [Elegans) Hic ad formam refertur, sed sæpius ad orationem, & ad verba. IOAN. CALPH.

ENIMVERO Chremes, &c.) Hic interuenit persona, cuius gratia pax conciliatur ita, vt omnia tranquilla sint, & cõposita prout comœdiæ finis postulat. M. Primo hoc loquitur Menedemus solus apud se. Enimuero .i. certe, Chremes cruciat .i. vexat verbis. s. cõtumeliosis nimis grauiter. i. nimis acerbe, adolescentulum videlicet Clitiphonem, & cruciat eum nimis inhumane. i. crudeliter, seu ferociter. ergo cum ita sit, exeo. i. egredior ad eos, vt conciliem. i. componam pacẽ. video ipsos optime. i. opportune. C H. Hem, interiectio percipientis eum quem volebat, ò Menedeme cur non iubes filiam meam accersi. i. aduocari, vt sit tibi nurus accersitur proprie vxor dũ ad virum ducitur, & cur inquam non firmas. i. confirmas, ratificas (vt aiunt) id dotis. i. eam dotem, quam dixi. i. destinauí filiæ. S. Putat Sostrata id, quod erat fictum esse verũ, timebatq. ne pater penitus exhæredaret filium omnia tribuens filiæ, ò mi vir obsecro te ne facias id, q. d. ne des oĩa filiæ. C L. Pater obsecro vt ignoscas mihi. M. O Chreme da veniam. i. parce illi, sine. i. permitte, quòd exorem te. i. tibi persuadeam vt ei ignoscas. C H. Ne. i. vtrum petis sup. vt ego dem dono Bacchidi mea bona, & quidem sciens. i. non per imprudentiam, non faciam. i. non dabo sciẽs illi bona. M. At. i. sed nõ sinemus. i. impediemus ne debetur Bacchi. C L. Pater ignosce si vis me viuum. i. si cupis vt viuam. S. O Chr. age. i. fac quod petitur, age sit aduerb. hortantis, q. d. age ignosce ei. M. O Chr. quæso age. i. fac quod petitur. s. ignosce illi, ne obfirmatam. i. tantum te. i. noli te tam obstinatum ostendere. ille enim dicitur se obfirmare in aliquo proposito, qui obstinate ac pertinaciter in illo perseuerat tanquam immobilis truncus. C H. Quid istud est, q. d. quid hoc tibi vult, video non licere mihi pertendere. i. perficere, hoc, vt. i. sicut ceperam. i. inceperam, q. d. video me non posse perficere, seu pergere in proposito, quod instituerã, & dicitur pertendere hoc quasi tendere. i. progredi, procedere me hoc propositum. M. Facis vt te decet facere. i. vt tibi honestum est facere. C H. Adeo. i. certe faciam hoc. i. mutabo consilium, & illi ignoscam, ea lege. i. ea conditione, si faciat id, quod ego censeo æquum esse. i. iustum esse hunc Clit. facere sup. C L. O pater faciam omnia, impera. i. præcipue mihi obsecuturo. C H. Censeo inquam vt ducas vxorem. C L. O pater tantum, h. d. verbum non statim volens dare responsum tanquã prius deliberaturus. C H. Nihil audio ex eo bonę responsionis. M. At. i. sed, recipio in me. i. promitto, quòd dici solet, in conscientia mea quòd sup. faciet. i. vxorem ducet, hoc dicendi genere in me recipio sæpius Cic. vtitur in suis epist. & præcipue commendaticius, vt cernere facile est, nemo enim negat recipere interdũ sumi pro promittere. C H. Etiam, q. d. adhuc nihil. i. non audio ipsum, vel nihil audio ipsum respondẽtem. C L. Perij. i. perditus sum. S. An. i. vtrum ò Clitipho dubitas. i. non audes ducere vxorem. C H. Imò. i. sed, vtrum vult ducere vxorem petere debes. M. Faciet omnia quæ imperabis. S. Hæc. s. separare ad nuptias, ducere vxorem, &c. sunt grauia. i. molestia, difficilia dum. i. quandiu incipias, & dum. i. quãdiu ignores. i. sis ignarus matrimonij, vbi. i. postquam cognoueris quid sit, erunt hæc omnia facilia. C L. O pater faciam. i. ducam vxorem. S. O mi gnate, pol iurantis est, dabo tibi puellam lepidam. i. sermone suauem, festiuam, quam tu facile ames. s. filiam Phanocratæ, nostri, aut amici, aut vicini. C L. Ne. i. vtrum, dabis illam virginẽ rufam, color rufus, & ruber, vt in Gel. habetur, idem est, dabis illam GVID.

Iam virginem cæsiam.i.viridem,& talis coloris, qualis est color cœli. vnde Gell. attestante, cæsia dicitur species viridis coloris, quasi cælia, quòd talis sit color cœli tabis virginem oro sparso .i. facie lata,vel etiam ipso ore lato .i. habentem os sparsum & latum, seu extentum, & naso adunco .i. habentem nasum curuum. ò pater non possum ducere eam .s. CH. eia, hortantis aduerb.vt.i.quantum,vel qualiter ipsa est elegans.i.apta,formosa commendat eam filio, vt amet eam. Elegans hic refertur ad formam,sed sæpius ad orationem & verba, credas animum esse, ibi .i. in ea puella .i. credas quòd habet animum & quidem prudentem,vel credas.i.reputes animum tuum esse ibi.i.in amore eius,nam satis pulchra est quæ placet, & (vt dici vulgo solet) nulli sunt amores deformes. S. dabo tibi aliam. CL. quid istuc est sup. quòd tantopere laboratur ad eligẽdam mihi vnam quidem.i.certe,quando .i. quia,& quod dicunt,postquam vxor ducenda est,egomet .i. ego ipse habeo .i. scio,propemodum .i. ferè eam supp. quam volo ducere vxorem,& quæ est mihi cordi,& ex animi sententia. S. ò gnate nunc laudo te. CL. habeo inquam filiam archonidis.i.illius vicini, quam .s. volo. S. perplacet .i. valde placet mihi, vt tu ducas illam. CL. ò pater hoc vnum.i.hoc solum restat.i.reliquum est Chr.Quid est quod restat. CL. volo quòd ignoscas Syro seruo.i.remittas illi ea sup. quæ fecit mea causa.i.propter me. CH. fiat.i. ignoscatur ei. Valete vos spectatores, & plaudite .i. manus iungite simul, sic Poëtæ congratulantes,ego Calliopus .i. poëtæ defensor,recensui.i.recognoui hanc comœdiam, & iudicij mei censuram adhibui, vel, vt alij volunt, recitaui.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Interuentu Menedemi,& deprecatione personarum veniam consequitur Clitipho,ea lege vt vxorem ducat,quæ est absoluta catastrophe. [Ego ne mea) Simulat se difficilem Chremes,vt filium ad frugem redigat. [Pater) Timide recusantis. [Rufam ne illam)Descriptio deformis puellæ, ad exhilarandum spectatorem.

PETRVS MARS.

ENIMVERO &c.)Lasciuum filium,sed vitę institutum iam mutantem, recipiendum esse in gratiam. & iugali compede vinciendum, monet hæc scena, ostendens affectus iuueniles ratione castigatiores fieri,mediocritatem illam quæ iure laudatur,& concordiam habenti pollicetur & affert,cuius oppositum efficit vitium.Vnde Arist.in 9.Eth.Vitiosus igitur animus in seditione positus est,& nec se amat,nec alios. Talis autem dispositio,cum multas habeat miserias, totis viribus fugienda est, & enitendum,vt boni simus. Sic enim & nobis & alijs erimus amici. Et Plato in eo Dialogo,qui inscribitur Lysias,de Amicitia, sic inquit,Improbi nunquam, vel sibijpsis, vel inuicem similes sunt, sed perturti penitus & instabiles, qui vero secum ipse dissentit,nullo modo cum alio consentiet,nec vlli amicus esse poterit. Et sic pater,inquit, quòd solus bonus bono amicus erit, malus autem non bono, nec malo vnquam reuera amicus efficietur. [Lepidam).i.iucundam & suauem moribus & forma,vt sine difficultate illam ames.[Cæsiam).i.habentem oculos glaucos,& cæruleos, quales dicit esse Germanorum Iuuen. his verbis, Cærula quis stupuit Germani lumina flauant Cæsariem. Gel. lib. 2. loquens de coloribus,sic ait, Nostris autem Latinis cæsia dicta est,quæ à Græcis glaucopis dicitur, vt P. Nigid. ait, de colore cœli,quasi cœlia glaucopis Græce dicitur, Latine habens oculos cæsios. Glaucum colorem, Latini dicunt cæruleum, est enim sub viridis. [Eia vt elegans &c.) .i. formosa est illa puella, & huic displicet, cum habeat animum ad scortum Bacchidem. [Credas animum &c.) Id est formosa est illa puella,quasi dicat ideo non placet,quia non habet animum ad eam, sed ad illam.

GLAREANVS.

ET hi omnes sunt trochaici,nisi forte secundus,sextus,septi musque,vt dicemus.In primo vel u,in Enimuero euanescit,vel bacchius est loco primo, qui cretico in temporibus respondet, & s,eliditur in Nimis. In 2. si s,in Nimis elidatur, vt sit primo loco tribrachys Nimi'que in,vel non elidatur,vt sit primo in loco amphibrachys,erit trochaicus, alioqui iambicus. Ita sextus iambicus, & septimus. Nisi in sexto proceleusmaticus sit loco tertio,& in septimo versu vel d,elidatur i,id, vel bacchius sit loco secundo.Octauus haud dubie est trochaicus. Ita nonus,si d, in Quid elidas, ac deinceps reliqui. Alioqui iambicus erit hic Octauus. In 16. ait Doct. Nate mi,esse extra versum, quod de Mi concedo,de Nate non item.Nam optime sic constat,vt post duos dactylos sit tribrachys.In quarto à fine d,eliditur in Quid, alioqui iambicus futurus. In antepenult. Integer pes omnium est, in plerisque liber Aldi, Frobenij, & aliorum, at vetustus liber habet alterum verbum Te,nam pol te,legendum ad hunc modum.

Quam volo. S. nunc pol te laudo gnate. CL. Archonidis filiam. Citat hũc verbum,sed vltimis duobus verbis Prisc.lib.6. vbi vult datiuum pro genitiuo à Terentio vsurpatum,causa Euphoniæ,vt declarat exempla à Ioan.adducta ex eodem auctore. Quę mihi qualia visa sint,non est opus in pręsentia dicere.Hoc magis miror cur Ioan. cum hunc tractaret versum de defectu eius nihil dixerit,deinde cur & Doct. siluerit. Sed quadriduana illa opella non patiebatur hæc & huiusmodi diligentius pensita te.Verum de his nunc satis. In vltimo versu loco primo est creticus, vel Mea monosyll. est, quod ita me discriminare coẽgit res ipsa, & alibi diximus eius negocij causam.

TERENTII ADELPHI.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Mitio senex,	*Ctesipho adolescens,*
Demea senex,	*Sostrata matrona,*
Sannio leno,	*Canthara nutrix,*
Aeschinum adolescens,	*Geta seruus,*
Syrus seruus,	*Hegio senex,*
Dromo seruus,	*Pamphila nurus.*

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

DVOS cum haberet Demea adolescentulos,
Dat Mitioni fratri adoptandum Aeschinum,
Sed Ctesiphonem retinet. hunc citharistriæ
Lepore captum, sub duro ac tristi patre,
Frater celabat Aeschinus; famam quoque
Amoris in se transferebat: denique
Fidicinam lenoni eripuit. Vitiauerat
Idem Aeschinus ciuem Atticam pauperculam;
Fidemq; dederat, hanc sibi vxorem fore.
Demea iurgare, & grauiter ferre: mox tamen,
Vt veritas patefacta est, ducit Aeschinus
Vitiatam, potitur Ctesipho citharistriam,
Exorato suo patre duro Demea.

GVIDO.

DVOS cum haberet,&c.) Cum Demea haberet duos adolescentulos i.duos iuuenes filios, dat.i.cõcedit fratri suo Mitioni Aeschinum filium adoptandum.i.assumendum in filium, sed retinet Ctesiphonem alterum filium suum. Frater Aeschinus celauit.i.occultauit hunc Ctesiphonem,captum.i.deceptum,lepore.i.festiuo sermone,& allicienti,seu etiam elegantia formę. Citharistriæ.i.cuiusdam Fidicinæ,quæ cithara canere solebat,& eũ quidem celauit ita,captum sub patre Demea duro .i. aspero ac tristi.i.seuero,austero, & ita transferebat in Aeschinum famam amoris illius Citharistriæ. Denique eripuit fidicinam illam Citharistriam lenoni .i. puellarum venditori. idem Aeschinus vitiauerat .i. stuprauerat ciuem Atticam pauperculam, & dederat fidem.i.sancte promiserat, hãc puellam fore.i.futuram esse vxorem sibi. Demea iurgare .i. obiurgabat Mitionem fratrem, & Aeschinum filium,& ferre.i.ferebat, grauiter.i.molestę,& indignato animo. Tamen modo.i.statim vbi .i. postquam veritas est patefacta.i.rescita,& liquefacta. Aeschinus ducit vxorem .i. capit in vxorem virginem ciuem Atticam vitiatam .i. stupratã à se Ctesipho potitur citharistria .i. habet citharistriam suo arbitrio, prius Demea patre suo duro exorato .i. persuaso,inducto vt daret licentiam potiundæ eius.

ARGVMENTVM.

HAnc comœdiam Adelphos vocant, id est fratres. Nam Adelphos Græce, dicitur frater Latine, nec iniuria. Nam in ea continetur duos fuisse fratres, Demeam, & Mitionem, quorum alter Mitio vitam elegit cælibem, alter vero Demea duxit vxorem, ex qua sustulit duos filios. Aeschinum, & Ctesiphonem, è quibus Aeschinum adoptauit Mitio, et delicate educauit. Alter autem à patre satis dure exercitatus est in opere rustico, qui tamẽ exarsit in quandam Citharistriam cuiusdam lenonis, qua poturi suo nutu non poterat. Aeschinus autem quandam ciuem Atticam pauperis prisſam stupranit, ea quidem lege, vt eam esset ducturus in vxorem. Hic Aeschinus fratrem quam maxime poterat, celabat, totumq; fratris amorem in se conuertebat, ne Demea pater durus in eum grauiter excandesceret, vt erat pater satis acerbus fratri, itaque à Lenone abstulit illam fidicinam quo ea liberius potiretur. Quæ vbi rescita sunt Demea ira percitus prius multas commouit cum fratre turbas, deinde ipso placato, & Aeschinus Atticam puellam duxit vxorem, & Ctesipho Fidicinæ habendæ licentiam est consecutus. Est autem hæc comœdia ex vtroque genere mixta, videlicet statario, & motorio, vt satis liquido constabit. Ex Græca autem Menandri est trãslata, in qua quidem spectatur, quid interfit inter rusticam, & vrbanam vitam, & inter asperam, & cœlibem, & inter vitam veri patris, & per adoptionem facti.

DONATI PROLEGOMENA IN ADELPHOS TERENTII.

HAec fabula Adelphi Pailiata, vt ipsum indicat ex nomẽ ex plurali numero, cum sit vna, ex masculino genere, cum sit comœdia, ex Græca lingua, cum sit Latina, censetur: Potuit eam Terentius Fratres dicere, sed & Græci nominis euphoniam perderet, & præterea Togata videretur, ad summam, non statim intelligeretur Menandri esse, quod Terentius in primis lectorem scire cupit, minus existimãs laudis proprias scribere, quàm Græcas transferre. Est igitur Menandri, & à fratrum facto, quibus argumentum nititur, nomen accipit. Huius tota actio cum sit mixta ex vtroque genere, vt ferè Terentianæ omnes, præter Heautontimorumenon, tamen maiori ex parte motoria est. nam statarios locos per paucos habet. Prodest autem, & delectat actu, & stilo. In hac primæ partes sunt, vt quidam putant, Demeæ, vt quidam, Syri. Quod si est vt primas Syrus habeat, secundæ Demeæ erunt, tertiæ Mitionis, & sic deinceps. Quanquam etiam sunt qui putant primas Mitioni dandas, secundas Syro, tertias Demeæ. Nam quod ait Terent. Senes, qui primi venient, non ad partes quas dicimus, sed ad ordinem pertinet exeuntium personarum. Hæc etiam, vt cetera huiusmodi poëmata, quinque actus habeat necesse est, choris diuisos à Græcis poëtis. quos etsi retinendi causa iam inconditi spectatoris minime distinguunt Latini comici, metuentes .s. ne qs fastidiosus finito actu, velut admonitus abeundi, reliquæ comœdiæ fiat contemptor, & surgat, tamen à doctis veteribus discreti atque disiuncti sunt, vt mox aperiemus post argumenti narrationem. In hac prologus aliquanto lenior inducitur, qui magis etiam in se purgando, quam in aduersarijs lædendis est occupatus. Protasis est turbulenta, Epitasis clamosa, Catastrophe lenis. quarum partium rationem diligentius in principio proposuimus cum de Comœdia quædam diceremus. Hæc sanè acta est ludis scenicis funebribus L. Aemilij Pauli, agentibus, L. Ambiuio, & L. Turpione, qui cum suis gregibus etiam tum personati agebant. Modulata est autem tibijs dextris. i. Lidijs ob seriam grauitatem, qua ferè in omnibus comœdijs vtitur hic poëta, sæpe tamẽ, mutatis per scenam modis, cantica mutauit, quod significat titulus scenæ habent subiectas personis literas, M. M. C. Item Deuerbia ab histrionibus crebro pronunciata sunt, quę significantur D. & M. literis secundum personarum nomina præscriptis in eo loco vbi incipit scena. Adnotandum sanè quòd hæc fabula protaticon prosopon non habet, hoc est personam, quæ ad argumentum nihil attinear, quæque sit assumpta extrinsecus, vt est in Andria Sosia. Hanc dicunt ex Terentianis secundo loco actam, etiam tum rudi nomine Poëtæ. itaque sic pronunciatam, Adelphœ Terenti, non Terenti Adelphœ quòd adhuc magis de fabulæ nomine poëtæ, quam de poëtæ nomine fabula commentabatur. In hac quidem spectatur quid interfit inter rusticam, & vrbanam vitam, mitem, & asperam, cœlibis, & mariti, veri patris, & per adoptionem facti. Quibus propositis ad exemplum vitanda perinde, fugiendaq. Terentius monstrãs, artificis poëtæ per totam fabulam obtinet laudem.

ARGVMENTVM.

EX duobus Atticis fratribus alter quidem Demea nomine rus coluit, vxorem duxit, filios suscepit duos, Aeschinum, & Ctesiphonem. at alter Mitio nomine vxorem, non duxit, & filios procreare noluit sed sibi filium fratris Aeschinum adoptauit, atque ita indulgenter eduxit à paruulo, vt effuse luxuriatus adolescens, ad postremum ciui Atticam virginem vitiaret, captus amore eius, quo facto, & cum matre puellæ pepigit nuptias eiusdem quam vitiauit. Cumq; rem gestam ad patrem, à quo adoptatus fuerat, conscientiam, iam tamq; perlaturus esset, precibus Ctesiphonis fratris sui, qui apud durum patrem atque agrestem Demeam parcius atque arctius haberetur impulsus est, & vt eidem à lenonem raperet meretricem, quo facto, multiplici errore completur fabula. Nam & Demea cum hoc ipso,

so, id est cum Mitione litigabat, tanquam cum eo qui corruperit adolescentem adoptatum, in mores perditos, nescienti suum sibi filium Ctesiphonem esse corruptum. eluditurq; à Syro & Mitione per totam fabulam. Et mater puellæ iam decima mense post raptum virginis, Aeschinum credit sibi ipsi rapuisse meretricem, quæ perturbatio, cito in tranquillum redacta est. Nam re comperta die vitio virginis, Mitio dat ciuem Aeschino quam concupuerat, eiusq; matrem ipse accipit. Deprehensio vero Ctesiphone in amore meretricis primo irascitur Demea, post lenitur, atque habendæ eius meretricis licentiam præbet. Primus actus hæc continet Mitionis solius primo verba, & post eiusdem, & Demea iurgium. Secundus actus hæc continet, Lenonis alteram ritam aduersus Aeschinum pro puella, eiusdem apud Syrum querelæ, lætitiam Ctesiphonis, obsessionem amicæ, & eiusdem gratiarum actiones apud Aeschinum. Tertius actus hæc continet, Trepidationem matris Sostratis & Cantharæ nutricis ob parturientem Pamphilam vitiatam ab Aeschino: Getam nunciantem dominæ suæ per errorem, quod sibi rapuerit Aeschinus meretricem, reditum in scenam Demeæ, eiusdemq; cum Syro ludificantem sermocinationem, interuentum Hegionis cum querela apud eundem Demeam de facto Aeschinis, & consolatione Sostratæ. Quartus actus hæc continet Ctesiphonis cum Syro colloquium, delusionem Demeæ, eiusdemq; in scenam interuentum, atque secundam frustrationem per Syrum factam, Mitionis cum Hegione sermonem, querelam Aeschini de rebus suis eiusdemq; cum Mitione patre facetissimam decertationem. Demeæ reditum in scenam ex errore in quem eum coniecerat Syrus, & renouatum cum fratre eiusdem iurgium, processionem in scenam temulenti Syri. Quintus actus hæc continet, Deprehensionem Ctesiphonis cum meretrice, tertium cum Mitione iurgium Demeæ, eiusdemq; vitæ pristinæ correptione, & per eum multa in comœdia noua, hoc est blandimentum circa Aeschinum, & affabilitatem circa Getam, conciliationem Syri & vxoris eius, & veniam circa Ctesiphonem, permissionemq; habendæ meretricis. Seruatur autem per totam fabulam mitis Mitio, sæuus Demea, Leno auarus, callidus Syrus, timidus Ctesipho, liberalis Aeschinus, pauidæ mulieres, grauis Hegio. In diuidendis actibus fabulæ identidem meminerimus, primo paginarum dinumerationem, neque Græcos, neque Latinos seruasse, cum eius distributio huiusmodi rationem habeat, vt vbi attentior spectator esse potuerit, longior actus sit, vbi fastidiosior, breuior, atque contractior. Deinde etiam illud, in eundem actum posse conjici, & tres, & quatuor scenas introëuntium atque exeuntium personarum. Facta autem hæc vna est de duabus fabulis, Adelphis Menandri, & Commorientibus Diphili.

ACTA LVDIS FVNEBRIB. L. AIMILII PAVLLI.

Q. FABIO MAXIMO, P. CORNELIO AFRICANO * AED. CVR. EGERE

L. ATILIVS PRÆNESTINVS, MINVCIVS PROTIMVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII. TIBIIS SERRANIS. FACTA E GRAECA MENANDRV, L. ANICIO M. CORNELIO COS.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hoc Prologo poëta potissimum captat auditorum beneuolentiam, modeste ac leniter purgans æmuli obiecta. Magis enim in hoc versatur, quàm in aduersario lædendo. Nec profecto magnopere illud defendit quod obijcitur, vtpote se esse adiutum à Lælio & Scipione, imò id sibi maxime laudi dicit.

Trimetri.

PROLOGVS.

OSQVAM poëta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem, quam acturi sumus:
Indicio de se ipse erit: vos eritis iudices,
Laudi ne an vitio duci factum oporteat.
Synapothnescontes Diphili comœdia est.
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam.
In Græca adolescens est, qui lenoni eripit
Meretricem, in prima fabula. eum Plautus locum
Reliquit integrum. eum hic locum sumpsit sibi
In Adelphos, verbum de verbo expressum extulit.
Eam nos acturi sumus nouam: pernoscite,
Furtum ne factum existumetis, an locum
Reprehensum, qui præteritus neglegentia est.
Nam quòd isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Eum adiutare, assidueque vna scribere,
Quod illi maledictum vehemens existumant,
Eam laudem hic ducit maxumam, cum illis placet,
Qui vobis vniuersis, & populo placent;
Quorum opera in bello, in ocio, in negocio,
Suo quisque tempore vsu' est sine superbia.
Dehinc ne expectetis argumentum fabulæ:
Senes qui primi venient, hi partem, aperient,
In agendo partem ostendent. facite, æquanimitas
Vestra poëta ad scribendum augeat industriam.

DONATVS.

OSTQVAM poëta sensit scripturam) Postquam, pro quoniam cuius recipro cum, quoniam pro postquam. Plaut. in Aul. Quoniam is moritur, ita auido in genio fuit. [Postquam poëta sensit scripturam suam) Indifferenter omnis qui aliquid scripsisset. scriptor à veteribus dicebatur. [Ab iniquis) Inimicis: vt, Fatis Iunonis Iniquæ. [Obseruari) Obseruatio, ad honorem refertur. vt, Præterea regem non sic Aegyptus & ingens Lydia, nec populi Parthorum, aut Medus Hydaspes obseruant. Sed nunc obseruari, captari significat, & audire. Obseruari ergo, & honorari, & captari, & audiri significat vt Plaut. Obseruat orare, vt blande palpetur mulieri. [Rapere in peiorem partem) Varietas per genera verborum, & vtrique sententiæ aptæ iungimus. Scripturam suam Rapere in peiorem partem. i. vitio dare, vituperare. [Indicio de se ipse erit) Mire expressit simplicitatem, vera dicturi, cum indicaturum se dixit, nõ narraturum. Et indicio erit, pro index erit. [Indicio de se) Indicat is qui de se volens aliquid, & de alij etiam prodit, sed confitetur qui de se tantum, & qui inuitus. [Vos eritis iudices) Bene, quia apud iudices indicium profitentur qui accusatorem adiuuant. [Laudi ne an vitio) Medium non fecit, vt appareat, si crimen non sit, laudi debere esse. [Synapothnescontes Diphili comœdia est) Nec numeri, nec genera respicienda sunt contra sententiam remque ipsam. [Eam Commorientes Plautus fecit fabulam) Sicut apud Græcos δράματα, sic apud Latinos generaliter fabula, dicitur cuius species sunt, Tragœdia, Comœdia, Togata, Tabernaria, Prætextata, Crepidata, Atellana μιμοὶ Rhyntonica. [In græca adolescens est) Diphili. s. quasi diceret, Quidam adolescens est, qui lenoni eripuit meretricem. [In prima fabula) Hoc est, in prima parte, vt dicimus, in primis digitis. non enim aut secunda, aut tertia fabula est. [Reliquit integrum) Cũ aliam transferret. [Sumpsit sibi) Libere tulit, hoc est non furatus est, vt sume pater. [In Adelphos) Latine declinauit. [Verbum de verbo expressum extulit) Hæc approbratio est de Græco esse sublatum, non de Plauto, vt dicit aduersarius. [Extulit) Mire non dixit transtulit, sed extulit, vt ornasse Græca videatur Latino stilo. [Eam) Adel. s. [Nouam) Veterem Græcam esse intelligimus. [Furtum ne factum) Hoc est vitio duci. [An locum Reprehensum) Hoc est laudi duci. [Negligentia est) Plauti. s. cuius æmulari nunc exoptat negligentiam. [Reprehensum) Retentum, resumptum. [Nam quòd isti dicunt) Nam incipiendi vim habet modo, vt, Nam ego hanc macheram meam dico. [Homines nobiles) Vt, Scipionem Africanum, & Lælium sapientem, & Furium Pium. [Eum adiuuare) Legitur, & adiutare. Pacuuius in Chrise. Adiuta mihi. [Assidueque vna scribere) Non sic dicit aduersarius, verum hic oratorie crimen non tangit. [Qui vobis vniuersis, & populo placent) Vniuersis, qui in cauea sunt, dicit. Populo, qui etiam præter rheatrum. i. vniuersam vrbem. [In bello) Scipionis. [In ocio) Furij Fili. [In negocio. s. Lælij sapientis. [In agendo partem ostendent) χῆμα * Hic enim iam senes accipiendi essent, imò potius ceteræ personæ, sed ipsi senes in statario charactere, partem aperient, in motorio, partem ostendent. Nam duo agendi sunt principales modi, Motorius & Statarius, ex quibus ille tertius nascitur, qui dicitur μιμοὶ. [Aequanimitas) Fauore, & propitius animus. Et deest, vestra.

POSTQVAM poëta sensit, &c.) Postquam. i. quoniam sicut GVID. contra apud Plautum qm̃ poni inuenitur pro postquam. Poëta Terent. sensit. i. percepit, scriptura suam. i. suum poëma (omnis enim qui aliquid scripsit indifferenter scriptor à veteribus dicebatur) obseruari. i. vsitari, diligenter recognosci & exanimari. ab inimicis. i. inimicis, & postquã cognouit aduersarios. i. suos æmulos, rapere. i. trahere. in peiorem partem. i. vituperium, & quasi vituperare, & vitio dare scripturam suam, seu comœdiam, quam. s. comœdiam sumus acturi. i. pronunciaturi, & recitaturi,

ac

ac repræsentaturi,& quod dicit sunt lusuri. Ipse poëta erit indicio,id est erit index,& proditor de seipso. Indicat enim qui aliquid alijs prodit: confitetur, qui inuitus de se aliquid promulgat. vos spectatores eritis iudices.i.iudicabitis, ne.i.vtrum oporteat factum, id est id quod fecit poëta transferendo græcam duci.i.dati,verti aut existimari,& reputari, & ascribi laudi, an vitio .i. vituperationi. Synapothniscontes Diphili .i. talis comœd. græc. est nomen illius comœd. est totum græc. Plaut. fecit eam græcam fabulam,id est comœdiam Latinam. dictam commorientes nomine à Latino, vt licet videre apud Plaut. in fabula græca est adolescens,qui eripit, id est aufert meretricem lenoni,id est puellarum venditori. in prima fabula,id est in prima parte fabulæ. Plaut.reliquit eum locum de ereptione meretricis integrum,id est intactum, liberum alteri, qui eum tractaret. Poëta sumpsit sibi eum locum.i.quod dicunt, eum passum in Adelph. id est traduxit in suam comœdiam vocatam à duobus fratribus,& sumpsit,inquit,hoc est libere tulit nec furatus est. extulit quasi extra tulit è græca eam latino stilo ornans. extulit inquam verbum latinum,scilicet expressum, quasi detractum ac deriuatum,seu mauis deductum de verbo græco, vt ostendat poëtam non sumpsisset de Plaut. Nos,id est ego cum meis gregibus, qui mecum personati sunt acturi. sumus acturi eam fabulam nouam,id est nouo stilo translatum. quæ si prius non fuerat traducta, Pernoscite vos spectatores, perfecte videre,ne.i.vtrum existimetis furtum esse factum de Plaut. an existimetis locum comœdiæ,qui præteritus est.i.prætermissus est neglegentia, id est incuria Plauti esse reprehensum, id est resumptum. Nam quod,id est quod autem isti maleuoli, id est inuidi. dicunt homines nobiles,scilicet Scip. Afr. Læl. sapientem,& Fur pium adiutare, id est adiuuare. sæpe eum poëtam. & eos scribere,id est componere assidue,vna,id est simul cum eo. hic poëta dicit,id est existimat eam laudem esse maximam eius supple quod illi existimant esse maledictum .i. conuicium,seu opprobrium vehemens,cum .i. quando placet illis nobilibus, qui placent vobis vniuersis auditoribus in cauea theatri spectantibus,& qui placent toti populo,quorum nobilium quisque tempore suo vsus est opera,id est operatione,& industria sine superbia, quasi dicat quisque libenter eorum opera vtebatur in bello.i.tempore belli,vt opera Scipionis,in otio, id est in pace, vt opera Furij pij in negocio,id est in accusationibus, & causis criminalibus,in quibus multi sunt vsi opera Lælij sapientis. De hinc,id est consequenter,ne .i. vt non expectetis argumentum, id est materiam fabulæ,senex,scilicet Mitio,& Demea, qui venient in proscenio primi. aperient,id est explicabunt vnam partem argumenti,ceteri actores,& etiam ipsi senes ostendent partem argumenti in agendo.i.inter recitandum, seu in progressu fabulæ agendæ. Vos spectatores facite, curare, vt sup. vestra æquanimitas .i. fauor. propitius animus, augeas industriam, id est diligentiam poëtæ, ad scribendum, id est ad componendas fabulas.

LATOMVS.

ARGVMENTVM Prologi) Defendit poëtam contra aduersariorum obtrectationes. [Postquam Poëta sensit) Exordio perstringit aduersarios, & à modestia beneuolentiam captat. [Synapothnescontes) Narratio. [In prima fabula) .i. in prima fabulæ parte. [Pernoscite)Colligit summam defensionis quæ nititur finitione. [Nam quod isti)Alia defensio.[Quod illi maledictum)Inuersio,& est status qualitatis,quàm confirmat à personis. [Dehinc ne expectetis)Præmonitio ad docilitatem. [Facite æquanimitas) Postulatio attentionis.

PETRVS MARS.

POSTQVAM Poëta, &c.) Hic Prologus simplicitate ac veritate beneuolentiam Terentio parat,& odium aduersarijs à malignitate,& liuore.[Obseruari) .i. curiosè inspici vt notari possint.[Diphili Comœdia est)Diph.comicus Græcus. Synapothnescontes Græce latine Commorientes. [Locum reliquit in integrum).i.intactum. [Verbum de verbo expresum extulit).i. transferendo plurimum ornauit quoniam,auct. Don. M.Ter. Varro principium huius Comœdiæ præposuit principio Menãdri. [Nam quod isti dicunt, &c.) Vituperationem aduersariorum retorquet in illorum ignorantiam,qui id vitio vertebant, quod laudandum erat. [Ocium illis placet, &c.) Sen. lib. 14. Epist. sic ait, Nulla res magis animos honestate, induit, dubiosque, & in prauum inclinabiles reuocat ad rectum, quam bonorum virorum conuersatio. [Aequanimitas,&c.) Aequanimitas est patientia,& illa dispositio,quàm habet animum placidum, beneuolum, & minime æstuantem. Idem est adeste æquo animo,& æquanimitas vestra faueat.

GLAREANVS.

IN Apollinaris argumento sextus versus ita legendus est. Ac in se amorem transferebat denique. Versu 4. malim equidem dicere loco tertio esse creticum, quàm alia quærere effugia,quales est s,elidendum in Vos aut u,in eodem verbo.In 5. verso Laudi ne integre legendum Nam in alioqui esset breue. In 7.versu vel eam monosyl.est,vel bacchius loco primo.In 8. versu loco vltimo vel est tribrachys pro iambo, quod rarissimum est,vel puit in vnam contrahitur syllabam.Nonus versus anapæstum habet loco primo,& quarto. 13. tegrum. eum hic. In 12. vel eam monosyll.vel bacchius loco primo,& vel s, elidendum in Sumus,vel creticus loco tertio. In 15. d,eliditur loco primo. Nisi quis creticus esse dicat eodem in loco. At in 16. Ea dissyll. est quanquam posterior syllaba eliditur. In 18. rursum Eam monosyll.vel bacchius loco primo. In 21.eodem modo suo dissyllabum, vel bacchius loco primo. & s, in Vsus eliditur,vel pæan secundus loco quarto. Vltimum carmen ita legendum, poëtæ ad scribendum augeat vt industriam.

ACTVS I. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Admodum est sollicitus Mitio, quòd nondum à cœna redierit filium Aeschinus. Ostendit in liberis educandis, lenitate plus quàm asperitate parentes proficere. Incipit narrare à collatione, qua eius cura, & erga filium adoptiuum amor mire exaggeretur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In prima scena, quod prologus promisit argumentum narratur opportuneq; vita aspera cum leni pater mitis cum seuerissimo comparatur. Ostendit etiam se Mitio admodum esse solicitum de Aeschino filio adoptiuo, quod nondum de scena hesterna redierat simulq; lenitate potius quàm asperitate, aut vt instruendos liberos præscribit.

Senarij.

MITIO senex.

TORAX non redijt hac nocte à cena Aeschinus,
Neq; seruulorum quisquá, qui aduorsum ierant.
Profecto hoc vere dicunt: si absis vspiam,
Aut vbi si cesses, euenire ea satin' est,
Quæ in te vxor dicit, & quæ in animo cogitat.
Irata, quàm illa quæ parentes propitij.
Vxor, si cesses, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obsequi,
Et tibi bene esse soli cum sibi sit male.
Ego, quia non redijt filius, quæ cogito,
Quibu' nunc sollicitor rebus? ne aut ille alserit,
Aut vspiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid ad, quenq; ne hominem in aïo instituere, aut
Parare quod sit carius, quàm ipse est sibi?
Atqui ex me hic non natus est, sed ex fratre, is adeo
Dissimili studio est. iam inde ab adolescentia,
Ego hanc clementem vitam vrbanam, atque ocium
Secutus sum: &, quod fortunam isti putant,
Vxorem nunquam habui. ille contra, hæc omnia,
Ruri agere vitam, semper parce, ac duriter
Se habere vxorem duxit: nati filij
Duo inde ego hunc maiorem adoptaui mihi:
Eduxi à paruulo, habui, amaui pro meo:
In eo me oblecto: solum, id est carum mihi.
* idem Ille vt * item contra me habeat, facio sedulo:
Do, prætermitto, non necesse habeo omnia
Pro meo iure agere: postremo alij clanculum
Patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia
Ea ne me cælet, consuefeci filium:
Nam, qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit ceteros.
Pudore, & liberalitate liberos
Retinere, satius esse credo, quàm metu.
Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent.
Venit sæpe ad me clamans, quid agis Mitio?
Cur perdis adolescentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus sumptus suggeris?
Vestitu nimium indulgis: nimium ineptus es.
Nimium ipse durus est, præter æquomq;, & bonum:
Sit errat longe mea quidem sententia,
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quàm illud, quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum.
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet:
Si spera fore clàm, rursum ad ingenium redit.
Quem beneficio adiungas, ille ex animo facit,
Studet par referre, præsens, absensque idem erit
Hoc patrium est, potius consuefacere filium,
Sua sponte recte facere, quàm alieno metu.
Hoc pater, ac domus interest. hoc qui nequit,
Fateatur nescire imperare liberis.
Sed est ne hic ipsus, de quo agebam? * & certe is est. * is ecce est.
Nescio quid tristem video. credo iam, vt solet,
Iurgabit. saluom te ad venire Demea,
Gaudemus.

TORAX) Nomina personarum, in comœdijs duntaxat, habere debent rationem, & ethimologiam. etenim absurdum est comicum aperte argumenta cõfingere, vel nomen personæ incongruũ dare, vel officium, quòd sit à nomine diuersum. Hinc seruus fidelis Parmeno, infidelis vel Syrus, vel Geta, miles Thraso, vel Palemon, iuuenis Pamphilus matrona Myrrhina, & puer, & ab odore Storax, & à ludo, & à gesticulatione Circus, & item similia, in quibus summum poëtæ vitium est, si quid econtrario repugnans contrarium diuersumq. protulerit, nisi per antiphrasin nomen imposuerit ioculariter: Vt Misargyrides in Plaut. dicitur trapexita, & ferè hoc modo apud alios à poëtis nomina componuntur describenda per antiphrasin, quòd designat Storax Primæ partes sicut in prologo ipse promisit à senibus aguntur, quorum contentione ad arg. relata vita, aspera cum leni, & pater comis cum seueriſſimo cõparatur. [Storax) Storacem vocauit, non Aeschinum, quo tacente puerum. i. Aeschinum absentem credit, quia seruuli adolescentibus præstolantur, vt in Andr. Obseruabam illorum seruulos venientes, aut abeuntes. Sed quia fieri poterat, vt domino absente adesse Storax, commodissime adiecit, Neque seruulorum quisquam qui aduersum ierant. [Storax non redijt ac nocte) Hoc alij interrogatiue, alij pronunciatiue proferunt, sed magis pronunciatiue dicendum. [Neque seruulorum quisquam) Propter Storacem, quem abesse non respondendo intelleximus. [Qui aduorsum) Proprie locutus est. natura aduersitores dicuntur. [Ierant) Producte in pronunciando, q nos addita u, Iuerant dicimus. Tale est illud Virg. nos abijsse rati, & vento petisse Mycenas. [Profecto hoc vere dicunt) Absolute non addidit, qui. [Si absis vspiam) Abundat vspiam. aut deest profectus, aut quid tale aut tibi vspiam significat enim. s. vspiam. & in loco, & ad locum. [Si absis vspiam aut Vbi si cesses) Si absis, ad parentes propitios: si cesses, ad vxorem iratam refert in desertorem. [Vxor) Subaudiendum est, dicit irata vxor. [Quæ in animo) Omne quod

DON.

quod sentimus,aut cogitamus, aut dicimus,& vtrunq; pro oratione est. Sed illa διανοηματικὰς,quæ in cogitatione est,hæc προφορικὰς λόγῳ dr̃,quæ in verbis est constituta.Virg.Et mihi iam multi crudele canebant Artificis scelus, & taciti ventura videbant. Et ipse alibi,Nunc si quis est qui hoc dicat,aut si cogitet. [Quã illa quæ parem) Erudire,non addidit in quem dicat quia scit nomina vxoris,& parentum τῶν πρὸς τι esse.[Vxor,si cesses) Quare non,si absis? an quia iustius cessanti,quam absenti succẽsemus? an quia irata vxor,si cesses?[Aut te amare cogitat)ἐπιξήμιας cum ἔξεργασία.Aut te amare cogitat,aut minus peccati est amori prio cedere, quàm alieno amori obsequi nulla re impellente, sine vxore potare,aut velle delicias. Ergo αὐξησις est, nisi forte τὸ διαιτιομᾶ hoc putamus dictum. [Aut te amare cogitat,Aut tete amari) Cum duo proposuerit alterum sumpsit.Nam cum dixisset,Quæ in te vxor dicit,&,quæ in animo cogitat,intulit,aut te amare cogitat. [Aut te amare cogitat,Aut tete amari) Quia te amari ἀμφιβόλως dixerat,cito intulit quod certum est,Aut tete amari. Et quia illud Te dixerat,hoc geminauit,& tete dixit,tanquam significantius.[Aut animo obsequi)παραφορά. [Ego,quia non redijt filius) Plus est quod dixit ego,quàm si diceret pater. [Quæ cogito ? Quibu' &c.) Hoc si pronunciandum est vt horrere videatur ipse cogitationem suam. [Ego,quia non redijt filius)ἀναπόλιθον.non enim ipse pater dixit.[Quibu' nunc sollicitor rebus ?) Hoc est quàm malis,non vt vxor,bonis. [Ne aut ille alserit) Vide quàm teneri sit amoris hic timor in iuuene presertim. [Aut vspiam)Vspiam,& in loco,& ad locum significat. [Ceciderit,ac perfregerit aliquid)Iungendum,vt non solum ceciderit,sed etiam pfregerit, hæc sunt quæ sibi nemo euenire velit. [Ne aut ille alserit, Aut vspiam ceciderit) Nimium tenere amat,qui hæc in iuuene pertimescit quę circa infansulos caueri solent. [Quenquam ne hominem) Sic dicimus de ea re quam miramur ferè ab omnibus fieri.[Quam ipse est sibi?)Tanquam duo sint, sed huc Poëtæ Comico licet. [Atqui ex me hic non natus est,) q.d. Ex me non est,& sic afficior, quid paterer si genuissem ? [Ex me natus non est,) q.d.non est meus. [Sed ex fratre)Hoc est omnino non alienus est. [Is adeo) Transitus ad argumentum subtilissimus.[Adeo) Aut abundat,aut Nimium significat. Vt in Eun. Adolescentem adeo nobilem. [Ego hanc clementem vitam vrbanam)Clementem vitam,figura ipsa. Vitam clementem dicimus,quæ clementes facit. Clemens autem est,qui colit mentem.[Atque ocium) Deest vrbanum. [Secutus sum) Bene,secutus,quasi magistram recte beateq. viuendi. [Et, quod fortunatum isti putant) Romani.s.qui cœlibem quasi cœlirem dicunt. & item Græci,apud quos sunt huiusmodi sententiæ. [Fortunatum isti putant) Me vtique vxorem non ducere. Dicit autem Romanis id videri,quos spectatores habet.Menander, * [Quod fortunatum isti putant) Quidam putãt sic pronunciandum, & quid fortunatam isti putant vxorem, & hæc bona,& concinna locutio est: Et putant bene dicit is cui displicer aliena sententia. [Isti putant) .i. hi qui à me dissentiunt. [Vxorem nunquam habui)Si non habeo,dixisset,poterat videri ha. [Ruri agere vitam) Contra hæc omnia suffecerat, breuitas,sed subiunxit fratris descriptionem, vt verbis ipsis malã vitæ conditionem ostendat. [Semper parce,ac duriter) Semper licet incertam distinctionem habeat, tamen recte additum est, qa vel ruri agere,voluptatis est,vel parce ac duriter se habere, virtutis.Sed semper ad vitium,parce aũt,ad seruandum,duriter vero,ad laborem referendum est. [Ruri agere vitam,semper parce,ac duriter Se habere)Variauit,vt in Andria.[Vxorem duxit) Recte duxit,non ducere. semel .n. hoc fecit Demea. Vxorem duxit Varie per modos discurrit.[Vxorem duxit) Adiuuandum pronunciatione est,ne singula vtrinque assecuti videantur. Nã sic in fine fabulæ ait Demea, Vxorem duxi, quam ibi miseriam vidi.nati filij,alia cura.[Inde ego hunc,&c.) Mire Inde subiungit,cum personam prætulerit.Sic alibi,E prædonibus vnde emerat,se audiuisse abreptam è Sunio. [Inde ego, &c.) Inde pro ex quibus,& Mihi abundat. Et bene hunc dixit,quia de ipso loquebatur. [Eduxi à paruulo) Quod nos educare dicimus, educere veteres dicebant,vt educet filuis regẽ regumq. parentem. [Habui,amaui,pro meo) Quæritur quid sit Habui. & cum multa dicantur,hoc solum verum est,habui,credidi,duxi,existimaui. vt alibi,semper eius dicta est hæc,atque habita soror. &,Sic itaque habeantur, itaque dicantur. Ergo Pro meo subaudiendum est bis,& habui pro meo,& amaui pro meo. [In eo me oblecto,solum.i.carum mihi) Absolute vtrunque,& in eo,& solum. [In eo)Quasi in ea. [Solum id mihi carum) Plus significat,quàm si diceret,solus is est carus mihi. [In eo me oblecto) Noue dixit, pro,eo me oblecto. [Facio sedulo) Secus à dolo.i.sine dolo,& impense.[Ille vt item contra faciat)Item,similiter. [Contra vicissim. Plaut. Vt illa illum contra,qui est amoris cultor optimus.[Do,prætermitto)Do sumptum,ptermitto delicta. [Non necesse habeo omnia pro meo iure agere)Etsi licet,non necesse est patrem sæuire quia pater est. Interitus,& æquitatem hoc inter est,ius est quod omnia recta,& inflexibilia exigit. Aequitas est,quæ de iure multum remittit. Ergo hic sensus,Non necesse est etiamsi liceat,sæuum esse patrem. Et mire ostendit ius suum, nisi necessitate,non esse seruandum.[Postremo alij clanculum) Non,alij patres, sed, alij adolescentes, clanculum patres suos. [Quę fert adolescentia)Veniam addidit statim, peccata ab adolescentibus ad ætatem remouendo.Et vide,quàm breuiter,q̃ pudice,quàm innocenter locutus est. [Ea ne me celet, consuefecisti) Tribus .n. viuitur modis,natura, consuetudine,& ratione. [Nam qui mentiri, aut fallere insuerit) Separatim subaudiendũ est,insuerit,πρὸς τὸ mentiri. [Ceteros) Quia iam deceperat patrem.[Pudore ac liberalitate) Pudore,ad filios retulit,liberalitate,ad parentes.Argumentum à coniugatis: Liberalitate,inquit, regendi sunt, propter quod liberi dicuntur. Liberalitatem autem,bonitatem dicit.[Retinere satius esse credo) Bene,retinere à vitijs.s.nam vitia filios tenet,quos retinent patres à vitijs, scilicet.Nam retinet qui aduersum aliquem tenet. [Hæc fratri me cum non conueniunt) Noua locutio. & non conueniunt pro non congruunt, ac per hoc, in his ego, & frater dissentimus, & dissimiles sumus.[Venit ad me sæpe clamitans)Et importunitatem odiosam ostendit,ad me dicendo, & inconditam assiduitatem,addendo sæpe. Et congrue,postquam sæpe dixit, adiecit aptius verbum,non dicens clamans, sed clamitans. [Quid agis Mitio ?) Reminiscere lectionem, & inuenies interrogationem huiusmodi, vel inuectionis principio conuenire vel obiurgationis.[Cur perdis adolescentem nobis?)Recte Nobis additum est,& κοινῶς: vt alibi,Psaltriam nobis,si dijs placet,parauit. [Cur amat? Cur potat?) Vide quemadmodum,vt durum obiurgatorem ostendat Demeam, cum ab eo dicantur in crimen vocari,quę aut ætatis sunt: vt,Cur amat? aut naturæ: vt,Cur potat? aut pietatis. vt, Cur tu his rebus sumptum suggeris, &c. [Cur amat ? Cur potat?) Cur amat,ad illud refertur quod ait supra. Do, prætermitto. vnde prætermitto delicta, intelligimus ex amore Cur potat? ad illud quod ait, Do sumptum. [Nimium ineptus es) Vtrunque dure,& nimium, & ineptus es. [Præter equomque,& bonum) Potuit Et non addi præter æquum bonum.[Et erat longe)Melius est longe simpliciter accipiendum, vt locale sit,quàm valde.[Mea quidem sententia)Modeste addidit,mea quidem sententia, ne quis hic pro præcepto dici existimet. [Qui imperium credat)Vtrum cuiuslibet,an Demeæ tantum. [Grauius esse,atque stabilius) Grauius,ad vim: stabilius, ad tempus refertur.[Vi quod fit).i.metu ac malo.[Quàm illud quod amicitia adiungitur) Illud fit,quod vi,hoc adiungitur,qđ amicitia. [Mea sic est ratio,& sic animum induco meum) Mea sic ratio est, ad superiora pertinet confirmanda. Sic animum meum induco,ad ea pertinet quæ dicturus est. [Mea sic est ratio) Iterum modeste,διαιτικῶς. [Et sic animum induco meum) Senilis καταλογία. [Malo coactus) Duo dicit, malo,& coactus. [Qui officium suum) ὁ τὸ καθῆκον ποιῶν .i. qui recte facit. Officiũ autem dicitur quasi efficium, ab efficiendo quod vnicuique personæ congruit. [Dum id rescitum iri) Quod facit.s.[Tantisper Tantisper quasi tantum,per & paulisper,quasi paulumper,vt parumper dictum est. [Tantisper cauet) Peccare, subaudiendum est. nam totum ἐλλειπτικῶς,& obscure dictum est. Et bene cauet, quasi malo.[Si sperat fore clam)Iterum,quod facit,subaudiendum.[Rursus ad ingenium redit)Mire,non intulit,caue,sed,ad ingenium reddit. & Rursum est retrorsum, vt prorsum prius versum. [Ille quem beneficio adiungas) Non dicit, beneficio adiunctus,vt supra,malo coactus. [Ille quem beneficio adiungas)Ille malo,hic beneficio. Ille coactus,hic adiunctus. Ille, dum id rescitum iri credit, tantisper cauet,hic præsens absensq. idem erit. Et præsens, & absens, non ad aliquem locum, sed ad custodem retulit, & monitorem. Ille quem beneficio adiungas. Contra illud ait, Malo coactus. [Ex animo facit) Officium,scilicet. [Studet par referre) .i. benefacere. [Præsens absensq. idem erit) Contra illud,Si sperat fore clam,rursus ad ingenium redit. [Hoc patrium est) Superius à re tractum est,hoc iam à persona ducitur argumentum. [Consuefacere) Non,cogere,sed,consuefacere. [Quàm alieno metu) Vide quemadmodum suum ad indulgentiam affectum reuocet optimæ disciplinæ. [Hoc pater ac dominus) A differentia personarum,& officiorum.

ciorum.[Interest)Differentia est.[Hoc qui nequit) Longe melius.nequit,quàm si diceret,non vult. [Fateatur nescire)Hoc indicat,& se melius consulere,& volentem hoc exercere. [Nescire imperate liberis)Oratorie,quasi artis sit indulgentissime agere.Imperare,modo,non ad superbiam,sed ad tegendum est referendum. [Fateatur nescire) Deest se. [Sed est ne ipsus de quo) κατ' ὀνομάζειν superuenit de quo sermo est,vt factis dicta ostendantur. [Et certe is est) Bene nunc confirmat ipsum esse eum, cum propior est,vtpote senili,nec in longum prospiciente conspectu.[Nescio quid tristem video)Orationis apparatus ex vultu ostenditur: vt, stetit acri fixa dolore, Tum quassans caput hanc effundit pectore vocem. [Nescio quid) Deest,propter,vt sit,nescio propter quid.[Vt solet) Causa cur illum æquo animo frater ferat,Vt soler,inquit. [Saluum te aduenire Demea gaudemus)vt asperior ostendatur Demea, etiam salutatum ab eo que obiurgatus est.

GVID. STORAX &c.) Hic mitio se plurimum esse solicitum ostendit de filio Aeschinio adoptiuo quem non redijsse cena resciuit. M. ò Storax serue sic dicte ob odore.Nam Storax genus est aromatis,vt Plin.ait.hunc aũt Storacem non videbat coram,sed vocabat,vt sciret vbi nã esset dominus eius Aeschinus, cui seruiebat volente Mitione, quo seruo non respondente subdidit pronunciatiue potius, quàm interrogatiue, vt vult Don. quasi secũ conquerens loquitur, Aeschinum non redijt hac nocte à cena. neque quisquam .i. aliquis seruulum, qui ierant .i. iuerant,aduersum.i.obuiam illi,redijt inquam. Profecto, certe,vere homines sup.dicunt hoc vulgo sup.tanq̃ hoc dictum sẽpe in ore populo sit. Si absis, secunda persona pro tertia .i. si sit aliquis absens,vspiam.i.vsquam,hoc est in aliquo loco. Nam nusquam,& nuspiam,& vsquam,& vspiam,quę idem significat dicuntur,& in loco,& ad locum,aut si cesses.i.si iis ociosus,ibi.i. vbi tu sis absens, satius est.i.melius est ea mala euenire.i.contingere tibi,quæ mala vxor dicit in te.i.contra te,& quę mala ipsa irata,cogitat in animo,quàm illa mala euenire tibi,quæ parentes propitij.i.benigni in animo inquam suo cogitant. Si cesses .i. si cessator, & ociosus alicubi, vxor aut cogitat te amare .i. amore alicuius puellæ esse captum, aut cogitat tete .i. teipsum amari.i.per amorem ab aliqua detineri,aut cogitat te portare.i. potui indulgere, atque cogitat te obsequi.i.morem gerere, aio tuo.i.explere tuum animum oblectatione aliqua, quam cupieris, & cogitat bene esse tibi soli cum male sit tibi.i.cogitat qđ solus tuas capis delicias,quo tpe male se habet vxor. In omnibus aũt his prædictis Mitio vr aliquem alloqui,cum tamen solus loquatur, & secunda persona vtitur pro tertia. Ego Mitio quæ cogito? q.d. mala tantum.i.quas habeo cogitationes malas.s.& hoc lege interrogatiue, & ea omnia cogito eam ob rẽ, quia filius non redijt, & nunc quibus rebus malis.s.solicitor.i. vxor,anxius sum,& solicitus,interrogatiue, & pronunciãdo,& exclamatiue. Deinde subiungit quibus rebus solicitetur .s. his malis,rebus videlicet,ne.i.vt pro q̃, aut ille Aeschinus asserit.i. frixerit,seu frigus nimium sit passus,propter quod male habuerit, neque redire potuerit. Nam morbo frigus potissimũ est genitiuum. Solicitor inquam ne.i.q̃,aut ceciderint vspiam.i.in aliquod præcipitium. Nam etiam vspiam ad locum dr, aut q̃ fregerit aliquod.i.habeat aliquod membrum fractum. Nam,vt L.Val.habet fregi brachium significat habeo brachium fractũ,si militer fregi nauem.i.nauis mea fracta est. Vah,interiectio irridentis se,ne.i.vtrum,verum est sup.quẽquam.i.aliquem hoiem instituere in animo.i.proponere sibi, aut collocare mente, aut parare.i.comparare,conciliare,contrahere,acquirere,seu in animo disponere aliquod quod sit carius.i.dilectius, quàm ipse homo qui instituit est carus sibi ipsi? atqui hic Aeschinus non est natus ex me.i.non est filius meus naturalis,sed ex fratre.Is.s.frater Demea est studio.i.voluntate,& animi applicatione,adeo.i. valde,seu nimium dissimili.i.diuersa, iam inde.i.eam ex eo tempore,quod sequitur.s.ab adolescentia.i.à iuuentute,ego secutus sum.i.amaui tanquam magistram bene beateq. viuendi, vt discipuli sequuntur præceptorum documenta,quibus adhæreant, propterea sectatores dicuntur. Ego ergo secutus sum hanc vitam vrbanã.i.hunc modum viuendi in vrbe, clementem.i. quæ reddit homines clementes,vt Pallida mors. Dicitur .n. clemens qui colit mentem,qđ maxime sit in vrbibus,atque secutus sum ocium vrbanum.i.securitatem, seu tranquillitatem vrbis,& nũ quam habui vxorem, sed vixi vita cœlibe, q̃.s.non ducere vxorem,itti.i.hi qui à me dissentiunt,putat esse fortunatum.i.plurimum felicitatis habens, & propterea vocant hanc vitam cœlibem quasi cœlitem. ille fratre contra .i. ediuerso, nisi vis iunge re contra hæc omnia prædicta, sed melius est,vt sic dicatur. Illi contra elegit supp. hæc omnia siue secutus est hæc omnia, quæ sequuntur, videlicet agere vitam.i.viuere ruri in datiuo aduerbialiter.i.in agris, & habere se.i.se gerere semper parce.i.tenaciter,quantum ad seruandum, ac duriter.i.aspere,acerbe quantũ ad laborem.Ipse frater duxit vxorem, duo filij nati sunt ex eo, & vxore,quam duxit. inde.i.ex quibus filij (vt vult Don.) ego optaui mihi.i.assumpsi mihi in filiũ hũc maiorem.s.Aeschinũ. qui est maior natu,eduxi.i.educaui,nutriui eum à paruulo.i.ex eo tempore,quo adhuc paruulus erat, q.d.ab ineunte ætate, & exponitur paruulo loco aduerbij.[Vbi nos educare dicimus sterteres educere dicebãt,habui.i.credidi, duxi existimaui,reputaui eũ pro meo.i.ac si esset ex me natus,amaui.i.carũ habui p meo oblecto me.i.capio meam delectationem in eo.Dicimus tamẽ oblecto me hac re potius, quàm in hac re,id solũ.i.ea res sola, est carum mihi,plus significat, quàm si diceret solus is est carus mihi.Sæpe autem vtimur oratione neutra pro oratione masculina aut fœmina, facio.i.laboro, sedulo.i. secus à dolo,sine dolo, instanter,impense,vehementer,vt item.i.similiter, contra.i. vicissim ille Aeschinus habeat .i. reputet pro suo patre,do.i.tribuo, sumptus. prætermitto, alij permitto.i.relinquo prætereire,vt dicunt,multa delicta, nõ habeo necesse.i.non exigit necessitas agere omnia pro iure meo.s.secundum auctoritatem meã in eum,& concessam ab omnibus libertatem. inter ius,& æquitatem hoc interest. Nam ius est q̃ omnia recta, & inflexibilia exigit,æquitas est quæ de iure multum remittit, & ita hic est sensus. Non licet etiam si non necesse est sæuum esse patrem, & mire ostendit ius suum,nisi necessitate non esse seruandum. Postremo.i.tandem denique consuefeci filium.s.Aeschinum, ne.i. vt non,cælet me ea facta,quæ adolescentia.i.iuuenalis ætas fert .i.affert ipsis adolescentibus, quæ facta adolescentiæ,alij adolescentis faciunt clanculum patres.i.alam patres, hoc est patribus nescientibus. Nam clàm iungitur,& accusatiuo,& ablatiuo,vt Donat.ac Prisc.testantur. Inde deriuatum clanculum sapit naturam primitiui, quemadmodum proxime superlatiuum à prope inuenitur seruire accusatiuo, vt proxime vrbem sicut prope particula, à qua descendit ceteros à patre quem debet timere. Credo satius esse .i. melius esse, retinere.i.reprimere liberos à vitijs.s.pudore.i.verecundia,& hoc referendo ad liberos,& liberalitate .i. bonitate, & benignitate, hoc referendo ad patres, quàm metu .i. timore. Hæc .i. hi modi retinendi liberos non conueniunt.i.non congruunt fratri mecum neque placent ipsi, hoc est in hoc dissentimus,ac dissimiles sumus. Nam huc mihi conuenit tecum,significant de hoc non est inter nos controuersia,frater venit ad me sæpe clamitans.i.importune clamans, ò Mitio frater quid agis? quid faces? aut quid dicis? vtrunque enim significat ago, cur, perdis .i. tua indulgentia in perditionem deducis nobis .i. in dedecus vtriusque nostrum adolescentem Aeschinum, cur amat.i.amore captus est? cur potat.i.potu se ingurgitat? cur suggeris .i. subministras, suppeditas sumptum .i. impensam omnibus rebus faciendis .s. indulgendis .i. operam das, inseruis, incumbis nimio vestitu pro vestitui. Nam datiuum quartæ multi prisci in u, exire ostenderunt. Virg. Parce metu Cytherea pro metui, nam cum datiuus sæpe solea: fieri à genitiuo s, remota, ex genitiuo quartæ ablatas, datiuus remanet in u,terminatus, ergo nimiũ indulges vestitui filij.s.tu nimis das operam, vt ipse filius nitide vestiatur, es nimia.i.supra quàm decet, ineptus.i.non bene congruus vtilitati filij. Nunc mitio de fratre suo suam adhibet sententiam inquiens. Ipse pater Demea est nimium durum.i.asper,austerus, præter æquum, & bonum .i. vltra quàm æquitas, quæ de iuris rigore multa remitti videtur postulare, & similiter vltra quàm bonitas, seu benigna Iustitia requirit, & quidem.i.& certe, ille longe.i.abunde, & valde erat, q.d.longe lateq. errore ducitur, mea sententia .i. meo iudicio qui credat imperium esse grauius .i. maioris auctoritatis, quantum ad vim, & stabilius.i.firmius quantum ad tempus, quod imperium fit.i.efficitur, seu exercetur,vi.i.violencia,metu malo, quàm illud imperium quod adiungitur .i. acquiritur, conciliatur amicitia .i. beneuolentia. Mea ratio.i.meus modus,mea intellectio sic est.i.est talis,& induco animum meum sic.i. sic mihi persuadeo, q̃ supp. homo coactus .i. compulsus malo .i. metu, aut violentia, qui facit suum officium.i.qui facit,id quod debet, cauet.i.vitat peccare, sup.tantisper.i.tandiu,dum.i.quandiu credit id, quod facit rescitum iri .i. quòd scitur. Si autem ipse coactos malo sperat .i. credit id,quod facere vult fore.i.futurum esse,clàm.i.secretum, sicut.n.dicimus palam est.i.manifestum est,sic dicimus clàm est .i.se

.i.secretum est, & abditum. Rursum.i.iterum quasi retro versum,sicut prorsus prius versum,redit.i.ingreditur,ad ingenium .i.ad naturam suam deprauatam,seu ad perditos mores suos. Il le homo vel iuuenis,quē adiungas.i.allicias tibi,deuincas,obliges tibi,& retineas beneficio.i.aliquo merito, facit officium in quam ex animo.i.ex voluntate,studet.i.dat operam,conatur,laborat referre par .i. respondere beneficijs acceptis, ipse iuuenis præsens,& absens.i.in præsentia,& absentia sui custodis,seu monitoris,erit idem.i.nō mutabitur, semper bene perget beneficio & honestate allectus, hoc quod sequitur est patrium.i.officium patris,& ad matrem spectans, alij patrum habent,sed in idē redit. Hoc ergo est patrium.i.spectat ad patrem,videlicet consuefacere filium.i.eum reddere consuetum, recte.i.bene facere,sua sponte.i.per seipsum potius, q̄ metu alieno .i. q̄ metu alterius, puta monitoris, aut custodis, aut patris. Pater atque dominus interest.i.differt hoc.i.hac re videlicet,vel cogendo metu subditos, & sic est dominus,qui cogit seruos,vel beneficijs adiungendo,& sic est pater,quia fungitur officio paterno. Vel sic intellige impersonaliter inter.i.differentia est, an aliquis sit sup.pater an dominus, hoc.i.hac re,vt expositum est. Is qui nequit hoc facere.s.videlicet adiungere beneficijs suis, & allicere ad bene viuendum fateatur se nescire .i. q̄ nescit imperare liberis.i.liberos regere,& illis moderari. His sic dictis à se solo Mitione superuenit,de quo sermo erat,vt factis dicta ostendantur. Sed ne .i. vtrum est hic ipsus, pro ipse antique .s. Demea de quo aiebam .i.loquebar,& certe est is,de quo loquebar, h.d.cum propius vidit eum,video eum tristem nescio quid .i. propter nescio quid, credo q̄ sup.iam.i.statim,iurgabit.i.rixabitur, increpabit me vt solet.i.vt mos eius est. O Demea frater gaudemus te aduenire saluum.i.tua salute lætamur,& tuo aduentu.

LATO. ARGVMENTVM) Solicitus de filio senex partem argumēti narrat. [Storax non redijt) Percōtatio. [Profecto hocvere) Hæc secū senex. [Vxor si cess.) Comparatio dissimilium ad amplificationem. [Vah) Exclamatio blande corripientis, & cum quadam admiratione. [Ego hanc cl.) Delabitur ad comparationem sui, & fratris, qua mores vtriusque, & vitam ostendit. [Clanculum patres) Noue dictum pro clam patribus. [Pudore,& liberali) Sententia,quæ complectitur scopum fabulæ. [Sugeris) .i. suppeditas. [Mea est sic ratio) .i.sententia. [Malo coactus) Oderunt peccare mali formidine pœnæ. [Hoc patrium est) Boni patris officium. [Sed ne hic) παρασκευή.

PETR. MARS. STORAX non redijt &c.) Propitij patris.valdeq. amantis filium affectus,hac scena exprimitur,quæ viri clementis decorem seruans, imperium docet esse stabilius. quod amore gubernatur quàm quod timore. Nihil enim violentum pōt esse diurnum. Sen.scribens de clemētia ad Ner.sic ait. Principibus certior est ex mansuetudine securitas, quia frequens vindicta paucorum odium reprimit, omnium irritat. Et ad Paulinum de breuitate vitæ,sic scribit, Quanto melius beneficijs imperiū custoditur q̄ armis. Et Cyrus moriturus,vt est apud Xenophontem,Cambisæ filio sic dixit: Non est aureum hoc sceptrum qđ regnum seruat, sed amici multi, sceptrum sunt regibus verissimum maximeq. secutum,& non parantur fidi amici ui,sed potius beneficentia. Et alibi dixerat Cyrus: Necesse est, vt qui à multis timetur, is multos faciat sibi inimicos, qui vero simul omnibus infestus est, in omnibus concordiam injcit. Cic.in j. Phil.sic ait,Clarum esse ciuem de rep.mereri,laudari,coli diligi glorioſum est,metui vero,& in odio esse,inuidioſum,detestabile, imbecillum caducum, quod videmus etiam in talibus ipsis illis qui oderint dum metuant, dixerint pernicioſum fuisse.

GLAR. IERANT, producte I,pronunciandum,quod nos addita u, Iuerant dicimus, inquit Don. Ex quo plane pater quàm tenuis fuerit ea litera spiritus apud veteres,pro qua germanorum Celtarumq. lingua digamma Aeolicum habet, Vinum u,m.In 4. versu Vbi initio ponendum pro iambo, deinde duo spondei cum iambo. Quinto aūt loco vel proceleusmaticus est, vel Ea monosyll. vel deniq; s, eliditur in Satius. In 8. Tete geminandū,vt docuic Don.& carminis ratio postulat. In 7. vero simplex te ante Amare,non omittendum est. In 9. pro Tibi Iambo quidam lib.habent Et tibi, dactylum. In 10. proceleusmaticus est loco primo, nisi quis filius dissyl.velit. In 11. eliditur in Quibus. nisi bacchius sit primo in loco. In 13. post Hominem,Secum legendum. quod in plerisq; lib.omissum est, & Aut ad finem eius versus ponendū,vt 14.incipiant à verbo Parare. Et in 15.aut,s,elidendum in Natus,aut prima eius versus syllaba At, priore versu elidenda. in 22.Duo legendum absque verbo Sunt quod Ald.habebat liber. Notauit,& hoc Ioan.qui in 25. Item legendum purat,ex Donat.non Idem quod Ald.habebat liber. In 26. Prætermitto non Permitto, vt idem Aldi male habebat liber. In 27. creticus est initio,vel Meo monosyll. In 28. Patres legendum,non Patre,quod Aldi habebat lib.Admonuit,& hoc Ioan. In 30.Insuerit,non insueuerit,quod per errorem plerique habent libris,& in his etiam Aldi. In 35.anapæstus est loco primo Venit ad. & Clamitās legit Don. adeoq. d,in Quid, & s, in Agis elidenda,vt quid Agis Mi, sit anapæstus,aut potius amphibrachys constituatur loco tertio. In vndequadragesimo vel s,eliditur in Durus, vel amphibrachys est loco secundo, & q̄ coniunctio post Aequum comiti non debet,quam omisit Aldi liber. In 40.vel Et à superiore versu eliditur,vel Mea monosyl.est, vel denique creticus tertio est loco. In 47. primo loco manifeste est creticus, quod malim, quàm dicere Ille abijcere l.Secundo loco proceleusmaticus. In 48 secundo loco manifeste creticus est, nisi quis dicat abijci in, studet, q̄ mihi minime probatur. In 50.Sua monosyl.nisi bacchium loco primo admittamus. In 52.Se suppler Don.& carmen respuit. Ad finem scenæ Gaudemus pertinet ad sequentis scenæ primum versum.

ACTVS I. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Demea Aeschinum absentem petulantiæ grauiter accusat, excusat eundem Mitio plus nimio indulgens pater. Hic attende lenem Mitionem asperum Demeam induci à Terentio.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena, diuersi homines,diuersa partes,diuersaq; studia proponuntur: hic lenis,ille asper, facetus hic,ille impolitus, hic ad condonandum facilis,ille pertinax, atque difficilis in delicto corrigendo, remittendoq;. Nam Demea Aeschinum filium petulantiæ grauiter accusat. Mitio contra eius adolescentiam indulgenter excusat,a quo tandem Demea vicunque placatur.

Senarij.

DEMEA, MITIO.

EM, oportune: te ipsum quærito.
Quid tristis es? D. rogas me,vbi nobis Aeschinus
Siet; quid tristis ego sim? M. dixin hoc fore?
Quid is fecit? D. quid ille fecerit? quam neque pudet
Quidquam:neque metuit quenq̄: neque legem putat
Tenere se vllam. nam illa, quæ antehac facta sunt,
Omitto: modo quid designauit? M. quidnam id est?
D. Fores effregit, atque in ædes irruit
Alienas: ipsum dominum, atque omnem familiam
Multauit vsque ad mortem: eripuit mulierem,
Quam amabat: clamant omnes indignissume
Factum esse. hoc aduenienti quot mihi Mitio
Dixere? in ore est omni populo. denique,
Si conferendum exemplum est, non fratrem videt
Rei dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Nullum huius simile factum? hæc cum illi Mitio
Dico, tibi dico. tu illum corrumpi sinis.
M. Homine imperito nunquam quidquam iniustius,
Qui, nisi quod ipse facit, nihil rectum putat.
D. Quorsum istuc? M. qa tu Demea hęc male iudicas.
Non est flagitium, mihi crede, adolescentulum
Scortari, neque potare, non est, neque fores
Effringere. hæc si neque ego, neque tu fecimus,
Non siuit egestas facere nos. tu nunc tibi

Id laudi, ducis, quod tum feciſti inopia;
Iniurium eſt: nam ſi eſſet vnde id fieret.
Faceremus: & tu illum tuum, ſi eſſes homo,
Sineres nunc facere, dum per ætatem licet
Potius quàm, vbi te expectatum eieciſſet foras,
Alieniori ætate poſt facere tamen.
D. Pro Iupiter, rediges, tu homo me ad inſaniam.
Non eſt flagitium facere hæc adoleſcentulum? M. ah,
Auſculta, ne me obtundas de hac re ſæpius.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi:
Is meus eſt factus: ſi quid Demea,
Mihi peccat: ego illi maxumam partem feram.
Obſonat, potat, olet vnguenta de meo.
Amat? dabitur à me argentum vbi erit commodum?
Vbi non erit, fortaſſe excludetur foras.
Fores effregit? reſtituentur. diſcidit
Veſtem? reſarcietur. eſt, dijs gratia,
Et vnde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt.
Poſtremo aut deſine, aut cedo quemuis arbitrum.
Te plura in hac re peccare oſtendam. D. hei mihi.
Pater eſſe diſce ab alijs, qui vere ſciunt.
M. Natura tu illi pater es, conſilijs ego.
● ꝑſilijs D. Tun' * conſulis quidquam? M. ah, ſi pergis, abiero.
D. Siccine agis? M. an ego toties de eadem re audiam?
D. Curæ eſt mihi. M. & mihi curę eſt: verum Demea
Curemus æquam interque partem, tu alterum,
Ego item alterum: nam ambos curare, propemodum
Repoſcere illum eſt, quem dediſti? D. ah Mitio.
M. Mihi ſic videtur. D. quid iſtuc? tibi ſi iſtuc placet,
Profundat, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam ſi verbum vnum poſthac. M. rurſum Demea
Iraſcere? D. an non credis? repeton' quem dedi?
Aegre eſt. alienus non ſum. ſi obſto: hem deſino.
Vnum vis curem: curo: & eſt dijs gratia,
Cum ita, vt volo, eſt: iſte tuus ipſe ſentiet
Poſterius: in illum grauius dicere.
M. Nec nihil, neque omnia hæc ſunt, quæ dicit tamen
Non nihil moleſta hæc ſunt mihi: ſed oſtendere,
Me ægre pati, illi nolui: nam ita eſt homo?
Cum placo, aduorſor ſedulo, & deterreo,
Tamen humane vix patitur: verum ſi augeam,
Aut etiam adiutor ſim eius iracundiæ.
Inſaniam profecto cum illo. etſi Aeſchinus
Non nullam in hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedit
Aliquid poſtremo nuper (credo iam omnium
Tædebat) dixit velle vxorem ducere.
● deſæ- Sperabam iam * deferuiſſe adoleſcentiam:
uiſſe Gaudebam. ecce aũt deintegro. * niſi, quidquid eſt,
● ſed Volo ſcire, atq; hominem conuenire, ſi apud forũ eſt.

DON. HEM, opportune: teipſum quærito) In hoc actu diuerſi homines, diuerſi patris, & diuerſa ſtudia proponuntur, hic lenis, hic amarus, hic facetus, hic impolitus, hic facilis, hic pertinax, & difficilis in delictis. [Hem, opportune: teipſum quærito) Melius quam Menander, cum hic illum ad iurgium promptiorem, quàm ad reſultandum faciat. [Quid triſtis es?) Bene interrogat. potuit enim non iratus frater quærere. [Vbi nobis Aeſchinus Siet) Quaſi quædam cauſa ſit triſtitiæ. [Dixin' hoc fore?) Credo iam vt ſoleat, obiurgabit. [Quid ille fecerit?) Animaduertendum vt interrogatus interroget more indignantiũ. quod ideo facit, quia videt Mitionem eo vultu interrogante, vt videatur minus reprehendere culpam Aeſchini. [Quem neque pudet Quidquam nec metuit quenquam) Varie percalus diſcurrit, Quem neque pudet quidquam contra illud quod alibi pater dicit, Erubuit, ſalua res eſt. [Quem neque pudet Quidquam) Magno ordine accuſauit. non, inquit, pudore mouetur patrum. non metu parentum, non timore legum. Ergo gradatim αὔξησις oratoria proceſſit. [Tenere ſe vllam) Bene tenere, quia legem. & eſt ἀμφιβολία oratoria. [Nam illa, quæ antehac facta ſunt, omitto) Accuſatio quo tempora recipit præteritum, ab ante geſtis, & præſens, ab ijs quæ obijciuntur. Ergo vtrunque mira breuitate perſtringit. [Modo quid deſignauit?) Deſignare, eſt rem nouam facere, in vtranque partem, & bonam, & malam. Nam, & deſignatores dicti, qui ludis funebribus præſunt, credo ob eã cauſam, quòd ipſis ludis multa fiant noua, & ſpectanda, ſimul etiam turba retineatur. quæ fiunt, aut in ſpectaculis, aut in litibus. [Modo quid deſignauit) Puto ego deſignationem, contractionem, aut conductionem populi in vnum intelligi. hoc.n. contingit ei, quid aliquo flagitio plurium in ſe oculos, & ora conuertit, & ſpectaculo eſt vulgo, quemadmodum deſignatores, qui ludis funebribus multitudinem retinet. [Deſignauit) Hoc verbum apud veteres duas res ſignificabat. etenim praue, & recte facta, deſignata dicebantur. [Quidnam, id eſt) Et hoc ẽt contemnens interrogat Mitio. [Fores effregit) Hæc ſingula magna cum vociferatione inferenda ſunt ſtomachatur enim aduerſus male interrogantem. [Fores effregit, atque in ædeis irruit) Totum quidem vnum crimen eſt, Rapuit meretricem. Sed vide qua pompa, qua vociferatione dilatatur accuſatio Demeæ de moribus Aeſchini, nihil niſi inania referentis. [Fores effregit, atque in ædes irruit Alienas) Hæc ſingula conſideranda ſunt, Et bene dicit alienas, quia ſi lenonis diceret, parua res videretur. [Ipſum dominum) Iterum ſuppreſſa eſt infamis perſona. [Atque omne familiam multauit) Aut familiam pro ſeruis lenonis dicit, aut pro meretricibus, Multauit, lacerauit, mutilauit, molliuit, aquæ diſſoluit. Vnde Mulciber à multande, quaſi mul tiber. [Vſque ad mortem) Magna inuidia cædis, & mortis mentione, quæ tamen nulli accidit. [Eripuit mulierem quam amabat) Omnia magno colore, & accuſatorio dicta ſunt, & hoc maxime, quòd lenonem, & meretricem non dixit, contentus facti atrocitate, perſonarumque vtilitatem reticens. [Mulierem eripuit) Non, abduxit: ſed eripuit. [Clamant) A præiudicatio, & auctoritate rumoris. [Hoc aduenięte mihi quot Mitio dixere,) q. d. diſplicet omnibus, & multi eum accuſant, nec tñ lenonis querelæ mentio fit. vide oratorem Hoc autem, vel articulus, vel aduerb. loci eſt. [In ore eſt omni populo) Sal. In ore gentibus agens, populo, ciuitati. [Si conferendum exemplum eſt) Tanquam non ſit conferendum. [Non fratrem videt rei operam dare?) Satis comice hoc infertur legentibus argumentum, nam magis in culpa ille ipſe eſt, quem laudat. [Rei dare operam) Non amori. [Ruri eſſe) Non in vrbe. [Parcum) Non prodigum. [Sobrium) Non inſanum. [Parcum ac ſobrium) Contra illud, Cur amat? cur potat? [Rei dare operam) Quam facete poęta hæc omnia falſa, & econtraria facit Demeam credere. [Nullum huius ſimile factũ?) Hoc cũ admiratione. Mitio tangitur, quaſi ipſius culpa ſit fratris natura. [Nullum huius ſimile factum?) Hoc cũ admiratione indignantis pronunciandum eſt, & ardentibus in Mitionem oculis. Et ſubaudiendum eſt, eſſe, aut inuenire. [Hæc cum illi Mitio dico, tibi dico) Illi, pro illum, & tibi pro in te. [Tu illum corrumpi ſinis) Deeſt, nam. ſed feruentius ἀνανλίτως dicitur. & hoc Tibi, & Tu, pronunciandum eſt intento digito, & infeſtis in Mitionem, oculis. nam hoc agi ſtomacho aduerſum diſſimulatores ſolet. [Tu illum corrũpi ſinis) Mitius modo dixi, ſinis corrumpi, mox vehementius dicet, An laudi putat fore, ſi perdiderit gnatum? [Homine imperito nunquam quidq̃ iniuſtius eſt) Miro ſtomacho apud ipſum de ipſo tanquam apud alterum loquitur. [Nihil rectum putat) Proprie putat. nam hoc verbum imperitorum eſt. Ordo eſt. Qui nihil rectum putat, niſi quod ipſe facit. [Quorſum iſtuc?) Deeſt pertinet aut dicis. [Niſi quod ipſe fecit) αὐτάρκεια. hoc enim proprium ruſticorum eſt atque imperitorum. [Quia tu Demea) i. homo imperitus. [Hæc male iudicas) Pari virtute hæc leniret dicta ſunt, qua ſuperiora vehementer. [Non eſt flagitium) Non peccatum negat eſſe, ſed flagitium non eſſe contendit. & ideo ſubindignãter pronunciandum eſt, vt dicat, Scortari quidem adoleſcentulum, delictum eſt, ſed non eſt flagitium. & veniæ locus non tã in facto, quam in perſona eſt conſtitutus. [Non eſt flagitium, mihi crede, adoleſcentulum ſcortari) Mire reſpondit, & oratorie, ad hæc quæ inuidioſe dicta ſunt. Nam quod ait ille.

le. Eripuit mulierem quam amabat, hic scortum dicit. quod irruit in ædes alienas quasi ex vino furens, potare. quod cum alijs graue propositum est, hoc solum dicendo, leue reddit. i. fores effringere. [Mihi crede) Quasi imperito dicit, Mihi crede. non Me intellige. Quod imitatus Cic. sic Cælium exagitat, Magna sunt, mihi crede, noli hæc contemnere. Hic enim, & auctoritas dicentis, & contemptus oſtẽditur audientis. [Hæc si neque ego, neque tu fecimus) Quia dixit, Qui nisi quod ipse facit nihil rectum putat. [Non sinit egestas) Non voluntas prohibuit, sed necessitas. & ideo nulla laus. [Quod tu fecisti inopia) Nota fecisti, in eo quod significat non fecisti. [Iniurium est) Quia Nihil quidquam iniustius homine imperito. [Vnde id fieret) Fieret producta prima syllaba. Enn. Minime nomine fieri prauum. [Et tu illum tuum, si esses homo) Multum progressus est accusans accusantem. [Nam si esset vnde fieret) Non est necessario consequens, sed probabiliter admittitur apud oratores. non enim oẽs qui habent vnde faciant, continuo etiam faciunt. [Expectatum) odiosum, & malę vitę. nam filijs parentes aut amabiles sunt, aut expectati. amabiles. boni: expectati, mali, quorum mors in dies singulos expectanda, & exoptãda sit. nam expectamus ante diẽ, Speramus ad diem. vnde auidior intelligitur, qui expectat, q̃ ille qui sperat. [Eiecisse foras) Non dixit, amisisset: sed, vt quiddam abijciendum, eiecisset. [Quàm vbi te expectatum) Eo rem produxit, vt ipse magis videatur cõsulere disciplinæ, quàm Demea. [Alieniore ætate post faceret tũ) ἀνανδλωτον, deest enim quamuis. Et, faceret, vltimum, magnam vim habet. nihil enim prodesset, insuper obesset retinere ab istis filium iuuenem. Alieniore pro aliena dicens, comparatiuum gradum propositiuo posuit. [Pro Iuppiter) Tragica exclamatio est, & bene, tanquam ipse se repræhẽderet Demea, adiecit. [Tu homo adiges me ad insaniã) Et tu homo dicens, negat illi familiaritatem. [Non est flagitium facere hæc?) Moraliter indignatio expressa est, ijsdẽ verbis, quæ frater dixerat, repetitis. [Ne me obtundas) Ne me sæpe, & moleste interpelles. Nam obtundere, est aliquid sæpe odiose repetere. [Tuum filium dedisti adoptandam mihi) Mira argumentatio per ὑπαγωγήν, quæ Inductio ab orationibus dicitur, eum per interrogationem peruenimus ad id, quod volumus concludendum. [Is meus est factus) Sic progreditur, quasi confessionis genus sit aduersarium tacuisse. [Si quid peccat Demea) Conclusio dubiæ rei à non dubijs sumpta. [Si quid peccat Demea) τῷ ἰδίῳ σιομῷ interposuit Demea. & repetitum est, peccat. [Ego illi maximam partem feram) Errant qui putant Illi esse pronomen, cum sit aduerb. loci. vt Illi mea tristitia fata Degeneremq̃. Neoptolemum narrare memento. Illi ergo, ibi vbi ille peccat. Quare quidem etiam Li, syllabam discretionis causa, vt locum significat, corripiunt. Et maximam partem, optime dicit. Non enim vniuersum, qa non solus pater Aeschini est: sed maxima, quia eius magis est cuius filius cœpit esse per adoptionem. [Feram) Sustinebo, tolerabo. [Olet vnguenta) A summo ad imum proposita soluuntur. & Mira varietas est: Olet vnguenta, ne dicere, obsonat potat, vnguitur, ne. s. hæc exercitationis palæstricæ, non luxuriæ, dicerentur. [Amat?) πρὸς τὸ, Cur amat? [Dum erit commodum) Dare. s. [Vbi non erit) Argentum. s. Sed, commodum dare, subaudiendum est. [Fortasse excludetur foras) Hoc ita protulit, q. d. nihil sibi deperisse si gratis forte fuerit ad amicam admissus. Et totum hoc τῷ ἐξευδυισιμῷ legendum est. Et mire Fortasse dicit vt pater, indulgens, & credens adolescentem posse etiam amari ab amica. non enim affirmauit, vt diceret, Excludetur foras. [Foret effregit? restituentur) Peruenit ad præsens crimen. illa enim ante acta fuerint. [Resarcietur) Re abundat. [Et vnde hæc fiant) Iterum subaudiendum est. [Et adhuc non molesta sunt) Quia non est flagitium adolescentem scortari. [Ab alijs qui vere sciunt) Superbum fuisset, à me dicere. melius ergo Ab alijs dictum est. [Natura illi pater es, consilijs ego) Vrbane Mitio consilijs subiunxit, plus enim valet ad laudem consilium, q̃ natura Et simul ostendit poëta verbis Mitionis, qui nõ non natura, sed affectu sit pater, nullum patrem esse sapientem. eum vero posse sine perturbatione perfrui ijs quos amat, quem patrem esse consilium fecerit non natura, hoc est qui filium adoptauerit. Et mire cum natura singulariter dixerit, pluraliter intulit, consilijs ego. [Tun' consulis quidquam?) Apertior contumelia, & ideo sequitur denunciatio discedendi. [Tu ne consulis quidquam?) Quia dixit, Consilijs ego pater sum, à coniugatis argumentatus, respondit, Tu ne consulis quidquam? quia à consulendo consilia dicuntur, & cõsultores. [Si pergis, abiero) vt, Donec me flumine viuo abluero. [Si pgis, abiero) ἀρχαϊσμὸς, pro abibo. & hoc gestu abeũtis, vel abituri pronunciatur. [Sic cine agis?) Recte, quia iam abibat, quasi reuocantis correptio est. [An ego toties) Hoc conuersum intelligas dicere. [Audiã) Decit Te: sed exprimere durum fuit. Et hoc est obtundere. [Cura est mihi) Aeschinus. s. [Curemus æquam vterque partẽ) Proprie, vterque, & æquam quasi particeps fratris. [Propemodum) nisi addidisset propemodum, falsa videretur esse sententia. [Ah Mitio) Religiose commotus est, ac veluti incusatio est perfidię, & ideo exclamat dolens, & transit in iracundiã, concessionemq̃. quæ ἐπιτροπὴ dicitur. [Mihi sic videtur) Rationabiliter, non est sic dixit, sed sic videtur. nõ vult enim verum esse. [Quid istuc?) Deest, loquor aut resisto, nam proprie significatio est de sententia suæ decedentis. [Profundat, perdat) ἐπιτροπὴ figura. Virg. Sequere Italiam ventis, pete regna per vndas. [Profundat, perdat) Hæc sic pronuncianda sunt vt ostendatur gestu nolle quod loquitur. [Si verbum vnum posthac) ἀποσιώπησις. Deest tibi fecero, aut tale huiusmodi. [Rursum) Quasi curans irasceris? [An non credis?) Irasci, scilicet. [Repero ne quem dedi) Rusticani stomachi est repetere semper verba, quæ inuitus alius audierit. [Repeton' quem dedi?) Minus erat si Aeschinum diceret, sed plus est, quem dedi. [Aegre est) Quasi dictum sit, Quid ergo loqueris? quia ægre est. Cur ęgre est? quia alienus non sum. [Alienus non sum) Mire alienus non sum: quasi timeat, iam dicere pater sum. [Alienus non sum) Satis cum stomacho, q. d. Si patrem me esse iam non licet, alienus non sum. [Iste tuus) Memoriter Iste tuus ad illud quod dixerat, Meus est factus. [Iste tuus Ipse sentiet posterius) Quantus sis, quantumque eum ames, hoc est vt decipiatur per indulgentiam tuam. [Ipse sentiet) Sentire, multi pro malo posuere. vt ipse alibi, Sit rogas? Sensi: nam vnam ei cænam atque eius comitibus dedi. [Nolo in illũ grauiùs). s. quàm hoc. [Posterius) Etenim Demea satis hoc graue existimat dictum in eum, qui non prouideat in futurum, & arctius, quia pater est. [Nihil, & Nonnihil) Nota figura est conueniens placidissimo seni, qui in repræhendendo adolescentem moderatus est. [Nec nihil) Apparet Terentium fauere lenissimis patribus, vnde subiecit etiam rationem facti Mitioni. [Neque omnia hæc sunt quę dicit) Bene à Mitione hoc dicitur, quia indulgentioris est plura scire, & supra dixit, Ea ne me celet consuefeci filium. Et hic sensus est, Nec contemnenda sunt quæ dicit, nec omnia dicit tamen. Hoc est, non sola sunt quæ dicit, sed multa alia. Et ordo est, Neque tamen hæc quæ dicit, sunt omnia. [Nonnihil modesta) Placidissime Nec nihil dixit, & Non nihil maluit repetere, quàm vehementer iracundiam demonstrare. est enim altera ἁπλότης. [Nonnihil molesta hæc sunt mihi) Optime Poëta Mitionem fecit commotum, ne si omnino immobilis esset, nõ indulgere adoptiuo filio, sed omnino eum non curare videretur. Ergo sic in eum seruat placidum animũ, vt tamen retineas patris affectum. [Illi) Demeæ. s. Aut illi. i. ibi vbi) Demea litigabat. [Sed ostendere Me ægre) Constat ergo ægre pati. nam aliter non erat parens. [Nam ita est homo) Homo dixit moraliter, sic enim de ijs dicimus, quos parce repræhẽdimus. vt alibi, Vt homo est, ita morem geras. [Cum placo). i. cum volo placare. [Verum si augeam) Argũ à contrario. nam placare, contrarium est irritantibus augentibusq̃. iracundiam. [Aut adiutor sim eius iracundiæ) σύλληψιν. Nam à genitiuo casu accusatiuus assumptus est. [Etsi Aschinus nonnullam in hac re) Rursus ἁπλότης, vt sit mitis repræhensio, & hoc ipso grauis. num Etsi, & Nonnullam nobis temperamento sunt posita. [Quam hic non amauit meretricem? aut cui nõ dedit aliquid?) ἀλλ' ὑπερβολὴς, quam non, & cui non. Ea tamen hæc sunt, vt non grauisono accusationis proferantur, sed solam repræhensionẽ contineant. Aliquid vero, admirantis est. Quod addidit meretricem, ostendit Mitionem, hoc solum adhuc scire: nihil autem de vitiata virgine. [Quam hic non amauit meretricem?) Et hoc cum venia, & defensione. nam colere meretricem, non est flagitium, & simul etiam vitiare virginis ignarus ostenditur Mitio. [Aut cui non dedit aliquid?) Aliquid dicendo, prætermisit vel meretricem vel numerum. [Credo iam omnium tædebat) Et enim addimus ad ea quæ apud nos parum certa sunt. Aut credo, aut puto. [Dixit se velle vxorem ducere) Mirum est apud Terentium. cum etiam per nescias personas indicet argumenta. nam cum Mitio nesciat amari ab Aeschino ciuem virginem. tamen dicit, Credo iam omnium tædebat, &, Dixit se velle vxorem ducere. Sic ex parte magna ostendit nescius argumentum, ideo quia verisimile est amantissimum Aeschini mitionem omnes sciri affectus adolescentis, & consuetudines. Et apparet præterea, conatũ ex parte facere vitiatum amore Aeschinum, & pudore impeditum, tãtum hoc dixisse quod honeste potuit, velle se vxorem

rem ducere. quam autem vellet, tacuisse confusum. [Sperabam iam deferuisse adolescentiam) Recte, sperabam, pro gaudebam sic.n.dicimus, cum errasse nos cernimus. Et mire, non dixit, sperabam illum iam corruptum: sed, mitis senex totum ætati attribuit, nihil filo. [Deferuisse adolescentiam) Seruat propositum circa ætatis veniam. [Deferuisse) Quasi deorsum à feruore tenuisse. Legitur, & desæuisse. [Ecce autem de integro. nisi quidquid est) ἀποσιώπησις prima, quia non vult credere. [Nisi quidquid est) Deest, quia, vt si, nisi quia. Et est sensus, Nisi quia non temere credo, & volo scire quidquid est.

GVID. HEM opportune, &c.) In hoc actu diuersi homines, & diuersi patres, & diuersa studia proponuntur. hic lenis, hic amarus, hic facetus, hic impolitus, hic facilis, hic pertinax, & difficilis in delictis. D. Hem, hæc particula ostendit affectum quærentis, opportune.i.tempestiue, & mature, & quasi expectate venis, sup.quærito teipsum. M. Quid.i.cur, vel propter quid es tristis? D. Rogas.i.interrogas me, quid .i. cur, ego sim tristis, vbi .i. cum Aeschinus fiet nobis .i. cum habeamus Aeschinum tam perditis moribus, vt nobis sit dedecori, q.d. non est non rogandum cur sim tristis, presertim vbi habeamus adolescente nobis dedecus afferentem. Vel sic intellige, rogas me vbi .i. in quo loco Aesch.sit, quem conseruare deberes, & sciri vbi versari sit solicitus, ea propter quid opus est petere, quid .i. cur ego sim tristis, q.d. non alia est mihi causa tristitiæ nisi ipse. M. Dixi.i.non bene dixi, hoc fore .i. futurum esse, videlicet, vt fratres obiurgaret. Et h.d. ad populum, Deinde conuertit se ad fratrē inquiens, quid fecit Aeschinus? D. Petis quid ille fecerit, vel quid putas illum fecisse, quem neque quidquam .i. aliquid, pudet .i. pudore afficit, vbi pudet est personale verbum, cum ante se nominatiuum habeat, post se vero casum illum habet quem ante se haberet, si esset impersonale, quid fecerit inquam ille, qui non metuit quenquam.i.aliquem, neque .i. & qui non putat se tenere.i.obseruare vllam legem.i.vllam normam bene viuendi, nam omnino illa quæ facta sunt ab eo antehac .i. antehoc tempus, quid modo designauit.i.quid nouæ rei fecit? Nam designare est rem nouam facere, siue bonam, siue malam, vnde designatores dicuntur, qui ludis funebribus præsunt, ꝙ in eis ludis multa fiant noua, & spectanda, inde designatores, & hi dici possunt, qui suo flagitio oculos populi, & ora in se conuertunt, & spectaculo sunt vulgo, quod retineāt populum suo flagitio, vt designatores ludis funebribus multitudinem retinebant. Veteres etiam praue, & recte facta designata dicebant. M. Quidam.i.quid est id, quod designauit .s. D. Ipse Aeschinus effregit.i.diffecit, disrupit, fregit fores.i.hostia, atque irruit.i.irrupit, siue per violentiam, & impetum introiuit in ædes alienas .i. in domum lenonis, mulctauit.i.lacerauit, mutilauit, molliuit, dissoluit, vnde Mulciber à mulctando, quasi mulctiber. Mulctauit ergo ipsum dominum domus.s.lenonem, atque omnem familiam ipsius lenones, videlicet, seruos vel puellas, & mulctauit quidem vsque ad mortem.s.vsque ad continium mortis, quamuis mors non sic consecuta, hoc dicitur ad exaggerationem, eripuit.i.rapiendo abduxi à lenone mulierem, quam amabat omnes videntes clamant.i.vociferantur, hoc.i.talem irruptionem, & mutilationem factum esse indignissime.i.inhonestissime, qđ factum ò Mitio omnes illi dixerunt mihi aduenienti.i.cum venire ad te. Alij lib.habent quot per te, & cum hoc habent amici, tunc sic intellige, ò Mitio quot amici, q.d.maximus numerus amicorum, qui dolent meo dolore, dixerunt mihi aduenienti, id factum est in ore omni populo .i. toti ciuitati, hoc est nemo ex ciuibus est, qui nesciat, denique .i. tandem, si exemplum est conferendum.i.comparandum, q.d.Aeschinum non esse dignum, qui cum.i.cum quo frater conferatur, sed longe decipitur Demea, vt patuit in argumento Aeschinus non videt fratrem.s.Ctesiphonem dare operam.i.incumbere rei.i.operi, non amori, non videt eum esse parcum .i. moderati vsus, & tenuis, non prodigum, vt Aeschinus est, & sobrium.i.moderati victus, non bibosum, vt Aeschinus est, non videt inquam, q.d. imò videt nullum factum illius esse vel inueniri, & simile facti huius .s.Aeschini. Nam simile huius dicimus, & simile huic, nisi quis velit dicere, Nonne videt nullum factum huius fratris esse simile facto fratris sui ò Mitio frater, cum.i.quando, dico hæc illi.i. contra illum, dico tibi .i. in te, tu finis .i. pateris illum Aesch. quem adoptasti, corrumpi .i. lasciuium fieri, & deprauari. M. Nunquam quidquam.i.aliquid, est iniustius.i.iniquius, intolerabilius, & magis iniuste iudicans, homine imperio.i.quàm sit homo imperitus, & rusticus, ac inexpertus, qui homo imperitus nihil putat rectum, nisi quòd ipse fecit. D. Quorsum istuc spectat.i.ad quod propositum dicis istud. M. Quia tu Dem. iudicas hæc omnia facta iuuenis male.i.non secundum æquitatem. Crede mihi non est flagitium, non contendit Mit. non esse peccatum, sed dicit non esse flagitium.i.crimen dignum flagitione .i. acerba increpatione cum tamen (pace eius dixerim) non sit verum, quando quidem tales adolescentuli non modo sunt increpandi, sed etiam duris verberibus flagitandi, propterea iuuenis lector non sequaris hæc comica dicta, sed tanquam è medijs vepribus rosam decerpas, quod si eius faciendi sit imperitus prorsus omittas, ne spinarum acumine penetreris ad viuū. Multa .n. sunt quæ longe melius est nescire quàm scire, vt ait Aug. Sed ad rem redeamus, non est flagitium adolescentulum scortari.i.scortum ducere, siue sequi, nam (vt Var.ait) satis prius dictum est scortari, & sæpius scortum ducere, capitur etiam pro luxuriari, & lasciuia effluere, neque est flagitium inquam adolescentulum potare.i.bibacem esse, cum reuera sit flagitiosissimū, neque est flagitium adolescentulum effringere.i.rumpere, fores .i.hostia meretricium, sed per fidem quid si hoc turpe non est? si neque ego, neque tu fecimus hæc prædicta? & est conceptio per sonarum, in qua prima concipit secundam, adiuncto verbo primæ personæ pluralis numeri, si ergo non fecimus, quæ fecit Aesch. egestas.i. penuria rei familiaris non sciuit.i.permisit nos facere ea, q.d.non prohibuit voluntas, sed necessitas, & ideo nulla laus est. Tu De.nunc ducis .i. existimas, reputas tibi laudi.i. ad laudem tibi vertis id, vel tu ducis.i.putas id esse sup.tibi laudi quid fecisti inopia.i.pauperie pressus, & quid est illud quod fecisti, videlicet, quod non fecisti talia, quæ nunc Aesch. sed illa vita sti pressus egestate iniurium est.i.iniustum est, iniquum, immeritum te dare tibi laudi quod coactus fecisti, q.d. non iure, neq; merito id tibi tribuis laudi, propterea bene dixit Mit. Nihil est iniustius imperito, qualis est Dem. nam si esset.i. si suppeteret, abundaret, vel si haberemus vnde .i. qui mediante id fieret .i. id, quod Aesch.fecit, efficeretur, faceremus quod fecit, putat si adesset ætas iuuenilis, si parentes propitij sumptum suppeditantes, & tu Dem.si esses homo peritus.s.rerum, & modi viuendi iuueniliter sineres.i.permitteres nunc tuum filium facere quod facit Aesch.dum.i.quandiu licet per ætatem.i.quandiu ætas patitur, & non tanta reprehensione digna est, quanta foret si esset maturior, nam est quasi pro monstro ludere velle senem, potius q̄ quod si ipse filius faceret id, quod nunc facit Aesch.post.i.postea, aduerb. alienori ætate comparatiuum pro positiuo .i. ætate aliena à talibus iuuenilibus ineptijs. & plurimum inducenti, vbi .i.qñ eiecisset foras te patrem expectatum.i.odiosum. non amatum à filio ꝓp tuam in eum duritiam, q.d. potius q̄ faceret iuueniles ineptias in aliena ætate, postquam esses per mortem tuam eiectus foras.i.expulsus à dominatione in eum. Expectati parentes dicuntur odiosi, quorum mors quotidie expectatur, nam filijs parentes aut amabiles sunt, aut expectati amabiles boni expectati mali, quorum mors in dies magis expectatur, & exoptatur, nam expectamus ante diem, speramus ad diem, vnde auidior expectat, q̄ ille qui sperat, Demea hic acriter reprehendit Mit. neq; immerito, vt qui falsa detulerit, & male iuuenum animos instituerit, qui nimis sunt procliues ad libidinem proh Iupiter tragica exclamatio est reprehendentis Mitionē, & in eum excandescentis. Virg. Proh Iupiter ibit, & ita dicens testari Iouem vī, & inuocare aduersum illum, in quem irascitur, vt dicere solemus exclamantes. Bone Deus quanta improbitate mundus abundat. Tu homo Mitio rediges me.i.deduces me ad insaniam.i.ad mentis hebetudinem, & exceçationem, dicis sup. qđ non est flagitium.i.crimen increpatione dignum, adolescentulū facere hęc turpia.i.si adolescentulus hæc turpia cōmittat, hæc dicit exclamando in dictum Mitionis, cui proculdubio remis velisq. (vt aiunt) reclamari dignum, & quidem ab omnibus. M. Ah hæc interiectio indignantis, & ægre ferentis talia verba, ausculta.i.audi, quæ dicturus sum, nec obtundas.i.noli me molesta re, aut mihi molestus, seu tædiosus esse sæpius .i. nimis sæpe, de hac re.i.facto Aeschini, obtundere est aliquid sæpe odiose repetere, dedisti mihi filium tuum Aeschinū adoptandū.i.assumendum in filiū, is filius est factus.i.effectus meus filius ꝓ adoptionem, ò Demea si ipse peccat.i.errat, quid.i.in aliquo, peccat mihi.i.ad meū dedecus. Tale illud Cic. in epist. Si quid offenderit, sibi totum nihil tibi offenderit, ergo Mit. illi aduerb. loci, dicit Don.1.ibi, siue illic vbi peccabit, vel illi pro tunc aduerb. tpis quemadmodum, & olli pro illi apud Virg. exponitur sæpe pro tūc à Seruio, si recte memini, illi ergo tūc qñ peccabit, ergo Mitio feram .i. sustinebo, tolerabo maximam partē dedecoris, qā nūc in meam est traductus familiam, tu aūt ipsa adoptione eius

cura

cura liberatus es, ea propter maxima pars dedecoris mihi ferenda incumbit. Ipse Aeschinus obsonat .i. conuiuia frequentat. Festus, inquit, obsonitare esse frequenter obsonare significat aũt conuenire, dicitur autem obsonium, vt prius dictum est qdquid in comedendo additur pani, & vino. Inde obsono, obsonas neutrum, vel obsonar, obsonaris deponens pro eodem .i. vel conuiuere, vt Festus, ait, vel conuiuia frequentare, & celebrare, & opipare .i. laute viuere, potat .i. bibosus est, seu bibax, & vino se obruit, & ingurgitat, & delicata, ac suauia quæritat vina. olet vnguenta i. vnguentorum odore fragrat, quod est mollium virorũ & effœminatorum, & lasciuorum in cute curanda laborantium dicimus autem olere vnguenta, olere aromata cum accusatiuo, quemadmodum dicimus sapit mel .i. habet saporem mellis, figuratam enim locutionem palam est, olet ergo vnguenta de meo .i. de meis pecunijs, amat .i. amori indulget, & amore captus est, argentum dabitur à me dum .i. quando erit commodum .i. erit opportunum dare sup. ibi, vbi .i. quando, vel in quo loco non erit argentum, scilicet, q.d. dabo argentum dum opportunum erit dare ibi, vbi non erit fortasse ipse Aeschinus excludet foras .i. vel non admittetur, vel iam admissus eijcietur vbi non erit argentum, & fortasse dixit qm̃ esse potest vt gratis amet, & gratis mittatur ob eius formæ elegantiam, ita legit Don. vt dictu est, posset tamen forsitan non inepte ita distingui. Dabitur à me argentum dum erit opportunum dare, deinde vbi non erit argentum fortasse Aeschinus excludetur foras, neque potuit suum tenorem deducere sine pecunijs. Æschinus, effregit .i. rupit, demolitus est, diruit fores lenonis. s. dicitur autem effringo is ab ex, & frango quo verbo iurisconsulti sæpe vtuntur, habetur .n. titulo lib. 67. Pandectarum de effractoribus, & expilatoribus, ipsæ fores effractæ restituentur .i. reficientur, & in pristinum statum restaurabuntur. Aeschinus discidit .i. disrupit, vel dissecuit vestem. Illa resarcietur .i. reparabitur, resuetur, reficietur, restaurabitur, emendabitur, gratia habetur sup. à me dijs. Est mihi supple .i. ego habeo, ego possideo, & extat mihi, & .i. etiam, vel ponitur hic geminando, & tetris iactatus, & alto, est ergo mihi vnde hęc fiant, vnde dirũta resarciantur, & reparentur, q.d. si ista sint resarcienda, adhuc diuina gratia habeo vnde hæc fiant. Sic etiam nobis liceret loqui, habeo (deo gratias) vnde inopem possim deducere viam, alij dicunt habeo (deo gratias) vnde possim viuere, & tunc intelligitur ago sup. sed cum est gratia, intelligitur habetur, vel habenda est, & ea quæ fecit Aeschinus adhuc .i. hucusque, non sunt molesta mihi .i. mihi non displicent. Postremo .i. tandem, aut desine .i. cessa me obiurgare, aut cedo .i. dic, vel da, quemuis .i. quemlibet, quemcunque volueris arbitrum .i. iudicem, q nostræ disceptationi modum imponat, & secundum te, aut secundum me ferat sententiam. Arbiter est iudex electus arbitrio litigantium, cuius arbitrio committitur litis decisio ac terminatio, ostendam .i. conuincam, confutabo te peccare plura .i. ostendam te errare in pluribus, in hac re .i. in hoc negocio, cum dicimus, tu plura peccas, q̃ ego improprius sermo est, quia ita debet intelligi. Peccas in pluribus, q̃ ego, vt prius est expositum, nam pecco est verbum neutrum absolutum, quod accusatiuo proprie iungi nõ potest. Hei mihi .i. proh dolor disce esse pater cum sis cælebs ab illis patribus, qui sciunt vere .i. qui sciunt re ipsa quid sit pater, seu quid sit esse patrem. M. Tu Demea es pater illi Aeschino, natura .i. generatione naturali, quæ natura dr̃ vis insita rebus de similibus similia procreans, q.d. tu es illi pr̃ naturalis, sed ego sum pater illi cõscijs .i. suasionibus adhortationibus, q.d. tu genuisti eum, ego vero educaui illum, & quæ sint illi facienda suadeo. D. Tu Mitio, ne .i. non consulis .i. suades ei quidquam .i. aliquid quod sup. sit ei vtile, aut honestũ. M. Ah, interiectio dolentis propter contumeliam illatam, videlicet quòd nihil honesti consuleret. Si pergis .i. si perseueras in contumelia irrigandæ, ego abiero .i. abibo, discedam, coniunctiuum pro indicatiuo? D. Siccine agis? .i. vtrum sic discedis, neq; ficte loqueris? hoc dictum quasi reuocantis correptio est, iam enim abibat. M. Conuersus mitio, & retro aspicens, inquit, an .i. vtrũ audiam te sup. toties, quasi obtundendo de eadem re. D. Aeschinus est mihi curæ .i. ad me spectat. M. Et .i. etiam ipsæ mihi curæ est. Verum .i. sed. O Demea vterque .i. ego, & tu, curemus æquã partem .i. habeamus curam æqualis vtriusque partis, tu Demea cures alterum filium .s. Ctesiphonem. Item .i. similiter, ego Mitio alterum curam .s. Aeschinum, nam curare ambos .i. curam hr̃e amborum propemodum .i. ferè, est .i. æquiualet, reposcere .i. repetere illum quem dedisti mihi in adoptionẽ .s. Aeschinum. D. Ah, interiectio dolentis. ò Mit. exclamat dolens ac commotus ob id, quod dixerit Mitio illum velle reposcere, quod dixit. M. Sic videtur mihi .s. te velle reposcere. D. Quid .i. cur loquor supp. istud, vel quid resisto, aut si sit istic dicitur quid istic .i. istic frater, per contemptum loquitur filio, aut dicit si istud quod filius facit, vel si istud quod comminisceris .s. me velle reposcere, placet tibi. Aeschinus profundat .i. prodigat, consumat, luxurio se alliguriat omnia perdat .i. perditum se reddat, aut amittas q.d. quid illi potest contingere, pereat .i. perdatur, nihil attinet ad me .i. nihil ad me spectat, iam .i. ex hoc tempore, aut præterea si fecero sup. post hac .i. post hoc tempus, vnum verbum .i. si dixero tibi ne vnum verbum, quidem, & est aposiopesis, q.d. ero bene immemor, aut aliquid tale. M. O Demea rursum .i. iterum irasceris .i. ita concitaris. D. An .i. vtrum, non credis me irasci, q.d. mihi irascendi materia .s. dictum quod sequitur, repeton' .i. repeto ne .i. dicis tu quòd repeto illum filium, quem dedi in adoptionem indignanter dixit, illud ægre .i. molestè perperam est dictum sup. quoniam non sum alienus .i. extraneus filio, etiam si non essem pater, possem tamen ob propinquitatem eius bonos mores curare, ægre ergo, seu molestè, seu difficulter dictum. quasi latu sit difficile mihi patri. Si obsto .i. si resisto moribus Aeschini, volebat aliquid subiungere, vt prius, vt nõ facio vltra debitum, vel nõ abhorreo, ab officio, vel aliquid tale, sed correxit subiungens, iam desino .i. desisto toties ista inculcare, vel frustra in medium depromere, vis quod sup. cura vnum .s. Ctesiphonẽ? curo, q.d. bene volo, & iam desino alium curare, est gratia Dijs habere à me gratia, & sum Deo obligatur, siue eius beneficio deuictus. cum .i. quando, ita est vt volo .i. cum res optauit respondet opto enim vt à cura illius filij efficiar liber, quod mihi contingit te faciente. iste tuus filius adoptiuus Aeschinus, per contemptum dixit, sentiet .i. percipiet, posterius .i. malum sequens quod .s. sequetur ex nimia tua indulgentia, & posterius dixit pro posterum comparatiuum pro positiuo, q.d. sentiet quantus sis, & quantum ames eum, qui .s. est decipiendus ex tua nimia in eũ indulgentia. Posterius enim rarum dicitur, sequens, vt postera dies .i. sequens, vel potest capi posterius pro post .i. filius sentiet postea qualis sit. Nolo dicere grauius .i. peius, deterius in illum filium. M. Hæc apud se Mitio dicit absente Demea .i. & non hæc mala de Aesch. quæ dicit Demea non sunt nihil .i. non sunt omnino falsa, imò sunt aliquid, nec .i. & non, omnia quæ dicit sunt .i. veritatem habent, quia quod est falsum nihil est, q.d. non omnia quæ dicit Demea sunt vera, nec omnino falsa, imò aliqua sunt, & aliqua non sunt, tamen .i. quamuis, non omnia sunt vera, tamen hæc quę fecit Aesch. non nihil .i. aliquantulum sunt molesta mihi .i. mihi displicent, sed nolui ostendere illi Demeæ me ægre .i. molestè, seu difficulter pati .i. ferre illa quę fecit filius nam ita .i. talibus moribus homo ille est, cum .i. quando, placo .i. volo placare eum, aduersor .i. contradico illi sedulo .i. instanter, vehementer, & quasi sine dolo, & deterreo .i. diuerto, deflecto eum ab ea opinione, quam concepit de eo, propter quam irascitur, tamen .i. quamuis abstergere velim iram à se tamẽ vix patitur .i. ferr, tolerat id, quod facio humane .i. modestè, benigne, patienter, æquo animo. Verum .i. sed si augeam iracundiã eius .s. aut etiam si sim adiutor .i. fautor iracundiæ eius, ita quòd assentias illi in ira sua, dicamque eum rectè irasci, profecto .i. certe insaniam verbum est hic .i. sim insanus, vel desipiens, seu desipiscam cum illo .i. morem eius, & si .i. quamuis Aeschinus facit nobis nonnullam .i. aliquam iniuriam in hac re, videlicet, quòd effregit fores, &c. tamen vltra hoc, quam meretricem ipse non amauit? q. d. exarsit in multas, aut cui meretrici non dedit aliquid? muneris .s. Post, emo .i. quod dicunt, finaliter nuper .i. non multo tempore à nunc, credo .i. puto, quòd sup. iam .i. tunc eum tædebat .i. ipse efficiebantur tædio omnium meretricem, dicit se velle ducere vxorem, sperabam .i. credebam adolescentiam .i. lubricitatem adolescentiæ, iam deferbuisse .i. refrixisse, siue feruorem pristinum reliquisse alij legunt deseruisse, & tunc sic astrue. Sperabam eum deseruisse adolescentiam .i. motus adolescentiæ, vel econuerso. Sperabam adolescentiam deseruisse eum, gaudebam .s. adolescentiam deferbuisse autem .i. sed, ecce quasi repentinum propositum, de integro .i. denuo volo scire quidquid, est atque conuenire .i. alloqui hominem .s. Aeschinum, si est apud forum vænale, vel causarum ambiguum est, deinde lege per parentheſim, & per aposiopesim, nisi .i. nisi quia non temere credo quæ de eo dicuntur. ita enim interpretatur Don. & quidem rectè, vt mea fert sententia.

ARGVMENTVM) Accusat Demea Aeschinum, & Mitio defendit. estque hæc protasis periculi Aeschini. [Hem opportune) Attende asperitatem Demeæ, & contra lenitatem Mitionis. [Quid ille) Propositio accusationis, quàm auget à persona LATO.

& antefactis. [Fores effregis) Oratorie enumerat singulas facti partes. [Clamant omnes) Confirmatio à testimonio, & mox amplificatio à dissimili exemplo. [Hæc cum illi) Confert culpam in Mitionem. [Homine imperito) Initium ad defensionẽ à criminatione personæ. [Non est flagitium) Propositio defensionis, per complexionem ad vehementiam. [Hæc si neque) Cõfirmatio sumpta per occupationem, à pari, & fictorio exemplo. Vt Nos faceremus ergo illi licet facere. [Et tu illum) Refertur ad obiectionem Demeæ denique si conferendum. & est refutatio. [Ah ausculta) Alia defensio per translationem, nihil ad Demeam si peccet Aeschinus. [Excludetur fores) A meretrice. s. nõ à Mitione. [Natura tu) Pulchra distinctio, quæ mox refellitur ex coniugatis. [Verum Demea) Redit ad defensionis sententiã. [Profundat) Concessio indignantis, qualis illa, I sequere Italiam ventis. [Et est dijs) Error senis ad futuram epitasin. [Me ægre) Consilium Mitionis ad spectatores. [Quam hic) Moralis, & pathetica hyperbole. & totum est leuis repræhensio. [De integro) Subaudi amare cœpit.

PETR. MARS. HEM opportune, &c.) Hominis in disciplina domestica seueriſſimi, nec permittentis filium lasciuire, nec vsus transeat in moles, & alterius nimium indulgentis libidini filiorum, vt ætas cursum suum faciat, decorum hac scena seruatur, & diuersum vitæ institutum exprimitur. Vtrunque rationes habet: Primum, quoniam ex frequentibus actibus habitus generentur tam boni quàm mali. Arist. in ij. Ethic. sic ait: Atque vt breuiter dicam omnes habitus ex operationibus similibus fiunt: quapropter tales quasdam operationes reddere oportet. Ipsarum nanque differentias habitus ipsi sequuntur. Non igitur parum, sed plurimum, quin potius totum refert, sic, an non sic homines ab adolescentia consuescant. Et paulo post dicit: Ob voluptatem improbas agimus, ob dolorem vero res posthabemus honestas, Quapropter homines ab ipsa statim adolescentia, vt inquit Plato, ita institutos esse oportet, vt his gaudeant, doleantq. quibus gaudere, dolereque oportet. Hæc enim educatio, & eruditio recta. [Non est flagitium crede mihi, &c.) Hæc est ratio alterius instituti, quod est mitius, & nonnulla dicit adolescentiæ concedenda propter feruorem ætatis. Cicero in oratione pro Cœlio, sic ait: Datur enim concessu omnium, huic aliquis ludus ætati, & ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates, quę se erumpunt vt nullius vitam labefactant, nullius domum euertant, faciles, & tolerabiles haberi solent. Iuuen. etiam dici: Quędam cum prima resecentur crimina barba. Et, Breue sic quod turpiter audes.

GLAR. IERANT, producte i, pronunciandum, quod nos addita u, Iuerãt dicimus, inquit, Don. Ex quo planè patet quàm tenuis fuerit ea litera spiritus apud veteres, pro qua Germanorum Celtarumq. lingua digamma Aeolicum habet, Vinum, vin. In 4. versu Vbi initio ponendam pro iambo, deinde suo spondei cũ iambo. Quinto aũt loco vel proceleusmaticus est, vel Ea monos. vel denique s, eliditur in Satius. In 8. Tete geminandum, vt docuit Don. & carminis, & ratio postulat. In 7. vero simplex Te, ante Amare, non omittendum est. In 9. pro Tibi iambo quidam lib. hñt Et tibi, dactylum. In 10. proceleusmaticus est loco primo nisi quis Filius dissyllabum velit. In 11. s, eliditur in Quibus, nisi bacchius sit primo in loco. In 13. post Hominem, Secum legendum, quod in plerisque lib. omissum est, & Aut ad finem eius versus ponendum, vt 14. incipiat à verbo Parare. Et in 15. aut s, elidendum in Natus, aut prima eius versus syllaba At, à priore versu elidenda. In 22. Duo legendum absque verbo Sunt, quod Ald. habebat lib. Notauit, & hoc Ioan. qui in 25. Itẽ legendum putat, ex Donato, non Idem, quod Aldinus habebat lib. In 26. Prætermitto non Permitto, vt idem Aldi male habebat lib. In 27. creticus est initio, vel Meo monosyl. In 28. Patres legendum, non Patre, quod Aldi habebat lib. Admonuit, & hoc Ioan. In 30. Insuerit, non Insueuerit quod per errorem pleriq; habent lib. & in his etiam Aldi. In 36. anapæstu est loco primo Venit ad. & Clamitans, legit Don. Ideoq. d, in Quid, & s, in Agis elidenda, vt quid agis Mi, sit anapæstus, aut potius amphibrachys constituatur loco tertio. In vndequadragesimo vel s, eliditur in Durus, vel amphibrachys est loco secundo, & q con iunctio post Aequum omitti non debet, quã omisit Aldi lib. In 40. vel Et à superiore versu elidit, vel Mea monos. est, vel deniq; creticus tertio est loco. In 47. primo loco manifeste est creticus, quod malim, q̃ dicere ille abijcere. l. Secundo loco proceleusmaticus. In 48. secundo loco manifeste creticus est, nisi quis dicat, t, abijci in Studet, quod mihi minime probatur. In 50. Sua monosyll. nisi bacchium loco primo admittamus. In 52. Se supplet Donatus, & carmen respuit. Ad finem scenæ Gaudemus pertinet ad sequentis scenæ primum versum.

ACTVS II. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Senibus omissis describitur Aeschini factum iurgantis cũ lenone, ne error est Poetæ quòd hic fiant quæ facta esse Demea dixit, qui fortasse rumore nuncio acceperat feciſſe Aeschinum, quod facturum ille se minatus fuerit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena proponitur exemplum contumelioſi diuitis per potẽtiam, & pauperis pertinacis in perniciem suam. Nititur etiam persuadere Aeschinus se inuitum Sannioni lenoni intuliſſe iniuriam, verum fuiſſe illius culpa impulsum. Intelligendum quoque est, Parmenonem seruum morem gerentem Aeschino ita acriter egiſſe cum lenone, vt tandem ab eo puella eriperetur, cuius auferenda Aeschinus percupidus fuerat.

Iambici octonarij, partim catalectici, partim acatalectici, & Trochaici tetrametri catalectici. Vnus præterea dimeter.

SANNIO leno, AESCHINVS adoleſcens.

BSECRO, populares ferte miſero, atque innocenti auxilium:
Subuenite inopi. AE S. * ocioſe, nũc *odioſe
iam illico hic conſiſte:
Quid reſpectas? nihil pericli eſt: nũquam, dum ego adero, hic te
Tanget. s. ego iſtam inuiti' omnibus.
AE S. Quanquam eſt ſceleſtus, non committet hodie vnquam iterum vt vapulet.
S. Audi Aeſchine, ne ignarum fuiſſe te dicas morum meum.
Ego leno ſum. AE S. ſcio. S. at ita, vt vſquam fuit fide quiſquam optuma.
Tu q̃ te poſterius purges, nolle hanc iniuriam mihi
Factam eſſe: huius non faciam: crede hoc ego meum ius perſequar:
Neque tu verbis ſolues vnquam, quod re mihi maleſeceris.
Noui egro veſtra hæc nolem factum: dabitur iuſiurandum, eſſe te
Indignum iniuria hac; indignis cum egomet ſim accetus modis.
AE S. * Abi prę ſtrenue, ac fores aperi. s. ceterum hoc *Nihili
nihil facis.
AE S. Intro nunc iam. S. at enim non ſinam. AE S. ac cede illuc Parmeno.
Nimium abijſti iſtoc, hic p̃p hũc aſſiſte. hem, ſic volo.
Caue nunc iam oculos à meis oculis quoquam dimoueas tuos,
Ne mora ſit, ſi inuenerim, quin pugnus continuit in mala hæreat.
S. Iſtuc volo ergo ipſum experiri. AE S. hem ſerua. omitte mulierem.
S. O facinu' indignum. AE S. geminabit, niſi caues. S. hei miſero mihi.
AE S. Non innueram: verum in iſtam partem potius peccato tamen.
I nunc iam. S. quid hoc rei eſt? regnum ne Aeſchine hic tu poſſides?

AE S. Si

AE s. Si posſiderem, ornatus eſſes ex tuis virtutibus,
s. Quid tibi rei mecum eſt? AE s. nihil. s. quid? no ſtin', qui ſim? AE s. non deſiderio.
s. Tetigin' tui quidquam? AE s. ſi attigiſſes, ferres infortunium.
s. Qui tibi magis licet meam habere, pro qua ego argentum dedi?
* hoc Reſponde. AE s. ante ędes non feciſſe erit meliu' * hic conuicium?
Nam ſi moleſtus pergis eſſe, iã intro arripiere, atq; ibi
Vſq; ad necem operiere loris. s. loris liber? AE s. ſic erit.
s. O hominem impurum. hiccine libertatem aiunt æquam eſſe omnibus?
AE s. Si ſatis iã debacchatus es leno, audi ſi vis nunc iã.
s. Egon' debacchatus ſum in te, an tu in me? AE s. omitte iſta, atque ad rem redi.
s. Quam rem? quò redeam? AE s. iam ne me vis dicere, quod ad te attinet?
s. Cupio, modo æqui aliquid. AE s. vah, leno iniqua me non volt loqui.
s. Leno ſum, fateor, pernicies cõis adoleſcentium.
Periurus, peſtis: tamen tibi à me nulla eſt orta iniuria.
AE s. Nam hercle etiam id reſtat. s. illuc quęſo redi, quò cœpiſti, Aeſchine.
AE s. Minis viginti tu illam emiſti, quæ res tibi vortat male:
Argenti tantum tibi dabitur. s. quid, ſi ego illam nolõ vendere,
Coges me? AE s. minime. s. nanq; id metui. AE s. neque vendundam cenſeo,
Quæ libera eſt: nã ego illã liberali aſſero cauſſa manu.
Nunc vide vtrum vis, argentum accipere, an cauſſam meditari tuam.
Delibera hoc, dum ego redeo, leno. s. pro ſupreme Iupiter:
Minime miror; qui inſanire occipiunt ex iniuria.
Domo me eripuit, verberauit: me inuito abduxit meã:
Homini miſero plus qngẽtos colaphos infregit mihi.
* totidẽ Ob malefacta hæc * tantidem emptam poſtulat ſibi tradier.
Verum enim, quando bene promeruit, fiat: ſuum ius poſtulat.
Age iam cupio, modo ſi argentum reddat. ſed ego hæc hariolor.
Vbi me dixero dare tanti, teſtes faciet illico,
Vendidiſſe me: de argento ſomnium: mox, cras redi:
Id quoque poſſum ferre, ſi modo reddat: quanquam iniurium eſt.
Verum cogito id, quod res eſt. quando eum quæſtum occeperis,
Accipiunda, & muſitanda iniuria adoleſcentium eſt.
Sed nemo dabit: fruſtra egomet mecum has rationes de puto.

DON. BSECRO populares) Popularitas in omnis rei conſortium ſumitur. nunc autem populares ciues dicit. & hoc quod vereres quiritari dicebant, Quirites conclamare. [Obſecro populares, ferre miſero, atque innocenti auxilium) Hic exemplũ eſt contumelioſi per potentiam diuitis, & in perniciem ſuam pauperis contumaces. [Subueniri inopi) vide q̃ poſteriora vehementiora ſunt ad intendendum populum primo, miſero: poſt nocentem, ad vltimum, inopem poſuit. & primo, ferte auxilium: poſt, ſubuenite. Et totum hoc principium à benetolentia ſumitur, quæ cõparatur ex inuidia potentiæ Aeſchini. nam contraria in Aeſchiuo eſſe vult intelligi. [Miſero, atq; innocenti auxilium: Subuenire inopi. [Tria ſunt, Miſer, Innocens, Inops. [Ocioſe, nunc iam) ocioſe ſecure ſignificat. nam niſi qui ſecutus eſt, ocioſus non eſt. [Ilico) Modo locum, nõ tempus ſignificat. [Ocioſe, nunc iam ilico hic conſiſte) Simul imperauit modum, tempus, locum, factum. Modum, ocioſe: Tempus, nunc Locum hic: Factum, conſiſte. Nam Iam & Ilico, alterum tempori adiungitur, alterum loco. At conſiſtere, eſt audacter, & conſtanter ſtare; vt, Conſtitit in digitos exemplo arrectus vterque. [Iſtam in uitis omnibus) Deeſt abducam. [Ego iſtam inuitis omnibus) Bona ἔλλειψις. nemo enim plene loquitur qui luctatur. [Quanquam eſt ſceleſtus, non cõmittet) ἀνακόλουθον primum: nam cum præpoſuiſſet quanq̃ non ſubiecit tñ. [Nunquam) pro nõ. Virg. Nunquam omnes hodie moriemur inulti. [Iterum vt vapulet) Minaciter poëta priorem litem ſuſtulit, dicendo iterum, vt nõ eadem lis eſſet de qua ſupra Demea queſtus eſt, ſed inſtaurata naſcatur. [Cõmittet) Perficiet, ſed hoc proprie de illicitis, & puniendis facinoribus dicimus. Et ſimul hic oſtendit Comicus adoleſcens cedere ſe lenoni, inuitum ſe noxam intuliſſe, & id, quod fecerit. feciſſe lenonis culpa, non ſua. [Leno ego ſum) Leno, terribiliter pronunciandum eſt, q.d. cui ſupplex eris. Sed ex argumento eſt, q̃ contemnit Aeſchinus minas, lenonis, vtpote qui iam vxorem decreuerat ducere. [Scio) Hic ſic reſpondit qua ſi in lenone imminutio capitis tantum conſiſteret. [Fide quiſquam optima) Fides in concipiendis comminationibus: denunciatio, comminantis eſt. [Huius non faciam) Figurate ergo, Qđ te purges. i. purgationem tuam. Huius autem ἀόριστον eſt. Aut enim ſtipulam, aut floccum mouerat, aut ſummum digitum. [Ego meum ius perſequar) Hoc eſt lenonium. [Meum ius) meã libertatem. [Meum ius) Meam vindictam. Nam vt illa iniuria eſt quæ fit innoxio, ita ius vindicta illa quæ redditur reo. [Perſequar) vlciſcar. Cic. Tu dum tuas iniurias per te, id quod non poteſt, perſequi conaris [Huius non faciam) Cic. Ne tantulum quidem commotus eſt. [Neque tu verbis ſolues vnquam quod mihi re malefecerit) νομικῶς. Et ſolues, lues, perſolues. i. ſatisfacies, ac te purgabis. [Re malefeceris) Acuendum eſt re, & ſignificanter proferendum. ibi. n. eſt ſententia. Et plus dixit, & re malefeceris, q̃ iniuriam feceris. [Noui ego veſtra hæc) ἔλλειψις deeſt enim verba. [Iuſiurandum dabitur,) Hoc eſt iurabimus te eſſe indignum cui iniuria fiat huiuſmodi. Aut ſeparatim iuſiurandum dabitur, & ſeparatim, te eſſe indignum iniuria hac. & ſic melius. verba enim ſatis faciunt cum res colligitur in generalibus cauſis. nam ſæpe iræ ac lites iureiurando ſunt terminatæ. [Indignum iniuria hac) Comite indignum, & indignis. [Abi præ.) Aut abi, præ. i. prior, aut abi. i. præ: vt, I præ, ſequar. Aut præſtrenue: vt, Prædiuitis vrbe Latini. [Abi præ.) Magna contemptio minarum lenonis, non reſpondiſſe Aeſchinum ad ea quæ dixerat. [Cetęr hoc nihil facis) Nihil, pro, non, legitur, &, nihili. [At. n. non ſi nam) enim, inceptiua particula apud veteres fuit: ſed, & conuenit perturbationi. [Nimũ iſtoc abiſti,) Quaſi ex contumacia lenonis appareat, q̃ multum abierit. [Propter hunc) Iuxta hunc. vt Virg. Templum de marmore ponam Propter aquam. [Hem, ſic volo) Mire comicus ex alterius verbis, quid faciat alter oſtendit. [Quin pugnus continuo) Pugnus à pugna dictus, aut ab illo pugna. [Pugnus continuo). i. veſtigiũ litigantis. [Iſtuc volo ergo ipſum experiri) Expreſſe oſtendit pauperioris loquacem contumaciam vſque ad pericula cædis. [Iſthuc volo ergo ipſum experiri) Hoc illo dicente, Seruus lenonem verberat. [Hem ſerua,) Neſcias cui dicat hæc Aeſchinus, an lenoni, an ſeruo magis eſt veriſimile. [Geminabit niſi caues) Hoc comminantis eſt, & non iubentis ferire. ſed quia lõge ſtat Parmeno gemina putauit dictum. Et geminabit, ſubaudiendum eſt plagam. [Geminabit niſi caues) Non. ſingularem pugnum, & vnum dabit, ſed geminabit: quaſi dicat, geminato duplicatoq̃ numero inferet. [Hei miſero mihi) Leno pulſatur. [Non innueram) Conuenienter Poëta auidiorem Parmenonem malefaciendi inducit, cum ſupra, dominum inuitum oſtenderet cogi ad inferendam iniuriam. [In iſtam partem potius peccato) vt verberes non iuſſus potius, quàm iuſſus non verberes. [Nunc iam) Duæ partes ſunt. [Et bene iam, quia ſero, & poſt plagas: Et vtrum hoc lenoni, vt abeat: an puellæ vt introëat, dicitur? ſed facetius eſt ſi lenoni intelligas, dici: quaſi hoc factum ſit quod voluerit, & quaſi venerit vt vapulet. Et

Iam etiam tarditatis incusatio est. vt Virg. Iam melior iam diu precor. [Regnum ne Aeschine) Inuidiosa moraliter exclamatio,& ardentior ad plagas. Regnũ ne Aeschine. [Hic tu possides) Bene hic.i. Athenis, vbi grauius crimen est dominari velle. Nã tyranni ibi semper oppressi sunt,& maxime proximi. [Si posside rem) ἀπὸ εἰρωνείας contemnentis in inuidiam. [Ornatus esses ex tuis virtutibus) Cito ostendit quantum à se longe sit regnũ, qui dixerit ornari potuisse lenonem. [Ex virtutibus tuis) Sic veteres per εἰρωνείαν virtutes pro flagitijs dicebant. Lucil. Animo ac virtutibus. [Quid tibi rei mecum est?) Hoc quia verberatus est, dicit. vt sit, Quid tibi debeo non quia nihil sibi debeatur. Nihil Facete, quia ipse abstulit, & nihil vult à se repeti. [Quid? nosti ne qui fiem?) Proprie sic enim dicit quidquam debet, Non me nouit, non quòd ignoretur, sed quòd in iure non cernatur. [Si attigisses) plus dixit, attigisses, quàm tetigisses. est enim multo minus attingere quàm tangere. [Qui tibi magis licet) Hic non tam ratiocinatio est, quàm exclamatio per dolorem. [Meã habere pro qua ego argentum dedi.) Meam sufferat, sed magna moraliter additum, pro qua argentum dedi, ad vociferationem simul esse ostendit leno quod repetat. [Qui tibi magis) Si mihi, inquit, non licet attigere tuam, cur tibi licet meam, non tangere, sed habere? Et habere, vtrum domi, in consuetudine, an corrumpere. i. stuprare intelligimus? [Ante ædes non fecisse erit melius hic conuitium) Non erat quod ad hæc iuste responderet. & ideo sic respondet, vt conuitium dicat, quod verum est. [Loris liber?) Lora apud veteres laura dicebantur, à lauro triũphorum: * sub qua mos erat captiuos vinciri, duciq. per pompam. ideo autem, vt conditionis reminiscantur, loris cæduntur mancipia. Nam mancipia dicuntur, q manu capta sunt; Serui, qui seruati sunt cum eos occidi oporteret iure belli. vnde Virg. sic inducit captiuum rogantem. Per patrios manes, per spes surgentis Iuli, Te precor hanc animam serues natoq. patrique. [Hiccine libertatem). s. Athenis. [O hominem impurum) Sic veteres impurum generaliter pro improbo ponebant, vt in eadem hac fabula. Persuasit ille impurus, lat scio. [Aequam omnibus?) Quasi diceret, vbi non est, quando Aeschinus loquitur. Et bene omnibus, vt ne lenones quidem videantur excepti. Omitte ista, atque ad rem redi. Superbe adolescens maleficium non putat lenonis esse purgandum. Ad rem autem, ad negocium de quo agitur, dicit. [Quam rem?) Quam adduxisti. [Res enim pecunia intelligitur, vel id pro quo pecunia danda est. [Quò redeam?) Ad quam euertisti domum, quia, Fores effregi, atque in ædes irruit alienas. [Quod ad te attinet?) Quod tibi prodest, & commodum est. [Cupio) Ille, vis, dixit, hic cupio. [Modo æqui aliquid subaudiatur, dicas. [Vah, leno iniqua me non vult loqui. [Nomen sacrilegum, & iniustum leno, iniquitatem agitat iustitiæ patrocinatur. hoc totum εἰρωνικῶς pronunciandum est. [Leno sum) Figura συγχώρησις. [Orta est iniuria) Orta, cæpta. [Illuc quæso redi quo cœpisti) Figurate. rectum enim erat, vnde cœpisti. nisi forte Quo pronomen est modo accipiendum. vt sit, à quo. Et bene memor est dixisse Aeschinum, Omitte ista, atque ad rem redi. [Quæ res tibi vertat male) Adijcit contumeliam, quasi, & hoc multum sit inimicũ. Vertumnus dicitur deus qui rebus ad opinata reuertentibus præest. sæpe aũt male cedit, quod bonum putatur, & hoc est male vertisse. vt ille gladius q muneri datus, adminiculum fuit reginæ pereunti. de Virg. Ensemq. reclusit Dardanium, nos, hos quæsitum munus in vsus. [Quid, si ego tibi illam vendere nolo?) Hæc maioris sunt stomachi, & ideo stultiora. nam quod iam amisis, venditurum se negat. Et, Quid si nolo, noue dictum est, & τῷ διαπτισμῷ. [Quid si nolo vendere? coges me?) Potest autem dici, Qui si nolo, coges me? [Minime) εἰρωνεία. [Nanque id me.) εἰρωνεία contumax, & ridicula in eo, q iam amisit id de quo dixit se cogi non posse. [Nam ego illum liberali assero causa manu.) Ordo est, Ego liberali causa manu assero. [Et sunt iuris verba, à quibus etiam Assertores dicuntur vindices alienæ libertatis. Nam, & causa ipsa, liberalis dicitur, quæ actionem in se continet libertatis. [Pro supreme Iuppiter) Hæc locutio ad hoc inducta est vt ex verbis lenonis appareat quam facile mitis fieris possit, & quiduis libenter accipere. [Pro supreme Iupiter,) Supremum nunc dicit summum, ab eo quod est superium, & superius. Virg. Rex ipse Iouis de gente suprema, Troius Æneas tua nos ad limina misit. Et non abhorret a persona, & plebeij, & lenonis, & vim passi Iouem ipsum conuitio persequi, vt quotidie videmus ab hominibus eius loci, & ordinis fieri. [Minime miror, qui insanire occipiunt ex iniuria) Sensus hic est, Insanos fieri per iniuriam plerosque mirabar, sed iam non minor, postquam ego ipse per iniuriam quam sum passus, insanire compellor, adeo vt exclamem, Pro Iupiter. Et simul aduerte vigilantem Poëtam, vt vbicunque in comœdia vocem tragicam extulerit, statio persona insanam diceret faciat, sic & supra, Pro Iupiter, tu homo nunc adiges me ad insaniam. [Me inuito abduxit meam. [Hone stiori personę hæc querela sufficeret, abduxit meam. Sed leno bene addidit, me inuito nam abducuntur meretrices absque volũtate lenonum. Et decora locutio est per ἀπροσδόκητον, me inuito abduxit. non enim addidit, puellam aut quid tale. [Tantidem emptam postulat) Tantidem emptam legitur, & totidem emptam. [Homini misero) Secundum illud Menandri * [Homini misero plus quingentos colaphos infregit) Contumeliosa cædes, colaphus, & digna lenone. [Infregit) vt illudens hoc fecisse Aeschinus videatur cum sonitu se colaphizatum significat. Infregit autem illisit, inflixit. vt sit sensus. Inflixit homini misero plus quam quingentos colaphos, & flebiliter pronunciandum est, hoc enim exprimitur, vt tamen incuset in alieno facto fortunam suam. Et vide quantum hoc distet ab illo quod supra dicebat, Ipsum istuc volo experiri hoc quia solus est: illud, quia cum aduersario. [Bene promeruit) Bene, multum. Promeruit, adiuuit, profuit: cui contrarium est commeruit. Nam mereri, & promereri, est præstare beneficium. Virg. Quique sui memores alios fecere merendo. Et, Nunquam regina negabo Promeritam. [Vbi me dixero tanti dare) Recte dixit. vbi enim pactio intercesserit precij, iam ereptionis actio sublata erit, & precium debebitur. [Mox cras redi.) Transit ad μιμητικόν. [Id quoque pati possum) Id, Mox cras redi. i. moram. [Quanquam iniuriam) Vendere quod nolis. Et. s. [Id, quod res est) Pro, id quod verum est: bona locutio. [Quando eum quæstum occeperis,) Vt in Andria: Deinde quæstum occipit. [Mussitanda) Patienda, consideranda, cum silentio, & vt in amatore putanda atque per hoc perferenda. Mussitare enim proprie est dissimulandi causa tacere. dictum vel à muto, vel ab M, quæ litera est nimium pressæ vocis ac penè nullius. adeo vt sola omnium cum interuocales inciderit, atteratur, atque subsidat. Hinc Virg. Mussax rex ipse Latinus. [Frustra egomet mecum) Præparatio nis genus, id accipiendas viginti minas totius summæ desperatio.

* Vide detrahẽda sit pẽpositio sub, vt itelligas captiuorum manus laureis vergulris fuisse vinctas.

OBSECRO &c.) Hic exẽplum proponitur contumelioſi GVID. diuitia per potentiam, & pauperis contumacis in perniciem suam nititur autem persuadere Aesch. se inuitum intulisse iniuriam Sannioni lenoni, sed fuisse impulsum illius culpa. intelligendum autem est Parmenonem seruum morem gerentem. Aes. luctatum esse cum lenone, vt tandem eriperetur puella, cuius extorquendæ Aeschinus cupidus erat. S. O populares. i. ò vos ciues populares interdum dicitur fautor. i. interdum cui fauetur, vl delicet gratiosus, qui scilicet dat operam, vt captet auram. i. fauorem populatem, qui, & aurarius dicitur. Interdum dicitur aliquis popularis, qui est de populo. interdum est denominatiuum significans rem ad populum pertinentem, obsecro ferte auxilium. i ferte opem. Auxilium do, feroq. dicimus, opẽ fero tantum dici licet, ferte ego auxilium. i. auxiliamini misero. i. afflicto, infelici, atque innocenti. i. qui non meruerim vapulare, subuenire. i. succurrite mihi inopi. i. pauperi admodum, quasi sine terra inops dicitur, & plus est, quam pauper. Aes. Iam nunc. i. iam hoc ipso tempore tu lecto, consiste. i. mane, cõstanter, & audacter, ita ilico. i. continui, hic. i. in hoc loco, otiose. i. secure, quia otium pro securitate ponitur, nam nisi, qui securus est otiosus est. Donatus vult ilico hic locum signare, non tempus, sed non bene video, quomodo bene cohærent hic & illic, quæ duo essent aduerbia, de eodẽ dicta, quod si non esset hic aduerb. ilico pro illic bene haberet locum. dicendo otiose ostendit se imperasse modum dicendo iam nunc imperauit tempus. dicendo hic vel illic ostendit se imperasse locum, & dicendo consiste ostendit se imperasse factũ, quid respectas. i. frequẽter respicis, hoc est post te aspicis, timebat ne à tergo alter veniret, qui eum cæderet. Nihil est pericli. i. nullum est periculum, q. d. tua culpa, & contumacia efficis vt vapules, nunquam. i. non tanget te Parm. s. dũ. i. quandiu, adero. i. præsens ero hic. S. Luctare Samnio leni cum eripientibus puellam inquiens. Age abducam sup. istam puellam inuitis omnibus. i. quod Barbas dñt, male gratibus omniũ. Aes. h. d. Parmenoni, qui eum iam multa tauerat, quanq. i. quamuis, ipse leno est sceleſtus. i. sceleratus, improbus, peruersus, tñ sup. non committet. i. non efficiet (sed proprie dicitur de illicitis committere in hoc significato) hodie vnq. i. nullo tempore, seu temporis pater, vt. i. q, vapulet. i. cædatur iterum. per quod cum ostendit iam semel vapulasse. S.

O Aesc.

O Aesch. audi ne dicas te fuisse ignaꝝ .i. nescium, meorum morum i. meorum modorum viuendi ego sum leno, qui redimit puellas, quas sibi quæstum turpissimum facere cogat. Aes. Scio te esse lenonem. S. Autem .i. sed, dum leno fide.i. veritate, ita.i. tam optima, vt .s. sicut quisquam .i. aliquis, fuit vsquam .i. in aliquo loco, q.d. quod polliceor me facturũ, illud ego facio citra omnem dubitationem, non faciam .i. non patiatur quod purges .i. excuses, posterius .i. vlterius, postea, consequenter, & ponitur comparatiuum pro positiuo, videlicet, pro postere, quod significat post, vel consequenter. non faciam ergo quod purges te huius, vt sit neutri generis .i. huius rei causa sup. videlicet te nolle hanc iniuriam esse factam mihi .i. quòd tu dicas, ꝙ tu non fueris auctor huius meæ vapulationis, & ablationis puellæ, quoniam Aeschinus non eum cædebat, sed Parmeno, vel non faciam .i. nõ permittam, ꝙ tu purges te nolle hanc iniuriam, huius .s. puellæ ereptæ, esse mihi factam, alij habent huius quidquam, & tunc est sensus. Non faciam quidquam .i. aliquid huius .i. de hoc, quod .i. propter quod purges te nolle hanc iniuriam esse mihi factam crede hoc .i. habeas hoc persuasum, & exploratum, ego persequar .i. vlciscar, vsque ad finem causæ prosequar, ius meum .i. meam libertatem lenoniam, vel prosequar meam vindictam. Nam vt iniuria est, quæ fit innoxio, sic ius est quod redditꝝ reo. neque tu solue vnquam .i. nunquam lues, persolues, satisfacies, purgabis, verbis .i. ꝑ verba id, quod feceris mihi male .i. inique, re .i. ipso effectu, & vi mihi illata ego noui vestra verba .s. hęc nolem .i. vellem hoc non esse factum, iusiurandum .i. sacramentũ, dabitur .i. iureiurando affirmabitur, imperſonaliter, te esse indignum hac iniuria .i. te nõ esse eum, cui debeat fieri talis iniuria, vt videlicet accuseris talem iniuriam intulisse mihi, cũ egomet sim acceptus .i. tractus, indignis modis .i. inhonesto modo, & indigno, qui à tali iuuene ingenuo admitteretur, seu fieret, vel te esse indignum hac iniuria .i. qui deberes facere hanc iniuriam. Aes. Vbi præ .i. præi, præcede, ante .i. domum ex hoc loco, vel præstrenue sit vnum verbum, vt prædiues, & tunc sic lege, abi .i. discede hinc, præstrenue .i. valde diligenter. nam strenuus homo est diligens, & validus, ac magnanimus, posset ẽt forsitan præstrenue esse vocatiuus, sed melius est sit aduerb. abi ergo, & aperi fores. domus tuæ, vbi est puella quam volumus abducere. S. Ceterum .i. sed nihil .i. non facis hoc .i. non eo peruenisti vt hoc possis facere, videlicet, vt tibi fores aperiam, vel nihil facis .i. nihil proficis hoc, in ablatiuo .i. per hoc, ꝙ ita mecum minaciter, & imperiose agis. Aes. Iam nunc .i. ex hoc ipso tempore tu Parm .i. valde, abi intro .i. in domum. S. At enim .i. sed certe, non sinam .i. non patiar, vt ipse seruus Parm. eat intro, vt præcipis. Aes. Parmeno serue mi accede illuc .i. valde, confer te ad locum vbi leno est, assiste .i. quod dicitur, tene te hic .i. in hoc loco, quem tibi ostendo, propter hunc .i. iuxta hunc lenonem, vt sis paratus illum mulctare si sit opus. S. Hem, interiectio indignantis, & contumaces, sic volo vt .s. mihi assistat, quasi contumax propter pericula cædit non deterretur. Aes. Tu Parm. serue caue iam ne sup. dimoueas .i. vertas, quoquam .i. in aliquam partem, vel in aliquem locum oculos tuos à meis oculis, ne .i. vt non, sit mora .i. tardatio, quin .i. quòd non pugnus .i. manus clausa hæreat .i. adhæreat, admoueatur continuo .i. ilico, in mala .i. in gena lenonis .s. Mala .n. est illa pars faciei prope oculos, quæ more mali .i. pomi est rotunda, caue ergo, ꝙ non sit mora quin pugnus hæreat in mala eius, si innueri, ab innuo is .i. si feceris tibi signum. S. Ergo quia tu ita præcipis, volo experiri ipsum Parmenonem .i. de eo facere periculum, an audeat facere, quod iubes. Aes. Hem, hic interiectio metuentis ne puellam abducat leno. serua tu Parm .i. conserua, protege tutare, defende puellam, & cum leno nimis acer esset ad eam abducendam, subdit, omitte mulierem .i. demitte mulierem, & subaudi cæde lenonem, quod si de lenone illud dictum intelligatur, sic intellige, hem admonentis, tu leno serua te .i. non patiaris ita re mutiari .i. omitte puellam .i. patere vt eam abducamus, & ita euades. S. O facinus miserum, exclamando proferatur, hoc est vos populares videte facinus miseratione dignum. Aes. Ipse Parm. geminabit .i. duplicabit plagam sup. siue instaurabit denuo verbera, nisi caues .i. nisi consulis, & prouides tibi dando petita. S. Cũ geminasset Parmeno exclamet leno. hei, interiectio dolentis, miseriam, deest ò .i. ò miseriam .i. sustineo sup. afflictionem miserabilem. Aes. Non innueram .i. non feceram tibi signũ Parm. vt geminares, sed geminasti, veruntamen .i. sed tamen potius peccato, in futuro imperatiui .i. creato, vt verberes eum non iussus, quia peccat seruus plus impetrato faciens, quod tamen volebat Aeschinus, ideo, inqt, potius peccato eum cædendo in istam partem .i. secundum hanc partem in qua non innuerim, neque iusserim, nam erant duæ partes, videlicet iubere, & non iubere, innuere, & non innuere. ideo dixit in istam partem potius peccato, &c. ò iam nunc .l. i. abi, q.d. fero, & post verbera, vbi iam tarditatis incusatio est. potest etiam, sed non æque bene referri ad puellam, quam iubeat introire, vt eam commodius eripias. S. Quid hoc rei est .i. qualis est hæc res, vel quid hoc sibi vult? ò Aeschine .i. vtrum possides hic regnum, vtrum dominaris hic, & exerces tyrannidem hic .i. in ciuitate libera .s. Athenarum, in qua tyranni semper oppressi sunt. Aes. Si possiderem hic regnum .i. rerum potirer, & omnia meo regerẽtur arbitrio, tu leno esses ornatus .i. tu beneficium à me consequereris, ex tuis virtutibus .i. secundum tuas virtute, sed cũ in te nullæ sint, sed vitia, nõ modo non ornaberis à me, sed etiam pro tuis flagitijs grauissimas pœnas lueres. S. Quid rei .i. quæ res est tibi mecum .i. quid negocij mecum habes, vel quid in me actionis habes, aut quid tibi debeo? Aes. Nihil rei inquam est mihi tecum, q.d. nihil tecum negocij habere cupio, præsertim cum in meum redundaret dedecus. S. Quid? modus interrogandi comicis familiaris, nostin' .i. scis ne, qui sim .i. qualis vir sim? Aes. Non desidero nosse qualis sis. S. Tetigi ne .i. vtrum tetigi lædendi gratia, quidquam .i. aliquid, cui .i. ex tuo corpore. Longe .n. interest si quis dicas, tetigi aliquid tuum, & tetigi aliquid tui. Nam prius significat me tetigisse aliquid, quod tuum erat, vt librum, vestimentum, vel aliud, sed tetigi aliqd tui significat me tetigisse aliquot ex membris corporis, vel aliquam corporis tui particulam. Aes. Si attigisses .i. leniter tetigisses, quod minus multo est, q̃ te tigisses, ferres .i. portares sustineres, patereris, infortunium .i. infelicitatem, pessimum successum, q.d. tecum pessime ageretur. S. Respondeꝛ, qui .i. cur, vel quomodo magis licet tibi habere meam puellam, pro qua dedi argentum, quàm liceret mihi habere tuam, si haberes? vel quia dixerat si attigisses, dicit nunc San. si mihi non licet, attingere aliqd tui, qui magis tibi licet, nõ modo meam attingere, sed etiam habere Æsch. melius erit tibi sup. lenoni non fecisse mihi hoc. conuitium .i. hanc contumeliam, hoc maledictum, hoc improperium, hoc dedecus, hoc probrũ, seu obbrobrium, ante ędes .i. ante domum, puta in medio vico, quoniam locus aggrauat conuitium. Nam .i. sed, sicut nam qdꝝ pro eo quod autem, si perges .i. si perseuerabis, prosequeris, esse molestus .i. fastidiosus, tędiosus iam .i. statim, abripiere .i. ab hoc loco rapieris, intro .i. in interiorem domum, atque operiere .i. obruere, cooperieris loris .i. scuticis, funiculis de corio factis, qbus cædebantur mancipia, vt conditionis reminiscerentur. Dicuntur autem mancipia, quòd manu capta sunt ab hostibus, sed serui dicuntur quasi seruati, cum eos iure belli liceret occidere. Atque ergo operiere loris .i. totus obrueris loris, cũ vapulabis .s. vsque ad necem .i. internecionem vsque .i. ad mortem. S. Minitaris, ꝙ sup. ego liber .i. nõ seruilis conditionis operiar loris, quis serui cædi solent. Aes. Sic erit vt dico .s. quia loris vapulabis. S. O hominem impurum .i. improbum, more antiquo .i. dico te esse hominem improbum, sed exclamatio, quã sit interpretor, vt satisfaciam aliquibus, qui nisi videant, vnde regimina dependeant (vt eorum verbis vtar) suo ipsorum animo morem gerere, satisfacere ue non possunt, ea propter cum professionis nostræ officio videamus incumbere, vt quamplurimis satisfiat, sic familiariter interpretãdum duximus. Sed ad rem redeamus. Hiccine .i. vtrum homines, aiunt .i. dicunt verum sup. libertatem .i. facultatem liberam agendi quodliber, esse æquam .i. æqualẽ, parem omnibus incolis, hic .i. Athenis? q.d. vt video inter te, & me non videtur æqua, cum tu pulses, ego vapulo tantum, & meam possideas, neque mihi tui quidquam liceat attingere. Aes. O Leno Sannio. si iam satis debacchatus es .i. insanuisti, desipuisti, à Baccho dicitur bacchor aris, inde debacchor compositum, in quo de auget non minuit. Iam audi si vis Sanue .i. vtrum, ego debacchatus sum .i. insaniui, sæuiui verbis, & verberibus in te .i. contra te, an tu Aeschine debacchatus es .i. sæuitiam exercuisti, tanquam bacchans, & furibundus in me .i. contra me. Aes. Mitte .i. omitte, missa fac ista per contemptum dicit, quasi inepta, atque redi ad rem .i. ad negocium, de quo agitur. S. Quam rem omittam sup. cum rem ipsam .s. puellam abduxeris, nam res pecunia intelligitur, vel id pro quo pecunia danda est, quo .i. ad quem locum redeam præsertim cum domus meæ fores effregeris. Aes. Ne .i. vtrum, ram .i. nunc, vis me dicere .i. quòd ego dicam id, quod attinet ad te .i. tibi prodest, & commodum est. S. Cupio vt dicas, quod ad me attinet, modo .i. dummodo, dicas supp. aliquid æqui .i. aliquid quod non modo sit vtile, sed etiam iustum, ac honestum. Aes. Vah, interiectio

ridentis, lena.i.puellarum redemptor ac venditor, quasi nomẽ sacrilegum est,& iniustum. Leno ergo non vult me loqui iniqua.i.iniusta inhonesta,q.d.mirum est lenonem patrocinari iustitiæ, hoc totum ironice pronunciandum est. S. Fateor q̃ sum leno pernicis appositiue dictum.i.qui sum destructio, perditio communis.i. publica lues adolescentium.i. iuuenum, & sum inquam pestis.i.rues,corruptio. pestilentia adolescentibus inquam perituris.i. perdentis,qui sequuntur viam perditionis, & interitus animæ, tñ.i.quamuis sim lenio,tamen nulla iniuria est orta.i.incepta tibi, & nata à me.i.per me, vel ex meo facto. Aes. Nam hercle.i.per Herculem etiam cum hoc q̃ dixi te Lenonem id restat.i.id,quod tu dixisti reliquum est,videlicet te esse perniciem communem adolescentum, & pestem perituris. S. quæso.i.postulo.ò Aesch.redi illuc.i.reuertere ad illud propositum,quo.i.à quo negocio vel proposito,tu cępisti.i.incœpisti. Aes. Tu leno emisti illã puellam viginti minis.i.viginti libris, tantũ argenti.i.tanta pecunia.s.viginti minæ dabitur tibi pro illa,quæres.i.quæ datio argenti male vertat tibi.i.in tuum malũ cedat,seu in tuam cedat,& conuertatur perniciem,dixerunt veteres. Veruntamen esse Deum,qui rebus ad opinata reuertentibus præesset. Sæpe autem male cedit, quod bonum putatur,& hoc est male vertisse. S. Quid facies sup.vel dices,si nolo vendere tibi illam puellam,quam tamen iam emipuerat. Aes. Coges.i.compelles me vendere.s.Aesch. Minime.i.non cogam te. Nam longe melius est mihi eam sine pecunijs habere. S. Peto sup.ita, namque metui id.s.ne me cogeres vendere,& est ironia contumax,& ridicula. Aes. Neque censeo eam puellam esse venundandam.i.vendendam,quæ.s.puella est libera.i.non seruilis conditionis. Nam,ego asserо.i.vendico,asseuero, restituo illam in libertatẽ manu mea.s. Nam assertores,seu vindices manu capiebant quem asserebant in libertatem, vel in seruitutem, quemadmodum fecit M. Claud. Ap. Claudij cliens, qui asserere volens in seruitutem filiam virginei plebei viri iniecit manum in eam seruam ex serua natam appellans, ita hic Aesch.asserere volens in libertatem puellam iniecit in eam manum liberam eam esse asseuerans. Bene ergo, inquit,assero manu mea illam causa liberali.i.per causam continentẽ actionem libertatis. Est enim causa liberalis controuersia quæ continet in se actionem libertatis. De qua longe,lateq. agitur lib.xl. Pandectarum titulo de liberali causa. Dicimus autem assero te in libertatem, vel in seruitutem.i.vindico, siue asseuero, siue restituo te in libertatem, cum dicereris falso seruus,vel redigo te in seruitutẽ, cum falso te asseuerares liberum. In eodem titulo de causa liberali legi hoc dicendi genus asseuerare se ex libertinitate in ingenuitatem, pro asserere vel vendicare, vt etiam dicere possumus asseuerare se ex seruitute in libertatem, ab asserendo dicuntur assertores sæpius vindices libertatis,quam, & forsitan an dici possent assertiores seruitutis, quidni cum asserere in seruitutem ex libertate dicamus. Inde eiusmodi assertiones.i.restitutionis in libertatem, aut seruitutem dñr vindiciæ arum, vel à vindicando. vel à vindicio vitellio& seruo qui vindicta.i.virga prętoria primus libertate donatus est.Inde dicuntur vindiciæ libertatis, vel secundum libertatem vindiciæ seruitutis,vel secundum seruitutem. Inde iudex aliquis,vt fecit App.Claud.decerni dr̃ proferre decernere, vel dicere vindicias seruitutis,vel secundũ seruitutem,& propinqui,vt fecit Virg. pater vna cum alijs cognatis dñr postulare, vt vindiciæ libertatis, vel secundum libertatem puellæ agitatæ in causa liberali pronunciantur. Sic ergo astrue literam. Ego assero manu mea illam causa liberali.i.vel in controuersia de libertate, vel per causam liberalem intelligẽdo per actionem libertatis,quam continet in se causa liberalis. Nunc vide.i.considera,delibera, vtrum vis accipere argẽtum.s.viginti minas,an vis meditari.i.exercere,tutari defendere causam tuã.i. tuam partem.s.tuũ ius in hac causa liberali, quam in te puto intendere ò leno, delibera.i.mente voluta hoc.s.an vis accipere argentum, an meditari causam tuam, dum.i.quam diu redeo. S. Proh supreme .i. summe Iuppiter exclamatio est irascentis, & quasi Iouem protestantis, q.d.ò summe Iup.te inuoco in auxilium meum vel imploro opem tuam, vel testor fidem tuã, vel aliquid tale,est aũt exclamatio tragica,in quam cum poëta incidit in personã insanientem introducit,vt prius,Proh.Iup.tu homo redigis me ad insaniam, & hic .i. nunc minime miror eos sup.qui occipiunt.i.incipiunt insanire.i fieri insanos,ex iniuria .i.post acceptam iniuriam, q.d. Mirabar prius pleroſque insanos fieri per iniuriam, sed iam non miror, postquam ego ipse per iniuriam quam sum passus insanire compellor adeo, vt exclamẽ proh supreme Iup. Subdit iniurias quas accepit ab Aesc. Ipse Aeschinus eripuit .i. extraxit per vim me domo.i.è domo, vel,à domo mea.Dicimus aũt eripio te malis cum datiuo, & à malis cum ablatiuo,ipse Aesch.vulnerauit.i.sauciauit me,abduxit.i.violenter eripuit meam puellam, me inuito.i.contra meã voluntatem,ipse Aesch. postulat eam puellam emptam tantidẽ .i.viginti minis tradiet,paragoge.i.dari sibi,vel postulat eã emptam dari sibi tantidem.i.pro eodem pretio quo empta est. Tãtundem dr̃ in nominatiuo,& accusatiuo, & tantidem in genitiuo absque casibus alijs,& postulat eam dari sibi tantidem,ob.i. propter hæc malefacta,quæ in me exercuit. Donatus ait legi in aliquibus libris totidem, ipse Aesch. in fregit .i. cum fonitu illi sit inflixit,incussit mihi homini misero.i.infelici,& afflicto,plus quingentos colaphos.i.plusquam quingentas alapas. Inde colaphizo as.i.alapis aliquem cædere. Dicimus autem eleganter,incussi vel infregi vel illisi aut infixi illi colaphum, pro eo, q̃ dicunt,dedi illi alapam. Iuuen. Nos colaphum incutimus lambenti crustula seruo. Verum.i.sed enim.i.certe quando.i.quia bene.i.multum promeruit.i.adiuuit profuit,cui contrarium est commeruit. Nam merere seu mereri,& promere seu promereri,significat præstare bñficium, comerere autem vel commereri significat contrarium. Verum ergo quia bene promeruit .i. quia multum meruit, vt puellam haberet hoc dicit per ironiã, fiat.i.habeat eam ipse postulat suum ius.i.suũ meritum, vel posset dici suum ius .i. suũ meritum postulat, vt eam habeat, & hoc etiam per ironiam est pronunciandum, nisi velit intelligere eũ adiuuisse eum in eo quod repressit identidem Parmenonẽ cędentem eum Lenonem. Hæc autem omnia leno volutat apud se cogitabundus, & varias rationes agitans. Age aduerbium hortantis seipsum, iam.i.nunc cupio accipere argentum, vel cupio eum habere eam si modo.i.ea lege,si reddat.i.restituat argẽtum,quod pro ea dedi,sed ego ariolos.i.diuino auguror,suspicor, opinor, inde ariolatores,vt inquit Festus,dñr coniectores .i.diuini,seu diuinatores.Ego itaque ariolor.i.suspicor, & diuino hoc quod sequitur,postquam.i.vbi dixero me dare puellam sup.tanti.i.pro tanto precio,videlicet viginti minarum. Vbi aduerte tanti poni in genitiuo cum verbo non tendente ad preciũ saltem proxime, quamuis remote ad precium aliquatenus tendat. Hico Aeschinus faciet testes.i.capiet testes (vt dicit solet) de venditione facta,& tunc debebitur precium,testes inquam faciet me vendidisse puellam, de argento.i.quantum ad argentũ reddendum spectat, somnium erit sup.i.nihil erit tandem nihil soluetur, neque inuenitur, quemadmodum cum aliquis somniat se accipisse pecunias,tandem cum expergiscitur nihil inuenit in manibus suis. Mox.i.statim, dicet mihi quærenti pecunias hæc verba, redi.i.reuertere cras, & ita procrastinabit de die in diem,quoque.i.etiam possum ferre.i.tolerare, id.s.redi cras, si modo reddat argentum debitum, quanquam .i. quamuis, id sup. est iniurium .i. quanquam differre solutionem est inferre iniuriam, & vexare suum creditorem tot accessibus, & reditibus. Vel (vt ait Donat.) quanquam iniuriam est .i. molestum, & ab iniuria profectum cogi vendere q̃ nolis. Verum.i.sed cogito, id quod res est.i.id,quod est verum, quando.i.postquam, occeperis.i.inceperis, quæstum facere.i. quærere sic lucella per lenoniam artem,iniuria.i.molestia adolescentum,est accipienda.i.sustinenda,patienda,toleranda, & musitanda.i.considerанda cum silentio, & in animo repetunda, ac per hoc perferenda Musitare enim proprie à musare est frequentatiuum, significatque dissimulandi causa tacere,dictum vel à muto, vel ab m, quæ litera est nimium pressæ vocis, ac penè nullius adeo,vt sola omnium cum inter vocales inciderit, atteratur, atque subsidiat Virg. Musat rex ipse Latinus .i. tacet causa dissimulandi. Deinde redit ad se inquies, sed nemo dabit iniuriam .s. ita vt non erit opus musitare, & ideo frustra.i.incassum, reputo.i.cogito,voluto, mecum.i.apud me, & in animo meo has rationes .i.faciendi modos, de quibus dictum est, puta de inferenda iniuria, aut de non soluendo debito.

ARGVMENTVM) Describitur certamen Aeschini cũ LATO. lenone,quo per vim eripuit virgem. [Obsecro populares) Ciues. [Ocioſe) Secure alloquitur seruum. [Ego istam) Eclipsis luctantis. subaudi retinebo. [Tu quod te) Præmonitione deterret ab iniuria. [Huius non fa.) Dicticos ostenso pilo vel summo digito [Nollem factum)Prosopopœia purgantis.[Propter assiste) Iuxta. [In mala) In ore lenonis. [Serua) Obserua. [I nunc iam) Iubet abire Parmenonem,& virginem abducere. [Tuis virtutibus) Ironia prouerbialis. [Qui tibi) Exclamatio per dolorem. [Hoc conuitium) Conuitium appellat vociferationem lenonis, quia aliquid qd̃ iuste respondeat non habeat.

beat. [Loris liber?) Subaudi operietur, hoc est cedetur, quia nefas, & contumeliosum erat liberos cedere. [Vah, leno iniqua) Irrisio. [Minis viginti) .i. nostratis pecuniæ ducenti coronatis. [Nam ego illam) verba iuris in asserenda hominis libertate. ordo est. ego illam assero manu, causa liberali. [Domo) Enumeratio cum incremento. [Infregit) Pulchre dictum pro impegit. [Promeruit) Ironicus. [Ariolor) Prouerbialiter de eo quod in certum est. [Mox eras redi) Verba incrastinantis debitoris, per prosopopœiam.

PETR. MARS. OBSECRO populares &c.) Proterui adolescentis fidentia, & impetus, hac scena exprimitur, qui vt libidinem animi sui expleat, alterius miseriæ, inopiæ ac innocentiæ nullam habet rationem: & leges ciuiles transgreditur, quod male institutionis signum est, & damnatur in primis, quoniã violatis legibus, violatus libertas, quæ in legibus continetur, quas non solum tenere debet iuuenis bene institutus, sed ne cogitare quidem, an recte sint positæ. Plato lib. j. de Leg. sic ait: Vna certe lex erit præclarissima, quæ iubeat, ne quis iuuenum quærere audeat, recte, an contra se leges habeant, sed vno omnium ore, vnaq. voce recte tanquam à Dijs positas concedi præcipiat, nec vllo modo aliter pari quidq̃ à iuuenibus cogitari. Et non solum damnandus est, qui iniuriam irrogat, sed etiam qui non propulsat, si potest, iniuriam. Ideo Plato in 5. de Rep. sic ait: Honorandus certe est, qui nihil iniuriatur: qui vero nec alios id facere patitur, duplici honore, imò etiam magis honorandus est. Xenophon lib. j. institutionum Cyri, sic ait: Nihil est iustius, quàm propulsare iniuriam: aut pulchrius, quàm amicis succurrere. Seneca loquens de iustitia, sic ait: Iustus vt sis, non solum non nocebis, sed etiam nocentes prohibebis: nam nihil nocere non est iustitia, sed abstinentia alieni. Cic. in lib. j. de Off. Qui autem non defendit, nec obsistit si potest iniuriæ, tam est in vitio q̃ si parentes, aut amicos, aut patriam deserat. Illum liberali asero, &c. Assero. i. vindico, & defendo eius libertatem ea actione quæ libertatem continet. Est autem actio ius prosequendi in iudicio, quod sibi debeatur, & hæc actio aut est in rem, aut in personam. Manumissio, est datio libertatis. Nam quandiu quis in seruitute est, manui, & potestate subijcitur: & manumissus liberatus est à potestate quæ res à iure gentium sumpsit exordium.

GLAR. INGENS hoc loco difficultas in huius scenæ initio, est quàm leuiter sanè transiliunt quos antea etiam nominatiui. Doct. tres primos iambicos tetrametros catalecticos iudicauit. Cui tantisper subscribam donec meliora inueniam. Nam valde suspicor hanc scenam initio trimetris trochaicis scriptam, vt est scena j. Act. iiij. in And. Verum desunt nobis aliquot verba, quę temere atque absque alicuius exemplaris fide imponere non audemus, multo minus tollere quæ sunt recepta. Itaque ad doct. censuram primus versus dactylum habet loco primo, secundus anapæstum, & u, eliditur in Subuenire. Quanquam poterat, & creticus esse loco primo. Ceterum huius carminis posterior pars etiam. in Doct. lib. claudicat. Est autem sit legendus versus ex antiquo lib. [Subuenire inopi. Aes. Ocioſe iam ilico hic consiste nunc. Quid) Vt nunc post verbum Consiste ponatur, & Quid siniat, deinde alter versus à verbo Respectas incipiat. Quartus est dimeter iambicus. Quintus iambicus tetram. acatal. Sextum Doct. trochaicum tetr. acat. iudicat, quales omnino tres toto Terentio scio, vt superiore fabula diximus Act. 4. scena j. sed qui habeant trochæos loco septimo, cum hic sit spondeus aut bacchius potius. Multum torsit nos hic locus. Atqui omnino audendum erat, & modus verisimilior inquirendus, quo animus Lectoris acquiesceret. Puto igitur tres esse trimetros trochaicos catal. & Dicas verbum diuidendum, quod apud Horatium frequenter fit, apud hunc poëtam etiam scenæ carmina secant. Quare ita omnino duos hosce versus hoc ordine in tres diuido, Aeschine audi, ne re ignarum fuisse dicas meorum morum. Leno ego sum. Aes. Scio. S. [At ita vt vsquam fuit fide quisquam optima) Vbi fuisse dissyllabum est, & Meorum trissyll. Sequentes deinde duo versus, & ipsi male diuisi trochaici sunt tetram. catal. atque ita legendi, Tu quod te posterius purges, hanc iniuriam mihi. [Nolle factam, huius non faciam, crede hoc, ego meum ius persequar) Vt nolle in posteriore sit versu, & esse omittatur, quemadmodum, & versu deinde tertio omittitur, post nollem factum. Et huius monosyll. Quidam lib. post verbum crede habent pronomen Hoc, tum Meum monosyll. fuerit: quidam non habent, & tum meum dissyllabum fuerit. Eiusdem item generis est versus sequens. Tertius autem, & ipse male legitur meo quidem iudicio. Doct. acatalecticum iudicauit, vt sextum huius scenæ, & anapæstum penultimo loco, quod inauditum est. Ego ita eum legam, Noui ego vestra hæc, nollem factum, dabitur iurandum esse te. vt sit trochaicus, vt ceteri, tetr. catal. Iurandum autem pro iusiurandum vsurpari Don. auctor est in Andr. quidam, & apud Plautum esse contendunt, quod equidem nescio. Lector sequatur, quod placuerit. cum nemine ea de repugnauero. Sequens versus in primã syllabam à superiore elidit, atque ita fit troch. tetr. cat. vt ceteri. Rursus sequens versus erit iambicus tetram. acatal. cum cretico loco sexto, si Abi posteriore, syllaba producte legatus. Sin correpte, vt frequenter apud hunc poëtam, erit trochaicus tetram. catal. sed cum amphibrachy loco sexto. Nisi quis Cetrum pro Ceterum legat. In proximo deinde eadem est difficultas. Nam imperatiuus i, si producte legatur, vt primo loco sit spondeus, erit trochaicus tetram. catal. Sin correpte, vt primo loco sit iambus. erit iambicus tetram. catal. Sed vel post iam addetur Tu, quod vetustus habet liber, vel iam dissyllabum est, vt alibi apud hunc poëtam, atque adeo in hac scena paulò post Doct. certe iambicum iudicauit. Ego malim trochaicum vt præcedentes, quemadmodum, & proxime sequens est absque dubio trochaicus. Tertius autem eandem habet difficultatem propter verbum Caue initio positum quod producte iambicum faciet versum, correptum trochaicum, Meis autem monosyllabum in vtroque genere fuerit. [Ne mora sit si innuero quin pugnus cõtinuo in mala hæreat.) Hactenus strenue luctari sumus cũ mostruoso propemodum hoc carminum genere. Qui nunc sequuntur versus exceptis decem ad finem scenæ, omnes sunt iambici tetr. catal. & in hoc primo innuerim habebat Aldi liber, sed vetustus innuero, atque ita haud dubie legendum. In tertio deinde versu inde Aldi liber pro Hei miseriam, habet Hei misero mihi. at priore lectionem probat vetus liber, & carminis ratio: porrò Doctor. trochaicum existimauit, fortassis elisos s, in Fabio iambicus est quem Doct. trochaicum facit, sed esset hypercatalecticus. quod illum non animaduertisse, haud admodum miror, cum ita præcipitaret editionem. Si verum trochaicum tetram. catal. velle necesse erat omittere verbum aliquod vt partem. Sed si iambicus fuerit, ita legetur, Non innueram, verum istam in partem potius peccato tamen. In quinto iam dissyllabum est vt sit loco primo spõdeus deinde duo iambi, & Rei monosyllabum totum eliditur, nisi amphibrachyn loco quarto cõstituamus. Est, & rei monosyllabum in septimo versu, nisi bacchium loco secundo ponamus, & Noctin' per apostrophon legendum. In octauo versu anapæstus est loco primo, & Tui monosyllabum. In nono magis iambicus est. In decimo Melius hoc, pro anapæsto est. In decimoquarto, Bacchatus legit Frobenij liber. Nam primo versu Leno idem verbi ita trissyllabicos repetit. quod si vere legitur, erit aduerbium Iam bis hoc in versu dissyllabum. Alij debacchatus legunt. At in decimoquinto De locum non habet. In decimonono tibi ante tamen ponẽ dum. In vigesimosecundo tibi bis superfluit, & carmini, & sensui. In vigesimoquinto est dactylus primo loco in vigesimosex to proceleusmaticus loco tertio. In vigesimoseptimo iambus est loco tertio, & qui corripitur, non eliditur, vt sic iambicus, vt ceteri. [Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tradier) Hi deinde decem versus sunt trochaici tetram. catal. In quorum tertio Doct. existimat in elidendum in Enim. quod sanè durum videtur. ego suspicor Suum subreptiuum esse nihil tamen asseuero. Si tamen creticus primo bacchius sexto loco ponantur, etiam Suum legi potest. In quarto nisi si modo primam correptiat, vt si quidem, necesse est d, elidi in Sed, & hoc pronomen corripi, vt fieret tribrachys loco septimo. est enim prima de Ariolor correpta, vt puto in antepenultimo cum monosyllabum est nisi creticum loco quinto ponamus.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Sannio quæritur de iniuria sibi facta ab Aeschino, & Syri consilijs eluditur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic duorum inter se ne quam hominum, spectanda quædam vicissim, & dolosa captio continetur. Etiam in hac scena exemplum spectatur vitæ auarorum, qui sæpe in damnum ipsius cupiditatis, suismet rationibus ruunt.

Iambici partim Tetrametri, partim Senarij.

SYRVS seruus, SANNIO.

ACE, egomet conueniam iam ipſum: cupide accipiat faxo, atque etiam
Bene dicat ſecum eſſe actum. quid iſtuc Sannio eſt quod te audio
Neſcio quid concertaſſe cum hero? s. nunquam vidi iniquius
Concertationem comparatam, quàm quæ hodie inter nos fuit.
Ego vapulando, ille verberando vſque, ambo defeſſi ſumus.
SY. Tua culpa. s. quid agerem? SY. adoleſcenti morem geſtum oportuit.
s. Qui potuit melius, qui hodie vſque os præbui? SY. age, ſcis quid loquar?
Pecuniam in loco neglegere: maximum interdum eſt lucrum. s. hui.
SY. Metuiſti: ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paululum, atque
Adoleſcenti eſſes morigeratus, hominum homo ſtultiſſime,
Ne non tibi iſtuc fœneraret. s. ego ſpem precio non emo.
SY. Nunquam rem facies: abi: neſcis inefcore homines Sannio.
s. Credo iſtuc melius eſſe: verum ego nunquam adeo aſtutus fui,
Quin quidquid poſſem, mallem auferre potius in præſentia.
SY. Age, noui tuum animum, quaſi iam vſquam tibi ſint viginti minæ,
Dum huic obſequare, præterea autem te aiunt proficiſci Cyprum. s. hem.
SY. Coëmiſſe hinc quæ illuc veheres multa: nauem conductam: hoc ſcio,
* tum Animus tibi pendet: vbi illinc ſpero redieris, * tamen hoc ages.
s. Nuſquam pedem: perij hercle, hac illi ſpe hoc inceperunt. SY. timet:
Inieci ſcriptum homini. s. ò ſcelera, illuc vide
* empta Vt in ipſo articulo oppreſſit: * emptæ mulieres
Complures, & item hinc alia, quæ porto Cyprum.
Niſi eò ad mercatũ veniam, damnum maximum eſt.
Nunc ſi hoc omittam, actum agam: vbi illinc rediero,
Nihil eſt, refrixerit res, Nunc demum venis?
Cur paſſus? vbi eras? vt ſit ſatius perdere,
Quàm aut hic nũc manere tam diu, aut tum perſequi.
SY. Iam ne enumeraſti, quòd ad te rediturum putes?
s. Hoccine illo dignum eſt? hoccine incipere Aeſchinum?
Per oppreſſionem vt hanc mihi eripere poſtulet?
SY. Labaſcis. vnum hoc habeo video, ſi ſatis placet,
Potius, quàm venias in periculum Sannio:
Serues ne, an perdas totum, diuiduum face:
Minas decem corradet alicunde. s. hei mihi,
Etiam de ſorte nunc venio in dubium miſer.
Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi.
Præterea colaphis tuber eſt totum caput.
Etiam inſuper defrudet? nuſquam abeo. SY. vt lubet.
Nunquid vis quin abeam? s. Imò hercle hoc quæſo Syre,
Vt ſit hæc ſunt facta, potius, quàm lites ſequar,
Meum mihi reddat; ſaltem quanti empta eſt, Syre.
Scio non te vſum antehac amicitia mea:
Memorem me dices eſſe, & gratum. SY. ſedulo
Faciam. ſed Cteſiphonem video. lætus eſt
De amica. s. quid quòd te oro? SY. pauliſper mane.

ACE, egomet conueniam iam ipſum) In hac ſcena actus, eſt exemplum continens vitæ auaro rum, qui ſæpe in damnum ipſius auaritiæ ratio nibus ruunt, ſimul etiam duorum inter ſe ne quam hominum ſpectanda quædam viciſſim, & doloſa captio eſt. [Tace, egomet conueniam iã ipſum) Tace, ſi pro aduerbio eſt, omnibus dicitur. ſi pro verbo ponitur, dicitur Cteſiphoni maxime ſollicito, & ſupplicanti omnibus ob metum patris. Iam autem, non tarditatis eſt, ſed properationis ſignificatio. [Bene dicat ſecum eſſe actum) Actũ, recte additum eſt, nam multa etiam cupide accipimus, ita tamen vt male nobiſcum eſſe dicamus actum. [Quid iſtuc Sannio eſt?) Illud ſupra poſt ſcenam, hoc iam in proſcenio dicitur. Et vide quàm ingenioſe Terentius, qui ſupra ab Aeſchino lenonis nomine facit Sannionem vocari, vtpote ab homine arroganti, & feroci ob ætatem, & negocium, at hunc blande circunueniẽtem honorificentius inducit cum lenone loqui, & Sannionem eum vocare. Sane qui in ſordidis profeſſionibus agunt vitam honorifice nomine proprio appellas. ſed qui in ſplendidis artibus ſunt conſtituti, gaudent artis nomine nuncupari, vt Imperator, Orator, Philoſophus. Sic & in Eun. Audire vocem viſa ſum modo militis, apud ſe loquens meretrix Et poſtquam illum eo minus videt, Salue mi Thraſo, inquit, non, ſalue miles, quod erat duriſſimum. Et mox irata perſonat, miles nunc adeo edico tibi. [Neſcio quid concertaſſe cum hero?) Argute poſitum neſcio quid. vult.n. ex illo audire, vt nanciſcatur initium quod perſuadendum ſuſcepit. [Concertaſſe) ἀπονενμία honorifice nomen tractat, vt & placidum ſibi reddat, & vt eum faciat ad contemnendam pecuniam liberalem. nam honeſtas adimit auaritiam. [Concertationem comparatam) Ἀποσύρει, quia ille concertaſſe dixit, non cæſum eſſe. [Comparatam) Proprie alias conſtitutam. Et comparatam ad dictum Syri refert, qui ait concertationem fuiſſe pares faciens Aeſchinum, & Lenonem. nam Sannio vult ſibi deberi pro eo quod vapulauit, quod abſtulit illi Syrus, dicendo eum non verberatum eſſe, ſed potius concertaſſe. Et proprie dixit concertationem ipſum actum. nam certamen eſt, res ipſa de qua certatur, vter columbam ſagitta feriat, vter prior decurrat ad metas. Vnde Virg. Velocis iaculis certamina ponit in vlmo. At vero certatio, ipſe actus contentioque certantium eſt. [Ille verberando vſque ambo defeſſi ſumus) In certa eſt diſtinctio, vel verberando vſque, vel vſque defeſſi. & eſt Vſque aduerbium, ſignificans, aut diu, aut multum. [Tua culpa) Poteſt, & nominatiuus, & ſeptimus caſus eſſe. ſi nominatiuus eſt, deeſt Eſt: ſi ſeptimus, deeſt Factum eſt. [Adoleſcenti morem geſtum oportuit) Ab ætate adiuuatur ſententia. ideo adoleſcenti dixit, non Aeſchino. Et morem gerere, proprie lenonis, & meretricis eſt: vnde, & ipſe ſic reſpondet, vt non fugiens παράφατον dicat, vſque os præbui. [Adoleſcenti morem geſtum oportuit) Cum ἀμφίσεις adoleſcenti pronunciandum eſt. i. qui facilius aſſentatione caperetur. [Quid potui melius) Subauditur, morem gerere. Et hoc ſubtiliter leno, cum morem gerendum fuiſſe in meretricis precio dixerit Syrus. Hodie autem, non tempus ſignificat, ſed iracundiam eloquentiam, ac ſtomachum. Vt Virg.

Nunquam omnes hodie moriemur inulti.

[Age) Modo age, corripientis eſt aduerbium. [Scis qd loquar?) Argute qa ſimulauerat leno non intellexiſſe qd dixerat ſeruus. [Scis qd loquar?) Legitur, &, ſcis qui loquar. [In loco neglegere, maximum interdum, &c.) Bene additum eſt in loco, & interdum. non.n. ſemper. [Si nunc de tuo iure conceſſiſſes) Bene tuo iure, ne diceret, non erat res mea quam venalem habui. Aut De tuo iure, de lenonia duritia, vt alibi, Meo iure vtar, vt potior ſit qui prior ad dandum ſit. [Ne non tibi iſtuc fœneraret) Fœneratum, eſt cum lucro redditum, & multiplicatum. Fœneraret ergo,

DON.

go,non Aeſchinus,ſed ipſa res in qua fœneratio eſt.[Ego ſpem precio non emo) ἀντιοικονομία, contra , Pecuniã in loco negligere maximum interdum eſt lucrum . [Nunquam rem facies) Leno quidquid agit,ad lucrum refert,& ſic lucri genus dicit eſſe Syrus à lenone quemadmodum perſuadet . Et nota Rem, & litem,& negocium meretricis , & patrimonium , & omnem pecuniam nominari.[Nunquam rem facies)Secundum perſonam ſerui lenonem Syrus hortatur,hominẽ ad lucrum excitans,non ad honeſtatem. [Neſcis ineſcare homines) μεταφορὰ ab aucupibus,qui auibus capiendis effundunt cibum. [Credo iſtuc melius eſſe)Vide comicum errorem vtriuſque perſonæ,& callidi lenonis,& captioſiſſimi Syri ſerui.[Age) Age nunc verbũ eſt ſignificans dic . quia iam prope eſt vt conſentia perſuadenti . [Tuum animum) deeſt,liberalem.[Quaſi iam vſquam tibi ſint viginti minæ) Sen ſus,quaſi numero in aliquo ducas, & in aliqua æſtimatione cõſtituas,& non ſi velis, penitus contemnas viginti minas,dũmodo huic obſequi velis . [Te aiunt proficiſci Cyprũ) Et eum non profecturum dixit,ſed iam proficiſci, & non ab vno dicit ſe audiuiſſe, ne negaret,ſed aiunt,inquit.[Præterea aiunt) ἀναλαμβάνεις eſt figura . Nam veteres libenter coniunctiones multiplicabant. [Coëmiſſe hinc quæ illuc veheres multa)Nuſquã hoc oſtendit alias Terentius,ſed apparet ex confeſſione lenonis vera hæc omnia eſſe. Et mira varietas eſt, proficiſci,coëmiſſe,Conductam nauem, ne diceret,proficiſci,emere,& conducere nauem.Et cõductam nauim addidit, vt dilationem res hãe non poſſit . [Hoc ſcio,animus tibi pendet) Hoc & correpte legi poteſt, vt articulus demonſtratiuus ſit, & producte, vt ſignificet aut hanc rẽ,aut hunc locum.i.Cyprum.[Vbi illinc ſpero re) Ex ſpe tua vult Syrus oſtendere quid leno debeat ſperare.i.non ſe acceptum modo.[Tñ hoc ages?)Hoc eſt exiges debitum . nam hoc agere dicimus eum,qui inſtat negocio ſuo.[Nuſquam pedem) Quia exclamatio eſt,per ἀποσιώπησιν non completur . [Inieci ſcrupulum homini) Hoc leno non audit . ſimul .n. dr, cum ille clamat . & ideo ſimul legi non poteſt . Et hic oſtendit Syrus quo hæc conſilio locutus ſit . [Quæ porro Cyprum) Hanc inſulã poſuit poëta,vel quòd Veneri ſacrata ſit . vt Horat. Sic te diua potens Cypri . Vel q̃ mercatus in ea ſit . vt idem, Nunquam dimoueas,vt trabe Cypria Myrtoum pauidus nauta ſecet mare. [Illuc vide) Vide τῷ διοτισμῷ dicit . [Vt in ipſo articulo oppreſſit) μεταφορὰ perſeuerans à ſcrupullo .i. lapillo, qui nos in calceo latens plerunque lædis . Et oppreſſit,vel Aeſchinus,vel res ipſa quã ſubijcit.i.quod ait,Emptæ mulieres,cõplures, &c. [Item hic alia) In lenonis mercibus ἕξις . [Emptæ mulieres complures) συλλῆψις . Emptæ, legitur, & empta . [Niſi eo ad mercatum veniam) Eo, nunc aduerbium eo loci.i.Cyprum. Mercatus aũt,locum tempuſq. ſignificat. [Damnum maximum eſt) Quia & hoc damnũ in precio mulieris eſt. [Nunc ſi hoc omittam) Quod damnum eſt.ſ.Hoc,autem dicit negocium cum Aeſchino.[Actum agam) Prouerbium.i.nihil agam . quod enim in iure ſemel iudicatum fuerit,reſcindi,& iterum agi non poteſt. Sic in Phorm. Actum, aiunt, ne agas . [Nihil eſt) Noue nihil eſt, pro , nulla ſpes eſt . [Refrixerit)Pro refrigeſcet. [Vt ſit ſatius perdere) Per ὑπερβολὴν hoc accipe . nam non conuenit perſonæ lenonicæ damna contemnere. [Hic nunc manere) Dum non nauigo. [Tum perſeq) Cum rediero.[Iam ne enumeraſti) Finxit Syrus ſe non intellexiſſe q̃d apud ſe ipſum leno locutus ſit . ideo illi aliud ait, q̃ ille ſecum diſputauerit. [Quod ad te rediturum pures?) Hoc dicto, tantum illum accepturum ſignificat, quantum dederat in puellam . Nam hoc ad nos redit,quod à nobis abierit . Et dicendo redituru, oſtẽdit ſuper viginti minas nihil illum ſperare oportere,ſic .n. ſupra,Minas viginti tu illam emiſti,quæ res tibi vertat male.[Hoccine illo dignum eſt ?) Huiuſmodi comploratio ſummam deſperationem lenonis oſtẽdit.[Hoccine incipere Aeſchinum) Quaſi de magno facinore dixit . Vt in Heaut. Vide quod inceptet facinus . Aeſchinum aũt eum laudatione dixit, quaſi quem non deceat malefacere. Et vide,quàm omnia experiatur impotens,& miſer ob recuperandam rem ſuam.[Vt hanc mihi eripere poſtulet?)Non dicit de qua,quia de illo ſermo eſt. Poſtulet,velit aut ſperet. Cic.Vt temporibus reip.cedat non eſt poſtulandum.i.cupiendum,aut expectandum . [Eripere poſtulet) ἀντὶ τοῦ ἁρπάσει dixit,non eripuerit, tanquam adhuc non fecerit . & ſic loquuntur qui nolunt circa ſe perſeuerare iniuriam . [Labaſcit) Hoc preſſe dr . & proprie dicit labaſcit , vt & ſuam inſtantiam,& cunctationem tarde incipientis conſentire monſtrarer . nã inchoatiuum verbum eſt . Et eſt metaphora ab arbore facta, quę multis ſucciſa ictibus,ferri tandem incipit in caſum ponderis,rumamq. minitari. [Vnum hoc habeo) Hoc clare,& ſubaudiendum eſt,quòd dicam,vel dicere . [Vide, ſi ſatis placet) Non placet dixit,ſed ſatis placet, veluti magnum conſilium præbiturus.[Potius quàm venias in periculum)Oratorie,comparatione peiorum,dicit hoc eſſe quod ſuggerit eligendum. [Diuiduũ face) Hoc eſt diuide, figura μεταφορολογία . Diuiduum à diuiſione . Dimidium,à dimenſione dicimus.[Minas decem)Scit illum viginti poſſe accipere, ſed iccirco agit , vt optet leno quod paulo ante nolebat . [Corrader alicunde) Alicunde, dictum eſt quaſi non habentis,nam nec ipſa in promptu ſunt . [Hei mihi etiã de ſorte nunc venio in dubium miſer)Sors eſt ſumma,cui extrinſecus acquiritur fœnus . Ergo ſortem dicit de precio quo empta eſt.i.viginti minis . Et vide illum dãno potius exclamare,quàm iniuria . [Nunc venio in dubium) .i. in periculum . Virg.

Nec tibi deſertæ in dubijs coluiſſe Dianam Profuit .

[Omnes dentes labefecit) Iniuria lenoni tunc dolet,cum adiuncta damno eſt, vt ſupra,Quando eum quæſtum occeperis,accipiunda,& muſitanda iniuria adoleſcentium eſt, Vel iccirco enumeratis contumelijs adiecit,Etiam inſuper defrudet. Et vide vt eadem quæ dixit ſupra,repetat,ſed ardentius tamen,& cum αὐξήσει. Sic Virg. in maius reperit,quod non ſemel dicit . [Colaphis tuber eſt totum caput) Tuber , eſt genus cibi collectum ex tumentibus,& quaſi prægnantibus arenis . Plus autem hic quàm ſupra,dixit. Supra enim dixit,Plus quingentos colaphos infregit mihi . hic vero,Colaphis tuber eſt totum caput.[Etiam inſuper defrudet?) αὐξήσεις apta lenoni auaro . nam honeſtior perſona non hunc ordinem faceret . [Defrudet ?) Fraude decipiat . [Nuſquam abeo) Hoc dictum vim habet comminantis . niſi illud cum contemptu ſuſceperit Syrus.[Vt lubet)Negligenter ſeruus reſpondet,vt rogetur à lenone . [Nunqd vis quin abeam?) Hæc eſt plena locutio. Nunqd vis,deſiderat ſupplementum. & hoc vti dicto diſcedentes ſolent . Quin,nunc quare non ſignificat.[Imò hercle hoc quæſo vtut hæc ſunt facta) Ipſe ſibi ſatisfaciat . Vtut enim,quoquo modo ſignificat, diuerticulum ad preces faciens.[Potius,quam licet ſequar)Quia dixerat Aeſchinus, Nunc vide, vtrum vis, argentum accipere , an cauſam meditari tuam . [Meum mihi reddat) Sortem,quam ſolam ſupra recuſabat . Et oratorie, non enim quanti emi dixit,ſed,inuidioſe meũ mihi reddat.[Saltem)τὸ ἔσχατον . natum eſt autem à captiuis ſaltem, qui nihil aliud præter ſalutem à victore petant. Scio non te vſum antehac amicitia mea) Figura ἀποπιστία, per quam oſtendit ſe fideliter promittere quod promittit. Virg.

Scio me Danaũ è claſſibus vnum ,
Et bello Iliacos fateor periiſſe penates ,

[Memorem me dices) Figurate eſt inducta promiſſio præmiorum.Et bene vtrunque narrat . nam non continuo qui memor eſt,etiam gratus eſt Memor enim eſt , quòd apud ſe meminit . Gratus qui meruit hoc nomine vocari,dum vicem reddit. Nã multi ſunt memores,ingrati tamen. [Sedulo faciam)Sic promittit,vt nihil ſua intereſſe credatur.[Sedulo) De induſtria,ſine dolo.[Sed Cteſiphonem video) Aduentus in proſcenium perſonarum cum conſulto conſilio fingantur à poëta,tanquam ſuperueniunt alijs rebus in medio poſitis , quæ ipſarum interuentu finiantur . mire tñ,quod quaſi ex argumento ſit , vt futuri actus ſui,antequam loqui incipiant,deſcribantur . [Lætus eſt de amica)Hoc lentius,& ſummiſſe. [Quid q̃ te oro?) Deeſt agis,& deeſt ego.[Quod te oro?)Aut ſi quid,aut propter quod,ſubintelligimus , vt ſit, Quid mihi non reſpondes de eo propter quod te oro aut ſi quid te oro ? Et quàm bene faſtidioſum lenonem facit Syrus, vt optans ille deſperando viginti minas accipiat . nã, & ſupra non intendenti dicit toties in vno ſenſu hoc idem Syrus de amica . Poteſt hoc,& interrogatiue pronunciari .

TACE egomet,&c.) In hac ſcena duo nequam hominum ſpectari poteſt quædam captio doloſa, pariterq. auarorum vita accingitur,qui ſæpe in damnum ipſius auaritiæ rõnibus ruunt . SY. Syrus ſeruus primo alloquitur Cteſiphonẽ. deinde conuertit ſermonem ad San.&quia Cteſipho maxime ſolicitus erat ob metũ patris, ideo dicit illi ſeruus tace.i.noli querelas producere , ſed potius eas ſiſte egomet conueniã.i.alloquor ipſum lenonẽ . Iam.i.ſtatim.faxo.i.faciam,reperitur etiam faxim pro fecerim. Faciam ergo,q̃ ſup.accipiat pecunias,& ſit contentus, neq; conqueratur cupide.i.libenter,atque ẽt faciam, q̃ dicat bene actum eſſe ſecum.i.bene ſibi contigiſſe,& ſe eſſe feliciſſimum,& fortunatiſſimum in hoc negocio.Deinde acta opportunitate aggreditur leno. S. Quid illud eſt.i.ſibi vult,quòd audio te concertaſſe.i.contendiſſe cũ hero.i.dño,& quidem vſque eo,vt ad manus ſit peruentum . neſcio quid.i.neſcio propter quam cauſam . S. Nunq̃ vidi certationem comparatam.i.concitatam,cõmotam, GVID.

contractam,iniquius.i.iniustius.Certatio est actus,contentioq. certantium,sed certamen est res ipsa,de qua certauit,interdū tamen diligens lector certamen pro certatione inueniet. Nunquam inquam vidi certationem cōparatam iniquius,quàm hæc certatio,quæ fuit hodie inter nos,ambo.i.ego & ipse Aesch.defessi sumus.i.defatigati,ego defessus sum sup.vapulādo in passiua significatione.i.dum verberaret,ille Aesch.defessus est verberando,vsque .i. diu,multum,vel assidue, & est aduerbium . S Y. Tua culpa fuit supp. quæ effecit vt ita vapulares, vel id factū est tua culpa,in ablatiuo.i.per tuam culpam . S. Quid agerent ? id est agere possem ? S Y. Oportuit morem gestum, pro gerere .i. oportuit morem gerere, seu obtemperari adolescenti Aesch. S. Qui.i.quomodo potuit melius morem gerere,qui præbui.i.ob tuli.os.i.faciē percutiendam.s.hodie,vsque.i.assidue. Hodie hic non tempus significat,sed iracundiam,eloquentiam, ac stomachum . Virg. Nunq̄ hodie omnes moriemur inulti . S Y. Age, hic corripientis est aduerbium,scis quid loquar,interdum maximum est lucrum negligere pecuniā,in loco .i. vbi opportunitas postulat . Locus enim sæpe poni inuenitur pro opportunitate, seu occasione,q.d.interdum commodum est pecuniam negligere , sed non semper vt in hac parte . S. Hui interiectio ridentis ? quasi leno rideat dicta serui & contemnant . S Y. Si nunc concessisses paululum de tuo iure.i.si paululum tuum ius prætermisisses, tuum ius dicit Don. hic tuam lenoniam duritiam . Vel sic intellige . Si paululum nō habuisses rationem tui iuris,quod est non vendere tuam rem si nolis ita,quòd fortunam præsentē esses securus capiendo pecunias ab adolescente,& illi morem gerendo. Dici autem sæpe numero solet . Interdum necesse est de suo iure concedere.i.quasi suum ius relinquere,& sequi fortunā præsentem,quæ offertur,vt hic, ita vt non sit semper sequendus iuris rigor,sed interdum ab eodem declinandum,atque deflectē dum . Dici etiā solet vulgo,multum de suo iure dimisit ire , vbi etiam dicendum,multum de suo iure concessit.Sed ad tenorem tex. redeamus . Atque si morigeratus esses.i.morem gessisses,& obtemperasses adolescenti Aesch. Morigeror aris deponens , & morem gerere idem significant , si hæc fecisses metuisti ò tu homo stultissime hominum,ne.i.quòd, illud argentum.s.quod potuisses habere,si paululum de tuo iure concessisses, non fœnerare tibi.i.non afferret,non pateret tibi fœnus.i.lucrum.Nam (vt ait Don.)aliquid dicitur fœneratum,quod cum lucro redditum est atque multiplicatum. Interdum tamen fœnerare actiuum,& fœnerari deponens significat dari alicui pecunias ad vsuram .i. quæ ab accipiente cum lucro reddantur,& multiplicentur. Præterea fœneror aris interdum est passiuum à fœnero,interdum significat accipere ad vsuram,vt si ita dicam.Ego à Ioanne sum fęneratus pecunias, qui multis alijs fœnerat pecunias inquam . Itaque talis est sensus. Tu tua auaritia ductus noluisti capere pecunias tibi nunc oblatas,& ita tunc occasione calua in damnum incidisti,& hoc fecisti metuens,quòd ea pecunia non afferret tibi lucrum,quemadmodū tibi quotidie attulisset ipsa puella quę stum faciendo tibi . S. Ego non emo spem.i.expectationem futuri boni,vel lucri precio.s.negligendo pecuniam quam habere prę sentem possim,contra dictum serui,qui dixerat.Interdum est se commodum in loco pecuniam negligere spe videlicet futuri boni . S Y. Nunquam facies rem .i. nunquam accumulabis diuitias,nunquam augebis rem familiarem , seu substantiam , seu nunquam congreges peculium pingue,vel nunquam congregabis pecunias,aut lucrum non facies,& vtilitatem seu cōmodum. Nam,& litē,& meretricis negocium,& lucrum , & commodū , & patrimonium,& omnem pecuniam nominari rem, animum aduerti ex scripturis potest.O Sannio abi.i.discede à tua professione sordida,qua nescis exercere,nescis inescare.i.arte &astutia fallere, seu decipere,& irretire homines . Tractum est autem ab aucupibus,qui per escas effusas in terra aues capiunt. Ideo dicitur auceps,aues inescauit.i.sparsit escas,vt illi confidant aues,reticulitq. irretiantur . S. Credo istud quod dicis esse melius.i.esse commodius,& aptius . Verum .i. sed ego nunquam sui adeo .i.ita astutus.i.callidus,cautus,quin.i.quòd non mallem potius (eligentis hic est) auferre.i.arripere . in præsentia.i.sine dilatione,quàm in futuro,q.dquid.i.omne quod possem auferre,seu celeriter arripere,vel quidquid possem.i.quancunque rem possem facere , sed superior sententia melior . S Y. Age, hic verbum est,& significat dic. potest forsitan non inepte dici aduerbiū hortantis. Nam hic hortatur lenonem vt attendat ad verba sua,& ea exaudiat,ac persuadenti consentiat.Noui tuum animum liberalem.s.qui sup. contemnas argentum pro puella arrepta,quasi.i. tanquam iam viginti minæ.i.viginti libræ, sint tibi.i.quasi iā habeas viginti minas constitutas.i.assignatas,vsquā.i.in aliquo loco,q.d. noui tuum animum sic liberalem,quòd non cures istas 20.minas repetere ab Aeschino,aut Ctesiphone,sed iam earum æstimationem tibi cōstitueris,& assignaueris in alijs mercibus, in quibus sis recuperaturus istas minas perditas, dum.i.dummodo,obsequaris.i.impendas obsequium,& facias,vt dicunt, placitum,inepte tamen,huic.s.adolescenti, autem.i.sed præterea.i.super,præterea prædicta aiunt homines.s.hoc est fertur,dicitur, rumor est te proficiscī.i.quasi iam arripuisse iter.Cyprum.i.in illā insulam Veneri cōsecratam,q.d.vis illuc ducere puellas hic emptas,qbus illic quæstum facias,vbi Venus colitur.i.libido exercetur,propterea ars illic lenonia locum habet, vel etiam proficisci dicitur potissimum in Cyprum quòd mercatus in ea vigeat, & negociatio exerceatur. S. Hem, interiectio indignantis & stomachantis ob inuentionem istam . S Y. Prosequitur quod incœperat Syrus,quo loquente dixerat leno hem . Aiunt inquā te coēmisse.i.emisse,cōparasse,hic.i.ex Athenis multa sup.mercimonia,seu vænalia,quæ veheres hinc illud .i. in Cyprū, bene autem dixit veheres qa vehuntur proprie,quæ naui portantur, vnde vectores.Aiunt etiam naui conductam.i.rerentam pro p̄cio promisso qua tuas sis vecturus,scio.i.noui hoc.i. hāc rē,vel hunc locum.s.Cyprum,vt interpretatur Don.vel dic scio quòd sup. animus pendet tibi .i. quòd animus est iam totus pronus, propensus & inclinatus ad eum lucum Cyprum adeundum , ac propterea iam non curet repetere istas minas , & alq. libris habēt hic,quasi iam in eo loco esset eius animus per cognitionē , vbi.i.quādo,vel postquam redieris illic ex Cypro, vt sup. spero .i.credo & opto,tum.i.tunc ages hoc .i. exiges debitum,nā hoc agere dicimus eum , qui instat negocio suo . S. Nusquam pedem moueo sup. vel profero,hoc est nusquam non solū vado, sed nec moueo pedem qdem,quod minus est quàm ire . Hercle perij.i.perditus sum,illi adolescentes inceperunt.hoc.i.hoc consilium inierunt à me eripiēdi puellam meam hac spe .s. quia spe rauerunt me profecturum Cyprum . S Y. Hoc dixit Syr. quandiu exclamabat leno,& dicit summisse , vt non audiatur . Leno timet,inieci.i.immisi,incussi scrupulum.i.molestiam, solicitudinem,& asperitatem homini .s. lenoni . Scrupulus , inde scrupulus dicitur lapillus breuis & asper latens in calceo , ingerensque molestiam & solicitudinem sua asperitate,de eo satis prius dictū est . S. O sceleras ? Exclamatio,admiror sup. sceleras horum hominum . Vide.i.considera illud quod sequitur,vt.i.qualiter ipse Aesch. vel res ipsa,quam subdit.s.quod res suas iam habet coēmptas,oppressit.i.læsit me in ipso articulo .i. in ipso,vt ita dicam, puncto,quo mihi ad mercatum erat eūdum,complures.i.multę mulieres sunt emptæ,& item.i.similiter,alia sunt coēmpta, quæ porto hinc.i.ex Athenis Cyprum. Nisi venio.i.vado,eo . Nam eo pro venio,& diuersō sæpe poni inuenitur,nisi venio eo.i.Cyprum . Est enim hic eo aduerbium ad locum,ad mercatum.i.ad venundandas merces meas. Mercatus autem quartæ inflexionis significat & locum mercaturæ exercendæ destinatum. Item mercatus significat tempus in quo homines in aliqua loca confluūt ad negociandum,& mercaturam exercendam . Itaque eleganter dicimus vado ad mercatum in Hispaniam , vbi dicunt vado in mercaturam . Nisi ergo vado eo ad mercatum damnum maximum est mihi .s. id est multum damni facio non eundo nunc, si omittam hoc negocium.s.cum Aesch. agam actum .i. nihil agā prouerbium est,nam quod in te semel iudicatum fuerit,id rescidi & iterum agi seu retractari non potest,vbi.i.postquam, redieris illic.i.ex Cypro,nihil est.i.nulla est reliqua spes, res.i.totum negocium de hac oppressione,refrixerit .i. iam desinerit esse recens,iam deferbuerit,iam non erit noua,sed iam obsoleta, & reiecta,diceturque mihi sup.à iudicibus nunc,demum.i.tandem,sero,post tempus venis ad agēdum de re iam sopita,cur passus est tandiu te opprimi ? nec intenderis actionem, seu cur fuisti negligens,& remissus,ac nimis patiens,qui iniuriam hucusque in cor de portaueris.Vbi erras ? cum tempus erat agendi,vt.i.ita quòd satius erit.i.melius erit perdere precium puellæ,quàm aut manere hic tandiu.i.tanto tempore,quo non nauigo,aut persequi ius meum in iudicio , tum .i. nunc, cum rediero . S Y. Syrus fingit se non intellexisse omnia ista,quę locutus est leno,illique aliud proponit,ne.i.vtrum,iam enumerasti.i.computasti, id quod putes rediturum ad te .s. precium puellæ,quod tibi redibit, quoniā prius tua bursa est profectum,cum eam emisti . S. Ne.i.vtrum , hoc.s.quod sequitur est dignum illo Aesch.q.d.non decet iuuenem in hæc mala prorumpere,hoccine.i.vtrū decet, sup. Aesch. iuuenem ingenue incipere hoc.i.in sua iuuentute incipere malefacere,q.d. non decet,deinde subdit quòd eum dedecet,videlicet

eet vt postulet Aesch.i.velit,aut speret,aut expectet, eripere.i.auferre, abducere mihi hanc .i. meam puellam per oppressionē .i. per læsionem & offensionem,& per impetum,ac violentiam opprimendo me emptorem. SY. Dicit seruus hoc verbum apud se indicans illum lenonem iam remitti,neque ita esse instantem vt prius, leno labascit .i. animus cadit, vt Ciceronianis verbis vtar,ita q̄ eius animus inclinatꝰ & corruit,habeo dicere sup. vel quod dicam hoc vnum.i.hoc tātum,vide.i.considera, delibera si satis placet. ne.i. vtrū,serues.i.velis saluare & recuperare,seu cō seruare,an perdas totum.i.puellam & precium potius, quàm venias in periculum,face pro fac.diuiduum .i. fac diuisionem,hoc est diuide & declinatur hoc diuiduum dui.habemus etiam diuiduus a,um,dimidium autem dicitur à dimēsione,diuide ergo illas viginti minas per medium, ipse Aesch. non habens pecunias de se corradet.i.difficulter contrahet,comparabit,abducet,auellet,extorquebit,eximet,abstrahet,aliunde .i. ab alio loco,vel ab alia occasione,decē minas,quæ sunt pro parte media. Abradere significat per vim auferre. S. Hei mihi .i. dolore afficior,etiam nunc ego miser venio in dubium.i.periculum,de sorte.i.quantū ad sortem.i.summam principalem,qua empta est puella, videlicet viginti minarum,sors enim est summa,cui extrinsecus requiritur fœnus,ait Don.nihil pudet eum sup.vel nihil.i.non,vel ne quaquam pudet eum male facere.s.Aesch.q.d. nullatenus erube scit male agere. Labefecit.i.labare,hoc est ruere fecit,& decidere,ac fregit mihi omnes dētes. præterea.i.insuper, totum caput meum est tanquam sup. tuber.i.tanquam illud genus cibi nascē tis intra terram,quod rustici trussam votant. Est autem tuber,vt ait Donat.genus cibi collectum est tumentibus,& quasi prægnātibus arenis. Nunc ergo dicit totum caput meum est ita tumens & inflatum,vt tuber,colaphis.i.per alapas,q.d. ex frequentia colaphorum totum meum caput est turgidum,& inflatum, etiam insuper.i prærer prædicta,defraudat .i. detradit,deterit,per fraudem deducit de precio à me dato pro puella, ac propterea nusquam abeo.i.non proficiscor in aliquem locum ad mercatū,sed agam aduersus Aesch. SY. Vt lubet.i.quemadmodum vis facito,tuo ipsius arbitrio relinquo,q.d. non curo,deinde fingēs vel le discedere,inqt, nunquid vis aliquid aliud à me scire, vel mihi dicere,quin.i.quinimò,abeam.i.discedam, postquam interrogauit nunquid vellet,statim subdit,& quasi corrigendo se inquiēs, melius esse vt discedat. Don.dicit ibi capit quin pro quare,& tūc esset sensus quare discedā. S. Imò .i. sed hercle quæso hoc quod sequitur ò Syre,vtut.i.vtcunque.i.qualitercunq;, seu quomodo hęc facta sunt ab Aesch.q.d.dimissis omnibus offensis, meum.i. res mea, hoc est vel puella, vel precium reddatur mihi potius, quàm sequar lites.i.potius quàm litigemus,& agā in Aesch.saltem,q.d.saltem,hæc particula nata est à captiuis,qui ceteris rebus desperatis ad minus(vt dici solet)salutem petunt,saltem inquam reddatur mihi tantum quantum.i.quāto precio empta est .s.puella. SY. Scio te non esse vsum ante hac.i.ante hoc tempus mea amicitia,si hoc feceris. dices me esse memor recordando beneficium & gratum rependendo,seu gratiam referendo. nā memor est,qui apud se meminit,gratus,qui vicem reddit,seu vices rependit, multi autem sunt memores, ingrati tamen. SY. Faciam sedulo.i.laborabo vehementer. instanter,de industria,sine dolo,vt ibi tuū reddatur, sed video Ctesipho præparatio ad aliā scenam est.deinde lentius & summisse subdit,ipse lætus est de amica .i. propter amicam,qua potitus est. S. Quia leno videbat in alium occupatum Syrum timuit ne non intellexisset, quod eum rogauerat,& ideo eum interrogat, quidnam sit illud quod rogauerit,vt faciat periculū teneat Syrus memoria,nec ne. quid est supp. quod oro te? nam oro regit duos accusatiuos .i. quid est quod te facere velim? SY. Mane .i. siste verba,desine loqui, tace,expecta,habeas patientiam.paulisper.i.aliquandiu.nam parumper,paulisper,aliquantisper,duntaxat dicuntur de tempore, similiter & tantisper quod est tandiu.

LATO. ARGVMENTVM) Syrus callide impellit lenonem,vt accipiat precium pro erepta virgine. [Tace,egomet conueniā) Egrediens Syrus alloquitur Ctesiphonem solicitum ob factum Aeschini.[Quid istuc) Dissimulat se scire quod probe nouit,ne subornatus esse videatur.[Vapulando,verberando)Facetum Antithetō,quo in seipsum ludit leno.[Quid potui) Facete aliud respondet quàm expectatur.[Meruisti)Hæc tota admonitio ad auctoritatem & beneuolentiam pertinet. & est præparatio ad id, quod intendit.[Ego spem)Prouerbium.[Inescare)Translatum ab aucupibus. [Age noui tuum) Leuiter prætentat aditum persuasionis, & mox solicitudinem injicit callido commēto qui sanè locus vim habet à tuto. Nam satius est certum accipere,quā incertæ spei euentu pendere.[O scelera) Hæc eum præcedētibus secum leno,digresso paulum Syro,vt appareat. Inijcere scrupulū prouerbiale est.[Nunc demum venis)Prosopopeia tergiuersantis debitoris.[Oppressionem,vim,fraudē)Auxesis. [Vtut hæc) Metu damni impulsus leno, eligit id quod tutius videtur.

TACE, egomet &c.)Veteratoris hominis vaframentum, & dolos tantum posse docet hæc scena,vt illis interdum viri, ēt malitiosi circumueniantur,vt cauere sit difficillimum, maxime cum insidiæ lateant sub simulatione illarum actionum, quæ vti les esse videntur.Vnde Cic.in 3. act. in Verr. sic ait: Nullæ sunt occultiores insidiæ,quàm hæ quæ latent in simulatione officij. Et Plin.in Epist.dicit magnas habere latebras vitam hominis,& altos recessus. [In ipso articulo) .i. temporis puncto, & angustijs. [Hei mihi etiam de sorte) Sors dicitur principale mutuum & precium, cui quidquid accedit, dicitur vsura. PETR. MARS.

VNDE viginti primi huius scenæ versus sunt iāb. tetram. acat.Reliq deinde senarij. In primo versu plerisq; in lib.omissa erat particula Iam,quam R.post verbū Accipiat ponit.vetustus meus liber habebat post verbū Cupide. Frobenij liber post verbum conueniam. Aldi perperam omiserat loco autē vltimo trib rachys est,quod rarum est,inuenitur tamen in acat.iamb. senario & tetr.In 2.d, eliditur in Quid,vel creticus est loco quarto. In 3. post dactylum duosq. spondeos,puto tribrachyn esse,se cūhe,sed m,non elidi. In 4. versu,vetustus liber,habet,Quam hæc quæ hodie inter nos fuit.Quidam Hæc omittūt. R. Quę omittendum censet. ego vtrunque legi posse puto,si Hæc ante Quæ ponatꝰ. In 5. versu creticus est loco tertio,nisi malimus l, de ille elidere.In 6.si Tua ablatiuus est,erit monosyll. nisi loco primo sit bacchius,sin nominatiui casus,erit dissyll. In 7. vel i,in Qui, vel e,in Hodie corripitur,non eliditur.In 9.Tuo monosyll.nisi bacchius sit loco quarto. porrò vltima syllaba à versuq. excipitur,vt inquit Doct.In 12.Abi secunda correpta,nisi loco tertio sit creticus.In 17.vel bacchius est loco primo,vel primę duę syllabæ in vnam coëunt. [Inieci scr. hom. S. O scelera,illuc vide) Senarij sunt hi,vt diximus. in quorum quinto i,in Rediero productum est deriuatione,nisi qs malit Rediuero legere.In 8.Manere verbum ponendum ante Nunc aduerbium,& loco quarto est creticus,nisi qui Diu monosyll. totum elidi existimet, quod mihi non probatur.In 9.d,eliditur in Quod,nisi creticum loco tertio constituamus.In 10.creticus est primo loco,nisi vel Hocne pro Hoccine legamus,vel Hoccine primam correptam putemus.Ego creticum malim.Quēadmodum & versu 11.loco secundo,quāquam Doct.r,in Per elidere maluit,quod mihi neutiquam probatur,imò potius i,cum o,collidēdum puto, quàm r,elidendum,quod inauditum est. In 12. s,in Satis eliditur,vel creticus loco qnto.In 13.Periclum trissyl. vel amphibrachys loco quarto.In 5. à fine si Reddat legatur,vt vult Donat. Meū est iambus,quemadmodum &Scio proxime seq.versu,iambus est. VARL.

ACTVS II. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Ctesipho fratrem laudat,& commendat, agitq; gratias absenti pro accepto beneficio.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena Aeschini commendatio à fratre Ctesiphone facta continetur. Ex inde gratiarum actio ingensq; gaudium,de quo beneficio eum Aeschinus affecit, scilicet, eripiendo illi amicam, eiusq; causa subeundo famæ suæ periculum.

Tetrametri Iambici.

CTESIPHO adolescens, SYRVS.

BS quiuis homine,cum est opus,beneficium accipere gaudeas:
Verum enimuero id demum iuuat,
si,quē ęquum est bñfacere,is facit.
O frater frater, quid ego nunc te laudem? satis certe scio,

Nunquam

Nunquam ita magnifice quidquam dicam, id virtus quin ſuperet tua.

Itaque vnam hanc rem me habere præter alios præcipuam arbitror,

*hoiem Fratrem * homini neminem eſſe primarum artium magis principem.

s. O Cteſipho. c. ò Syre, Aeſchinus vbi eſt? s. Ellum, te expectat domi. c. hem.

s. Quid eſt? c. quid ſit? illius opera Syre nunc viuo: feſtiuum caput,

*Quin *Qui *laborẽ *quid nam fores crepuat? * Quin omnia ſibi poſt putarit eſſe prẽ meo cõmodo. Maledicta, famam; meum * amorem, & peccatum in ſe tranſtulit.

Nihil pote ſupra. ſed * quis nam? foris crepuit. s. mane, ipſe exit foras.

DON. ABS quiuis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas) In hac ſcena, gratiarum actio eſt ex perſona eius, qui præſtitit, & eius cui præſtitũ eſt, & ex ipſius precij quantitate. Nam omne qđ geritur, aut in rebus eſt, aut in perſonis, aut in attributis eorum [Abs quiuis homine) Bene ſic cœpit, dicturus, O frater frater. Et Qui ſecundum regulam dixit, quia dicimus Quibus. ceterum à Quo, quis facit, non Quibus. Et incerta diſtincto eſt, cum eſt opus accipere beneficium vel cum beneficium eſt opus. Hoc vetus eſt, illud communiter. [Id demum iuuat) Oſtendit plus eſſe quod iuuat, quàm gaudium. [Is facit) Bene, ſubaudiendum eſt bis numero. [O frater frater) Virg. Et fratrem ne deſere frater. Vnum, relatum eſt ad appellationem, alterum, ad laudem. & ſubdiſtinguendum, vt videatur quæſiuiſſe quid vltra diceret, & plus inuenire ſe non potuiſſe q̃ frater. [Quid ego nunc te laudem?) Quid, propter quid. &, nũc te τῷ ἰδιοτικῷ additum eſt de ſuperfluo. vt: Tu nunc Carthaginis altæ Fundamenta locas. [Quid ego nunc te laudem?) Quia laus genus cauſæ eſt, quod non adhibetur niſi dubiæ rei. [Quid ego nunc te laudem?) Diſtinguendum. Quid autem, pro vt quid? [Nunquam ita magnificem) Deeſt quòd, vt ſit, quod nũquam ita magnifice. Duplex cauſa eſt omittendæ laudis, ſi res aut nimium mala eſt, aut nimium bona. [Id virtus quin ſuperet tua) Bona περιφρασις, virtus tua potius, q̃ tu. [Itaque vnam hanc rem me habere) Itaque, & ſubiunctiuum poteſt eſſe media ſyllaba correpta, & præpoſitiuum, producta eadem ſyllaba, vt, ſit, itaque. [Fratrem) Noue dixit vnam rem fratrem, ſed ego puto fratrem non ſubdiſtinguendum, ſed legendum contexte vſque ad Principem magis nam ſi diſtinxeris fratrem, erit bis, vt arbitror ſubaudiendum, & ſupra, & infra. ꝙ ſi fratrem inferioribus iunxeris, & cum admiratione pronunciabitur, & ſubaudietur Quã mihi. Hanc ſane locutionem ſcire debemus, propter perſonam elaboratam. nam nimium gaudet, & ruſticus adoleſcens eſt qui laudare conatur Aeſchinum, quaſi titubans, & pene balbutiens. [Hominem neminem) Noue auribus noſtris, ſed veterum conſuetudine locutus eſt. nam cum neminem, hominem ſignificet, quid opus fuit dicere, hominem neminem? Sed vt diximus, figura eſt ἀσχηματόμος. [O Cteſipho) Mire cœpit, gaudium ſignificans, ò Cteſipho. [O Syre) Ille vt præuidens, hic, vt qui non præuiderit, ò dicit. [O Syre, Aeſchinus vbi eſt?) Bene ſtatim de illo, cui agebat gratias, loqui cœpit. [Ellum) Ecce illum, vel pronomen eſt, vel aduerbium demonſtrantis. Alij interrogatiue legunt, vt ſit, ellum dicis? te expectat domi. Vt ſit ellum pro nomen. i. illum. nam, & illum, & ellum, & ollum veteres dixerunt domi. Aduerbium eſt in loco. [Hem) Interiectio eſt lætantis. [Feſtiuum caput) Huic contrarius ſenſus eſt, Ridiculum caput. Alij putant, feſtiuum caput, non Aeſchini intelligendũ, ſed orationis, quam habet Cteſipho, agens gratias fratri. Ita in Eun. Quàm venuſte, quod dedit principium aduenienſ. Quid ſi eſt, nihil poteſt ſupra hanc laudationem, nam ſupra factum erit accipiendum. ſed male, nam caput Aeſchini intelligo. i. ipſum Aeſchinum, vt in toto pars ſit per συνεκδοχὴν in qua figura, & pars pro toto ponenda eſt, quę aut eminet ex toto, aut maioris precij eſt ad id, quod agitur. Quod ipſum ſic eſſe obſeruatũ à bonis auctoribus, ſi exempla συνεκδοχῆς penitus conſiderare ſtudes, inuenies. [Illius opera) Dicendo opera, & corporeum laborem Aeſchini oſtendit, & religionem, vt, hunc mihi ad propriũ ſata nocte laborem, Hanc operam. Hanc religionem ait, vt, Annua magnæ Sacra refer Cereri lætis operatus in herbis. [Quid ſit?) Deeſt, quæris? ſed eſt admirantis magis, quàm interrogantis. [Illius opera nunc viuo) O miram amplificationem beneficij. non dixit, illius opera amicam habeo, ſed quod ſatis graue, & ſatis amatorium, Illius opera viuo, inquit. [Quin omnia) Admiratiue quin ſic, & pronunciandum quin, τὸ πρόσλογον vſque ad maledicta, famam. [Maledicta, famam) Maledicta, aut lenonis, aut Demeæ. Famam autem, populi. nam ſi aliter acceperis, idem maledictum videbitur, & mala fama. [Præ meo commodo) .i. mei commodi comparatione, vt in Eun. Hic ego illum contempſi præ me. i. mei comparatione. [Meũ amorem, & peccatum) De radienda meretrice, & amanda. [Meum amorem, & peccatum) Cum dixiſſet, omnia. duo tantum intulit, maledicta, & famam, vt, Omnia Mercurio ſimilis, vocemq. coloremque. Et hoc, vt ſit defectus quidam intelligendus ex affectu gratias agentis. [In ſe tranſtulit) Pulchra παρασιωπή, quæ erratura eſt Soſtrata circa Aeſchinum, quemadmodum iam erranit Demea, eo quòd ab illo credidit amari meretricem. [Nihil pote ſupra) ἔκπληξις per admirationem eſt, ſubaudiendum eſt enim vel eſſe, vel dici. Et pote pro potius, vt mage pro magis, τῷ ἀρχαϊσμῷ. [Sed quiſnam? foris crepuit) Reſonuit, vt decrepiti dicti ſunt clamoſi ſenes. Foris, ſingularis numeri, nominatiui caſus. [Mane) Mane, gaudentis eſt hoc dictũ, non operiri iubẽtis.

ABS &c.) Hic continetur Aeſchini commendatio à fratre Cteſiphone facta, & veluti gratiarũ actio pro eo beneficio, quo Aeſchinus eum affecit, & eripiendo illi amicam, & cauſa eius ſubeundo famæ periculum Cteſiph. loquitur primo hæc ſecum reminiſcens beneficiorum, & beneuolentiæ fratris, & eius affectionem in ſe laudans, gaudeas, ſecũda perſona pro tertia, quaſi gaudeatur impersonaliter diceretur, vel ſic, gaudeas .i. gaudeat aliquis, q. d. fateor quod gaudium eſt accipere beneficium .i. quod dicunt placitum recipere. abs quiuis .i. abs quo libet homine, nam quiuis hic eſt ablatiuus ſingularis, quis enim facit à quo vel à qui in ablatiuo, vt omnibus liquet. cum .i. quando, opus eſt .i. cum egetur beneficio alieno. verum enimuero .i. certe. id. ſ. beneficium accipere cum opus eſt. demum .i. ſolum iuuat .i. non ſolum affert gaudium, ſed etiam delectationem, quod non facit id, quod prius dictum eſt, videlicet, abs quiuis homine beneficium accipere, eum opus eſt, ſi is benefacit, quem æquum eſt .i. decet benefacere, vt puta, fratrem. O frater frater prius eſt vocantis. poſterius eſt laudis. quid .i. cur ego nunc laudem te ſatis, certe ſcio, quod ſup. nunquam dicam quidquam .i. aliquid ita magnifice .i. ita ſublimi, & graui ſtilo. quin .i. quod. tua virtus. non ſuperet .i. non excedat id, quod .i. dixero magnifice itaque .i. ideo, vel ſint duo verba .ſ. & ita arbitror .i. puto me habere hanc vnam rem præcipuam præter alios .i. vltra ceteros, videlicet, neminem hominem .i. nullum hominem. fratrem .i. qui ſit frater, eſſe magis alicui ſup. quàm mihi principẽ, appoſitiue dictum .i. qui ſi princeps. primarum artium .i. optimarum virtutum, vt puta, qui magis colat pietatem fraternam, primus enim ſignificat aliquando optimus. vt primus Danaum pro optimus, vt interpretatur Priſc. Item artes ſæpe à Cic. ponuntur pro virtutibus. S. Offert ſe nunc Syrus Cteſiphoni. O Cteſiphon, hoc vocantis eſt, & incitantis ad ſe reſpiciendum. C. O Syre, viſus eſt eodem genere dicendi, quaſi oblitus quid dixiſſet Syrus adeo erat gaudio elatus, & hoc dictum eſt vultu hilari, & gratulabundo ob aduentum eius. Vbi eſt Aeſchinus. S. Ellum .i. ecce illic eum expectat te domi. C. Hem, hic eſt aduerbium lætantis. S. Quid eſt propter quod gaudes. C. O Syre petis quid ſit, nunc viuo cum prius languerem, non habita ea, quam deperibam, opera .i. induſtria, labore, operatione illius Aeſchini. ò caput feſtiuum .i. lepidum, iucundum, elegans, aptũ. cuius contrarium eſt ridiculum caput, vbi ponitur pars pro toto .i. Aeſchinum feſtiuum .i. dico Aeſchinum lepidum, iucundũ, qui putant omnia incommoda eſſe ſibi poſtponenda .i. contemnenda à ſe, quæ autem ſint incommoda ſubdit, videlicet putauit contemnenda maledicta .i. contumelias, conuitia probra, improperia famam .i. malum nomen. præ meo commodo .i. comparatione mei commodi, tranſtulit in ſe .i. aſcripſit meum amorem, & peccatum derapienda puella, nihil pote .i. non poſſibile erat ſup. facere aliquid ſupra .i. vltra, quàm fecit. Perſ. Qui pote vis dicam? Pote dixit pro poſſibile, alij habent nihil ſupra poteſt, tunc eſt ſenſus, Nihil vltra poteſt fieri vel aliquo poſtulari. Sed quis nam fores crepuit .i. pulſauit, vnde decrepiti dicti ſunt clamoſi ſenes. S. Mane, mane gaudentis eſt hoc dictum, non inuitantis expectare.

GVID.

Argum

LATO. ARGVMENTVM) Inducitur Ctesipho prædicans Aeschini beneficium. Qua scena commendatur fraterna inter se fides & beneuolentia. [Abs quiuis homine) Amplificatio beneficij à persona. [Primarum artium) Virtutum. [O Ctesipho, ò Syre) Vtrunque gaudentis. [Syre nunc viuo) A sua persona, & mox à re ipsa. [Maledicta, famam) Congeries.

PETR. MARS. ABS quiuis homine, &c.) Fratrem fratri adesse in primis debere, cum vsus venerit, docet hæc scena. Est. n. inter eos ea cõiunctio, quæ alterum à parentibus requirit officium. Plus. n. debemus fratri quàm nepoti, & sic descendendo per gradus propinquitatis, quales etiam sunt gradus officiorum, vt non omnibus eadem debeantur. Arist. 8. Eth. de amic. sic ait: Est enim grauius sodali, quàm ciui pecuniam auferre, & fratri, quàm alienigenæ opem non ferre, & patrem, quàm quemuis alium pulsare. Cresçit autem & iustum cum amicitia simul quippe cum sint in eisdem, & æque se extendant. Cyrus, vt est apud Zenophontem lib. vlt. Cambysem filium natu maiorem, sic monuit: Homines ciues alienigenis præferendi, & qui vna sunt aliti his qui contubernales non sunt, & qui fratri prouidet, seipsum curat, & quem præterea turpius est non amare quàm fratrem? Descripta ad exemplar Petri Marsi Romæ, MCCCCXC. die XIX. Iunij, qui in colligendis argumentis superioribus hactenus duntaxat solicitus fuit.

GLAR. VERSVS sunt iambici tetr. cat. In primo proceleusmaticus est loco quinto, Nisi malimus s, in Opus elidere. In secũdo versu creticus est loco primo, nisi elidamus u, in Vero. In tertio vel s, elidit in satis, vel creticus est loco sexto. Versu sexto vel s, eliditur in Magis, vel Mage pro Magis legendum. In 8. d, eliditur in Quid, & illius dissyll. est. potest & bacchius esse loco primo. In 9. Donatus legit Quin pro Qui. quod placet, & carmen postulat. alioqui in Qui non elideretur i, sed corriperetur, & vel Meo monosyllabũ est, vel bacchius est loco septimo. In penultimo pro Amorem Doct. annotauerat Laborem in quibusdam legi, quod si sit, vel Meum monosyl. fuerit, vel creticus loco tertio. Sin Amorem legendum est m, in Meum non eliditur. In vltimo s, eliditur in Foris siue Fores legas, nisi creticum loco quarto constituamus. Ceterum eum versum ita legimus.

Nihil pote supra, sed quidnam foris crepuit? SY. Mane, ipse exit foras. R. mane mane geminat verbum, vt ad integrum iambicum tetr. fit monometer ad hunc modum.

Nihil pote supra, sed quid nam fores crepuit? SY. Mane mane. Ipse exit foras. vt prior syllaba de Ipse à superiore excipiatur versu, quod lectori iudicandum relinquimus.

ACTVS II. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Colloquuntur fratres, agitur de pecunia reddenda lenoni, & paranda cœna.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic fratrum admirabile continetur colloquium, persolutio Lenonis, datis per Syrum pecunijs, deinde parasitica de cœna paranda, & obsonio conclusio.

Iambici Tetrametri.

AESCHINVS, SANNIO, CTESIPHO, SYRVS.

VBI ille est sacrilegus? s. Men' quærit? nunquidnam effert? occidi: Nihil video. A. ehem, opportune: te ipsum quærito: qd sit Ctesipho? In tuto est omnis res: omitte vero tristitiam tuam.

*facile C. Ego illam * hercle vero omitto, qui quidem te habeam fratrem.

O mi germane, ah vereor coram in os te laudare amplius,

Ne id assentandi magis, quàm quòd habeam gratum facere existumes.

A. Age inepte, * quasi nunc non norimus nos inter nos Ctesipho

* quasi nunc notimus nos

Sed hoc mihi dolet, nos penè sero sciisse, & penè in eum locum

Redijsse; vt, si oẽs cuperẽt, nihil tibi possent auxiliarier.

C. Pudebat. A. ah, stultitia est istæc, non pudor, tam ob paruolam

Rem, penè ex patria; turpe dictu: Deos quæso vt istæc prohibeant.

C. Peccaui. A. quid ait tandem nobis Sannio? SY. iam mitis est.

A. Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam: tu intro ad illam Ctesipho.

S. Syre insta. SY. eamus: nanque hic properat in Cyprum. S. ne tam quidem,

Quãuis ẽt maneo ociosus hic. SY. reddetur ne time.

S. At vt omne reddat. SY. omne, reddet, tace modo, ac sequere hac. S. sequor.

C. Heus heus Syre. SY. hem quid est? C. obsecro hercle hominem istum impurissimum

Quamprimum absoluitote, ne, si magis iritatus siet,

Aliquà ad patrem hoc permanet, atque ego tunc perpetuo perierim.

SY. Non siet: bono animo esto. tu cum illa te intus oblecta interim,

Et lectulos iube sterni nobis, & parari cetera.

Ego iã transacta re cõuortam me domum cũ obsonio.

C. Ita quæso: quando hoc bene succesit, hilarem hunc sumamus diem.

VBI est ille sacrilegus?) Mire Aeschinus seruat ad uersus lenonem superbiam, qua ostẽditur tanto esse alienior ab amoribus meretricis, quãto audacior in lenonem. [Me ne quærit? nunquidnam effert?) Sperat nunc leno se aliquid accepturum pp cõuitium, vt alibi: Minas viginti tu illam emisti, quæ tibi res vertat male, argenti tm̃ dabitur. Et vide quãti faciat leno præ lucro iniuriam, qui se sacrilegi nomine significari nõ solum non dolet, sed ẽt cupit. Oportet autem Mene quærit, cum quadam gesticulatione & subsultatione sperãtis lenonis ad hoc se quæri vt accipiat, pronunciare. [O'ccidi: Nihil video) O'ccidi, non quia sacrilegus dictus est, sed quia nihil accipit. & simul gestum considera loquentis ex verbis. [O'ccidi: Nihil video) Mire hoc verbo apparet in vultu lenonis & spem mortuã, & extinctũ gaudium. nam & apta ἔκλειψις hæc dicẽtis. [O'ccidi: Nihil video) Neque addidit proferri, aut quid tale. [Hem) Interiectio repentinæ rei. [Opportune, te ipsum quærito) ἀοὐριστον deest venisse, non. n. sequenti nectitur. [Quid sit Ctesipho?) Quid sit, blãdum initium est. nõ. n. nunc interrogat, cum ipse dicat, In tuto est omnis res. mox ipse dicat, In tuto est omnis res. mox ipse in subditis iam hæc addidit præter naturam quæstionis. [Quid sit) Quid agitur? [In tuto est omnis res) Quasi amatori, omne dixit negocium de amica. An omnis res, & lenonis iurgiũ, & suspicio patris Demeæ? [Omitte vero) verò abũdat, aut correptiuum est iandudum, non omittẽtis. [Ego illam hercle vero omitto) Apparet nõ nunc primũ dici Ctes. ab Aesch. Omitte tristitiam tuã, nec nũc primum respondum, omitto, & ideo additum est, hercle vero. quia nũc demum data est plena securitas. [Tristitiam tuã) Sic dixit, quasi nimiam. [Qui quidem te habeam fratrem) Actẽ dum Te. [O mi germane) Mi, meus, sed vocatiuo dixit casu. [Coram in os te laudare) Coram, ad ipsum pertinet quem laudat, & ad eos qui audiunt, in os, ad ipsum qui laudatur. Nam coram laudat, qui non tacet apud alios, & hoc agit non per epistolam, sed ipse præsens. In os, qui apud ipsum loquitur quem collaudat. [Laudare amplius) Quia laudauit. [Ne id assentandi) Antiqua ἔκλειψις. deest enim causa. [Assentandi) Adulandi. Et vtrum deest causa, an ad * ipsam litem sic dicitur? [Ne id assentandi) Specta si non rusticus adolescens est, & purissimæ simplicitatis, adeo vt ẽt velle laudare fratrem nimio pudore nõ possit,

DON.

possit,hoc solo quia præsens est cum illum nimium laudarit absentem.[Quam quòd habeam gratum)Varie,non enim intulit, quas gratias agenti.[Quod)Quia. [Age inepte) Non est iniuria,quia & maior frater est,&blanda dicturus.[Hoc mihi dolet) τῷ ἰλιστιόμῳ. Mihi dolet,pro doleo.&,Dolet bis subaudiendum est.[Et pene in eum locum Rediisse;) Insinuatio beneficij ex periculo,& difficultate ob tempus. [Vt si omnes cuperent) Non si ego tantummodo alijs aduersantibus. [Pudebat) Deest fateri. [Stultitia est istæc)Hoc.s.fateri ei qui ipse patri nunquam quidquam celauerit.[Tam ob paruolam Rem) Ergo diminutiuis adiungitur Tam particula, & deest perire, sed τῷ δύφημισμῷ tacetur. [Tam ob paruolam Rem).i.meretricem. Et bene hic dicit Aeschinus,quasi qui maiora expertus sit.i.vitium virginis.[Pene è patria;) Deest fugere,quia amatores comici cito comminantur patriam se desertúros,vt amicæ sequẽtur.[Pene è patria) ἀπροσιώπησις δύφημισμοῦ χάριν. Menander,mori illum voluisse fingit: Terẽtius,fugere.[Turpe dictu)Te fugere.s.& deest Est. [Vt istæc prohibeant) i.exilium fugamque patriæ. [Peccaui) Approbauit ex periculo magnitudinem beneficij.[Quid ait tãdem nobis)Nobis, τῷ ἰλιστιόμῳ additum est. non enim. Nobis intelligendum est. [Iam mitis est) Quia debacchatus est supra leno,iam mitis est,dixit. [Ego ad forum ibo) Tunc enim in foro, & de mensæ scriptura magis,quam ex arca domoq., vel cista pecunia numerabatur.[Vt hunc absoluam).i.vt hunc,reddito illi precio dimittam. Nam velut ligati sunt, quibus debetur aliquid. Dicuntur etiam serui illi solui,qui cum debitores preciorum fuerint, pecuniam reddunt debitam. Est ergo absoluam,pro, a me soluam. An iocatur in tristitia lenonis,qui illum cum barba lenonis,& mœsto vultu sequitur,tanquam reus? [Tu intro ad illam Ctesipho) Bona ἐλλιπὴς, significans lætitiam potiundæ meretricis.[Syre iusta) Iam Syrus,non vt adiuuet,sed vt instanter adiuuet,roganter.[Eamus,nanque hic properat)Hoc clamat Syrus, vt beneficium ostendat, sanè ita vt rursus lenonem de profectione absterreat. [Ne tam quidem) A lenone inconstanter dicitur, vt perturbato metuentis, magnum dãmnum possit ostendere. [Ne tam quidem) Tam,pro tantum an tam pro tamen? & deest,dicas me properare,aut propero,vt sit Etiam aduerb.hortantis, vel consentientis. [Quamuis etiam) Pro inquantum vis. Etiam particula vtrum consentiẽtis aduerb. an coniunctio,qua significat,& properare se,& non in tantum vt negligat quod sibi debetur? [Maneo ociosus hic) Hoc seperatim inferendum est, quasi pertinaciter assequerantem lenonem instatutum se exclamationem * facere denotetur.[Maneo ociosus hic)Dixit enim propero, & rursum consenserat in Syri verba, properasse dicentis. [Reddetur ne time) Quod desperauerat Leno,Syri ostendit sermo.[Vt omne reddat)Propter illud quod Syrus dixerat,Diuiduum face. Et probatum est,completumque quod ait, Cupide accipiat faxo. Et hoc ipsum, cum trepida, & vultuosa supplicatione pronunciãdum est. [Tace modo,ac sequare hac) Sic ait Syrus,quasi nunc lenonem doceat, quæ sit ars non perdẽdi. Et totum cum supercilio præstantis magnum beneficium dicit. [Sequor) Hoc verbo Leno satis commitigatus ostenditur.[Heus heus Syre) Ex argumento est ostendere quantum timeat Ctesipho sæuum patrem.[Heus heus) Vox est de longinquo reuocãtis. [Obsecro hercle hominem istum impurissimũ) satis mansuete, quasi lenonem aut non possit rusticus, aut non audeat dicere,hominem dixit.[Istum impurissimum)Auarissimum. & totum cum execratione lenonis. [Ne si magis irritatus siet) Velut clamet.s. & proprie de Lenone,quem irritari dicit vt canem.Nam irritari,proprie canes dicuntur. Lucil.de litera R, Irritata canis quod homo quamplurima dictat. Lenonem autem timet Ctesipho vt rusticus.vt sub patre duro, vt amator. [Aliqua ad patrem hoc permanet) Non dicit quid,sed nos intelligimus raptum puellæ significari.[Aliqua ad patrẽ hoc permanet) Proprie secretum latens, latici comparatur intra vas clausum existenti,quod,cum effunditur,manat. Sic,& alibi de committendis secretis loquens,Plenus,inquit,rimarum sum, hac atque illac perfluo.[Atque ego tunc perpetuo perierim)Quasi & nunc se periisse sentiat,sed non perpetuo. [Non fiet,bono animo esto)Vt illi liberalis timor est,ita Syro seruilis confidentia. [Tu cum illa te intus oblectat)Moraliter Illa dictum est: vt,Datur ne illa hodie Pamphilo? &,Illa quidem mea erit. [Tu cum illa te intus oblecta) Honeste explicauit turpe dictu. [Et lectulos iube sterni nobis)Seruus * nihil tam comicum.Et vide vt totum superbe ac magnifice loquatur Syrus. [Conuertam me domum)Conuertam,magnifice dictum. verbum est.n. magni moliminis,& agminis ingentis.Nam conuerte se,dicitur quem pompa præcedit, vt imperator proprie conuertit exercitum. Et hoc spectatur, vt moribus arrogantes serui sint cum lætantur. [Ita quæso, &c.) Volunt quidam,& hunc versum Syri personæ adiungendum, sed Ctesiphonis verba esse, ex subdjtis planum est cum dicit,Hunc diem misere nimis cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere.

VBI est &c.)Hic continetur fratrum duorum colloquium, lenonis solutio per Syrũ redditis pecunijs. A. Vbi est ille sacrilegus.i.ille nefarius leno. S. Putat leno se quæri,vt pecunias accipiat,vt erat auariissimus.me ne.i.vtrum quærit me?& nõ quærit pro me vt literatores aliqui putant. nunquidnam .i. nonne aliquid effert.i.affert,quid sim habiturus.deinde vbi aspexit diligenter subdit. occidi.i.perij nihil video eum afferre, vt pecuniã mihi reddat. A. Hem, interiectio hic repentinæ rei ostensiua. opportune .i. tempestiue aduenisti supp. quæro teipsum,& non quæro pro te.ò Ctesipho quid fit.i.quid agitur.hoc additum est præter naturam quæstionis.omnis res.i.totum negocium,& de amica,& de lenonis iurgio,& de suspicione patris est,in tuto .i. extra periculum vero,hic particula corripiẽtis est, omine tuam tristitiã. C. Ego vero facile omitto illam tristitiam,qui .s. ego, quidem .i. certe habeam te fratrem, q. d. ita mihi proprium cui morem debeo gerere.ò mi Aeschine,ò mi germane.i.frater vterine. ah, interiectio dolentis se non audere prorumpere in eius laudes,vereor laudare te amplius.i.vlterius in nos .i. apud te in conspectu tuo, ante faciem tuam,coram.i.in præsentia tot audi torum vel coram.i.in præsentialiter.vt sic dicam,non per epistolam,ne existimes.i.iudices,me facere id.i.te laudare magis causa sup. assentandi.i.adulandi,blandiẽdi, quidquid habeam gratum beneficium à te mihi impensum .s. A. O inepte non est iniuria quia est maior frater.age,vel hortantis est aduerb.& deterrentis ab illa opinione non audendi laudare eum,vel sit verbum,q. d. dic quod velis,quoniam non sum id putaturus,quod existimas, & times,quasi nunc.i.nunc primum adhuc,norimus.i.cognouerimus,nos inter nos.i.mutuo,inuicem. hoc est times ne putem te assentari, quasi nũc primum venerimus in cognitionem alter alterius.Sed hoc quod sequitur dolet mihi.i.propter quid quod sequitur doleo,& indigne fer,nos sciisse de tuo amore pene .i. fere,fero.i.post tempus,quo scire debebamus,&dolet mihi inquã nos vel rem seu negocium,penè.i.ferè,redijsse pro peruenisse in eum locum.i.in eum statum,vt si omnes cuperẽt auxiliari tibi, nihil .i. non, vel nequaquam possent auxiliari tibi. C. Me sup. pudebat fateri .s. amorem meum. A. Ah,interiectio ostendens deprehensam,seu comparatam esse causam celationis. Illæc res sup.videlicet celasse ob.i.stultitia.i.inconsiderato,secordia quædam non autem est pudor,qui in iuuenibus est probandus, turpe dictum est .i. pudendum ad dicendum, vel dicatur. te supp. velle perire,aut penè.i.ferè fugere ex patria,ob id.i.propter rem .s.puellam amatam,tam paruulam.i.tam parui momenti,&ponderis,vt.i.vtinam,vel quæso sup.vt dij prohibeant.i.auertãt à te istæc.i.exilium,fugamq. patriæ. C. Peccaui.i.non recte feci celando meæ tristitiæ causam. A. Sannio leno quid tandem ait, .i. breuibus dic quid dicit Sannio nobis, additum est (vt solent) mihi,& tibi,vbi neque ad me,neque ad te, neque ad quenquam referuntur,sed orationem duntaxat ornant, & explent sonum. SY. Iam leno est mitis, qui prius erat asper. A. Ego ibo ad forum,vt absoluam hunc.i.velut satisfaciam ei,& quasi dimittant à me reddito sibi precio,cui habendo tantopere inhiat, & quasi vt à me soluam, ita vt non amplius sit alligatus ad istud debitũ exigendum vel ridet lenonem sequentem eum cum barba lenonia,& mesto vultu,tanquam esset reus,qui rogaret absolui instãdo iudicibus,tu Ctesipho ingredere sup.i.in domum, ad illã .s. puellam visendam. SAN. O Syre insta .i. vrge,& solicita Aeschinum vt mihi satisfiat. SY. Dicit hoc Aeschino, eamus ad forum,forum.s.prout dixerat Aeschinus se iturum. nanque hic .s. leno,properat .i. ire festinat,vel proficisci accelerat in Cyprũ .i.in eam insulam. SAN. Quidẽ .i. certe,ne dicas sup. me properare tam.i.tantum timet enim ne eo dicto Aeschinus auertat à soluendo,etiam maneo hic ociosus.i.sine occupatione,quamuis .i. quantumuis, siue quantumlibet SY. Argentum seu precium puellæ,reddetur.i.restituetur tibi, ne time .i. noli timere. SAN. At.i.sed instant inquam vt reddat omne.i.totum pretũ integrum. timet enim propter id,quod dixerat diuiduum face. SY. Aeschinus reddet omne precium, modo .i. tantummodo tace, ac sequere me hac .i. per hunc locum. SAN. Sequor te .s. hac. C. Heus heus, vox hæc est reuocantis ex longinquo ò Syre,reuocantis est,ò SY. Hem, interiectio ostendens repentinam reuocationem, quid est? C. Hercle .i. per Herculem obsecro

GVID.

ero te. absoluitote tu & Aesch.i.quod dicitur barbare,contentare,siue contentato te istum,per contemptum dixit. hominem impurissimum.i.sordidissimum,auarissimum,quamprimum .i. citissime. ne.i.præ timore. quòd (vt ita dicam) si sit magis irritatus.i.ad iram commotus, canum more,qui proprie dicuntur irritari,ne ergo hoc.i.iste raptus puellæ,permanet.i.perfluat, futurum est optatiui, à permano, permanas, quod est perfluo is, ne in quam hoc effundatur ad patrem Dem. aliqua, aduerbium per locum.i.per aliquam viam, seu aliqua ratione. Secretum enim comparatur aquæ intra vas clausæ existenti,quæ cum effunditur manat. atque nunc.s.quando permanauerit ad patrē, ego perierim .i. perditus fuerim, perpetuo .i. in perpetuum, & quod dici vulgo solet, ne ego nouissime depingar. nam se tam aliquantisper perijsse fatetur seu innuit. SY. Non fiet illud .i. non permanabit ad patrem factum hoc. esto bono animo.i.habeas bonum animum, & quod dici vulgo solet, facies bonum vultum, non fiet quod times interim .i. interea dum hæc agentur. tu Ctes. oblecta te intus cum illa puella, dicimus oblecto me hac re vna cum socio .i. capio delectationem in hac re, puta in studio cum socio meo, & iube lectulos discubitorios.s.in quibus accumbentes cœnitabant vetusti,sterni.i.parari nobis,& iube cetera.i.reliqua præter lectos,quæ sunt necessaria ad conuiuium celebrandum parari.i.apparari, retransacta.i. pacata lite,aut pacato,seu composito,ac finito negocio de raptu puellę, conuertam.i.recipiam, refersum me domum cum obsonio.i.cū edilijs,quæ adiuntur vltra panem,& vinum, & quod vulgo vocant, Pyrancium. C. Quæso ita vt sup. sumamus hunc diem hilarem.i.vt hilari animo atque vultu hunc diem transigamus, & cum perpetuum in lætitia degamus,quando.i.quia,vel postquam bene successit .i. prospere contigit,videlicet,vt leno non moueret turbas,sed & solueretur, & amata potiremur.

LAT. ARGVMENTVM) Læto & benigno congressu fratrum Ctesipho gratias agit Aeschino, & ficta opera Syri leno absoluitur. [Vbi est ille sacrilegus?) Auxesis. & hoc pistrina superbia dicitur ad terrendum lenonem. [Ah vereor) Præcisio, quasi necessaria rustico, & parum facundo adolescenti. [Age inepte) Blanda correptio. [Pene ex patria) Eclipsis subaudi,pro fugisse,& mire inducitur amor Ctesiphonis. [Ne tam quidem) Non vult hoc credi leno, quare dissimulat, timens ne promissum argentum differat. [Aliqua ad patrem) Aliqua aduerb. & permanet, primæ coniugationis.

PETR. MARS. VBI est ille sacrilegus?) Nihil satius esse, quàm vt improbos homines quamlongissime ablegemus, improborum commercia quamcitissime effugiendo,idque quomodocunque possimus, quamuis sæpe maximo etiam rerum nostrarum cum dispendio. Vnde Plato 4. de Rep. loquens de improborum hominum conuersatione: A bonis,inquit,nullus est,qui non iuuare possit; quique non ad bona exempla incitetur, malorum vero contubernia noxium finem semper determinant. Senecæ verbum est,alter alterum in vitia tradimus. Et lib. Epist. 7. ait. Malignus comes,quamuis candido, & simplici rubiginem suā affricat. [Me quærit?) Quod contumelias pecuniæ aut lucri gratia plerique patiantur docet hic locus. Nam Leno grauissimo conuitio laceratus, nihil aliud quàm familiariter respondet. exemplo quoque nobis sit Aristippus philosophus, qui & conspui gaudebat,quo liberalitate principij frui illi concederetur. Vnde apud Horatium ita Diogenem alloquitur.

Scurror ego ipse mihi populo tu,rectius hoc,&
Splendidus multo est,equus vt me portet,alat rex.

[Quamprimum absoluitote) Malum quamprimum expellendum ne contagionem trahat docetur hoc loco. Vnde ab Ouidio recte dictum est.

Principijs obsta, sero medicina paratur.
Cum mala per longas inualuere moras.

GLAR. SVNT similes prioribus. In primo legendum, Vbi ille est,non, Vbi est ille. &,Men',legendum,non,Mene, nisi cretico loco quarto esse putemus. In quarto versu Ego à superiore versu ac inferiore eliditur,& Hercle,pro Facile,legendum ex Don. Ceterum ex his quatuor verbis, Illam, Vero, Quidem, Fratrem,vnum abundare videtur,& Mi,non eliditur,vt tres isti versus,qui in omnibus, quotquot nos vidimus, exemplaribus corrupti habentur, ita legantur.

In tuto est omnis res, omitte vero tristitiam tuam,
C. Eg' illam hercle vero omitto, qui tē habeam fratrem, ò mi Aeschine
O mi germane,ah vereor coram in os te laudare amplius.

Quidam ab Ego initio facto tres senarios ex duobus tetr. fecerunt, ita vt Nullam omitterent verbum, ad hunc morbum.

C. Ego vero illam facile hercle omitto, qui quidem
Te habeam fratrem,ò mi germane, ò mi Aeschine
Ah vereor coram in os te laudare amplius.

Lector,quod verisimilius videbitur,sequatur. In sexto s,elidi-tur in Magis,& d,in Quid. Septimus versus, & ipse corrupte passim legitur. In eo enim Non negandi aduerbium abundat, & ò vocandi deest. Nam ita legendus est.

Age inepte, quasi nunc norimus nos inter nos ò Ctesipho. Atque ita vetustus habet lib. quasi Aeschinus dicat, Age inepte, quid ita agit gratias, quasi nunc primum ò Ctesipho nos inter nos norimus. Nec dubito ab sciolo aliquo adiectum negandi aduerb. In 8. eliditur d,in Sed, nisi pæana secundum loco primo constituamus. In 12. creticus est loco quinto, nisi Deos monosyllabum fecerimus, sed post Quæso vel coniunctio Vt tollenda est, quippe sine qua sensus bene constat, vel creticus erit sexto quoque loco. In 4. versu à fine creticus est loco primo,nisi fiet monosyllabum fecerimus. Et in antepenultimo secunda de Iube correpta est, nisi sit bacchius loco tertio.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Solicitam inducit Sostratam,ob filia,quæ ex Aeschino grauida est, vicinum partum.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Sostrata matrona vna cum nutrice introducitur compatiens filiæ suæ,quæ ex Aeschino grauida facta iam parturiebat.

Iambici & Trochaici permixti.

SOSTRATA matrona, CANTHARA nutrix.

BSECRO mea tu nutrix,quid nunc fiet? c. quid fiet rogas? recte
Aedepol spero. s. modo dolores mea tu occipiunt primulum.
c. Iam nunc times, quasi nunquam adfueris, nūquam tu te pepereris?
s. Miseram me, neminem habeo: solæ sumus: Geta autem hic non adest:
Nec habeo quem ab obstetricem mittam, nec qui accersat Aeschinum.
c. Pol is quidem iam hic aderit: nam nunquam vnū intermittit diem,
Quin semper veniat. s. solus mearum miseriarum est remedium.
c. Ere nata melius fieri haud potuit, quàm factum est hera:
Quando vitium oblatum est,quod ad illum attinet potissimum,
Talem, tali genere, atque animo, natum ex tanta familia.
s. Ita pol est,vt dicis:saluus nobis,Deos quæso,vt fiet.

DONATVS.

BSECRO mea nutrix) Hæc scenæ, Tragœdiæ ordinem seruat. Nam Tragœdia in tria diuiditur. Expectationē,Gesta,& Exitum. Hic ergo expectatio est in Getæ nuncio, Gesta,in planctu Sostratæ: Exitus, * [Obsecro mea tu nutrix) Hinc demonstratur, qui sit maternus affectus, q̄ grata in dominos seruorum fides sit,eundemq. laborem,& dolorem esse ex falsis,& veris malis. [Obsecro mea tu nutrix) Per

sonæ aut suis verbis, aut aliorum insinuantur. ex suis, vt nunc persona Sostratæ. Ex alienis, vt Mitio, Aeschini persona ex Mitionis oratione ac Demeæ. [Obsecro mea tu nutrix) Mea nunc pro blandimento ponitur. [Quid nunc fiet?) Imploratio est magis trepidantis, quàm ignoratio, & interrogatio, nanque illius nutrix est, quippe ancula est, sed non sapientior nutrix est, qui domina sua. Ipsum etiam quod dicit, Nutrix, honorificum est. Vt, Annam cara mihi nutrix huc siste sororem. Sunt enim nomina ad aliquid, quibus nos tamen velimus appellatum, vt Magister, Medicus, Orator. [Modo dolores mea tu occipiunt primulum) Euidenter hic Modo temporis præsentis aduerb. est. Et rursus Mea tu, blandimentum est, sine quo non progreditur colloquium fœminarum, & maxime trepidantium. [Primulu) Initium, & ipsa origo dolorum, diminutiue demonstrata est. Non enim primum, sed primulum dicit. [Nunquam tute pepereris?) Vide præparationem doloris, nihil mali adhuc secutum est, & iam sic turbatur Sostrata. [Iam nunc times, quasi nunquá adfueris, nunquam tute pepereris?) Docte duo proposuit, quibus experientes scientesq. rerum sumus, videre & pati. Virg. sic: Quæque ipse miserrima vidi, Et quorum pars magna fui. [Tute autem pro tu) Παράπλεον est quod * recitatu. & facit tute, & tutemet, & tutemetipse. [Miseram me) Proprium est mulierum cum loquuntur, aut alijs blandiri: vt, Annam cara mihi nutrix huc siste sororem. Aut se commiserari: vt, Miseræ hoc tamen vnum. Exequere Anna mihi. Nam hæc omnia, muliebria sunt, quibus pro malis ingentibus quasi in aceruum rediguntur, & enumerantur nullius momenti querelæ. [Neminem habeo) Quid enim opus est? aut cur nunc quereris? [Solæ sumus) Nunquam pluraliter solæ. [Nec quem ad obstetricem mittam, nec qui accersat Aeschinum) Habeo, subauditur, & magis à trepidante quàm rationabiliter dicitur, nam fefellit hoc totũ nutrix Canthara. [Solæ sumus) Cum hoc nomen singularitatis sit, mire solæ pluraliter dixit. [Neminem habeo, solæ sumus) Muliebriter quæritur, & ex perturbatione sua æstimans, metu multa facit ea quæ pauca sunt. [Geta autem hic non adest) Hic apparatio est, vt ostendatur absens qui superuenturus est. [Nec quem ad obstetricem mittam) Deest, habeo. Sed in consuetudine est sic loqui. cum vtrunque nobis, non alterutrum deesse cõquerimur. [Nunquam) Pro non. Et semper non ad omne tempus retulit, nam qui potest? sed ad omnes dies secundum quod ait, Nam nunquam vnum intermittit diem. [Solus mearum miseriarum) Bona locutio. [E re nata) Sic proprie dicimus de ijs quæ contra voluntatem nostram acciderunt, vt nunc vitium virginis. Ergo è re nata, ex vitio virginis. Sic Lucil. p i i Et sic malunt dicere, quàm nunc Aeschino culpam, sed potius ea sui attributam vellet. Est autem ordo, Nihil potuit melius e re nata fieri, quàm id, quod factum est hera. vt quandoquidem vitianda erat virgo, ab eo vitiaretur, qui erat expetendus ad matrimonium. Sensus enim hic est, Malum vim fieri virgini, sed ex conditione eius quæ vitiata sit, nihil potuit melius euenire quam contigit, vt ab eo vitiaretur cuius nos non pęniteret. Intelligere autem debemus, fieri, & factum esse, pro euenit, & contigit, dici. [Melius fieri haud potuit) Si fieri pro euenit acceperis, erit consecutio locutionis. sin minuus, deerit, quantum intelligo. vt sit, è re nata, quantum intelligo. [Quando vitium oblatum est,) Hoc est è re nata. [Oblatum est) Oblatum dicitur quod offertur inuito. [Quod ad illum attinet potissimũ) Quasi vitium oblatum sit potissimum, hoc est bonum, sed ex persona eius, qui obtulit vitium, factum est bonum, quod per seipsum malum est. Et hoc est quod melius haud fieri potuit quàm factum est. Illum autem dixit, Aeschinum. s. Potissimum autem superlatiuum est ab eo quod est potis, & potius. Sic enim facit, potis, potius, potissimum. Et quod, modo exceptionem significat, vt sit, quantum ad illum attinet. i. Aeschinum. [Tali genere) Laus, ante illum talem * & tali animo. In illo, Et genus, ad viuos pertinet. Familia etiam ad defunctos. Alij, genus ad nobilitatem referunt. Familiam, ad copias. Vnde & paterfamilias dicitur, vt sit, Ex tanta familia, ex tam diuite domo. Hæc omnis παρέκπτωσις tragica est gaudiorum introductio ante funestissimum nuncium. [Talem). s. à corpore, à forma, à pulchritudine. [Tali genere). i. ab his, quæ extrinsecus sunt. i. honestate generis. [Atque animo) .i. sapientia, modestia. Hoc modo igitur nihil prætermisit in laude. [Saluus nobis, Deos quæso, vt siet) Quàm bonus est cum nihil ad vota præter salutem, opus est.

GVID. OBSECRO &c.) Hic introducitur Sostrata matrona comparens vna cum nutrice filiæ snæ, quæ ex Aesch. effecta grauida, iam parturiebat. nam vt in argumento dictum est, virginem Atticam filiam ciuis pauperis Aesch. compressit ea lege, vt iureiurando sponderet se illam ducturum vxorem. Sostrata mater. ò mea nutrix Canthara. Obsecro quid nunc fiet. quomodo res se habebit quantum ad partum filiæ spectat. C. Rogas. i. interrogas quid fiet? Aedepol spero. i. confido quòd sup. recte fiet res. ires bene se habebit, & filia salua pariet. S. O tu mea, blandientis est dictum more fœmineo. modo. i. nunc, primulum, diminutiuum à primum aduerbio. dolores pariendi occipiunt ipsi filiæ. C. Iam nunc times quasi. i. tanquam. nunquam affueris. i. interfueris parturienti mulieri, siue quasi nunquam tuleris opem patienti. & quasi nunquam tute. i. tumet, peperis. i. partum feceris. S. Me miseram, exclamantis est dictum .i. dico me miseram, vel certum est sup. me miseram, vel aliquid tale. neminem habeo mecum, sumus solæ. Geta .i. seruus noster non adest. i. non est præsens nec habeo sup. quem mittam ad obstetricem. i. ad mulierem, quæ adesse solet, seu ferre opem parturienti. nec habeo aliquem, qui accersat .i. qui aduocet Aeschinum, vel eat ad vocandum Aeschinum. C. Pol iurantis est, quidem. i. certè, iam. i. statim, aderit. i. præsens erit hic, nam nunquã intermittit. i. omittit, interrumpit, prætermittit vnum diem, qn .i. quod non semper. i. per omnes dies veniat. S. Ipse solus Aeschinus est remedium. i. medela mearum miseriarum .i. mearũ calamitatum. C. O hera. i. ò domina Sostr. haud. i. non, potuit melius. i. opportunius, fieri .i. euenire gnatæ .i. filiæ tuæ, heræ .i. dominæ meæ, quàm factum est. i. quàm euenit, quando vitium .i. stuprum oblatum est ipsi filiæ, tanquam inuitæ, propterea dixit oblatum, quod vitium attinet. i. spectat potissimum. i. principalissime, seu præcipue ad illum Aeschinum, talem .i. tam bene mutatum, tali genere. i. tali nobilitate prosapiæ, tali animo. i. tali affectione in te & in filiam, natum ex tanta familia .i. ex tam diuite domo, vel talem intellige quantum ad bona corporis puta tam formosum, seu pulchrum, & tali genere quantum ad bona fortunæ, hoc est tali generis honestate, & tali animo quantũ ad bona animæ, puta tali sapientia, aut modestia, &c. S. Pol est ita. i. veritas ita se habet, vt dicis quæso Deos, vt ipse sit nobis saluus .i. incolumis nobis seruetur. nam cum talis sit nihil ad vota præter salutem opus est.

ARGVMENTVM) Colloquium mulierc̃ularum de Aeschino, estque hic initium ad epitasin. [Mea tu.) Muliebre blandimentum. [Miseram me, neminem) Consternatio, & solicitudo Sostratæ, ad augendam futuram perturbationem, nuncia ta alienatione Aeschini. [E re nata) Pro euentu rei. LATO.

OBSECRO mea nutrix, quid &c.) Maternum affectum sedulitatemque, & industriam in celandis liberorum vitijs appo site hæc scena exprimit. Est enim hoc tanquam è iure naturali nobis insitum, vt pro nostris talem curam geramus, ne & sibi no bisque simul vitium afferant, noceantque. [E re nata melius) Deinde facilius ferimus contumelias nobis illatas à magnis factiosisq. quàm à vilibus, & neglectis hominibus. Nam animus hominis qui ad vindictam perpetuos quasi stimulos circunfert, tum demum facilius in iniuria acquiescit, quando considerat, maiorem esse potestatem, quàm quæ à se lædi possit. PETR. MARS.

GLAREANVS.

HVIVS scenulæ versus oppido impediti sunt. Primus est trochaicus tetr. cat. sed finitus in Rogas, vt secundus versus inciat à verbo Recte, qui secundus fit iambicus tetr. acat. nisi loco tertio proceleusmaticum ponamus. Nam Aedepol vel primam habet breuem, vel creticus est in hoc loco. Et Don. Mea tu legit pro Meatum. Tertius versus rursus est iambicus, nisi quis tollat Tunc. Quartus & ipse iambicus est, nisi quis loco tertio ponat proceleusmaticum. Præterea s, in Sumus eliditur ad finem. Quintus haud dubie trochaicus est, nisi quis in, non elidat in Quem. Sextus rursus est iambicus nisi s, elidamur in Is. Ita septimus iambicus fuerit, nisi & ibi i, elidatur in Miseriarum antea. Ceterum Mearum dissyllabum fuerit, nisi creticum loco quarto constituamus. Vltima quatuor haud dubia trochaica sunt, forte vltimum iambicum iudicari poterit, si quis Deos dissyllabum fecerit, quod ego malim monosyllabum. Potest & bacchius esse loco sexto.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Geta Sostratæ seruulus commotior, horæ nunciat Aeschinum alii raptum amore, puellam eripuisse leroni.

ARG.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena artificiose exprimitur seruus fidelis, vehementer commotus, currensq; propere, ac mala Sostratæ nuncians. Nam refert quomodo Aeschinus alto amore captus, puellam lenoni eripuerit, deserta ac spreta Attica virgine, quam ea lege, vt ipsam vxorem duceret, stu prauerat. Postremo Sostrata Hegionis Simulo familiari rem omnem enodandam censet.

Tetrametri partim Iambici, partim Trochaici, Dimeter vnus.

GETA seruus, SOSTRATA, CANTHARA.

NVNC illud est, quòd si omnes omnia sua consilia conferant,
Atque huic malo salutem quærant, auxilij nihil afferant;
Quod mihiq́e, heræq́e, filiæq́e herili est. væ misero mihi,
Tot res repente circunuallat, vnde emergi nõ potest:
Vis, egestas, iniustitia, solitudo, infamia.
Hoccine seculum? ò scelera, ò genera sacrilega, ò hominem * impium. *impurum.
S. Me miseram, quidnam est, quòd sic video timidũ, & properantem Getam?
G. Quem neque fides, neque iusiurandum, neque illum misericordia
Repressit, neque reflexit: neque quòd partus instabat propè:
Cui miseræ indigne per vim vitium obtulerat. S. non intellego
Satis, quæ loquatur. C. propius obsecro accedemus Sostrata. G. ah,
Me miserum vix sum compos animi: ita ardeo iracundia.
Nihil est quod malim, quàm illam totam familiam dari mihi obuiam;
Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens.
Satis mihi id habeam supplicij, dũ illos vlciscar modo.
Seni animam primum extinguerem ipsi, qui illud produxit scelus:
Tu autem Syrum impulsorem, vah, quibus illum lacerarem modis,
Sublimem medium arriperem, & capite primum in terram statuerem,
Vt cerebro dispergat viam:
Adolescenti ipsi eriperem oculos; post hæc præcipitem darem:
Ceteros ruerem, agerem, raperem, tunderem, & prosternerem.
Sed cesso heram hoc malo impertire propere? S. reuocemus, Geta.
G. Hem, quisquis es, sine me. S. ego sum Sostrata.
G. vbi ea est? teipsam quærito,
Te expecto: oppido opportune te obtulisti mihi obuiam
Hera. S. quid est? quid trepidas? G. hei mihi. S. quid festinas mi Geta?
Animum recipe. G. prorsus. S. quid istuc prorsus ergo est? G. perijmus,
Actum est. S. eloquere obsecro quid sit. G. iam. S. quid iam Geta?
G. Aeschinus. S. quid ergo is? G. alienus est à nostra familia. S. hem,
Perij: quare? G. amare occepit aliam. S. væ miseræ mihi.
G. Neq; id occulte fert: à lenone ipsus eripuit palam.
S. Satin' hoc, certo? G. * certe, hisce oculis egomet vidi Sostrata. S. ah, *certo,
Me miseram: quid credas iam? aut cui credas? nostrum ne Aeschinum,
Nostram vitam omnium, in quo nostrę spes, omnesq́. opes sitæ
Erant: qui sine hac iurabat se vnum nunquam victurum diem,
Qui se in * sui gremio positurũ puerum dicebat: patrẽ * suo
Ita obsecraturum, vt liceret sibi hanc vxorem ducere.
G. Hera, lacrumas mitte, ac potius quod ad hanc rem opus est, porrò * consule. * ,,spice
Patiamur ne, an narremus cuipiam? * S. hau, hau mi homo, sanus ne es? * C.
An hoc proferendum tibi vsquam esse videtur? G. mihi quidem non placet.
Iam primum illum alieno animo à nobis esse res ipsa indicat.
Nunc si hoc palã proferemus, ille inficias ibit, sat scio.
Tua fama, & gnatæ vita in dubium veniet. tum si maxime
Fateatur, cum amet aliam: non est vtile hanc illi dari.
Quapropter quoquo pacto * celato est opus. S. ah, * tacito minime gentium:
Non faciam. G. quid agis? S. proferam. G. hem, mea Sostrata vide quam rem agas.
S. Peiore res loco non potest esse, quàm in quo nunc sita est
Primum indotata est: tum præterea, quæ secunda eidos erat,
Perij; pro virgine dari nuptum non potest. hoc reliquum est,
Si inficias ibit, testis mecũ est annulus, quem amiserat:
Postremo quando ego cõscia mihi sum, à me culpam esse hanc procul;
Neque precium, neque rem vllam intercessisse illa aut me indignam, experiar Geta.
G. Quid istuc? accedo vt melius dicas. S. tu quantum potes,
Abi, atque Hegioni cognato huius rem omnem narrato ordine.
Nam is nostro Simulo fuit summus, & nos coluit maxime.
G. Nam hercle alius nemo respicit nos. S. propera: tu mea Canthara
Curre: obstetricem accerse; vt cum opus sit, ne in mora nobis siet.

NVNC illud est) Hic locus secundum artem comicam seruum currentem exprimit, & nunciantem mala. Maxima itaq; pars scenæ, motoria est, significat aũt Nunc tale negocium est, nunc tale periculum est aut vero cõsignificationem temporis habet, vt si diceret, quando aut quo tempore. [Nunc illud est) vtrum periculum, an tempus? Est enim ἀμφίβολος. DON.

[Quod si omnes omnia sua consilia) ὑπερβολὴ cum παροιμιασία omnes omnia. Hinc Cic. omnes in hoc iudicio conferant omnia. [Salutem quærant) Non, remedium, vt ægro, sed vt pereunti salutem. Et noue dixit malo salutem, pro, cõtra malum. [Auxilij nihil afferãt; mire de proximo repetitum est παρόμοιον. i. cõferant & afferant. Hoc conuenit præsertim stomacho minus verba curantis. Sic supra, Omnes omnia. Quod mihiq., hæreq., filiæq; . Mira in seruo fides, cum primum se ponat in herili malo, & post se matrem, in vltimo, puellam. [Quod mihiq́ue, heræque, filiæq. herili est) πολυσύνθετον secundum, vt, Omnia secum Armentarius asser agit tectumque, laremque, Armaque, Amyclæumque canem, Cressamque pharetram. [Circunuallant,) Circunuallant se circa nos, & stipant seinuicem. nam circunuallamus nos & alius. tamen rara locutio est. Et circunuallant dixit, velut inimica acies contra nos, & ideo addidit, Vnde mergi non potest. Cum impressio est hostium, sic dicitur, vt Sal. Pressi vndique multitudine. Cicero, Qui semper premuntur, & nunquam emergunt. Et emergi, noue. nam emergo dr, non emergo, sed ideo est vsus, quia extra compositionem & mergo & mergor facit. [Vnde emergi non potest,) vnde, absolute. an deest, illud? an vnde, pro ex quibus? [Vis, egestas, iniustitia, soli tudo, infamia) Hæres sunt quæ circunuallant: Vis illata: Egestas ipsius puelle: Iniustitia iudicum illius temporis, Solitudo à defensoribus: Infamia ab ijs qui credunt precio vitiatam. Nã & in subditis sic habes, Quando ego conscia mihi sum, neque precium, neq; rem vllam interceßisse. [Hoccine seculũ) ἐπίθετα. Questurus de homine, seculum accusat prius. vt à tempore, mores increpet, & econtrario. Secula in omnibus rebus laudantur. Vt, Quæ te tam læta tulerunt Secula. [O scelera, ò genera sacrilega, ò hominem impurum) Moris est nimis dolentibus in cusare alia ex alijs. Virg.

Cum complexa sui corpus miserabile nati,
Atque deos atque astra vocat crudelia mater. Et,
Quem non incusaui amens hominumq; deorum?

[O hominem impurum) Aeschinum. s. & hoc ἀπὸ κοινοῦ. nam semper vltimum ponimus eum cui maxime irascimur. vt in And. post accusatum socerum, & vituperatam sponsam, Nam quid ego dicam de puer? Et in Phorm. Ita ne tandem vxorem duxit Antipho iniußu meo? Et post multa, O facinus audax? O Geta monitor? Vnde ille, Vix tandem, inquit. [Video timidum, & properantem Getam?) timidum, perturbatum. non. n. timet, sed dolet. Sic Plaut. in Bacch. Nam vt ex naui vecta es, credo timida es. [Quem neque fides, neque iusiurandum;) Ordo est. Hominem impurum, quem neque fides, neq; iusiurandum. Exaggerat crimen admissum. [Quem neque fides,) Quia promisit. [Neque iusiurandum;) Quia iurauit. [Neque illum misericordia) Quia vim intulit. [Neque illum) Secundum πλεῖονα nam abundat Illum, vt, Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra. Et eius videlicet misericordia quã amauit, neq; repressit, ne auderet. Neque reflexit, ne faceret, & sic hoc dictũ est, vt à Virg.

Num fletu ingemuit nostro, num lumina flexit.
Nam lacrymas victus dedit, aut miseratus amantem est? &c.

Vt si non potuit reprimi ne faceret, saltem vt in peccando esset mitior, debuit commoueri. sed melius quod supra. [Neque q̃ partus instabat prope,) αὐξητικῶς addidit non tantum mariti, sed etiam patris scelus. [Cui miseræ) Deest, ei. [Indigne) Impie, crudeliter. vt Virg. Quæ causa indigna serenos Fœdauit vultus? [Non intelligo Satis) Ad hoc Sostrata ignorans vt inducitur vt malo nuncio repente feriatur. & quia oportuit ipsam priorem loqui, præsens loquitur. Quia autem non est perdendi tam suauis ἀποσιώπησις dolentis ad irascentem, iccirco non audit, nec ob illam Geta conseruus loqui desinat. [Satis, q̃ loquitur) Adhuc non audiente Geta loquitur. iccirco nec audit eum satis, nec vr ab eo Sostrata. [Vix sum compos animi) Aut vix, tandem. aut vix, non. vt Lucil. Carcer vix carcere dignus. [Compos animi) .i. competentis animi, vel sani animi. cui contrariũ est, Impos animi. Sal. Neque animo, neque lingua satis compotem. nam de amente Septimio loqueretur. Alij, compotem animi, compositum animo intelligunt. [Quam illam totam familiam) Hic nunc tam culpa familiæ, quam scelus Aeschini ostenditur, propter quem omnes cruciandi sunt. [Iram hanc) Hanc interdum pro qualitate, interdum pro quãtitate accipimus, interdum pro vtroque: vt, Tuaq́. animam hanc effundere dextra? Et, Hunc ego te Euriale aspicio? Sed nunc pro vtroque, hanc dixit. vt Salust. de scriptione Celtiberi ait, Hunc igitur redarguit Tarquinus. [Satis mihi id habeam supplicij) Moraliter loquitur, nã fere quando quisquam irascitur, sibi videtur sortis, tanquam qui plus audet. [Dum illos vlciscar modo) Verum est hanc esse vindictam quæ ex recentissimis flagitij properata sit. Sic Virg. Te Turne superbum Cæde noua quærens. [Seni animum primum extinguerem) Bene extinguerem, quia ignis est. Virg. Igneus est illis vigor, & cœlestis origo Seminibus. Et primum addidit, q̃ ordinem significat: tunc enim adijcitur cum multa subijcienda monstrantur, vt cui fracta prius crura brachiaq;, * cetera vitia, in Æschinum totum promouens ostenditur, etiam per aliena supplicia. [Syrum impulsorem) Causæ pœnæ. [Vah, quibus illum lacerarem modis,) Hic voluntas immodica ostenditur, pœnam pro merito reposcentis. Et nota, cum Syrum dixerit, addidisse nutus de supercilio. [Illum sublimem) Ista pœna. [Statuerem, Vt cerebro dispergat viam) Et cerebrum & via dispergi potest, ideo videtur ambiguum. vt apud Virg. Ensemq́. cruore Spumantem, sparsaq́. manus. Aliter enim dicitur, Spargite humum folijs: Aliter, Sparserat & latices simulatos fontis auerni. [Adolescẽti ipsi eriperem oculos) Bene oculos, amoris indices, adiutoresq́. flagitij. [Post hæc præcipitem darem) Grauior pœna cæcitatis, nõ prouidere quo cadas. [Ceteros ruerem) Ruere, actiuam vim habet. Salust. in secundo, Ictu eorum qui in flumine ruebant, necabantur: Ruere enim, est toto corpore vti ad impellendum, quod faciunt qui ipsi præcipites alios prosternunt. Vnde proprie sues ruere dicuntur. Virgilius, Ipse ruit, dentesq. Sabellicus exacuit sus. Et Horat. Hanc rabiosa fugit canis, ac lutulenta ruit sus. [Tunderem, & prosternerem) Videquam fortis sibi videatur qui dolet & irascitur. [Agerem) Prosequerer, premerem. Virg. Illa fretus agit ventos. Id est nimia celeritate persequitur, & pene occupat, præuenitq;. [Ego sum Sostrata) Hæc ideo inducitur, vt verisimile sit supra non visam Sostratam, q̃n etiam vix nunc agnoscitur ab irato. [Ipsum expecto oppido opportune) Incerta distinctio, vtrum te expecto oppido opportune, sit dicendum: An expectare, hic impatienter cupere, & sine præscriptione temporis sperare, iuxta certum tempus. Vnde apparet ad Te expecto. quia per se nimium est; non esse iungendum Oppido. [Quid festinas in Geta?) Probus assignat hoc Sostratæ. Asper non vult ad omnia seruum respondere, sed nutricem putat hoc loqui. [Quid festinas?) Perturbaris. Et commotus dicit Prorsus actu commoto & anhelanti, ob perturbationem & contentum cursum. [Animũ recipe) quod in lectione gestu ostendi minime potuit, id ex verbis Sostratæ ostenditur in Geta. Nam ideo dicitur, animum recipe, quia ille præ anhelitu crebriora verba continuare non possit. [Perimus, Actum est) Iam bona verba iunguntur. [Perimus, Actum est) Verba sunt desperantis. Nam Actum est dicitur in ea re de qua iam lata sit sententia. [Eloquere obsecro te) Bene eloquere. nam conatur tantum quod nec explicatur, nec intelligitur, cui vitio contraria virtus est eloquentia. Iam plus hic gestu, quàm dictu agitur, quia vt supra diximus, & latius est qui nunciat, & integratur dolor nuncij, cum apud illam loquitur, ad quammaxime calamitas pertinet, quo dolore, vox plerũque subtrahitur atque singultus, & simul da. signum perditarum rerum. [Væ milli miseræ) Interponitur mulieris affectus nouo nuncio. [Amare occepit aliam) Peius est amare occepit, quam amat. Nam in eo quod dixit, Occepit, augmenta mali metuenda significat, vt in principijs quæ actum respiciunt, non statim imminutionem inspectant. Et occidit, magnum facinus dixit. [A lenone ipsius eripuit palam) Sic nunciat, vt vltima peiora sint. Et his argumentis vult probare, q̃ immodice amauit Aeschinus, qui plus quàm virginem, idipsum quod pudor nec hortatur, nec consulit, amat. Quis aut magis potuit impudens esse, q̃ qui post honestum amorem, ab lenone amet? Hoc etenim significat meretricem. Ergo non honestum, sed ab lenone, non per alium, sed ipsius, nec emit, aut abduxit, sed ob impatientiam valde amantis eripuit. neque id occulte, vt qui celaret factum, tanquam satisfacturus vxori videretur, sed, palàm. [Satin' hoc certo?) Magnis malis non statim creditur. Hoc ergo ex dolore dixit quod stupet audiens, non quia non habet fidem. [Hisce oculis) ἐναργείας affeuerãtis. [Ah, ah.) Interiectio est flentis. [Me miseram) Mira affectio. nam lacrymæ non sinũt finire sensum. [Quid credas iam? aut cui credas?) Fides, aut personæ qualitate, seruatur, si grauis persona est cui creditur, aut ipsius rei qualitate, si ea res creditur, in qua fallere cui creditur aut non potest, aut non debet. Hic ergo mire in vtroq; iam fidem dixit nullam esse, & in persona, & in re, quod Virg. transtulit, breuiusque dixit, Nusquam tuta fides. hoc est, nec in re, nec in persona. Et hic ipse in Heaut. Pro Iuppiter. vbi nam est fides? Nostrum Aeschinum, nostram vitam) ἐλλειπτικῶς omnia, quia fletus impedit verba.

ba. deest autem,hoc feciſſe,vel quid tale.[Sitæ erant) Sitæ,poſitæ. nam ſitum eſt quidquid in loco ſuo poſitum non euertitur. [Poſiturum puerum) Puerum dixit,ſi puer naſceretur,non quia diuinabat. Ad votum ergo cupientis retulit Puerum, non quia neceſſe eſſet marem naſci.Et hæc omnia,magno ſtupore dicuntur ad exaggerandam perfidiam illius cui creditur, & dolorem eorum qui crediderunt. [Hera,lacrymas mitte, ac potius quod ad hanc rem opus eſt) Hinc Virg.

Non lacrymis hoc tempus, ait, Saturnia Iuno.

Sentit autem non lacrymis agendum,vbi conſilio opus eſt.[Porrò conſule) Porrò,in reliquum deinde, vel in futurum. Porrò enim,ordinis & temporis aduerb.eſt.non cõiunctio. [Hau,hau mi homo,ſanus ne es?)Hoc ex perſona nutricis legendum eſt illa enim diſſimulãdam rem putat.[Mi)Pro meus. [Tua fama,& gnatę vita)Tibi enim crimini erit vitiatam eſſe filiam,illi etiam oberit.Et vtrum vitam,ſalutem dicit.[In dubium)In periculũ. [Fateatur) Vitiaſſe filiam. Et cõplexio eſt Διπλῆς oratoria, in qua vtrum ſenſeris,contrarium tollis,cogiturq. quod ex altera parte ſit,hoc eſt tacere.[Quapropter quoquo pacto)Cõgrue & pro perſona,& pro muliere hoc dictum eſt, eamq. in malis conſtantem eſſe demonſtrantur. [Non faciam) Non faciam dixit, pro non tacebo,quaſi tacere,aliquam actionem habeat, ſed moralis ſignificatio eſt,& communis omnibus, ſicut aduocatũ dicimus male feciſſe,cum tacuerit.[Peiore loco res eſſe non poteſt) Satis argute inter Getam & Soſtratam ſentẽtias ex perturbatione facit nutare.[Quàm in quo nunc ſita eſt) Cauſa nihil timendi. [Primum indotata eſt) Ratio ſubiecta eſt cauſæ,& indotatã, pauperem modo dicit. [Tum præterea quæ ſecunda ei dos erat) Videlicet,dari pro virgine nuptum.Et incerta diſtinctio eſt. etenim erat bis ſubaudiendum.Pro virgine dari nuptum.[Non poteſt)Iungendum,dari nuptum,Et pro virgine.i.virgo: vt,Nunc plane eſt pro noua.i.noua.Aut nec virgo,nec pro virgine nubere poteſt.non virgo,quia vitiata eſt,nec pro virgine,quia res diffamata eſt.[Si inficias ibit)Si negabit. [Teſtis mecum eſt annulus) Locutio hæc ſic capienda eſt,hoc eſt annulus pro me teſtis. Vel ſic,Annulus & ego teſtes ſumus.Sed melius qđ ſupra. [Poſtremo quando ego conſcia mihi ſum) Quando,pro quoniam, vel quando pro quidem.[Neque rem vllam)Hoc eſt internuncium,pactum clam, aut promiſſum. Et bene totum execratiue dixit,vt alij facinora abhorreant.[Illa) Filia.ſ.[Experiar) Apud iudices agam. [Quid iſtuc?) Verbum eſt ægre conſentientis, quaſi qui dicat,quid hic reſiſtam? [Accedo vt melius dicas).i.vt conſentiam, velut qui melius poſſim dicere. [Quantum potes) Deeſt,cito,vt ſit,quãtum potes cito abi.[Atque Hegioni)Apud Menandrum,Soſtratæ frater inducitur. [Huius)Filiæ ſuæ.ſ.[Simulo)Nomen patris puellæ,dimin.à Simo,vel Simone.Et nota nomen in Palliata fabula Latine dimin. [Simulo fuit ſummus)Summus,an ad cognatum,an ad amicum refertur? an abſolute ponitur,vt in Eun. Plurima ſalute ſummum ſuum impertit Gnato. [Et nos coluit maxime) Et miſerabilius Coluit dictum eſt, quam ſi diceret, colit. Virg.

Per caput hoc iuro, pro quod pater ante ſolebat.

Colere enim, & maioribus & minoribus conuenit. Vt,

Poſthabita coluiſſe Samo.

[Nos)Monoſyllabo finit,vultuoſam exprimens pronunciationem.[Tu mea Canthara) Triſtis ac ſeriæ fœminæ blandimentũ eſt Mea potius,quàm pronomen poſſeſſiuum.Deeſt enim cara, vel quid tale,quo addito,pronomẽ ſtaret Mea.[Curre) Mire dictum eſt ancillæ, Curre. [Vt cum poſſit) .i. cum adeſſe cœperit partus. [Ne in mora nobis ſiet) Locutio qualis ſupra.

GVID. NVNC &c.) Hic exprimitur ſeruus fidelis, & currens, & mala nuncians. refert enim Aeſch.amore alieno raptum,deſertamque virginem Atticam,quam ſtuprauerat ea lege,vt eam duceret vxorem. G. Nunc iſtuc eſt.i.negocium iſtud ducenda virgine pro tempore præſenti ita ſe habet, vel iſtud periculum deſerendæ virginis aut iſtud tempus nunc eſt eiuſmodi,quòd ſi omnes homines conferant .i. congregent omnia ſua conſilia,quærant.i.ſtudeant,laborent,inuenire ſalutem .i. remedium ſalutis, huic malo.i.contra hoc malum.ſ.quòd Aeſch. alieno incumbit amori,& eſt virginis ſtupratæ deſertor. nihil afferant aliquid adiumenti huic malo inquam.i.contra hoc malum, quod malum eſt mihi ſeruo & herę.ſ.Soſtratę,&filię herili.ſ.filię ex hera mea, quæ nunc per tui proxima eſt ex opere Aeſch. Vęh, interiectio execrantis, quæ iungitur datiuo. Væ mihi miſero .i. ego miſer ſum maledictus,& infelix,tot res malæ.ſ.circunuallant.i.circundant,circunueniunt nos.ſ.tanquam inimica acies, quæ vallo circundat,aut ſtipat ſe circa hoſtes,aut circunuenit, & circunciudit vallo ipſos hoſtes,ne poſſint aufugere,ergo circunuallant.i. vel ſe muniunt aduerſum nos, vel nos circunueniunt nobis moleſtiam inferentes,repente.i.ſubito,vnde.i.à quibus rebus,non poteſt emergi capiendo imperſonaliter.i.à nobis euadi nõ poteſt, ſeu erumpit, vt locutio intelligatur imperſonaliter. ita quòd emergi ſit infinitiuos huius verbi imperſonalis emergitur emergebatur. Don. tamen vult emergi eſſe infinitiuum ab emergoeris deponenti. vt ſit ſenſus. vnde.i.à quibus rebus nullus noſtro poteſt emergi.i.erumpere,res autem ſunt hæ, vis.i.violẽtia illata puellæ,egeſtas .i. neceſſitas,inopia ipſius puellæ,iniuſtitia .i.malum iudicium huius temporis.Solitudo.i.deſertio,ſeu derelictio à defenſoribus,quaſi dicat,erit ſolicitudo puellæ à defenſoribus,propterea q; inops eſt, nec habet vnde conducat operas aduocatorum,infamia .i. ignominia,ab his, qui credunt puellã eſſe ſtupratã precio,hoccine .i. vtrum hoc ſeculum eſt ſup. tale, vel tales ſunt homines huius ſeculi.i.huius durationis hominũ, huius ætatis,huius tempeſtatis. O ſcelera, exclamatio .i. miror tot ſcelera & flagitia eſſe hac tempeſtate, ò gratia hominum .ſ. ſacrilega.i.nefaria,& impia.i.dico talia genera hominum, q talia agũt eſſe, ſacrilega ò hominem.ſ.Aeſchinum, impurũ.i.fœdum,turpem,inhoneſtum,vel impium,iniuſtum erga Deum, q Deum ante oculos non proponit,hoc eſt dico hominem illum eſſe turpem & inhoneſtum. S. Me miſeram, exclamatio eſt interiectionis vice fungens,q.d.ſup.me infelicem & mihi immine re aliquid miſeriæ,quid eſt quod.i.propter quod. video Getam ſeruum ſic timidum.i.perturbatum,& ſic properantem.i.feſtinãtem. G. Geta Soſtratę exclamationem non audiuit,ideo pergit in ſermone ſuo,& ideo ſic iunge cum illo quod dixerat,ò hominem impurum,quem.ſ.Aeſch. neque fides.i.promiſſio facta,neque iuſiurandum,quo iurauit ſe ducturum eam,neq; miſericordia .i. compaſſio,aut quòd ei vim intulit,aut q; eam amauit, & illi probro fuit.Quæ ergo illum,abundat illum,neque &c. non repreſſit .i. non cohibuit,ne auderet id moliri, neque reflexit .i. reuocauit,retraxit,ne id faceret grande facinus, neque id repreſſit eum quod debebat deterrere eum ab eo faciendo, videlicet q; partus eius puellæ inſtabat.i.imminebat,futurus erat prope,ſeu appropinquabat, cui puellæ miſeræ.i.quæ miſera fuit propter illud vitium.ipſe Aeſch. obtulerat ipſi inuite.ſ.vitium.i.ſtuprum, per vim.i.per violentiam,indigne.i.impie & crudeliter. alij lib. loco cui habent qui,ſed tunc eſt intelligendum qui Aeſch. obtulerat ei ſup. miſeræ &c. S. Non ſatis intelligo,quæ .i. quas res, vel quæ verba loquatur. C. O Soſtrata obſecro quòd ſup. accedamus.i.adeamus,propius,à prope comparatiuũ aduerb.i.propinqus,proximus.Interdum enim proximus fungitur vice poſitiui, & comparationem habet. G. Ah, interiectio dolentis, me miſerum.i.dico vel fateor,q. d. ſum bene miſer,vix.i.quaſi, non ſum compos animi.i.ſanæ mentis,ſeu ſani animi, ſicut dicimus compos mentis pro ſanæ mentis,vel compotentis animi, ſeu compoſiti animi,vt alij volunt,quę omnia fermè in idem recidunt. Eius autem contrarium eſt impios animi,vel non ſanæ mentis,vel impotentis,& incompoſiti animi vel qui ſuo animo non potitur,vt ſunt iracundi, qui vehemẽti appetitui nequeunt moderari,& ideo non ſunt compotes animi,vel ſui.i.non potiũtur arbitratu ſuo,vel ſeipſis,vel ſuis animis.Compos etiam inuenitur iungi ablatiuo. Sal. Neque animo, neque lingua ſatis compos. Vix ergo ſum compos animi.ita.i.adeo,ardeo.i.vror, incẽdor,iracundia .i. animi perturbatione,& ſanguinis ebulitione. Nihil eſt quod malim.i.potius cupiam,quàm illam totam familiam à qua ducit originem Aeſch.&ipſum Aeſch.ſimul,qui eſt de illa familiam dari obuiam mihi.i.occurrere mihi,& euomam.i.eijciam hanc omnem irã.i.quod vulgo dici ſolet, vt deirraſcar in eos, qui ſunt de illa familia,dum.i.quandiu,hæc ęgritudo.i.hæc mentis meæ iracundia. Nam ægritudo mentis eſt ipſius perturbatio,& cõmotio, dum inquam hæc ægritudo eſt recens.i.noua. Nam paulatim lapſu temporis efferueſcit ira,quę cum recens eſſet,erat vehementiſſima, habeam ſatis id ſupplicij .i.illud ſupplicium mihi,hoc eſt illud ſupplicium ſatis ſit,ſeu ſufficiat mihi, vel ſufficiens mihi habebo de eis ſupplicium, dummodo vlciſcar.i.dummodo puniam vel vindicẽ illos de illa familias mihi inuiſa. Primum.i.in primis,extinguerem animi ſeni.i.ſuffocarem ſenem,& dixit extinguerem,propterea quòd ab antiquis putabatur anima eſſe ignis, qui extingui præcipue dicitur. Primum ergo extinguerem animam ipſi ſeni Demeæ,qui produxit.i.genuit illud ſcelus.i.illum ſceleroſum filium,autem .i.ſed tum.i.deinde,vah quibus modis,q.d. acerbis,aſperis,lacerarem .i. dilaniarem. Syrum ſeruum impulſorem .i. ſuaſorem vehementem,qui non ſolum videatur ſuadere,ſed etiam impel-

lere. Vbi hæc interiectio vah(quæ sæpius est irridentis) hic ostendit vehementiam affectus in Syrum,& voluntatem immodicã, arriperem.i.celeriter & cum impetu caperẽ, eum medium.i.per medium corporis,sublimem.i.in altum sublimatum, vt caderet grauius,& statuerem .i. prosternerem,vel immitterem in terrã, primum aduerb.i.primo,capite.i.per caput,deinde reliquo corpore sequente,q d.precipitem eum darem capite primum in terra statuto,vt dispergat.i.in diuersis partibus spargat,seu pertundat viam.s.cerebro.i.effusione sanguinis è suo capite prodeuntis,vel effusione ipsius cerebri . Posset etiam forsitan dici dispergat viam.i.diffindat viam,& faciat foueam in via percussione capitis sui,quo fossa fieret dispergendo terram huc & illuc, eriperem.i.eruerem, effoderem . extraherem oculos ipsi adolescẽti.s. Aeschino,qbus amore puellæ captus est . Posthac.i.postea,post illud factum,darem eum præcipitem.i.præcipitarem,dejcerem eum ab aliquo editiore loco,qđ facile esset factu erutis oculis , ruerem .i. cum impetu posternerem, impellerem ceteros de illa familia, ruere hic habet actiuam significationem significatq. toto corpore vti ad impellẽdum,quod faciunt qui precipites alios prosternunt. Tunderem.i.contererem,fabrorum more,qui malleis tundunt sæpe incudem ictus repetentes,agerem.i.agitarem, versarem,volutarem,nimia celeritate prosequerer, atq; promouerem,raperem.i.raptim,ac properãter illos comprehenderem, prosternerem.i.deturbarem,in terra dejcerẽ,sed cessо .i. desisto itta incassum minitari,malo.i.potius volo impartire .i. participem facere heram meam Sostratam,hoc.i. hac re infausta,ac infelici . Dicimus enim impertio tibi consilia mea & impertio te consilijs meis .i. tibi communico mea consilia . Malo inquam impartire eam propere.i.properanter,festinanter. Deinde incipit domum versus tre . S. Reuocemus eum .s. Deinde vocat cũ suo nomine . G. Hem,vbi hem vocantis est aduerb. seu manus interiectio. Cum enim aliquem vocamus eminus positum dicimus,Ioan.hau. G. Quisquis es.i.quicunque fis,sine.i.permitte, me ire ad impartiendam heram hoc malo euẽtu,& h. d. nõdum ea animaduersa . S. Ego sum Sostrata . G. Vbi est ea Sostrata , qua cognita subdit,quærito teipsam,expecto te.ò hera obtulisti te obuiam,aduerb. id est in occursum mihi,oppido .i. valde aduerbium intendendi,oppido opportune.i.valde apte . S. qd est, quid.i.cur vel propter quid trepidas.i times,seu timorem prę te fers, neque tibi satis constat quinimò incessu tuus modo citus, modo tardus, more perturbati , & animo agitati . G. Hei mihi .i.doleo,dolor mihi inest,afficior dolore pertẽtat dolor pectus. S. O mi Geta quid.i.cur,festinas.i.cur es ita commotus, & perturbatus,& anhelans more festinantis vsque adeo , vt crebriora verba cõtinuare non possis præ anhelitu nimio, & propterea recipe.i.resume,reuoca animum,& incipe spirare,neq; ita animo cadas . G. Prorsus.i.omnino perijmus .s. quod sequitur, sed illud prosequi non potuit præ anhelitu nimio . S. Ergo quid istud prorsus est.i.sibi vult,quid vis dicere prorsus esse . G. Prorsus perijmus.i.perditi sumus actum est, verba hæc sunt desperationis. Nam actum est dicitur in ea re,de qua sit iam lata sententia . S. Obsecro te eloquere .i. bono sermone & tali vt intelligaris,detege quid sit illud propter quod es ita turbatus . G. Anhelans Geta & singultus emittens dicit iam .i. statim eloquar . S. O Geta quid dicis sup. iam te facturum,vel quare dicis iam , nihil aliud addens se impeditus singultibus crebris . G. Aeschinus est alienus &c. vt postea sequitur , sed suspicio interpellatus duntaxat dixit Aeschinus . S. Ergo quid is Aeschinus fecit sup. G. Iunge nunc cum Aeschinus quod solum dixerat sic , Aeschinus est alienus .i. remotus & alienatus nostra familia, ita vt quẽ sperabamus futurum tibi generum ita de familia , nunc alienatum à filia tua cernimus . S. Hem,dolentis interiectio,perij.i. perdita sum,quare est supp.alienus . G. Occepit.i.incepit amare aliam puellam . S. Væ mihi miseræ .i. ego misera sum maledicta & infelix prorsus ita vt videar esse maledicta à Deo . G. Neque fert occulte .i. non celat id .s. se amare aliam . Ipsus pro ipse eripuit .i. abduxit,abstulit palam .i. manifeste , à lenone .i. turpi viro puellarum redemptore . S. Ne.i.vtrum,scis hoc certo aduerbium .i. quod dici solet , omnino pro vero . G. Certe ò Sostrata egomet vidi hisce oculis , hoc ponitur maioris asseuerationis gratia . S. Ah,ah(interiectio est flentis)me miseram .i.dico,vel fateor me infelicem.Iam nunc quid credas.i.cui sermoni adhæreas nunc, vel cui rei acquiescas iam? cui homini sup. credas.i.confidas. Est ne verum supp. nostrum Aeschinum ita familiarem existentem nostram omnium vitam.i.nostrã vitæ futuræ spem,vel ita carum, vt est nobis cara vita . Est ne ergo verum illum feciſſe talia sup. est.n.eclypticus sermo aptus perturbatis,in quo Aeschino nostræ spes.i.expectationes,& nostrę omnes opes.i.nostræ facultares,erant sitæ .i. positæ,collocatæ. Nam situm est quidquid est in loco suo positum non euertitur, qui .s. Aeschinus iurabat se nunquam visurum vnum diem sine hac .i. sine filia nostra,q Aeschinus dicebat se posiſturum puerũ, cuius partus imminet in gremio suo .i. supra genua sua more matrum, qui inq dicebat se oblectaturum.i.rogaturum obnixe patrem ita,vt .i. q liceret sibi ducere hanc filiam meam vxorem .i.in vxorem.Dicimus enim duxi filiam illam vxorem,vel duxi in vxorem . G. O hera.i.ò tu domina Sostrata mitte.i.dimitte,lacrymas.i.noli flere amplius,ac potius cõsule .i. cõsilio prospice,seu prouide,porrò.i.in reliquum,in futurum,deinde,nam porrò,hic est temporis,aut ordinis aduerb.non coniunctio. Cõsule ergo de eo sup. quod est opus.i.quod est necessariũ ad hanc rem,vel consule in reliquum,quod.s.consilio prouidere in reliquum,est opus.i.necessarium ad hanc rem,sentit aũt non lacrymis esse agendum,vbi consilio opus est.Deinde interrogat Geta,ne.i.vtrũ,patiamur.i.feramus,æquo animo,an narremus cuipiam .i. alicui hoc quod nobis factum est ab Aeschino , vel põt iungi cum præcedente sic,porrò.i.deinde,consule.i.consulta, de libera,ne.i.vtrum patiamur,an narremus,cuipiã.i.alicui.Deinde subiunge,quod.s.consulere . an narremus, cuipiã est opus ad hanc rem . C. Hau,hau , interiectio indignantis . ò mi homo , ne.i.vtrum,sanus es .i. mentis compos.an.i.vtrum,hoc factũ .s. Aeschini,videtur tibi esse proferendum.i.diuulgandum vsquam .i.in aliquo loco . G. Quidem .i. certe non placet mihi .i. non est mea sentẽtia vt vsquam proferatur iam.i.nunc primum .i. in primis,res ipsa.i.ipse effectus,indicat.i.prodit, manifestat illum Aesch. esse alieno animo.i habere animum alienum .i. alienatũ à nobis,nunc si proferemus palam.i.si publicamus hoc stuprum .s. puellæ . Ille Aesch. inficias ibit.i.negabit sat scio.i.non dubito,& satis per spicio,& negabit tuam famam .s. tuum nomen,& vitam gnatæ .i. salutem filiæ tuæ quam iam pertulit,& ita si hoc resciuerit esse publicatum,dolore percussa poterit extremũ claudere diem, tua ergo fama & vita gnatæ veniet in dubiũ , inde in periculum. Tum.i.deinde,si maxime fateatur.i.si assertiue,vt dicunt,confiteatur stupratse filiam,non est vtile hanc .s. filiam tuã dari illi nuptui,cum amet aliam ab ea,& ita non posset bene viuere cum eo,qui amore alterius teneatur.Quapropter.i.quamobrem,opus tacito.i.tacere vel celato.i.celare, vt Sal. Priusquã incipias consulto,& vbi consulueris mature facto opus est , igitur celare quoquo pacto.i.quocunque modo celari possit . S. Ah, interiectio dolentis minime gentium.i.nullatenus opus est inquam tacere,vbi gẽtium,genitiuus ponitur cum minime non necessitate significationis , sed ornatus gratia & sonoritatis , vt etiam dicimus nusquam gentium,terrarum, locorum . Deinde subdit non faciam .i. non tacebo . G. Quid ais? S. Proferam .i. diuulgabo , facinus vitij . Et ideo quid prius dicebatur , hau mi homo sanus es . Donat. vult ex persona nutricis legendum esse. quæ rem dissimulandam putat . G. Hem, interiectio dolentis,ò mea hera.s.Sostrata,vide .i. diligenter considera,quã rem agas.i.quid facias . S. Res non potest esse peiore loco i.in peiore statu,quàm in quo loco.i.statu,nunc est sita.i.posita,constituta,collocata,q.d. peius accidere non potest,quàm iam acciderit,primum.i.in primis, ipsa est indotata.i.sine dote . Tum .i. deinde,præterea.i.insuper,dos quæ erat ei secunda, videlicet virginitas,perijt.i.præterita est,& consumpta, nunquam reditura . Nam ait Ouid. Læsa pudicitia deperit illa semel . ipsa non potest dari nuptum.i.non potest collocari,vel nubere pro virgine .i. tanquam virgo,cum nõ sit,& multo minus cum erit diffamata . Dicimus dare nuptum filiam,admittere spectatum, dare venum ædes,quæ verba , quamuis motum nõ significant eundi de loco ad locum,tamen iunguntur primo supino,nam (vt dicũt) in se latentem motum obtinent, præterea id dicẽdi genus ab auctoribus est vsurpatum. Hic reliquum est.i.restat,si ipse Aeschinus ibit inficias.i.negabit,annulus est testis mecum .i. vel annulus,qui est testis apud me,vel annulus est testis pro me, aut ergo mecum annulum eius,qui testificabitur.i.approbabit factum ipsum cum videbitur, quem.s.annulum ipse Aeschinus amiserat . Postremo.i.denique,quando.i.qa, ego sum conscia mihi.i.sum mihi ipsi testis, & scio apud me hãc culpam de stupro filiæ.s.esse procul.i.longe à me.i.me non consensisse vllo pacto, & quoniã sum inquam mihi conscia,neque.i.non,precium interceſſiſſe.i. interueniſſe,neque rem vllam .i. neque nuncium, neque donũ, neque pactum,neque promissum interceſſiſſe.i.interueniſſe,aut interpositum esse . O Geta experiar .i. probabo agendo apud iudices illam filiam,aut experiar inquam illam indignam me.i.

male

male respondentem moribus meis, & degenerantem, & propterea indignam, quæ me habeat matrem, vel potest referri ad culpam dicendo, aut experiar .i. probabo apud iudices agendo illam culpam esse indignam me.i.non dignam, quæ imputetur mihi,quia dixit iam illam culpam esse procul à se ita, vt non dicatur fuisse lena filiæ. G. Quid.i.cur dicis sup.istud,cum non sit dicendum,accedo .i. appropinquabo tibi, vt dicas melius .i. sermonem aptiorem loquaris. S. Tu Geta,quantum potes .i. cito,abi.i.discede,atque enarrato.i.recitato ordine .i. per ordinem eodem ductu,&tenore,quo facta est,omnem rem.i.totum factum Hegioni cognato huius filiæ meæ. Nam his Hegio fuit summus amicus sup. vel familiaris, vel in magno honore habitus nostro Simulo.i.marito meo. Simulus est diminut. (vt dicit Don.) à Simone vel Simo,& coluit.i.amauit, frequentauit, sociauit,maxime .i. valde plurimum nos,q.d.plurimus illi nobiscum fuit vsus,consuetudo,ac conuersatio. G. Benedicis vt ad narrem Hegioni,nam hercle .i. per Herculem,nemo respicit nos.i.nemo præter eum fauet nobis,aut habet curam nostri,vt dicimus Deum respicere nos,cum nostri miseretur,& nos non aspernatur,sed benigne exaudit. S. O mea Canthara.i.nutrix mea cara, & est mulicbre blandimentum, propera.i. accelera, curre,accerse.i.vade ad vocandum,vel voca. vel,quod dicunt, fac venire obstetricem.i.mulierem parturientibus opem ferentem,vt ne.i.vt non sit nobis in mora.i.vt non tardet,cunctetur, cum opus sit eam adesse .s. parturienti.

LATO. ARGVMENTVM) Geta nunciato facto Aeschini,per errorem mulierculas in magnam perturbationem conijcit. [Nunc illud est) Perturbatio commoti Getæ,quæ est vice exordij,ad futurum nuncium de Aeschino. [Quod mihique, heræq.) Πολυσύνδετον. [Circunuallant) Premunt, Translatum à militari acie. [Hoccine seculum?) Exclamatio in Aeschinum. [Quem neque fides) Exaggeratio,in qua attende vehementiam à repetitione, & congerie. [Nihil est quod) Optatio vltionis more iratorum. [Dum ægritudo) Quasi tunc fœuior futurus sit. [Seni animam) Enumeratio supplicíorum per distributionem. [Vah) Interiectio immodice cupientis,alias tum irridentis tum gaudentis. [Sublimen) ὑποτύπωσις. [Ceteros ruerem) More iratorum,qui sibi tunc fortes videntur. & attende celeritatem commote loquentis. [Quid trepidas?) Nempe ex cursu & perturbatione. [Prorsus. Petimus, Actum est) Per interualla à commoto,& anhelante dicuntur. [Hisce oculis) Ad asseuerationem, alioqui satis erit, vidi. [Nostrum Aeschinum) Παθητικῶς & suauiter dictum,ob recentem adhuc affectum. Cetera pertinent ad delicti exaggerationem. [Hau) Muliebris interiectio. Don. putat ex persona nutricis legendum esse.[Iam primum) Dilemmate colligit rationem consilij,quam complexionem vocant Rhetores. [Tu si maxime) Altera pars διλήμματος. [Peiores res loco) Soluit rationem Getę,vtranque complexionis partem reprehendendo. Nam cum ille ad vtilitatem ratiocinetur,primum grauius damnum opponit,deinde negat periculum esse. [Experiar) Apud iudices agam.

PETR. MARS. NVNC illud est) Serui fidelis, & pro salute familiæ suæ solliciti studium hæc scena exprimit. Quamuis enim hoc hominum genus propter insitam animi malitiam vt plurimum ad vitia promptum est, si qui tamen aliter mores suos instituunt, quam vulgus seruorum solet, hos multis etiam liberis præferendos quis dubitat? Cic. ad Q. Fratrem,hominem seruum, ab omnibus reip.muneribus arcet,si quis tamen,inquit,egregie fidelis sit,hunc in domesticis, & priuatis rebus constitutum esse oportet. Idem pro Milone de seruis ait: Dixit enim hæc omnia idem,qui semper constanter fortiter M. Cato: Dixitque in turbulenta concione, quæ tamen huius auctoritate placata est, non libertate solum, sed etiam omnibus premijs dignissimos fuisse,qui domini caput defendissent. Plato de Legibus 6. Scimus profecto quod fateremur omnes,seruos quam beneuolentissimos atque optimos habendos esse. Multi enim iam serui, quibusdam meliores ad virtutem omnem,quàm fratres,& filij, domos,rem dominorum omnem,& dominos ipsos seruarunt. Seneca de Beneficijs tertio. Præterea seruos, qui negat dare beneficium aliquando, ignarus est iuris humani. Refert enim cuius animi sit,qui præstat, non cuius status. Nulli præcluſa est virtus,omnibus patet,omnes admittit,omnes inuitat,ingenuos,libertinos,seruos,reges,& exules. Et alibi: Potest seruus iustus esse, potest fortis, potest magnanimus,ergo & beneficium dare potest. [Seni animam primum) Animam,ait Non. secundum consuetudinem spiritum vocamus, quo viuimus. [Ceteros ruerem) Ruere est diruere, prosternere, actiue positum est, vt hoc Virgilij. Tantumque à sedibus imis Vna Eurus Notusq. ruunt.[Animum recipe) Nam qui currendo defatigantur,hi frequenter spiritum ducere coguntur. [Quæ secunda ei dos erat) Pudorem intelligit,qui vere secunda dos dici debet,vel potius prima. Vnde Alcmena apud Plautum ait.

Nam ego illam dotem mihi duco esse, quæ dos dicitur.
Sed pudicitiam, & pudorem, & sedatum cupidinem.
Deum metum,parentum amorem,& cognatum concordiã.

Quare Hieronymus ita pudicitiam commendat: In pudicitia muliebrium virtutum principatus est,hæc pauperem commendat,diuitem extollit,deformem redimit,exornat pulchram,bene meretur de maioribus, quorum sanguine furtiua sobole nõ vitiat,bene de liberis, quibus nec de matre erubescendum, nec de patre dubitandum.

GLAREANVS.

VIX alibi inuenias scenam atque iambicis trochaicisq. permixtam atque hæc præsens est. Primi quatuor versus sunt iambici tetram.acatal. Primus proceleusmaticum habet loco quinto. Quintus versus troch. est tetr.catal. Sextus ad idem,si quidẽ impium in fine eius legetur. Sin impurum,erit iambicus tetr.cat.& Sæclum dissyll. nisi creticum loco secundo ponamus. [Me miseram,quid nam est,quod sic video timidum, & properantem Getam?) Qui nunc sequuntur duodecim versus,omnes sunt iambici tetr.acat. Decimus tertius autem dimeter est. Secundus versus creticum habet loco quinto. In 5. autem versu s,eliditur in Satis. Septimus versus extremas duas syllabas ad sequentem concludit,vt in octauo sit loco primo anapæstus,Viam Vt i, quod in omnibus libris neglectum vidimus. [Adolescenti ipsi eriperem oculos,post hæc præcipitem darem)Hic,duo sunt trochaici tetr.catal. apti sanè rei. Tertius est rursus iamb. tetr. acatal. Qualis & quartus,si tertio eius loco proceleusmaticum ponamus. Doct. tamen eum trochaicum existimauit. [Te expecto oppido opportune te obtulisti mihi obuiam) Nouem sequentes hos versos trochaicos iudico tetr.cat. Quorum in 3. Perijmus legendum tetrasyllabicos,& d,elidendum in Quid. In 4. post verbum Eloquere ponenda est Ergo coniunctio,vt habent veteres lib. & carminis ratio poscit. In 5. d,eliditur in Quid. De geminatione Ah. In 8. versu,& in 9.de non omittenda particula Ne, post verbum Nostrum differit Ioan. cui nos de Ne subscribimus,de geminatione dubitamus. Nam flentis interiectio esse potest,etiamsi non geminetur. [Nostram vitam omnium,in quo nostræ spes,omnesq. opes sitæ)Omnes nunc deinceps versus sunt Iambici tetr.acat. In 2. vero versu prior vocalis de verbo Erat eliditur à superiore,nisi bacchium loco primo eligamus. In 4. vel Liceat legendum, vel sibi tollendum è carmine, vel creticus loco quinto erit, quod probo. In 5. versu videtur loco primo proceleusmaticus esse, nisi d, in Quid, elidendum putemus. In 6. fine, puto desiderari syllabam,nempe An,quod in sequenti versu est in quo si prima de Proferendum producta est,vt lib.6. Aen. super & Garamantas,& Indos Proferet imperium. Verbum Tibi ponendum est post verbum Videtur. Sin correpta est pro,vti in tertio mox carmine videtur, bene habet carmen. In 11. versum,non eliditur in Cum, vt loco primo sit anapæstus,secundo dactylus. In 13. pro Celato vetustus liber habet Tacito. quod carmen poscit. In 13. syllaba pro in Proferam videtur sanè longa,vt apud Virg 14.versus ita legendus videtur ex vetusto libro.

In peiore loco non potest res esse,quàm in quo nunc sita est. In 16.ll,geminandũ in Relliquum. In 17. si legendum.nõ Sin, quanquam scio Linacrum ita legisse, sed carminis rationem nõ attendit,imò Latinitas non patitur 19.Versus male legitur passim in omnibus quotquot nos vidimur exemplaribus. Sed .n. ipse cum sequente ita distinguendi sunt atque legendi.

Neque precium,neque rem vllam interceſſiſſe illa aut me in dignam Geta,
Experiar. G. quid istuc? accedo,vt melius dicas. S. tu quàm potes.

Vt loco primo sit proceleusmaticus in priore versu, & d, in Quid,quod est in versu sequenti elidatur, & Quàm pro Quãtum legatur,quod & Don. placuit qui suppler,Cito, vt sit,quã potes cito abi. In 21. primo creticus est loco secundo, & Huius dissyll. In antepen. vel Fuit monosyll. est, vel s, in Sumus elidendum. Nam Simulus primam habet productam,nisi bacchium loco quarto constituere velimus. In vltimo vel s, eliditur in Opus,vel creticus est loco quarto.

ACTVS III. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Male est Demeæ, quòd filium Ctesiphonem audiuerit vna affuisse, cum eriperet mulierum Aeschinus. Commendatur Ctesipho vituperantur Mitio, & Aeschinus callide vtrunque Syrus facit. Demea autem narratione virtutum Ctesiphonis plurimum gaudet.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena ostenditur, quantum Demea ipse commouebitur, vt rem ipsam resciuerit, cum ex eam paruæ rei suspicione tantopere se affligat. Hic Syrus Ctesiphonem apud Demeam patrem commendat, Aeschinum vero atque Mitionem qui illi ad scortandum sumptum suppeditat, probro afficit ac vituperat, quod Demea magno est gaudio. Deinde Syrus in piscibus parandis, patinisq; curandis solicitum habet animum. Postremo Demea Hegionem contribulem suo magno desiderio conuenire decreuit.

Senarij.

DEMEA, SYRVS.

DISPERII: Ctesiphonem audiui filium
Vna affuisse in raptione cum Aeschino.
Id misero restat mihi mali, si illum potest,
Qui alicuius rei est, etiam eũ ad nequitiam abducere.
Vbi ego illum quæram? credo abductum in ganeum
Aliquò. persuasit ille impurus, sat scio.
Sed eccum ire Syrum video: hinc scibo iam, vbi siet.
Atque hercle hic de grege illo est: si me senserit
Eum quæritare, nunquam dicet carnufex.
Non ostendam me id velle.
S. Omnem rem modo seni,
Quo pacto haberet, enarramus ordine.
Nil quidquam vidi lætius. D. pro Iupiter.
Hominis stultitiam. S. collaudauit filium:
Mihi, qui dedissem consilium, egit gratias.
D. Disrumpor. S. argentum annumerauit illico:
Dedit præterea in sumptum dimidium minæ:
Id distributum sanè est ex sententia. D. hem,
Huic mandes, si quid recte curatum velis.
S. Hem Demea, haud aspexeram te: quid agitur?
D. Quid agatur? vostram nequeo mirari satis
Rationem. S. est hercle inepta, ne dicam dolo, atque
Absurda. pisces ceteros purga Dromo:
Congrum istum maxumum in aqua finito ludere
Paulisper: vbi ego venero, exossabitur:
Prius nolo. D. hæccine flagitia? S. mihi quidem non placent:
Et clamo sæpe. salsamenta hæc Stephanio
Fac macerentur pulchre. D. dij vostram fidem;
Vtrum studio ne id sibi habet. an laudi putat
Fore, si perdiderit gnatum? væ misero mihi,
Videre videor iam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquò militatum. S. ò Demea,
Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est;
Videre, sed etiam illa, quæ futura sunt,
Prospicere. D. quid? istęc iam penes vos psaltria est?
S. Ellam intus. D. eho, an domi est habiturus?
S. credo, vt est
Dementia. D. hæccine fieri flagitia? S. inepta lenitas
Patris & facilitas praua. D. fratris me quidem
Pudet, pigetque. S. nimium inter vos Demea, ac
Non, quia ades presens, dico hoc, pernimium interest.
Tu, quantus quantus, nihil nisi sapientia es:
Ille futili', somnium. fineres vero illum tuum
Facere hæc? D. finerem illum? aut non sex totis mensibus
Prius olfeciſſem, quàm ille quidquam cœperet?
S. Vigilantiam tuam tu mihi narras? D. sic fiet
Modo, vt nunc est. S. vt quisq; suum volt esse, ita est.
D. Quid eum? vidistin' hodie? S. tuum ne filium?
(Abigam hunc rus) iam dudum aliquid ruri agere arbitror
D. Sati' scis ibi eum esse? S. oh, qui egomet produxi.
D. optume est.
Metui, ne hæreret hic. S. atque iratum admodum
D. Quid autem? S. adortus iurgio fratrem apud forũ
De psaltria istac. D. ain' vero? S. vah, nil reticuit:
Nam, vt numerabatur forte argentum, interuenit
Homo de improuiso cœpit clamare, Aeschine
Hæccine flagitia facere te? hæc te admittere
Indigna genere nostro? D. oh, lacrumo gaudio.
S. Non tu hoc argentum perdis, sed vitam tuam.
D. Saluos sit: spero, est similis maiorum suũ. S. hui.
D. Syre, præceptorum plenus istorum ille. S. phi,
Domi habuit, vnde disceret. D. fit sedulo:
Nil prætermitto: consuefacio: denique
Inspicere, tanquam in speculum, in vitas omnium
Iubeo, atque ex alijs sumere exemplum sibi.
Hoc facito. S. recte sanè. D. hoc fugito. S. callide.
D. Hoc laudi est. S. istæc res est. D. hoc vitio datur.
S. Probissume. D. porrò autem. S. non hercle ociũ est
Nunc mihi auscultandi: pisces ex sententia
Nactus sum: hi mihi ne corrumpantur, cautio est:
Nam id nobis tam flagitium est, quàm illa Demea
Non facere vobis, quæ modo dixti: &, quod queo.
Conferuis ad eundem istunc præcipio modum.
Hoc falsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parũ:
Illud recte, iterum sic memento: sedulo
Moneo, quæ possum pro mea sapientia:
Postremo, tanquam in speculum, in patinas Demea
Inspicere iubeo, & moneo quid facto * vsu' sit. * opus
Inepta hæc esse, nos quæ facimus, sentio:
Verum quid facias? vt homo est, ita morem geras.
Nunquid vis? D. mentem vobis meliorem dari.
S. Tu rus abis hinc? D. recte. S. nam quid tu hic agas,
Vbi, si quid bene præcipias, nemo obtemperat?
D. Ego vero hinc abeo, quando is, quamobrem huc veneram,
Rus abijt: illum curo vnum: ille ad me attinet:
Quando ita volt frater, de istoc ipse viderit.
Sed quis illic est, procul quẽ video? est ne hic Hegio
Tribulis noster? si satis cerno, * hercle is est, * ecere
Vah, homo amicu' nobis iam inde à puero. dij boni,
Næ illiusmodi iam magna vobis ciuium
Penuria est. antiqua homo virtute, ac fide.
Haud cito mali quid ortum ex hoc sit publice.
Quàm gaudeo, vbi etiam huius generis reliquias
Restare video. vah, viuere etiam nunc lubet.
Opperiar hominem hic, vt salutem, & colloquar.

DISPERII:

DON. ISPERII: Ctesiphonem audiui filium) Hic ostenditur, quòd seueri homines, ac recti, & honesti tenaces, vel ridiculi sunt, vel odio habentur quoquo accesserint. Magno autem affectu, & quasi exclamantis addidit filium, quasi causam redderet cur dixerat, Disperij. [Vna affuisse in raptione cum Aeschino) Oeconomia. in quâ ostenditur quã tum commouebitur Demea ipsa re comperta, cum ex parua rei suspicione tantum se afficiat. Raptio autem, ad personam refertur: Rapina ad rem: Raptus ad stuprum, si volumus proprie loqui. [Id misero restat) Bene restat, tanquam iam summum malum sit, Aeschinum esse corruptum. Et, misero mihi, quasi qui nihil nesciat, nihil curante Mitione. [Si illum potest) Non dubitat velle, & ideo dici potest. [Qui alicui rei est) Recte. de hoc. n. supra dixit, Non fratrem rei dare operam videt? ruri esse, parcum, ac sobrium. [Etiam eum ad nequitiam abducere) Quasi inuitum dixit, non vocare, sed, abducere. Ducimus enim volentes, sed abducimus inuitos. Nequitia autem proprie libidinosa inertia dicta est, quòd nihil queat nulliq. rei apta sit: Vnde, & nugæ, quòd nihil agant, vel non agendo. [Credo abductum) Non ijsse, sed abductum esse, quasi adhuc culpa non sit illius. [In ganeum aliquo) Veteres ganeum meretricum tabernam dixerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, ταπείνωσιν τῆς γῆς, quòd ipsa sit in terra, non vt cœnacula superius. Vnde & talenta, quasi trabena, à validioribus dicta trabibus, quibus superiora suspensa sunt. [Persuasit ille impurus) Suademus facilia: Persuademus difficilia. Et suadere facientis est, persuadere perficientis. Impurus, pro improbo ponitur apud Terentium. Et hic quoque excusata voluntas est Ctesiphonis, cui à maiore fratre, & improbo ingesta sit persuasione nequitia. [Sed eccum Syrum ire video) Ire, & abire, & venire significat. [Ire video) Ire, pro venire, vt, Nec vero Aeacidem me sum lætatus euntem Accepisse lacu. [Atque hercle hic de grege illo est) Figura * de grege illo est. Ordo vel bonorum, vel malorum dicitur, & grauium, vt equester ordo, senatorius ordo. Grex vel bonorum, vel malorum est, & leuiũ: vt Cic. In his bonis gregibus omnes aleatores, omnes impuri impudicique versantur. [Quæritare) Instanter quærere. [Carnufex) Pro genere positum est. [Non ostendam id me velle). s. scire vbi sit. [Quo pacto se haberet enarratus ordine) Hoc recte, quia dixerat: Mitioni, Si quidquid est, volo scire, atque hominem conuenire, si apud forum est. Et enarramus, pro enarrauimus: vt, Omnis homo fumat Neptunia Troia. Et Ordine, bene, quia simpliciter fatetur. Fallax autem, & captiosa narratio est, quod timemus fateri. [Nihil quidquam vidi lætius) Quartum παρέλκον. [Hominis stultitiam). s. quia lætatur, ignorans vbi Aeschinus sit. [Collaudauit filium) Plus additum est. non. n. solum non accusauit, sed & collaudauit. [Disrumpor) Mire, his. n. verbis, commouetur, collaudauit, & egit gratias. Et vide ὠφέλημον stomachi reseruatam. [Argentum adnumerauit illico) Contra illud est, Cur tu his rebus sumptum suggeris? Et non solum, inquit, adnumerauit, sed quod plus est, illico. [Id distributum) Distributum, in diuersa tributum. i. dispartitum per pulmentaria. [Huic mandes, si quid recte curatum velis) ἀφωνεία est maioris stomachi. quia ille dixit, Et sententia distributum. i. vt indicat Demea dilapidatum. Sic alibi: Columem familiæ nostræ, bone custos salue. [Eliem Demea) Ehem, interiectio est commoti, & quasi perculsi re subita, & noua. [Quid agitur?) Blandientis est, non interrogantis, vt alibi, O noster quid sit? quid agitur? [Nequeo mirari satis rationem) Mira sunt etiam illa quæ vehementer praua sunt: Et ideo mirari, pro horrere, & reprehendere positum est. Et rationem ἰδιωτικῶς dixit malam, cũ non sit ratio nisi bona, sed sic loquitur populus. [Est hercle inepta) Hoc ad senem. [Ne dicam dolo) Ne mentiar. i. ex cõtrario dicere videar, sed vt sedulo dicam. [Atque absurda) Ineptum, est stultum tantum: Absurdum, quod & stultum est, & in ipsa stultitia diuersum, & quasi repugnant sibi. Sic ergo locutus est, vt videatur ineptam rationem ad Aeschinum referre, absurdum, ad Mitionem, quem iam fieri stultum, contrarium senectuti est. [Congrum istum maxumum) Διασολὴ, quia erant alij, non maximi, vt econtrario, Argitisq. miror. quia est & maior. Nam istum quod ait, ἀνθηρὸν est. videtur enim ostendere digito quẽ dicat. [In aqua finito ludere pauliſper) Sic ostenditur bene obsonasse, qui viuos attulit pisces, nam non ludit pisces, nisi vinus. [Prius nolo) Superbe, & pro auctoritate, nõ dixit non oportet, sed nolo. subauditur, purgati eum. Et nihil ex mora corruptelæ accessurum pisci ex eo ostendit, quòd ait ludere hoc est viuere, & non læsum viuere. non enim dixit narrare, quod, etiam possunt languidi pisces. Ipse insuper planum fecit quid sit purga, dicendo exossabitur. Purga igitur, exossa significat, non, vt quidam putant, exossabitur, comedetur. [Mihi quidem non placẽt) Plus hoc ad senem, & vide quam totum superbe, & confidenter dixerit ob amicitiam omnium dominorum, excepto vno Demea, quem tantum præ illis contemnit. [Salsamenta) Hoc ad discipulum. Salsamenta, aut salsi pisces sunt, aut laridum: [Salsamenta hæc Stephanio) In tota comœdia opera danda est, vt stomachetur Demea, excepto, quòd se ipse in fine commutat. Hæc ergo causa est, quare Syrus quoque illi obijcitur, magnifice inferens se vt luxuriosum, licentemq. seruum, presertim qui adolescentum pædagogus fuerit. [Vtrum studio ne) Aut ordo est, vtrũ ne. aut est parelcon tertium, aut vero per eclipsin accipitur, q. d. vtrum est? aut, vtrum verum est? quod q accipit, vtrũ subdistinguat, & separet à sequentibus necesse est. [Vtrum studio ne) Aut vtrum superuacuum est, aut Ne, aut certe tmesis figura est, pro, vtrum ne studio, ne id sibi habet, si sciens lædit filium? [Laudi putat) Quia decipit. [Si perdiderit gnatum?) Et magno affectu, non dixit Aeschinũ, & mire, nũ addidit, cuius gnatum. [Væ misero mihi) Hoc est, quod supra dixit, Aegre est, alienus non sum. [Videre videor iam illum diem) Illum dixit, quasi quendã tristem ac funestum. [Quod ante pedes modo est videre) Hoc sumpsit poëta de illo peruulgato ancillæ dicto, Quod ante pedes est, non videt, cœli scrutatur plagas. [Sed etiam illa quæ futura sunt) Magis ridicula est assentatio, si quis maximè laudetur quibus maxime caret? [Istæc iam penes vos psaltria est?) Dicendo istæc, ostendit iandudum se hac indignari. [Est iam intus) Vt, Illum confidens, catus: [An domi est habiturus?) Proprie, quia haberi vxor dicitur, & haberi mulier cum coit. [Credo vt est dementia) Sic & in Eunucho, Eam se intendit esse, vt est dementia. Et nominatiuus casus esse potest, & septimus. Si septimus, perditus, aut quid tale subaudiemus. Sed melius nominatiuum accipimus casum. [Inepta lenitas patris, & facilitas præua) Lenitas, ad permittendum: Facilitas, ad ignoscendum. sic quidam. Sed ego lenitatem ad Mitionem refero, qui hæc leniter patitur: Facilitatem, ad Aeschinum, cui hæc per licẽtiam facilitas datur. Prauum aũt est, quod & ipsum lædit facientem: Malum, quod alios tantum. [Fratris mei quidem pudet pigetq.) Pudet, in his quæ turpiter facit. Piget in his, quę cum damno ac malo. Pudere, etiam ad dedecus: Pigere, ad dolorem refertur. Pudet, quod turpe est: Piget, quod dolet. [Nimium, inter vos Demea)

* nunc. n. redditum est, quod supra dicebatur. & præterea repetendo, nimium, confirmauit superius dictũ, nõ soluit. [Tu, quantus quantus) .i. quantuscunque. [Nihil nisi sapientia es) Ridicule prius additum nihil, quàm quidquam, laudis nomine. Deinde si sapiens dixisset, non tanta esset irrisio *

sed stultus. [Nihil nisi sapiẽtia es, ille somniũ) Nec tu sapiens, sed sapientia, nec ille somniculosus, sed somnium, hyperbole. [Sineres vero illũ tuum) Ab argumento fabulę repetit sinerem, & ironicos interrogat. [Totis sex mensibus) Totis, quasi longi sint .i. integris, vt ne vnum quidem diem minus à sex mensibus sciat quid cœpturus sit filius. Nimis comica, & moralis assentatio. [Quàm ille quidquam cœperit) Multum dixit, & ante sex menses, & olfeciſſem, & prius quàm cœperit. [Non olfeciſſem) Totum ridicule. Nam quid olfeciſſet, qui nondum quidquam scire cœpisset, cuiusque naribus nihil obiectum fuisset? Nam ideo nares à narritare dictæ sunt, q nos odoratu dũceant præsto, & ppe esse, quod adhuc oculi non vident. [Vigilantlã tuam tu mihi narras?) .i. quam maxime scio. [Sic fiet modo, vt nũc est) Non dicit qui, sed respice ad argentum, & ridebis hæc optantem Demeam. [Vt quisque suum vult esse, ita est) Hæc sunt sententiæ, & semper probabiles, & pro personis ridiculæ. Plaut. in Milite glorioso, Nimia est miseria, nimis pulchrum esse hominem. [Quid eum? vidisti ne hodie?) Quid eum, initiũ interrogationis futuræ de persona alicuius. Sic in Heaut. Sed Syrum, quid eum? [Tuum ne filium?) Hoc clare. [Tuum ne filium?) Moris est vt qui cogitat, quid respondeat, interrogatione remoretur. [Abigam hinc rus) Vt pecudem, dixit abigam, non vt hominem mittam. [Abigam) Hoc lentius. & abigam quasi pecudum dixit, vnde & Abactores dicti sunt. Cic. in Verr. Equarum greges istum abigendos curasse. [Iandudum aliquid ruri agere arbitror) Hoc clare. [Aliquid ruri agere arbitror) Hoc plus est, quàm illic esse. vult enim cum laude eius loqui, vt supra: Rei dare operã, ruri esse, parcum, ac sobriũ. Et agere proprie dixit. nam ab agẽdo, ager dictus est, q in eo multa agenda sunt. [Qui egomet produxi) Mutata præpositione, non deduxi, sed pduxi dixit. i. porro duxi. [Metui, ne hæreret) Hæc translatio, vt subla-

uat Cteſiphonem,ita Aeſchino inuidioſa eſt.nam hæreret,non animo,nec voluntate,ſed viſco decipientis aucupis. [Quid autem?) Quid pro quare,vel ob quam cauſam. Virg. Quæ fortuna viris,claſſem quo littore linquant: Quid veniant: Cui contrarium in ſignificatione * id,quod te oro. [Nihil reticuit) Mirum enim,minorem fratrem non pepercisſe maiori,nec reticuiſſe quidquid erat opus.[Cœpit clamare)Ethicos totum,& cœpit,& clamare,& quod ſequitur.[Adortus iurgio eſt) Aggredimur,de longinquo,Adorimur,ex inſidijs,& ex proximo,nam adoriri,eſt aliquem oriri .i. exurgere. [De pſaltria iſtac) Hic mire ſenem imitatus eſt, & memoriter, quia ille dixerat, Quid iſtæc iam penes vos pſaltria eſt? [Interuenit homo de improuiſo) Interuenire, eſt in medio negocio, quaſi ex inſidijs ſuperuenire,& opprimere in ipſo actu eos,qui rem celatam vellent. Et vide,quàm oratorie narrat geſtionem rei,quę nunquam facta ſit his enim fides ſit. [Aeſchine hæccine flagitia facere te?) Et accuſatio à perſona, & vide pondus in nomine Aeſchini? [Hæc te admittere?) ἀνάκρισις. nam plus eſt admittere, quàm facere. [Hæc te admittere indigna) Pronum eſt hæc ſtatim credere Demeam, de eo quem ſuperius laudauerit, Non videt fratrem rei dare operam,ruri eſſe,parcum & ſobrium. Vn de mira poëtæ arte,& initia,&media,& poſtrema ſibi congruũt atque reſpondent.[Lacrumo gaudio) Immoderata lætitia maxime parentum. Lacrymas habet. Recte ergo additum eſt, gaudio,quia lacrymæ ſolum mœrorem ſignificant. [Non tu hoc argentum perdis,ſed vitam tuam) Hæc figura oratoria ἀπόφασις dicitur. qua oſtenditur non eſſe mediocre quod factũ eſt. [Hui) Quaſi admiretur ipſe quæ narrat. [Syre, præceptorum plenus iſtorum ille) Vide Demeam non deſinere culpam Aeſchini in Mitionem conferre, cum è contrario præceptorum ſuorum vult eſſe, quòd ſapit Cteſipho. [Iſtorum) Quæ dicis, ſcilicet. Non tu hoc argentum perdis,ſed vitam tuam. [Phi)Interiectio mirantis eſt. [Domi habuit vnde diſceret) Vnde .i. de quo. [Fit ſedulo) Ethicos dictum eſt,fit. Et ſedulo,ſine dolo .i. inſtanter,quia negligentes doloſi dicuntur. [Inſpicere tanquã in ſpeculum,vitas omnium iubeo) Videndum,an rectè ſpeculum induxerit,cum alienas vitas dicit inſpiciendas eſſe. niſi forte ad cauſam admouendi ſpeculi.non ad effectum referamus.nã cauſa inſpiciendi ſpeculi emendatio eſt vultus,effectus, formæ per imaginem reſultatio. [Hoc laudi eſt,hoc vitio datur) Non philoſophice,ſed ciuiliter monet. non enim dixit,hoc bonum, ſed,hoc laudi eſt. Nec,hoc malum,ſed,vitio datur. Ergo vt idiota,& comicus pater,non vt ſapiens,& præceptor.[Callide) Callidus dictus eſt etiam, qui exercet dolos. Callidus dicitur, qui callum ſibi vſu artis induxerit. [Iſtæc res eſt) Non quam rem gerit Mitio,non vt ille agit. Et ſignificat, hoc verum eſt, hoc vtile eſt. [Porro autem) Prope delinitus erat Demea contra inſtitutum argumenti. Artificioſe igitur poëta ſubiecit ex perſona ſerui,vnde illum ad amaritudinem prouocet. [Porro autem) At vero. & huiuſmodi principia narrationum ſunt,qbus ſuperiora ſequentibus connectuntur. [Nam id nobis tam flagitium eſt)Non dixit,peccatum,irridens ſenem,ſed flagitiũ. Et quidem flagitium,corrumpi piſces,vel talia. [Quòd queo) Quod poſſum. ſed ſic maluit dicere, vt alluſionem de ſua arte faceret Syrus,& hac re oſtenderet nihil ab illo dici ſerio.[Quòd queo) A coquendo ſumpſit περέμνον. Sic & infra,Sedulo moneo quæ poſſum pro mea ſapientia. Et Cic. dictum refertur in eum, qui coqui filius ſecum cauſas agebat: Tu quoque aderas huic cauſæ. Nam apud veteres coquus non per c, literam, ſed per q,ſcribebatur. [Ad eundem illis præcipio modum) Arguta imitatio ad deridendum Demeam, omnium quæ ſerio ille ſupra dixerat. [Hoc falſum eſt,hoc aduſtum) Hæc contexte,& coniuncte dicuntur, quia non viciſſim Syro aſſentatur ſenex. [Pro mea ſapientia) Diaſyrticos ſapientia dixit, quia condimẽtum guſtu ac ſapore temperant coci. [Tanquam in ſpeculum) Et hic ſpeculum non ad imaginem vultus,ſed ad concuitum cõtrapoſitæ rei retulit. [Nos quæ facimus) Non coci, ſed Mitio, Aeſchinus,& familia. An nos pro domini poſuit? An nos, pro ego? & melius. [Sentio) Cum dilatione,& vultuoſe dicendum ſentio. [Verum quid facias?) Quid facias, pro quid faciat,vnuſquiſque .ſ. [Vt homo eſt,ita morem geras) Vtrum aptum prouerbium ſit ſeruis,an etiam amicis? Vt eſt,Obſequiũ amicos,veritas odium parit. Et hæc ſententia modo velut que rela,demiſſa voce proferenda eſt. [Mentem vobis meliorem dari) πρὸς τὸ vis,reſpondit agreſti feritate. nam reſpondendũ erat, Recte,aut valeas. ſed hic,ne vel abiens blandus eſſet,pro ſalutationibus ipſis amaras ſupponit. Et memento etiam hunc eundem inſalutatum relinquere,qui adueniens paulo ante nec ſalutauerat,nec reſalutauerat fratrem. Meliorem autem, pro bona,ac tolerabili poſuit. non enim bonam credit, vt meliorem optet. ſic Virg. Dij meliora pijs, erroremq́ hoſtibus illum. [Tu rus hinc abis?) Vult,Syrus noſſe an eat. [Nam quid tu hic agas) Addidit hortatum,vt quamprimum abeat. [Tu rus hinc abis?) Qui conſuetudinem memor eſt animaduertit has interrogationes non inquirendi cauſa poni, ſed admonitionis loco eſſe apud eos,quos velimus abſcedere. Sic igitur interrogat vt hortetur,& ſic pronunciat,vt & ſciat,& approbet quod rogat. [Quando is,quam ob rem) Noua locutio, Is quam ob rem, pro, Is propter quem ſic & alibi,In eo me obliecio,ſolum.i.carum mihi. [Illum curo vnum) Vnum cum exceptione. & tamen ſic loquitur, vt appareat illum non poſſe ſibi imperare obliuionem Aeſchini. nam iccirco addidit,Quando ita vult frater,de iſtoc ipſe viderit. Amare cœpit. & ideo tenet,Nam ambos curare, propemodum repoſcere eſt illum quem dediſti. [Quis illic eſt quem procul video? eſt ne hic Hegio?) Inuenta cauſa eſt cur non abeat Demea propter reliquam fabulæ partẽ, & ſimul aliud additur quo indignetur.Bene aũt dubitat,& familiam * ciuem,& multum abſens à conſpectu ciuium.[Ne illiuſmodi iã nobis magna ciuium penuria eſt)Næ,valde. [Illiuſmodi)cuiuſmodi eſt Hegio.i.qualis.Et magna ęconomia ſenex laudatur,vt poſtulationi eius ſtatim adſit fides. [Haud cito mali quid ortum ex hoc ſit publice) Vtrum hoc optãtis eſt ne moriatur? an eſt teſtimonium vitæ hominis nunquam obſcuri reip.? [Vbi etiam huius generis reliquias reſtare video) Paucos ac raros bonos. nam reliqas,pro relictis paucisq. dixit. ideo reſtare ẽt dictum eſt. [Viuere ẽt nunc lubet) Ex hac delectatione oſtenditur, Demea, & q̃ peccantibus ſit amarus ac ſæuus, & q̃ facile huius incuſationi tanquam graui teſtimonio crediturus ſit, & quantum doliturus ſuper Aeſchino,qui diſpliceat talibus viris.

DISPERII, &c.) Hic oſtenditur quantum Demea cõmouebitur ipſa re comperta, cum ex parua rei ſuſpicione tm̃ ſe affligat. D. Demea ſolus hæc ſecum loquitur,inquirens.Diſperij .i. varijs modis perditus ſum, & infortunatus, audiui Cteſiphonem filium affuiſſe in raptione.i.abductione,ſeu in violẽta ablatione puellæ vna cũ Aeſchino.Id mali.ſ.vt alter filius corrũpatur laſciuia.reſtat.i.reliquum eſt mihi miſero.i.infelici. Deinda ſubdit,id mali quod reſtat.ſ.ſi ẽt Aeſchinus poteſt abducere.i. inuitum deducere,attrahere ad nequitiam.i.libidinẽ,laſciuiam, ellum illum.i.eum ipſum.ſ.Cteſiphonem, q̃ eſt alicuius rei .i. q̃ alicui rei dat operam,ſeu q̃ aliq̃d negocij facit, aut q̃ eſt alicuius profeſſor artis.Raptio refertur ad perſonam rapinam adiẽ, raptus ad ſtuprum. Inſuper ducimus volentes abducimus inuitos. Nequitia libidinoſa inertia dicta eſt,q̃ nihil queat, nulliq̃ rei apta ſit. vnde & nugæ,quaſi nihil agant dictæ ſunt. Vbi.i.in quo loco queram illum.ſ.Cteſiphonem,credo eum abductum .i.inuitum deductum,aliquo.i.in aliquem locum. putat in ganeum.i.in lupanar,ſeu poſtribulum. Nam ganeum veteres meretricum tabernam dixerunt,q̃ ipſa ſit in terra,non vt cęnacula ſuperius,vnde taberna dr̃.quaſi trabea à validioribus dicta trabibus,qbus ſuperiora ſuſpenſa.Inde ganeo dr̃ ganeo & frequentator. Aeſchinus ille impurus .i. improbus perſuaſit.i.induxit eum.ſat ſcio.i.non dubito,facile perſpicio. Suadere eſt in actu. pſuadere vero in effectu. Sed eccum.i.ecce hic ,ppe video. Syre ſeruum ire.i.venire.Nã ire,& abire,& venire ſignãt.hinc.i.exinde,vel ex hoc loco,aut ex hoc Syro iã.i.nunc. ſcibo.i.ſciam (antique) vbi ſit Cteſipho. atq; hercle hic Syrus eſt de illo grege .i. de illa ſodalitate,ſeu ex numero talium gregaliũ, ſeu ſodaliũ, vel eſt ex illo grege.i.ex illo ordine voluptuoſorum, qbus inſeruit,ſi ipſe Syrus ſenſerit .i. pceperit me queritare.i.inſtanter quærere eũ Cteſiphonem ipſe carnufex.i.ipſe tortor,& q̃ me ex carnificatur & dolore afficit vel ponitur pro ganeone,hoc eſt ille ganeo,& laſciuus nunq̃ dicet vbi ſit Aeſchinus. Propter non oſtendam me velle id,hoc eſt ſcire vbi ſit Aeſchinus. Omnem rem modo ſeni. Hic Syrus Cteſiphonem apud Demeam commendat,& Aeſchinũ ſimul ac Mitionem, q̃ illi ſuppeditet ſumptus probro proſequitur. Syrus. S. Tanquam non videns Demeam hæc loquitur,& Demea ea audiens verba tacite ſua intermiſcet,vt cernere eſt,modo.i.paulo ante,enarramus ,p enarrauimus,ſeni.ſ.Mitioni omnem rem.i.totum negocium, & factũ Aeſchini de ratione puellæ,quam ſenex ſcire volebat. Enarrauimus ergo ſeni ordine.i.per ordinem,vti erat facta,omnem rem,quo pacto.i.qualiter ſe haberet.i.qualiter exiſteret,nihil.i. non vidi q̃dquam.i.aliquid lætius ſene.ſ.nullum vidi lætiorem eo,cum ei narrauiſſemus, eſt enim neutra oratio pro maſculina. GVID.

na. D. Pro Iupiter,iraſcentis exclamatio,vt ſolemus exclamare,bone Deus quanta ſcelera,q.d.O Iupiter teſtor te ſup.vel aliquid tale,quaſi voco te in teſtimonium, quòd ita nõ deberet fieri,ſtultitiam hominis,deeſt ò hoc eſt miror ſup.plurimum ſtultitiam hominis illius.ſ.Mitionis, qui læ atur de improbitate filij adoptiui. S. proſequitur ſermonem ſecum non videns Demeam. Mitio collaudauit .i. ſimul cum lætitia ſua laudauit filium Aeſchinum, egit mihi gratias,qui dedi id conſilium, vt ita res fieret,quemadmodum narrabam ei. D. diſrumpor.i.deferor,diſtrahor,dilanios,laceror doloribus. S. illico.i.ſtatim. ipſe Mitio adnumerauit.i.computauit nobis argentum, quo erac opus, præterea.i.vltra hoc.dedit dimidium minæ.i.dimidiã partem libræ. Dimidium enim neutri eſt generis hic,recte autem dicere poſſumus dedit dimidiatam minam, aut dimidiam partẽ minæ,aut dimidium minæ ſanè .i. certe, id dimidium minæ eſt diſtributum.i.in diuerſa tributum, hoc eſt diſpartitum per pulmentaria,ex ſententia .i. ex arbitratu,ſeu ex arbitrio noſtro, vt volumus ſecundum votum,ad deſiderium noſtrum. D. hem,interiectio dolentis, ſeu indignantis, & hic ironiam oſtendentis, mandes.i.committas,credas,tradas huic.ſ.Mitioni,vel Aeſchino,imò & vtriuſq; ſeni tradas filium,Aeſchino vero argentum diſpenſandum,imò vero diſſipãdum. Mandes ergo huic ſi quid .i.ſi velis aliquid eſſe recte .i. vt decet curarum .i. cura ac ſtudio cuſtoditum,ſeu accurate conſeruatum. S. hem, interiectio hic commoti,& quaſi perpulſi re ſubita,& noua.O Demea haud.i. non aſpexeram te,quid agitur .i. quid fit,blandimentis eſt,non interrogantis. D. petis ſup.quid agitur,nequeo.i.non poſſum, ſatis mirari.i.cum admiratione horrere,ac reprehendere veſtrã rationem malam, ſcilicet .i. veſtrum modum viuendi non ſatis probandum. S. hercle ne dicam.i.loquare,dolo.i.fraude,mendacio.i.ne mentiar,ſed ſedulo loquar .i. ſine dolo, noſtra ratio viuendi eſt inepta.i.ſtulta,& temeraria,ſeu inconſiderata,ac male congruens,& abſurda .i. ſibi repugnans, & in ipſa ſtultitia diuerſa. Nam abſurdum dicitur quod ſtultum eſt,& in ipſa ſtultitia diuerſum,& quaſi ſibi repugnans,neque bene ſibi cohærens, aut quadrans,ò Dromo,nomen eſt ſerui,purga.i.munda,euiſcera ceteros piſces ab iſto congro,vero.i.ſed ſinito iſtum congrũ maxumam,quia ſunt alij non maximi, ſinito ergo iſtum maximum congrum.i.piſcem illum de gñe congrorum, vel ſi mauis de ſpem,ſinito inquam.i.permittito illum ludere.i.viuere, & ſe deducere pauliſper .i. aliquandiu paruo tempore in aqua,vbi .i. cum,vel poſtquam ego venero,ipſe congrus exoſſabitur.i.purgabitur,ſicut,& alij. Exoſſare.n.hoc eſt purgare,& quaſi oſſa remouere de obſonio,vt auferre ſpinas ex piſcibus,& ipſos exoſſare. Inde exoſſatus ager dr lapidibus purgatus,qui lapides ſunt oſſa terræ magnę parentis,vt ait Ouid.in Transfor.Volo prius .i.ante ceteros purgari,q̃ iſtum. D. hæccine.i.vtrum hæc flagitia.i.hæc vitia flagitione .i. increpatione digna,ſunt ſup. facienda,aut ferenda. S. quidem.i.certe,flagitia non placent mihi,& ſæpe clamo.i.vocifero. ò Stephanio,nomen ſerui,& quaſi diſcipuli ipſius Syr.in parandis cibis,fac.i.effice,quòd ſup. hæc ſalſamenta .i. hæc obſonia ſalita, videlicet piſces ſalſi,& aridum, ſeu laridum,aut ſuccida,quæ idem ſignificat.ſ.lardum. Salſamenta, vt dicit Don. aut ſalſi piſces ſunt,aut laridum. Fac ergo in hæc ſalſamenta macerentur pulchre .i. recte,vt decet,mollificentur, ſeu quod dici ſolet,deſallentur. Macerare.n.ſignificat interdum debilitare,attenuare,vt macerare corpus.Interdum mollificare, vt macerare quod eſt rigidum,& durum. Item macerare ſignãt conterere,quæ ſignificationes penè in diem redeunt. Macerare ſignãt afficere dolore. vt, Mille modis me diſcipuli macerant. Ouid.in Epiſt. Maceror interdum quod ſim tibi cauſa doloris. Maceror,inqt,pro dolore afficior. D. Dij imploro ſup.voſtrã fidem .i. veſtram opem,vtrum ne.i.vtrum ſicut,an ne pro vtrũ, ponuntur.n.quæ particulæ, vbi altera ſufficeret, niſi vis capere, ne,pro certe, vtrum ergo Mitio habet.i.reputat ſibi id.ſ.perdere filium ſtudio.i.ad ſtudium,& animi applicationem, ſeu vacationem,& ad tædij ſolamen, ita q̃ ex induſtria, & dedita opera,& proprio ſtudio eius perditioni inſiſtat,& vacet, an putat fore .i. futuꝝ eſſe ſibi laudi.i.ad laudem,ſi perdiderit gnatum .i. ſi cauſa fuerit perditionis nati ſubminiſtrando ſumptus.Væ mihi miſero.i.ego miſer ſum tanquam maledictus,& Deo inuiſus,iam video videor videre, vbi barbare dicunt, videtur mihi q̃ ego iam video illum diem quaſi triſtem,& funeſtum,cum.i.quo die,& quo tẽpore,ipſe Aeſch.egens.i.egenus,penuria preſſus præfugiet.i.lõge diſcedet,hinc.i.ex hoc loco,aliquo.i.in aliquem locum militatum.i.ad militandum,ſeu merendum,& ad ſtipendia faciẽda. S. iſtud quod ſequitur eſt ſapere .i. ſapientiam habere,& oſtendere,videlicet,videre conſiderare,non modo.i.non ſolũ id, qđ eſt ante pedes.i.quod eſt præſens, ſed etiam proſpicere.i.prouidere,& à longe aſpicere illa quæ ſunt futura. D. q.d.i.cur,iſtæc, quaſi iſta hæc pſaltria.i.cantatrix,vel amatrix hiſtriorum in ſcenis cantantium,eſt iam.i.nunc,pænes vos,vel pænes poſuit pro apud,vel recte pęnes vos dixit de ea,quę in eorũ manu, & quaſi poteſtate eſſet,quam eripuerant à lenone. Pſaltrio dicit Tortel.apud Rom.dicebatur illa,quæ ſequebatur,&amabat hiſtrio nes,& deducitur à pſallo quod eſt canto. Nam illi quos eiuſmodi fęmina amabat,quotidie in ſcenis cantare ſolebãt,poteſt tamen nunc capi pro cantatrice ac tibicina,& meretrice,quoniã eiuſmodi mulierculæ petulantis cantilenis laſciuis, & de moribus ſolent reſonare tanquam Sirenes,quo ſuis amatorculis placeant,& illos in ſui amorem inflamment, & per hoc decipiat. S. pſaltria eſt iam intus? interrogatiue proferendo. D. quia Syr.dixit iam ac propterea collegit Demeam eam fugerã quod Crito neſciebat,& ideo quaſi deprehenſa veritate, & nouo motu perculſus, inquit. Eho, interiectio oſtendens aliquid eſſe ſubtiliter deprehenſum, vel attentionem mouens an ipſe Aeſchin. eſt habiturus eam pſaltriam domi. tanquam foret vxor. S. credo eum eſſe domi habiturum, vt.i. cuiuſmodi dementia eius eſt,vel ſit ablatiuus,ſic intellige, vt ipſe Aeſch. eſt dementia agitatus ſup. hoc eſt tanta eſt ſtultitia eius, vel adeo inſanus, & male ſibi conſulens, & animi impotens, ſenſuq. bono deſtitutus. D. hæccine.i.vtrum decet ſuper,hæc flagitia fieri? S. Lenitas.i.indulgentia patris ad permittendum,inepta.i.ſtulta,inconſiderata,& facilitas ipſius ad ignoſcendum praua.i.pernicioſa,& ſibi,& filio. Prauum eſt quod etiam ipſum lædit facientem,malum vero quod alios tantum lædit. Lenitas ergo patris,& eius facilitas facit ſup. hæc flagitia,vel eſt cauſa talium flagitiorum. D. Quidem.i.certe me pudet, & piget fratris .i. verecundor, & doleo propter fratrem, qui adeo male conſulit,& ſibi, & filio. Pudet dicitur in his,quæ turpiter fiunt, piget autem in his, cum damno ac malo,pudere etiam ad dedecus,pigere ad dolorem refertur,pudet quod turpe eſt,piget quod dolet. S. ò Demea nimium,& per nimium imò valde nimium, q.d. valde multum, aut perplurimum,& nimium repetendo confirmatur dictum,& auget,vel nimium ergo aut diſtantia intereſt .i. lata eſt dria,inter vos .i. inter te, & fratrem, ac .i. & non dico hoc quia ades, compoſitum per ſimplici.i.es præſens, tu Demea quantuſquantus .i. quãtuſcunque,ſicut quotquot quotcunque quiſquis quicunque,& in iure memini me legiſſe qualiſqualis,pro qualiſcũque,item vtut,pro vtcunque,vbiubi,pro vbicunque,quantuluſcunque ergo es nihil ex niſi ſapientiam. ille Mitio frater eſt ſomnium .i. aliquid futile,& vanum,& inutile,quale eſt ſomniũ, & eſt hyperbole,nam dicit Demeam non eſſe ſapientem,ſed eſſe ipſam ſapientiam præterea dicit Mitionem eſſe ſomnium,& quaſi ipſam vanitatem,ne dum vanum,& ſomniatorem. Aliqui legunt. Ille eſt ſomnus,q.d.Mitionem non ſolum eſſe ſomnicu loſum,ſed etiam ipſum omnium.i.itaque ait Don. vero .i. ſed, ſineres.i.ſine re,ac pati debuiſſes illum tuum Aeſchinum facere hæc quæ fecit? interrogat per ironiam contrarium intelligens. D. petis ſup. ſinerem.i.vtrum tolerare debuiſſem illum facere talia,quaſi aut ante olfeciſſem.i.ſenſiſſem, more adoriſſequi canis,qui quod nondum videtur oculis iam docet odoratu,aut pſto,aut prope eſſe, propterea q̃ que nares dicuntur à gnaritate .i. ſagacitate,& olfaciendi facultate, quæ nondum adſunt præſentia. Quaſi ergo aut non olfeciſſem ipſum hæc eſſe facturum ſex totis.i.integris menſibus,priuſquam ille Aeſchinus cœperit .i.inceperit quidquam iſtorum flagitiorum. S. tu Demea narras mihi tuam vigilantiam.i.tuam vigiliam, ac diligentem obſeruationem filij quam.ſ.maxime ſcio. D. quæſo .i. opto,q̃ ſup. ita ſit.i.res ita ſe habet, vt.i.ſicut nunc eſt.i.ſicut dicitur nũc ſe habere quando mihi nõ eſt habita fides neque mihi eſt aſſenſum, cum iam diu olfeciſſem, huicq. malo mederi voluiſſem. ppea ſit ita ſanè,vt nunc eſt volo,ita indignanti dicere ſolemus, vbi noſtræ admonitioni, & conſilio non eſt relictus locus. S. ſententia color rhetoricus.i.quomodo quiſque vult ſum.i.rem ſuam,vel filium ſuum eſſe, ita eſt ea res.i.eo modo ea res, vel is filius ſe habet, & h.d. pp Mitionem, qui vult ſaltem, qui non malum ducit adoleſcentulum ſcortari, vt prius dixit quamuis abſurdum ſit dictum,& ideo cum facile patiatur eum Aeſchinũ eſſe laſciuium,ſit laſciuus oportet,dici ẽt vulgo ſolet,quanti eſt homo,tanti eſt ſua poſſeſſio. D. quid? modus interrogandi comicis familiaris, eſtq̃ue initium interrogationis futuræ de perſona Cteſiphonis,vidiſtin'.i.vidiſti ne eum.ſ.Cteſiphonem hodie. S. Ne.i.vtrum petis an videri filium tuum Cteſiphonem.

D. Abi

D. Abigam.i.expellam seu fugabo,tanquam pecudem,non vt hominem mittam. abigam ergo eum hic.i.ex hoc loco rus, in accusatiuo aduerbialiter ad locum .i. bene mittam hic eum in agrum ad meditandum.i.se exercendum. S. Arbitror,eū filium agere.i.operari. ruri.i.in agro. in datiuo pro aduerbio in loco ponitur. iam dudum .i. iampridem,& iam longo ante tēpore. agere,bene dixit,nam ab agendo dicitur ager,quòd in eo multa sunt agenda. D. Satin'.i.vtrum satis.i.pro certo scis eum filium esse ibi.i.ruri. S. Oh,interiectio indignantis,q; ei non credatur. scio satis eum ibi esse,quem egomet .i. ego ipse produxi.i. porro duxi. huius deduxi,& sum eum comitatus cum iret. D. optume .i. optime se res habet, vel filius est optime illic. metui ne.i. vt,& vt pro q; hæreret.i.adhęreret,& assentiēdo,huic Aesc. irretiretur,nam hæret,non animo nec voluntate,sed visco.deci pientis aucupes. S. Atque produxi inquam eum rus admodū .i.valde iratum. D. Aūt.i.sed quid.i.cur erat iratus. S. Adortus est.i. aggressus est fratrem Aesch.seu insultauit, & affecit iurgio .i.iurgatione,lite increpatione,apud forum,vel vænale,vel cau sarum. aggredimur de longinquo,& aperte,adorimur, ex insidijs,& ex proximo. ducitur enim adoriri quasi ad aliquem ori ri.i.exurgere. Adortus est ergo iurgio.i.obiurgatus est,& incre pauit fratrem apud forum. de ista Psaltria.i.propter hanc mere triculam. quid sit Psaltria,iam est expositum. D. Vero.i. sed, ain.i.dicis ne serio. S. Vah interiectio irridentis senem ita diffi cilem ad credendum. Ctesipho. nihil reticuit.i.nihil celauit fra tri. quinimò aperte est eum criminatus,quamuis esset natu mi nor,nam vt.i.quando forte argentum numerabatur, recensebā tur ab Aeschino,vt daret Psaltriæ,homo.s.Ctesipho, interuenit .i.intercidit.de improuiso.i.ex insperato,aduerbium prēter spē, præter expectationem. cœpit .i. incepit clamare. ò Aeschine. Hęccine.i.vtrum decet sup.te facere hæc flagitia? interuenire est medio negocio,quasi ex insidijs superuenire,&opprimere in ip so actu eos. q rem celatam vellent. decet ne inq; te admittere, plus est quàm facere .i. te committere hæc flagitia indigna no stro genere.i.inhonesta nostræ cognationi. D. Oh,interiectio hic lætantis lacrymo .i. lacrymas emitto. dicimus etiam lacry mor deponens. præ gaudio.i.tm̄ est mihi gaudium. S. Clama re inquam cœpit,vel dixit fratri,tu non perdis.i.amittis hoc ar gentum,sed perdis.i.inquinas,amittis vitam tuam,quia aut ex cessu nimio,seu crapula peribis,aut lasciuia ad vltimam inopiā deduceris.Item si non cito moriaris,in languore deduces vitam ignominiosam, qua vita viuere, nō est viuere,sed potius perire ac perdi. D. Ipse filius sit saluus.i.maneat incolumis,& bene se habeat,& sit bene dictus. spero.i.credo q; sup.est similis suorum maiorum.i.suorum prædecessorum ac parentum. dicimus simi lis illi,& similis illius,sed similis illi cum dr,innuitur similitudo in re corporea,aut in colore,sed cum dicitur similis illius, ostē ditur similitudo in moribus,in doctrinis, & ceteris incorporeis ac spiritūalibus. S. Hui,interiectio admirantis, quasi admire tur Syrus quæ narrat Demea. D. O Syre ille Ctesipho est ple nus istorum.i.talium præceptorum.i.documentorum. S. Ipse filius habuit philosophos.i.sapiētes,amatores sapiētiæ,& boni tatis domi. vnde.i.à quibus,disceret.i.bonos mores sibi acquire ret. D. Fit.i.agitur,impersonaliter,in eo.s.erudiendo.sedulo.i. instanter,quasi sine dolo. nam negligentes dolosi dīr,itaque fit sedulo, signat idem quod laboratur vehementer in eo erudien do.nihil prætermitto.i.nihil omitto, quod ei vtile fore putem. consuefacio.i.assuetum efficio in bonis moribus.qui ex assuefa ctione ducunt originem. Denique.i.tandem. iubeo eum inspi cere.i.diligenter considerare vitas.i.viuendi modos hominum. tanquā in speculo .i. sicut videtur habitudo faciei in speculo,sic vi tas hominum volo illum animaduertere,atq; iubeo illum su mere sibi exemplum ex alijs.i.ex aliōr moribus dicēdo ei sup. facito hoc,quia bonum,& laudabile. S. Sane.i.profecto. re cte mones sup.vel facis. D. Dico illi ēt fugito.i.caueto hoc,qa vitio dari solet. S. Callide.i.astute facis sup. Callidus est q; exer cet doctos,& qui callidum artis vsum sibi induxit. D. Dico ēt ei hoc est laudi.i.ad laudem efficientis,& propterea faciendum. S. Istæc res est.i.ista est vtilitas,vel istud est cōmodum. nam res sæpe pro commodo,& vtilitate ponitur. D. Dico. ēt ei hoc.i. hoc factum datur vitio.i.vertitur in vitiperiū. S. Probissime.i. rectissime. dicis sup.vel aliquid tale. D. Porro aūt.i.sed certe, & quoniam est principium futuræ narrationis; quo principio superiora sequentibus connectuntur,propterea audiendo defati gatus interrupit sermonem,&,inquit. S. Hercle nunc non est mihi ocium .i. non habeo facultatem auscultandi ea, quæ inci pis dicere. nam hactus sum.i.inueni,atque comparaui mihi pi sces ex sententia .i. vt volebam,qui bene respondent votis meis cautio.i.prouisio,est mihi.i.mihi incumbit,ne hi pisces corrum pantur.i.contrahant corruptionis aliqd. nam ò Demea id.s.q; pisces corrumpi finantur.est nobis tam.i.tm̄ flagitium.i.delictū. omissum flagitione.i.increpatione dignum,q.i.quantum, flagi tium est nobis.i.nobis dominis bonam vitam agentibus. non facere illam,quæ tu Demea dixti modo .i. paulo ante,& præci pio ad.i.iusta istunc eundem modum conseruis.i.alijs,qui me cum seruiunt,quibus tamen præsum,quod.s.præcipere ita con seruis. queo.i.possum facere.deinde subdit modum præcipien di. hoc obsonium est falsum.i.nimio sale conditum. hoc aliud est adustum.i.exustum, combustum hoc aliud est parum.i.non satis,seu non multum lautum.i.mundum, & munde paratum. illud obsonium est recte lautum.s.& paratum dico alicui ex cō seruis,memento.i.sis memor,parare sup. iterum.i.secundo,seu alias. sic.i.hoc modò vt tē doceo. Moneo.i.doceo cōseruos, sedulo.i.diligenter ea quę possum monere.pro meā sapientia.i. secundum scientiam meam,condiendi cibos,& efficiendi eos sa pidos, propterea sapientiam dixit,quia quoqui seu coquinā ve teres per q,non per c, scribebant. nunc autem inoleuit vsus vt per c,scribatur, nam inquam coci temperant gustu ac sapore cō dimentum. Postremo.i.tandem iubeo eos conseruos inspice re in patinas.i.in vasa coquinaria, sed præcipue parula ac lata, quales sunt catini,quos discos vocant sartagines,lebetes,seu ahe na,&c.iubeo ergo,&muneo.i.admoneo,doceo eos cōseruos in spicere in patinas tanquam in speculum, & subdit quod iubeat eos inspicere,id.s.quod sit opus facto .i. facere,vt sæpe expositū est,& his omnibus dictis egregie seruus illudit Demeam,sentio .i. percipio hæc,quæ nos facimus.i.quæ ego facio,esse inepta .i. absurda,stulta,& non honesta,vtrum.i.sed, quid facias .i. faciat vnusquisque. secunda persona pro tertia,vt.i.sicut,& cuiusmo di,quibus ue moribus, homo aliquis est ita.i.eo modo morem geras,etiā secunda persona pro tertia .i. morem gerat,compla ceat.obsequatur aliquis præcipue si velit seruare incolumē ami citiam,est autem prouerbium aptum,aut seruis,aut amicis,q.d. qualis est dns,talis sit seruus oportet.Item qualis homo est,tali ter illi mos gerendus est,quod quidem prouerbium non est se quendum. nam regula amicitiæ est,vt nec amicos rogemus res turpes,nec faciamus rogati,nunquid.i.non ne aliquid aliud vis quàm dicere mihi illa quæ dixisti. ita dicere solemus cupientes aliquos à nobis abire,& finem sermoni facere desiderantes. D. opto sup.mentē meliorem.i.bonam vel tolerabilem. posuit.n. comparatiuum pro positiuo,nam non vult fateri eos mentem fuisse aliquantulum bonum opto inquam mētem meliorem da ri vobis. S. Tu abis.i.discedis. hinc rus.i.ad agros,nam in vrbe erat. D. Recte.i.bene putas.nam reuera hic recta rus abeo. S. Quasi dicat abeas libere rus. nam quid agas hic in vrbe. vbi .i. in qua vrbe. si quid præcipias bene.i.recte moneas nemo obtē perat. i.obsequit,obedit. D. Vero.i.certe.ego abeo hinc,quan do.i.quia,& quod dicunt non recte,postquam.is Ctesipho quā obrem.i.propter quem veneram hunc.abijt rus.i.fuit ad operan dum in agrum.Curo.i.curæ habeo illum vnum.i.illum solum ac præcipuum.ille Ctesipho attinet ad me .i. mea interest, & ad me spectat. quando.i.quod dicunt,postquam frater Mitio vult ita.s.me curare hunc,& ipse suum curabit de isto.i.quod dici so let,quātum ad respectum istius. ipse frater viderit,quod inepte dici solet,ego me refero.i.suo ipsius relinquo arbitrio. Sed quis est illic.i.ille homo procul quem video? ne.i.vtrum. est Hegio noster tribulis.i.de tribu nostra, hoc est similis nostri quantum ad mores viuendi,& nobis amicitię iunctus quemadmodum in ter se necessitudine iuncti esse solent, qui de eadem tribu sunt. hercle is est Hegio si satis cerno.i.si satis adhuc habeo visum a cutum.Vah,hic ridentis est interiectio,& exultantis præ aduen tu amicis. is est homo amicus nobis iam inde à puero.i.iam ab ineunte ætate,cum videlicet adhuc pueri essemus. Dij boni,ex clamatio est propter paucitatem bonorum,næ .i. certe,vel val de.magna penuria.i.magnus defectus.magna egestas,carentia, raritas, est iam nobis ciuium illiusmodi.i. talium, cuiusmodi est ille. Et sup.homo virtute.i.honestate vitæ. ac fide.i.veri tate,& fidelitate,antiqua.i.qua antiqui pollebant,hoc est redo let suis probatis moribus antiquitatem, haud scio.i.non noui. quid,id est aliquid,vel cape proprie noui. non nescio quid mali sit ortum,id est accident. publice rei,scilicet ex hoc homine, vt qui nunquam reipub. aliquo pacto obfuerit, vel dicit nescio quid mali sit ortum reipub. ex hoc,id est quid mali impendeat, seu immineat reipublicam ex hoc viro; si moriamur supple quasi sit optandum, vt non moriatur; quàm id est quantum

gaudio,

gaudio, q.d. multum, vbi .i. quando, etiam .i. adhuc, video reliquas. i. paucos reliquos, seu relictos, huius generis. i. tales qualis ipse est. Vah. hic est lætantis interiectio, etiam nunc liber viuere. opperiar. i. expectabo hic hominem Hegionem, vt salutem, verbum a saluto, as. i. salute impartiam eum. & vt colloquar. i. colloquium familiare cum eo habeam.

LATO. ARGVMENTVM) In hac scena Syrus mira versutia, & procacitate ludit senem, solicitum de Ctesiphone, & Aeschino pariter ac Mitioni infensum. [Ad nequitiam) Recte, quia nequitia, & frugalitas opponuntur. [Pro Iupiter) Exclamatio in Mitionem. [Collaudauit) Syrus data opera irritat senem. [Dimidium minæ) Quinque coronatos. [Huic mandes) Ironia. [Salsamenta) Salsa, & durata. [Macrentur) Molliantur. [Istuc est sapere) Sententia vera, sed qua irridet senem. [Ineptia lenitas) Simulata in Mitionem vituperatio, & mox comparatio eodem spectans. [Sinerem illum) Oeconomia ad augendam futuram epitasin. Olfecissem dicit metaphoricos, pro sensissem, deprehendissem. [Adortus iurgio) Attende calliditatem ad celandum Ctesiphonem. [Aeschine) Mire fictum ad inuidiam Aeschini, & commendationem Ctesiphonis. [Phy,) Interiectio admirantis. [Domi habuit) Prouerbiale est. [Porro autem) Plura dicturus erat senex, si permitat Syrus. sed ille se auellit, & ridicula imitatione eorum, quę supradicta sunt hunc deridet. [Mea sapientia) Facetа vsurpatio ex etymologia verbi, quod ab animo ad gustum trāsfertur. [Mentem vobis) Offensus aliud respondet, quàm expectabat Syrus. [Sed quis illic) παρεκπτωσις ad sequentem scenam. [Dij boni) Hæc pertinebunt ad augendam Demeæ indignationem, & vt habeatur fides Hegioni. [Vah) Gaudentis.

PETR. MARS. DISPERII: Ctesiphonem) Hominum omnium mores hoc loco indicantur, qui cum aliquid audiunt, quod gratum esse aut placere potest facillime, & citissime fidem adhibent, & quamuis minime verum, id tamen libenter credunt. Cæsar in Comment. 3. Libenter homines, id quod volunt, credunt. Xenophon 3. Cyri instituti: Fauni quamuis falsa, tamen cum per vrbem gratissimis auribus exciperetur apud regis amicos fidem inuenit. Præterea bonos homines rectique studiosos, ab omnibus derideri, & subsannari ostendit. Quare ait Plato vj. de rep. Qui virtutem consectantur, & vitia fugiunt, vt quidem ab omnibus hominibus probantur, sic pauci inueniuntur qui illorum facta, & conatus non deridentur, quòd illorum virtutes paruorum consilijs maxime obsistunt. Et Iuuen. Probitas laudatur, & alget. Ganeum, vt ait Pompeius, antiqui locum abditum, ac velut sub terra dixerunt, pro lupanari ac scortorum prostabulo ferè semper sumitur. Varro: Qui sese in ganeum accensum coniecit amicæ. [De grege illo) Hoc est de illo hominē genere, qui filijs operam præstant in amoribus promouendis. Senibus vero ac parentibus, quocunque modo imponunt. [In aqua sinito ludere) Ludunt pisces, cum in aqua mouentes se tanquam spatiantur. [Salsamenta) Salsamenta sunt intestina liquaminaque piscium, muria condita. quæ veteribus in delicijs fuisse constat. [Fac macerentur) Macerare est humore superinfuso præparare ad mollitudinem quemadmodum lupinos dulcescere faciunt. [Istuc est sapere) Hominem prudentem, & circunspectum, qualem sapientes esse velint, designat hęc sententia. Is enim prudens est, vt ait Cicero, qui id quod futurum est aequam factum fit, quàm longissime prouidet. Hinc, vt idem ait, dele r. id est prudentia à prouidentia dicta est. Homo enim prudens cognoscit futura, per causas effectrices, & signa, tanquā ea quæ fuerunt, & hoc facit intellectus, & obseruatio rerum, quæ sunt, & accidunt in vita humana. [Non quod ante pedes modo est, &c.) Ante pedes. i. de proximo, quod ab oculos versatur, ad quod nisi pręuideris haud quaquam impingere non potest. Stultorum vero contra nulla industria circa prouidentiam est, non enim vitare venientia possunt, nec ferre pręsentia. Arist. in Eth. prudentiæ hæc contraria esse docet primum non posse discernere causas, & negocia, nullo consilio sibimet succurrere peruerse cum alijs sermones serere. quæ in vita bona malaque sunt, in his discernendis corrupto esse iudicio. Seneca cap. xj. de virtutibus: Si prudens esse cupis, in futurum prospectum intende, & quæ possunt contingere animo tuo cuncta propone. Nihil tibi subitum sit, sed totum ante conspicies. Nam qui prudens est, non dicit, non putaui quidem hæc posse fieri, quia non dubitat, sed expectat, nec suspicatur, sed cauet. Et mox: Si prudens ex animus tuus tribus temporibus dispensetur. Præsentia ordina futura prouide, præterita recordare. Nam qui nihil de futuro, pręmeditatur, in omnia incautus incidit. [Inepta lenitas patris) Carpitur in parentibus nimia, lenitas, quæ ferè in causa est, cur ad bonam frugem iuuentus raro perducatur. Et cum aliqui vitium non sit, sed virtus potius, vt mox dicetur, tamen contemptum quendam præceptorum, maiorum, parentumque inducit, Quare vt discerni facilius possit, solent auctores verbi alterius adiectione tanquam denotare, bonam ne lenitatem an prauem intelligi velint. Quod idem facilitate fieri consueuit, & hic apud Terent. obseruatum, cum ait: Inepta lenitas, & facilitas praua. Philosophus lenitatem virtutem in Ethicis sit describit, quæ mediocres criminationes ferre sufficiens est, & contemptum leuem non patienti animo tolerat, minime quoque facile ad vinctam, & pœnas sumendas impetu, fertur, iram præterea concoquit, nec illi prompta est: Præditus autem lenis est moribus haudquaquam amarulentis, verborum contentiones quammaxime fugitans, cuius in animo quies consistit, & tranquillitas pertinaciter hæret. [Vt quisque suum volt) Vera sanè sententia, quæque non ex triuio, sed tripode desumpta videri debet, in nobis enim situm est, quales tandem liberos habere velimus. Nam si illos negligentiori indulgentiorique educatione assuefecerimus, fieri non potest, quin corruptissimi insolentissimique tandem euadant: Rursus si contractis habens laxam vitæ rationem negauerimus, pro voluntate nostra corrigere, & temperare bonisque assuescere, possumus, licet repugnanter natura. Quod cum Lycurgus Lacedæmoniorum legislator, vt scribit Sextus historicus, viuo quasi exemplo demonstrare vellet, nostræ .s. facultatis esse habere liberos optimos, duos de eadem matre catulos suscepit, atque alterum quidem in culina lurconem, & ad gulosam voracitatem educauit, alterum vero ad indagandas feras sagacem, & venaticum reddidit. Postea vero cum aliquando simul omnes in vnum locum Lacedæmonij congregati fuissent, acceptis canibus ita in concilio verba fecit. Magna res est, inquit, viri Spartani ad parandam virtutem consuetudo disciplina, & vitæ, institutio, quod per me vobis, quàm mox apertum fiet. Et mox catulos suos dimisit, depositis prius olla leporeq. in medio, tum helluo ille in ollam, alter autem in leporem magno impeto inuasit. Cumq. Lacedæmonij stupentes admirarentur, quidnam sibi hoc vellet, quod Lycurgus catulos exhibuisset, ambo, inquit, isti ijsdem parentibus editi sunt, sed propter educationem diuersam alter gulosus, alter vero venator euasit. Et Iuuen. Sat. 14. Plurimum. n. intererit, quibus artibus, & quibus hunc tu Moribus instituas. [Denique inspicere) Vtile est indicare in alijs, quale sit vnumquodque quod vitio verti possit, vt nos cadere valeamus, si aliquod præter decorum fieri cognoscimus. Nam magis deprendimus errores aliorum, quàm nostros. Vnde magistri cum discipulos reprehendere volunt, aliorum errores ipsis objiciunt, vt discipuli videndo cognoscant, q̄ de deceat id in quo reprehenduntur. Quapropter Anacarsis Scyra interrogatus, quo pacto qs abstemius fieret? rndit, Si ebriosorum mores sibi ante oculos ponat. Et Plato ebrijs, & iratis præcipere consuleteq. solebat, vt in speculo vultus sues contemplarentur, vt visa deformitate vitia fugerent. Huc facit hoc Cic. lib. j. Off. Non est incommodum quale quidq. vitiorum sit ex alijs indicare, vt si qui dedeceat in illos vitemus, & ipsi: fit. n. nescio quo, vt magis in alijs cernamus, q̄ in nobismetipsis si quid delinquitur. Videtur tamen Comicum in hisce verbis vsum comœdiarum ostendere voluisse. nempe, quòd sint humanæ vitæ inter cetera scripta speculum optimum. Quod, & Cic. pro Rosc. agnouit: Etenim hæc, inquit, conficta arbitror à poëtis esse, vt effictos nros mores in alienis personis, expressamq. imaginem nostrā vitæ quotidianæ videremus.

GLAR. SEQVVNTVR senarij iambici. Quidam etiam ex hac vnica scena duas faciunt. In 4. versu aut Rei monosyl. aut Eum elidit. In 7. d, elidit in Sed, vel bacchius est loco primo. In 9. Eum monosyl. est, vel bacchius, loco primo. In xj. Se quod quidam habent lib. Admonuit, & Ioan. hoc. In 25. vel Prius monosyl. vel bacchius est loco primo, & pro Nō ego legerem Haud, nisi quinto loco quoq; bacchium constituamus 36. est tetr. iambicus acat. quod rarum est inter tot senarios. In 39. Ac pertinet ad versum prędcedētem. In 41. creticus est loco primo, bacchius secundo, pæan secundus tertio, nisi quis vel l, elidere, vel es in priore versu malit Dein s, in Futilis etiam abijcere, & Somnium facere dissyl. In 43. vel vigilantiā tetrasyl. est, & Tuam monos. vel, quod magis credo, Narras verbum abūdat, & ab aliquo scio lo adiectum est. Præterea in fine eiusdem legendum, Sic modo fiet Vt sequens versus ab Vt incipiat. In 46. vel tuum monosyll. est, vel creticus loco quarto. In 48. s, in Satis eliditur, vt primo loco sit anapæstus. Ioan. Eum tollit, nec habet vetustus liber, sed nihilominus s, eliditur in Satis, nisi loco secundo ponatur creticus.

eus. In 50. d, eliditur in Apud, nisi creticus sit loco quinto. In 51. Vah extra metrum est, vt in Heaut. Act. 2. Sce. iiij. 55. Varie legitur. Ioan. geminandum censet, Oh oh, quod carmen non patitur, nisi extra metrum putet esse oh, vt vah paulo ante aut corripiendum, aut proceleusmaticum loco secundo ponendam. Quidam Gaudia, quidam Præ gaudio legunt. Lector videat, qd potissimum sequendum. 58. finiendus est in phi, ad hunc modu.

Syre præceptorum plenus istorum ille. S. phi,

Vt sequẽs deinde versus à verbo Domi incipiat, quemadmodũ 68. in Demea finiendus, & sequens deinde à Non facere, inchoãdus. Sic & Ioan. in 75. Opus legendum, pro Vsus, atq; ita habet liber vetustus. In 79. Tu hinc rus abis. alioqui claudicat carmen, & Tu hinc, iãbus loco quinto. Nonus à fine s, amittit in Quis, vel est creticus loco primo, & Ille habet liber vetustus, pro Illic, quod carmen exigit. In 8. à fine s, eliditur in Satis, & Vah producitur sequente vocali, quod paulo ante extra carmen erat. In 6. à fine Illius diffyl. In 5. Homo ponendum intra adiectiuum ac substantiuum Antiqua virtute, vt quarto loco sit anapæstus. In pen. Vah extra carmen est, nisi quis i, in Etiam euanescere velit.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Hegio dolet Sostratæ filiam tam inique ab Aeschino tractatam, ac tandem vitiatam esse, id factum nunc Demeæ narrat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hæc sequens scena complectitur querimoniam Hegionis cognati Sostratæ, dolentis eius filiam adeo inique ab Aeschino tractatam esse, ac tandem vitiatam. Nam putabant hanc desertam ab eo esse cum ita non sit, hoc multis conijciebant argumentis, quanquam falsis tamen Hegio Demeæ rem omnem de Aeschino, & raptis psaltriæ aperit, quo ipsum admodum conturbatum reddit.

Senarij.

HEGIO, GETA, DEMEA, PAMPHILA.

PRO dij immortales, faciunt indignum Geta
Quid narras? G. sic est factum. H. ex illan' familia
Tam illiberale facinus esse ortum? ò Aeschine
Pol haud paternum istuc dedisti. D. videlicet
De psaltria hac audiuit: id illi nunc dolet
* id Alieno: pater * is nihili pendit: hei mihi,
Vtinam hic prope adesse alicubi atque audiret hæc,
H. Ni facient quæ illos æquom est, haud sic auferent.
G. In te spes omnes omnis Hegio nobis sita est.
Te solum habemus: tu es patronus, tu parens.
Ille tibi moriens nos commendauit senex.
Si deseris tu perijmus. H. caue dixeris:
Nec faciam, neque me satis pie posse arbitror,
D. Adibo. saluere Hegionem plurimum.
Iubeo. H. te quærebam ipsum, salue Demea.
D. Quid autem? H. maior filius tuus Aeschinus,
Quem fratri adoptandam, dedisti, neque boni,
Neque liberalis functus officium viri est.
D. Quid istuc? H. nostrum amicũ noras Simulum atq;
Aequalem? D. quid ni? H. filiam eius virginem
Vitiauit. D. hem. H. mane, nondum audisti Demea
Quod est grauissumum. D. an quidquam est etiam amplius?
H. Vero amplius: nam hoc quidem ferundum aliquo modo est:
Persuasit nox, amor, vinum adolescentia:
Humanum est. vbi * scit factum, ad matrem virginis * sic
Venit ipsus vltro, lacrumans, orans, obsecrans,
Fidem, dans, iurans se illam ducturum domum.
Ignotum est, tacitum est, creditum est. virgo ex eo
Compressu grauida facta est: mensi hic decimus est:
Ille bonus vir nobis psaltriam, si dijs placet,
Parauit, quicum viuat, illam deserat.
D. Pro certon' tu istæc dicis? H. mater virginis
In medio est, ipsa virgo, res ipsa: hic Geta
Præterea, vt captus est seruolorum, non malus,
Neque iners, alit illas, solus omnem familiam
Sustentat: hunc abduce, vinci quære rem.
G. imò hercle extorque, nisi ita factum est Demea:
Postremo non negabit. coram ipsum cedo.
D. Pudet: nec quid agam, neque quid huic rñdeam,
Scio. P. misera me, differos doloribus.
Iuno Lucina fer opem, serua me obsecro. H. hem.
Numnam illa quæso parturit? G. certe Hegio. H. hem.
Illæc fidem nunc vostram implorat Demea:
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
Hæc primum vt fiant, deos quæso, vt vobis decet.
Sin aliter animus voster est. ego Demea
Summa vi defendam hanc atque illorum mortuum.
Cognatus mihi erat: vna à pueris paruoli
Sumus educti: vna semper militiæ, & domi
Fuimus: paupertatem pertulimus grauem.
Quapropter nitar, faciam, experiar, denique
Animam relinquam potius, quàm * illas deseram. * illam
Quid mihi respondes? D. fratrem conueniam Hegio.
Is quod mihi de hac re dederit consilium, id sequar.
H. Sed Demea hoc tu facito cum amico cogites,
Quàm vos facillime agitis, quàm estis maxume
Potentes, dites, fortunati nobiles,
Tam maxume vos æquo animo æqua noscere
Oportet, si vos voltis perhibere probos.
D. Redito: fient, quæ fieri æquom est, omnia.
H. Decet te facere: Geta duc me intro ad Sostratam.
D. Non me indicente hęc * fiunt: vtinã hoc sit modo * fient:
Defunctum: verum nimia illæc licentia
Profecto euadet in aliquod magnum malum.
Ibo, ac requiram fratrem, vt in eum hæc euomam.

DONATVS.

PRO dij immortales) Hæc scena fidem amici erga defunctum, maturitatem senilis orationis, & accusationem eius quem lædere nolit ipse accusator, continet. [Indignum, facinus) Iam narrauit Geta, & recte. non enim apud spectatores iterum fuerunt dicenda quæ dicta sunt. Illud sanè admirandum, eiusmodi Hegionis verba induci, qualia esse debuerunt tantopere laudati viri, & eiusdem Hegionis ac Demeæ. [Quid narras) Mirantis est, non interrogantis. [O Aeschine Pol haud paternum) Mira maturitas, in qua nescias vtrum magis iniuriam illatam orbæ virgini, an Aeschinum peccasse plus doleat. seruatur enim in Hegione, q̃ vir bonus sit, & amicus. [Tam illiberale factum) .i. non odisse cui succenseas, laudare homines, factũ repræhendere. [Haud paternum istuc dedisti) Deest, facinus. & Dedisti, pro Fecisti. Sed sic dicitur in re magna. vt, Dabit ille ruinas Arboribus, stragemq̃. satis. [De psaltria hac audiuit) Sic errat Demea, vt intelligatur quantum debeat irasci in ijs quæ inopinata audiet. [D. videlicet De psaltria hac audiuit,) Videlicet, confirmatiuum est. vt videlicet, videre licet: sic. f. scire licet, ilicet, ire licet. [Is nihili pendit,) Is, abundat. vt in Heaut.

Perij,

Perij, is mihi. vbi adhibit plus paulo, sua quæ narrat facinora? Aut is, pro ipse subiunctiuum pronomen minus quàm finitum. [Vtinam hic prope accesset) Quasi non credideris dicent, In ore est omni populo. [Haud sis auferent) Quomodo accipimus, Haud sic auferent? an factum suum auferent sic? An, si corexerint culpam, non silentio transituros ipsos, vel ipsum quod factum est? Et ni. Si non significat. [Haud) Sic ἀσυντακτῶν est. [Quæ illos æquom est,) Subauditur, facere à superiori per οὐλλη̃ψιν intellectum. [Haud sic auferrent).i. leniter, abibunt, vel subtrahent culpam. [Haud sic auferrent) Senilis, & natura comminatio, & est Sic demonstratio, gestũ continens leuissimæ ac paruæ significationis. [In re spes omnis Hegio) vt narratio non fuerit necessaria: ita preces interponendæ sunt. [Tu es patronus, tu parens) Patronus aut temporale nomen est defensoris, aut certe appellatio est, per quam ostenditur quid illi cultus, & obsequij debeatur. est enim nomen ad aliquid. Parens autem, veri amoris nomen est, æquali loco continet interpretationem. Et vide quàm vigilanter poëta cum simpliciter matronam de absente Hegione loquentem induceret, Coluit nos, dixit. cũ seruus, & supplex ad præsentem loquitur, Tu es patronus inquit. [Ille tibi moriens nos commendauit senex) Seruus manum veritatis iudicium addidit, dicendo moriens. nemo enim moriens non vera loquitur, & vrgentia. vnde in iure vltima iudicia, certiora sunt. Sic, & alibi, Hanc mihi in manum datimos continuo ipsam occupat. [Si deseris tu perijmus) Proprie, quasi patrono. nam Socius deficit, Parens prodit Patronus deserit. Sic Salust. Post defectionem sociorum, & Latij. &, Vnius ob iram prodimur. Et, Prodidisti, & te, & illam miseriam, & gnatum, quod quidem in re fuit. Plaut. Qui liberos habent, eos deserunt. Hinc, & milites, qui defensores patriæ deberent esse desertores esse dicuntur. Hæc autem omnia magnam vim habent, si per singulas partes orationis cõsiderentur, ad cõmonendum precibus Hegionem, &, Tu es patronus, ab honesto: Tu es parens, à iusto. [Si deseris tu perijmus) Et huic rei maxime respondet oratorie, quæ illum maxime. commouit. vt, En ego victa situ. &, Pulsus ego? Alij πρὸς τὸ perimus, τῷ δυσμισμῷ responsum putant. [Satis pie posse) Deest, facere. [Neq; me satis pie posse arbitror) Honesta locutio, qua significat quidquid fecerit pro pietate debito illis merito parum esse. Sensus aũt hic est, Neque faciam quod nefas est, vt vos deseram? nec hoc ipsum quod facio, satis pium est pro tanta necessitudine. Et bene addidit satis. vt, Et satis piens, non tamen satis. [Saluere Hegionem plurimum Iubeo) ideo prouidit Demea, non prouisus est quia opportuit illũ audire quæ loqueretur Hegio, & ex illius iam verbis in indignationem moueri iubeo autem volo significat, ab eo quod sequitur id, quod præcedit. Non iubemus.n. nisi quod voluerimus. & est Homericum. [Maior filius tuus Aeschinus) Artificiosa postulatio: in qua ne statim Demea diceret, nihil ad se hanc querelam pertinere, quippe qui Ctesiphonem curare, debeat, infertur causa cur non dissimulet pater, quia filius, quia maior est, quia Aeschinus, si qd est in ipso nomina caritatis, qa fratris adoptiuus, qa bonus, & liberalis, & cõtra hęc quibus laudatus est, fecit. [Neque boni) Quasi id, quod est, velit qđ esse debet. [Neq; liberalis functus est officium viri) quærendum inter bonum, & liberalẽ quid intersit. An bonus est, qui nocet? Liberalis, qui etiam prodest? An bonus qui non peccat in facto liberalis, qui nec verbo quidem. [Aequalem?) ὁμάλημα. [Quid ni?) plus est Quid ni, q̃ Nouerim, nã quasi corripit dubitãte, dicendo, qd ni, vt subaudiatur nouerim. [Filiam eius virginem Vitiauit) vides quantum valeat iniuria, vel dignitas personarum. Non contentus facinore, personas credidit ante proponendas. [Hem interiectio est irati vehementer, quippe qui aliud vitium audiebat, præter crimina quę sciebat. [Quod est grauissimum) Quia illud graue. [An quidq̃ est ẽt amplius?) Amplius quantitatis est. nam ideo, Nondum etiã audis quod est grauissimũ. [Amplius?).i. maius. [Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia) Plaut. in Bacch. Quia istoc ille cebrosius fieri nihil põt. Nox, mulier, vinum, homini adolescẽtulo. Et hæc omnia ab impulsionis parte dicuntur, non à ratiocinationis. Ideo, & Persuasit dixit. nam instans persuasio impulsio dicitur: vt ipse, Dum in dubio est animus, paulo momento huc, illuc impellitur. [Humanum est) Nihil tandem ex ea sumptum consuetudine est, quod non humanum. & hoc dicere solemus vbi peccatum quidem non negamus, sed tolerabile esse dicimus. [Persuasit nox, amor, vinum, adolescentia) Hæc inferuntur ἀσυνδέτως, vt multa videantur. [Vinum) Plus dixit, quàm si vinolentiam diceret. vt, Tu nihil nisi sapientia es, ille somnium Proximum huic, & simile est in Hec. Cum virgine vna adolescens cubuerit, Plus potus, sese illa abstinere vt potuerit. non verisimile dicis, neque verum arbitror. Virg. Bacchius, & ad culpã causas dedit. [Vbi scit factum).i. intelligit, & sentit: quia supra futuræ * peccauerit: & quia qui impulsione peccat, non peccat ratiocinatione. Hic locus ille rei occurris, Cur ergo tacuisti. [Orans, obsecrans) Orare, est placidos petere: Obsecrare, iratos rogare. Vnde plus facit obsecrans, quàm orans: plus vero orans, q̃ rogans. Cic. Orare, & rogare. [Venit ipsus vltro lacrymans) Mire, & ad matrem, venit vltro lacrymans, ne q̃ leniter, aut molius mulier tulisse, prope pactionem inijsse videretur. [Ignotum est, tacitum est creditum est) ἀσυνδέτως per συντομίαν vt solet hic loquitur: vt Imus, venimus, videmus. Ignorum est autem, quod vltro venerat, & lacrymans: tacitum est, qđ' orabat, & obsecrabat. creditum est, quod fidem dabat, & iurabat. Et honestius impersonaliter, q̃ ignouimus, tacuimus, credidimus. [Virgo ex eo Compressũ grauida facta est) Hæc addidit, ne ex viliore vsu, inhonesta patientia, virginis ad concepũ libido peruenerit, & præterea quia, & hoc potuit dici, Ille quidem vitiauit virginem, sed quid si ex alio concepit postea, quæ nunc grauida facta est, Iccirco, & à vitio virginis tempus ostendit: vt cum facto ratio conuenit. [Ille bonus vir) ἐφωνέα indignatis in loco addita est verbis ardentibus. Ille bonus vir, nobis Psaltriã, si dijs placet, parauit. Conclusio accusationis. &, onus vir, ἐφωνέα qui dẽ est, sed ab eo posita, qui indignetur virum bonũ esse debuisse q̃ non sit vt supra, Neque boni, neque liberalis est functus officium viri. Et simul cõsidera quo nomine Aeschinum vocet, vitę appellans. s. qui vult eius certa esse promissa, & q̃ illum iampridem videri maritum velit: Nobis aũt, ex abundanti τῷ δυσμισμῷ ad indignationem relatũ est. [Sed dijs placet) Bene interpositũ ad inuidia. [Si dijs placet). s. per quos iuratum est. [Psaltriam nobis) τῷ δυσμισμῷ sic enim dicimus, & est cõsuetudinis peruulgatæ. [Illam deserat. i. cui econtrario, dum viuat obstrictus est. Et deserat, virginem. s. [Pro certo ne tu istæc dicis?) Hoc ideo non dicis, quin fidem non habeat narranti: sed quia mira sunt scelera. [Mater virginis In medio est) Terribiliter satis, in medio est, quasi retineri non possit, nec cohiberi quin rem probet. Et præterea cum argumentoꝝ genera duo sint, ἄτεχνον καὶ ἔντεχνος sicut in rebus manifestis ἀτέχνῳ vtitur. Hoc ergo, sublatis supercilijs dicendum est. [Ipsa virgo). s. quę in Aeschinum reum, & testis, & crimen est. Et ideo addit, Res ipsa. i. pondus vteri, exactus ad pariendum mensibus. [Præterea, vt captus est seruuloꝝ non malus) Ad hæc intelligamus aliter dici non inertem, Socratem, alter nõ inertem seruum, aliter non malum Scipionem esse aliter non malum seruum esse. [Præterea, vt captus) An, quãtum capit animus seruilis, tantum non malus, neq; iners Geta? An, vt captus est seruulorum, quemadmodum sæpe, aucupium in seruis habendis bonum euenit? Vt in captu auium, vel piscium, vel ferarum plurimum fortuna dominatur, Et hoc ideo, quia seruum euenire, bonum, non ratio est aut natura, sed casus est, vtpote in re rarissima: vt sit, vt captus est seruorum. i. euentus est in seruis. [Vt captus est seruulorum). i. vt se habet conditio seruorum. Afranius in Simulante, Is vt seruorum captus est facillime domo atque nostra familia proüeditur. Ergo captus sortem intelligo. [Non malus). i. fidelis. [Neque iners). i. artem habens. Oratore futurum testem, & indicem laudat, sed ne improbe facere videatur parcius id facit. non enim dixit, bonus & solers: sed, quod in seruo sufficit non malus, neque iners. Et proferendi Getæ hæc maxime causa est, ne quod permittere videatur in seruo pauperijs atrocius fiat. & simul vt hæc προτεράπλωσις non contristet Getam, quem prius laudat dicturus, Hunc abduc, vinci: quære rem. [Alit illas, solus omnem familiam Sustentat:) Duas hic res ducet, & vnde hæ viuant, quod testimonium pudicitiæ est. & grauem testem posse esse Getam. [Solus) Incerta distinctio est solus. sed melius, Solus omnem familiam sustentat. Hoc verbo tenuis victus ostenditur, quòd bene frugi esse demonstratur in fœminis. [Nunc abduce, vinci, quære rem) Non multum permittit, vtpote de alieno seruo. ideo Geta plus de se largietur. ipse tamen ἀσυνδέτως tria posuit, vt multa videretur dicere. [Hunc abduce,) Vt, Tu Voluse armari Volscorum edice maniplis. Nam postea, è litera, huiusmodi verbis aucta est. [Hunc abduce, vinci:) Bono ordine. & abduce. ab hoc illuc vbi nemo possit intercedere, & vinci: ne solutus, vt sciat si verum seruus accuset. [Quære rem) Latenter præter vincula, etiam tormenta significauit: nam hoc, quære rem, pete rei veritatem, significat. [Imò hercle extorque) ἄτεχνῳ πίστις. Et bene ipse de se plus, & apertius, quàm Hegio largitur. [Extorquet) Multum dixit non torque, sed extorque. Torque-

mus

mus enim hominem: Extorquemus veritatem. [Pudet) Aduersus hoc dicit,& perturbatus Demea. Maioris erit ponderis Pudet dictum,si Me nec addas,nec subaudias. [Differor dolorib.) Diuellor, discrucior, dilaceror. Et proprie hoc genus querelæ conuenit,parturienti,& cui viscera distenduntur,& ei quæ inexpertum dolorem tunc primum sentiat. [Iuno Lucina fer opẽ) Bona procuratio poëtæ,vt,& vox parturientis,pro testimonio succedat ad inflammandum Demeam. Et nota puellarum,quæ in comœdijs honestæ sunt,& ex amore dicuntur, aut nollam in scena esse,aut rarissimam vocem. [Fer opem) Partui. [Serua me obsecro) Parturientem. Duas enim res poscit hæc precario,& nascentis,& parturientis salutem. [Num nam illa quæso parturit?) Illa .s. de qua sermo est. quid enim opus fuerat nomine? [Illæc fidem nunc vestram implorat) Hæc oratoria πλάσις est. non enim vere rogat, sed videtur hoc facere. Et implorare, est in malis positos cum ploratu aliquem rogare. [Quod vos ius cogit,id voluntate impetret) Artificiose. ne totum simpliciter agendo,diffidere causæ videatur. Ius igitur legum intelligitur. [Deos quæso,vt vobis decet) Hoc est non voluntate aduersariũ fore. [Vt vobis decet) παρωνυτικῶς dixit,non vt puellæ vtile est, sed vt vobis decet. [Vobis decet) Græce dixit,ὑμῖν πρέπει,& deest, facere. [Sin aliter animus vester est) Officium amici exequitur in reddenda causa,cur aduersarius futurus sit. [Ego Demea Summa vi defendam hanc) Non dixit id, quod est, Vos vlciscar,sed hanc defendam. [Atque illum mortuum) Idonea causa est,aduersus viuos querimoniam faciendo pro mortuo .s. qua in re, & de officio suo locutus est, & exaggerauit culpam in Aeschinum,qui videbatur in vno, & eodẽ facinore viuos mortuosq. læsisse. [Cognatus mihi erat) Causa expositа, iam egit Hegio de persona sua, vtrum recte faciat, vt quam personam inducit ostendat habituros. Cum amicitiarum duo genera sint, vnum necessarium .i. propinquitas sanguinis,alterum voluntarium,quo nobis etiam alienissimi coniunguntur: Mitionem dicit ac Demeam, & viuos, & voluntarios tantum sibi amicos esse. Simulum vero,& mortuum,& non solum voluntate,sed necessitate amicum fuisse coniunctum. In quare,& illi non deerit, & his purgatur. Sed &, Cognatus mihi erat, vultu adiuuat, quia non à coniunctione inceptiua sumpsit exordium. [Cognatus mihi erat) Officia multa contra officium meum Demeæ amicitiæ ac Mitionis. [Paupertatem vna pertulimus grauem) ἐπαναφορὰ est, quia magis coniungit malorum consortium,quàm bonorum. [Nitar,faciam,experiar,) Sic dicit,ne dicat Vindicabo, quod vult magis significatũ esse, quàm dictum. Et ne ei diceretur, nihil poterit, quod ad incipiendum sufficit, dixit, Experiar. [Animam relinquam potius) Modesta comminatio, prius quid sibi possit euenire dixit,quàm quid passurus sit Aeschinus. [Fratrem conueniam Hegio) Vultuose pronunciandum,hoc quod addidit, Hegio,q.d. In manu fratris est constitutum,non mea. [Quid mihi respondes?) Respondere proprie dicitur cum lis intenditur. Respondere enim,est priorem alloqui, quasi respondere verba fundere, vt: Funditque hasore querelas. [Respondere) Posteriore loco dicere. [Sed Demea hoc tu facito) ἐπιτρόπευσις supra habitæ comminationis. [Quàm vos facillime agitis:) Vt,& supra, facilem victum paret. Et vide quàm oratorie laudes simpserit argumenta suadendi. [Aequo animo æqua noscere Oportet;) Bene dixit æquo animo, quia potentiori, & fortiori contra naturam est æquitas. [Redito) Prosequebatur eum,quemadmodum apparet ex verbis. [Decet te facere) Solicita obsequela Hegiones, vltima in loquendo, ostendit impotentiorem personam cõtra Aeschinum, quo magis gaudium crescit comœdiæ, quando talia tanto, pauperior puella, sed tamen cupita, iungetur. [Non me indicente) Quia dixerat, Ipse sentiet posterius. Et nimis dura compositio est,sed apta irascenti. [Vtinam hoc sit modo Defunctum) Vtinam, desperandi vim habet. Hoc .i. negocium.i. raptus virginis. Defunctum finitum.i.vt non peiora committat. Defunctum,finitum.i.ne vlterius peccet Aeschinus. [Nimia illæc licentia) Quam illi dat Mitio. [Profecto euadet) Per ardua,& prærupta veniet. [Hæc euomam) Non effundam, sed euomam: vtpote quæ me ægrum faciunt, quibus me redeuabo, cum languor ille egestus sit. nam euomam, hoc translatione significat.

GVID. PROH &c.) Hic continetur querimonia Hegiones cognati Sostr. dolentis filiam cognatæ adeo male ab Aesch. tracta tam esse,ac tandem,vt putabant, desertam adeo esse, cum tñ ita non esset. Verum ita conijciebant multis argumentis falsis tamen. H. Proh,irascentis exclamatio,& Deorum protestatio. ò Dij immortales,inuocantis est dictum,& in testimonium vocantis ipsos Deos,facinus indignum.i.ò factum inhonestum,& indecens, & est exclamatio in vituperationem facti, q.d.miror illud magnum facinus esse commissum vel aliquid tale. ò Geta serue,cognatæ meæ Sost.quid narras? non interrogantis est,sed admirantis indignantum facti. G. Sic factum est vt dico.s. H. Ex illan'.i.ex illa ne hoc est vtrum decet? q.d.non, facinus.i.flagitiũ tam illiberale.i.tam indignum, homine libero, qualis est Aesch.vel tam inhonestum,nam qđ liberale est,iustum est,& decens,sed illiberale dedecet.Est ne ergo honestum facinus tã illiberale.i.tam detestandum, & seruile ac inhonestum, esse ortum .i.emersisse ex illa per eminentiam.i.ex tam honesta familia, ex qua ducit originem Aeschinus, ò Aeschine,alloquitur absentẽ, pol haud.i.perfecisti, perpetrasti istud facinos paternũ.i. ex paterno exemplo,vel ad exemplum patris, vel permissione patris Demeæ,qui ad adeo honestus est. D. Videlicet.i.certe,quasi videre licet, sicut .s. scire licet. Hegio audiuit de hac Psaltria.i.de hac puella rapta ab Aesch. .i. qđ dici solet Hegio audiuit loqui de hac Psaltria,in quo dicto non est addendum neque loqui, neque dici,vt aliqui sunt arbitrati. id.i.illud factum Aeschini,nũc dolet.i.displicet, illi alieno.i.qui non est de familia nostra.s.Hegioni, dicimus tuus casus dolet mihi, & ego doleo casum tuũ, vel casu tuo,vel ob, aut propter casum tuum, is pater.s.Mitio, qui est pater Aesch.adoptiuus,nihili pendit.i.non curat,pro nihilo habet illud illum,quod dolet alieno, hei mihi.i.ah dolore concutior,vtinam ipse pater esset,hic prope alicubi.i.in aliquo loco, atque vtinam audiret hæc quæ dicuntur ab Hegione. H. Nisi.i.si non, parentes Aeschini, & Aeschinus faciet ea, quæ æquum est.i.iustum est,& decet illos facere, haud.i.non auferent sic.i.non ita leuiter abibunt,seu euadent, aut remanebunt, siue non ita abducent culpam,neque eam operient silentio,nam eã rem non sum taciturus,& hæc omnia loquitur Hegio cum Geta,nondum enim animaduertit Demeam. G. O Hegio,omnis spes est nobis sita.i.posita, collocata in te habemus te solum, in quo spem reponamus,tu es patronus.i.defensos, est aũt appellatio, & nomen temporali ab honesto, tu es parens.i.tanquam pater,cui curæ simus,& est nomẽ amoris à iusto, ille senex.s.pater puellæ, maritus Sostratæ.s.Simulus,moriens.i.cum morere tur,essetq. in mortis articulo,quando sola vera, & ingentia dicuntur,commendauit nos tibi,si tu deserit.i.derelinquis nos,in de desertores milites dicuntur, qui diserunt patriam, quam debent tutari,si ergo tu deseris,perimus.i.perditi sumus. H. Caue dixeris.i.caue ne dixeris me deserturum esse vos, quoniam nequem faciam.i.non deseram vos,neque arbitror me posse facere satis pie .i. quin videri possim impius, nam pij debemus esse in parentes.i.in sanguine nobis iunctos. aut necessitudine, præcipue autem pij esse debemus in Deum. D. Adibo eum .i. ibo ad Hegio. deinde salutat,iubeo.i.volo, præcedens pro sequente,nam iubemus quæ fieri volumus, iubeo ergo plurimum Hegionem saluere.i.saluum esse,& incolumem, aut iubeo eum salutari,nam Cic.inquit,Et saluebis à meo Cicerone,saluebis,inquit,pro salutaberis. H. O,aduerbium optantis,quærebam teipsum ò Demea, salue.i.saluus sis, & talis est responsio, qualis aggressio, seu inceptio. D. Autem.i.sed,quid est sup.aut,quid agitur, quid dicitur. H. Filius tuus maior, quia tantum duo erãt,ideo maior, inquit.s.Aesch. quem dedisti fratri adoptandũ .i.assumendum in filium,neque.i.non est functus officium, oratores dicerent officio in ablatiuo, non est ergo functus officiũ viri boni,nec liberalis. Don.ponit eam differentiam.nam bonus,inquit,hic intelligitur,qui nemini nocet,liberalis vero,qui alijs prodest,vel bonus dicitur,qui non peccat,sed liberalis,qui non peccat etiam in verbo,sed hæ differentiæ non semper obseruantur,nam(vt Cic.& Valer.inquiunt)bonus innumerabilibus officijs continetur cuiusmodi aut rarum,aut nullum purum hominem inuenies. D. Quid istud est,quod tu dicis declara liquidius. H. Noras.i.cognoscebas bene Simulum amicum nostrũ, atque æqualem.i.multum nostri similem. D. quidni.i.cor non, bene noram eum,cui fuisset mihi amicissimum. H. Aeschinus vitiauit.i.stuprauit, defloraуit filiam eius virginem. D. hem, interiectio est vehementer irati, vt qui hoc nondum audierat. H. Mane.i.ausculta, habeas patientiæ quidq; vt reliqua audiat, & dicit mane,q; alter se cõmouebat adeo, vt audire cũ non potuisset, ò Demea nondum.i.non adhuc audisti id vitium, qđ est grauissimum.i.enormissimũ,& ferẽdum grauius ceteris eius flagitijs. D. An.i.vtrum,quidquam.i.aliquid,est amplius.i.maius & vltra id,qđ iam tetigisti. H. Vero.i.certe,est aliqd amplius, nam quidem.i.certe,hoc videlicet qđ ipse fecit in virginẽ amo

re

re impulsus, est aliquo modo ferendum.i.tolerandum, nox.i. ipis opportunitas, amor.s.ardor & furor amoris, vinum.i.vino lentia, nam vt inquit Virg. Bacchus & ad culpam causas dedit. & Valerius: Proximus à Libero patre inconcessam Venerem gradus est, adolescentia.i.iuuentis ætas, quæ lubrica pſæpe est persuasit.i.impulit ad id faciendum quod fecit, id supp. est humanũ .i.ab humana fragilitate incitatum, vbi.i.qñ. Aeschinus scit.i.intelligit, sentit se peccasse vim afferendo virgine, ipse venit ad matrem virginis .s. Sostratam, vltro promittens, iurans se Aeschinum ducturum domum illam puellam.i.se capturum eam in vxorem, nam maritus ducere solet domum suam vxorem, cum eam sibi copulatam coniugio habuerit, ignotum est ab ignoscitur ignoscebatur verbo impersonali, indultum est, si liceat ita dici, cum potius indulgeo futura respiciat, non præterita ignotum est igitur ei.s. Aeschino, ppea quia sic orabat, tacitũ est à tacetur, tacebatur.i.nihil est reuelatum, silentium seruatum est, creditũ est ei.s.hoc est confisum est ei. Virg. O formose puer nimium ne crede colori.i.confide, vel creditum est ei.i.fides est habita suis pollicitis, virgo facta est grauida ex eo compressu.i. ex ea compressione virginis, hic mensis est decimus, ex quo Aeschinus compressit eum, & iam ipsa parturit, & puerperio laborat. Ille vir bonus per ironiam, qui deberet esse cum non sit.s. Aeschinus parauit .i. acquisiuit & superinduxit nobis.i.ad nrm dolorem & dedecus Psaltriam illam puellam, quam abduxerit à lenone, si Dijs placet ad inuidiam.i.maleuolentiam concilian dam hoc interposuit, q.d.id fecit Deos offendendo, per quos iurauit se ducturum nostram filiam domum, vt dictum est, parauit inq̃ nobis Psaltriam, qui cum.i.cum qua, ablatiuus est qui fœminini generis, viuat.i.vitam agat, & deserat.i.desertam reddat illam hitam Simuli amici nostri, quam compressit. D. Pro certon'.i.pro certo ne, hoc est verum dicit iitæc facinora Aeschini pro certo.i.pro vero & explorato, seu ꝓ re certa & explorata. H. Mater virginis.s.Sostr. est in medio.i.pſto est, & in aperto testificatura de hac re, & bene dixi in medio, quasi retineri mater nõ potuerit, quin prodiret in medium, hoc est in lucem siue in apertum, & crimen Aesch. promulgaret, seu proderet. Deinde subdit, virgo ipsa.i.virgo met ſtuprata, & grauida est, in quam, in medio.i.in luce, & quasi non delitescens, nec absconsa sed facili inuentu cum testimonio opus erit, & ideo est in medio significat est in promptu, est prælto res ipsa.i.ipsum crimen, seu pondus vteri exactis ad pariendum mensibus, est inquam in medio.i.est in promptu, est in aperto est prælto, quod enim est in medio loci alicuius, non est absconsum, vt in corona hominum sedentium, qui ſtatim medio circi, multum est in luce & in prõptu. Inde ventum est, vt dicamus prodire in medium, tollere aliquem de medio, quod posterius significat remouere aliquẽ de hac luce interficiendo eũ, præterea.i.præter ea, quæ dicta sunt hic. G. præsens non malus.i.bonus & fidelis, non iners, .i.non sine arte immo solers & industrius, vt.i.quantum, captus.i.capacitas seruulorum est, & declinatur hic captus, tus, tui, hoc est quantum serui habere possunt capacitatem bonitatis & artis, vel quantum se habet conditio seruorum, seu secundùm q̃ serui possunt ac solent esse boni, fideles ac solertes. Hic ergo Get. talis, vt dictum est, inquam in medio vt testificetur de hac re si sit opus, q̃ sit bonum & solers, liquido constat hac re, q̃ ipse alit.i.nutrit illas matrem & filiam, quærendo victum vnde hæ viuant, ipse solus sustentat.i.fouet, & quod barbare dici solet, intertenet omnem familiam .i. totam domum, seu totam rem domesticam & familiarem. O Dem. abduce, pro abduc.i. rape tecum, etiam si nolit, hunc Get. in aliquem locum, vbi tu possis etiam per tormenta extorquere veritatem, vinci.i.liga à vincio vincis. Est enim secunda imperatiui persona, quæ re.i. pete per quæstiones, quas vt in iure habetur titulo de quæstionibus sæpe committantur tormenta, & ideo quære rem.i.inquire veritatem ab eo etiam per tormenta. G. Imò .i. sed, hercle extorque, parcius dixit quod innuebatur per verbum quære .i.torquendo me elice veritatem. Nam torquemus hominem, extorquimus veritatẽ, nisi ita factũ est, vt ipse dicit Hegio meo relatu. Postremo.i.denique, ipse Aesc. non negabit, cedo.i.dic, hoc facinus coràm ipso Aesch. & videbis eum nõ negatum. D. Pudet me, scilicet.i.pudore afficior ob tam indignũ & turpe factum, nec scio quid agam.i.agere debeam, nec scio quid respõdeam.i.debeam respondere huic Hegioni. Get. Pam. filia Sost. parturiens clamat intus. Miseram me differor &c. Hic Heg. ostendit Demeæ se defensurum, etiam ad mortem vsque cognati sui defuncti filiam, seq̃. non commissurum, vt ita res eius modi auferatur, sed acturum in iudicio vt, quod æquum est, afficiatur: Miseram me, interiectio dolentis. Fungitur hoc dicto vice interiectionis, hoc est dico me miseram, seu fateor, aut aliqd tale, differor.i.diuellor, discrucior, dilanior, doloribus.i. ꝓ dolores partus. O Iuno Luci.i.lucem præbens natis, quia præbes parturientibus fer opem.i.auxilium partui, fine nascenti, vt saluus sit, obsecro serua me parturientem, vt euadam ex hoc puerperio salua. H. Num nã.i.nunquid, nam enim est adiectio syllabæ, quæso nunquid illa parturit. G. O Hegio certe.i.vere, parturit.i.in puerperio laborat. Parturire enim est partum desiderare. H. Hem, interiectio compatientis. O Dem. illęc.i.illa hæc.i.illa ipsa, nunc implorat.i.complorat, rogat poscit nostrã fidem .i.nrm auxilium. Nam fides interdum capitur pro ope, seu auxilio vt in eo dicto. Dij vestram fidem. Implorare est aliquem in malis positum cum ploratu rogare. Deinde rogat Hegio, vt res.i.connubium fiat sine coactione. Ipsa Pamphila impetret.i.assequatur, voluntate vestra.i.bono animo vestro, & cũ beneuolentia vestra, id.s.coniugium cum Aeschino. quod coniugium ius.i.æquitas legum.s.cogit vos, vt s.assequatur, vel cogit vos facere vel complere, primum.i.in primis, quæso.i.rogo Deos, vt hęc quæ peto fiant, vt.i.quemadmodum id sup.s.vt hęc fiant decet vos .i. est vobis honestum, alij habent vobis, & tunc est antique dictum, quod tamen frequens est apud comicos, & præcipue apud Plaut. quod Donat. dicit esse græce dictum. Sim .i.sed si, animus vr est aliter.i.si aliter vultis.s.vt hæc non fiant ò Dem. ego Hegio defendam hanc puellam, summa vi.i.summa ope, summa potentia, & viribus omnibus, & defendam illum cognatum meum simul mortuum.i.qui mortuus est, & bene nam in liberis parentis defuncti videntur viuere ac defendi, cum liberi defenduntur, ipse mortuus erat mihi cognatus .i. gentilis meus de cognitione mea, nos paruuli.i.cum essemus adhuc paruuli, educati sumus .i. nutriti sumus, vna.i.simul à pueris, vice aduerbij ponitur, quo caremus.i.ab incunte ætate, ab incunabulis ipsis, à teneris annis, à teneris (vt Græci dicunt) vnguiculis, à primis temporibus ætatis. Alij habent è pueris paruulis, sed in diem redit. Fuimus.i.versati sumus semper vna.i.simul, militiæ.i.belli tempore, & ponitur in genitiuo aduerbialiter, & dmi.i.pacis tpe, qui est genitiuus aduerbialiter ponitur, pertulimus.i.passi sumus, paupertatem grauem.i.molestam, & grauantem nos, vna.i.simul, quapropter.i.propter quas res nitar.i.moliar, conabor, nec solum conabor, sed re ipsa faciam, sed quid faciam vult intelligi se vlturum esse in iudicio illam iniuriam experiar.i.agam, prosequar ius puellæ in iudicio. sæpe enim in uenire fas est experiri pro agere in iudicio. denique ad extremum potius relinquam animam.i.moriar, & est (quod dici solet) moriar in pœna, vel in prosecutione potius, quàm deseram illam puellam Demea. Quid respondes mihi, id est quid secundo, seu posteriore loco dicis. Respondere proprie dicitur cum lis intenditur. est enim respondere priorem alloqui, quasi respondere sit vera fundere: vt, Funditque has ore querelas. Responde est posteriore loco dicere. hæc Don. D. O Hegio conueniam .i. alloqui fratrem .s. Mitionem, ego sequar.i. tenebo, & imitabor id consilium. quod consilium is frater dederit mihi de hac re, id est de hoc negocio. H. Sed ò Demea facito hoc quod sequitur, videlicet vt cogites tecum animo tuo hoc quod sequitur, scilicet quàm quòd .i. quantum vos agitis .i.viuitis (nam agere vitam viuere est) quod facillime.i.sine magno labore, quia est vobis abunde vnde viuatis, & q̃.i. quantum, estis maxime.i.valde potentes, & dites.i.diuiter, & fortunati .i. felices, ac fortunis affluentes, vobisque fortuna risit & quammaxime estis nobiles, tam.i.tantũ, maxime oportet vos noscere.i.intellige æqua.i.ea, quæ sunt iusta & secundùm æquitatem, æquo animo.i.prompta voluntate, si vultis vos prohiberi.i.iudicari.haberi bonos.i.nemini iniuriam facientes. D. Redito.i.reuerritor, noli persequi in itinere incepto, quo te conserebas ad Mitionem, & Aeschinum, omnia quæ æquum est fieri fient. H. Te decet .i. tibi est honestum facere, vt omnia fiant, quæ æqua sunt. Conuertit sermonem ad seruum. Geta duc me ad Sostratam. D. Hæc flagitia non fiunt ab Aeschino me indicente, hoc est me iubente, aut consentiente. Indicere proprie dicitur de bellis, quasi bellum denunciare. vtinam .i. quod dicunt placeat Deo. & habet vim desperandi, q̃ hoc negocium, seu flagitium de violatione virginis sit defunctum .i. finitum, vltimum, post quod non sit aliud ita vt Aesch. non vlterius pecc et, seu petora committat, verum.i.sed hæc nimia licentia, quæ datur illi à Mitione, profecto.i.certe euadet, id est quasi per abrupta & ardua veniet in aliquod magnum malum, ibo.i.pergã vlterius, & exquiram.i.diligenter inquiram fratrem Mitionem,

vt euomam .i. effundam,eijciam hæc flagitia in eum .i. contra eum,vtpote quæ me ægrum faciunt, quibus me leuabo, cum languor iſte eiectus erit. Nam euomam dici per translationem,certo certius eſt.

LATO. ARGVMENTVM) Hegio ex indici Getæ errans de rapta fidicina grauiter accuſat Aeſchinum, eſtq. hoc nouum periculum ad epitaſin fabulæ. [Proh dij immortales) Colloquiũ Hegionis,& Getæ eſt vice exordij ante accuſationem, ſpectans ad beneuolentiam ab officio perſonæ. [Maior filius) Propoſitio criminis primum generaliter propoſita, deinde explicata per partes,& exaggerata.[Vero amplius)Ironica repetitio, affirmationis loco. Nam mox approbaturus, excuſat quod per ſe magnum eſt,vt quod maius videri vult,attollatur.[Pro certon' tu)Controuerſia coniecturalis,fecit,non fecit. Probatur teſtimonijs, & tormentorum pollicitatione, commendata Getæ perſona. [Miſeriam me) Exclamatio parturientis, opportuna ad faciendam fidem præſentis Demeæ. [Vobis decet)Græca figura cum dativo ὑμῖν πρέπει. [Cognatus)Reddit rationem officij ſui à generis, & vitiæ neceſſitudine,& comminatur. [Sed Demea) Admonet officij à perſona.

PETR. MARS. PROH Dij immortales) Quantum tragœdiarum excitare poſſint error,& res male intellectæ docet hæc ſcena. Nam cũ rebus geſtis fidem aſtruere intendat,eo ferè illas perducit, vt nõ ſine graui aliquo diſpendio finiri poſſint. De quo ſic Val.Max. lib.9.cap.9.Temeritati proximus eſt error,quemadmodum ad lædendum par, ita cui facilius quis ignouerit, quia non ſuapte ſponte,ſed vanis concitatus imaginibus, culpæ ſe implicat, qui q̃ late in pectoribus hominum vagetur, ſi complecti coner vitio,de quo loquor,ſin obnoxius. M. Cic.in Phil. bene dixit errorem tam late per hominum vitam vagari,vt nullus ſit, q nõ erret,ſed inſipientis eſſe dixit,in errore perſeuerare. Ad hoc amici boni officium ſub oculis ponit,nos.ſ.eam familiaritatem, & amorem,quem amicis viuentibus oſtendimus, eundem ẽt poſt mortẽ exhibere debere.Plato : Mors de amicis,quantum.ſ.humanitatis officia ſe extendere debuerunt optime indicat.[Adoptandum)Adoptari dr,q ex ſua familia in alienam,aut cognatã transfert.Hinc adoptio eſt actio legalis ad ſolatium eorũ,qui liberos non hñt penè naturam imitans.Cic.pro Dom.ſua : Is adoptet qui iã aſſequi natura nõ poteſt. In alijs connectũtur hæc.

GLAR. ET hi ſenarij ſunt iambici. In 3.verſu, vel s,eliditur in Facinus,& o,corripitur,non eliditur,vel o,extra carmen eſt. In 4. Videlicet omnibus ſyllabis correptum eſt. In 11. ſi pro ſenex quis legat Amico, carmen erit Heroicum,qualia multa ſimilia reperias.In 12.Si deſeris nos tu perimus habet vetuſtus lib.Alij Perimus tetraſyllabicos legunt, abſque particula Nos. Ceterum Caue corripitur poſteriore ſyllaba. In 13. proceleuſmaticus eſt initio,& s, eliditur in Satis. In 20. Atque priore ſyllaba pertinet ad præcedentem verſum. In 23. loco ſecundo vel bacchius eſt,vel s,eliditur in Amplius, vt eo in loco ſit anapæſtus. In 29. s,eliditur in Menſis, niſi pæana ſecundo loco quinto conſtituamus. In 30. vel l,de Ille abijcitur,vt ſit proceleuſmaticus loco primo eliſo s,de Bonus,vel i, in Pſaltriam eliditur,vel denique creticus eſt loco quarto. Quod perplacet. In 34. eliditur s,in Captus. In 45. vel Deos monoſyllabum eſt,vel creticus tertio loco 47.male vulgo legitur. Sed hanc vel initio ponendum,vel poſt verbum Defendam. In 48. vel Mihi diſſyllabum eſt,vel verbum Nos legendum poſt verbum Pueris, vt vetuſtus habet lib. In 49. haud dubie legendum Educti,non Educati. In 54. legendum Sequar non Exequar,quod,& Ioan.annotauit. In 55. Hoc facito vt legendum non, Hoc tu facito. In 56.ll, geminandum in Facillime, vt loco ſecundo ſit iãbus.

ACTVS III. SCENA V.

HEGIO.

BONO animo fac ſis Soſtrata, & iſtam quod potes
Fac conſolere,ego Mitionem,ſi apud forum eſt,
Conueniam, atque, vt res geſta eſt,narrabo ordine.
Si eſt, vt facturus officium ſiet ſuum,
Faciat : ſin aliter de hac re eius ſententia eſt;
Reſpondeat mi,vt,quid agam, quamprimum ſciam.

DONATVS.

BONO animo fac ſis Soſtrata) Hi ſex verſus in quibuſdam non feruntur. In hac ſcena videtur tam locutæ Soſtratæ Hegio reſpondere. Poteſt, tamen & ipſe incipere, tanquam qui,& rem nouerit, & mœrore eius moueatur. [Bono animo fac ſis Soſtrata) Meminiſſe debemus,quòd dixit, Duc me intro ad ſoſtratam. & quia hoc Intro, in proſcenio eſt * non poſt ſcenam. nam aliud ſignificat, Eamus intro,vbi dicitur,Intus deſpondebitur,intus tranſigetur ſi quid eſt quod reſtet. illud enim interius agitur extra omne proſcenium. [Fac ſis Soſtrata) Sis honorifice additur verbo, ne quod imperatiuo modo pronunciatur,ſuperbom ſit. Te dictum eſt autem à ſenatuſconſulti formula, vbi enim aliquid ſenatus conſulibus iniungit,addit,ſi eis videatur. [Et iſtam quod potes) Quia vox ipſa triſtis,& circa triſtem filiam,Quod potes dixit. [Fac conſolere) Duas res dixit, quas, & ordine locutus eſt, Et tu bonum habe animum, inquit, & filiam fac habere. [Ego Mitionem) Quia Demeam iam vidit. [Si eſt facturus officium) Hoc dicendo, promittit eum eſſe facturum, nam facile eſt vnumquenque ſuo officio fungi.[Vt quid agam,quamprimum ſciam) Mature, neque comminatur, neque ſegnem oſtendit ſe fore.

GVIDO.

BONO animo, loquitur Hegio. ò Soſtrata fac ſis bono animo .i. da operam tu habeas bonum animum, & fac quod ſup.conſolare.i.conſoleris iſtam filiam tuam, quod.ſ.conſolari eam potes facere. hoc autem dicit Hegio poſteaquam peruenit ad Soſtratam. Ego conueniam .i. alloquor Mitionem ſi eſt apud forum,an vænale,an cauſarum incertum eſt,atque narrabo.i.recitabo,ordine .i. per ordinem,vt .i. quomodo, res geſta eſt.i.totum negocium proceſſit. Si ipſe Mitio eſt facturus.i.facere velit,vt.i.quòd officium ſuum ſit.i.debitum ſuum conſtet, apparet extet,faciat id ſupp. quod petam, ſin .i. ſed ſi, ſententia eius, Mitionis eſt aliter de hac re, ita vt non velit parere petitis. reſpondeat mihi.i.det mihi reſponſum,vt ſciam. quamprimum.i.citiſſime,mature,quid agam.i.quid agere debeam ſi vis etiam, ſubiunge quamprimum verbo agam.

LATOMVS.

BONO animo) Oeconomi ad futurum congreſſum ſenum.

PETRVS MARS.

BONO animo fac) Animos dolentis ſi iuuare non poſſumus,proximum erit,vt conſolatione dolorem quocunque mitigemus, operamq. noſtram in id, quatenus noſtrarum vitium eſt,benigne polliceamur. Quo autem conſolari debeamus,docet Cic.3.Tuſc.Erit igitur in conſolationibus prima medicina, docere aut nullum malum eſſe,aut admodum paruum. Altera eſt,& de communi conditione vitæ,& propriæ, ſi quid ſit de ipſius qui mœreat diſputandum. Tertia, ſummam eſſe ſtultitiam fruſtra confici mœrere, cum intelligas nihil poſſe profici.

GLAREANVS.

BONO animo fac ſis Soſtrata, & iſtam quod potes) Hic quidam ſcenam quintam ordiuntur. At Don.ait, ſex hos verſus in quibuſdam non eſſe. Verſu ſecundo, Fac conſolere legẽdum,& d,in apud elidendum,niſi creticum loco quinto eſſe velimus. In 4. Si corripitur, non eliditur. In 5. Eius monoſyllabum. In 6. Mihi monoſyllabum totum eliditur.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Probi adoleſcentis ingenium,moreſq; hac ſcena exprimuntur. Syrus Cteſiphonem inſtituit, quemadmodum reſpondere debeat patri. Initio ſcenæ oſtendit non raro contingere,vt filij optent parentum abſentiam, ſi quando ſolutius viuere,ac genio indulgere ſtatuerint.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic formidoloſus & verecundus adoleſcens inducitur, qui patrem ſuum Demeam ruri diutius remanſurũ exoptat,quo lætius interim genio indulgere poſſit. Deinde ſimplex ipſe Cteſipho,quid patri reſpondeat,à callido Syro inſtruitur : qui paternum quoque erga ipſum, credulum ac facilem animum,eidem Cteſiphoni non ſine ſalibus exploratum reddit.

Tetra

Tetrametri Iambici, Trochaici quibuſdam admixtis. Dimeter vnus.

CTESIPHO, SYRVS.

IN' patrem hinc abijſſe rus? s. iam dudum. c. dic ſodes. s. apud Villam eſt. nunc eũ maxume operi sali quid facere credo. c. vtinam quidẽ. Quod cum ſalute eiu' fiat, ita ſe defatigarit velim,

Vt triduo hoc perpetuo electo prorſus nequeat ſurgere.

s. Ita fiat, & iſthoc ſi quid potis eſt rectius. c. ita. nam hunc diem

Miſere nimis perpetuũ, vt cępi, cupio in lętitia degere,

Et illud rus nulla alia cauſſa tam male odi, niſi quia

Prope eſt: quòd ſi abeſſe longius,

Prius nox oppreſsiſſet illic, quàm huc reuorti poſſet iterum.

Nunc, vbi me illic non videbit, iam huc recurret, ſat ſcio:

Rogabit me, vbi fuerim: quem ego hodie toto non vidi die.

Quid dicam? s. nihil ne in mente eſt? c. nunquam quidquam. s. tanto nequior.

Cliens, amicus, hoſpes nemo eſt vobis? c. ſunt: quid poſtea?

s. Hiſce opera vt data ſit. c. quæ non data ſit? non poteſt fieri. s. poteſt.

c. Interdiu: ſed ſi hic pernocto, cauſſæ qd dicã Syre?

s. Vah, quàm vellem etiam noctu amicis operam mos eſſet dari.

Quin tu ocioſus es: ego illius ſenſum pulchre calleo.

* quaſi Cum ſeruit maxume, tam placidum, * quàm ouem, reddo. c. quo modo?

s. Laudarier te audit libenter: facio te apud illũ deũ:

Virtutes narro. c. meas? s. tuas, homini illico lacrumæ cadunt,

Quaſi puero, gaudio. hem tibi autem. c. quidnam eſt? s. lupus in fabula:

c. Pater ne eſt? s. ipſius. c. Syre quid agimus? s. fuge modo intro: ego videro.

c. Si quid rogabit. nuſquam tu me: audiſtin'? s. potin' vt deſinas?

DON.

IN' patrem hinc abijſſe rus?) Hic oſtenditur timidas boni adoleſcentuli, & verti * ſe ad peccandum ex delicti conſcientia, & reuerentia parentis apparet. Item mos verorum patrum circa filios, Syro Demeam deſcribente. [Ain' patrẽ hinc abijſſe rus?) Compendio oſtenditur quid ſit iam locuturus Syrus. [Nunc eum maxume aliquid operis facere credo) vide quaſi ἰδίωμα verborum Syri eſſe, de opere loqui. ſic. n. dicit & Demeæ, ſed illud, falſo: hoc ſerio. [Vtinam quidẽ) Apud villam ſit, ſubaudiendum, & diſtinguendum ante q̃ infertur quod ſequitur. [Quod cum ſalute eius fiat) hoc non eſt odiſſe patrem, ſed tm̃ timere ex proprio delicto. ſeruatur. n. in eo & amor filij, & amoris effectus. [Vt triduo hoc perpetuo) Quantum ſufficiat amatori. etenim non opus erat Perpetuo dicere, ſi Triduum dixiſſet. [Et iſtoc ſi quid potis eſt rectius) Deeſt addi. nam ſi mortẽ ſignificaret, non conueniret adoleſcentem ita dicere. vr̃ enim plus temporis optaſſe languori. [Nam hunc diẽ Miſere nimis cupio) Moriatur. ſ. & ad hoc aduerſus ſeruũ debet dicere, ne indecoꝝ adoleſcentis perſonæ ſit hæc ita dixiſſe, quãquã ſ eiuſmodi adoleſcentes inducant comici. vt Næuius Tribaſ lo, Deos quæſo vt adimant, & patrem, & matrem meos. [Miſere nimis cupio) Nimis abundat, more comicorum, qui hoc dicto aſſeuerationem inculcabant. [Cupio, vt cœpi, perpetuum in lætitia degere) Qui & ſupra dixit, Ita quæſo qñ hoc bene ſucceſſit, hilarem hunc ſumamus diem. [Et illud rus nulla alia cauſa tam male odi) Mire oſtendit omnia ex delictis in prauum verti, adeo vt miſeram putet adoleſcens ſuburbanam villam, qua re ceteri delectantur. Illud ergo tanq̃ cum deteſtatione dixit, & Male, & nimis vt miſere. nam nimium, & malum miſerumq̃. eſt ſecundum illam ſententiam Ne quid nimis. [Quòd ſi abeſſet longius) Amori magis, q̃ rei conſulit adoleſcens. [Iam huc recurret) Mire de ſene, recurret dixit, vt eius inſtantiam demonſtraret. [Nihil ne in mente eſt?) Sic hoc accipiendum eſt, vt adoleſcenti libero malitiam putemus, non ſapientiam deeſſe, adeo in hac re magiſter eſt ſeruus. [Tanto nequior) Sic hoc dictum eſt, vt è contrario dicimus, Tanto melior. [Nunq̃ quidquam) παρέλκον, pro nunq̃. i. non. [Cliens, amicus, hoſpes nemo eſt vobis?) Vide magiſtrum ad nequitiam, vt ſimplici adoleſcenti mentiendi viam demonſtret, & honeſtum tentet afferre argm̃ ad mẽdacium pp clientem, amicum aut hoſpitem in vrbe ceſſare viſum, quod tamen nec ſic intelligit rudis ac ruſticus adoleſcens. [Cliens, amicus, hoſpes nemo eſt vobis?) Mire ſic interrogauit, vt q agreſtes inhumanosq. repræhendat, & inſociabiles alijs, pp aſperitatem ruſticis ſenis. [Hiſce opera vt data ſit) A ſuperiore ſubaudiatur, Veniat in mentẽ. i. cogita dari potuiſſe, & datam dicito. [Quæ nõ data ſit?) Hic de facto quæſtio eſt. in qua quidem diſputant quædam tunc poſſibilia intelligi, qñ facta ſint. cũ aũt non fiunt non modo non fieri, ſed ne poſſibilia qdem eſſe dicẽda. qui locus περὶ ἀδυνάτων dr̃. [Poteſt) Iterꝝ ſubauditur, Fieri vt data ſit, vel credatur data. [Interdiu) Bene, qa amatori maxime nocte opus eſt. [Vah, q̃ vellem ẽt noctu) Hoc vtriuſque perſonæ conuenit, ſed melius, & Syro, & facetius dr̃. & quidam totum Cteſiphoni aſſignãt ab vſque Interdiu. Et q̃ vellem, proprie dicimus in his, quæ nõ videmus fieri. Bene igitur deficiente argõ, cum aliud non inueniret, in vota conuerſus eſt. vnde vñr magis hæc verba Cteſ. eſſe. [Calleo) Callide ſcio. [Cum ſeruit maxume) Tertia coniugatione dixit, vnde feruere dr̃ correpta media ſyllaba. [Quo modo?) Miratur, quia timet eum quem iſte contemnit. [Laudarier te audit libenter) Quod à Demea dr̃, in oẽs parentes dici puta. nam nemo tam aſper eſt pater, vt nõ ſtatim miteſcat laudato filio. [Virtutes narro) Non dicit elegantem in dolem, ſed virtutes. Virtutes aũt ſunt perfecti ſapientis vel diui alicuius. Et bene cum ſtupore reſpondent Meas? oſtendens, q̃ nullæ eſſent. [Meas? S. Tuas) Cũ geſtu pronunciare debemus, vt intelligatur irriſio. [Quaſi puero, gaudio) Deeſt præ: vt ſit, Præ gaudio. [Lupus in fabula) Silentij indictio eſt in hoc prouerbio, atque eiuſmodi ſilentio vel in ipſo verbo vt ipſa fabula conticeſcat. Quia lupum vidiſſe hoies dicimus, q̃ repente obmuerint. quod ferè ijs euenit, quod prior viderit lupus, vt cũ cogitatione in qua fuerint, ẽt voce, & verbis careãt. Sic Theocritus, ὄφις ἐγρήγορεν, λύκος ἐφάνη. Et Virg. Vox quoq; Mœrin. lã fugit ipſa, lupi Mœrin videre priores. Alij putant ex nutricum fabulis natum, pueros ludificantium terrore lupi paulatim * Capua venientis vſque ad limen cubiculi. Nam falſum eſt quod dr̃ in teruenisſe lupum Neuianę fabulæ alimonię Remi, & Romuli, dũ in theatro ageretur. [Fuge modo intro) Nõ dixit I, vel abi, vel vade, ſed fuge, tãta celeritate opus eſt. [Si quid rogabit, nuſquã tu me) Magna virtute Terẽt. rudem, ſimplicem, timidumq̃. inducit Cteſiphonẽ ab initio, vt is ſit qui mox opprimeretur cũ meretrice accũbens, interuentu patris, ob imprudentiã ac ruſticitatem ſuam. [Nusq̃ tu me) Familiaris ἔκφρασις, & apta properãti. quare hæc oia preſſa voce cũ celeritate pronuncianda ſunt.

* à cauea

AIN' patrem, &c.) Hic adoleſcentis reuerentia in patrem oſtenditur timentis ne factum ſuum à patre Demea deprehendatur, & tandem in iram pater exeat, atq; prorumpat. CT. O Syre, Ain'. i. dicis ne patrem. ſ. Demeam, abijſſe. i. diſceſſiſſe, hinc .i. ex hoc loco rus. i. in agrum, in villam, ad opus. S. Iam dudum. i. multa ante tempore abijt rus, q. d. eſt longum tempus ex quo abijt. C. Dic ſodes. i. ſi audes, q. d. dic affirmatiue, & pro certo. abierit nec ne. S. Ipſe pater eſt apud villam. i. apud domũ agreſtem, q. d. iam ruri eſt, & in prędio. autem. i. ſed. nunc credo eum maxume facere aliquid operis. i. puto cũ nũc maxume aliquid operari. C. Quidem. i. certe. vtinam ſit ſup. apud villam, ita vult Don. Deinde ſubiunge. velim ſup. patrem ita defatigari .i. dilaſſari. quod tamen. ſ. defatigari fiat cum ſalute eius. i. ita tamen, vt non moriatur ex illa defatigatione. Alij habent defatigarit. i. velim q̃ pater defatigarit ſe operando, quod tñ fiat cum

GVID.

salute sua ita, vt inde .i. ex languore illo mors non sit secuta, vt prorsus .i. omnino, nequeat .i. non possit, surgere è .i. ex lecto, hoc triduo perpetuo .i. intra hoc triduum sequens perpetuum .i. continuum ita vt his tribus diebus sequentibus continuis è cubiculi nequeat exurgere. S. Ita fiat .i. ita efficiatur vt optas. & optantis est hoc dictum. Etsi q.d. si aliquid, rectius .i. apertius cõmodius tibi, istuc .i. isto triduo puta quatriduum, autem etiam plus temporis. potis est .i. potest, seu potens est addidi supp. dici Don. fiat inq, vel addatur, vbi potis est capiendum simpliciter pro potest. alioquin pote est foret dicendum, cum præcedat substantiuum neutrum, nisi ponatur genus pro genere, sitque synthesis, cuiusmodi est, Triste lupus stabulis, anser fœta. C. Ita .i. eo modo. fiat inq, ad optas. nam cupio nimis misere .i. nimis vehementer, aut nimis infeliciter, & in miseriam meam, degere .i. viuere. seu agere transigere, aut traducere, hunc diem in lætitia, vt .i. quemadmodũ cœpi .i. incepi, & nulla alia causa .i. pp nullam aliam causam, odi .i. odio prosequor, tam male .i. tam valde, tam vehementer, illud rus .i. illam villam suburbanam, nisi quia illud rus est prope vrbem .s. hic tamẽ prope est aduerb. sed addito casu est præpositio. quod, pro sed. vel quod rus si abesset .i. remotum esset, longius nox oppressisset .i. quod dici solet, cepisset eum illic .s. ruri quàm posset reuerti iterum .i. denuo. huc in vrbem ad me quærendum. Nunc non significat ibi tempus, sed ostendit conuersionem ab alio dicto ad aliud, vbi .i. quando, ille pater non videbit me illic .i. ruri, iam .i. tunc, recurret .i. celeriter redibit huc, sat .i. satis scio hoc est pro certo scio, & non ambiguo, quin sit recursus, rogabit .i. interrogabit me vbi fuerim, quem patrem ego non vidi hodie, toto die .i. die integro, & contra. quem pater hodie non vidit me. Quid dicam? id est q.d respondebo. S. Ne .i. vtrum, nihil est in mente, hoc nihil responsionis residet in mente tua? C T. Nunquam .i. non. quidq, est in mente, vel sit parcon vt vult Don. S. Et tanto nequior .i. deterior, quanto .s. minus habes scientiæ, & cautelæ, q, tibi possis cauere. Vel tanto es nequior .i. tanto minoris momenti, quanto minus habes cautionis. Nemo .i. nullus est vobis (alij nobis) cliens .i. cuius causa sit defendenda, & tutandę partes sint. Nam cliens est qui opera patroni, seu aduocati egens eum sequitur, vt sua ab eo causa defendatur. In clientela. P. Vatinius ad Cic. P. Vatinius cliens ad te venit q, pro se causam dicere vult. Nemo inquam est vobis amicus .i. necessitudine iunctus, cuius amicitiæ venia danda est, & mos gerendus nemo vobis hospes .i. amicus externus. Vnde hospitium dicitur ius amicitiæ, quod est inter amicos externos, qui externa loca peragrantes solent alij alios amice in hospitium recipere. C. Sunt clientes, amici, & hospites. quid postea? id est quid inde vis deducere si tales adsint nobis. S. Dic patri roganti te vbinam fueris, vt .i. quòd opera data sit à te .i. quòd tu incubueris, & intenderis (vt ita dicam) tota die hisce .i. talibus amicis, &c. C T. Non potest fieri, vt supp. opera veniat in mentem, quæ opera non sit data, vel non potest fieri, vt opera credatur sup. data, quæ nõ fuerit data. S. Potest fieri inquam vt credatur data, quæ data non fuerit. C. Fateor sup. quòd potest opera credi data, quæ data non fuerit interdiu .i. de die, vt ita dicam. Nam inter diu, & diu pro de die idem significant. Quidam tamen dicunt interdiu significare iter medij diei tempus quod non impedit, quin aliud significet vna cum illo, sed si pernocto .i. si permaneo hic tota nocte, neq, domum redeam. quid causæ .i. quam excusationem dicam. S. Vah, interiectio ridentis .i. deridentis, quàm .i. quantum vellem, q.d. multum. vt etiam mos esset operam dari, amicis, etiã noctu .i. tempore nocturno, non solum interdiu, & hoc sermone ridet adolescentem non malitiosum. quin .i. cur non. est otiosus .i. securus, sine cura, nam ocium capit pro securitate. vel otiosus à metu .i. sine timore. ego calleo .i. callide, & optime cognosco sensum illius patris tui, pulchre .i. optime noui mores eius, quod dicunt conditionem suam, vel pulchre noui eius animum, seu mentem. quin .i. quando feruet, vel feruit. nam & seruo es, & seruo is dicimus. quando ergo feruet maxime .i. maxume, & vehementer excandescit, & æstuat ira, nec iniuria. Nã ira est ebulio sanguinis circa cor. Reddo .i. efficio illum patrẽ, tam .i. tantum, placidum .i. tranquillum, quietum, pacatum, mitem, quàm .i. quantum redderem ouem, vel videmus ouem placidam, & mitem. C. Quomodo? id est qua ratione ita mitigas, cum admiratur. S. Pater audit libenter te laudari facio te Deum apud illum patrem .i. extollo te laudibus ad cœlum vsq; ac si laudare, Deum narro virtutes. C. Admiratus, quòd cum nullæ essent virtutes in se, tamen narrentur à Syr. dixit. Narras virtutes meas an alterius. S. Narro inquam tuas virtutes. illico .i. statim. vt sum in narratione tuarum laudum. lacrumæ cadunt homini .i. patri tuo, quasi .i. tanquam caderent puero, q, facile prorumpit in lacrymas, & cadunt illi non præ tristitia, sed gaudio .i. præ nimia gaudij abundantia. & hæc dicens sensit venire Demeam, tuncque prorupit in hanc vocem. Hem, interiectio dolentis de inopinatu aduentu patris. autem .i. sed tibi Ctes. tacendum est sup. aut delitescendum. aut aliquid tale. est enim eclypsis vel apoliopesis. C. Quidnam est .i. quid est quod vides, propter quod ita commotus. S. Lupus est in Fabula .i. tacendum est, hoc enim prouerbio silentium inducitur. nam homines, qui repente obmutuerunt lupum vidisse dicimus, propter ea quòd ferè euenit his hominibus, quos prior lupus viderit, seu anhelitu suo fœtido concusserit, vt obtumescant, & rauciant seu rauci efficiantur vsque ad eo vt clamare nequeant. neque lupum voce sue abigere. Virg. in Buc. Vox quoque Mœrin ipsa fugit, lupi Mœrin videre priores. C. Ne .i. vtrum pater aduenit sup. S. Ipsus .i. ipse pater ad est inquam, seu aduenit. C. Syre quid agimus .i. quid facimus vt huic periculo me deamur. S. Modo .i. tantum modo fuge intro .i. in domum, in qua est recondita puella, ego videro .i. experiar euentum, vel potius ego videro .i. permitte mihi totum negocium, sustinebo aduentum patris, & iurgia, & est, quod dici solet vulgo, dimitte mihi facere, vel etiam est id, quod dicunt inepte, reporta seu refert te mihi. Nam vbi dicunt, Refero me tibi iam diximus esse dicendum, tu videris. sic etiam vbi dicunt, Refert te mihi, dicendum est, ego ipse videro. C. Si quid .i. si aliquid rogabit .i. petet, de me .s. & est eclypsis familiaris festinanti. similiter, & in eo quod sequitur. si rogabit aliquid, dic sup. quòd tu nusquam .i. in nullo loco vidisti sup. me, vel aliquid tale. Audistin' .i. audiuisti ne. id, quod tibi dixi. S. Potin' .i. vtrum potis es, seu potes efficere sup. vel imparare tibi vt desinas .i. desistas, cesses loqui, & inculcare verba mihi ex paucis facile intelligenti.

ARGVMENTVM) Solicitus Ctesipho timet aduentum patris, & à Syro confirmatur. estq. hæc adhuc periculi eius protasis. [Vtinam quidem) Faceta optatio amantis, non improba, tamen, ne patrem odiose videatur. [Oppressisset) Odiose pro deprehendisset. [Nunquam quidam) Attende tarditatem Ctesiphonis, vt qui ruri potius quàm in vrbe consueuerit. [Cũ feruit) Feruit tertia coniugatione. [Lupus in Fabula) Prouerbium de eo, qui mentioni sui inexpectatus interuenit, & est silentij indictio. LATO.

AIN' patrem hinc) Metuentis patrem, & propterea peccare non audientis timiditas filij hac scena exprimitur. Et quamuis hoc animo obsequiosi filij officium non est, tamen multo satius est ita animatum esse, quàm omni verecundia postposita patris præsentia nihili facere. Plato inter rationes, quæ possint liberos ad obsequium impellere, duas præcipue refert, metum .s. & vtilitatem, quas tamen in tantum abest vt probet, vt quasi indignans ingenuo adolescente ducat, & amorem liberalem omnibus, anteponat, quo .s. summa, & naturali affectione patris iussa imperiaque, imò, & nutus omnes libenter obeant, non vtilitatis spe aut metus gratia. Exprimit præterea hæc scena parentũ affectum singularem, qui quoties laudes, & encomia liberorum suorum audiunt, præ maximo gaudio lætitiaque vix à lacrymis temperare sibi possunt. Nihil si quidem in hac vita iucundus, nihil gratius contingere potest parẽtibus, quàm si liberos propter probitatem, honestatemq. celebrari intelligant. [Cum feruit maxime) Nonius ait feruit, pro feruet. Virg. Aen. lib. 4. Iam littora feruere flammis. [Lupus in Fabula) Hoc est, is adest, de quo sermo est. & propter quem tacere necesse est. PETR. MARS.

VERSVS sunt iambici tetr. acat. Sed admodum miror in omnibus quotquot nos vidimus lib. primos duos corrupte legi. Nec quenquam esse qui eos ordinasse curet, imò trochaicos immixtos iambicis clamant, vt lectori tenebras offundant tota hac scena. Igitur primos duos versus ex lib. vetusto sic legendos existimamus. GLAR.

Ain' tu patrem hinc abijsse rus? S. iandudum. C. dic sodes. S. apud
Villam est. Hunc maxume operis aliquid facere credo. C. vtinam quidem.

Pro Hunc, alij Eum, legunt, sed nihil refert. alij ẽt Nunc, post Aliquid hñt ii, s, in Operis elidunt. Et bene vtroque modo habet carmen. In 3. versu, Eius monosyllabum est. In 4. s, in Prorsus eliditur. In 6. proceleusmaticus est primo loco. Octauus dimeter est, & solus, sed varie legitur Vetustus lib. ita, Tam propè est, quod si abesset lõgius. Atqui sic nõ erit iambicus, sed initio trochaicus, deinde cauda iambicus. Quòd si Si coniunctio lõga

elicet,

esset, ac non elideretur, erat versus timeter trochaicus catal. quales aliquoties intemiscet. Verum alij initio Tam abiecere, neque tamen carmen sanarunt, fortassis, & Quod abijciendum. Nam sic verere dimeter iambicus acat. fuerit ad hunc modum.

Propè est, si abesset longius.

Lector quod placuerit sequatur certe sensus absque Quod constabit. in 9. iambicus loco primo, & verbum Possit legendum ante verbum Reuerti, & in fine vel tribrachys est loco iambi, quod admodum rarum est, vel e, elisо iterum legendum. In 10. Me, corripitur sequente vocali in eliditur. In 6. à fine vel Quã non eliditur, sed corripitur, vel Quasi legendum, vt quidam Prisciani lib. habent. admonuit hoc etiam Ioan. In 4. fine anapæstus est loco tertio, & Meas, & tuas dissyllaba. In antepen. proceleusmaticus est loco primo. In pen. legendum, Pater ne est? Deinde si legatur, Ipsus est, s, in Ipsos, eliditur.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Queritur Demea quòd fratrem non repererit: Idem à Syro deluditur, locum in quo sit frater bifariam describente.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena primum Demea de fratre non reperto conqueritur. Is deinde rursum à Syro quam versute deluditur. Postremo idem ille Syrus longis ambagibus locum in quo Demeæ germanus existat, abstruse ac bifariam describit. Hic exemplum quoque proponitur, neminem facilius, quàm optimum quenque ac facilem ac simplicem falli atque deludi.

Trochaici Tetrametri, admixtis Iambicis quibusdam.

DEMEA, CTESIPHO, SYRVS.

NAE ego homo sum infelix. primũ fratrem nusq̃ inuenio gentium:
Præterea autem, dum illum quæro, à villa mercenarium
Vidi: is filium negat esse ruri: nec, quid agam, scio.

C. Syre. S. quid ais? C. men' querit? S. verum. C. perij. S. quin tu animo bono es:

D. Quid hoc, malum, infelicitatis? nequeo satis decernere:
Nisi me credo huic esse natum rei, ferundis miserijs.
Primus sentio mala nostra: primus resciscо omnia.
Primus porrò obnuncio. ægre solus, si quid fit, fero.

S. Rideo hunc: primũ ait se scire: is solus nescit omnia.

*visam D. Nunc redeo si forte frater redierit, * viso. C. Syre
Obsecro, vide ne ille huc prorsus se irruat. S. etiam taces?
Ego cauebo. C. nunquam hercle hodie ego istuc committam tibi.
Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum est.

S. Age, tamen ego hunc amouebo. D. sed eccum sceleratum Syrum.

S. Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest.
Scire equidem volo, quot mihi sint domini. quæ hęc est miseria? D. quid
Ille gannit? quid volt? quid ais bone vir? hem, est frater domi?

S. Quid, malum, bonè vir mihi narras? equidem perij. D. quid tibi est?

S. Rogitas? Ctesipho me pugnis miserum, & istam psaltriam
Vsque occidit. D. hem, quid narras? S. hem, vide vt discidit labrum.

D. Quam ob rem? S. me impulsore hanc emptam esse ait. D. non tu cum rus hinc modo
Produxe aiebas? S. factũ: verum post venit insaniens.
Nil pepercit. non puduisse verberare hominẽ senem,
Quem ego modo puerum tantillum in manibus gestaui meis?

D. Laudo Ctesipho: patrissas? abi, virum te iudico.

S. Laudas? næ ille cõtinebat posthac, si sapiet, manus.

D. Fortiter. S. perquam, quia miseram mulierem, & me seruolum,
Qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter.

D. Non potuit melius: idem sensit quod ego, te esse huic rei caput.
Sed est ne frater intus? S. non est. D. vbi illum quęram, cogito.

S. Scio vbi sit, verum hodie nunquam monstrabo.

D. hem quid ais? S. ita.

D. Diminuerunt tibi quidem iam cerebrum. S. at nomen nescio
Illius hominis, sed locũ noui vbi sit. D. dic ergo locũ.

S. Nostin' porticum apud macellum hanc deorsum? D. quid ni nouerim?

S. Præterito hac recta platea sursum: vbi eò veneris,
Cliuos deorsum vorsum est, hac te pcipitato: postea
Est ad hanc manum sacellum: ibi angiportum propter est.

D. Quoniam? S. illic, vbi etiam caprificu' magna est: nostin? D. noui. S. hac pergito.

D. Id quidem angiportum non est peruium. S. verum hercle. vah,
Censen' hominem me esse? erraui, in porticum rursum, redi.
Sanè hac multo, proprius ibis, & minor est erratio.
Scin' Cratini huius ditis ædes? D. scio. S. vbi eas præterieris,
Ad sinistram hac recta platea; vbi ad Dianæ veneris,
Ito ad dextram: prius, quàm ad portam venias, apud ipsum lacum
Est pistrilla, & exaduorsum est fabrica, ibi est. D. quid ibi facit?

S. Lectulos in sole illigneis pedibus faciundos dedit,
Vbi potetis vos. D. sanè bene. sed cesso ad eum pergere?

S. I sane, ego te exercebo hodie, vt dignus es silicerniũ.
Aeschinus odiose cessat: prandium corrumpitur?
Ctesipho autem in amore est totus: ego iam perspiciam mihi:
Nam iam adibo, atque vnum quodque, quod quidem erit bellissimum,
Carpam, & cyathos sorbillans paulatim hunc producam diem.

NÆ ego homo sum infelix) In hoc actu exemplũ est, neminẽ facilius, q̃ optimum quenq; falli atq; deludi, vt Virg. ait, Et næ, valde signat, vt, Nę illi vehementer errant. Cic. in Catil. Nę ego homo sum infelix) Vide initium cõueniens perpetuo mœrori Demeæ, per totam fabulam, aut disperij dicit, aut defessus sum, aut aliquid tale semper quod quęratur, ita tamen, vt cum augmento sit miseria, quotiescunq; pro esserit. nam plus est quod nunc dixit, Næ ego infelix homo sum, DON.

sum, quàm disperij. [Nusquam ingenio gentium) abundat gentium. [A villa mercenarium vidi,) Sapientissime Terent. etsi proxima villa est, necessario senem ad reliquos actus fabulę noluit ab vrbe discedere, personæ senilis memor. nam & arduum fuerat, dum redit, & cruciabile, ne fatigatio eius in tragœdiam transiret. Recte igitur inuenit mercenario illi in vrbe narratum ruri non esse Ctesiphonem. aut vbi persona est adolescentis, & proficiscitur ad villam, & continuo redit. vt in Eun. Phædria. vt à villa; vtrum à pro depositum est, vt sit, de villa? an deest venisse, vt sit, à villa vidi venisse mercenarium? [Ne quid agam scio) vtrum fratrem an filium magis quæram. nam senex querulus tria dicit esse incommoda sibi, q fratrem non inueniat, q Ctesipho ruri non sit, q vtrum in vrbe maneat, an ad villam obeat, ipse nesciat. [Verum) Modo verum, nomen non est, sed aduerbium confirmantis. i. vere. [Perij) Hæc Ctesiphonis perturbatio huc tendit poëtæ arte, vt deprehendatur cum amica filius, repente ingresso sene. [Quin tu animo bono es?) Nunc quin, qui quinimmo positum est. [Quod hoc, malum, infelicitatis?) Abundat malum. [Quid hoc, malum, infelicitatis?) deest deos testor. [Quid hoc, malum, infelicitatis?) Hic autem Malum, pro interiectione positum: & est dictum, quasi, ò malũ, & est dictum anxij hominis, & perturbati nimis. [Nisi me credo) Pro, nisi quia iam supereſt, vt me credam, hic enim sensus est in huiusmodi locutione, Nisi me credo huic esse natum rei. [Nisi me credo huic esse natum rei) Noua locutio, pro, Nisi quia credo. Et huic rei, potest subtrahi, incolum sensu: vt, Nisi me credo natum esse ferendis miserijs. Ergo, huic rei subdistinguendũ & sic inferendum, ferendis miserijs. Ergo, huic rei, pro ad hanc rem. [Primus sentio mala nostra, primus resciſco omnia) πάνυ φορά. [Primus sentio mala) Ridiculus error Demeæ. Et Primus, ad ordinem: Solus, ad numerum dicitur. [Primus porrò obnuncio) Qui malam rem nunciat, obnunciat, qui bonam annunciat. nam proprie obnunciare dicuntur Augures, qui aliqd malis omnis sæuumq. viderint. Ergo, obnuncio malum immnens, quasi omen nuncio. inde enim ἐτυμολογία huiusce verbi est. [Aegre solus, si quid est, fero) Praue scilicet. [Is solus nescit omnia) Et bene Solus, vtpote de multis, quia cum sciat Mitio, Syrus, Aeschinus, Ctesipho, populus, hic solus fallit. [Si forte frater redierit. viso) Pro, si redijt. [Huc prorsus se irruat) Neutrum verbum, quasi actiuum se irruat, posuit. [Vide ne ille huc) Iam metuitur quod futurum est. Et cum neutrum si irruat, noue intulit se. Præterea sic dixit irruat, tâquam de eo qui pugnaturus sit. vt in Eun. Quam mox irruimus. Aut tanquam de sue. vt Horat. Hac lutulenta ruit sus. Et Virg. Ipse ruit, dentesq. Sabellicus exacuit sus. [Etiam taces?) Antique pro tace. Sic in And. Etiam tu hoc respondes? pro responde. [Est ergo correptionis significatio. [Hodie ego istuc committam tibi) Quod ego iam. i. complexum mulieris. [Nam me iam in cellam aliq cum illa concludam) Id egit stulte adolescens, vt ibi deprehendatur, vbi conclusus est. sed sic ipse egit, vt posſit subterfugere non deprehensus, conspectum patris. [In cellam aliquam cum illa) legitur figuratiue: vt dicimus in locum, pro in loco. In cellam concludam, non in cella, ait. Et mire, vt recluſum totumque locum subiret, cellam. s. quam ob ea quæ in ipsa celantur, clauſam esse conueniat nam, & cella, & cellarium, a reponendis celandisque rebus esculentis, & poculentis dicitur. [Age, tamen ego hunc amouebo) Mire amouebo, dixit: non, deterrebo. nam proprie amouetur saxum de loco: in quo verbo, significat imminere sibi magnum laborem in hoc opere. Et vide ἀῶσαιν. Supra, vt pecudem abigam hunc rus, dixit, Vt saxum amouebo, inquit. [Non hercle hic quidem durare quisquam, si sic fit, potest) Nimis moraliter expressa sunt serui verberatum se indicantis. quis non ex verbis, seruum verberatum intelligat? & seruum recens verberatum? & seruũ fugam comminantem? Mire autem, non ego, sed quisquam dixit. nec permanere, sed durare, nam hoc verbum perferendis malis conuenit. Vt Virg. Durate, & vosmet rebus seruate secundis. Hæc autem omnia sic dixit, quasi non videat Demeam. [Quot mihi sint domini) Et hic apparet non à legitimo domino verberatum esse. [Quæ hęc est miseria) Deest, quam patior. & quasi comploratio quædam est flebilis post querelas. [Quid ille gannit?) Gannitus est proprie veluti ploratus vapulantium. [Quid, malum) Et hic malum, pro interiectione abundat. [Ctesipho me pugnis miserum & istam psaltriam vsque occidit) Mire interiecit miserum, & necessario, vsque addidit: vt ostenderet Occidit nimiæ cædis verbum, non occisionis intelligi oportere. [Vsque occidit) Prope occidit: aut, vsque, pro valde est, occidit, pro vehementer cecidit. Nam occidere, & per occidere, ad cædem referebantur apud veteres. [Vsque occidit) ἀληθινῶς non enim occisus loquitur. [Hem, vide vt discidit labrum) Non ostendit, sed videtur ostendere seni parum iam videnti, & intro os. [Hem, vide vt discidit labrum) Asper mediam longam à cædendo accipit, ego mediã breuem à scindendo. [Non tu eum Rus produxe aiebas?) Mire Terentius eos ipsos, qui falluntur, ex aliqua parte cautos facit, vt eo delectabilius spectatoribus procedant doli nanque gratia est, aut delectatio non stultissimum falli. [Non tu eum rus hinc modo produxe aiebas) Memoriter senex non solum quid dixerit Syrus paulo ante, sed quibus verbis dixerit, refert. nam sic dixerat, Quem egomet produxi. [Verum venit post insaniens) Supra, Produxi iratum admodum. nunc αὐξητικῶς non iratum prædicat, sed insanum. [Nihil pepercit) Vt supra, Nihil reticuit, sic dicimus in his quæ præter expectationem gesta sunt. [Verbe rare hominem senem) Miserum fit de ætate id, quod de conditione non poterat. [Quem ego modo puerum tantillum, in manibus gestaui meis?) Addidit ætati inuidiam, & meritũ rem cens. hoc est enim quo dicit, modo. Et tantillum, ἀληθινῶν est. videtur enim manu fingere, quàm paruulum. [Laudo Ctesipho, patrissas) Facile inductus est senex varietate fraudis, & doli. nam Syrus, & supra, vt laudans, non vt vituperans Ctesiphonem. & nunc, vt accusans, idem perficit atque persuadet. [Patrissas) αὔξησις. nam, vt supra dixerat, Spero. est similis maiorum suorum, hic confirmat quod sperare se dixerat. [Et virum te iudico) Inquit, non, adolescendum. hoc enim ad ætatem, & probitatem, non ad sexum, refertur. [Patrissas) Attende, quam bene inuentum sit inanem se dicere. non ne videtur ibi stultissimus, cum huiusmodi laude non modo se non laudare velle, quod odiosum est, sed etiam filium apud intelligentes vituperare videatur? si quidem non solum hic stultus, sed etiam ille, quia patrissas, inquit. [Patrissas) Tam securus est, vt se laudet. Et Abi addidit, q.d. Non est quod iam demorer, perfectus es. [Laudo Ctesipho) Hic totus versus mire dolosum ostendit senem. [Næ ille continebit posthac, si sapiet, manus) Comminatio est subtilis. & parcior, velut serui. [Perquam) Nimis ἐφωνέα. [Et me seruulum) Oratorie, non seruum, sed seruulum, cum sit senex. [Non audebam) Non poteram. [Hui, perforiter) Hoc, gestu seruili, & nimis leuiori personæ congrue dictũ est. [Non potuit melius) .i. laudo te Ctesipho, & decet, fieri. [Idem quod ego) .i. patrissas, virum te iudico. [Sed est ne frater intus?) Deest, respondes: vt sit, responde. [Verum hodie nunquam monstrabo) Volens senem auidius quærere, quòd hic ardor semper paratissimus credentes etiam fallit, ei fingit se nolle dicere. Hodie autem aut abundat: vt, Nunquam omnes hodie moriemur inulti. aut, nunquam hodię, pro, nullo tempore huius diei. quia, nunquam, p se generale est. [Diminuetur tibi quidem iam cerebrum) Comminationis genus verba ipsa indicant, vt appareat senem baculum sustulisse. [At nomen nescio illius hominis, sed locũ noui vbi sit) Recte, quia si hominem diceret, non erat errandũ agnita persona hominis, & vbi habitet cognito. si notus esset, nulla causa quærendi supereſſet. [Dic ergo locum) Dic ergo, quasi inuitum coëgerit. Ergo, semper addimus, vt hortemur tarde quid facientes. vt Virg. Ergo age, care pater, ceruici imponere nostræ. [Nosti ne porticum apud macellum?) Conuenit rustico, & parcissimo seni macellum in vrbe nescire. & ideo sic interrogatur à seruo. [Hanc deorsum) Bene, hanc deorsum, quia non est vna. [Hac recta) Proprie, hac parte, vt manu viam ostendere videatur. [Quid ni norim?) Correptiue, quid ni? pro quid nisi? Etenim quamuis rusticus, tamen est ciuis Demea. [Vbi eo veneris, cliuos deorsum vorsum est, hac te præcipitato) Hoc lentius. quidam clarius legunt, vt sit, præcipitato, cito descẽde. [Ad hanc manum) * dicitur, in quo non permanet certum dextrum, nec certum sinistrum, & ideo proficit in errorem. vult enim seruus hæc signa esse perplexa. [Est sacellum) Vt Varro ait, sacra cella est. [Propter) Probe. vt Virgil. templum de marmore pœnam. Propter aquam. Et Lucr. Propter aquæ riuum sub ramis arboris altę. [Vbi etiam caprificus magna est) In hoc Homerum imitatus est, qui dicit caprificum prope Troiana mœnia constitutam. [Hac pergito) Non ito, sed quia longum est, pergito. [Id quidem angiportum,) Id est angusta, & curua via quasi anguiportus: vt angitia, aut anguitia. Alij, quòd inter portus sit locus angustus, hoc est inter domos. Nam domos, vel portus, vel insulas veteres dixerunt. Et obserua Terentianam consuetudinem, in qua inducit nonnihil sapere eos qui falluntur. [Censen' me hominem esse? errarui) Calliditas est maxima, deprehensum mendacium non defendere,

fendere, sed fateri: vt opinionem simplicitatis acquirat. Videsigitur vt ipse sibi succenseat, tanquam imprudens errauerit, nō dolosus impulerit interrogantem. Et mire se negat hominem, tanquā homo corde sit, non corpore. [Sanè hac multo propius ibis) Quasi errasse profuerit illa via. Et sanè pro satis, ac valde, quia qui sanus est, idem, & validus. [Miror est re ratio) Erratio, est pecudum: Error, animi est, & loci in quo erratur. [Cratini huius dicis ædes?) Congrue nomen inuenit diuitis Cratinus, ἀπὸ τῆς κράτους .i. à potentia. [Ad sinistram hac) Deest, ito, figura ἔλλειψις. [Vbi ad Dianæ veneris) Sic absolute dicebant, non addito templo. Salustius, Ad Iouis mandem nostra. [Priusquam ad portam venias) Portam dicendo, ostendit vsque ad muros finemq. ciuitatis erraturum Demeam. Porta autem, ab aratro portando dicta est, qp in eo loco coloniæ deductor, & conditor subiunctis vaccæ, & tauro, aratrum, quo vrbem designat, suspēdit manu, ne imprimat sulcos, vbi ciuitatis aditus relinquendi sunt. [Apud ipsum lacrum) Credibiliter addidit lacrum, nā Varro docet semper lacum portis additum .s. ob vsum iumentoꝝ exeuntium, & introeuntiū, præterea vt aduersum hostilem ignē portis de proximo subueniretur. [Est pristilla) veteres absolute dicebant pistrinum, vt sutrinam, & medicinam, ad tabernam referentes. nam pristino pistrina non conuenit. Et simulata diminutiua diuersa sunt à genere nominum primæ positionis, vt Rana, ranunculus, veterana, vt est in his scutum, scutella, canis canicula. [Lectulos in sole iligneis pedibus iaciundos dedit) In vrbe conuiuium, aut sole, aut in vmbra, pro conditione temporis instituebatur. Repente igitur interrogatus, quòd minime opinabatur quæ quæsiturum senem, arripuit statim lectulos. Et quia potuit senex dicere, Mentiris, nam habet lectulos: eddidit ex tempore, in sole. Et ne eos quoque habere diceret, addidit, ilignеis pedibus faciundo. sed hoc, gestu actoris adiutum est quasi eodem tempore seruus quærat quid dicat, & respondeat. [Vbi poteris vos) Incerta persona est, nam Syro vel Demeæ hoc dictum iungi potest. [Bene sanè) Hic ἐφωνησις est, non approbatio. [I sanè) Aut abundat sanè, aut inferioribus iunguntur. [Silicernium) Cœnæ quæ infertur dijs manibus, qp eum silentes cernāt .i. vmbræ possideant, vel qp qui hæc inferant, cernant, neque degustent. Nam de his quæ libantur inferis quisquis comederit, aut biberit funestatur. Aut erit silicernium senex qui iam iamq. silentibus vmbrisq. cernendus sit, & sic est melius, q vt quidam Xenophanta interpretatur. putat is Xenephanta sic nos Silicernium intelligere, hoc est Silicem cernentem senem, dum incurruns est, vel stratæ saxo viæ, vel sarcophagi iamiam appropinquantis sibi. [Odiose Aeschinus cessat. prandium corrumpitur) ἀναπάστον. deest Et. [Prandium corrumpitur) vt coquus dixit, qui sciat conditionem quandam magis feruentem placere. [Ego iam prospiciam mihi) Iam, interdum significat festinationem, vt nunc. Interdum ad describendum ponitur, & increpandam moram. vt, Iam melior, iam diua precor. Et, Vos quoque pergameæ iam fas est parcere genti, Dijq. deæq. omnes. Et prospiciam mihi dixit, tanquam hoc sentiat, Illi sua agunt negocia, & ego illorum exemplo consulam mihi. Et bene prospiciam, quasi non pransurus, nisi prouidero mihi. [Ctesipho aût in amore est torus) Non potuit plus dici de incondita ac nimia voluptate. [Bellissimum) Proprie bellissimum dixit. vnde, & huiusmodi ad irritandum gulam cibi, bellaria dīr. [Carbam) modo eligam. Alias lædam significat: vt, Carpit enim vires paulatim, vritq. videndo Fœmina. Alias fruat: vt, Carpamus dum mane nouum, dum flumina crescunt. Et Persius, Indulge Genio, carpamus dulcia, i. fruamur rebus dulcibus. [Paulatim ꝓd. diem) Bono verbo vsus est ad metaphoram, tanq vel morientis diei. vt est, Nec te tua funera mater. Produxi pressiue oculos.

GVID. NAE ego &c.) Hic exemplum continetur neminem facilius quamoptimum quenquam falli atque deludi. Etenim itaꝝ deluditur. Demea à Syr. D. Ne. i. certe, vel valde. ego sum homo infelix. primum. i. in primis. nusquam gentium, abundat gentium, vt superius dictum est. sonoriorem tñ reddit oronem, .i. in nullo loco inuenio fratrem Mitionem, præterea .i. insuper, dum. i. quando, vel quandiu quæro illum fratrem. vidi mercenarium. i. operarium aliquem mercede conductū, seu pro prq mio aliquid facientem. Mercenarius, n, dicitur homo mercede conductus ad aliquid agendum, vidi ergo mercenarium à villa .i. de villa, hoc est q est de suburbanis vbi villa mea est, vel vidi mercenarium redeuntē sup. à villa. vel venisse à villa. i. à domo agresti, vbi forsitan pro mercede operabatur. is mercenarius negat filium. s. Ctesiphonem esse ruri, nec scio quid agam. i. agere debeam. s. vtrum fratrem, an filium magis quæram. C. O Syre, vocantis est. S. Quid ais. i. quid dicis? alij quid est. C. Men'. i. me ne. i. vtrum, quærit. i. petit vel inuestigat me? S. Verum .i. sed, vel certe. ipse quærit te. C. Perij. i. pditus sum. S. Quin .i. cur tu non es animo bono. i. cur non habes animum bonū. i. cur non es ociosus à metu, & cura, seu solicitudine, q. d. de quo te solicitas? D. Demea solius loquitur, nec dum animaduertit Syrum. Nequeo satis discernere. i. dijudicare. quid hoc infelicitatis sit. i. quæ sit hæc infelicitatis. Malum? hæc vox pro interiectione ponitur dolentis, & exclamantis præ dolore, & animi nimia perturbatione, atq; anxietate, q. d. postq dixit nequeo satis discernere cuiusmodi sit hæc infelicitatis, deinde exclamat. ò malum. i. infortunium grande, & molestum mihi. vel pōt etiam sic dici, vt prius sæpe est dictum, quid malū. i. qđ dici solet, quid malæ gratiæ, vel quæ mala gratia? ita vt sit exclamatio, & indignationis ostensio. Deinde subdatur, nequeo discernere hanc infelicitatem, vnde videlicet procedat, nisi quia sup. credo me es se natū huic rei .i. ad hanc rē. s. ferundis .i. patiendis, tolerandis miserijs. i. ad tolerandas, & patiendas miserias, & calamitates. Ego primus ante alios sentio. i. percipio, nostra mala. i. infortunia, ego primus resciscо animo. i. cognosco prius aïo quæ facta sunt porrò. i. deinde, ego primus obnuncio. i. malū imminens nuncio. & quasi malum omem nuncio, qui. n. mala nunciat, ob nunciat, qui vero bona annunciat. Nam proprie, dīr obnuncia re augures, q aliquid mali ominis, læuumq. viderint ego solus fero. i. patior, ægre. i. molestе, indigno animo, si quid. i. si aliquid sit. S. Videbat eum Syrus, & audiebat. sed ab eo non videbat, ri deo. i. derideo hūc, vel rideo ꝓp hunc. D. Primū. i. in primis ait se scire omnia, vel ait se primū scire omnia, is Demea solus nescit omnia, quæ fiunt, nam Mitio scit qūo res se habeat, sīr Syrus similiter Ctesiph. & Aesch. D. Nunc redeo in domū fratris. Viso. i. eo ad videndum, si forte frater mitio Redierit. C. O Syre obsecro. i. ꝓ sacra rogo, vide. i. prouide, ne. i. qp ille pater prorsus. i. omnino, nō irruat. i. impetuose inferat se huc. i. in hanc domum, in qua ego sum, & vsus est verbo neutrum tanq verbo actiuo, dicendo irruat se. S. Etiam. i. adhuc, nunc taces pro tace ego cauebo. i. prouidebo, ne id fiat. C. Hercle nunquam. i. non committam .i. nō iniungam tibi hodie istud quod tibi iniunxit .s. vt caueres ne pater irrueret se huc, & hoc dicit propterea qp Syrus indignabatur toties sibi inculcari, quod recte nouerat. Don. tamen dicit nunquam hodie. i. nullo tempore huius diei cōmittam. i. credam, tradam tibi istud quod ago. s. complexum mulieris verum mihi superior sententia magis placet, nam concludā me cum illa. i. vna cum illa claudam me in aliquam cellam. i. in aliquam cameram secretiorem, vbi celari possum, vnde cella, & cellarium à reponendis, celandisq. rebus dī, esculentis presertim, & proculentis, ait Don. id. s. me concludere in aliqua cella cum illa, est tutissimum. i. sine periculo depræhēsionis, seu oppressionis. S. Age. i. fac quod dicis conclude te cum illa, tamē quamuis te bene abscondas, & non sit maxime opus depulsione eius tamen ego amouebo. i. cum labore, & difficultate abducam hunc patrem, & bene dixit amouebo non deterrebo, nā proprie amouetur saxum de loco aliquo, & quidem non sine labore. D. Sed ecum. i. ecce hic prope Syrum, sceleratum. i. flagitiosum, scelere contaminatum. S. Fingit esse recens. i. recenter verberatum à Ctesiphone inquiens plurando simulare hercle, iurantis, est si sic fit. i. si tanta sæuitia exerceatur in seruos, quidem. i. certe quisquam. i. aliquis, non pōt durare. i. diu permanere, & perseuerare hic, quinimo est fugiturus, bene inquit durare, nam id verbū conuenit perferendis malis. Virg. durate, & vosmet rebus seruate secundis, Equidem volo scire quot sunt mihi domini .i. quot habeo dominos, quæ est hæc miseria, quam patior. s. D. Quid gannit ille .i. quid deplorat ille, quid conqueritur: gannire est proprie vulpium, & transfertur ad ploratus vapulantiū quid vult ille? ò bone vir ꝓ ironiā, quid ais? est ne frater meus domi. S. Quid malum. i. quid malæ gratiæ, vt dici vulgo solet vbi malum pro interiectione, ponitur, vt prius dictum est. i. qđ didici solet, cur in mala gratia, narras. i. dicis mihi bone vir, eqdem perij. i. sum perditus præ nimij ictibus. D. Quid est tibi. i. quid habes? S. rogitas. i. interrogas, quid sit mihi. C. Vsque occipit .i. prope interficit me miserum, & istam Psaltriam. i. istam puellam tibicinam, cantatricem pugnis. i. ictibus pugnis factis, vel Ctesiph. vsque. i. valde, seu vehementer occidit. i. cæcidit, verberauit, nā occidere, & præoccidere, ad cædē referebantur apud veteres. D. Nem, hic est interiectio admirantis, vel timentis, qd narras. i. quid dicis? S. Nem, hic est dolentis, vide vt. i. qualiter. C. Discidit. i. disrupit, conquassauit, fregit labrum meum: ostendebat autem seni, qui iam calligabat oculis. D. Quamobrem. i.

quare ita diſcidit labrum tibi? S Ait hanc Pſaltriam eſſe emptam me impulſore.i.me ſuadente. D. Non.i.nonne? q.d.ita aiebas.i.dicebas,cum prodijſſe.i.abijſſe, exiuiſſe hinc.i.ab vrbe rus,in accuſatiuo,aduerbialiter.i.in agrum ad operandũ,modo .i.paulo ante. S. Factum eſt .i. ꝓdijt rus vt dixeram,verũ.i.ſed poſt.i.poſtea,venit in vrbem inſaniens.i.non ſolum iratus vehementer vt prius, ſed mentis impos,& demens, & non ſanè mentis,nihil.i.in nullo,vel non,vel nullatenus,perpecit.i.reparauit ab ictibus, nõ puduit ſe verberare hominẽ.ſ.me ſenẽ annoſum .i.non erubuit cædere me feruũ tam annoſum,quem.ſ. C. Ego geſtaui.i.portaui, modo.i.pauloante, puerũ tantillum.i.cũ eſſet puer tantillus,quantillum tu ſcis eum fuiſſe, cum à me geſtaretur. & dicendo Tantillum, oſtendit ei digito vel manu menſuram,& quantitatem eius, qua erat cum à ſe geſtaretur. D. O Cteſ.laudo te.ſ.& hoc dicit ad abſentem,patrizas.i.patrem.ſ.me imitaris,& ſequeris,hoc eſt redoles mores paternos,quos effingis ad viuum,abi.i.diſcede quo vis, iudico te virũ.i.ſcientẽ moderari tibi,ita vt poſſis tuorũ eſſe moderator conſiliorum. & ita eiuſmodi es,qui quo velis valeas abire. S. Ne.i.vtrum laudas eum ꝙ me cæciderit. Ille Cteſipho continebit manus.i. temperabit manus à verberibus mihi infligendis, poſthac.i.poſt hoc tempus,ſi ſapiet.i.ſi vt ſapiens, cõminatur ſeruus vel fugam,vel repercuſſionem. D. Egit ſup.vel fecit fortiter.i.ſtrenue te cædendo,& Pſaltriam. S. Perquam nimis.i.valde multum fortiter egit.ſ.per ironiam,h.d.qui.ſ.Cteſipho.vicit.i.ſuperauit mulierem Pſaltriam miſeram,quæ imbellis eſt,& calamitoſa, & vicit me ſeruulum ſenem,qui non audebam.i.qui non erã auſus, nec poteram præ ſenio referire.i.retundere ictus, & repercutere percutientẽ,hui,interiectio deridentis,perfortiter ſe geſſit.ſ.per ironiam. D. Ipſe non potuit melius facere ſup.q̃ fecit, vel non potuit melius fieri ſup. quàm factum eſt, ipſe filius ſenſit idem quod ego ſenſi.i.eandem habuit ſentẽtiam quam ego habui, vi delicet te eſſe caput.i.tu principalem huic rei.i.huic coëmptioni Pſaltriæ, ſed ne.i.vtrum frater eius Mitio eſt intus. S. Non eſt intus ipſe Mitio. D. Cogito vbi quæram illum. S. Scio vbi ſit,verum.i.ſed nunquam hodie.i.nullo huius diei tpe monſtrabo,vbinam ſit. D. Nem,indignantis quid ais? S. Ita dico vt audiſti me hodie non monſtraturum vbi ſit frater, & hoc facit, vt magis accendatur Demea ad inueſtigandum vbi ſit,& deinde requirat latius. D. Suſtuliſſe baculũ Demea his verbis oſtenditur,quidem.i.certe.cerebrũ iam diminuetur tibi,q.d.tanto ictu percutiam caput tuum hoc baculo,vt cerebrum frangetur,& ita dim inuetur. S. At .i. ſed, neſcio nomen illius hominis apud quem eſt,ſed noui.i.ſcio locum vbi.i.in quo ſit. D. Ergo dic locum, ergo addimus vt hortemur, tarde facientes. S. Noſtin'.i. ſciſne. porticum.i.domus partem, quæ veſtit, ſeu operit fores, columnisq̃. ſuſtentatur, quaſi portæ cuſtos,vt quidam volunt, noſtin' ergo porticum apud macellum.i.apud locum in quo vẽduntur obſonia,ſic dictum à Macello quodã ciue,cuius domus funditus deleta fuit,ac ſolo æquata,in cuius area cœpta ſunt obſonia vendi,noſtin' inquam porticum apud marcellũ deorſum .i.verſus inferiorem partem,ſeu in ipſa inferiori parte,hac.i.per hanc partem, oſtendebat aũt illi Syrus hæc omnia digito. D. Quidni.i.cur nõ,vel quid noui ſup.niſi nouerim illam porticũ? S. Prꝛterito.i.tranſi,vel tranſeas ſurſum.i.verſus ſuperiorẽ partem,ſeu ad ipſam partem ſuperiorem, hac platea.i.hac planicie quam tibi oſtendo recta.i.recto itinere,ſeu recta via,ſed nõ debet apponi via,ſic.n.dicere ſolemus,recta iui domum tuã.i.non declinando,neque ad hos,neque ad illos,vbi.i.poſtquam,veneris.i.acceſſeris, eo.i.ad eum locum eſt cliuus.i.paruus collis,& facilis,eſt deorſum verſum.i.verſus partem inferiorem,præcipitato te.i.cito deſcende hac.i.per hũc locum, poſtea.i.deinde,ſacellum.i paruum templum,quaſi ſacra cella,eſt ad hanc manũ, quam ei oſtendebat angiportum.i.anguſtus vinculus,ab agendo dictus eſt propter.i.prope.Virg.Templum de marmore ponam. Propter aquam.i.prope aquam. D. Quodnam.i.qd' angiportum dicis eſſe prope? S. Dico eſſe angiportum illic,vbi ẽt eſt magna caprificus.i.illud genus ficus ſilueſtris? nunquam maturos fructus habentis,ſed ſua omnia loca,in quibus naſcitur penetrantis. Noſtin'.i.ſcis vbinam dicam. D. Noui locum illũ .ſ. S. Pergito hac.i.per eum locum,non ito dixit,ſed pergito, qa longum eſt iter. D. Quidem.i.certe,id angiportum.i.anguſta,& curua via,non eſt peruiã.i.facile vt illac tranſeatur,vel qa non pater exitus,cum ingreſſus fuerit intro. Angiportus vel Angiportum (vtrunque.n.dicitur) eſt (vt vult Donat.) anguſta, & curua via, quaſi anguſtus portus, vel anguſtia. Alij dicunt ꝙ inter portus ſit locus anguſtus, hoc eſt inter domos, quas portus vel inſula veteres dixerunt. S. Hercle verum eſt ſup.ſ.angiportum non eſſe peruium Vah, interiectio ridentis ſeipſum, ꝙ errauerit. Cenſen' .i. putas ne me eſſe hominem,qui ſi erraũerim per imprudentiam, q.d. ego ſum bene beſtia, erraui .i. ego nõ bene re docui viam,fateor, rurſum redi in porticum illam, quam iam tibi dixi,ſanè .i. certe,vel ſana pro ſatis aut valde,nã qui ſanus eſt idem,& validus,ibi multo propius.i.multo ꝓpinquius,& breuius,hac.i.per hanc viam,ſeu per hunc locum,& erratio.i.deuiatio,eſt minor. Erratio eſt pecudum error eſt animi, & loci,in quo erratur,ſcin'.i.ſcis ne, ædes.i.in domum huius ditis.i.diuitis Cratini,ſic nominati à Crato.i.à potentia. D. Scio vbinam ſint eius ædes. S. Vbi.i.poſtq̃,prætereris.i.trãſieris eas ædes,ito ad ſiniſtram manum, vel partem recta .i. recto greſſu, hac platea.i.per hanc planiciem vbĩ .i. qñ,vel poſtquam veneris ad templum ſup. Dianæ,ito ad dextram,priusq̃ .i.antequam venias ad portam vrbis.ſ.Porta dicta ab aratro portando, vt ſatis eſt notum. Piſtrilla.i.paruum piſtrinum,hoc eſt taberna,ſiue officina in qua pinſitur.i.territur,ſeu contunditur frumentum tru ſatili mola, quæ vel ab equis vel à viris circumagitur, piſtrilla aũt à piſtrino diminutiuum non ſeruat genus,vt tenebra bræ,& terebellum li,piſtrilla ergo eſt apud lacum .i. apud aquatorium equorũ, nam Varro docet ſemper lacum portis additũ ob vſum iumentorũ introëuntium,& exeuntium, atq; vt aduerſum hoſti lem ignem portis de ꝓximo ſubueniretur,& fabrica .i. locus,& officina in qua fabricatur.i.fit opus, ſeu aliquod artificium exercetur,eſt ex aduerſo.i.ex oppoſitio. Mitio frater tuus eſt ibi.i. in eo loco. D. Quid facit ibi? S. Dedit.i.tradidit,commiſit lectulos faciundos iligneis pedibus.i.habentes pedes exilice arbore ſpecie quercus,vbi.i.in qbus lectulis vos,tu, & ipſe poteris.i. compoteris,ſimul bibatis in Sole.i.in aprico,in locos Soli expoſito,& Sole calefacto. In vrbe.n.conuiuium,aut in Sole,aut in vmbra pro conditione temporis inſtruebatur. D. Sanè rectè .i.valde rectè facit,eſt autem ironia non approbatio,ſed ceſſo .i. nimis tardo,nimis cunctor,moror pergere.i.me conferre ad eũ, & bene pergere, quia iam incepit iter ad eum quærendum fratrem. S. Ij vade. Deinde Syr.videns eum euntem, inquit, ridendo apud ſe ò ſilicernium.i.ò tu ſenex,qui iam ſiliẽtibus,vmbriſq̃. cernendus ſis, nam cœnã infertur Dijs manibus, ꝙ eam ſilentes cernant.i.vmbræ poſſideant,vel ꝙ qui hæc inferant,cernant,atque deguſtent. Nam de his,quæ libantur inferis,quiſqs comederit,funeſtatur, neque probat Don. illam interpretationem in qua habetur ſilicernium,di ſenem ſilicem cernentem,dũ ſenex vel in curuus eſt,vel ſtratæ ſaxo vię intentus, ac ſarcophagos iamiam appropinquanti ſibi.ò ſilicernium ergo ego te exercebo. i.te agitabo,te vexabo hodie,vt.i.ſicut,dignus es,q̃ exerceari. Aeſchinus,& Cteſipho ſua agunt negocia,ego conſulam mihi illorum exemplo. Aeſch, ceſſat.i.eſt inquiete,ſine labore, eſt ceſſator,& laboris vacuus,ocioſe.i.ſecure ſine ſolicitudine, quia qui ſolicitus eſt,ceſſator ac ocioſus eſſe non ſolet, prandiũ corrumpitur.i.quod dici vulgo ſolet, prandium deuaſtatur,vbi corrumpitur deberet dici,autem .i. ſed. Cteſipho eſt totus in amore.i.omni cogitatione intentus amori. Ego iam nunc prope proſpiciam .i. prouidebo,conſulam mihi. Iam particula interdum ſignificat feſtinationem vt nunc, interdum ponitur ad deſcribendam,& increpandam moram,vt Melior,iam diua precor. Nam.i.quia,iam.i.nunc,adibo.i.ibo ad conuiuij,atque carpam,modo eligam,aliàs euellam,aliàs lædã,aliàs fruar, & aliàs pro locis vario modo, carpam ergo .i. eligam vnumquodque ex obſonijs. capiendo quod mihi bonum fore videbitur. quod.ſ.carpere vnumquodque erit belliſſimum.i.admodũ bonum. Nã bellus,la,lum,eſt diminutiuum à bonus, na,num bellus ergo dicitur ſatis bonus, & hoc proprie belliſſimum dixit, nam huiuſmodi ad irritandam gulam cibi bellaria dicũtur, & ego ſorbillãs.i.parum abſorbens, ſeu hauriens cyatos.i.Cyphos producam tanquam ille, qui iamiam eſt moriturus, cui producitur tempus vitæ producam.i.deducam protraham. paulatim.i.ſenſim hunc diem.i.præſentem diem. Sorbillo ſorbillas eſt diminutiuum à ſorbeo,quaſi ſi parum ſorbeo.

ARGVMENTVM) Syrus vt regat latentem apud amicam Cteſiphonem faceto commento ablegat Demeam. [Ne ego)Querela ſenis ob tedium rerum aduerſarum.[Obnuncio) in malam partem, tractum ab auguribus, q̃ cum triſtia omnia nunciant proprie obnunciare dicuntur. [Se irruat) Pro conijciat,neutrum vt tranſitiuum,& prorſus.i.penitus,odioſe.[Non hercle hic) Statim Syrus habet commentum quo eluda ſenem, fingit enim ſe pulſatum à Cteſiphone. [Gannit) Odioſe in Syrum,nam eſt proprium vulpium,hic pro ploratu poſuit.[Vt diſcidit LATO.

scidit labrum) Hoc velut ostenso ore,& cum gestu pronuncian dum.[Non puduisse)Amplificatio ab ætate,& meritis. [Næ ille) Comminatio . [Te esse caput) Prouerbiale,pro auctore . [Præcipitato) Odiose . & attende quomodo data opera in erro rem inducere studeat.[Caprificus magna) Siluestris ficus,cuius fructus nunquam matureſcit.[Vah) Agnoscentis errorem. [In porticum redi)Discendo.s.viam non eundo. [Ad Dianæ) Subaudi templum,absolute. [Lectulos in sole)Ad poteris referendum est,non ad faciundos. Vt sit ordo,vbi vos potetis in sole, nam aut in vmbra,aut in sole conuiuium apparatur.

PETR. MARS. NÆ ego homo) Versuti,& præter modum callidi serui ingenium consiliaq. exponit hæc scena, quibus semper cordi est heros,& virtute præditos homines impudenter circunuenire. Sic enim natura vsu venit,vt quo sint ingenia viliora abiecti oraque, hoc magis in omnem improbitatem, & impudentiam procliuia.Presertim seruorum quibus nihil potest esse neque vilius,neque peruersus.Horum ingenia Plautus faberrime expres sit in Pseud. Plagigera hominum genera,quorum haud quidquam in mentem venit,quod recte faciant. At cum est occasio data,tene,clepe,rape,hoc est eorũ opus, vt mauelis lupos apud oues relinquere,quàm hos domi custodes . Plato 6. de Leg. Nihil dicitur in animo seruiente integrum inesse, nec quidquã seruorum generi esse credendum.Quod,& sapientissimus poëtarum testatur nobis, cum de Ioue hic loquitur . Dimidium mentis Iupiter illis aufert. [Qui seruitutis sorti subiecti sunt) Apud Xenophontem Cyrus iubetur ne vnquam fidem seruis habeat,q innata sit illis mentiendi libido. [Resciscо) Gellius in hac compositione negat resignificare idem quod in relegere re scribere . Nam,inquit,qui factum aliquod occultius,aut inopinatum, insperatumq. cognoscit, is proprie dicitur rescisсere. [Gannit) Gannire proprie canum est.[Nostin' porticum)Porticus quondam erigebantur ad inambulationes, & vmbrã, sub quibus vehebantur nobiles, quales Romę permultæ ad ciuium delicias,& deambulationes.[Cliuos deorsum vorsum)Hoc est inæquali,& difficilis propter decliuitatem,& ascensum. [Vbi ad Dianæ ven.) Locutio figurata per licentiam casus, vel per defectum: Subintelligitur enim templum . Quod imitatur Cic. in duobus locis,pro Cluent.Sicut in statuis inauratis,quas posuit ad lucernæ,Et Phil.ij. Quod in tabulis quæ sunt ad Opis patebat.[Et pistrilla)Pistrilla est diminutiuum à pistrina . [Fabrica) Fabrica officinam fabrorũ significat.[Ego te exercebo)Exercere Nonius docet hic pro fatigare sumi.[Silicernium) Silicernium senex dicitur,q iam incoruus incedens silices platearum cernit.

GLAR. OMNES huius scenæ versus sunt trochaici tetram. catal. Nulli iambici, si quidem recte legantur . Primus fefellit quosdam in attentos, in quo verbum substantiuum adiectum videtur ab aliquo qui sensum plenum facere volebat. Sed vel intelligitur, vel suspenditur sententia vsque ad verbum Inuenio . versus autem ita legendus est .

— Næ ego homo infelix,primũ fratrem nusquam inuenio gentium . Vt primo loco sit anapæstus . Næ ego homo in . In 4. versu vel Ais monosyl.est,vel d,in Quid eliditur,vel proceleusmaticus est loco primo . In 5.d,item initio in Quid eliditur, & s,in Satis.In 7. Spondeus loco primo est,secundo trochæus,tertio dactylus . In 9 Ait monosyll.est. In 14.tribrachys est initio versus,deinde anapæstus,& Hunc legendum,non Nunc. In 16. trochæus est loco secundo . In 17. d,eliditur in Quid,vt primo loco sit trochæus, posset tamen, & amphibrachys esse loco primo . In 20.creticus est loco quinto. In 21. & Ait,& Eum monosyl. In 22.Aiebat videtur dissyllabum,nec hoc admodum mirum,cum Ais, & Ait toties monosyllaba inueniantur apud hũc Poëtam. Hæc carmina in Aldino libro pessime corrupta erant. In 25. i,corripitur in Abi.In 29.post quos dactylus anapæstus, & rei monosyll.est . In 30. d,eliditur in Sed, & Illum primam corripit,nisi vel bacchium loco quinto constituamus, vel Eum legendum putemus pro Illum quod placet. Trigesimus primus atque secundus in vulgatis libris male habent, quia adest verbũ communiter diuisum,quem morem , quia Terentius raro habet, omnino non agnoscimus , cum interea in Horatio atque alijs poëta id neque miramur , neque reijcimus , vt in Vxorius amnis . Itaque ego hosce duos versus ita legendos censeo ,

S. Scio vbi sit,verum hodie nunquam monstrabo . D. hem quid ais? S. ita . D. diminuetur tibi quidem iam cerebrum . S. At nomen nescio vt verbum diminuetur primã syllabam , vnà cum aduerbio Ita ad superius porrigat carmen, & vt sequens versus initio habeat anapæstum,sed loco secundo ac tertio trochæum . In 34. Deorsum dissyllabum est,vel bacchius loco quinto . In 35. trochæus est loco primo,Item quinto,sexto autem anapæstus,& i,in Vbi non eliditur. Quidam libri tamen habent Sursum ante Platea . In 36. rursus Deorum dissyllabum est, vel bacchius loco secundo. Trigesimusseptimus ex meris trochæis est præter sextum locum, vbi spondeus est . In 38. vel creticus,vel pæan primus est loco primo,& tollendum est aduerbium Illic,absque quo sensus optime constat . Etiam autem vel trissyl. vel dissyllabum, Doct.satis habuit dicere,Videntur cretici . Ioan.transilit vt solet. Ego carmen ita legendum censeo ,

D. Quo nam? S. vbi etiam caprificus magna est . nostin'? D. noui . S. Hac pergito .

In 42.Huius dissyllabũ est.Et in 44.Prius,vel bacchius loco tertio. In 46.vel Iligneis trissyllabũ est,vel cretic⁹ est loco quarto .

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Rogat Mitionem Hegio,vt Sostratam adeat narraturus illi suspicionem alienati à Pamphila Aeschini ortam esse propter ereptam Ctesipho ni Psaltriam .

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Mitio suspicionem diluit,quem Hegio ad virginis matrem hortatur accedere , atque hæc eadem quæ sibi dixit referre , vt illius dolores aliquantulum releuentur . Demum , egregia ab eodem sententia præmissa persuadet omnino Mitioni , sese debere illis coram de suspicione purgare .

Iambici Tetrametri, & Trochaici quidam .

MITIO, HEGIO.

GO in hac re nihil reperio , quam ob rem laudet tantopere Hegio .
Meum officium facio : quod peccatum à nobis ortum est,corrigo .
Nisi si me in illo credidisti esse hominum numero,qui ita putant
Sibi fieri iniuriam si quã fecere ipsi.vltro expostulant.
Et vltro accusant:id quia nõ est à me factum agi grãs?
H. Ah , minime : nunquam te aliter , atque es , in animum induxi meum .
Sed qso,vt vna mecum ad matrem virginis eas Mitio ,
Atque istæc eadem,quæ mihi dixti,tute dicas mulieri,
Suspicionem hanc propter fratrem eius esse, & illam Psaltriam :
M. Si ita æquom censes , aut si ita opus est facto , eamus . H. bene facis :
Nam & illi animum iam relleuabis , quæ dolore , ac miseria
Tabescit ; & tu offõ fueris functus . sed si aliter putas,
Egomet narrabo quæ mihi dixti . M. imò ego ibo .
H. bene facis :
Omnes , quibus res sunt minu' secundæ , magi' sunt nescio quo modo
Suspectiosi : ad contumeliam omnia accipiunt magis.
Propter suã impotentiam,se semper credũt * neglegi. *claudi
Quapp te ipsum purgare ipsis coram, placabilius est . care
M. Et recte, & verum dicis . H. sequere me ergo hac intro . M. maxume .

GO in hac re nihil reperio) Hæc scena est plena sententiarũ senilium ad officia demonstranda. DON.
Et tantopere,vim aduerbiale in se continet. nam significat nimis . [Quod peccatum à nobis ociũ est,corrigo) Si diceret,peccatum est à nobis, parti-

ticipium fuisset. nunc quia Ortum addidit, nomen est. Nunq̃ enim eadem pars orationis iungi, nisi per ἀσύνθετον, potest. [Si quam facere, ipsi expostulant) Hic distingue, & separatim infer ipsi expostulant. [Si quam facere, ipsi expostulant) Sensus est manifestus, sed obscura sunt verba, & eorum collocatio, & distinctio. nam incertum, vtrum, si expostulant, intelligendũ sit: an si quam, pro vna parte orationis accipi oporteat. [Vltro ac.) vltro, nunc praue, & peruerse. [Id quia à me non est factũ) Hæc interrogatio, quasi subtristi vultu est proferenda. [Ah, minime) Non, minime ago: sed minime te credo esse illorum in numero. [Quæso, vt vna mecum) Seruauit τὸ σχῆμα, adijciendo Vna mecum eas, quippe ad incognitam matrem familias. [Tu te dicas mulieri) In nomine ostendit cur hæc ipse dicat, mulieri enim, inquit, nimis pauidæ ac diffidenti. [Suspicionem hanc propter fratrem eius esse) Nimis breuiter ac succincte, & vt oportuit inter scientes. [Et illam Psaltriam) Propter fratrem eius esse, subaudiendum est. [Si ita ęquum censes) A iusto, & vti li est tota sententia. Et sanè hi versus desunt, quos multa exemplaria non habent. Nam & illi animam iam reuelabis. Et deinceps Illi maluit dicere, quam nurui, adhuc diuitem reueritus. [Dolore ac miseria) Dolore parturientis: Miseria, iniuria ab Aeschino accepta. [Sed si aliter putas) Artificiose, remittendum quod peteba', extorsit magis. [Imo ego ibo) Hoc aduerbio qd' ait, imò ostendit se prõpte agere, & instanter quod promisit. [Minus secundæ) Dicere sic maluit, ne miseræ diceret. [Nescio quo modo) Hoc est vehementia, nulla palam ratione. [Accipiunt magis) Mire additum magis, cũ posset sensus, & sine hoc esse integer. [Propter suam impotentiam) Infirmitatem. Et rursus noluit humilitatem aut miseriam dicere. [Neglegi) Legitur, & claudicare. [Quapropter teipsum purgare) vtrum te ipsum vna pars orationis sit? an diuise accipiendũ? vt sic, Te Mitionem, ipsum Aeschinum purgare. [Coram placabilius) Coram. i. præsentem, & præsentibus. & Coram indiget adiectione, Palam non indiget. Et præterea coram, ad ceteras personas refertur: Palam, generaliter dicitur. [Et recte, & verum dicis) Recte, ad verba retulit: Verum ad rem atque sententiam. Potest enim recte, & falsum dici, dũmodo nullo vitio verborum nominumq. dicatur. quanquam, & ipsum, & fallere in tempore quidam de officijs scribentes rectum putent.

GVID. EGO in hoc, &c.) Hæc scena est plena sententiarum senilium ad officia demonstranda. M. O Hegio ego nihil reperio in hic re. i. in hoc negocio, in hac materia de coniugio Aesch. & Pamph. quod fieri debere, & dico, & volo quamobrem. i. propter quod, lauder. i. laudibus afficiat à te, tantopere. i. tam vehementer. nimis facio officium meum. i. id quod teneor facere. Corrigo. i. emendo peccatum, quod est ortum. i. profectum à nobis. i. ab Aesch. cuius peccatum etiam in meum dedecus redundat, nisi credidisti, me esse in numero illorum hominum, qui putant iniuriam sibi fieri ita. i. hoc pacto videlicet, vltro. i. sua imaginatione, sua sponte, nemine lacessente, vt multi sunt, qui se viderint aliquos sibi mutua consilia impartientes, putant eos de se rmones facere improbos, sed si quam. i si aliquam iniuriam: fecere. i. fecerunt alicui. ipsi expostulant. i. conqueruntur, & vltro. i. peruerse seu praue accusant. i. obiurgant, eos, quibus iniuriam fecerunt agis gratias mihi, quia id non est factum à me videlicet, quia non expostulaui, nec te accusaui. H. Ah, interiectio dolentis, minime. i. non eam ob rem te laudo, aut tibi ago gratias. nunquam induxi te in animum meum aliter. i. alio modo, atque. i. quam es. Sed quæso ò mitio vt eas. i. venias vna mecum ad matrem virginis, atque tute. i. tumet. dicas mulieri Sostratæ matri filiæ istæc. i. ista hæc eadem verba, quæ dixisti mihi, hæc sunt verba. s. hanc suspicionem. quæ habetur quòd Aesch. amet Psaltriam. quam abduxit à lenone, & illam Psaltriam esse propter fratrem eius Aesch. s. propter Ctesiph. M. Si censes. i. iudicas, Equum. i. iustum est ita facere, aut si opus est facto. i. facere ita. i. vt dicis, eamus ad mulierem. H. Benefacis ire volens ad eam. nam, & iam releuabis. i. recreabis, refocillabis, vt ita dicam, restaurabis, reficies, reparabis eriges animum illi mulieri vel Pam. filiæ, vel Sostratæ matri: mulier tabescit. i. deficit. confitetur, perit, diminuitur dolore. i. præ dolore, aut parturientis, aut rei sic contingentis, ac miseria. i. præ infelicitate propter iniuriam ab Aesch. acceptam, & functus fueris, coniunctiuum pro indicatiuo. i. fungeris, tuo officio. i. facies quod facere debes, sed si putas aliter esse faciendum, neque te velle ire, egomet narrabo mulieri ea, quæ dixisti mihi. M. Imò. i. sed ego ibo ad eam, & ipse narrabo. H. Benefacis, omnes homines quibus res sunt minus secundæ. i. prosperæ, puta qui sunt in miseria reliqua, ac calamitate nescio quo modo sunt magis suspicioſi. i. pleni suspicionibus, hoc est magis suspicantur de malo aliquo quàm alij, ipsi accipiunt. i. interpretantur magis omnia dicta vel facta ad contumeliam. i. iniuriam, quàm alij credunt se semper negligi. i. contemni propter suam impotentiam, hoc est infirmitatem, quapropter hoc sequitur est placabilius. i. aptius ad placandum te Mitionem. purgare. i. excusare ipsis mulieribus ipsum Aesch. coram. i. in eorum conspectu, vel in ea rum præsentia. M. Dicis, & recte, & verum. Recte ad verba retulit. verum ad rem, & sententiam. H. Ergo sequere me intro. i. in domum Sostratæ, hac. i. per hanc viam. M. Maxume. i. libentissime te sequar, &c.

ARGVMENTVM) Hegio cognito errore sua ex Mitione illum orat, vt apud mulierculas quoque liberet falsa suspicione Aeschinum. Estq. hoc initium ad catastrophen periculorum Aeschini. [Nisi me ironicos. [Id quia) Interrogatio molestiam indicantis. [Et illam) Emphasis. [Tabesci) conficitur. [Omnibus quibus) Vera sententia ad probandum obsequium Mitionis. LATO.

EGO in hac re) Dolore eum qui doloris auctoris, & causa fuit, modo id ipse possit remedium, & consolationem afferre, non alium ad eam rem allegare docet hic locus. Est enim gratissimum dolentibus si videant, & eos quoque dolore, & angi, qui in causa fuerunt, cui ægritudinem passi sint. Præterea, quam magnum malum sit suspicio, quæ semper apud pauperior hoc maior est, quod res suas accisiores, & se minus ob id in loco esse cognoscunt. Plato iiij. de Rep. Magnum malum est suspicio, quæ profundos stimulos conscientiæ manifestat. Seneca de nat. quæst. lib. ij. Plurimum mali credulitas facit. Sæpe non audiendum quidem est, quoniam in quibusdam rebus satius decipi, quàm diffidere. Tollenda ex animo suspicio, & coniectura, fallacissima irritamenta. Et mox: Simplicitate opus erit, & benigna rerum destinatione. Nihil nisi quo in oculos incurret, manifestumq. erit, credamus. Et quoties suspicio vostra vana apparuerit, obiurgemus credulitatem. Pulchre quoque Plaut. in Aul. pauperum suspicionem quanta esset ostendere volens, hæc loqui Euclionem facit. PETR. MARS.

Non temerarium est, vbi dies blande appellat pauperem.

Et mox.

Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera manu.
Nemini credo qui large blandus est dies pauperi.

[Virginis) virgo hic etiam dicitur de corrupta, sed ea ratione, quod hoc ipsum vulgo lateret, & cælatum esset.

CONTRA huius scenæ omnes sunt, iambici, tetrameter. GLAR. nulli trochaici. In secundo versu, vel Meum monosyllabum totum eliditur, vel pæan secundus est loco primo. In 3. Nisi si legit Ioan. & recte. & ad finem Qui ita, legendum, non Quid ita. In 4. initio proceleusmaticus est. In 5. vel 8, eliditur in Agis, bacchius est loco septimo. In 9 Suspicionem videtur natura brevi secunda posuisse. nisi malimus Eius monosyllabum esse. Cum contra in quarto à fine huius scenæ versu manifeste produxerit, sicut prima Eunuchi scena. De decimo versu Donatus ita ait, Et sanè hi versus desunt, quos multa exemplaria non habent. In 11. i, in illa a fine corripitur, non eliditur. In 12. Tuo monosyllabum totum eliditur, nisi pæana secundum loco tertio constituamus. In 13. Mihi dissyllabum iambum facit loco quarto. In 15. 8, ter eliditur, & anapæstus penultimo est loco. Præterea iambicus est, non trochaicus, vt iudicauit Doct. In penultimo versu, & Coram, & Placabilius primas syllabas natura longas habent.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Dolet vehementer Aeschinus in suspicionem venisse se apud Sostratam, & Pamphilam, quòd amare Psaltriam cœperit, quam non sibi, sed fratri vt gratum faceret, ab lenone eripuerat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Aeschinus hic suas effundit querimonias, mirum in modum dolens sese esse suspectum Sostratæ Pamphilæq; de amore Psaltriæ, quam fratri obsequendo rapuerat. Veretur enim, ne ob id cum Pamphila nuptiæ sibi impediantur.

Iambici Quadrati, Trochaici Tetrametri.

AESCH

ÆSCHINVS.

DIscrvcior animi.hoccine de improuiso mali mihi obijci
Tãtum, vt neque quid de me faciam, neque quid agam, certum * siet?
Membra metu debilia sunt:animus timore obstupuit: pectore
Consistere nihil consilij quidquam potest. Vah quo modo
Me ex hæc turba expediam? tanta nunc suspectio de me incidit,
Neque ea immerito. Sostrata credit, mihi me emisse hanc psaltriam:
Anus indicium id fecit mihi.
Nam vt hinc forte ea ad obstetricem missa erat, vbi eam vidi, illico
Accedo, rogito, Pamphila quid agat, iam partus asiet:
Eo ne obstetricem accersat. illa exclamat, abi, abi, iam Aeschine
Sati' diu verba dedisti: satis ad hoc tua vos frustrata est fides,
Hem, quid istuc obsecro inquam est? valeas, habeas illam quæ placet.
Sensi illico id illas suspicari: sed me repressi tamen,
Ne quid de fratre garrulę illi dicerem, ac fieret palam.
Nunc quid faciam? dicam ne fratris esse hanc? quod minime est opus
Vsquam efferri. age, omitto: fieri potis est, vti ne quà exeat:
Ipsum id metuo vti credant: tot concurrunt verisimilia?
Egomet rapui: ipse egomet solui argentum: ad me abducta est domum.
Hæc adeo mea culpa fateor fieri. non me hanc rem patri, vt vt
Erat gesta, indicasse: exorassem vt eam ducerem domum.
Cessatum est vsque adhuc: nunc * iam porrò Aeschine expergiscere:
Nunc hoc primum est: ad illas ibo, vt purgem me accedam ad * fores:
Perij, horresco semper, vbi pultare hasce occipio fores miser.
Heus, heus: Aeschinus ego sum, aperite aliquis actutum ostium.
Prodit nescio quis, concedam huc.

* est
* etiam
* miser.

DON. DIscrvcior animi) Hoc loco χαριστικῶς amantis modice iuuenis, & senis facit indulgentis, ac lepidissimi patris. [Discrucior animi) ἀντιπροσώπως figura, vt, O præstans animi. [Objici) Proprie, quia inopinanti. nam objici dicitur in vtrãque partẽ, vt si quos ante quis videt quàm expectauerit, quo verbo magnitudo doloris ostendit ex improuiso incommodo. [Hoccine de improuiso mali) Hæc verba repentino nuncio perculsum indicant Aeschinum propter diuortium stare & iram circa se Sostratæ, & eius filiæ ob raptum meretricis. [Vt neque qd faciam) Plus est, quid me faciam, quàm, quid faciam. illud enim de rebus. hoc, de ipso homine intelligitur. [Nec quid agam, certum est) Certum est, pro certum sit. nisi forte vt, quàm significet. [Membra metu debilia sunt, animus timore obstupuit) Metu patris. [Timore diuortij) Nunc suspicio modo ostenditur causa trepidationis Aeschini. [Id anus mihi indicium fecit) Illa anus cui Sostrata dixerat, Curre, obstetricem accerse. [Nã vt hinc forte ea ac obstetricem erat missa) Apparet inter cetera anum dixisse ad obstetricẽ se missam, an vltro hęc suspicatus est Aeschinus? Hinc autem addendo, ostendit se ante fores Sostratæ stare. vt alibi, Ex Andro commigrauit huc viciniæ. [Vbi eam vidi) Sunt q addant superuacue Hanc, & legunt, Hãc vbi vidi. [Pamphila qd agat, iam partus adfiet) Amatoria interrogatio, qua mõstrat Aeschinus curæ sibi esse res omnes. [Illa exclamat) Non respondet, sed exclamat. Et bene vim addidit ad exclamationem fuisse. Ergo à vocis sono exclamat, non à verbis. [Abi, abi, iam Aeschine satis diu verba dedisti nobis) Vsque, dum intelligeremus. [Satis adhuc tua frustrata est fides) Vsq; dum deciperetur. [Hẽ, quid istud obsecro inquam est?) Hem interiectio est nouas res, & inopinatas audientis. [Valeas, habeas illam) Quasi receptat, & longe ab sit. vt in Andria, Valeant qui inter nos dissidium volũt. [Carrulæ) Vtpote anus. [Ac fieret palam Demeæ). s. cui minime opus fuit. [Nunc quid faciam?) Figura διαπόρησις. [Vt ne qua exeat) Erumpat, vt, cum spumeus annis Exijt, oppositasque euicit gurgite moles. [Ipsum id metuo vt credant) Ipsum, quòd fratri rapui. & Vt, pro ne non posuit. [Tot concurrunt verisimilia) Vt mea esse credatur. [Ad me abducta est domum) Proprie, non dixit adducta, sed abducta, Abducitur enim alienum. vt in Heautontimorumeno, Abducimus tuam Bacchidem Ad me autem, domum moraliter dixit, pro, ad domum meam. an ideo ad me, quia & illic luctatus leno est in retinenda contra Aeschinum puella? [Vtut erat gesta, indicasse). i. siue male, siue bene gesta erat: Vt enim, certam qualitatem significat, vtut incertam, q. d. quoquo modo, male bene. [Exorassem vt eam ducerem) Sic enim promiserat se Sostratæ facturum. [Nunc iam porro Aeschine expergiscere) Sic & alibi, Enimuero Daue, nihil loci est segnitiæ neque socordiæ. Legitur & etiam, quod est correptiuum interdum. [Nunc hoc primum) Primum, ab eo, quod rogandus est pater. [Accedam ad fores) Sostratæ. s. [Horresco semper) Satis amatorie, nam nimium semper est calor, & frigus recedit à corpore. vt, Totus Parmeno tremo horreoque, postquam aspexi hanc. [Aperite aliquis actutum ostium) Vim pluralem habet Aliquis, quamuis singulariter dicatur, non est enim aliquis, nisi de multis. recte ergo, aperite aliquis, & noue. nam non placet, illud, vbi duæ distinctiones sunt, vnde Aperite est vna, altera Aliquis. Actutum ostium vt assumatur rursus, aperiat. proprie enim veteres & quis, & aliquis, & quisquam, non obseruabant quo genere aut quo numero declinarent. est ergo figura ἀδιαφορία.

DISCRVCIOR animi, &c.) Hic Aesch. suas effundit querimonias dolens se esse suspectum à Sostrata & Pamph. de amore Psaltriæ quam fratri rapuit. Aesch. hic solus loquitur. Discrucior animi pro animo, casus pro casu, vt in epistolis Cic. Pẽ deo animi. Et Virg. O præstans animi iuuenis. Discrucior animi. i. animus meus cruciatur varijs cogitationibus, & quidem displicẽtibus, componitur enim à dis & crucior quasi vario modo crucior in animo meo. hoccine. i. est ne verum. quasi non possit credere, est ne verum sup. hoc mali. i. hoc malũ, hoc infortuniũ objici. i. imponi, imputari, improperari mihi tantum. i. adeo magnum & molestum mihi, vt neque sit verum mihi. i. non sit deliberatum apud me, vel vt nesciam pro certo qd faciam. i. facere debeam de me. nec certum sit inquam quid agam. i. qd mihi sit agẽdum vt huic malo medear. Membra mea sunt debilia. i. debilitata. metu. i. præ timore & diuortij faciẽdi cum Pam. & præ timore patris, nihil consilij. i. nihil deliberationis, vel boni remedij & propositi, quiuit. i. potuit, consistere. i. cõsidere, residere in pectore meo, consistere enim interdum significat morari & considere Iuuen. Ede vbi consistat in qua te quæro proseucha. Vah. interiectio indignantis & dolẽtis, ac seipsum & suam stultitiam deridẽtis, quo modo. i. quo pacto, expediam me. i. me explicabo ex hac turba. i. ex hac turbatione, & ex his tricis seu inuolucris, tanta. i. adeo magna suspicio. i. mala opinio de me incidit. i. contingit, neque. i. ea non incidit inquam immerito. i. non iniuria. Sostrata mater Pam. credit me emisse mihi. i. pro me hanc Psaltriam, anus. i. vetula, missa ad obstetricem quęrendam fecit mihi id indicium, hoc est significauit mihi suspicionẽ incidisse de me, nam vt. i. dum, vel postquam ea anus erat missa ad obstetricẽ ac cersendam, hinc. i. ex hoc loco, in quo ego sum, videlicet ante fores Sostratæ, vbi. i. in quo loco. s. ante fores, vidi eã anum. s. nam hic vbi pro postquam capi non debet, iam enim vt est expositũ pro postquam, & ita vana foret repetitio, & est sensus. Postquam erat missa ad obstetricem ex hoc loco, in quo vidi eã, illico. i. statim, accedo ad eã. i. venio ad eã. rogito. i. interrogo qd Pamphila.

GVID.

la. puella agat,ne.i.vtrum,partus adsit.i.prope sit. & rogito inquam ne.i.vtrum accersat.i.eat ad vocandam obstetricem,eo.i. eam ob rem, videlicet,quia partus adest,illa anus exclamat.i.efrenata voce, & sonitu,magno vocis clamat, seu loquitur,non aût respondet ô Aeschine, iam ostendit tarditatem, quasi bonũ esset vt citius abijsses,abi abi.i.vade vade,noli vlterius verba dare vt fecisti hactenus dedisti satis diu nobis verba .i. decepisti nos tuis verbis,quæ nihil hũt effectus, satis adhuc .i. hucusque, tua fides .i. tua promissio, quã tam sancte facere videbaris,tum tñ figmentis plenus esset, fides ergo tua satis hucusque frustrata est nos.i.decepit nos,hem . interiectio res nouas audientis,inq̃ .i.dico vel dixi . obsecro quid istud est,quod.s.tu anus dicis,illa autem pergens in itinere suo dixit mihi valeas.i.absc̃edas à nobis,habeas illam.i puellam quæ placet tibi.i.quæ est tibi cordi, ilico.i.statim,vt dixit illud mihi,sensi.i.percepi illas mulieres ad suspicari.i.hñe suspicionem de me. Dicimus adsuspicor,quemadmodum dicimus addubito,quod compositum nihil addit vltra simplex, nisi augeat, & ad illas suspicari temesis est facta pp carmen,sed tamen repressi me .i. me cohibui,nec volui auferri illam suspicionem detegendo amorem fratris,repressi inq̃ me . ne.i.vt non aliquid dicerem illi garrulæ.i.illi vetulæ loquaci ac verbosæ de fratre.i.de amore fraterno,ac.i.& ne illud de amore fratris fieret palam.i.publicaretur ab illa vetula, seu fieret manifestum Demeæ, cui minime fuit opus manifestare illud, nunc quid faciam deliberat,solus apud se,dicã hanc Psaltriam esse fratris Ctesiph.id quod pro quod,vt sæpe apud Cic.referq̃. totam clausulam præteritam.i.quæ res,videlicet hanc esse fratris, mini me.i.non est opus efferri.i.publicari,prodire in lucem, quasi extra ferri,vsquam .i. in aliquem locum, vsquam dr̃ & in loco,& ad locum . Age,aduerbium hortantis seipsum in deliberando, omitto.i.prętermitto,excipio illud,videlicet non esse opus hoc efferri,videlicet hanc esse fratris,vel omitto.i.relinquo istã opinionem de prodendo fratre,quæ mihi non placet,potis est.i.potest (vt prius est expositum) fieri.i.effici, vt ne.i.q̃ non, illud de fratre exeat.i.erumpat in lucem, quo .i. aliqua rõne, & via,vbi qua capitur pro aliqua, aduerbio per locum, vbi hoc totum potis est fieri,&c.potest capi interrogatiue vel affirmatiue secundũ varias considerationes . Metuo vt .i. ne non,hoc est,q̃ non,vt Don. vult,metuo ergo,q̃ mulieres non credant idipsum .s. me eripuisse Psaltriam fratri, & non mihi . qm̃ vellem eas scire, & credere,& ita non suspicari de me,& id quidem vellem sine proditione fratris si fieri potis esset,vt iam dixit.Deinde argumentatur in oppositum inquiens multa verisimilia eum opprimere, vt credatur rapuisse sibi. Tot verisimilia.i.tot probabilia,seu p̃babiles rationes,similes veri .i. similitudinem hñtes veritatis, concurrunt.i.congeruntur aduersum me,egomet.i.ego ipse rapui Psaltriam à lenone,egomet ipse, autulogia est, nam met & ipse idem significant,solui .i. numeraui pro solutione Psaltriæ, argentum.i.precium ipsi lenoni,abducta est.i.ipsa rapta violenter deducta est ad me domum .i. in domum,in qua resideo, vbi domum ponitur aduerbialiter,adeo.i.certe,fateor hęc fieri mea culpa.i.confiteor quod imminet mihi periculum diuortij,cum Pam.& q̃ in eius,& matris sum maleuolentia,seu q̃ subiui eas odia,mea culpa hac.s.quę sequitur,videlicet me non indicasse.i. q̃ non indicauerim , & patefecerim hanc rem de raptu Psaltriæ pro fratre,patri.s.Mitioni,qui est adoptiuus pater,vt.i.quemadmodum, ea res erat gesta.i.facta,exorassem.i.impetrassem obtinuissem,vt.i.q̃ ducerem.i.hrem in vxorem eam .s. Pam.Cessatum est impersonaliter dictum à cessatum cessabatur.i.fuit negligentia in nobis,& ociositas,ac segnities,seu cunctatum, noxia, vsque adhuc .i. hactenus , siue hucusque . vel si mauis cessatum est vsque.i.assidue semper adhuc .i. hucusque,nunc porrò .i. ex hoc nunc in futurum,seu posthac . ô Aeschine alloquitur seipsum,expergiscere.i.excita teipsum,neq; amplius cesses,& sis ociosus,expergiscor eris est verbum deponens absolutũ,& quasi passiuæ significationis,nam expergiscitur, q̃ sua spõte à somno excitatur,expergescit aũt,qui ab alio è somno excutitur,siue resoluitur,nũc hoc quod sequitur est primum,post tñ illud quod rogandus est pater.ibo ad illas mulieres,illud est quod primum dicit, vt purgem me .i. me excusem reijciendo à me crimen in fratrem secreto tamen . accedam.i.adueniam, ad fores.i.ad hostium damus Sostratæ,perij.i.perditus sum amore .s. eius Pam. quam timeo mihi eripi,semper ego miser horresco.i.contremisco,ac commoueor,seu frigesco . nam horrere interdum significat frigere . Iuuen. Et horrendi tu non red.ser. Per. Scis co. ho.t.do. la. horresco ergo.i.horrido fio,& trepidus totus more amatorum,qui voluntate aduentante,& corpus inuadente, trepidare incipiunt,ac trepiduli efficiuntur,vbi .i. quando occipio pulsare.i.percutere,hasce.i.has fores.i.hoc hostium amatæ,heus heus,aduerbium vocantis repetitum,ego sum Aesc.aperite hostium actutum.i.cito, celeriter aduerbium temporis dictum ab iactu.i.à celeritate,vnde actuariæ naues dicuntur.i.celeres ac celeriter per maria,currentes,aperite actutum hostium, generaliter hoc est dictum . Deinde descendit ad particularia , aliquis aperiat sup. actutum hostium,sed Don. dicit istas distinctiones sic factas non placuisse veteribus , est tamen astruenda litera, vt singulæ quæque connexiones intelligantur , potest & sic astrui secundum Don. aliquis ex vobis multis,aperite hostium,aliqs enim vt idem ait,habet vim pluralem,quamuis singulariter dicatur, non est enim aliquis nisi de multis . Est autem prolepsis figura constructionis, qualis si diceretur, studeatis aliquis orationem habendam,quasi aliquis ex vobis, seu quilibet ex vobis studeat orationi habendæ,non curo quis vestrum studeat dummodo sciatur ab aliquo, nescio quid prodit.i.exit venięs ad aperiendas fores,quæ sunt longe à penetralibus domus,concedam .i.me conferam. hoc.i.huc aduerbium ad locum sicut illoc pro illuc antique .

ARGVMENTVM) Querela & solicitudo Aeschini quomodo se purget mulierculis,& tamen fratris amorem non procedat: Et est hæc summa rerum eius epitasis . [Membra metu de.) Asyndeto auget vim enumerationis.[Vah) Perplexi,hoc loco,& trepidantis.[Nam vt hinc)Narratio causę solicitudinis, quomodo rem ex anu cognouerit.[Nunc)Instauratio perturbationis . [Age mitto) Occupatio per antipophoram , & mox signa coniecturæ, quibus id quod grauius est confirmatur . totum pertinet ad amplificationem periculi . [Nunc iam porro) Apostrophe ad seipsum . LATO.

DISCRVCIOR animi) Turbati hominis querelas , sed tñ inter affectus,& animi oblæsiones cordati hæc scena proponit. Nam cum posset adolescens facilime à se culpam remouere , si fratris sui facinus detexisset,maluit hoc vitio suo ad scribi sufferre,quàm germani dedecus propalare . [Membra metu debilia) Est.n.metus,vt ait Arist. in Physicis , causa cur sanguis ad cor se recipiens exteriora membra suo vigore destituat . Et Sen.lib.6. quæst. Non est facie inter magna mala non desipere.Itaque leuissima ferè ingenia in tantum venire formidines,vt sibi excederent.Nemo quidẽ sine aliqua iactura sanitatis expauit,simili sq̃. furenti quisquis timet,sed alios cito sibi timor reddit alios vehementius perturbat,& in demẽtiam transfert.[Garrulæ illi)Garrulus à garrire descendit, quod significat, vt ait Nonius,multũ strepere . Igitur qui silentium continere non possunt, sed quidquid audiuere effutiunt,hi recte garruli nominandi sunt.Probe autem adolescens nihil mulieri,quod tacitum esse cupit,credere intendit,Seneca lib.11. declamationum . Muliebris garrulitas id solum potest tacere,quod nescit. Xenophon 7. Mulieri pectoris arcana caue committas , nihil enim diu continet. PETR. MARS.

ET in hac scena non parua difficultas est,quo pacto carmina sint discriminanda.Verum hic leuiter transiliunt qui ex professo eius rei curam susceperunt.Nobis dissimulandum hoc nõ fuit,vtcunque alij suum excusent silentium . Primi duo versus iambici sunt. tetrametri acat. In quorum priore Mihi dissyllabum est, secunda elisa syllaba . In altero bis legendum Neque quid,quamuis Ioan.existimet Nec posteriore loco pro Neque legi posse. Sed versus non patitur. fieret.n.trochæus loco quinto,qui in iambico locum non habet , quanquam haud sum nescius Donatum legere Certum est pro Certum fiet. Ac vt integer hac scena sit Donati Commentarius,valde vereor . Deinde sequuntur quinque trochaici tetr.catal. Qui quòd perperam in omnibus libris leguntur . nobis vero ordine adscribendi visi sunt,deinde ratio eiusmodi digestionis subiungenda . GLAR.

Membra metu debilia sunt , animus timore obstipuit ,
Pectore consistere nihil consilij quit, vah, quo modo
Me ex hac expediam turba ? tanta nunc suspicio incidit .
De me,neque ea immerito . Sostrata credit mihi me Psaltriã
Hanc emisse, fecit Canthara anus id indicium mihi .

In primo versu Obstipuit antepenultima producta est.In secundo quidam lib.habent Quit,& tum Nihil trissyllabum est.Quidam habent quiuit,sic Nil monosyllabum . Sed quomodo duæ sunt dictiones, quemadmodum & pcedente scena versu quinto à fine . In tertio duo verba De me,legi nõ debent,sed ad sequentẽ pertinent versum.Quintus non eodem vbiq; modo legitur . In qbusdam Hanc ad priorem versum ad positũ vidimus absq; item verbo Canthara,vt esset trochaicus trim.cat. hoc ordine ,

Emisse, anus id fecit indicium mihi .

Doctor.

Doctor. trochaicum non trimetrum, vt nos, sed dimetrum hypercatalecticum indicauit, perperam eo quidem iudicio, quanquam ipse eum aliter legit, vt in vulgatis habetur libris,

Emisse, id anus mihi indicium fecit.

Mirabile sane carmen si modo carmen est. Sed iudicet lector, mea parui refert. Quod nos docuimus, facile probabimus, si fuerit opus. Deinde sequuntur septem iambici tetr. acat. In quorũ primo verbum Erat ponendum post verbum Missa. Præterea Eam pronomen tolli non debet propter Donati verba, qui de Hanc pronomine ante Vbi posito, non de Eam post Vbi posito loquitur in 3. Eo monosyll. est. In 4. Satis bis ponitur, & bis posterius s, amittit. Præterea Diu monosyll. In 5. d, eliditur, nisi creticus sit loco primo. Sextus anapæstum secundo loco habet. [Nunc quid faciam? dicam fratris esse hanc? quod minime est opus) Hi sunt rursus trochaici tetr. acat. In quo & 5. vel Mea monosyl. est, vel creticus loco ij. In 7. trocheus est loco secundo. In 8. vel illas primam corripit, vel bacchius est loco 3. vel d, in Ad eliditur. In fine decimus versus pro Fores recte Ioan. legit. Miser. Nam Fores ex superiore versu repetendum. In 11. trochæus est loco secundo. Vltimus perficitur scena sequẽte, inquit Doct.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Mire faceto commento nouum incutit Aeschinu metum pater ostendens alij viro nuptiarum Pamphilam. Tandem amoto ludo agere serio incipiens filij animum gaudio explet, futurum promittens, vt illam ipse ducat vxorem.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena facete luditur Aeschinus à patre Mitione, qui variis modis Pamphilam ostendit ab alio in vxorem ductum iri. Qua de re non paruo dolore concutitur Aeschinus, qui eam summopere deperibat, quod anxit patrem celauerat. Tandem illum eundem pater miro explet gaudio, recipiens, id est promittens eidem eam puellam quam primum vxorem datum iri.

Partim Trochaici Tetrametri partim Iambici Trimetri, in fine Quadrati quidam.

MITIO, AESCHINVS.

TA vt dixi, Sostrata
Facite: ego Aeschinum conueniam,
vt, quo modo acta hæc, sciat.
Sed quis ostium hoc pultauit? AES. pater hercle est: perij. M. Aeschine.
AES. Quid huic hic negoci est? M. tu ne has pepulisti fores? tacet.
Cur hunc aliquantisper non ludo? melius est:
Quandoquidẽ hoc nũquam mihi ipse voluit credere.
Nil mihi respondes? AES. non equidẽ istas, quod sciã.
M. Ita? nam mirabar quid hic negoci esset tibi.
Erupuit: salua res est. AES. dic sodes pater.
Tibi vero quid istic est rei? M. nihil mihi quidem.
Amicus quidam me à foro abduxit modo
Huc aduocatum sibi. AES. quid? M. ego dicam tibi.
Habitant hic quædam mulieres pauperculæ:
Opinor eas non nosse te, & certe scio:
Neq; enim diu huc cõmigrarunt. AES. quid tũ postea?
M. Virgo est cum matre. AES. perge. M. hæc virgo orba est patre:
Hic meus amicus illi genere est proxumus:
Huic leges cogunt nubere hanc. AES. herij. M. qd est?
AES. Nil: rectè: perge. M. is venit, vt secum auehat;
Nam habitat Mileti. AES. hẽ, virginem vt secũ auehat?
M. Sic est. AES. Miletum vsque obsecro? M. ita.
AES. an malo male est.
* Quid ipsæ? quid aiunt? M. quid istas censes? nihil enim, * Quid ipsæ aiunt?
Commenta mater est, esse alio viro
Nescio quo puerum natum, neque eum nominat:
Priorem esse illum, non oportere huic dari.
AES. Eho non ne hæc iusta tibi videntur postea?
M. Non. AES. obsecro non? an illã hinc abducet pater?
M. Qui ni illam abducat? AES. factum à vobis duriter.
Immisericorditerque, atque etiam, si est pater
Dicendum magis aperte, illiberaliter.
M. Quam ob rẽ? AES. rogas me? quid illi tandẽ creditis
Fore animi misero, qui * illi consueuit prius, * illam
(Qui infelix, haud scio, an illam misere nunc amat)
Cum hanc sibi videbit præsens præsenti eripi,
Abduci ab oculis? facinus indignum pater.
M. Qua ratione istuc? quis despondit? quis dedit?
Cui, quando nupsit? auctor his rebus quis est?
Cur duxit alienam? AES. an sedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hic
Illinc veniret expectantem? hæc mi pater
Te dicere æquom fuit, & id defendere.
M. Ridicule, aduorsum ne illum caussam dicerem,
Cui veneram aduocatus? sed quid Aeschine
Nostra? aut quid nobis cum illis? abeamus. quid est?
Quid lacrumas? AES. pater obsecro, ausculta. M. Aeschine audiui omnia,
Et scio: nã amo te: quo magis, quæ agi, curæ sunt mihi.
AES. Ita velim me promerentem ames, dum viuas, mi pater,
Vt me hoc delictum admisisse in me id mihi vehemenʒter dolet.
Et me tui pudet. M. credo hercle: nam ingenium noui tuum
Liberale: sed vereor ne indiligens nimium sies.
In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?
Virginem vitiasti, quam te ius non fuerat tangere.
Iam id peccatum primum magnum, magnum, at humanum tamen.
Fecere alij sæpe, item boni. at postquam euenit, cedo,
Nunquid circũspexti? aut nunquid tute prospexti tibi,
Quid fieret? quà fieret? si teipsum mihi puduit dicere:
Quà resciscerem? hæc dum dubitas, menses abierunt decem.
Prodidisti, & te, & illam miseram, & gnatum, quod quidem in te fuit.
Quid? credebas, dormienti hæc tibi confecturos deos?
Et sine tua opera illam in cubiculum iri deductum domum?
Nolim ceterarum rerum te socordem eodem modo.
Bono animo es, duces vxorem hanc. AES. hem. M. bono animo es, inquam. AES. pater
Obsecro, num ludis tu nunc me? M. ego te? quam ob rem? AES. nescio.
Nisi, qa tã misere hoc esse cupio verũ, eo vereor magis.
M. Abi domum, ac deos comprecare, vt vxorem accersas: abi.
AES. Quid? iam ne vxorem? M. iam. AES. iam?
M. Iam quantum pote. AES. di me pater
Omnes oderint, ni magi' te q̃ oculos nunc amo meos.

M. Quid

M. Quid? quàm illam? AES. æque. M. perbenigne.
AES. quid? ille vbi est Milesius?
M. Abijt,perijt,nauem ascendit:sed cur cessas? AES. abi pater:
Tu potius Deos compręcare: nam tibi eos certe scio,
Quo vir melior multo es quàm ego sum,obtemperaturos magis.
M. Ego eo intro,vt,quæ opu' sunt,parentur; fac tu, vt dixi, si sapis.
AES. Quid hoc negoci? hoc est patrem esse,aut hoc est filium esse?
Si frater, aut sodalis esset, qui magi' morem gereret?
Hic non amandus? hiccine non gestandus in sinu est? hem,
Itaque adeo magnam mi iniecit sua commoditate coram,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit, sciens cauebo,
Sed cesso ire intro, ne mora meis nuptijs egomet sim?

DONA

TA vt dixi, Sostrata facite) Hic apparet Mitionem iam multa dixisse.[Facite)Iubet vt vel securæ sint,vel adornēt nuptias.[Ego Aeschinū conueniam) Mire occursurus Aeschino Aeschinum quærit.[Pater hercle est)Quid est hoc quod Mitio timetur? an qa illi non est confessus? Ostendit autem poëta tantundem pudorem posse,aut amplius, quàm timorem.[Quid huic hic negoci est?)alius timor,q̄ hinc egredi tur pater.[Tu ne has pepulisti fores?) sic cępit interrogare,vt ne gationi locum prębeat.Et nota,pepulisti,elatum verbum,& tragico cothurno magis quàm loquelæ comicæ accommodatur. [Tacet)Hoc apud se loquitur Mitio.[Melius est)Et non ludere bonum est,sed melius. & hoc meliore affectu dixit,quàm si diceret,dignus est.[Hoc mihi nunq̄ voluit credere) Contra illud quod ait, Denique alij clanculum patres quæ faciunt, quæ fert adolescentia,ea ne me celet, consuefecit filium. Credere autem magno affectu dixit.non enim cōfiteretur vt patri,sed crederet, vt parenti,aut sodali suo. [Non equidem istas?) Deest pulsaui. [Quod sciam)Quantum scio.[Itan'?nam mirabar quid hoc negoci esset tibi)Accepit negationem Mitio,vt ludere Aeschinum possit. [Erubuit,salua res est) Nimis paterna sententia,& econtrario Simo in Andria,Vide num eius color, pudoris signum vs quam indicat. Et quanti affectus est,non dixisse,erubuit, saluus est,sed salua res est.Non ne videtur tibi res eius omnis in Aeschino constituta?eodē animo,& supra dixit,In eo me oblecto,solum.i.carum mihi. Non.n.solū intulit quod expectabatur, sed absolute,quasi ex omnibus solum.i.inquit. [Nihil mihi qdem) Mihi.i. nec propriæ rei. & callida negatione cœpit vt & illi adimat confitendi locum ad fiduciam,simulq̄ fiat ei desperatio du cendæ eius cuius mētio tam contemptim ab ipso tractetur. [Amicus qdam me à foro abduxit modo huc aduocatū sibi) Hinc incipit mendacium mixtum vero.nam amicus quidam me à foro huc,verum est,aduocatum,falsum.Sed huc,&quidam,modo emphasin habent leuis negocij, & in quo nec magnæ personæ, nec rei difficilis operæ aut longæ occupationis habentur.Et aduocatum dicēdo,alienum negocium demonstrauit,nam & Sibi non vacat. si enim mulieribus addidisset, potuit aliud sperari. [Quid?) Deest,ait,vt sit,Quid ait? [Ego tibi dicam) Senile est, nam id iam dicendum fuit. & hoc emphasin habet vilis rei,quæ vel facile dici possit,vel non celanda sit. [Mulieres pauperculæ) Non potuit magis celare dignitatem formæ, & ætatis puellæ, quæ amatur ab Aeschino, q̄ vt eam primo eodē nomine cū matre nominaret, deinde cōmuniter diceret de ambabus vniuersa quibus contemni debeant.[Quędam mulieres pauperculę)Pauperculæ addidit, vt magis desperet Aeschinus impetrare posse has nuptias à patre.Et item Quædā,vt ignobiles demonstraretur.Et totum hoc,cum abiectione pronunciandum est. Vt quædam,& pauperculæ,dicendo,adimit omnē spem nuptiarum,nā quædam,ignobilem indicat,pauper,indotatam.quid ergo remanet quod speret Aeschinus? [Pauperculæ)Nec pauperes saltem. [Et certe scio) ἐπανόρθωσις, parum dixit, inquit. [Opinor) Vel adeo obscuræ sunt,& nullus precij, vt opinor has non nosse te. Potuit tecte dicere & hoc,vt opinor,has nō nosti,sed illud vetustius. [Vt opinor has non nosse te) Aut abundat Vt,aut deest .s. Magnum autem crimen est in forma vicinæ puellæ, incognitā esse adolescenti de proximo.Et quia scit hūc esse de quo dixerit, Quam hic non amauit meretricem? aut cui non dedit aliquid? subdidit causam ne dignitatis pudorisq̄. esset, q̄ eam incognitā Aeschino esse dixisset,Neque enim diu huc,inq̄t, commigrauerunt. Et Vt opinor,mire ipse sibi sumit atque confirmat, quod nondum ille confessus est.[Quid tum postea?)Gratissime prodi tur Aeschinus amator,cum sedulo dissimulet.[Virgo cū matre est)Vult Mitio sic audire Aeschinum tanquam alienissimum,& ideo velut inscius facti,diligentius narrat. Virginem autem ἀρχαϊσμῶ pro muliere dixit.[Perge)Vide instantius interrogantem q̄ extraneum decuit. [Hic meus amicus) Qui me aduocatum abduxit de foro.[Huic leges cogūt nubere) Non permittunt,dixit,nec iubent,sed cogunt,ad perturbādum Aeschinum. & recte alia.n.sinunt leges,alia cogunt fieri. Et ne esset quo resisteretur illi,vult vt mulieres à lege coganē.[Perij) Hoc audit Mitio,sed dissimulat.[Nihil recte).i.recta q̄ perij,& nihil magis comicū. Et vide trisyllabum artificiose esse subiectum, vt q̄ Perij dixit, vix hoc locutus fuisse videatur.[Venit is vt secum auehat) aliud peius in amatam,vt nec Athenis saltem alteri nuberet. [Nā habitat Mileti)μίλητος Mileti. & est aduerbium locale. [Hem virginem vt secum auehat?) Hic acrius commoueri prodit adolescens,vt affectu fateatur quod verbis negat.[Sic est. Miletum vsque obsecro? ita animo male est) Ille oblitus sui,sic indignatur, vt in re propria. hic rursus callide vultu vtitur tanquam aliena narrantis.[Miletum vsque obsecro?)Bene Vsque.nam Miletos, colonia est Atheniēsum in Pōto.[Animo male est) Animo male fieri dr̄,cum ictu alicuius mœroris perculsus animus,non sustinet corpus,sequiturq̄. ruina membrorum. [Quid ipsæ? quid aiunt?)Nō statim credit Aeschinus pudicam matrēfamilias statim consentire in nuptias nouas viri ignoti.[Quid istas censes?) Posse dicere,subaudiendum.[Nihil enim)Dicunt,subaudiendū & sic intelligendum. Nihil,non q̄ taceant,sed q̄ nihil confirmationis habeat id quod dicunt. [Commenta mater est) Nūc dicit qd dicat.etiam commenta dixi.i.fallaciam confinxisse,verisimile comminisci.[Ex alio viro)Iam de proximo tangit Aeschinū. [Priorem esse illum)Mire tractat etiam partes Aeschini. [Nōne hęc iusta tibi videnē postea).s.illa quę amicus tuus dixerat prius, quam hæc audires. [Iusta tibi) Iusta quæ postea audisti,quàm illa quæ pro Lennio dicebas prius. Aut si hoc non est,quære quid sit Postea.[Postea)Sic abundaret,quomodo interdum Hodie de stomacho adijcit loquentis.vt Virg.dicit,Nunquam omnes hodie moriemur multi.[Non?)Vultuose pronunciandum est nō. [An illam hinc abducet)Hinc,tanquam singultus ploraturi est. nam sic est pronunciandum.[Pater?) Quasi ad hoc supplicandū dicatur.[Factū à vobis duriter)Non dure & crudeliter,sed quasi duramente.i.inflexibili,& quod Græci dicunt ἀτρέπτως.[Immisericorditerq̄.)Nota octo syllabarum aduerbium,atque insuper cō positum,& cum coniunctione prolatum.[Illiberaliter) ἀνῳκῶς. nam multa duriter,etiam si opus sit immisericorditer quoq;, & facienda sunt,& patienda,si ita ratio & causa cogat,& non sit illiberale.i.non malum atque inhonestum. [Si est pater Dicendū magis aperte).i.apertius,quia iam apertum fuerat,duriter,& immisericorditer.Et bene præfatus est,ne contumax aduersus matrem videretur.[Illiberaliter)Iniuste,inclementer,non bene. qa liberalis,bonus dicitur. [Quam ob rem?) Delectari magis cupiēs Mitio Aeschinum vult protrahere ad defensionem sui. [Fore animi misero) Quid de se plus diceret, si factum fateretur? [Qui illi consueuit)Legitur & illam,&dicebant veteres,hanc rē consueui,& ἀνοχημένων.vt Plaut. Vt clandestine,vt celetur consuetudo.Et maiore affectu non amorem allegauit,sed quod est cōmune cū bonis,& multo iustius,consuetudinem. [Qui infelix) Non,qui,sed qui infelix,& non,amat,sed misere dixit,&ita affectu proditur qui vt alienus vult loqui. [Præsens præsenti eripi) Adiuuat significationem hæc ex abundanti addita, vt illam absens absentem auditq̄, videtque.Et,Fratrem ne desere frater. Sic Cæcilius in Eratosthene, Hæc caterua plena gladiatoria, cum suum sibi alius sauciat,socius socium.Et totus hic locus est trāslatus ex Virg.in 4.Aen.Quis tibi nunc Dido cernenti talia sensus, Quos ue dabas gemitus? cum littora feruere late Prospiceres arce ex summa, totumq̄. videres Misceri ante oculos tāris clamoribus æquor?[Istuc?)Deest,dicis.[Quis despondit?) Latēter obiurgat Aeschinum,rem sine patre gessisse.& dicitur figura.

* [Quis despondit?) Quia non interfuit pater. [Quis dedit?)

dedit?)Quia rapuit ante quam peteret. [Quando nupsit?) Quia nuptiæ non factæ sunt. Et nupsit molestè additum,quasi aliena sit,quæ non legibus ducta sit. [Auctor his rebus quis est?) Dationo casu,non harum rerum. Et Salust. Qui tũc Romanis imperator erat. [Auctor his rebus quis est?) Iterum obiurgat,quia non interfuit pater. & agit sic dolens, velut sibi minus amoris præbitum fuerit,Mitio,vt se his,quantum amor patitur,videatur vlci sci,quodque sibi negocium nõ confiteatur Aeschinus. [An sedere oportuit) Sedere proprie ignauio cessationis est. vt,Sedeant, spectentq. Latini,Et Quid sedes Verres,quid spectas? [Cur duxit alienam?)Verum filiam?an quæ possit aliena esse? nã omnes alienas filias ducunt. [Tam grandem)Grãdem,ad ætatem veteres retulerunt,non ad corpus. & in parte ætatis dicitur grandis, non in tota vita,nisi si addatur natu. vt,Grandis natu parens adductus ad supplicium. Et grandis infans,& grandis puer,& grandis ephæbus,& grandis virgo recte dicitur. Et vnde scit Aeschinus? an grandem hic fingit ignotam? an quia dixit pater,Commenta mater est esse ex alio viro nescio quo puerum natum. Ergo,& illa grandis,& seruus Milesius,qui tunc virginem perit,cũ iam altera sit,vel rapta sit alteri. [Dum cognatus hinc Illinc veniret)Prouerbialiter hinc illinc. [Et id defendere)Non potuit magis amatorie,&magis pueriliter loqui,quàm vt non contentus q̃ ait, Hæc dicere te æquum fuit,etiam adderet, & id defendere. Patet autem qualis affectus est,cum etiam patri ob alienam causam blanditur,vt ipse nunc simulat. [Ridicule)Vocatiuus est casus,ab eo quod est ridiculus. [Quid ista Aeschine nostra?)Hic iam vltima desperatio,& Aeschinum in cõfessionem protrahet, & in finem fallaciæ senem deducet. Et bene quidem nostra dixit memor est enim se respondisse Aeschino interrogãti,Tibi vero quid illic rei est? Nihil mihi quidem. Totum autem hoc senex addi redegit,non tam vt torqueret Aeschinum,quàm vt magis faceret beneficium suum, exponẽdo id quod pene periculũ amor eius incideret. [Quid est?Quid lacrumas?) Quasi repente animaduertit flentem,& quasi causa omnem nesciat,sic inquirit [Aeschine)Non exhibuisset personam patris,nisi pietate victus, pati filium nollet confessione torqueri. Virg. nec plura quærentem Passa Venus,medio sic interfata dolore est. Bene ergo intelligunt, qui sic accipiunt, perrecturum adhuc fuisse Mitionem, nisi victus affectu fallaciam proiecisset. [Nam amo te)Bene addidit,nam te amo,&c. nam & inuidis, & inimicis moris est scire quid agamus. [Ita velim me promerentem ames)Quàm pie additum est promerentem,tanquam illic sit votum Aeschini,cum possit pater etiam immeritum amare. Et animaduertendum est, Vt,semper sequi,vel statim,vel ex interuallo,maxime in huiusmodi confirmationibus. sic Cic. Ita velim mihi deos propitios, vt cum illius temporis mihi venit in mentem, &c. Velim autẽ, pro volo antique dicitur. [Admisisse in me)Me in me αὐξητικῶς, adiectum est. [Et me tui pudet) Ambiguum q̃dam hoc dictum putãt,sed apparet adolescentem pp̃ suum peccatum dicere, non q̃ quidquam turpe fecerit patri. [Ne indiligens nimium sies) Non ergo ingratus,sed negligens Aeschinus. nec negligens,sed indiligens. nec in alterum, sed in se deliquit. Miræ clementiæ genus est,aut omnino ignoscere,aut crimẽ in leuius commutare. nam tota obiurgatio ita amica est,vt non multum à blandimento discrepet,magisq. proficiat apud audientem,vt vult. Terent. quam illa aspera atque præfracta. [In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?) Communẽ locum inducit,à persona,à facto,à tempore. [In qua ciuitate) Aliter pronunciandum est .i. presse ac leniter,ne faciat illud Tullianum,Pro dij immortales, vbi nam gentium sumus?quam remp.habemus?in qua vrbe viuimus?Et Tandem,pro Damen. [In qua ciuitate) Hoc est,oblitus es Athenis te esse,vbi viuitur legibus?Vide omnes sententias poni accusatorias, & nihil amoris. isti sunt orationum colores difficillimi,sed elaborauit Terẽt. Mitionem facere leniter accusantem,& inducere Demeam durissime blandientem. [In qua ciuitate)Quod obiurgat Mitio,magni amoris est,& necessaria p̃ persona assentatio. non enim conuenit patrem nimium diligẽrem filium,eius prẽterire peccata. [Virginem vitiasti)Vide,& rẽdici,& abesse tragicam inclamationem,& ostendi delictum,&ad ueniam festinari. nam statim dicet, Iam id peccatum primũ est magnum,at humanum tamen. Et tota pronũciatio huiusmodi verbis summissa debetur. [Facere alij sæpe,item boni) Moris est exemplo lenire, quod purgare non possis. [Fecere alij sæpe,itẽ boni) Consultatio ab exemplo. Et boni,non cum hoc facerẽt, sed alias boni. [At postquam euenit)Euenit.i.quit,non commissum est nihil innocentius dici potuit. [Nunquid circunspexit?) Syncope,pro circunspexisti. Circunspicimus prẽsentia. Prospicimus futura. [Quid fieret?).i.qua ratione,quo modo fieret? & qua rationem.i.q̃bus adminiculis,vel per quas personas? [Si te ipsum mihi puduit dicere) Optime hoc additum est, quasi non debuerit Aeschinum apud Mitionem pudere. [Qua rescisceré?) qua.i.per quos. & ad omnia subauditur,nunquid circunspexi? [Quà rescisceré?) Deest Re,vel Ratione. [Mẽses abierunt decem)Mire abierunt,q.d. Te cessante,menses cessere,& locus est incusationis à tẽpore. Et abire dicitur quod paulatim nos deserit,hoc autem ex partu intelligit. [Quod quidem in re fuit) Sal. quod in familia nostra fuit. præstitit,vt in omnibus bellis adesset vobis. Et Cic. Senator P.R. quod in omnibus fuit iacuit,& pernoctauit in publicõ. [Prodidisti,& te,& illam miseram) Vide festiuum senem,quantum se adolescenti accommodet,non.n.illum,quem causa deposcit, sed amatoriam ordinẽ fecit prius dicẽdo prodidisti te quàm illam, tum etiam gnatum,vt ex animo amare videatur id,quod natum est. [Prodidisti)Decepisti, vel deseruisti vt Virg. vnius ob iram Prodimur. [Quod quidem in te fuit)Pro id,quod in te erat.i.quantum in officio tuo spei,&auxilij partumq̃. tuaꝝ,vel,quantum ad te spectabat. Et hic est illud quod obsequentissimus pater vult omnia per se esse correcta. [Dormienti hæc tibi confecturos deos?) Quam mitis,quàm faceta obiurgatio. Videtur satis Mitio ille esse qui ante est descriptus? [Quid? credebas, dormienti hæc &c.) Incerta distinctio, nam & per se quid,&,quid credebas,legi potest,& velut per hoc subaccusetur Aeschinus,Dormienti hæc tibi confecturos deos? infertur. Et quæ sint quæ à dijs,cessantibus præstari non possint, sequenti versu docet,ne videatur de dijs male sensisse. [Dormiẽti) Multo melius q̃ si diceret cessanti. & non,facturos,sed quod plenum est,cõfecturus. Et mire deos ponit in eo negocio quod ipse præstat,tanq̃ hic,& se, & deos excusset, q̃ non fecerint Aeschino, quæ volebat, ẽt dormienti. [Et sine tua opera illam in cubiculum iri deductum domum?) Ordo,deductum iri domũ. [Nolim ceterarum rerum re socordem)Quàm nihil imperiose ac pro auctoritate patria fit. nolim,inquit,te socordem ceterarꝝ rerum esse. non dixit,ne sis socors. [Bono animo es) Apparet flenti hæc dicta omnia esse. &,hoc decuit verecundum adolescẽtem,& ex vi tantæ orationis,& metu amittendæ puellæ. Et Es, modo imperatiui modi est,temporis præsentis. nam esto,futuri est. [Duces vxorem) Datur in vltima obiurgatione,& breuiter, & plena securitas. [Hem) Singultientis fletu,& gaudio dixit hẽ. [Obsecro non ludis tu nunc me?) Mœstus amatoris animus ludentem serio loqui credidit,vera dicentem,quia optata sunt, putat ludere nunc. Potest,& ob hanc causam dicere,Ludis tu nũc, quòd nunquam eum antea luserit. [Ego te?quam ob rem?) Magna vis pronominum cur non ludat. quibus,& accessit consideratio rei. nam primo ego,deinde te,deinde causæ propositio. Et recte Ludis. Est .n. amantis in falsum metum conijcere imminentem lætitia, qualibet sententia. inimici vero in falsum gaudium quenquam impellere sub alicuius mœroris aduentum. & ideo negat se Mitio in hac parte lusurum Aeschinum q̃ in alijs luserit. [Quia tam misere hoc cupio esse verum) Pro nimis,q̃a nimia miseria,vt, Nequid nimis. hoc enim putant qui virtutes mediocritates esse dixerũt. [Nescio)Religiose dixit nescio,quasi non sit ratio quare non credat patri,quãuis subiecerit causam. [Abi domum, ac deos cõprecare) Magnus institor sui beneficij est, qui à dijs petendum esse dixit,quod ipse præstabit. an ideo quia ordinis fuerat,prius rem diuinam facere,& sic vxorem accersere? Et bene repetitum est Abi, quasi hærenti morantique, vt ait,Vos istæc intro auferte,abire. [Quid? iam vxorem?) Accessit ad beneficium tempus. & ideo Iam quasi gestiens repetit adolescens. [Quantum pote) Aut deest cito, aut quantum potest esse. [Quid? quàm illam?) Commendat se Mitio,& familiariorem amatori facit, mentionem faciendo sæpius de amica in vxorem ducenda. [Ni magi' te, q̃ oculos nunc amo meos) Mire nunc addidit.& eleganter inuentum est quod in se amator multum diligat.i.oculos,vt econtrario in Eun. Adolescenti ipsi eriperem oculos .i. ipsos, de quibus amat. [Æque) Sic infert hoc quasi dubitando inuenerit. [Perbenigne) Multum putat, quia amator hoc dixit,ergo benigne,large abundeq̃e. [Quid? ille vbi est Milesius?) Non amat, si statim timere definit. vnde Virg. Omnia tute timens eadem impia fama furenti Detulit, armari classem, cursumq̃e parari. [Abijt, nauem ascendit) Facete,abijt,ne diceret,mentitus sum. atque ita dixit, vt infantibus nutrices de terriculis dicere solent, quas cum ipsæ confinxerint,abolitas volunt,postquam illos vident nimium pauere. Et mihi videtur ridens hæc dixisse, vt intelligat Aeschinus Mitionem ioco fuisse mentitum. [Tibi obtemperaturos magis)

Mira

Mira ſententia, Deos obſequi bonis quaſi bonis hominibus multum debeant. & in excuſationem precandi Deos vide quæ facultas nata ſit patrem ſine aſſentatione laudandi. non eſt autem iniurioſum, ad patrem referre deprecationem deorum, ſed magis honorabile. nam tale eſt apud Virg. Tu genitor cape ſacra manu, patriosq. penates. vt ipſe patrem portet, hic Deos. [Ego eo intro, vt, quę opu' ſunt, parētur, fac tu, vt dixi, ſi ſapis) Hic verſus in quibuſdam non inuenitur. [Quid hoc negoci?) Et mirantis hæc, & laudantis oratio eſt. & pene videtur huiuſmodi patrem Terēt. probare. [Quid magi' morem gereret?) Qui, quo modo, qua re, qua ratione. [Hic non amandus?) Omnia perfecit hic patet, vt & ametur, & laudetur, & foueatur. [Magnā mi iniecit ſua commoditate curam) Mira ſententia, mala etiam de bonis nobis naſci. an bonus parens magnæ curæ eſt filio? [Sciens cauebo) Facere quod nolit. ſ. [Sed ceſſo ire intro, ne mora meis nuptijs egomet ſim?) Bene hoc, vtpote obiurgatus.

GVID. ITA &c.) Hic Aeſch. luditur a patre Mitione, qui varijs modis oſtēdit Pamphilam ab alio in matrimonium ductū iri, quo non parum dolore cōcutitur Aeſch. qui ſummopere eam deperibat, ſed id celauerat patrem, tandem illum eundem pater explet gaudio recipiens ob Aeſch. puellam iri ductum. M. ò Soſtrata facito ita, vt dixi, vel tu & filia facite ita, vt dixi, per quod apparet Mitionem iam multa dixiſſe, ego conueniā. i. alloquar Aeſchinum, vt ſciat quomodo hæc de nuptijs, & de coniugio ipſius, & tuæ filiæ ſint acta. i. tranſacta, & pacta. Sed quis pulſauit. i. percuſſit hoc hoſtium, hoc dixit cum appropinquaret foribus, quas pulſari audierat. A. Hercle pater eſt. ſ. Mitio pater adoptiuus eſt hic intra domum iam ego facile perſpicio ipſius ſermone. M. O Aeſch. vocando eum. A. Quid negocij. i. quod negocium eſt huic. ſ. Mitioni, per indignationem dixit. i. quod negocium habet iſte hic. i. in domo Soſtratæ. M. Ne. i. vtrū tu pepuliſti. i. percuſſiſti, Inde pulſo as frequentatiuū, has fores. i. hoc hoſtium? Deinde cum non reſponderet Aeſch. ſubdit ſubmiſſa voce & apud ſe, tacet. i. taciturnus eſt, obmutuit. Cur non ludo. i. illud hunc Aeſc. aliquantiſper. i. aliquandiu. Melius eſt. i. operæprecium eſt, vt à me ludatur, quandoquidem. i. quia certe nunquam voluit credere. i. committere, ſecreto dicere, ac detegere. Item impartire mihi hoc videlicet amorem filiæ Soſtratæ hæc priora dixit apud ſe, deinde ſubdit alloquendo Aeſchinē, nihil reſpondes mihi. A. Equidem. i. certe, ſeu ego quidem non pulſaui ſup. iſtas fores, quam ſciam. i. quantum ſcio, alij habēt quod ſciam quod in idem redit. ſed Don. vult q̄ ſciam pro quantum ſcio. M. Itan'. i. ita ne. i. eſt ne ita vt ais. ſ. te fores non pepuliſſe. id ego dicebam ſupp. Nam. i. q̄a mirabar quid negocij eſſet tibi hic vbi dici inepte ſolet, quid haberes agendum hic. Deinde ſubdit apud ſe. Erubuit. i. verecūdatus eſt & rubore eſt ſuffuſus, ſalua res eſt. i. res bene ſe habet, nam rubor eſt virtutis color, & ita magnum eſt argumentum nondum perfricuiſſe frōtem, omnem de poſuiſſe pudorē. A. ò pater dic ſodes. i. dic ſi audes, & ſi tibi cordi eſt, & eſt comicū verbum blandienti aptiſſimum, & iam familiariter loqui incipienti, vero. i. ſed, q̄d rei. i. quod negocij eſt tibi iſtic. i. apud Soſtratam, vbi dicerent barbari, quid habes agendum. M. quidem. i. certe, nihil mihi eſt iſtic. i. apud Soſtratam, vbi dicerent barbari, quid habes agendum. M. quidem. i. certe, nihil mihi eſt iſtic. i. nihil habeo negocij, ſeu, vt barbare loquar, nihil habeo agendum illic, q̄dem. i. certe, vel quidam amicus. i. vnus ex amicis meis, abduxit. i. deduxit, remouit me à foro, modo. i. paulo ante, & deduxit me huc ad Soſtratā aduocatum ſibi. i. interceſſorem, & mediatorem pro ſe videlicet, vt omnia de nuptijs filiæ & ipſius tranſigerentur meo beneficio, ac mea interceſſione. Nam aduocatus dicitur, qui cauſam alicuius agit, itaque faciens eius eſt interceſſor apud iudicem & mediator, eſt etiam omnis homo defendere alium paratus, vt teſtat Laur. Sic ergo aſtrue, modo. i. paulo ante, amicus abduxit me. i. abſtraxit me huc foro, tanq̄ aduocatum ſibi. i. vt ſibi eſſem aduocatus, vt iam eſt expoſitum. A. Quid. i. cur, abduxit te aduocatū ſibi. i. in qua re vult te eſſe ſibi aduocatum. M. ego dicam tibi, quædam mulieres pauperculæ habitant. i. morant, hic. i. in his tectis, opinor te non noſſe has mulieres, & certe ſcio. i. nō dubito, & vere ſcio te non noſſe eas, enim. i. q̄a non diu. i. non ex longo tempore, commigrarunt huc. i. ceperunt hic ſedes, & huc ad morandum venerunt. A. quid tum. i. tunc poſtea ſecutum eſt, vel quid ex eo vis inferre. M. virgo eſt cum matre. A. perge. i. proſequere in narratione tua. M. hæc virgo eſt orba patre. i. caret patre. Orbus dicitur aliqua re cara priuatus, vt parens dicitur liberis orbis, & contra liberi dicunt orbi parente, hic meus amicus eſt proximus illi virgini. i. mulieri, nam iā corrupta erat eſt proximus genere. i. cognatione ipſa, leges cogūt hanc puellam nubere. i. nuptui collocari huic amico. Aeſch. perij. i. pditus ſum, hoc audiuit Mitio, ſed diſſimulat. M. quid eſt quod tu dicis, nam alter ſummiſſa voce dixerat. A. nihil eſt. ſ. recte res ſe habet, ſed hoc diſſimulanter dicitur perge. i. proſequere narrando. M. is amicus venit vt aduehat ſecum. i. quaſi naui vehat. Nam vectores dicuntur, qui naui vehuntur pro precio. Et bene aduehat, nā ipſe habitat. i. moratur. Mileti. i. in vrbe Ioniæ, quæ eſt Atheniēſium colonia & Mileti genitiuus eſt aduerbium poſitus, id pro aduerbio in loco. A. hem, dolentis interiectione, & commoti vehementer. dicis eum veniſſe ſup. vt aduehat ſecum virginē. i. mulierem. nam in corrupta erat. M. ſic eſt. i. eſt verum eam ob rem veniſſe vt abduceret. A. obſecro. i. obnixe peto vt dicas mihi an venerit, vt aduehat virginem ſecum vſq; Miletū. i. vſque in eam vrbem, vnde Mileſiæ lanæ precioſę eſſe dicuntur à Vir. M. ita venit vt abducat eam Miletum vſque. A. male eſt animo meo. i. animus meus eſt æger dolore, moleſtia, ac paſſionibus varijs, q̄bus conflictatur animus, nam vt dicimus bene eſt mihi. i. ſum ſanus, & male eſt mihi. i. ſum ęgrotus, ſic dicimus bene eſt animo. i. ſum lætus, neque afflictus morbis animi, quæ paſſiones ſunt, & male eſt animo. i. ſum ægritudine animi vexatus, & (vt inquit Don.) male eſſe animo dicitur cum dicti alicuius mœrore perculſus animus eſt, ita vt corpus non ſuſtineat, ſequaturq. ruina membrorum. quid ipſæ mulieres aiunt. M. quid cenſes. i. putas mulieres poſſe dicere ſupp. enim. i. certe, vel quia nihil dicuntur mater Soſtrata commenta eſt à comminiſcor eris. i. adinuenit excogitauit veriſimilem. ſ. fallaciam, videlicet puerum eſſe natū ex alio viro neſcio ex quo viro natus ſit, vel ſic miſce puerum eſſe natum ex alio neſcio quo viro, ſed in idem reuertitur, neque ipſa mater nominat eum virum ex quo natus eſt puer. Commenta eſt inquam, vel dixit illum virum, ex quo natus eſt filius eſſe priorem. i. cui potius ſit collocanda puella, & ait non oportere filiam dari huic amico meo. A. eho, interiectio audientis quod optabat, non ne hæc q̄ dixit Soſtrata. ſ. illum, ex quo natus eſt puer eſſe priorem & præferendū non ne ea videntur tibi iuſta, poſtea. i. poſtquā dicta ſunt, & ea conſideraſti, vel quæ poſtremo loco dixiſti. M. Non videntur mihi iuſta. A. obſecro nō. i. dicis non videri illi tibi iuſta, & hoc non vultuoſe eſt pronunciandum. An. i. vtrum, ò pater vtrum ipſe amicus tuus abducet. i. abſtrahet illam, hinc. i. ex hoc loco. M. quid ni. i. cur non abducat illam. A. id ſup. ſ. tranſactio, & pactio de nuptijs, factū eſt à nobis duriter. i. dura mente & inflexibili, & non pure ac crudeliter, & immiſericorditer. i. auſtere, aſpere, ſine miſericordia ſed cum rigore, atque etiam ò pater ſi dicendū. i. ſi licet dicere magis aperte. i. clarius, apertius factū inquam eſt à nobis illiberaliter. i. iniuſte, inclementer non bene quia liberalis bonus dicitur. M. quamobrem. i. quare eſt ita factū à nobis illiberaliter. A. Rogas me. i. interrogas quare tandem. i. ſine longis ambagibus & verborum circuitionibus quid animi. i. quem animum creditis fore. i. futurum eſſe illi miſero, qui conſueuit. i. conſuetudinem, & conuerſationem habuit prius cum illa puella. Don. legit conſueuit illi vel illam. nam veteres hanc rem conſueui dictitarunt. qui infelix propter hanc ſurreptionem, haud ſcio. i. neſcio an amat nunc illam puellam miſerere. i. valde, & in miſeriam ſuam ac infelicitatem. quid ergo illi animi creditis fore, cum. i. quando ipſe præſens videbit hanc puellam eripi. i. abduci ſibi pſenti, vel cape præſens aduerbialiter pro coram, quo etiam modo capi poteſt. Cic. ad Cur. Præſens tecum egi. i. ſum collocutus tecum. Appoſuit autem, neſcio an illam nunc amat, vt colleret ſuſpicionem de ſeipſo, quia nimis aperte fuerat locutus, & ex affectu præ nimio amore, & quid animi creditis illi fore, cum ipſe videbit hanc puellam abduci. i. auferri, ab oculis ſuis, & à conſpectu ſuo, ò pater facinus. i. factum veſtrum, eſt indignum. i. inhoneſtum & non dignū quod à vobis fieri debuiſſet. M. qua ratione. i. quomodo, vel qua cauſa dicis iſtud. quis deſpondit. i. promiſit illam ei quem defendit. quis dedit illam puellam, q. d. prius rapta eſt, quām daretur? cui homini deſponſata eſt ſup. aut data? quando nupſit. i. data eſt nuptui illi, quem tantopere defendis. diſſimulat enim Mitio ſe noſſe Aeſchinum fuiſſe illum, q̄ eam ſtuprauerit. cum tamen latenter obiurgat quòd ſine patre rem geſſerit. quis eſt auctor his rebus. i. quis præeſt ſeu præfuit his rebus faciendis videlicet tranſactionibus, & pactionibus de connubio puellæ, cum illo quem defendit, cur ipſe quem miſerum dicis, duxit. i. cepit in vxorem, alienam. i. eam, quæ ſibi non erat deſponſata, neque data, ac ideo aliena? A. an. i. vtrum, oportuit virginem tam grandem. i. tantæ ætatis, quantæ eſt, inde grandis natu, id eſt annoſus.

Oportuit

Oportuit ergo virginem tam grandē ſedere .i. ceſſare, ocioſam eſſe, torpere domi expectantem dum .i. quouſque . cognatus .i. aliquis de cognatione venire hinc illinc, prouerbialiter dictū .i. ex hac aut illa parte . ò mi pater æquum fuit te dicere hæc .i. honeſtum erat vt diceres hæc quæ dixi .ſ. eam non debuiſſe iā diu ſedere domi, &c. & æquum fuit inquam te defendere id .ſ. quod non oportuit eam tam grandem ſedere domi expectantem, dū hinc illinc venire cognatus. M. ò ridicule .i. deridende, qui .ſ. dignus es, q̄ ridearis cum tuis verbis abſurdis, & ſtultis, ne .i. vtrū, dicerē .i. dicere debebā cauſam aduerſus, vel aduerſum (vtrunq; enim dicitur) aduerſus illum .ſ. amicum cui .i. ad cuius defenſionem . veneram aduocatus .i. interceſſor futurus, & auxiliari, ſeu defendere paratus, ſed ò Aeſchine quid iſta facta, & iſta negocia de hac puella interſunt ſup. noſtra, in ablatiuo fœminino .i. qd ad nos ſpectant, aut quid nobis cum illis .i. quid negocij, quid commercij habemus cum illis, atque (quod dici inepte ſolet) quid habemus agendum de illis mulieribus, & negocijs ſuis, abeamus .i. diſcedamus, vt aūt hoc dixit, animaduertit repente eū flentem, tuncque ſubiunxit. quid eſt? quid .i. cur, lacrumas .i. fles . A. ò pater obſecro auſculta .i. audi . M. non eſt paſſus pater filium torqueri in confitendo crimine ſuo, propterea, inquit, audiui omnia, noli detegere, & non ſolum audiui, ſed ſcio omnia quō ſe habeant, nā amo te quo .i. qua re .ſ. quia te amo, vel quo pro quanto, ſed melius eſt, vt capiaē quare, ea quæ agis ſunt magis mihi curæ. A. velim .i. volo vtinam ò pater ita ames promerentem .i. bene merentem, & dignum, quia te amet. nam promerentur bona tantum, dum .i. quandiu viuat, vt .i. ſicut id, quod ſequitur .ſ. mea admiſiſſe in me .i. cōmittendo recepiſſe in me hoc delictū de virginis ſtupro, dolet vehemēter mihi .i. eſt mihi maximo dolori, ſiue affert mihi dolorem maximum, & ita inquā me ames, vt .i. ſicut, me pudet tui .i. propter te, qm̄ pudore afficior, q̄ ſim tibi cauſa pudoris, quia aliquid .ſ. infamiæ mea cauſa contraxeris propter crimen meum. M. Hercle credo te pudere facti & mei. nanque noui .i. cognoſco, ingenium tuum .i. naturam tuam, eſſe ſup. liberale .i. bonum, q̄a liberalis bonus, ſed vereor .i. timeo, ne .i. vt pro q̄ ſis nimium indiligens .i. incurius, negligens, tandem .i. ſine multis verbis reſponde, vel conſidera, nam hic tandem habet quiddam vrgens, & accelerans. Don. vult capi pro tamen in qua ciuitate .i. in qua communitate, arbitrare .i. putas te viuere, viuis enim in ciuitate Athenienſi, vbi legibus viuitur. Vitiaſti .i. ſtupraſti, & corrupiſti virginem ciuem, quam virginem ius non erat .i. non licebat te tangere, quod ſine comparatione minus eſt, quàm ſtuprare . iamprimum .i. in primis . id peccatum eſt magnum .i. enorme, attamen .i. ſed tamen eſt humanum .i. a fragilitate humana deflexum, quæ varijs luditur cō cupiſcentijs, ſæpe .i. plerunque. alij boni, non tunc cum facerēt, ſed alias, fecerunt item .i. ſimiliter, vt tu, at .i. ſed poſtquam id euenit .i. contingit tibi hoc facere, cedo .i. dic, nunquid .i. nunqd aliquid circunſpexiſti .i. conſideraſti tanquam præſens . Circunſpicimus præſentia, proſpicimus futura, aut nunquid tute .i. tumet. proſpexiſti tibi .i. prouidiſti tibi, tanquam de futuro, videlicet, quid fieret .i. factu bonum eſſet, quo modo .i. qua rōne, qua via, quibus adminiculis, quibus perſonis fieret illud quod eſſet faciendum, ſi teipſum puduit dicere mihi, qua .i. per quos, vel qua .i. qua re, qua via, qua ratione reſciſcerem .i. cognoſcerē, qd̄ feceras, nunquid inq̄ circunſpexiſti quod te facturum putares, dum te ita pudebat, dum .i. quandiu, dubitas .i. non audes hæc dicere mihi decem menſes abierunt .i. fluxerunt, prodidiſti .i. decipiſti te & illam puellam miſeram, & prodidiſti .i. decepiſti, natū .i. filium, quem ex ea ſuſtuliſti, quod qdem in te fuit .i. quantū ad te ſpectauit, hoc eſt decepti eſtis tu, & gnatus, & mater tantū quantum poteratis decipi per tuam negligentiam, quāuis quantum ad te ſpectauit, omnino officium tuum defuit, & eſt elegās dicendi modus, vbi quis diceret quantum potui & debui adiuui eum elegantius ſic, Quod quidem in me fuit adiumentum illi ſuppeditaui. Similiter vbi dici ſolet. Quantum potuiſti pauperem me reddidiſti . elegantius ſic. Quod quidem in te fuit ad inopiam redactus ſum . Similiter hic quod in te fuit .i. quantum potuit fieri per tuam indiligentiam proditus es . item mater, item natus ex ea . Quid? modus interrogandi & melius eſt vt fiat hic diſtinctio ac ſcortum legatur. Credebas Deos confecturos .i. ad plenum facturos hæc .i. vt tibi crimen ignoſceretur, & connubia tranſigerentur, & credebas illam puellam deductum in futurum, infinitiui paſſiui .i. deducendam eſſe .i. credebas, quòd illa deduceretur in futuro tibi dormienti .i. ceſſanti, & non vigilāti in tuis negocijs, & deduceretur ergo domum aduerbialiter ad locum . & in quam partem domus? in cubiculū .i. in camerā, in qua dormire ſoles, & quę vxore habita diceretur thalamus, in quo eſt lectus genialis: Credebas inq̄ vt hoc fieret ſine tua opera .i. ſine tuo labore, & ſine tua induſtria ac diligentia . Noli .i. non volo . te eſſe ſecordem .i. imprudentem, improuidum, inconſideratum, ignauum ceterarum rerum .i. in alijs rebus, & negocijs, eodem modo quo .ſ. fuiſti in hoc negocio. Secors dicitur quaſi ſeorſum, aut ſemotum à corde .i. vel à fortitudine, & audacia, vel à prudentia. Nam cordati homines dñr ſapientes, aut prudentes, propterea ſecordes non immerito dñr imprudentes. Et quoniam inter hæc dicenda fiebat Aeſch. ideo ſubdit ſecuritatem, es .i. ſit, ſecunda perſona imperatiui ſingularis, bono animo .i. habeas bonum animum (& quod dici ſolet) facias bonum vultum, duces hanc puellam vxorem .i. habebis eam in vxorem . A. hem, interiectio emiſſa eſt à ſingultiente fletu & gaudio. M. inquam .i. dico tibi es .i ſis bono animo . A. ò pater obſecro te, num .i. nunquid, quaſi optet negatiuam reſponſionem, tu ludis .i. illudis, derides me, ludificas me tuis verbis nunc quaſi prius non luſeris. M. petis vtrum ego ludā te? quamobrem .i. quare luderem te, vel quare petis . A. neſcio qua ratione non credo tibi . Ideo .i. eam ob rem magis vereor quia cupio tam miſere .i. tam nimis, vel vehementer, vel obnixem dictum tuum ſup. eſſe verum, vel quia cupio tā miſere verum eſſe me illam ducturum vxorem. Miſere interdum capitur pro valde, & qdem vbi eſt aliqd miſeriæ, vt in cupiente nimis eſt paſſionis aliqd. quod eſt animo moleſtum. nam eſſe nimis, à virtute recedit . M. vbi domum ac comprecare Deos .i. preces effunde dijs, tanq̄ ante ſit res diuina faciēda, deinde vxor accerſenda, vt accerſas .i. aduoces, venire facias ad te vxorem, de inde quaſi hærenti Aeſchino, & moranti repetit abi .i. fac quod eſt tibi iam dictum . A. quid? modus interrogandi. iam ne .i. vtrum iam nunc ducam vxorem . M. iam .i. nunc, duces vxorē. A. iam .i. nunc ducam, quaſi præ gaudio tantæ ſuæ felicitatis ſæpius repetit . M. iam duces quantum potes .i. cito, & quamcelerrime fieri poteſt à te. Vel poteſt referri id ad quod prius dixerat abi. & tunc eſt ſenſus. Abi inq̄ quantum potes .i. quamcelerri me potes abire, vel quantum poteſt à te fieri, vel à te abiri, & abſcedi per imperſonale verbum . A. ò pater . dij oēs oderint .i. odio habeant me . hic enim ponitur pro odiant, ſi haberemus, ni .i. niſi ego magis amo te nunc quàm oculos meos . M. quid? modus interrogandi, amas ſup. me magis q̄ illam Pamphilam. A. Aeque .i. ita æqualiter te amo, atque illam . M. benigne .i. valde benigne, ſeu valde, large, prolixe, ac liberaliter me amas, ſi illam æquo quantum ad tuum amorem in me, & eam. A. qd? modus interrogandi, vbi eſt ille Mileſius .i. vis de Mileto, q̄ ad eā ducendam venerat. M. abijt .i. diſceſſit, perijt .i. multum perditus fuit mente, ac ſaucius in corde, vt cognouit te illam ducturum, aſcendit nauē, quę veheretur Miletum, ſed cur ceſſas .i. moraris, cunctaris, tardas, nec mihi obſequeris abeundo, & Deos comprecando, vt accerſas vxorem . A. ò pater abi .i. diſcede tu potius q̄ ego comprecare Deos precibus . nam certo ſcio eos Deos magis obtemperaturos .i. morē geſturos tibi, quo .i. quanto es vir multo melior q̄ ego Mit. Ego eo intro in domum, vt ea quæ ſunt opus .i. quę ſunt requiſita, & neceſſaria ad nuptias parentur .i. apparentur . Dicimus hæc ſunt mihi opus, & opus eſt mihi his rebus, vt ſatis eſt manifeſtum, tu Aeſchine fac, vt dixi ſi ſapis . A. Admiraē Aeſchinus benignitatem patris pariter, & laudat, qd hoc negocij eſt .i. qd ſibi vult hoc negocium, admirā do dicit, cum totum negocium inter patrē, & filium agatur ita benigne, hoc .ſ. quod pater erga me facit, eſt .i. ſignificat, ne ipm ſup. eſſe patrem .i. vti ſeueritate patris, q.d. non cum benignitate ſodalis potius vtatur, aut hoc quod .ſ. ego facio ita familiariter agendo cum patre, eſt ne .i. vtrum ſignificat me eſſe filium .i. vti timore filiali, quo ſolent angi filij apud parentes de vitijs reſpōſuri, ſi pater meus eſſet frater, aut ſodalis .i. conuictor pari familiaritate vtens, & qui ſoleret velut familiaris ſocius mecum in menſa victitare, qui .i. quo modo, qua ratione, quare magis morem gereret .i. magis complaceret, quàm complaceat . Non .i. non ne, q.d. ſic hic .ſ. pater talis eſt amādus .i. amore dignus, hiccine .i. vtrum hic pater non eſt geſtandus .i. fouendus, portandus in ſinu, .i. inter brachia, ſi qñ debilitate confectus egeret vt portaretur, qui cum ſit talis dignus eſt, qui geſtari deberet in amplexu brachioꝝ . Hem, interiectio admirantis, vel auxij, ac timentis offendere, itaque .i. & ſic ſi ſint duo verba, vel ideo ſi vtrum, iniecit mihi .i. incuſſit, intulit, irrogauit mihi adeo .i. valde, magnam curam .i. ſolicitudinem ſua commoditate, ſua opportunitate, ſua mititate ac benignitate, ſua bonitate, & clementia, ne, id eſt & non faciam, in optatiuo forte, id eſt caſu aliquo

quo imprudens.i.per imprudentiam id sup.quod nolit. me facere,ego sciens.i.animaduertens,& attendens, cauebo.i.prouidebo ne quid faciam quod nolit,sed cesso.i.nimis tardo ire intro, & ideo celeriter vado, ne.i.vt non egomet sim mora.i.sim retardatio meis nuptijs.

LATO. ARGVMENTVM) Mitio egrediens à mulierculis deprehensum ad fores Aeschinum ludit aliquamtisper faceto commento, deinde Pamphilam habere permittit. quæ est catastrophe huius partis fabulæ. [Tacet) Hæc secum Mitio, & cur non ludo dicit. vt intelligat spectator quid acturus sit. [Erubuit) Et hoc secum senex.[Animo malo)Hoc secum Aeschinus. [Nescio quo)Vim reiectionis habet.[Duriter) Immisericorditer,illiberaliter,auxesis per incrementum.[Quid illi)Ratio ab euentu, qui imaginatione proponitur. [Qua ratione) Obiectiones ab iniusto,quibus latenter filium obiurgat. [An sedere) Solutio ab ætate virginis. [Aeschine) Victus pietate senex non patitur eloqui filium,ne confessione torqueatur.[In qua ciuit.)Attende blandam obiurgationem. [At humanum) Vnum excusat, vt quod sequitur maius videatur. [Hæc dum) Amplificatio à tempore,& consequentibus.[Bono animo)Addit consolationem flenti,vt apparet,nam ita decuit mitem patrem, & verecundiam adolescentem.[Iam ne vxorem) Admirantis simul,& gaudentis.[Quid) Facetа obiectio. [Abijt. perijt) Hæc ita dicit,vt apparet ioco mentitum fuisse. [Hic non) Tangitur scopus fabulæ.

PETR. MARS. ITA vti) Parentum officium in castigandis, & ad rectã viã reducendis errantes liberos hæc scena denotat. Nam eos quos vident indomita quadam audacia, & ingenio confidẽti ad vitia & errores ferri,hos si duriore disciplina arcere à flagitijs nõ possunt,quod superest,operam dabunt,vt mitioribus verbis, & placabili quodam animo id tandem efficiant, quod non alia ratione commodius licet. Quòd si sane flexa sunt ingenia,& summissa faciliter parentum monitis obtemperabunt, nec verbis sunt exasperandi.[An sedere)Maturanda esse virginum connubia,& alicui marito locandas puellas,quæ iam grandes sunt,docet hic locus presertim in pubertate, cum Veneris stimulos accipere incipiunt: Quare Arist.lib. de hist. animalium loquens de pubertate sic,inquit: Est etiam cur id tempus puellæ præcipue custodiri debeant,maxime.n.ad vsum rei venereæ incitantur,cum hæc incipiunt,& quæ sequuntur in hanc sententiam. Plato lib.6.de Leg. certum tempus locandarum virginum præscripsit nuptiarum,ait. tempus puellæ sit à decimo sexto in vigesimum,idque sit longissimum tempus ad hoc institutum.

GLAR. ITA vti,non,Ita vt legendum est,vt perficiatur trochaicus. tetr.acat.cuius generis sunt,& sequentes duo versus.Tertiũ eiusdem generis iudicauit Doct.sed est iambicus senarius,initio habens bacchium.Tacet autem pertinet ad versum sequentem.Deinde Melius dissyll.amittit s,in fine.Senarij igitur sunt hi omnes versus in 44.vsque.quos primus est,quem hic tertium nominauimus.Ab hoc igitur nunc numerabimus reliquos.Itaque in 5. horum.Ita ne,prima syllaba pertinet ad versum precedentem,& d,in Quid elidit. Septimus vel senarius est,si d,in Quid elidas, & Rei monosyll. feceris,vel Tetrameter,si Tibi iambum cõstituamus initio,nec d,elidatur,nec Rei monosyll.sed dissyll. fuerit.In 12.vel Diu monosyl.totum eliditur,vel bacchius est loco secundo. In 19. verbum Quid,in quibusdam libris ter legitur, sic d,bis eliditur. In alijs ante verbum Aiunt nõ habetur,sed ante pronomina Ipsæ ac Istas. Tum vero nunquam elidit. In 24. anapæstus est loco secũdo. In 28. d,in Quid eliditur,nisi tertio loco sit creticus. In 29. Qui illi,pro,Qui cum illa legẽdum ex antiquo libro,& ob carminis item legẽ. annotauit & hoc Ioan. In 30.Nunc ante Amat,ac post Misere ponendum. In 36. bacchius est loco primo,nisi i,breue dicamus, quia aduerbium loci factum, aut iambus loco primo, secundo autem creticum. Et Huc malim quam Hinc,etiam si in Donati commentario cõtrarium est,quanquam potest esse corruptum.In 40.vel d,eliditur in Quid,vel est bacchius loco quinto. [Quid lacrumas? A. pater obsecro,ausculta)Sequuntur nunc trochaici tetr.cat. Quorum hic primus tersus,at non ita secundus, prorsus tortuosus. Primo in loco trocheus est,secundo spondeus,tertio anapestus vel tribrachys propter ò anceps,sed,& Te corripitur,non eliditur.Quarto rursus trochæus.Quinto loco vel creticus,vel s,in Agis elisõ, dactylus.Sexto spondeus. Septimo trochæus cum syllaba.In quinto versu vel Tui monosyll.est,vel amphibrachys est loco secundo.In 8. Fuerat,non Erat legendum ex antiquo libro,quod & Ioan.notauit.Ceterum sequentem versum intactũ relinquunt omnes,cum in eo vel m, bis non elidendum vel carmen defectum existimandum vno pede.Quod si post Primum ponamus Certo,carmen constabit.In 10.d,eliditur in Id. Sunt alia effugia,sed non placent.In 14.tollendum puto Quidem,& d,in Quid,elidendum. Ceterum liber verus habet,Prodidisti te atque illam,quod melius est, quàm quod vulgati habent libri, Prodidisti,& te,& illam.in qua lectione iambus trochæusq. esse impediunt. Totum igitur carmen ita legendum existimo.

Prodidisti te,atq; illam miseram,& gnatum, quod in te fuit.

Hoc ex Donati commentario, illud quidem legendum hic esse conuinci potest,cum ipse,Quod in te fuit, exponat, Id quod in te erat.Non addito Quidem,Id quod quidem in te erat. quare videri potest à sciolis adiectum,maxime cum carmen non reciprat. In 16.vel illam l,abijcit,aut bacchius est loco primo Nam in hoc versu trissyllabi pedes ab initio sunt quatuor. Decimus octauus versus quibusdam in libris male diuisum legebatur.finitur enim in Potest, & in eius loco quinto dactylus est, in sexto anapæstus. In 20. proceleusmaticus loco primo est. Item Esse verbum ante Cupio legendum. Denique eo monosyll. est. In 21. Deos monosyl. & i,breue in Abi,nisi primo loco sit amphibrachys,secundo creticus.In 23.s,eliditur in Magis. In 24.posterius Quid amittit d,In 28.s,eliditur in Opus, & Fac post dixi legendum. Quanquam creticus in secundo ac quinto locis vtrunque excusat.Est autem trochaicus,vt omnes præcedentes, non iambicus,vt visum est Doct. qui hæc obiter duntaxat inspexit. [Quid hoc negoci? hoc est patrem esse,aut hoc est filium esse?) Qui nunc sequuntur iambici sunt tetr. cat. In 1. d,eliditur in Quid.In 2.s,in Magis.In 4. Sua monosyl. est,& adeo sub finem versus ponendum ante Curam.Vltimus erit acat.nisi in fine Sin monosyl.sit,quod placet,vt sit catalect. vt ceteri,sed sit liberum lectori,propter scenæ finem.Doct.trochaicum iudicauit non recte, vt opinor.

ACTVS IIII. SCENA VI.

ARG. ADR. BARL.

Demeæ ambulando fatigatur de Syro queritur, quod non aperte satis commonstrauerit locum vbi frater esset Mitio.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Demea quem instituerat Syrus fratrem quæreret per vrbem totus fatigatus hic conqueritur de Syro,quòd non significate,& plane,in quo loco esset frater, descripserit.

DEMEA.

EFFESSVS sum ambulando.vt Syre te cum tua
Mõstratione magnus ꝓdat Iuppiter.
Perreptaui vsque omne oppidum ad portam, ad laccum,
Quò non? neque fabrica vlla erat, neque fratrem homo
Vidisse aiebat quisquam. nunc vero domi
Certum obsidere est vsque, donec redierit.

EFFESSVS sum ambulando)Hic exemplum inducit sæui patris ex affectu vero,& ob hoc inuisi omnibus non autem tantum amare vultu,quàm ipsa re inducitur. nam neque sibi, neque cui quã alij.sed filio tantum consultum cupit.De autem, valde significat.[Vt Syre te cum tua Monstratione) Vt,pro vtinam.& hæc omnia anhelans dixit. [Te cum tua) Adhuc non credit in errorem se missum fuisse.[Te cum tua Mõstratione)Idioticos,Te cum tua monstratione. [Perreptaui vsque omne oppidum) Tardus incessus, non perambulatio, sed perreptatio dicitur.[At portam,ad lacum,Quo non?)Mire propinquiora omisit,vtpote porticum,macellum,Cratini ædes, tẽplum Dianæ,& vltima posuit,vt quantum peragrauerit,demonstraret.[Ad lacum) Facete poëta memorem inducit senem,quorum minime opus fuit meminisse. [Quo non?) Duobus dictis, Quò non addidit,quasi & ad dicendũ lassus appareat. [Certum DON.

obsid

obsidere est vsque, donec redierit) Proprie obsidere dixit. cõuenit enim, & irato, & repente aggressuro. & ab eo quod est obsideo obsidere facit, producta media syllaba, ab eo quod est obsido, obsidere facit, eadem syllaba correpta.

GVID. DEFESSVS &c.) Hic Demea quem instituerat Syrus, vt quæreret fratrem per vrbem totus defessus hic conqueritur de Syro, quòd non signate mõstrauerit locum, in quo esset frater, D. Solus anhelans secum loquitur. Defessus sum. i. valde fessus sum ambulando, vt. i. vtinam. O Syre magnus Iuppiter perdat .i. destruat te cum tua monstratione. ego perreptaui. i. lento passu incessi, quia senex, per totum oppidum .i. per totam vrbem Athenarum, vsque .i. continue sine vlla intermissione laboris, nullaq. quiete interiecta, vel vsque ad portam, vsque ad lacum, quem mihi dixerat Syrus quo. i. in quem locum vrbis non perreptaui inquam vel sic dicas, quò. i. in quo loco vrbis. s. ad portam, & lacum non erant, neque vlla fabrica. i. officina fabri, neque quisquam homo aiebat se vidisse fratrem Mitionem, & hoc modo astruendo tres negationes non plus efficiunt, quàm duę. Vero. i. sed, nunc certum est mihi .s. id est deliberatum est apud me, & decretum, obsidere, i. sedere tanquam in aliqua obsidione, domi. i. in domo fratris, vsque, i. assidue, continue, donec. i. quousque, frater redierit .i. sit reuersus, & bene obsidere, inquit, tanquam iratus sit fratri, & repente eum aggressurus cum primum venerit. Reptare significat tarde incedere, seu lento passu ambulare, vt faciunt senes amplius ingredi non valentes, tardus enim incessus non perambulatio, sed perreptatio dici debet.

LATO. ARGVMENTVM) Redit Demea, vt mox conueniat Mitionem. Est autem iratus Syro, quòd se falsa indicatione ludificauerit. [Perreptaui) Apte & proprie ad tarditatem senis.

PETR. MARS. DEFESSVS sum) Quantos labores pro salute liberoꝝ patres suscipiant, docet hoc loco. [Perreptaui) Emphasis est, senes enim ob tarditatem, & annoꝝ grauitatem ægre admodũ corpore mouentur, presertim in ea monstratione, quam fecit Syrus.

GLAR. SENARII sunt sex iambici. In 4. versu liber antiquus nõ habet Illic, & carmen plane respuit nisi in quarto loco sit creticus, quod eqdem puto, vt maneant aduerb. Illic, quod sensus de siderare vr. Neque vero lector audaciam vocabit, nos alibi quædam amouere ausos, quasi subditicia, cum multi eximij viri ante nos id iure sint quęsti in hoc potissimum auctore. In quo hercle qdam, quidquid in mentem venit, addere non sunt veri, videlicet, vt primum, aut eclipsis, aut aposiopesis obscurior, quam ipsorum ferebat sensus sese offerebat, ibi continuo, arrepta virgula censoria insulserunt, suppleuerũt, addiderũt liberrime Quis vero hęc atque hmõi aliquot nunc tam infelicibus seculis deprehendere voluit, aut verius potuit? Cum ne nunc quidem vix sufferrent etiam eximie docti, sed iacta est alea, & perfricuimus, quanquam admodum modeste, iampridem frontem. Ita in 5. quoq; versu vel omittendũ est Se, vel bacchius est loco secũdo.

ACTVS IIII. SCENA VII.

ARG. ADR. BARL.

Demea de vitio virgini oblato, & nuptijs resciscit, is fingitur iam tumultuari, sed postea placatur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena exemplum est intempestiuæ obiurgationis Demeæ aduersum Mitionẽ, proindeq; admodum ridicula. Namq; noua, et inaudita Mitioni referre studit, omnia prius melius ipso Demea nouit, quem profecto rotũdis salibus quam festiue, vrbaniter, et facete irridet. Ceterũ in calce stomachosa Demeæ in Mitionis mores exclamatio continetur,

Senarij.

MITIO, DEMEA.

IBO, illis dicam nullam esse in nobis moram.

D. Sed eccum ipsum. te iam dudum quæro Mitio.

M. Quidnam? D. fero alias flagitia ad te ingentia Boni illius adolescenti. M. ecce autem. D. noua, Capitalia. M. ohe, iam. D. nescis qui vir sit. M. scio. D. Ah stulte, tu de psaltria me somnies Agere? hoc peccatũ est in virginem ciuem. M. scio. D. Eho, scis, & patere? M. quid ni patiar? D. dic mihi, Non clamas? non insanis? M. non. malim quidem. D. Puer natus est. M. dij bñ vortant. D. virgo nihil hẽt. M. Audiui. D. & ducenda indotata est? M. scilicet. D. Quid nũc futurum est? M. id enim, qđ res ipsa fert: Illinc hunc transferetur virgo. D. ò Iupiter, Istoccine pacto oportet? M. quid faciam amplius? D. Quid facias, rogitas? si non re ipsa tibi dolet, Simulare certe est hominis. M. quin iam virginem Despondi: res composita est: fiunt nuptiæ: Dempsi metum omnem: hęc magis sunt hominibus, D. ceterum Placet tibi factum Mitio? M. non, si queam Mutare: nunc, cum non queo, æquo animo fero Ita vita est hominum, quasi, cum ludas tesseris; Si illud, quod est maxume opus iactu, non cadit, Illud, quod cecidit forte, id arte vt corrigas. D. Corrector: nempe tua arte viginti minæ Pro psaltria periere: quæ, quantum potest, Aliquò abijcienda est, si non precio, at gratijs. M. Neque est, neque illam sanè studeo vendere. D. Quid igr̃ facies? M. domi erit. D. pro diuũ fidem Meretrix, & materfamilias vna in domo? M. Cur non? D. sanum ne te credis esse? M. equidem arbitror. D. Ita me dij ament, vt video ego tuam ineptiam, Facturum credo, vt habeat quicum cantites. M. Cur non? D. & noua nupta eadem hæc discet? M. scilicet. D. Tu inter eas restim ductans saltabis. M. probe: Et tu nobiscum vna, si opus sit. D. hei mihi, Non te hæc pudent? M. iam vero omitte Demea Tuam istanc iracundiam, atque, vti decet, Hilarum, ac lubentem fac te in nati nuptijs. Ego hos conueniam, post huc redeo, D. ò Iupiter, Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam? Vxor sine dote veniet: intus psaltria est: Domu' sumptuosa: adolescens luxu perditus: Senex delirans: ipsa, si cupiat, Salus Seruare prorsus non potest hanc familiam.

IBO, illis dicam) In hac scena est exemplum intempestiuæ obiurgationis, ac per hoc ridiculæ. [Ibo, illis dicam) Moris est secũ loqui vel senes, vel maxime aliquid ex animo agentes. [Illis dicam) Softratæ, & filię. [Fero alia flagitia ad te ingentia Boni) Magno sonitu, ac ingenti ostentatione futuræ accusationis exorsus est, magna sunt .n. omnia, & fero, & alia flagitia, & ingentia, & quod ironicos, boni illius adolescentis, dicit. [Boni illius adolescentis) Ironia quæ semper amarius ponitur, q̃ criminatio manifesta. [Ecce autem) Ecce dr̃ cum repente triste aliquid rebus interuenit lætis, aut certe cum aliud agitur, aliud emergit nouum. vt Virg. Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta, Horresco referens, immensis orbibus angues. Et, Ecce trahebatur passis Priameia virgo Crinibus. Et Cic. Ecce autem repente ebrio Cliomene, esurientibus ceteris, &c. [Noua) Recentia. an mira, & magna? vt, Pollio, & ipse facit noua carmina. [Nescis qui vir sit) Ironia. nam vir, ad laudem sumi solet. vt alibi, Virum te iudico. [Scio) Satis ridicule, nec quod ille cupit, abnegat Mitio, vt consentiendo, iracundiam Demeæ acriorem fieri * possibilem sibi, mitiga-

DON.

re queat.nam Scio ad negocij totius gestionem retulit,non ad illud quod ait,Nescis qui vir sit. [Eho,scis, & patere?) Iam & illi irascitur,non Aeschino.[Non malim quidem) Alij volunt Mitionē dicere,Malim quidem,alij Demeam. [Puer natus est. M. dij bene vortant) Hic bono exemplo inducitur Mitio irascentē iuste Demeam leniter ferre,quia exanimato ob mœrorem non cōuenit inclementer ire obuiam, cum possit in tempore obiurgari,postquam desstomachatus fuerit.Et vide q̄ facere,cum ille, Puer natus est,ad argumentum mali attulerit,hic ita respondit, quemadmodum solent illi, quibus puellam nasci metuentibus nunciatur,puerum natum esse. nam in omnibus quæ cupite venerint,dij bene vertant,dici solet,quia sępe homines ea optauerunt quę alijs aliter atque expectauerunt,contigissent,quam potestatem rerum vertentium semet in vtranq; partem,Vertumno deo superesse veteres existimauerunt. [Virgo nihil habet) Vultrem sine remedio videri,q̄a scit posse nuptijs finiri solicitudinē. Et vide amaritudinem Demeę contra omnes, vt nec virgini ipsi parcat.[Audiuit) ἀφελῶς, & cum ἐξωσιωμῷ respondendum,quasi leue sit quod admissum est.[Et ducēda indotata est?)Ducenda.s. nisi damnādus sit Aeschinus. & hoc verbum,necessitatis vim habet,vt. Pacem Troiano ab rege petendum.[Quid nūc futurum est?) More irascentium,cum ipse sciuerit quid futurum sit, Mitionem interrogat,& huiusmodi interrogatio,secundum figurā suam non habet responsionem,sed Mitio sic respondit,quasi simpliciter inquirenti.[Illinc huc trāsferetur virgo)Virginem quæ etiam cum viro fuit,vocat.Virg. Ah virgo infelix. [O Iupiter, Istoccine pacto oportet?) O Iupiter, tragice adiecit à Mitione versus.Istoccine pacto,ad ipsum Mitionem respiciens dixit. [Si non re ipsa tibi istuc dolet)Nūc rem pro veritate posuit.[Simulare certe est hominis) Non hoc dixit,quia hominis est mētiri, sed quia sæpe iracundiæ simulatio,custodia disciplinæ est. [Iam virginem Despondi,res composita est,fiunt nuptiæ)Ne diceret, despondi,composui,facio.Et despondet puellam qui petit:Spondet à quo petitur.Recte ergo socer futurus,despondi dixit.[Hęc magis sunt hominis) Bene repetit hominis,ille enim dixerat,Simulare certe est hominis. [Ceterum Placet tibi factum Mitio?) Nihil aliud volebat Demea nisi vt sæuiret Mitio.quod impetrare non potuit,etiam ab eadem sentiente de prauitate & peccato Aeschini.[Si illud,quod est maxume opus iactu,nō cadit) Vtrū, quod opus est,iactu non cadit,incerta distinctio. [Quasi,cum ludas tesseris) Rectum erat si diceret,Ita vita est hominum quemadmodum tesseris ludere, aut quemadmodum ludus est tesserarum.Nota ergo genus locutionis. [Illud,quod cecidit forte,id arte vt corrigas) Ars adhibenda pro fortuna. non enim si male iactus ceciderit, deserendus est ludus. Et forte nunc pro persona intelligendum. [Corrector) Quia dixit,Arte vt corrigas. sed moris est iratis ab vltimo verbo contradicentis incipere. [Neque est, neque illam sanè studeo vendere) In scopulo versatur Mitio, in quo eligit ineptus potius videri, quàm prodat Ctesiphonem patri. [Cur non?) Posset dicere,non est Aeschini amica,sed celanda est culpa Ctesiphonis. [Ita me dij ament, vt video ego tuam ineptiam)Ordo est. Ita me dij ament,te facturum credo vt habeas quicum cantices. Ipse se fallit,non inquirendo vlteriorem causam retentæ in domo meretricis.Mire autem cantires,quasi turpius sit cantare senem cum psaltria,quàm coire.[Et noua nupta eadem hæc discet?) Alius subaudiet dicere,sed ò magna in verbis elegantia, vide enim quam vim significet Discet. & ideo non vxor,sed noua nupta, quam ad omnia docilem esse,ipsum indicat nomen.[Hilarum)Vetuste non,hilarem.[Tu inter eas restim ductans saltabis)Lusus est natus ab eo fune quo introductus equus Durius in Troiam est. Connexis manibus fune,chorum ducunt saltantes.Hoc à quibusdam dicitur, sed ego puto manu consertos choros puellorum puellarumque cantantes, restim ducere existimari, & id maxime conuenire ad exagitandam importunitatem senis, veluti pueros imitantis. Simul etiam quia ille connexus manum lasciuus ac petulans adimit discretionem conditionis,dignitatis,ætatis inter meretricem, nouam nuptam & senem. Et hoc,quemadmodum dictum est? & quanto stomacho iam ab Aeschino recessum est, & transitum ad Mitionis luxuriam describendam? [Iam vero omitte Demea) Mire vrbanitatem expressit vltro ob iurgantis qui obiurgatus est. [Tuam istanc iracundiam) Nam ira,de causa est: Iracunda, de vitio multum irascentis. [Atque ita, vti decet,Hilarum ac lubentem)Bene addidit lubentem multi enim hilares se simulantes, non lubentes sunt. [Fac te) Non dixit Esto,sed elabora vt esse possis. [Hanccine vitam? hoscine mores? hanc dementiam?) ἀλληγορικῶς omnia,vtpote stomachose secum loquens. deest enim esse, aut quid tale. [Domu' sumptuosa)Domus.i.homines. [Ipsa,si cupiat,Salus Seruare prorsus non potest hanc familiam) σωματοποιΐα Plaut. Lubentiorem te faciam,quàm ipsa Lubentia est. Etenim ἀπερβολὴ est, Ipsa Salus si cupiat seruare, prorsus non potest hanc familiam. Hinc licet ęstimare quantum & caloris & grauitatis apud Terentium sit ad imitationem Cæcilianam. Vide quantam creuerit à superioribus, vt sic finiat.

IBO illis,&c.)In hac scena est exemplum intempestiuæ ob iurgationis, & per hoc ridiculæ. M. Ibo ad Sostratam. dicam illis matri, & filiæ nullum esse moram in nobis, me & filio. D. Constituerat diu illic domi obsidere. sed interea vidit fratrem,dixitque, sed eccum .i. ecce hic prope ipsum fratrem. O Mitio quæro te & non quæro pro te. iandudum .i. ex multo ante tempore. M. Quid nam.i.cur quærebas me? D. Fero .i. affero,& in pectore gesto recondita alia flagitia ingentia.i.enormia illius boni adolescentis. boni dixit per ironiam,quem flagitiosissimum intelligat. M. Autem.i.sed. ecce .i. adest repentinum malum & turbatio gaudij. Ecce dicitur cum repente aliquid triste rebus interuenit lætis,aut certe,quando cum aliud agitur,aliud emergit nouum. D. Fero inquam flagitia noua.i. recentia,vel mira, seu magna, & capitalia .i. propter quæ, qui commisit, dignus sit capite plecti. M. Ohe, interiectio ostendens tædium afferri. iam .i. nunc desine .i. desiste ista inculcare & loqui. D. Ah,interiectio dolentis,nescis qui.i.qualis vir sit. M. Scio qui vir sit. D. Ah,hic quasi ridentis est.O stulte.i.incōsiderate,& tu somnias me agere.i.loqui de Psaltria,quę fuit à rapta à lenone.hoc peccatum.i.flagitiū hoc,quod fero. est,extat. in virginem.i.erga,vel contra virginem ciuemAtticam.s.ac propterea graue & capitale per leges. M. Scio etiā illud. D. Eho, interiectio irascētis.nunc.n.ipsi Mitioni irascitur,non solū Aeschino.Scis.i.cognoscis illud flagitium esse factū,& patere.i.pateris,seu permittis,& fers,q.d.non deberes. M. Quidni.i.cur nō patiar presertim cum mederi non possum. D. Dic mihi non clamas.i.vociferas aduersus Aeschinum,iurgijs &improperijs non insanis.i.non verteris in furiam,cum hæc cernis. M. Non quidem.i.nō etiam dico sup.ille Aeschinus.malum verbum.i.molestum aliquid,& non malum.vt legi in aliquibus libris,nam Donat.malum dicit, nec etiam cohæret sensus. D. Puer natus est ex Pamphila.s. M. Dij bene vertant.i.quod dici solet,bene possit euenire,seu bene,feliciterq. eueniat,vel Dij agant.plerunque enim bona in peius,mala mutantur in melius. D. Virgo Pāphila nihil habet.i.est pauper. M. Audiui.i.intellige eam nihil habere. D. Et ipsa virgo est ducenda.i.capienda in vxorem.indotata .i. sine dote. M. Scilicet .i. certe. est ducenda indotata. D. Quid nunc est futurum de hac re. M. Enim.i.certe .i. futurum, quod ipsæ res.i.ipsa necessitas.fert.i.affert,& postulas, seu cōpellit.Virgo.i.ipsa Pamphila.quæ prius erat virgo,antequā ab Aeschino stupraretur.transferetur.i.traducetur illic.i.ex domo sua huc in domum nostram. D. Pro Iupiter,irascentis exclamatio tragica potius,q̄ comica,quasi sit,Testor te Iouē id ita fieri non debere.Istoccine.i.vtrum oportet fieri.sup.nuptias isto pacto.i. isto modo, quem dicis etiam sine dote. M. Quid faciam amplius.i.vltra q̄ feci,vel quid præter nuptias à me fieri potest. D. Rogitat.i.petis quid facias. si istud.s.nuptias fieri indotatas non dolet tibi.i.nō est tibi dolori,re vera,vel re ipsa.i.ipso effectu, & in rei veritate.Donatus tū dicit ibi rē capi pro vtilitate. Si ergo reuera tibi istud non dolet, certe.i.saltem est hominis .i. spectat ad hominem,& congruum,& decens,& licitū est homini,simulare.i.fingere dolorem. Vnde Virg. Spem vultu s.p.a.c.d.in tali rei gratia vtilitas sui propinqui, non quia hominis dicat esse mentiri, sed quia sæpe iracundia simulatio custodia est disciplinæ. M. Quin .i. quinimò, imò vero seu atque etiam. iam despondi.i.tanquam socer futurus filio meo petiui illam filiam.despondet enim puellam qui petit,spondeus aūt à quo petitur,inde sequuntur sponsalia,& sponsus,& sponsa,& actiones ex sponso,vt ait Gell.res.i.negocium de cōiugio.est composita.i.pacta, trāsacta,confecta,nuptiæ fiunt. dempsi,præteritum à demonstratiuo.i. abstersi omnem metum. Hæc quæ facta sunt,magis sunt hominis.i.magis decet hominem,&spectat,q̄ id quod dixisti.s.simulare. Nam simulatio,& mendacium non cadunt in virum bonū. D. Ceterum .i. sed. ò Mitio factum istud de coniuge indotata placet ne tibi .i. probras tu illud? H. Non placet mihi si queam .i.si possim mutare nunc, cum non queo mutare.fero æquo animo.i.patienter, neque me ob id excruciandum duco. vita hominum est ita.i.eiusmodi.vt corrigas.i.corrigat aliquis,secūda persona pro tertia,hoc est vt aliquis in rectum reducat.arte.i.calli-

GVID.

ditate

ditate consilio.id quod accidit sup.quasi.i.tanquam,cum laudas tesseris.i.talis . si illud quod maxime opus est.i.quod plurimum requiritur ad hoc,quòd lucrificat . non cadit in alueolo iactu.i. protectione tesseræ vel iungi potest iactu cum opus sit, si illud quod opus est iactu non cadit, opta tibi lector vtrumuis ita est sup.ludus,vt tu corrigas inquam arte.i.astutia,calliditate,consilio,industria illud quod forte cecidit iactu tesseræ. neque statim propterea deferendus est ludus,& ideo,vt recte intelligatur, sic dicendum est,ita est vita hominum vt corrigas.i.emendes,id qđ accidit arte .i. consilio,& industria,quasi cum ludas tesseris,si iactu tesseræ illud quod maxime opus est non cadit ita est sup.ludus vt corrigas arte, quod forte cecidit . D. Corrector .i. dicis esse corrigendum arte quod accidit. ò corrector,q.d.qualis cor rector tu es ridendo eum,qualis emẽdator illius in quo est errā tum nempe.i.certe,tua arte.i.tuo consilio,& tua correctione.vi ginti minæ.i.librę xx.periere.i perditę fuerunt pro psaltria,quę psaltria est abijcienda.i.detrudenda,eijcienda.aliquo.i.in aliquẽ locum,quantum potest.i.quamcelerrime potest abijci. vel quā tum fieri potest,vt abijciatur,si non precio est abijcienda.i.si nō vendatur alicui,qui det precium,quo constitit,vel .i. saltem,vel etiam gratis.i.sine precio aut venditione est aliquo eijcienda ac cedente noua nupta . M. Neque est.i.neque expedit,neque sanè .i.certe,studeo.i.volo,capio,laboro vendere illam.vel sic,Neq; est abijcienda gratis neque studeo vendere illam . D. Igitur qd facias ex illa? M. Ipsa erit domi meæ . D. Pro fidem diuum.i. votum.i.imploro sup. fidem.i.opẽ diuorum meretrix,& mater familias .i. vxor honesta, quam ab alijs mores discernunt . erit vna.i.simul.congregandi,aduerb.est,in domo.vel melius erit in vna domo.i.sub vno tecto . M. Cur non erit in vna domo meretrix, & materfamilias . D. Ne.i.vtrum credis te esse sanum.i. sanæ mentis,seu animi compotem,qui talia dicis. M. Equidem arbitror me esse sanum . D. Ita dij ament me. iurantis est,& asseuerantis est . credo te esse facturum .s. vt vna sint in domo, vt habeas,qui cum .i. cum qua,cantices .i. frequenter cantes more puellorum cum iam sis senex,vt.i.quantum.ego video.i.perspicio,tuam ineptiam .i. tuam fatuitatem, & inconsiderationem . M. Cur non facerem .s. D. Et noua nupta discet hæc eadem, quæ fient à psaltria . M. Scilicet .i. certe, discet illa eadem . D. Tu ductans.i.frequenter ducens,& agitans . testim.i.funem,saltabis.i.quod dicunt,tripudiabis inter eas.s.nutum,& psaltriam, more puellorum,& puellarum,qui cõnexis manibus choros ducentes restim ducere existimantur . Alij dicunt hunc lusum esse natum ab eo fune,quo introductus æquus ligneus in Troiã est, cum connexis manibus fune chorum ducunt saltantes.Restis facit testem vel restim in accusatiuo singulari, quod vnicuique liquet. M. Probe.i.pulchre id faciam,& tu saltabis vna nobiscum si sit opus . D. Hei mihi .i. dolor inest mihi, vel dolore afficior ob hanc rem . Hæc dicta tua, vel hæc inhonesta facta . non pudent te.i.non afficiunt te pudore interrogatiue legendo . vbi pudent personale est verbum à pudeo es,habetq. accusatiuum post se, vt hoc pudet me .i. affert mihi pudorem . M. O Demea iam vero.i.præterea,vel sed nunc omitte.i.amoue,dimitte à te istanc .i.istam hanc iracundiam tuam. Ira (ait Don,) est de causa,iracundia vero est de vitio multum irascentis,atque fac.i. labora efficere te hilarum pro hilarem, antique, nam antiqui dictitarunt hilarus ra,rum,ac lubentem .i. boni animi in nuptijs gnati tui . ita vti decet .i. honestum est te esse hilarem,& lubentem . ego conueniam.i.alloquar hos quos ei ostendebat,quosque alloqui volebat . post .i. deinde, redeo huc ad te . D. O Iupiter hancine.i.vtrum decet sup.hanc vitam esse sup. vel agi,vel duci hoscine.i.vtrum decet hos.i.tales mores perditos esse .i. perseuerare in hominibus . decet ne inquam hanc dementiam .i. hanc insaniam esse subaudi . vxor veniet sine dote . psaltria est intus . domus .i. familia, hoc est homines de familia . est sumptuosa .i. auida sumptus , & multa consumens , ac expendens . adolescens Aesch. est peruitus . luxu .i. libidine, & lasciuia , senex .s. Mitio . est delirans .i. desipiens,& à recta lira,seu à recto tramite discedens . Si ipsa salus,quasi quæ sit Dea, quemadmodum Concordia,Victoria,Pax &c. cupiat seruare.i.saluare,conseruare incolumen hanc familiam prorsus.i.omnino poterit seruare eam inquam .

LATO. ARGVMENTVM) Iurgium Demeæ cum Mitione super peccato Aeschini.[Fero alia)Propositio accusationis.[Ah) Dolentis . [Puer natus) Ista ad amplificationem pertinent . Et attende asperitatem Demeæ,& lenitatem Mitionis,qualis vterque supra descriptus est.[Simulare certe)Conuertitur ad Mitionem omisso Aeschino.In vita similitudo à Platone sumpta. Vide Prouerb.omnem aleam iacere. [Correctior) Amarulenta,& ironica repetitio, vt solent irati . [Ita me dij) Postquam apertis conuitijs non potest ad iracundiam concitare,ioca aggreditur. [Restim ductans)Apparet saltationis genus fuisse. [Hăccine vitam)Cõgeries quæ Asyntheto attollitur.[Ipsa si)Epiphonema.

IBO) Pacifici hominis ingenium, quodq. ad iram minime temere cõmouetur,hoc loco describitur . Illi.n.qui ciuscemodi animo prædicti sunt,etiam si maxime irritantur,tamen qa communes hominum mores,apud quos nihil promouere possunt , non ignorant,leuidis, & facetis dictis turbata si quæ sunt , mitigant . Plato præcepit,quòd vltra placabilitatem, & clementiam debemus etiam exercere facilitatem,& animi magnitudinẽ,quę non perturbatur, quoniam magnus animus nõ curat iniurias , & libenter ignoscit . [Cum ludas tesseris) Tessera est lusorium instrumẽtum,in quo descripti sunt numeri, quod dictum est ita quia ab omnibus partibus quadrilaterum videtur.[Salus)Nam Romani Salutem Deam venerabantur,cui & ædem struxerunt.

ET Hi senarij sunt omnes.In secundo vel d,eliditur in Sed, vel bacchius est loco primo . In 4. vel illius dissyllabum est,vel proceleusmaticus est loco secundo . In 6. e ad finem eliditur à versu sequente , nisi tribrachyn loco vltimo concedamus , vt fit aliquando,quanquam raro.In 9.hæc verba,Malim qdem puto Mitionis esse,& à Demeæ importunitate impedita, quo minus ea perficeret Mitio . In 10. vel Puer monosyllabum est,& s, in Natus eliditur , vel sunt ordine duo bacchij . In 15. vel Tibi , vel istic superfluit.Ioan.putat Rogitas tollendum Agrippinensis liber tollit Ipsa . Vetustus meus liber habebat,Reuera , vt ex senario fieret quadratus iambus catal.ad hunc ferme modum , GLAR.

Quid facias , rogitus , si non reuera tibi dolet istuc .

Lector quod voluerit sequatur . In 18. s,eliditur in Magis . In 29. plerique lib.habent coniunctionem &,inter Meretrix,& Mater familias . & lias in vnam comprimebant syllabam, alij sustulerunt,&.In 30. s,eliditur in Credis,nisi creticus est loco quarto . In 35. Ioan.ex veteri libri,per interrogationem facit De meam repetentem aduerbium Probe, ac deinde Mitionem subiungentem , Et tu nobiscum vna,verum sic vel s,eliditur in Opus , aut creticus erit loco quarto. In 3 .à fine,vel s,elidit in Domus,vel creticus erit loco secũdo,vel ptuo, pro vna accipiemus syllaba .

ACTVS V. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Seruulorum licentiam in hac scena Terentius ostendit . Exit egregiæ potus Syrus multum exultans,laute se ac opipare cœnatum esse hunc Demea ob temulentiam impetit , & obiurgat .

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Syrus egregiæ compotus inducitur,exultans se laute opiparęq; cœnatum esse,quem Demea ob temulentiam mordaciter impetit, & obiurgat. Attendatur hic etiam exemplum licentiæ seruorum sub miti domino degentium .

Senarij.

SYRVS, DEMEA.

EDEPOL Syrisce te curasti molliter,
Lauteq. munus administrasti tuum .
Abi . sed postquam intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huic libitum est . D.
Illud sis vide
Exemplum disciplinæ . s. Ecce autem hic adest senex.
Noster: quid fit? quid tu es tristis? D. Ohe scelus.
s. Eho iam tu verba * fundis hic sapientia? *fundes
D. Tu ne si meus esses? s. Dijs quidem esses Demea,
Ac tuam rem constabilisset . D. Exemplum omnibus
Curarẽ vt esses . s. Quamobrẽ? quid feci? D. Rogas?
In ipsa turba , atque in peccato maxumo,
Quod vix sedatum satis est , potastis scelus,
Quasi re bene gesta . s. Sane nollem huc exitum .

DON. AEDEPOL Syriſce) Hic exemplum inducitur licentię ſeruorum ſub miti domino. [Aedepol Syriſce te curaſti molliter) Quia detexit Cteſiphonem, iam oportet vt ebrius inducatur Syrus, per cuius fallacias regatur adeo. Et Syriſcum ſe dicit, non Syrum, τῷ ὑποκοριστικῷ. [Molliter) Delicate. [Lauteque munus adminiſtraſti tuum) Vt quidquid eſſet belliſſimum, carperes, cyathosq. ſorbillares. Aut munus ſeruile, eſſe & bibere. [Abi) Verbum, vel ſibi, vel alteri cum laudatione blandientis. nam ſic dicunt, qui iam compotes ſunt votorum omnium, perfectiq. in rebus vniuerſis. [Prodeambulare) Nota duas præpoſitiones vni dictioni adiunctas. Vt, Pede proſubigit terram. &, ἐμφατικῶς. Et optime ad delitias exprimendas hoc verbum conuenit. nam producere ſignum * deambulare ſignificat. nam deambulare etiam intus potuit. [Exemplum diſciplinæ) Quia vnus ex multis reliquis. An quia ſenior, & nuper etiam pædagogus, vt ipſe, Quem ego puerum tantillum in manibus geſtaui meis. [Quid ſit? quin tu es triſtis?) Mire ſecuritatem ebrij hic expreſſit. nunquid enim pertimeſcit interuentum ſenis, vt ſolebat, Syrus? aut quidquam præcauet? Sublauditur tantum, & ita rerum oblitus eſt, vt cum eum ſęuum ſciat cauſam triſtitię eius inquirat. [Tu verba fundis hic, ſapientia?) Vtrum ſapientia verba? an tu ſapientia? quia dixit, ſupra, Tu quantus quantus es, nihil niſi ſapientia es. [Fundis) Vtrum ſine vlla ceſſatione proferes? An perdis? ſecundum illud. Nam quid tu hic agas, vbi ſi quid boni præcipias, nemo obtemperat? [Dis quidem eſſes Demea) Ab eo quod eſt dis ditis, dites facit: ab eo quod eſt diues diuitis, diuites. [Quamobrem? quid feci?) Nihil nunc in Syro niſi ſimplex & purum ob ebrietatem. Et vide, quamobrem, quid feci, dicere, non eſſe ſobrij Syri. [In ipſa turba) Non minus ridicula importunitas Demeæ eſt, quàm ebrietas Syri, qui aduerſum temulentum tantæ grauitatis oratione perſonat, vt ex dicentis vultu, & verbis, & ex audientis habitu, & ſtupore magnam voluptatem percipiant ſpectatores. vides enim quanto pondere verborum cum ebrio liti get. [Potaſtis ſcelus) Non quòd plus vides ſenex quàm obijcitur oculis, ſed oratorie Potaſtis dixit, cũ vnum ebrium cernat, propter illud quod ait, Exemplum diſciplinæ. quaſi in omnibus ſit quod in vno nunc aſpicitur. Virg. & crimine ab vno diſce omnes. [Sanè nollem huc exitum) Et hoc dictum argumento eſt, Syrum oblitum omnium rerum nihil reſpondiſſe Demeæ per fallaciam: ſed tantum modo pœnitere quòd exierit.

GVID. ÆDEPOL &c.) Hic ebrius inducitur Syrus adeo. vt Syriſcum ſe dicat, non Syrum. Alloquitur primo ſeipſum. O Syriſce. ædepol, iurandi aduerb. curaſti. i. tractaſti te, molliter .i. delicate, & adminiſtraſti. i. exercuiſti, laute. i. opipare, abunde, delicate, tuum munus. i. tuum officium, edendo quidquid eſſet lautum, & cyathos ſorbillando. Abi ſibi dicit, cum blandientis laudatione, nam ſic dicunt, qui iam compotes ſunt votorum omnium, perfectiq́ue ſibi videntur in rebus vniuerſis. poſtquã ſum intus ſatur. i. ingurgitatus, refertus, repletus omnium rerum .i. omnium ferculorum. libitum eſt .i. placitum eſt, ſiue placuit, idem enim ſunt libitum eſt & libuit, placitum & placuit, poſſet hinc forſitan libitum eſt capi pro præſenti placet, tanquam libitum eſſet nomen, quemadmodum & placitum. vt dicimus dictiones impoſitas fuiſſe ad placitum, tuncq. cum diceretur, hoc eſt placitum meum, nomen eſt placitum ſic exiſtimo reuera hic ita capiendum libitum, vt ſit nomen, & tunc ſenſus eſt præſentis ſic, eſt libitum meum .i. eſt placitum meum, vt ita dicam, pro deambulare. i. proreptare. huc. i. ad hunc locum, quem oſtendebat. vbi in hoc verbo prodeambulare, duæ præpoſitiones vni dictioni adiunguntur, vt Virg. Pede proſubigit terram. D. Vide. i. cõſidera, animaduerte illud quod ſequitur, videlicet, q̃ ſup. ſis exemplum diſciplinæ aliis conſeruis, quos ætate præcurris, ſic eos exemplo diſciplinæ, & boni modi viuendi præcedere debes, & bene ait diſciplinæ. vult enim Demea vt alij diſcant ex eo quonam modo ſit honeſte ſeruiendum. S. Autem .i. ſed. Ecce noſter ſenex .ſ. Demea. adeſt hic. quid ſit? quid agitur? quid. i. cur es tu triſtis? D. Ohe, interiectio affecti tædio & indignatione propter ebrium ſeruum inepte colloquentem cum viro honeſto. Scelus. i. ò ſcelerate ſerue? S. Eho, interiectio hic quaſi ridentis, iam. i. ſtatim, ò ſapientia, ridet eum, iam tu fundes .i. ſine ceſſatione proferres. aut etiam in vanum prodes hic verba, cum nemo tibi ſit obtemperaturus. D. Si tu eſſe meus ſeruus, deinde interrupit ſermonem ſeruus. S. Eſſes dis .i. diues, hic & hæc dis ditis, ſi tuus eſſem. ſ. ò. D. Ac ſtabiliſſes. i. confirmaſſes, corroboraſſes, ſiue conſolidaſſes, & auxeſis rem tuam .i. tuam rem familiarem, ſiue tuam ſubſtantiam. D. Proſequitur quod inceperat, ſi tu eſſes meus, curarem vt eſſes exemplum omnibus alijs ſeruis, ne inebriarentur. S. Quamobrem. i. quare? quid feci? D. Rogas. i. petis. ò ſcelus. i. ſcelerate ſerue potaſtis quaſi ceteri ſerui vna potarint, vel quia alijs eſſe exemplũ deberet, ſatis ergo potaſtis. i. bibiſtis in ipſa turba. i. in ipſa turbatione, & in maximo peccato quod peccatum, vix .i. quaſi nondum eſt ſedatum. i. pacatum, & potaſtis ergo quaſi re bene geſta .i. quaſi res bene ſe habuiſſet, nec fuiſſet crimen admiſſum, vt fuit, q.d. veſtra ebrietas oſtendit vos non eſſet ſolicitos de factiſiliorum, quibus pædagogi commiſſi eſtis. S. Sanè .i. certe, nollem hunc exitum. i. vellem non exiuiſſe huc ad deambulandum, quoniam Demeæ iurgia non ſubijſſem.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Redit in proſcenium Syrus tumulentus, vt præbeat occaſionem ad epitaſin periculi Cteſiphonis. Syriſce per diminutionem blande ſeipſum alloquitur. [Prodeambulare) Delicate dictum, gemina præpoſitione, & ſignificat longius expatiari, quaſi porro. i. longe, deambulare, ſic producere, proferre, prodere, eadem figura dicuntur.

PETRVS MARS.

AEDEPOL) Quantum ſumat ſibi improbitas ſeruorum abientibus dominis hæc ſcena oſtendit. Nam cum ſit ſeruus peruerſiſſima poſſeſſio, quæ ſemper ad incommodum poſſidentis aſpirat, niſi præſentia domini à maleficijs abſterreatur, peſſima quæque in familia deſignare ſolet. Multum enim poteſt prodeſſe domeſticis negocijs patris familias præſentia: Vnde Ariſt. lib. œcono. i. ſignificare volens, quantopere profit adeſſe rebus ſuis, ſic ait: Perſe interrogatus, quid equum maxime pinguem faceret? oculus domini reſpondit. Hoc .ſ. deſignare volens, quod vbi ipſe adeſt dominus, nihil ſerui aliud audent: quàm quod vident illi gratum, & ſic ſatis placere. Certe quod ad hunc locum attinet, credendum hanc magnam licentiam Serui hinc ortam, quòd ſub mitiſſimo hero vitam ducat. Quamobrem bene præcepit Plato lib. 6. de Leg. in hæc verba: Allocutio omnis ad ſeruos, quodammodo imperium ſit, neque iocus vllus cum ipſis, ſeu fœminis, ſeu maſculis habeatur. Quod multi ſtulte facientes, dum delicatius eos nutrint, difficiliorem vitam, & ſibi ad imperandum, & illis ad obediendum reddunt.

GLAREANVS.

SENARII ſunt, vt priores. At moræ huius poëtæ vel prima de Aedepol corripitur, vel creticus eſt loco primo. Abi in tertio corripitur. In 5. prima ſyllaba in Exemplum à ſuperiore eliditur carmine. Sunt alia effugia, ſed hoc magis placet. In 9. Es ante Tu legendum, vt tertio loco ſit iambicus, Quid es. & penultimo anapæſtus. In 7. Fundes in futuro legendum, non Fundis. In pen. potaſtis pluraliter legendum, vt omnibus in domo iraſcatur, quamuis vnum alloquatur Syrum. & Quaſi pertinet ad verſum ſequẽtem, quod fermè neglectum eſt in lib. & Ioan. non annotauit de Quaſi. forte quod in ipſius libro bene habebat.

ACTVS V. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Exitu paraſiti cuiuſpiam Cteſipho Demea proditur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In ſequenti ſcena, interuentu cuiuſdam paraſiti, ſeu comeſſatoris Cteſipho adoleſcens à patre ſuo Demea deprehenſus eſſe oſtenditur.

Senarij.

DROMO, SIRVS, DEMEA.

HEvs Syre, rogat te Cteſipho vt redeas. s. abi.
D. Quid Cteſiphonem hic narrat. s. nihil. D. eho carnufex,
Eſt Cteſipho intus? s. non eſt. D. cur hic nominat?
S. Eſt alius quidam paraſitaſter paruolus?

Noſtin'.

Nostin'. D. iam scibo. S. quid agis? quò abis? D. mit te me.
S. Noli inquam. D. non manum abstines mastigia?
An tibi mauis cerebrum dispergi hic? S. abijt.
Aedepol comessatorem haud sanè commodum,
Presertim Ctesiphoni: quid ego nunc agam;
Nisi dum hæ sileſcunt turbæ, interea in angulum
Aliquo abeam, atque edormiscam hoc villi, sic agam,

DON. HEVS Syre) Quàm clare dicat, ostenditur ex eo quod præmisit Heus ante, quàm loqueretur. [Ctesipho) Mire additum nomen est, cum aut sine hoc, aut per pronomen intelligi possit Ctesipho. [Vt red.) Redeas dicendo, ostendit, & illum inter pocula, à quo egressus est ebrius. [Est alius quidam parasitaster paruolus) Non alius parasitaster, sed alius Ctesipho, qui est parasitaster. & vide non alter, sed alius, quasi non duo, sed multi sint Ctesiphones. Et hoc sic pronunciandum est, vt simul, & quærat, & dicat Nostin'. Quasi sycophanta, nunc addidit, nosti ne nam veteratoris est, etiam mentientem confidere. [Quid ag. quo abis?) Hoc iam ebrio conuenit, non illi quem cognouimus Syrum. nam quòd retinet senem confessionis genus est. [Non manum abstines mastigia) Etiam iniecisse manum, vt teneret Demeam, ex ipsius verbis cernitur. [An tibi mauis cerebrum dispergi hic?) Vt apparet, baculo minatur. [Abijt) Quia prohibere non potuit. demisso, & desperanti vultu quid factum sit, dicit, & abijsse pronunciat. [Aedepol comessatorem haud sane commodum) πρόφημισμα. tantum inopinatus superuenit, vt omnia sic offendat, quemadmodum qui comessatum ingreditur, quia comessatoris est superuenire ad scortum, & vociferari aliquid in iocularem strepitum. quare totum falsè, totum ad Demeam contulit. [Presertim Ctesiphoni) Bona exceptio, vt appareat omnibus incommodum, & in his, Aeschino, sed præcipue Ctesiphoni. [Nisi dum hæ sileſcunt turbæ) Nam quæ iam sunt, sed quæ erunt. [Hoc villi) ὑπεκφώνημα, est vini, vt vnus vllus, asinus asellus, vannus vallus, vinum villum.

GVIDO.

HEVS Syre &c.) Hic aduentu cuiusdam parasiti, siue comessatoris deprehensus esse ostenditur Ctes. à patre suo Dem. D R. Heus, aduerbium vocandi. ò Syre. Ctes. rogat te, vt redeas ad se, vnde ebrius venisti. S. Indignatus quòd nominasset Ctes. coram patre per imprudentiam dixit. abi. i. vade in malam rem. D. Quid. i. cur, hic parasitus narrat Ctes. i. nominat eum. S. Nihil. i. narrat inquam, nescit quid dicat. D. Eho, interiectio deprehendentis aliquid alterius imprudentia, carnifex. i. tortor, qui me excrucias, & mori me denique cogis tuis improbitatibus. Ctesipho est ne intus? S. Non est intus Dem. cur hic Dromo nominat eum? S. Est alius quidam parasitaster. i. imitator parasitorum paruulus, per quod ostenditur parasitaster non esse diminutiuum nomen, sed potius imitatiuum. Nostin' . i. cognoscis ne eum. D. Iam. i. nunc scibo. i. sciam, sit intus nec ne. S. Quid ais? quo abis? D. Mitte. i. dimitte me, impediebat enim eum ne iret. S. Inquam. i. dico tibi, noli ire. s. D. O Mastigia, hic & hæc mastigia declinatur in prima inflexione. i. malus, & nequam seruus, vel ancilla. Et (vt inquit Ser.) est seruus sæpenumero verberibus cæsus, & cædi dignus, à mastico verbo Græco, quod significat cædo. Non abstines manum. i. non temperas, non contines, non amoues manum à me retinendo. s. seu non cohibes, non reprimis non compescit manum à me impediendo? interrogatiue proferendo. An mauis. i. potius vis, cerebrum dispergi. i. difundi, frangi tibi hic ictu huius baculi, quem tenebat senex. S. Abijt. s. senex. i. euasit mihi è manibus, & h. d. tristi vultu. Aedepol iurantis est, sane. i. certe, vel valde dico sup. vel constat comessatorem. i. istum parasitum, cuius inepta pronunciatione deprehensus est, seu oppressus Ctesipho constat, haud. i. non fuisse sup. sane. i. valde commodum. i. consentaneum, opportunum, presertim. i. præcipue Ctesiphoni, qui eius aduentu est deprehensus. Alij intelligunt comessatorem dici de Demea, qui veluti comessator inopinatus superuenit & omnia turbauit. [Quid ego agam nunc? nisi dum. i. quandiu. hæ turba. i. hæ turbationes, quæ iam non sunt, sed statim futuræ sunt, sileſcunt. i. pacatæ efficiuntur, siue dum ad tranquillam res redeunt, interea abeam. i. discedam, abdam me aliquo. i. in aliquem locum, puta in angulum aliquem, atque illic edormiscam. i. exhalam dormiendo, hoc villi. i. hoc pauculum vinum, quod adhibi nimium vinum villus facit per diminutionem, sicut vnus vllus, asinus, asellus, deinde tanquam id apud se certum sit ac deliberatum, subdit. Sic agam. i. abdam in angulum, & edormiscam hoc villum &c.

ARGVMENTVM) Proditur per imprudentiam Ctesi pho, & Syrus ne ingrediatur senex, retinere conatur. [Parasitaster) Diminutiuum, quod imitationem significat. Conatur Syrus dissimulate intus esse Ctesiphonem. LAT.

HEVS Syre) Ebrij hominis incuria atque negligentia, hoc loco cernitur. Nam vere dictum est, quod in corde sobrij. hoc in lingua ebrij. Non enim celare possunt, quæ si inuulgentur, & in suum, & in multorum aliorum incommodum vergunt. Cyrus apud Xenophontem ob hanc præcipue causam ebrietatem fugiendam censet, quòd arcana prodat. Vnde ait noster poëta: PETR. MARS.

Arcanum demens detegit ebrietas.

Et Horat. in arte:

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero quem perspexisse laborant,
An sit amicitia dignus.

[Parasitaster paruulos) Si parasitaster diminutiuum esset, non addidisset adiectiuum. Hinc dicendum est, eius cemodi formam imitationem potius significare. [Villi diminutiuum est à vinum villum quamuis Plaut. dicat vinulum.

ET hi senarij sunt. In primo versu Heus semel positum relinquit bonum carmen, geminatum, vt ferè habent libris à superiore versu eliditur. In 5. versu loco quarto dactylus est gis, quo ab. vt ò in Quo non elidatur. In 7. non est omittenda particula Iam ante Mauis, & Abijt iambus est, duobus ij per synæresin compressis. est enim præteriti temporis, nisi tribrachys sit loco vltimo, vt paulo ante admonuimus. In 8. carmine de Aedepol idem dicimus quod in præcedenti scena. Versu vltimo vel proceleusmaticus est primo loco, quod placet, vel à de Aliquo à superiore eliditur versu. GLAR.

ACTVS V. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Cognito Ctesiphonis amore Demea exclamat, & Mitionem iurgio adoritur, vt liberorum corruptelam, per quem placatur tandem, & Aeschino, & Ctesiphoni.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Demea vbi resciuit rem de amore Ctesiphonis, summa cum indignatione in exclamatione prorupit. Hunc Mitio vtcunque potest placabilem reddere nititur, pollicens se sumptum vtrique Ctesiphoni, & Aeschino suppeditaturum. Deinde molestè anaritiam senilem carpit. Postremo Demea aspere Psaltriam rus abstracturum comminatur ad astum ac laborem duriter perpetrandum.

Senarij.

MITIO, DEMEA.

PARATA à nobis sunt, ita vt dixi Sostrata
Vbi vis: quisnam à me pepulit tam grauiter fores?
D. Hei mihi, quid faciam? quid clamem, aut quærar?
O cœlum, ò terra, ò maria Neptuni. M. hem tibi.
Resciuit omnem rem: id nunc clamat scilicet.
Paratæ lites: succurrendum est. D. eccum adest
Communis corruptela nostrum liberum.
M. Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.
D. Repressi, redij mitto maledicta omnia:
Rem ipsam putemus: dictum inter nos hoc fuit,
Ex te ad eo est ortum, ne tu curares meum,
Ne ue ego tum: responde. M. factum est, non nego.

D. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum?
*nũ qui * quod Cur emis amicam Mitio? * nunquid minus
Mihi idem ius æquum est esse, * quàm mecum est tibi?
Quando ego tuum non curo, ne cura meum.
M. Non æquum dicis, non. nam vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia.
D. Facete nunc demum istæc nata oratio est.
M. Ausculta paucis, nisi molestum est Demea:
Principio si id te mordet, sumptum filij
Quem faciunt, quæso facito hæc tecum cogites:
Tu illos duos olim pro re tollebas tua,
Quòd satis putabas tua bona ambobus fore,
Et me tum vxorem credidisti scilicet
Ducturum: eãdem illam rationem antiquam obtine:
Conserua, quære, parce: fac quamplurimum
Illis relinquas: gloriam tu istam obtine:
Mea, quæ præter spem euenere, vtantur sine:
De summa nihil decedet: quod hinc accesserit,
Id de lucro putato esse. omnia hæc si voles
In animo vere cogitare Demea,
Et mihi, & tibi, & illis dempseri molestiam.
D. Mittorem: consuetudinem ipsorum. M. mane
Scio: istu ibam. multa in homine Demea
Signa insunt, ex quibus coniectura facile fit,
Duo cum idem faciunt sæpe, vt possis dicere,
Hoc licet impune facere huic illi non licet:
Non quòd dissimilis res sit, sed quòd is qui facit.
Quæ ego esse in illis video; vt confidam fore, ita
Vt volumus: video eos sapere, intelligere, in loco
Vereri, inter se amare: scire est liberum
Ingenium, atque animum: quouis illos tu die
Reducas. at enim metuas ne ab re sint tamen
Omisiores paulò ò noster Demea,
Ad omnia alia ætate sapimus rectius.
Solum vnum hoc vitium affert senectus hominibus,
Attentiores sumus ad rem omnes, quàm sat est:
*ne Quod illos sat ætas acuet. D. * Næ nimium modo
Bonæ tuæ istæ nos rationes Mitio,
*subuor tant. Et tuus iste animus æquus * subuortit. M. tace.
Non fiet: mitte iam istæc: da te hodie mihi:
Exporge frontem. D. scilicet, ita tempus fert,
Faciundum est: ceterum rus cras cum filio
*primo lucu Cum * prima luce ibo hinc. M. Immo de nocte censeo.
Hodie modo hilarum fac te. D. & istam psaltriam
Vna illuc mecum hinc abstraham. M. pugnaueris.
Eo pacto prorsum illic alligaris filium.
Modo facito, vt illam serues. D. ego istuc videro:
Atque ibi, fauillæ plena, fumi, ac pollinis
Coquendo sit faxo & molendo: præter hæc
Meridie ipso faciam, vt stipulam colligat:
Tam excoctam reddam, atque atram, quàm carbo est. M. placet.
Nunc mihi videre sapere. atque equidem filium
Tum etiam si nolit, cogas vt cum illa vnà cubet.
D. Derides? fortunatus qui istoc animo sies:
Ego sentio. M. ah pergis ne? D. iam iam desino.
M. I ergo intro: & cui opus rei est hilarem hunc sumamus diem.

PARATA à nobis sunt, ita vt dixi, Sostrata) In hac scena collatio est personarũ mitis parẽtis ac sæui. [Parata à nobis sunt) De verbis abeuntis vult ostẽdere poëta quã orationẽ cum Sostrata habuerit ingressus Mitio. & vides quas ἐπεισόδους interposuerit, primo, Parata à nobis sunt: Quę, nũ dixit, sed, Ita vt dixi dicẽdo, significat se dixisse omnia Deinde, Vbi vis, fiat nuptiæ vel quid tale, aut omisit, aut dicturus hoc ipsum, audit vehemẽtius fores esse pulsatas, & qđ agebat, abiecit. [Quisnam à me pepulit) A me, modo. i. meas. [Tam grauiter?) quia irati omnia concite faciunt, cum pulsandæ fores essent exituros foras Demeæ, sic eas pulsauit, vt & his ipsis irasci videret. [Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid clamen, aut querar? ò cœlum, ò terra, ò maria Neptuni) Multum laborauit Terentius vt ἀναλογίαν seruare in dolore Demeę, quo maior debet in Cteſiphone reprehensio esse, quàm in delictis Aeschini. Et nota cp vbi nõ inuenit quod dignum loqueret, ab interiectione cepit, Hei mihi. Et adhuc cũ pro rei magnitudine oratio parua esset, Quid faciam, inquit. In alieno indignatus est, in suo, Quid faciam inquid. In alieno litigauit, hic ait, Quid agam? In alieno clamauit, & quæstus est, hic in suo relinquitur, & præter διαπρέπειαν in Aeschini peccato Mitionem accusauit, in Cteſiphonis elemẽta cum dijs omnibus à toto mũdo. mira αὔξησις, & quam imitatur Virg. in Orpheo post amissam rursus Eurydicẽ, Quid, faceret? inquit. omnia enim consumpserat primus dolor. Quò se rapta bis coniuge ferret? Nam quid præter omnes terras atque inferos loci remanebat? Quo fletu manes. Per quem fletũ, manes quasi omnes primis luctibus impleuerat lacrymis, Qua numina voce moueret? Cui nec ira qdem inexperta remãserat. Et vide hic gradus doloris, & iracundiæ, in tantum autem, vt iam cre scere non possint quippe in initio fabulæ tantum tristis est Demea. nam sic audit à Mitione, Quid tristis es? & ipse Rogas me, vbi nobis Aeschinus fiet, qd tristis ego sim? Inde mox procedit in peius, adeo vt sic incipiat, Disperij, Cteſiphonem audiui filiũ vna fuisse in raptione cum Aeschino. Inde postea dicit, Nę ego homò sum infelix Ad postremum, Hei mihi quid faciam? quid agam? Et naturali quodammodo, postquam summus furor ad extrema peruenit, repente senex mutatur, & mitis est. [O cœlũ, ò terra, ò maria Neptuni) Neptunus, qa medius sit inter oculũ & inferos, dum vtriusque regni particeps habetur elementorum omnium potior. nam ideo tridentem habet pro numero trium elementorum, vt apud Virg. iccirco dicit, Iam cœlum terramq; meo sine numine venti Miscere. Et apud Homerum sic idem, ὡς εἰπὼν οὐνοχόα νεφέλας ἐπέρασε μελάνδετον, χεραὶ πρισείαν ἐλών, πᾶσας δ' ὀλόνυσσεν ἀέλλας πνειόντων ἀνέμων· δὲ νέφεσσι κάλυψε γαῖαν ὁμοῦ καὶ πόντον. Et hoc est quod ait Horat. in arte poëtica, Interdum tamen, & vocem comędia tollit. In hæc enim tria rerum natura diuiditur. Vt Virg. Principio mare ac terras, cœlumq. profundum. Et per hoc totum mundum accusauit. [O cœlum, ò terra, ò maria Neptuni) Vtrum Deos elementa vocauit, cp dijs quoque irascitur, qui in ijs cõmorantur, vt dolentes solent? An quia deos esse non putat, ideo hæc omnia Neptuni dici quasi dicturus esset, Neptunia fiant, nisi intercederet persona Mitionis, quem videns, ad aliud conuersus, desijt diluuium, & interitum rebus optare obiecto fratre, cui maxime irascitur, & pp quem detestabatur omnia. Tale est apud Virg Omnia vel mediũ fiant mare. An omnia accusat vt indignantes solent? Vt quem non in cusaui ament hominumque, deorumque? Et vt atque deos atq; astra vocat crudelia mater. [Hem tibi) πρὸς ἀπιστίαν. Tibi. Nulli enim Mitio loquitur. [Id nunc clamat) Id, ob id. [Paratæ lites) Videtur, & ipse pertimuisse dicendo. s. & paratæ lites. Sed vt rursus confirmet seipsum, quia succurrendum est ait. [Succurrendum est) Cteſiphoni. s. [Communis corruptela nostrum liberum) Qui communiter ambos corruperit. [Communis corruptela nostrum liberum) Maior accusatiuo est ista, quàm prior quippe cũ iam modo de ambobus accusetur Mitio nõ de vno. [Tandem reprime iracundiam) Mire. Quia reprehendere nequit irascentem, nimietatem reprehendit irati. Et, ira de causa est: Iracundia, de moribus. [Atque ad te redi) Quia ira, ab eo quod est Ire dicitur, quòd à se eat, qui irascitur, & furit. Et, Ad te redi, proprie dixit. Virg. Verum vbi nulla fugam reperit fallacia, victus In sese redit. Et Cic. Redit ad se atque mores suos. [Repressi redij) Non quid dicatur, sed quod gestu dicatur, specta, & videbis neq; adhuc repressisse iracundiam, neque ad se redijsse Demeam. sed quàm mira est atque perspicua moralitas, in huiusmodi rebus apparet. [Rem ipsam putemus) Videtur paulo citius desomachatus, quàm res etiam incertæ poscebant.

Sed

Sed &hoc morale,nam iuſte irati,omiſſa ſęuitia ad ratiocinationes ſæpe feſtinant. & præterea illud accedit,q̃ non inuenit iam quod condigne dicat. ſimul etiam quia increpitus eſt à fratre,q̃ apud ſe iam non ſit per iracundiam vehementem. [Rem ipſam putemus) Tractemus purgemus.nam & hinc putamina,purgamenta dicta ſunt. vt Plautus in Captiuis ait,Nucleum amiſi,retinui pignoris putamina.Et Virg. Multa putans,inquit. Putare proprie,eſt falſa & caſſa,à veris & vtilibus reſecare.vnde arborũ purgatores,putatores dicuntur,Et Rem,cauſam ipſam litis oſtẽdit:vt,Mitte iſta,atque ad rem redi.[Ne tu curares meum)Nam ambos curare, propemodum repoſcere illum eſt quem dediſti. [Factum eſt)Apparet Mitionem inuitum qdem fateri,ſed facere contemnere obiecta.[Cur emis amicam Mitio?)Inclamatio iſta nominis,magnam inuidiam ſignificat,vt, Regnũ ne Aeſchi ne hic poſſides? Et,Pacem te poſſimus omnes Turne. [Nũ qui minus mihi idem ius æquum eſt eſſe)Aut num.aut qui abundat. & eſt ordo,Qui minus æquum eſt eſſe idẽ ius mihi,&c.)Qui ergo,quare vel cur ſignificat.[Nõ)Confidenter nõ repetiuit,non habens rationem quam ſubijceret, niſi illi prouerbium veniſſet in mentem.Nam quia ſe videt in malam cauſam incidiſſet,totũ vernaliter,& facete agit,& ſubijcit æquitatem,vbi iuſto ſe tueri non poteſt.Quod tamen à Demea ſtatim conuincitur,dicendo, Nunc demum iſtæ oratio nata. vt oſtendat illum perturbatum contraria protuliſſe dictis ſuis ſuperioribus.[Communia eſſe amicorum inter ſe omnia) Inter Pythagoreos ortum dicitur.[Facete,nunc demum iſtæc nata oratio eſt) Alij totum iungunt,alij ſeparant.Et Bene Nata eſt,nam ſic dicimus de rebus repentinis, vt ſupra,E renata melius fieri haud potuit,quàm factũ eſt, hera. [Auſcultа paucis, niſi moleſtũ eſt Demea)In duas partes diuiditur acta perſuaſio,nihil paſſurum Demeam damni,nihil corruptelæ.[Et me tum vxorem credidiſti.ſ.ducturũ)ἐπαγωγή. [Principio ſi id te mordet,ſumptum filij quem faciunt)Figuratiua locutio eſt, vt, Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedi? [Quæſo)Modo obiurgatorium eſt quęſo.[Pro re tua)Pro patri monij tui qualitate.[Cõſerua,quare,parce,fac quamplurimum illis relinquas) Hoc ſic pronunciandum,vt appareat hãc ipſam voluptatem diſplicere Mitioni.[Conſerua)Parta.[Quære) Noua.[Parce)Omnibus.[Vtantur ſine) Aut deeſt.His,vt ſit,his vtãtur.Aut mea vtantur,antique locutus eſt.[De ſumma nihil decedet)Rei tuæ.ſ.[Dempſeris)Pro demes. [Mitto rem) Pecuniã,& hæc exclamatio eſt moralis nimis aduerſum tardos, ac nõ intelligentes homines.[Conſuetudinem ipſorum)Loquor aut quid tale ſubaudiendum.[Mitto rem,conſuetudinem ipſorũ) Vel ab vtilitate ad honeſtatem tranſit, vel à rebus ad illos ipſos de quibus agitur. Cauetur enim ne aut rem perdant, aut ipſi pereant. [Maneo,ſcio,iſtuc ibam)Moralis,&faceta correptio,continens in ſe latenter blandimentum quo deliniatur auditor. [Multa in homine Demea ſigna inſunt) Obſcuriſſimus ſenſus,& re,& verbis.[Duo cum idem faciunt) Obſcure locutus eſt,cũ hic ſit ſenſus,Duo idem faciunt,quorum vni licet facere,alteri non licet. [Sæpe vt poſſis dicere)Melius eſt ſæpe ad ſuperiora coniungere, nam poſſunt duo idem facere,& caſu, non vt ſimilitudinẽ facere videantur. tunc ergo erit ſignum. Sæpe idem faciunt dicere autẽ poſuit pro intelligere,& ſcire,ab eo quod præcedit, id qđ ſequitur. vt,Fœneratum iſtuc beneficium pulchre tibi dices. &, Memorem me dices eſſe, & gratum. [Non q̃ diſſimilis res ſit) An quia huic licet? [Quæ ego illis ineſſe video)Ordo,& ſenſus hic eſt,Multa in homine Demea ſigna inſunt,ex quibus cõiectura facile fit,quæ ego illis ineſſe video vt confidam fore ita vt volumus. [Duo cum idem faciunt) Nam ambo,& ſapiunt,& intelligunt,& loco verentur. non ingenij vitium ſed ætatis eſt. [Intelligere,in loco vereri)Non,in loco intelligere,ſed in loco veteri. [Inter ſe amare) Cito dixit inter ſe,quod eſt,cum alter alterum inuicem amat. [At enim metuas) ἀνθίτασις ad priorem tractatum pertinens,qui eſt habitus de conſuetudine re familiaris. [Ne ab re ſint tamẽ omiſſiores paulo) Quia amãt,potant,olẽt vnguenta.[At enim metuas,ne ab re ſint tamen omiſſiores paulo) Oratorie paulo,nam non paulo omiſſiores forem Demea, ſed plurimũ fore credit,& metuit.Et à re,à patrimonio.[Omiſſiores) Negligentiores. Sic in Heaut. Vbi te vidi animo eſſe omiſſo. [O noſter Demea) Blanda,& cum quodam complexu eius,qui repræhenditur,incuſatio,& de more ſublato.Et ſic hoc dixit,tanquam dicturus eſſet,Multa te latent,ſimplex homo es. nam huiuſmodi ſententia latenter quandam dicentis auctoritatem fiduciamq̃ deſignat. [Ad alia omnia ætate ſapimus rectius) Præterquam ad auaritiam.& per hoc,quod optas liberis, vitium ſenectutis eſt. [Attentiores ſumus ad rem omnes) Proprie attentiores reddit omiſſioribus. ſupra enim dixerat,Ne ab re tamen ſint omiſſiores paulo.[Quam ſat eſt,)q.d.attẽtos nos eſſe non ſtatim crimẽ eſt [Quod illos ſat ætas acuet) περιφερείας acuet. [Næ nimium bonæ tuæ iſtæ nos rationes Mitio, & tuus iſtæ animus æquus ſubuertit) Næ,valde. Subuertit infra legẽdũ eſt.Si Ne,pro Non,coniunctio eſt,ſubuertat legendum eſt. ita vt ſubaudiamus timeo,vel aliquid tale. Et Tuæ,& Iſtæ quòd ait ſignificationem habent nulliuſmodi rationem,& ineptam.nam apparet non eas probari ab eo qui ſic loquitur. vt ſupra,Iam vero omitte Demea tuam iſtanc iracundiam. [Tace,nõ fiet) Tace nunc pro δύφημισμῷ poſitum eſt,quaſi dicerer.Non ſubuertet. ne dixerit quod mali ominis verbum eſt.[Da te hodie mihi) Accõmoda te ipſum voluntati meæ.nam in animum tranſtulit quod eſt corporis.vt in Eun.Mihi ſeſe date,ſermonem quęrere. Cic. Ceruiculam iactare,& populo ſe accommodare. [Da te hodie mihi) Si non vir,inquit, propter te, vel propter me mitis eſto. [Exporge frõtem)Quia cõtrahi in verbo dicitur. Et verbo iſto oſtenditur quanto conatu opus ſit ac explicandam tantam contractionem ſenecturis,& ſeueritatis. [Scilicet,ita tempus fert,faciundum eſt) Vide ſi non hoc ſit, quod Græci * dicunt, nam ſic &,Ita tempus fert. Et,Faciundum,dicendo,oſtendit ſe magis cogi neceſſitatibus,vt paulo ſit tranquilior. & cum tanta difficultate promittit,tanquam mala ſubiturus ſit,atq; adeo maiorem partem ſecum diſputat, neceſſario hoc velit nolit faciendum eſſe, vt ſit lætior,& hoc quia tempus fert. [Ceterum rus cũ filio prima cum luce ibo hinc)Hoc ideo facit quaſi gaudere interim non poſſit,niſi ſe vicinæ ſæuitiæ proximitate ſolet.[Faciundum eſt) Satis mire, tanquam neceſſitate cogatur ad gaudendũ agreſtis ſenex.[Ibo hinc) Tanquam de malo loco. [De nocte) Abunda: De. [Cum primo lucu) ἀπεσιώπησις. nam cum primo lucu veteres dicebant.lucum pro luce,pro ſole ponentes. Ergo cum primo lucu,cum primum ſol cęperit illuceſcere.[Cum primo lucu)Veteres maſculino genere dicebant lucem.[Fac te)Eodem verbo vtitur,quo iam dudum,vt laborem ad lętitiam ſe cõuertentis oſtendit.i.elabora vt ſis hilaris. [Et iſtam pſaltriã vna illuc mecum hinc abſtractam)Vide ſingulas ſyllabas imburas amaritudine ruſtica,atque agreſti, nam Iſtam odium ſignificat. Pſaltriam ſæuitia in nomine eſt,quam delicioſam eſſe oportet. &,Vna mecum,quam cum adoleſcentibus eſſe conuenerat.& Illuc, ad quem locum pſaltriam ſecum ire compellit. Deinde ne vel in itinere pœna ceſſet,Cum filio ibo hinc inquit:Illam vero abſtraham.nam Illuc eo animo dixit,quo ſupra,Ibo hinc.Et apparet illum quaſi mancipium ducturum puellã,non vt fidicinã. [Mecum hinc abſtraham)Non abducam,ſed quod eſt ſæuientis abſtraham.[Pugnaueris)Magnam rem feceris.Sic Luc.Vicimus ocyus,& magnam pugnauimus pugnã. [Eo pacto prorſus illic alligaris filium)Hæc cum riſu dicit Mitio. Et ligare,eſt inijcere alicui vincula. Quis vero dicetur alligari ad aliqd,ſine quo eſſe non poſſit? Ergo proprie ad amicam alligari adoleſcentem dixit amatorem.Prorſus autẽ certe,recte,ac vere ſignificat. [Vt illam ſerues)Acuendam illam: Hoc eſt,non iam filium,ſed illam ſeruа,in qua vtrunq; retineris.[Ego iſtuc videro)Hoc eſt,vt illã ſeruem.[Coquẽdo ſit faxo,& molendo)Ne ametur.ſ.[Atque illi,fauillę plena,ſumi,ac pollinis coquendo ſit faxo,& molẽdo) atqui molere prius eſt, q̃ coquere, ſed illud prius poſuit, quo pulchritudo magis fœdatur. an quia prius torreat triticum, vt tundi poſſit? vt Virg. Et torrere parant flammis,& frangere ſaxo.Coquendo ſit faxo,& molendo.[Præter hæc) ἀπόδοσις octaua.[Meridie ipſo) Cum ſol vehementior eſt. & nomen fecit de aduerbio. Meridiem dixerunt veteres quaſi meridiem,r,pro d, poſito propter cognationem harum inter ſe literarũ.[Vt ſtipulam colligat) Quod ſub ſole fieri neceſſe eſſe. [Tam excoctam reddam,atque atram) ἰδιωτικῶς dixit reddam pro faciam. Et excoctam, ad tenuitatem ſiccari coloris. Atram ad colorem retulit.Et vide quàm aſpera,quamq. ingrata clauſula ſit,qua ſæui dici ſænis finitur oratio.[Placet. nunc mihi videre ſapere) Non contradicit,ne rurſus prouocet ad iurgium. [Atque equidem filium)Non ſolum ſuadet lætitiam,ſed etiam ridere cogit inuitũ. [Derides? fortunatus qui iſtoc animo ſies) Hoc verbum vultu Demeæ ſic profertur, vt ſubriſiſſe videatur inuitus. Sed rurſus ego ſentio amare ſeuereq. dixit. Et ridet qui ſimpliciter ridet: Deridet,qui cum alterius irriſione,& contemptu ridet. [Fortunatus qui iſtoc animo ſies) Non laudantis eſt quod ait,fortunatus,ſed moraliter repræhendentis. vt ſicas cum te aliqd cura offenderit fortunatos ſtultos,qui nihil ſentiant. At hoc quoque dixit in Eun.At ego infelix neque ridiculus eſſe,neque plagas pari poſſum.[Iam iam deſino)Et hic velut neceſſitatem quæriſ im-

poni sibi. [Et cui opus est rei) Cui rei credis, nisi nuptijs? hoc est ludo atque lætitia, voto, & gaudio nuptiali. [Hunc suamus diem) Non, accipiamus, sed impendamus, & consumamus. Vnde, & sumptum dicimus pecuniam quæ insumenda est.

GVID. PARATA &c.) In hac scena est collatio .i. comparatio, congregatio duarum personarum, mitis ac æqui, seu terribiles, & austeri. M. O Sostrata omnia parata sunt à nobis ita, vt dixi, Vbi vis quòd sup. fiant nuptiæ, quisnam pepulit .i. pulsant, percussit tam grauiter fores à me .i. fores mea, dicimus enim accepi literas à te, pro accepi tuas literas. D. hei mihi, prædolore nimio h.d. quid faciam? quid clamen? aut quid quærar .i. conquerar de fratre, cum ego mea indulgentia veniam criminandus, O cœlum, ò terra, ò maria Neptuni .i. maria quibus præest Neptunus? exclamationes sunt, & inuocationes elementorum, quasi totum mundum accuset, vel dijs irascatur, qui in illis sunt elementis. Tria autem elementa tantum inuocant, quæ caduca sunt, & inferiora, & ita cœlum rapiendum est pro aëre. Videriqúe potest diluuium, & interitum rebus optare ita, vt Virgiliano more dicere velit omnia? vel medium fiant mari. M. Hem, interiectio dolentis ipse Demea resciuit tibi omnem rem .i. totum negocium, totum figmentum de emptione Psaltriæ pro filio, vbi tibi ad nullum refertur, vt fieri sæpe solet in mihi, & tibi, vt En tibi fores crepuerunt, tu mihi semper dormis, in talibus locutionibus mihi, & tibi, nec ad me, nec ad te, nec ad quenquam referuntur. Scilicet .i. certe nunc clamat id .i. ob illud, qui resciuit dem omnem. Lites .i. iurgia sunt paratæ ipsi Ctes. & mihi etiam, succurrendum est .i. oportet succurrere ei filio eius. D. eccum .i. ecce hic communis corruptela .i. deprauatio, corruptio nostrorum liberorum, non vnius tantum, sed duorum, adest .i. in promptu est seu palam est, vbi communis dicit quasi vtrique contingens, & vtrunque contaminans, seu corrumpens, nam proprie commune dicitur de duobus, interdum etiam de pluribus, vt hoc est mihi commune tecum .i. tibi mecum conuenit, vel mihi tecum. M. Tandem .i. post longam tui vexationem, reprime iracundiam Ira est de causa, iracundia de moribus, atque redi ad te, hoc est recollige te, redi ad lenitatem, placa te ipsum, & beni redi ad te, quia ira dicitur ab eo quod est ire, eo quòd à se eat qui irascitur, & furit, & ideo quando placatur, aut resipicit ad se redire dicitur. D. repressi .i. compescui iracundiam, redij ad me .i. placatus sum, mitto .i. omitto. omnia maledicta .i. omnia probra, improperia, iurgia putemus .i. tractemus, purgemus rem ipsam .i. causam ipsius, litis, nam putare proprie est falsa, & instructifera à veris, & fertilibus resecare, vnde arborum purgatores putatores dicuntur, hinc, & putamina purgamẽta dicta sunt, hoc quod sequitur postea .i. ne curares, &c. Fuit dictum inter nos, & adeo .i. certe, illud ortum est .i. processit ex re, qui illud dixisti videlicet, ne .i. quod tu non curares .i. curæ haberes meum filium, ne ue .i. & ego non curarem sup. vnum filium responde hanc fuerit dictum nec ne. M. factum est .i. illud à me processit dictum non nego. D. cur non filius meus potat apud te? cur recipis meum filium in domum tuam ad potandum, & lasciuiendum? ò Mitio cur emis amicam meo filio? Nam qui .i. cur, vel quare, minus .i. non, est æquom .i. non licet, non decet, non est iustum idem ius esse mihi .i. quòd habeam idem ius, quod ius æquum est, tibi esse .i. quod ius tibi licet habere, quasi peiori conditione sim. ego quam tu sis, ita quòd (vt vult Don.) sit textus, nam qui minus mihi idem ius æquum est esse, quod æquum est tibi, quando .i. quod dicunt, postquam ego non curo tuum filium, ne cura .i. noli curare meum. M. non dicis æquom .i. non dicis quod æquum sit, & iustum dicere. D. non? dicis quod non dico æquom. M. Nam quidem .i. certe, hoc verbum .i. hoc dictum, hoc prouerbium, est vetus .i. tritum, omnia amicorum esse communia inter se .i. esse communicanda vbi opus est, quod prouerbium inter Pythagoreos ortum dicitur. D. Facete .i. vrbane, illud est dictum à te nunc demum istæc oratio nota est quasi repentina, & subito exorta .s. amicorum omnia esse communia cum videlicet non haberes quid respondere posses, quasi videatur eum iam conuictum De mea. M. Auscultа paucis .i. breui sermone ò Demea nisi est molestum .i. si fiat sine molestia tua, hoc est si tibi placet, vel cordi est, principio .i. in primis si id quod faciunt filij, vel id quod facio pro filijs suppeditando sumptus, mordet te .i. te offendit, ac lædit, quæso .i. obsecro, & est obiurgatorium, facito sumptum .i. impensam, quam tui filij faciunt, cogites tecum hæc quæ sequuntur, tu olim tollebas .i. educabas, nutriebas illos filios tuos, pro re tua .i. secundum facultatem tuam, & secundum qualitatem tui patrimonij, quod per rem sæpe significatur, quòd .i. quia, putabas bona tua satis fore .i. sufficientia fore ambobus filijs tuis. & tum .i. tunc, scilicet .i. certe, credidisti me ducturum fuisse .i. quòd ego ducerem vxorem. nunc obtine .i. habes. eandem illam rationem .i. cõsiderationem, antiquam .s. quam prius habebas, conserua .i. custodi iam acquisita, quære .i. acqre noua, parce, à parco is .i. omnibus parcis, vtere modice. fac .i. effice, vt sup. relinquas illis quamplurimum bonorum .s. id est quamplurima bona, obtine tibi .i. habe tibi istanc gloriam, istam laudẽ de tollendis, & educandis, ac ditandis filijs tuis, fine .i. patere, permitte quòd sup. ipsi filij tui vtantur mea .i. vtantur meis rebus, & hoc antiquæ. Don. legit vtantur his rebus .s. quæ euenire, præter spem .i. præter expectationem, & opinionem tuam. nam cũ putares me vxorem ducturum, nõ expectabas à me bona pro filijs. Nihil decidet .i. diminuet de summa rei tuæ scilicet, q. d. nihil tibi constabit, putato id esse de lucro quod accesserit .i. adiunctũ vel additum erit. hinc .i. ex meis bonis, q.d. quod tuis filijs accedet ex me de lucro id putato, presertim cum ante putares nihil esse accessurum illis. ò Demea si voles cogitare in animo vere hæc omnia quæ dico, dempseris .i. demes, molestiam .i. displicentiam, & mihi, & tibi illis filijs. D. mitto .i. omitto rem .i. pecuniam, loquor sup. vel doleo, seu deflexeo consuetudinem ipsorũ .i. vel malam consuetudinẽ, vel deprauatos mores, q.d. non me mouet pecuniæ consumptio quantum morum deprauatio. M. nunc Mitio interrumpit sermonem Demeæ inquiens. Mane .i. tace, noli pergere in eo quod incepisti dicere scio .i. intelligo, quod velis dicere, ibã istuc .i. nisi interrupisses meum sermonẽ, pergebam ad illud dicendum, quod dicere te velle intelligo. ò Dem. multa sunt signa in homine ex quibus signis coniectura .i. coniectatio, præsensio futura probitatis fit facile, vt sæpe .i. sicut plerunque, cum .i. quando. duo homines faciunt idem .i. eandem actionem. possis dicere .i. intelligere, scire, sentire, licet huic facere hoc impune .i. sine punitione, & criminatioñe, & repræhensione, & possis, dicere non licet illi facere hoc impune. non hæc est diuersitas talis, eo quòd res quæ fit ab eis fit dissimilis, sed q̃ .i. quia. is qui faciat. eam est dissimilis inquam, quæ signa prædicta inhærentia hominibus, quibus mores futuri possunt coniectari, video .i. sentio esse in illis filijs tuis, vt .i. ita, quod confidã .i. certissime credam vel sperẽ ita fore vt volumus .i. eos nostris votis in posterum suis probatis moribus responsuros. Hæc sunt signa, video eos sapere, rideo eos intellegere .i. intelligentes esse q̃d faciam in rem suam video eos vereri .i. timere. in loco .i. vbi est opus, & commodum, seu opportunum. video eos amare inter se .i. mutuo amore se prosequi. dicimus eleganter amamus inter nos, pro amamus nos inter nos, amatis inter vos. per amatis vos inter vos, amant inter se, pro amant se inter se. video inquam eos scire .i. esse scientes, vel video eos scire liberum ingenium .i. liberam naturam suam video animum eorum liberũ inquam, alij habent scire est .i. scire licet .i. potest cognoscere quisquam ingenium liberum, & animum. tu reducas .i. reducere possis, & reuocare in bonam viam vitæ illos filios, quo die tu vis .i. quo tempore eos velis reuocare, nõ sunt pertinaces in malis, at enim .i. sed certe, metuas ne .i. quòd tamen sint paulo omissiores .i. negligentiores, ab re .i. à patrimonio conseruando, & augendo, seu ne sint tardiores ad suam vtilitatem conquirendas omissus sa, sum, inuenitur pro negligenti, & tardo, qui .s. multa omittit, quæ facere deberet. timet ergo ne sint negligentiores ab re, quia potant, amant, & olent vnguenta. ò noster Demea frater & amice, sapimus .i. sapientes sumus, & intelligimus rectius, seu sentimus rectius. ætate .i. per ætatem nostram senectutis, ad omnia alia .i. ad omnes alias res. præterquam .s. ad auaritiam. Senectus affert hominibus hoc vnum solum vitium auaritiæ videlicet, quòd non omnes senes sumus attentiores .i. diligentiores, curiosiores, magis anxij ad rem .i. ad pecuniam congerendam, q̃ sat est .i. quam est æquum, & sufficiens, quod .s. vt sint attentiores ad rem. ætas .i. crescentes anni, satis acuet .i. incitabit illos. metaphora est satis acuet. D. ò Mitio vereor sup. ne .i. quòd istæ tuæ bonæ rationes, & iste tuus, animus æquus .i. iustus, & pius in nos subuertat .i. latenter deflectant, & conuertant nos. modo .i. nunc, vel paulo post, nimium .i. supra q̃ satis est vel lege subuortant .s. deijciant nos à seueritate nostra, qua vti in filios erãt animus. Alij legũt ne, pro certe, vel valde, non subaudiẽdo vereor, sed potior sententia superior est. M. tace non fiet .i. non subuerteris nimium vt times. iam .i. nunc. mitte .i. omitte istæc, quæ tu times. da te .i. accommoda te mihi .i. voluntati meæ, hodie, q. d. morem mihi geras hodie tantum. exporge, pro exporrige .i. explica frontem, quam contraxisti tristia, q. d. exhilara te. &

faciem

faciem tuam hodie amore mei. D. scilicet.i.certe tempus.i.temporis conditio, hoc est tempus nuptiarum filij fert ita.i.vt postulat. vt.s.frons exporrigatur, faciundum est.i.facere necesse est. Ceterum .i. sed, quidquid faciam hodie ibo oras hinc.i.ex hac vrbe rus.i.in agrum ad operandum. vbi rus ponitur aduerbialiter,& ibo cum filio,& quidem cum primo lucu.i.cum primum (vt Gellius ait) diluculabit, vel cum primum sol ceperit illucescere. Vererem dicebant: lucus,lucus,lucui,quartæ declinationis,& masculini generis pro luce. lucem ipsam pro Sole ponentes. Ergo cum primo lutu .i. cum primum cœperit sol lucescere. M. Imò.i.sed,censeo q̃ sup.eas rus de nocte,q.d.non impediam quin eas etiam noctu dummodo hunc diem lætum transigamus,modo.i.tantummodo,hodie fac.i.exhibe, te hilarem.i.vultuosum,lætabundum. D. Et ego abstraham.i.cum asperitate,seu acerbitate abducam,hinc.i.ex hac vrbe,illuc.i.rus, vna.i.simul mecum. M. Pugnaueris.i.rem magnam feceris. Sic Lucil. Vicimus ocium, & magnã pugnauimus pugnam,eo pacto.i.eo modo,illam abducendo tecum,alligaris.i.alligabis, coniunctiuum pro indicatiuo ,prsum.i.oino,vel recte,certe,vt te filium tuum illic .i. ruri cum psaltria aderit. Ligare.i.alicui vincula inijcere, sed aliquis dicitur alligari ad aliquid sine quo esse non potest,vt amator ad amicam. Modo.i.tantummodo, facito.i.efficito,vt serues illam.s.psaltriam. Nam illam seruando filium quoque retinebis. D. Ego videro istud .i. (quod dici solet) dimitte mihi facere de hoc.s.vt illam seruem. Item(quod dici solet inepte) Refer te mihi de hoc, sicut dicimus tu videris, vbi dici solet,ego me refero tibi. Atque illi psaltriæ saxo.i.faciam q̃ sup.sit plena fauillæ.i. scintillæ extinctæ, & desertæ ab igne,& q̃ sit plena fumi coquendo panes.s.vel fruges torrendo vt molantur. Ad faxo aliquam vt ipsa sit plena pollinis.i.farinę tenuis,& minutæ,quæ volitat ex mola cum molitur,quam rustici fatuam farinam vocant, quæ farinula, & molitores, siue pistores sunt toti obruti, & candidati. Faciam ergo vt sit talis molendo.i.pinsendo, frangendo fruges mola præter hæc.i.vltra ista quę dixi.faciam vt colligat stipulam.i.culmum segetum in ipso meridie,quasi in ipso feruore, & æstu Solis, quo videlicet tempore sol est vehementior. ego reddam.i.efficiam ipsam. tam.i.tantum. excoctam.i.tantum à Sole desiccatam, atque atram.i.nigram propter feruorem, quam.i.quantum, carbo est excoctus,& ater. M. Nunc placet mihi videre.i.delector cum video sapere.i.sapientes homines esse,hoc est cum video sapientiam à te exerceri,atque etiam tum.i.tunc, cogitas filium,vt cubet vna cum ea psaltria etiam si nolit. D. Derides. Ridere dicitur,qui simpliciter ridet deridet vero qui cum alterius irrisione & contemptu ridet. ego sentio .i. ego percipio quòd supple es fortunatus .i. felix, qui sis isto animo .i. qui habes istum animum,quem habes. Ita solemus dicere cum cura nos offendit. Fortunatos ei stultos qui nihil sentiant. M. Pergis ne.i.procedis, ne in tuis iurgijs, & in tua tristitia. D. Iam iam .i. nunc nunc. desino.i.cesso, desisto verba iniucunda dicere. M. Perge.i.vade intro.i.domum,& in sumamus.i.impendamus, consumamus, vnde & sumptum dicimus pecuniam quæ insumenda est. Sumamus ergo hunc diem hilarem ei rei.i.ludo lætitiæ, voto, gaudio nuptiali. cui rei opus est diem insumi .s. vel cui est .i. licet sumere inquam hunc diem.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Cognito amore Ctesiphonis exclamat Demea,& cum Mitione expostulat,quæ est summa epitasis periculi Ctesiphonis. Sed mox placatur à Mitione,quæ est catastrophe eiusdem patris fabulæ. [O cœlum) Tragica exclamatio. [Eccum adest) Accusatio Mitionis. [Factum est) Fatetur factum,defensurus qualitatem. [Nunquid minus) Confirmatio criminis à pari. [Non æquum) Defensio,& primum à prouerbio,quod vim iudicati obtinet. [Si id te mordet) Occurrit obiectioni extra causam, quam soluit à tuto, nihil decessurum Demeæ,sumptu adolescentum. Et pertinet hoc ad minuendum crimen. [Omnia hæc) Conclusio huius loci. [Mitto rem) Obiectio,quæ soluitur à persona. [Duo cum) Declarat exemplo. [At enim metuas) Obiectio,quæ soluitur ab ætate. [Bonæ tuæ) Ironicos, & iam placatior factus est Demea. [Ceterum rus) Comminatio in filium. [Pugnaueris) Magnam rem feceris metaphoricos. & est faceta approbatio. [Atque equidem) Attende vrbanitatem Mitionis.

PETRVS MARS.

PARATA à) Molesti hominis,& propemodum implacabilis animum hic describit Terent. Quid enim odiosus, quam sine causa in tantam iracundiam effundi, vt nescias, vel cum quo, vel qua de re, vel in quem finem verba facias Hos homines vocant morosos,implacabiles,& molestos. Morosos quidem, q̃ nimis exacte,& ad vnguem quippiam fieri postulant,vt Demea, qui nescio qua cura exactiore filium sibi frugalem educere conabatur. Et implacabiles, q̃ eorum animi ad asperiora inclinantur. Molestos vero, q̃ nimia diligentia obtundant. [Amicorum communia sunt) Prouerbium est Græcorum. Pythagoras Samius primus dixit, amicorum debere omnia esse communia. Quod Cic. sic interpretatur. Omnia.i.quæ sine detrimento alijs concedi possunt, & sic ostenditur, nos ex rebus, quas possidemus, aut iuregentium, aut ciuili, non debere hominibus ignotis aliquid, nisi id, quod potest ipsis permitti, & concedi sine detrimento. Plato 5. de leg. sic ait, Prima ciuitas est,reip.leges,qua optimæ,vbique,maxime per totam priscum illud prouerbium locum habet, quo fertur, amicorum omnia esse communia. Arist. in ix. Eth. sic ait: Eodem accedunt,& prouerbia vniuersa, vt anima vna, & amicorum omnia sunt communia,& amicitia est æqualitas. Cic. 1. Off. E quibus ipsis cetera sic obseruentur,vt in Græcorum prouerbio, amicorum omnia communia.

GLAREANVS.

SENARII omnes præter vltimum apud quosdam quadratum. In 1. versu aut omittendum verbum. Ita, aut bacchius est loco 4. In 3. versu merito miratur R. omissa duo verba Quid agam,post Quid faciam. In 14. quidam legant Num qui minus: quidam legunt Nam qui minus,& Qui per Quare vel Cur exponunt, vt Don. In 15. Quod pro Quam. Sed ad carmen nihil impedit vtrum legas. In 17.s,in Vetus eliditur. In 23. Duos monos.est. In 24.s,eliditur in Satis. In 26.secundo loco bacchius est pro spondeo, vel ean duæ syllabæ in vnam contrahentur. In 30.d,in Quod eliditur. In 31. Si,commodius ad sequentem transferetur versum,vt initio elidatur. In 36.s,in Qui bus eliditur. Ita in 39.d,in Quid. In 41. Eos monosyllabum videtur. In 49.d,in Quod eliditur. In hisce tamen iam aliquot enumeratis locis creticus ac bacchius absque elisione poni recte possunt,sed ea vbique inculcare non visum operæprecium. In 53.s,in Tempus eliditur. In 54. Cras non est omittendum, vt recte annotauit Ioan. In 55.duæ vltimæ vocales de verbo Censeo, eliduntur à versu sequente. In 58. vel Illi legendum pro Illic, vt sæpe admonet Don. vel pacto pro Illic ponendum vt versus ita legatur.

Eo prorsum illic pacto alligans filium.

In 59. proceleusmaticus primo est loco, & secundo bacchius, nisi vt tollendum putemus, vt constet versus, certe sensus non poscit. In 60. quidam lib. habent Atque,ille vetustus liber habebat Illic. quæ si vera est lectio, Atque priorem syllabam à superiore versu elidit. Quidam pro Illi reposuerant Ibi. In 4.à fine rursum vt abundat, ab sciolo aliquo appositum cum carmẽ respuat, & sensus non requirat. Vltimus versus varie legitur. Veteres libri ita habent,

I ergo intro,& cui opus est rei hilarem hunc sumamus diẽ. Quam lectionem,& Ioan.& Doct. probarunt. Ita I,à superiore versu eliditur, & Rei monosyllabum in scansione prorsus elidit. Liber Aldi quadratum acatalecticum exhibuit,

I ergo intro,& cui opus est rei,ei rei hilaram hunc sumamus diem.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Demea cum videat non probari vulgo, seueritatem in liberos, diuersam institutionis viam meditatur. in qua persona Terentius indicat mitioribus se fauere patribus, seculi sui moribus hoc magis concedens, quam quòd ita faciundum esse existimat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena exemplum proponitur hominum qui virtutem zedio affecti deserunt, ob contemptum eius. Nam seuerum esse in filios, apud omnes ferme vitio datur, & Terentius adeo fauet clementioribus & mitissimi patribus, vt hunc quoque Demeam sæuum adducat in Mitionis sententiam. Non tamen ita fieri debere sentit Poëta, sed ex communi vsu loquitur, volens naturalem inesse veris patribus acrimoniam, quæ profecto semper inusa est, & odiosa adolescentibus.

DEMEA.

DEMEA.

VNQVAM ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apportet noui,
Aliquid moneat, vt illa, quæ te ſcire credas, neſcias,
Et quæ tibi putaris prima, in experiundo repudies.
Quod mi euenit nunc: nam ego vitam duram, quam vixi vſque adhuc,
Prope iam excurſo ſpatio mitto: id quamobrem: re ipſa repperi
Facilitate nihil homini eſſe melius, neq; clementia. id
Eſſe verum, ex me, atque ex fratre cuius facile eſt noſcere.
Vitam ille ſuam ſemper egit in ocio, in conuiuijs:
Clemens, placidus, nulli lędere os, arridere omnibus:
Sibi vixit: ſibi ſumptũ fecit: omnes bene dñt, amant.
Ego ile agreſtis, ſęuus, triſtis, parcus, truculẽtus, tenax,
Duxi vxorem: quam ibi miſeriam * vidi? nati filij, * non vidi?
Alia cura: porrò autem, illis dum ſtudeo vt quamplurimum
Facerem, contriui in quærundo vitam, atque ætatem meam:
Nunc exacta ætate hoc fructi pro labore ab ijs fero,
Odium. ille alter ſine labore patria patitur commoda:
Illum amant, me fugitant: illi credunt conſilia omnia:
Illum diligunt: apud illum ſunt ambo, ego deſertu' ſum:
Illum, vt viuant meam, autem mortem expectant ſcilicet.
Ita eos meo labore eductos maxumo, hic fecit ſuos
Paullo ſumpto: miſeriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Age age, nunc experiamur contra hæc ecquid ego poſſiem
Blande dicere, aut benigne facere, qñ eò prouocat.
Ego quoq; à meis me amari, & magnipendi poſtulo.
Si id fit dando atq; obſequendo, non poſteriores ferã.
Deerit: id mea minime refert, qui ſum natu maxumus.

DON.

VNQVAM ita quiſquam bene ſubducta rõne) in hac ſcena exemplum inducitur hominum qui virtutem tædio deſerunt ob contemptum eius, ꝙ apud omnes ſæuum eſſe vitioſum ſit. Et adeo fauet Terent. clementioribus ac mitiſſimis patribus, vt hunc quoque adducat ad ſententiam Mitionis, non tantum hoc ſentientem ꝙ ita fieri oportet, ſed ꝙ ita res cogat. vult enim naturalem ineſſe veris patribus acrimoniã, ſed eam ſemper inuidioſam eſſe adoleſcẽtibus. [Bene ſubducta ratione) Bene diſpoſita, bene computata. Ducere enim eſt digitis computare, ſed ducere eſt apud alium, & palam, ſubducere, apud ſeipſum, & ſecreto. quo magis in verbo iſto maioris attẽtionis, & diligentiæ ſignum eſt. [Quin res) Quin, modo cur nõ ſignificat. [Quin res, ætas, vſus) tria poſuit. ex quibus Res pro experientia ponitur, & hac dicit eſſe mutatum. nam mox dicet, Re ipſa repperi, Facilitate nihil eſſe homini melius, neque clementia. [Aliquid moneat) ουλλαψις eſt per caſus. ſubauditur enim, quem. [Quæ tibi putaris prima) Ante alia eligenda, quæ, & primo loco ponenda, ac per hoc optima. [Vitam duram quã vixi) ἀρχαϊσμός. vt Lucil. Magnam pugnauimus pugnam. [Nã ego vitam duram quam vixi vſq; adhuc) Prius dixit quid faciat, quàm cur faciat. [Propè iam ex curſo ſpatio). i. ad calcem propter ipſos decurſus metasque viuendi. & eſt μεταφορὰ ſumpta à curſoribus. [Excurſo ſpatio). i. ſumma ſenectute. [Id quamobrem re ipſa repperi) Quia ſecum loquitur, ideo multa reticet & deeſt, Faciam: &, Si quid quærat: & Dicam. [Facilitate) iam facilem ſe infert. Inter facilitatem, & clementiam hoc intereſt: facilis enim, cuius ira cito ſoluitur. Clemens, qui non iraſcitur. [Ille ſuam ſemper egit vitam) Hic iam quaſi comparatiua qualitas inducitur de vtroque, & vt ille in initio fabulæ locutus eſt, ſic in fine hic loquitur. [Clemens placidus, nulli lædere os) Mira varietas, & in locis, & in partibus orationis. Et clemens eſt qui colit mentem ſuam, nec eam vexat iraſcendo. [Nulli lædere os, Arridere omnibus) voluptatibus affectus eſt duplex, aut. n. ex quiete voluptas eſt, aut ex aliquo actu. ergo hic vtrunq; complexus eſt. [Nulli lædere os). i. nullum præſentem lædere. Et vide quam grate à nominibus verba tranſeant. [Clemens, glacidus) Clemens eſt circa recte agentes. Placidus, etiam circa delinquentes. Et clementis eſt nulli lædere os: Placidi, arridere omnibus. Et clemens animo, Placidus vultu. [Et nulli lædere os) Adeo vt nulli ſe contriſtem faciat. & hæc eſt figura ἀναλογομὴ, cum recurrimus per ea quæ diximus. & ἐξεργατικῶς omnia repetita ſunt. [Ego ille agreſtis) Bene addidit Ille, quaſi iam notus hoc ipſo quòd ferus atque agreſtis. Et ſæuus, factis: Triſtis, animo: Truculentus, vultu. Et aliter dici poteſt, vt triſtis ſit qui dolet, truculentus, & ſæuus qui terret. & ideo αὐξησις mira per iſta decurrit. [Duxi vxorem) Pendet, duxi vxorem: ſed Etiam cum magno ſignificatu addendum eſt, maiore enim põdere ſub trahitur coniunctio, nam, duxi etiam vxorem, dicendum fuit. [Quam ibi miſeriam vidi?) Ibi, inquit quaſi vxor locus ſit. & hoc ſine cõiunctione, vt mala quæ enumera, multa videantur. [Alia cura) Non altera. [Patria potitur cõmoda) accuſatiuo caſu extulit, qđ nos ablatiuo dicimus. i. patrio potitur cõmodo. Actiuus in Clytemneſtra, Feras potiuntur plagas. [Illum diligunt, apud illum ſunt ambo ego deſertus ſum) Hic oſtendit Terentius veꝝ patrem, & moleſtiorem, & odioſum eſſe magis adoleſcentibus. illum vt viuat optant) ουλλαψις. Nam ſic veteres loquebantur. nos vero dicimus. Illi optantis non illum. [Illum) Mitionem. [Nunc experiamur) Magis comice pluraliter experiamur dixit, quàm ſi diceret, experiar. [Quando eo prouocat) Non addit, quis, ſed intelligimus Mitionem ſignificari. [Si id fit dando, atque obſequendo) Bene naturam ſecutus eſt, qui artem ignorat, putans agi veris omnia debere, non dando, & obſequendo. [Si id fit,) Id eſt, Iam à liberis ſi magnipendor. [Non poſteriores feram) Subauditur partes. aut, non parui faciam. i. non vincar à Mitione. Et translatio eſt à partibus hiſtrionum in fabula. [Non poſteriores feram) Primus in his ero, inquit, in dando atque obſequendo. [Deerit: id mea minime refert) vide remanere in Demea nõ penitos eiectam ſecuritatem.

NVNQVAM quiſquam, &c.) In hac ſcena exemplũ inducitur hominum, qui virtutem tædio deſerunt ob contemptũ eius, ꝙ apud omnes ſæuum eſſe vitioſum ſit, & adeo fauet Terent. clementioribus, ac mitiſſimi patribus vt hunc quoq; adducat ad ſententiam Mitionis, non tñ hoc ſententiam, ꝙ ita fieri oportet, ſed ꝙ ita res cogat, vult. n. naturalem ineſſe veris patribus acrimoniã, ſed eam ſemper inuidioſam adoleſcentibus. D. Solus hic loquitur in tota ſcena. Nunq̃ quisq̃ fuit rõne ita bene ſubducta. i. nunq̃ aliquis habuit menſuram, viam, modũ ita diſpoſitum, computatum, & quaſi (vt ita dicam) calculatum, ad vitam. i. ad viuendũ, ſeu ad vitam degendam. Ducere eſt digitis cõputare, ſeducere eſt quẽ apud alium, & palã deducere, ſed ſub ducere eſt apud ſe ipſum, & ſecreto deducere, quo magis in verbo maioris attentionis, & diligentiæ ſignum eſt. Nunquam ergo quiſquam habuit rationem ita bene diſpoſitam ad viuendũ, quin. i. quod non res. i. experientia, ætas. i. ætatis conditio, vſus. i. exercitatio in modo viuendi, apportet. i. afferat ſemper aliqd noui, qđ prius erat ignotum &, quin inquam res, ætas, vſus moneat. i. edoceat ſemper aliquid, vt ita ꝙ neſcias, illa quæ credas te ſcire, & vt repudies. i. recuſes, reijcias in experiundo. i. exercendo, in probando re ipſa, ea quæ putaris. i. putaueris eſſe tibi prima. i. præcipuæ, eligenda, primo loco ponenda ac per hæc optima, qđ videlicet neſcire quæ credebã, ſcire repudiare quę prima mihi putabam. i. venit mihi nunc. Nã ego mitto. i. omitto, vitã puram. i. plenã acrimoniæ, aſperam, inculcatam, ſpatio. i. curſu vitæ meæ prope. i. fere, iam excurſu. i. tradu&to, & ad calcem miſſo propter iſtos decurſus, metasq̃. viuendi, & eſt metaphora à curſoribus, qui in ſpatio currunt ad certas metas. Ergo excurſo ſpatio. i. in ſumma ſenectute. omitto ergo vitam in ipſa ſenectute, quam ſcilicet vitam vixi vſque adhuc. i. hucuſque, hactenus, vſque ad hoc tempus. Dicimus viuo vitam, vt pugno pugnam, certo certamen. Et enim (vt ait Donat.) Demea hic

GVID.

ſecum

secum loquitur,ideo multa reticet vt hic id,quamobrem sic intellige,vt vult Donatus subaudiendo,&si quis quærat,quamobrem.i.quare faciam supp.id.i.dimittam pristinam vitam rñdendo sup.quòd repperi .i. deprehendi re ipsa .i. ipso affectu,& ipsa experientia nihil esse melius homini,facilitate.i.benignitate neque clementia .i. in irascentia, quo verbo vtitur Gellius facilis sic differt à clemente,nam facilis est cuius ira cito soluitur, clemens q non irascitur,facile est cui vis.i.cuilibet,noscere .i. esse vel, videlicet nihil esse melius facilitate,& clementia,ex me, & fratre.i.ex consideratione,& cõparatione mei, & fratris Mitionis,ille frater semper egit vitam.i.traduxit tps vitæ, in ocio .i. tranquillitate,in securitate, in pace, in vacatione à labore,egit etiam vitam in conuiuijs.i.in sodalitatibus viuendo cum æquabilibus suis,seu gregalibus. vt Ciceroniano verbo vter, egit inq̃ vitam ipse clemens.i.quasi colens mentem, neq; eam vexãs ira scendo.Placidus.i.tranquillus,sed clemens est circa recte,agentes. Placidus etiam circa delinquentes. Item clemens animo, placidus vultu. Clemens ergo nulli lædere os.i.nullum præsentem offendere, quod fit cum verbum aliquod molestum, præsentibus prodit ex pectore. Cum .n. aliqs pñs molestia sermonis afficitur,tunc os.i.facies. vultus ostẽditur,seu læditur,quod satis pater,nam si eo sermone pungatur, statim os eius rumore perfundi cernitur,quod illi molestam affert passionem,clemẽs autem nulli eo modo eos lædere egit inquam vitam placidus arridere omnibus.i.paratus,seu dispositus,& pacatus ad arridendum omnibus quibuscunq; illi est viuendum.Arridemus alicui cum riso nro illi benignitatem nostram,seu fauorem, aut consensum ostendimus, aut denique beneuolentiam. Hæ aũt structuræ,clemens,nulli lædere os.i.ad nulli lædendum os, & placidus arridere.i.ad arridendum sunt similes illis.Et cantare pares, & respondere parati .i. pares ad cantandum,& pares ad respondendum, nisi quis velit capere lædere pro lædebat aut arridere pro arridebat. Dicit etiam Don.nulli lædere os ita intelligi, vt nulli se contristem faciat,sed omnibus arrideat. Ipse frater vixit sibi.i.vixit pro se morem gerendo sibi,neq; se excruciando. Aut vixit sibi non ducendo vxorẽ,ad cuius nutum viueret,sumptum fecit sibi.i.sumptuosus fuit cum amicis, laute familiariter & sodaliter viuendo, si dicere fas sit omnes benedicunt .i. bene loquuntur de eo,omnes amant eum. Ego existent ille,vt Virg. Ille ego qui quondam,&c.ille dixit quasi iam ex sęuitia,& aspritate notus,ego ille agrestis.i.inurbanus sermone,& incultus. sęuus.i.feruus,crudelis,tristis.i.mœstus,seuerus,austerus,parcus .i.paruus in sumptu faciẽdo.truculẽtus.i.terribilis ipso aspectu. Tristis.n.dicitur animo truculẽtus vultu. Vel tristis qui dolet, truculentus,q terret. Ego inq̃ ille tenax.i.nimis tenens ea quæ largiti deberem,& mihi,& alijs, duxi vxorem vbi frater cælebs vixit,quam miseriam non vidi.i.non sensi,ibi.i.coniugio. Nã nati sunt filij quo.s.Ctesipho,& Aesch.existentes alia cura.i.alia solicitudo mihi allata. alia inquam à multis alijs curis,quia dixi. Quam ibi miseriam non vidi. Porro autem.i.sed certe aut deinde,dum.i.quandiu,studeo.i.do operam, laboro vt facerẽ.i. accumularem illis natis quamplurimum bonorum.s.in quamplurimas fortunas,& quamplurima fortunæ bona Contriui .i. consumpsit vitam,atque ætatem meam inquirendo.i.in acquirendo illis diuitias. Nunc ætate mea exacta .i. confecta,finita, absoluta,fero.i.reporto, hoc fructi .i. hunc fructum pro labore meo ab his filijs.s.odium,qa me odio prosequuntur. Fructi dixit in genitiuo vetuste ,p fructus. sicut inuenitur apud vetustos tumulti pro tumultus,senati pro senatus,&ita de alijs omnibus nominibus quartæ inflexionis haberi potest. Ille alter.s.Mitio frater,potitur commoda patria,à patrius patria patrim denominatiuo à patre.i.delectatur commodis,& fructibus,seu delectationibus, quibus frui solẽt felices patres in sui liberis, in qua oratione potior iungitur accusatiuo vetuste, cum iungi soleat, aut ablatiuo,aut genitiuo. Deinde subdit illa commoda quibus potitur Mitio,Filij mei amant illum fugitant me.i.frequenter fugiunt ipsi credunt .i. committunt impartiunt, communicant illi Mitio. omnia consilia.i.omnia arcana, proposita,decreta,deliberationes suas.Diligũt illum fratrẽ,sunt ambo apud illum fratrem ego sum desertus.i.derelictus ab his tanq̃ contẽptui habitus,optant illum fratrem, vt viuat.i.optant vt ille frater viuat,modus dicendi veterum est. Aũt .i. sed.i.expectant.i. optant. Vt expectare venis,mortem meam. Scilicet.i.certe,hic frater fecit eos filios ita eductos pro educatus, & nutritos maximo meo labore. fecit ita suos paululo sumptu.i.parua impẽsa, ego capio omnium miseriam,hic frater potitur gaudia,hic itẽ accusatiuo iungitur potitur.i.fruitur gaudijs,& delectationibus ex beneuolentia filiorum procedentibus, age age adhortatur se ipsum ad imitandos mores fratris benignos, nunc experiamur pro experiar.i.faciam periculum contra hoc.i.contra austeritatem,ac duritiam meam,& terribiles mores meos, vel cõtra hęc quæ facie frater vt filij mei me ament potius q̃ illum. Vel sic, nunc contra .i. ediuerso, vicissim,vt fit aduerbium,experiamur hæc quæ sequuntur, videlicet, quid possim dicere blande.i.leniter,aut quid possim facere benigne.i.liberaliter, vel mansuete, quando .i. quia &, quod dicunt,postquam ipse frater prouocat .i.incitat,me eo aduerbium ad locum.i.ad id experiendum, videlicet, quid dicere blande, aut benigne facere possim, quoque .i. etiam. postulo me amari à meis filijs.s.& magnipendi.i.magnifieri.i.magni æstimari,& quid barbare dicũt, multum appretiari.Si id.i.vt amer,& magnificam,fit.i.efficitur,dando.i.largiẽdo illis,& obsequendo.i.complacendo,indulgendo, morem gerendo illis,posthac.i.amodo,post hoc tempus, non feram.i.nõ agam,vel patiar,aut non geram partes sup.posteriores.i.meum officium in eos ab alio non vincetur,alij hñt posterioris, & tũc sic intellige.Non feram partes.i.officia posterioris,hoc est non fungar officio minoris,& sequentis alium,tanq̃ ab eo victi,q.d. non vincar à Mitio. dando,& obsequendo,sed in ea re primus ero,non posterioris munere fungens.Est.n.translatio sumpta à patribus histrionum in fabula. Deinde subdit, tñ aliquid habet seueritatis. quasi seueritas non sit penitus euomita, id quod sequitur deerit.i.deficiet in hac benignitate quam suspicio.s.quod minime.i.non,refert mea.i.quod nõ spectat ad me,non me decet ita.s.demittere me,vt obsequar,& blandiar natis presertim, qui.s.ego refertur.n.ad mea,quantum ad intellectum primitiui, sum maximus natu.i.sum senior ipso Mitione,vel qui sum maximus natu sine comparatione.i.qui iam annosus seu annis ad modum confectus.Vel sic potest intelligi.Deerit.i.erit defectus in hac re quã suscipio,cum ab ea sim nimis alienus natura mea. verum non curo,quia non erit qui me arguat, & repræhendat, cum sim maximus natu.Sic ergo astrue, deerit.i.erit defectus in hac mutatione rationis vitæ. id defectus quod erit minime refert mea.i.ad me non spectat, non vergit in dedecus meum nihil curo,nullatenus interest mea,qui sum maximus natũ.

ARGVMENTVM) Motus exemplis mutat vitæ suæ institutum Demea,& ex duro atq; agresti studet fieri benignus. Pertinet hæc scena ad erudiendum spectatorem. vt intelligat,q sit scopus huius fabulæ. [Subducta ratione) .i. considerata recte viuendi via.translatum à calculatoribus.[Excurso spatio)Finita ætate translatum à campestri certamine. [Lædere os) Offendere,rubore afficere. [Vidi) Expertus sum.[Facerem) Pararem. [Hoc fructi) Vetuste pro fructus. [Ille, illum illi) Pulchra traductio cum repetitione ad amplificationem,& ornatum.[Ego quoque) Aetiologia. Posteriores. Accusatiuus, subaudi, partes. LATO.

NVNQVAM ita quisquam) Imperiti hominis peruersitatem,& ingenij crassitudinem,qui virtutes,non quòd honestæ sunt,& sua causa dignæ cur expetantur, sed quia commoditatẽ & vtilitatem præstant, sectari cupiat exprimit hæc scena. Hos quomodo philosophus lib.1.Ethic. insectetur. si libet audias. Qui virtutes hoc modo existimat,quòd diuitias,seruitia,aliasq. vulgares fortunas,& externa bona producant,qui virtutũ finis sit,videntur mihi plane ignorasse. Et poëta Latinus conqueritur,quòd virtutes,quæ carent præmio,parui penduntur. PETR. MARS.

Nec facile inuenies multis è milibus vnum.
Virtutem precium, qui putet esse sui.

[Facilitate nihil) Facilitas est virtus contraria morositati,quam cum supra modum, & insolentius vsurpamus,in vitium degenerat Xenophon lib.4. Facilitatis magna laus est in omni conditione vitæ. Clementia vero Cic.lib.2. Rhet. sic definit: Clementia est per quam animi temere in odium alicuius inuectionis concitati comitate retinentur. [Hoc fructi) Vetusto more pro fructus. Nam veteres Latini tantum quatuor declinationes ponebant. [Patria potitur) Et hoc veterum consuetudine, apud quos potior, & fruor construuntur cum accusatiuo.

TROCHAICI tetrametri catalectici huius sunt scenæ versus. In tertio proceleusmaticus est loco secundo. In 5.Euenit præsentis videtur tẽporis, & creticus loco primo, trochæus secũdo Doct.tamen iamb.tetr.acat.iudicauit inter reliquos trochaicus omnes.Nam in octauo vel Id à superiore eliditur versu vel amphibrachys est loco primo.alioqui,&ipse futurus erat iambicus tetr.acat.inter reliquos trochaicos,cuiusmodi, & nonus,nisi Egit verbum post Vitam legas.sic.n.erit verus trochaicus. Idẽ de duodecimo aio,in quo puto amphibrachyn esse lo- GLAR.

co

eo primo,alioqui & ipse iambicus erit tetr.catal. In 14.aut s,in Illis eliditur,aut aliqd in eo versu superfluit, & fortassis verbū Autem. quod ego propemodum crediderim,nisi putemus Poëtam absque Vt,ita locutum, Porrò autem dum studeo illis quā plurimum facere.per infinitum verbum quod ego absque exēplaris vetusti fide non asseruerim, In 19 eliditur s, in fine verbi Desertus. In 20. Meam,& in 21.Meo monosyll. sunt, nisi illic bacchium loco quarto,hic amphibrachyn ponamus loco secundo. In 22.Potitur tertia dixit coniugatione, vt supra versu 17. huius adeo scenæ. In 23.deest syllaba post Nunc. ego vel Hercle, vel Ergo, vel Certe, vel quid simile positum à Poëta puto, In vlt. versu Mea vel monosyll.est vel creticus loco secundo.

ACTVS V. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Demea absurde contra ingenium suum blandus esse conatur,

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena Poëta ostendit, quam absurde Demea contra ingenium suum conetur esse blandus: quanquam immodica si repentina largitas, vbi animus à nimia parcitate in profusionis vitium decurrit. Apparet etiam iam crapulam omnem Syrum edormiuisse ac despumasse.

Trimetri.

SYRVS, DEMEA.

HEVS Demea, rogat frater,ne abeas longius.
D. Quis homo? ò Syre noster, salue, quid fit? quid agitur?
S. Recte. D. optume est. iam nunc hæc tria primum addidi
Præter naturam: ò noster, quid fit? quid agitur?
Seruom haud illiberalem præbes te, & tibi
Lubens bene faxim. S. gratiam habeo. D. atqui Syre
Hoc verum est, & ipsa re experire propediem.

DON. HEVS Demea,rogat frater ne abeas longius) Hic ostendit poëta,q̄ absurde blandus conetur esse,q̄ non soleat,& q̄ immodica sit repentina largitas vbi animus à parcitate nimia in contrariū vitiū ꝓfusionis excurrerit. [Heus Demea,rogat frater ne abeas longius) vt apparet,iam edormiuit crapulā Syrus, & satis moraliter dixit,frater,nec addidit Tuus.[Frater)Moraliter nam deest tuus.[O Syre noster,salue,quid fit?) Iam nō hæc blanda,sed cura sunt. nam salue dixit ei,non solum quem sæpe viderit,sed cum quo toties litigauerint. [Quid fit?quid agitur?) Interrogat,& cum sciat,& cum damnet actus eius.[Recte)Bene respondi: hæ enim interrogationes de salute atque incolumita te eius sunt qui interrogatur.[Hæc tria)Deest verba.[Præter naturam) Plus dicit,q̄ si diceret,præter consuetudinem. Iam nunc hæc tria primum addidi, præter natura, ò noster,quid fit? quid agitur? Hoc pressius dictum est.[Seruum haud illiberalem) dura, & importuna repente commutatio ex tanta vituperatione in laudem Syri, ostendit contra naturam suam niti Demeam. [Præbes te).i.re ostendis,factis probas. [Et tibi lubens bene faxim)Et bene ad quam rem adiectum est,an & bene * hoc addidit. Quis enim credat tam subitis posse sæuitiam blandimentis,nisi factis quoque vera esse ostendantur? [Et tibi lubens bene faxim)Et additum est,vt ostendat hanc esse sententiam,Non solum te laudo, sed etiam iuuo: illud dicendo, hoc faciendo. [Et tibi lubens bene faxim) Potest hoc & sic intelligi, Bene tibi faxim, & lubens.multi enim bene,sed nunc ex animo faciunt. Omnia ergo addidit,quæ placidum ostendant ipsum, atque clementem.[Atqui Syre)Atqui,abundat per περίλογον Syre, Asseueratio est non credentis.[Hoc verū est) Quasi falsum fuerit illud quod iurgabat,& hoc sit verum quod nunc dicit. [Propediem) ꝓpè. Nam ꝓpediem aduerbium est temporis,vt si diceret,cito.

GVID. HEVS Demea &c.) Hic ostendit Poëta q̄ absurde blādus conetur esse qui non soleat, & q̄ immodica sit repentina largitas,vbi animus à parcitate nimia in contrarium vitium profusionis excurrerit. Apparet autem Syrum iam crapulam edormuisse. S. Heus aduerbium vocandi, ò Demea frater tuus .s. Mitio,rogat ne .i. q̄ non abeas .i. discedas longius,& quod dici solet,q̄ non elonges te. D. Quis est sup.homo qui me vocat, deinde viso seruo,inquit,ò Syr,salue quid fit? qd agitur? S. Recte fit,recte agitur .i, bene se res habent, & (quod dicunt) totum bene vadit. inepte,sanè,& absurde. D. Optume est .i. optime res se habet. Iam nunc addidi primum.i.in primis hæc tria verba quæ sequuntur, præter naturam .i. præter consuetudinem meam.Nam semper ante hac fui seuerus,& immansuetus. Subdit illa tria verba,quæ præter naturam dixit,s. ò noster, est primum verbum,quid fit? secundum quid agitur,tertium. Præbes .i. præstas exhibes te seruum haud illiberalem.i.non improbū, imò æquum,iustum,ac bonum. Nam illiberalis est bonus, & bene faxim.i.bene faciam tibi,lubens.i.bono animo.Inuenitur etiam faxim pro fecerim,vt testatur Nonius. S. Habeo gratiam .i. pro beneuolentia tua sum tibi deuinctus,siue obligatus. D. Atqui.i.sed certe, ò Syre,hoc quod dico me tibi benefacturum est verum,& experiere.i.probabis. re ipsa.i.pro effectu, propediem.i.cito, breui tempore,quasi iam propè sit dies.

ARGVMENTVM) Prodit Syr. & Demea experiatur nouam benignitatem, [Iam nunc) Hoc rectè, quia difficile est naturam mutare. Et attende, quam ridicule contra ingenium conetur senex. LATO.

HEVS Demea) Nihil magis risu dignum esse, q̄ id quod quis contra naturam facere contendit,docet hæc scena.Semper enim indicia adsunt,quæ faciunt,vt quæ cum gratia locum habere possent,inutiliter,& inepte audiantur. PETR. MARS.

HARVM scemularum versus sunt rursus senarij. In vltimo prioris scenulæ versu Hoc à superiore versu eliditur, Ita in secundo versu sequentis scenulæ vel a in Accersant à superiore versu eliditur,vel d, in Sed, vel denique creticus est loco secundo. Ceterum tertium,& quartum rectè Ioan. legit. In Ald.lib. corrupte leguntur. In 6.à non eliditur in Ita,alioqui carminis ratio claudicabit, Consentiunt lib. omnes. GLAR.

ACTVS V. SCENA VI.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Demea obuium Getam præter consuetudinem blande nititur compellare, & eius insulte laudibus insistit, polliccndo ei se benefacturum.

GETA, DEMEA.

ERA, ego hinc ad hos prouisam, quàm mox virginem
Accersant, sed eccum Demeam. saluos sis,
D. Oh,qui vocare? G. Geta. D. Geta, hominem maxumi
Pretij esse hodie te iudicaui animo meo:
Nam is mihi est profecto seruus spectatus satis,
Cui dominus curæ est, ita vt tibi sensi Geta:
Et tibi ob eam rem, si quid vsus venerit,
Lubens bene faxim. meditor esse affabilis,
Et bene procedit. G. bonus es, cum hæc existumas.
D. Paulatim plebem primulum facio meam.

ERA ego hinc ad hos prouisam) Ad hos,ad Mitionem,& Aeschinum,scilicet.Prouiso duas res signat,procedo,& video.[Sed eccum)Hoc apud se.[Oh,qui vocare?) Hac interiectione vtimur, vbi ex interuallo notus videmus [Oh,qui vocare?)Post oh,nomine vocaturus,nō habuit quod diceret,& ideo subiecit,Qui vocare? Virg. O quā te memorem virgo? nanq; haud tibi vultus Mortalis,nec vox hominem sonat: ò dea certe,An Phœbi soror,an Nymphaꝝ sanguinis vna? Moris est aūt inferiores ꝓprio nomine vocari,si blandiri velis. DON.

sed

sed hic nominis oblitus, dum dubitat, & inquirit, inhæsit prono mini. [Animo meo) Hoc est secundum animi mei sententiam, & quantum ad animum meum pertinet. [Nam his mihi est, profecto seruus) In hoc laudando, quia non laborat, subiecit speciaLiter merita eius, aut, vt existimo, nihil habuit quod diceret nisi laudem sine vellius facti mentione. Et Mihi. i. quantum ad iudicium meum pertinet. [Cui dominus curæ est) Cum hic domi nas habet, dominum dixit, quia præualet masculinum. Virg. Descendo, ac ducente deo flammam inter, & hostes Expedior. Et præterea sententia generalis inducitur. cum nullum speciali ter dominum significat. [Ita vt tibi sensi Geta) Maximum deli nimentum refert, eum nomine vocans. quod tantum superiori bus est. & vide quam grate, postquam ipse dixit, nomine appel lauit Getam. [Et tibi ob eam rem) Quid, & tibi? vtrum quemadmodum alijs? an quemadmodum Syro? [Et tibi ob eam rē, si quid vsus venerit) Defectus quidam rustici præter naturam blandientis, cogit dicta repetere sine gratia. Hæ autem promissiones ad hoc præmittuntur, vt cum in subiectis, agi ò Demea huiusmodi res cœperint, non sit absurdum spectatoribus Demeam tam cito esse mutatum. [Medior esse affabilis) Sic hoc lē tius, vt illud supra, Iam nunc tria hæc addidi præter naturam, O noster, quid fit? quid agitur? [Paulatim plebem) Moraliter inferiorum turbam, plebem dixit, hoc est vt vrbe vulgos, ira in familia seruos. Et sit translatio ab ijs, qui honores dolose, ac non pro merito petunt, ambitiosique sunt. [Plebem primulum facio meam) Hoc est mihi fauentem. Et è contrario Virg. Vadimus immixti Danais haud numine nostro.

OVID. HERA ego, &c.) Hic Demea obuium Getam blande nitit compellere, & eius insistit laudibus. Geta ò hera. i. ò dña mea Sostrata mater puellæ nupturæ. prouisam. i. procedam. hinc. i. ex hoc loco. ad hos. s. ad Mitionem, & Aeschinum. Vel prouisam. i. ibo ad videndum hinc ad hos, quàm. i. quantum, mox. i. quantum cito, quantum statim quanto post. accersant. i. aduocent, venire ad se faciant virginem. Sed eccum Demeā. i. ecce hic prope Dem. oh sis saluus Dem. oh, hac interiectione vtimur, vbi ex interuallo notos videmus. qui. i. quo modo, quo nomine vocaris? G. Vocor sup. Geta. D. Vocaris Geta? iudicaui animo meo. i. secundum animi mei sententiam te esse hodie hominem maximi precij. i. plurimi æstimandum. Nam profecto. i. certe. is seruus est satis spectatus. i. satis probatus. mihi. i. quantum ad iudicium meum pertinet. cui seruo dominus est curæ, ita vt ò Geta sensi. i. percepi dominam sup. tuam esse tibi curæ, sed domi num dixit in masculino, quia masculinum præponderat fœminino. Et ob eam rem. i. propter eam causam, quia es fidelis seruus. si quid vsus. i. si aliquid vtilitatis euenerit. i. acciderit, contingerit in quo possim tibi prodesse, bene faxim. i. bene faciam tibi, & quidem bono animo. vel sic capiatur vsus pro opus, vt sæpe vt apud Plaut. sic intellige. Si quid vsus euenerit. i. si quid opus fuerit, seu si qua necessitas contigerit, vbi sit opus opera mea, bene faciam tibi, & quidem lubens. Aut sit intellige, si qd vsuuenerit. i. quid euenerit. Nam sæpe in epist. Cic. inuenias vsuuenire pro euenire. Ipse. n. ad App. sic, inquit. Cū præsertim mihi vsuuenturum non arbitrer, vt ego quoque ab te defendendum essem. Itaque sic astrue, Eam ob rem si quid vsuueniret. i. si quid contigerit in quo mea opera vt possis, lubens bene faciā tibi Ego meditor. i. conor, studeo, laboro, exerceo me, molior esse affabilis. i. sermone suauis, & benignus, quasi facilis, quem possit vnusquisque affari. i. alloqui, & bene procedit. i. bene succedit, quasi porrò. i. procul cedit, & progreditur. Ergo sic intelli ge. Et ipsa meditatio seu exercitatio bene procedit, bene se habet, non remittitur, sed progreditur longius. Dicimus etiā illa ratio non procedit. i. non valet, non probat propositum. Et digestis de incendio, quemadmodum ergo procedit quod labeo scribit. i. quo illud habet apparentiam veritatis, aut auctoritatis. Meditor ergo esse affabilis, & bene procedit. i. in ea meditatione bene me habeo vsque eo vt res magis, magisque procedit. i. vt efficiar in dies magis affabilis. G. Tu es bonus cum existimas. i. iudicas hæc de me quæ dixisti. D. Paulatim. i. sensim. facio. i. efficio. reddo primulum. i. nunc primum plebem meam. i. mihi fauētem. Nam plebs mansuetis fauere solet, & austeris aduersari.

LATO. ARGVMENTVM) Aliud experimentum Demeæ in Geta. Et simul egrediuntur personæ in proscenium ad congressum sequentis scenæ. [Oh, qui vocare?) Oh senilis interiectio. [Meditor esse) Hoc secum placens sibi Demea. [Plebem) Metaphoricos seruos vocat.

PETR. MARS. HERA, ego) Verissimum esse quod dicit Horat. Dum vitant stolidi vitia, in contraria currunt, testatur hæc scena. Nam dum Demea omnibus se facilem, & suauem prębere studet, & vitium morositatis, & inclementiæ effugere laborat, in longe gra uius incidit, vt pene contemptim nugacitatem suam, & vtilitatem omnibus obijciat.

GETA maxumi precij esse te, & hominem, &c.) Sit quidem Moguntinum, & Vuittembergense exemplar, vt alia omittam. Ceterum sic legendi sunt hi duo versus: GLAR.

Oh, qui vocare? G. Geta. D. Geta, hominem maxumi
Precij esse te, hodie iudicaui animo meo.

Ita vetusta exemplaria consentiunt, neque aliter constat senarij: Esset enim aliter ex his brachycatalecticus.

ACTVS V. SCENA VII.

ARG. ADR. BARL.

Nuptiarum mora offenditur Aeschinus. Hunc Demea blanda alloquitur, & maceriam iubet qua puerperam traducant.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena Aeschinus de nuptiarum mura ob apparatum, & vitum conqueritur hoc deinde Demea paulo vrbanius blanditur, ex quo lepidum se vocari gestis, simulq; parietem inter medium, quo commodius puerpera inducatur, dirui iubet. Hic quoque Aeschinus, & Demea inter se affabiles indicio sunt, & quàm dulcis sit iunioribus assentatio, & quam ingrata censura.

Trimetri.

AESCHINVS, DEMEA, SYRVS, GETA.

CCIDVNT me, qui dum nimi' sanctas nuptias
Student facere, in apparando consumunt diem.
D. Quid agitur Aeschine? AES. hem pater mi, tu hic eras?
D. Tuus hercle vero, & animo, & natura pater,
Qui te plus quàm oculos hosce: sed cur non domum
Vxorem accersis? AES. cupio: verū hoc mihi mora est,
Tibicina, & hymenæum qui cantent. D. eho,
Vin' tu huic seni auscultare? AES. quid? D. missa hæc face,
Hymenæum, turbam, lampadas, tibicinas:
Atque hanc in horto maceriam iube dirui
Quantum potest, hac transfer, vnam fac domum:
Traduc, & matrem, & familiam omnem ad nos.
AES. placet
Pater lepidissime. D. euge, iam lepidus vocor.
Fratri ædes fient peruiæ: turbam domum
Adducet, sumptum admittetur: multa: quid mea?
Ego lepidus ineo gratiam: iube nunc iam
Dinumeret * illi Babylo viginti minas. * ille
Syre, cessas ire, ac facere? S. quid * ago? D. dirue: * ergo
Tu, illas, abi, & traduce. G. dij tibi Demea
Bene faxint, cum te video nostræ familiæ
Tam ex animo * factum velle. D. dignos arbitror, * fautū
Tu quid ais? AES. sic opinor. D. multo rectiu' est,
Quàm illam puerperam nunc duci huc per viam
Aegrotam. AES. nihil enim vidi melius mi pater.
D. Sic soleo: sed eccum Mitio egreditur foras.

CCIDVNT ne qdem) Adolescens, & Demea inter se affabiles, imaginem præbent, & q̄ dulcis sit iunioribus assentatio, & q̄ ingrata censura. Matrem aūt dixit Occidunt me, pro, Nimis lædunt, & cruciant me. [Dum nimis sanctas nuptias) Et nimis sanctas ridicule additū est in ea ducenda, quæ iam peperit. nam sanctum est, quod omni obseruatione inuiolatum DON.

tum est. Et bene additum est Nimis, quia nimium pro vitio ponitur iuxta illam sententiam, Vt ne quid nimis. [Occidunt me quidem) Quidem, pro expectatione * est: tanquam in hac mora nullius alius occidatur, nisi qui amat. i. ego. [Quid agitur Aeschine?) Iam ipse docui, quid fit, & quid agitur blandimentum esse. Iam nunc hæc tria primum addidit præter naturā, ò noster quid fit? quid agitur? [Hem pater) Non sine consternatione respondet Aeschinus, etsi hic blande interrogat, & miti vultu: nam ex improuiso obiectus est Demea insperanti. [Tuus hercle vero, & animo, & natura pater) totum eripuit Mitioni, cui ne animum quidem reliquit. [Qui te amat, plus q̄ hosce oculos) Magis comicum, q̄ amo. [Sed cur non domum vxorem accersis?) Bene subiecit quæ volenti esse credebat. [Verum hoc mihi mora est, tibicina, & hymenæum) Hoc est qđ ait, Dū nimis sanctas nuptias studentfacere. Hymenæum quidā Liberi, & Veneris filium dñt esse, qui primus certas nuptias instituerit. ideo per laudem cantatur virginalibus nuptijs ob huiusmodi meritū. Alij virum fortem Atticum dñt fuisse, qui raptas prædonibus virgines, oppressis latronibus, intactas patriæ restituerit. Alij, q̄ ὑμὴν dicatur membrana quædam, qua est munita virginitas, quæ primo disrumpitur coitu, hymenæū putant, veluti hymnum vocari virginalium nuptiarum. Ergo sic accipe hymenæū in nuptijs, quemadmodū θρῆνον in funere, vel in sacris hymnum. [Vin' tu huic seni auscultare?) Contempsit se ipsum dicendo huic seni, hoc solum afferens causæ cur audiendus sit, q̄ sit senex. Et totum hoc apparet lætissimo vultu dici. [Turbas, lampadas, tibicinas) Bene totum pluraliter, vt qui reprehendit sic multas. Plautus, Quos tu mihi parasitos, luscos, quos suma nos somnias? Hæc igitur vultu pronunciande sunt, vt appareat ea displicere dicenti. [Atq; hanc in horto maceriam iube dirui) Maceria dr̄ paries nunc * alicuius demacerata. [Euge, iam lepidus vocor) apparet Demeam experiendi causa assensari, non quod animo facit. [Fratri ædes fient peruiæ) Elegantius q̄ fratris. [In eo gratiam) In gratiam eo, hoc est amicos cōparo. [Ego lepidus) Irridens adolescentis animum sic, inquit. [Iube nunc iam) Insultantis est verbum, Iube, tanq̄ * prætet Mitioni, h.d. Demea. Aut apud se dicit hoc. [Iube nunc) quasi insultantes dicere solemus, nunc minari, hunc assistere, quem afflictum tenemus, ita & Mitioni Demea dicit, Iube nunc. [Iube nunc iam di numeret Babylo illi viginti minas) Nimis morale est, cū de absente tanq̄ de præsente agimus, Est autem, Iube nūc iam, figura etiam apud Plautum frequentissima. [Iube nunc iam) Iube sic dicit, quēadmodum supra ille qui cū alius nemo adesset, alicui diceret. [Dinumeret) Dinumeret dixit, quasi multū numeret. [Illi) Cui illi? Ctesiphoni, Lenoni, an Aeschino? an Syro? [Babylo.) Fratrem, Babylonem ob nimiam liberalitatem vocat? an Aeschinum nimis prodigū? [Syre cessas ire ac facere?) ἐπιτιμῶς dr̄. [Dirue) Hoc vultu adhortantis. [Cum te video nostræ familiæ tam ex animo factum velle) Ex animo aliquid facere, est id facere quod ille in animo suo velit, aut certa ex tota mente præstare non perfunctorie, sed ex animo factum, bene factum intelligere debemus, vt sit, ex animo, quasi ex sententia. [Dignos arbitror) Multa desunt, & vos, & esse, & qui fiant. [Quid tu ais?) Eo vultu dicitur Quid tu ais, quo videmus loqui eos, qui interrogant gesticulante vultu quid sentiant de consilio suo, quos sciunt approbaturos esse. [Sic soleo) Potest εἰρωνεία videri, quippe qñ tale consilium probat Demea, quod probaret adolescens uocas, facis venire vxorem tuam, domum. i. in domum tuā, seu in domum patris tui adoptiui. Æ S. Cupio accersi domū vxorem, verum. i. sed. hoc quod sequitur est mihi mora. i. affert mihi moram, videlicet tibicina. i. mulier tibicinam canere solita in nuptijs, & ille musicus, qui canat Hymenæum. i. hymnum virginalium nuptiarum, Hymenæum quidam Liberi, & Veneris filiū dñt esse, qui primus certas nuptias instituerit, & per laudem cantatur in nuptijs ob hmōi meritum. Alij virum fortem Atticum dñt fuisse, q̄ raptas a prædonibus virgines, oppressis latronibus intactas patriæ restituerit. Alij Hymenæum dici putant q̄ hymē dicatur membrana quædam in virgine, quæ est munita virginitas, & pro his significatis potius profertur in masculino hic Hymenæus Hymenei. Alij volunt hymnum virginalium nuptiarū vocari Hymenæum, sed forsitan potius in neutro gñe, q̄q̄ nihil prohibet, quin & in masculino, sed auctoritati acquiescendum est. Hymenæos aūt in plurali sæpe Virg. ponit pro nuptijs seu connubijs. D. Eho, interiectio mouens, seu captans attentionem. Vin'. i. vis ne, auscultare. i. obedire, huic seni. i. mihi q̄ sum senex. AE S. Quid. i cur auscultabo tibi, aut quid. i. in quo vis me auscultare tibi. Demissa face. i. dimitte, omitte hæc quæ sequuntur. s. turbam. i. multitudinem conuiuarum. Donatus vult turbas in plurali dici. Item omitte Hymenæum. i. hymnum nuptialem omitte lāpadas. i. lucernas, facultas nuptiales, seu tędas, vt Ouid. in Transfor. Tędas exosa iugales, seu funalia quę adhibeātur in nuptijs. Virg. Et noctem funalia vincunt, omitte tibi cinas. i. tibia canendi peritas, atq; iube hanc macerie. i. hunc parietem, dirui. i. dissipari, disijci, demoliri, si passiue capi possit, in horto holitorio vbi nascuntur herbæ, q̄bus vescimur quantum potes. i. q̄ celerrime potes efficere, vel si sit quantum potes. i. q̄ celerrime fieri potest, transfer. i. traduc ad nos hanc vxorem tuā, de qua est sermo, fac domū vnam. i. vel fac vnam familiā de matre, & filia, & tota familia te de nr̄a, vel fac vnam domum. i. diruendo muros intersecātes domos vestras, effice vt sit tanq̄ vna domus, ita q̄ eatur de domo in domum, ac si esset vna, traduc. i. transpone, transire fac matrem Sostratam, & oēm familiam. i et seruos ipsos ad nos, nā de filia iam dixerat transfer hanc. AE S. O pater lepidissime. i. iucundissime, suauissime placet qđ dicis & suades. D. Eia, interiectio gaudentis, seu imperantis lætitiā exerceri, & hoc qñ semel tm̄ ponitur, quod si geminetur, ostendit contrariam dolorem, videlicet, & derisionē. Iam vocor lepidus. i. suauis sermone, & iucundus. Hæc aūt dicit non Aesch. sed vel apud se, vel Syr. seruo irridens adolescentis animum, æ. s. i. domus, fient fratri peruiæ. i. transitu faciles à peruius ianua. AE S. Adducet turbam. i. multitudinem fœminaꝝ, domum. i. in domū, & admittet. i. adhibebit, recipiet, adiunget, apponet multa ad sumptū. i. efficiet, vt multus sumptus, & lōge maior solito, ille. n. adhibet multa ad sumptum, q̄ curat vt cessent sumptus, & impensa, qđ mea interest. s. id est qñ creuerit sumptus, quid ego curo? quid me spectat, aut attinet? nam hæc omnia fient sumptū eius, cuius Aesch. est filius, ego lepidus. i. existens suauis sermone, ineo gr̄am. i. eo in gratiam, hoc est amicos comparo inire. n. gratiam alicuius est conciliare sibi alicuius amicitiam. Nunc iu. iam q̄ ille Babylo. i. vel frater. s. M. Quem ob nimiā liberalitatem Babylonem vocat, aut Aesch. q̄ nimis sit prodigus. Iube ergo, irrisoria, h.d. apud se de absente, tanquam si esset præsens, quid? iube vt ille Babylo dinumeret. i. multum numeret, viginti minas. i. viginti libras, & hoc dicere vī absenti fratri, qui (vt supra patuit) iussit lenoni innumerari viginti minas, puellam Ctesiph. amica, & quem iussit huc facere? nempe Aeschinū, qui pro fratre laborabat, quem nunc Dem. Babylonem vocat. Deinde conuertit sermonem ad Syrum sublata voce dicens. O Syre cessas. i. nimis tardas ire ad diruendum murum, ac facere. i. diruere ipsam maceriem, vel potest esse interrogatio, quare negligis, aut tardas ire. i. facere quod iussus es. S. Quid agas? D. Tu dirue. i. dissipa illas. s. quæ tibi dicta sunt, videlicet maceriā. & alia quæ illi ostendebat abi ad mulieres, & traduc. i. transfer illas ad nos. G. O Demea. dij bene faxint. i. bene faciant tibi, cum. i. quia, vel qñ video te tam velle factum. i. facere, ex animo. i. ex voto, ex sententia nostræ familiæ. s. Sostratæ, & filiæ eius, & ceterorum de familia vel sic cum video te tam velle ex animo. i. cupere ex tota mente factum (vt sit nomen). i. negociū nostræ familiæ. i. cum video te tam exoptare complectionem negocij familiæ nostræ, & cōmodum. D. Arbitror vos supp. esse dignos; q̄bus sup. talia fiant, videlicet, vt maceria diruatur, conuertit ad Aesch. sermonem suum. ò Aesch. qd ais de hac re? q.d. nonne est illa familia digna, cui tali modo consulatur. Aesc. sic opinor. i. talis est mea opinio. D. Multo rectius est ma

GVID. OCCIDVNT &c.) Hic Aesch. & Dem. inter se affabiles, imaginem præbent, & quàm dulcis sit iunioribus assentatio, & quàm ingrata censura. Aes. Quidem. i. certe, & ostendit expectationem, & tædium. Mitio, & pater Dem. occidunt me. i. nimis lædunt, & cruciant, & (quod dici solet) faciunt me mori. dū. i. qñ vel quandiu. studentfacere. i. dant operam, laborant, moliūtur facere. i. celebrare. nuptias nimis sanctas. i. nimis integras, castas pudicas cum iam peperit puella nubens, nam sanctum est qđ in omni obseruatione inuiolatum est ipsi consumunt. i. conterunt traducunt totum diem in apparando. i. præparandis nuptijs cū magno apparatu. D. O Aeschine quid agitur. i. quid dr̄. Nam agere interdum significat loqui, q. d. quis sermo habetur à te. Aes. Hem, interiectio deprehensi, & insperantis aduentum alterius. ò mi pater, blandiendo. tum. i. tu ne eras hic, cum. s. prædicta loquerer, & querer apud me? D. Quia filius dixerat pater mi, pater rīdet. hercle. i. per Herculē ego sum sup. tuus pater, & animo. i. affectione paterna, & natura. i. generatione, qđ non in est Mitioni. est bene tibi pater animo, sed non naturalis est pater, quia pater (loquitur de seipso in tertia persona) amat te plus quam hosce. i. hos suos oculos. Sed quæso cur non accersis. i. ad

ceriam.ſ.dirui,& illac traduci vxorem,q̃ illam puellam puerperam.i.non multo ante partu liberatam,duci nunc ægrotã.i.debilem adhuc,& male valentẽ ꝑꝑ dolores partus,duci ergo huc .i.ad nos,per viam.i.per vicum ſed deducatur per hortũ,& macerias rumpatur. Aeſ. Enim.i.certe. O mi pater nihil vidi melius .i.præſtantius q̃ tuum conſilium. D. Soleo ſic conſulere,vel ſic ſuadere bene, & h.d.ironice cum tale conſilium ſuum minime probaret. S. Eccũ.i.ecce hic.Mitio egreditꝰ foras.i.exit à domo.

LATO. ARGVMENTVM) Demea noua benignitate proſequitur Aeſchinum,& traducta ſponſa vnam domum fieri iubet. Pertinet hæc cuncta ad augendum cataſtrophen, per omnes perſonas deducendam. [Sanctas nuptias).i.ſolennes,& religioſas, vnde mox dicit: tibicina,& hymenæum qui cantent,quæ ad nuptiarum ſolennia pertinebant. Alioqui, ſanctum,immolatum ſignificat, hic pro religione ipſa in epitheto vſurpatur. [Fratri ædes) Hæc cum inſultatione quadam dicit ſenex, & recte quia. Naturam expellas furca, tamen vſque recurrit. [Babyllo illi) Nomen fœneratoris,vt apparet. Alij tamen ad Mitionem,vel ad lenonem, vel ad Aeſchinum referunt.

PETR. MARS. OCCIDVNT me) Quod omnes homines ex alieno liberales ſunt verum ſi quando de ſuo quidquam errogabunt tum tenaciſſimi ſunt,& ad rem mirum q̃ attenti,quod hic exemplo Demeæ docetur. Et Ariſt. lib. Oeconomicorum de Dion. ex Dione refert, quod nullus parem curam habet alienorũ, & ſuorum.[Sanctas)Sanctum,vt Feſtus ait,veteres dicebant,quidquid ſplendide apparatum magnificum,opiparum,& lautum eſſet. Sanctæ nuptiæ.i.ſolennes,quæ ſecundum ritus,& ceremonias matronalium legum inſtituuntur, quaſi ſancitæ.[Hymenæum)hymenæus deus eſt nuptiarum præſes,cuius nomen frequẽtius in nuptijs boni hominis cauſa inuocabatur. [Maceriã) Maceria, Nonius ait,paries eſt. Siſenna hiſt.lib.iij.Poſt villas & macerias ac parientinas quinque cohortes in inſidijs reliquit.

GLAR. HARVM ſcenularum verſus ſunt rurſus ſenarij.In vltimo prioris ſcenulæ verſu Hoc à ſuperiore verſu eliditur. Ita in ſecundo verſu ſequentis ſcenulæ vel a, in Acceſant à ſuperiore verſu eliditur,vel d,in Sed,vel denique creticus eſt loco ſecundo. Ceterum tertium,& quartum recte Ioan.legit, In Aldino lib.corrupte leguntur. In 6. à non eliditur in ita,alioqui carmi nis ratio claudicabit. Conſentiunt lib. omnes.

ACTVS V. SCENA VIII.

ARG. ADR. BARL.

Mitioni ſuadetur,vt vxorem ducat Soſtratam,ac vix tandem perſuadetur. Et non ſine riſu ſpectantium Demea præter naturam facilis eſſe ſtudet.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac ſequenti ſcena variis rationibus perſuadetur Mitioni, vt Soſtratam vxorem ducet. Attende etiam,quo Mitio videns Syrum diruere maceriam, quæſierat,cur nam id faceret, cui reſpondiſſet Syrus intelligitur fratrem ſuum Demeam ita iuſſiſſe, proindeq;, ſic incipit Mitio,tubet frater,&c.

Trimetri, & Tetrametri.

MITIO, DEMEA, AESCHINVS.

VBET frater? vbi is eſt? tun' iubes hoc Demea?

D. Ego vero iubeo, & in hac re,& alijs omnibus

Quammaxime vnam facere nos hãc familiam,

Colere, adiuuare, adiungere. AE S. ita quæſo pater:

M. Haud aliter cenſeo. D. imò hercle ita nobis decet.

Primum huius vxoris eſt mater. M. eſt: quid poſtea?

D. Proba,& modeſta. M. ita aiunt. D. nam grandior.

M. Scio. D. parere iam diu per annos hæc non poteſt:

Nec qui eam reſpiciat,quiſquam eſt: ſola eſt. M. quã hic rem agit?

D. Hanc te æquum eſt ducere: & te operam, vt, fiat, dare.

M. Me ducere autem? D. te. M. me? D. te inquam.

M. Ineptis. D. ſi tu ſis homo,

Hic faciat. AE S. mi pater. M. quid? tu huic aſine auſcultas? D. nihil agis:

Fieri aliter non poteſt. M. deliras. AE S. ſine te exorem mi pater.

M. Inſanis? auſer. D. age, da veniam filio. M. ſatin' ſanus es? ego

Nouus maritus anno demum quinto, & ſexageſimo

Fiam atque anum decrepitam ducam? id ne eſtis auctores mihi?

AE S. Fac: promiſi ego illis. M. promiſti autem: de te largitor puer.

D. Age,quid ſi quid te maius oret? M. quaſi hoc non ſit maximum.

D. Age,da veniam. AE S. ne grauare. D. fac promitte. M. non omittis?

AE S. Non, niſi exorem. M. vis eſt hæc quidem. D. age, prolixe Mitio.

Et ſi hoc mihi prauum, ineptum, abſurdum, atque alienum à vita mea

Videatur: ſi vos tantopere iſtuc voltis fiat. AE S. bene facis.

D. Merito te amo. verum quid ego dicam? hoc * con fit quòd volo, * cũ fit

Quid nunc * quod reſtat? Hegio his eſt cognatus proxumus, * quid

Affinis nobis,pauper: bene nos aliq̃d facere illi decet

M. Quid facere? D. Agelli hic ſub vrbe eſt paululum quod locitas * foras. * foris

Huic demus qui fruatur. M. Paululum id autem? D. Si multum, tamen

Faciundum eſt: pro patre huic eſt, bonus eſt, noſter eſt, recte datur.

Poſtremo nõ meum illud verbam facio, qđ tu Mitio.

Bene,& ſapienter dixti dudum. vitium commune omnium eſt.

Quòd nimium ad rem in ſenecta attenti ſumus: hanc maculam non decet

Effugere: dictum eſt vere,& re ipſa fieri oporteat

M. Quid iſtuc? dabitur quidem, quando hic volt. AE S. mi pater.

D. Nunc mihi tu es germanus pariter corpore, & aĩo.

M. Gaudeo.

D. Suo ſibi nunc gladio iugulo.

VBET frater?) Apparet Mitionem dixiſſe, cur diruis? Syrum reſpondiſſe, Quia hoc iubet frater tuus. [Iubet frater?) Dirui maceriam,ſcilicet. [Tun' iubes hoc Demea?) Interrogatiue pronunciandum totum. ita erit vna perſona. Et oſtenditur breuiter ex huius verbis, quid prior dixerit Syrus. Et mirum initium: ne proœmio opus eſſet Demeæ ad profitendam mutationem voluntatis. [Hac re) Macerię deſiectione.[Et alijs omnibus)vt nuptijs ſenilibus.[Colere) Subauditur iubeo,per ζεῦγμα.[Colere,adiuuare adiungere)Colere,ad nurum pertinet: Adiuuare ad Hegionem: Adiungere, ad Soſtratã. Et notandũ coli à ſuperiore.vt,Poſthabita coluiſſe Samo hic illius arma. [Imò hercle ita nobis decet) Antiqui ſi addebant ſtatim verbum, Nos decet facere nos decet dicere: ſi non addebãt,Nobis decet,dicebant. [Primum huius vxoris eſt mater) Incipit à perſuaſione,ſed latenter,ita vt ea quæ propoſito conſilio dicenda erant, ante demonſtrarit, q̃ dicat quid fieri velit. Et hoc ſemper fit ab oratoribus in his rebus à quibus inciꝑe non oportet propter turpitudinem, aut incommoditatem rei quæ perſuadenda eſt. Conſidera adeo apud Virg.vbi perſuadet DON.

det Iris matribus, vt aues suas incẽdant, & inueniens hoc ipsum consilium vltimum poni post argumenta quamplurima, Quin agite, & mecum infaustas exurire puppes. Et initium à possibili factum est. nam dicit, Huius vxoris est mater. [Proba, & modesta) Proba sibi, & Modesta apud alios. Et vide laudes consiliatoribus inuentas, & vsitatas. [Ita aiunt) Hoc ita respondet, q.d. sed quia mea? [Scio) Adhuc Mitio non intelligit quo res tendat, sed tamen vultu quodam admirantis, cur hoc dicatur, respõdet. [Parere iandiu per annos hæc non potest) Recte, ne cõtra filios suadere videatur. [Per annos non potest) Bene per annos, quia non est sterilis. [Hanc te æquum est ducere) Te Mitio scilicet. [Et te operam) Te Aeschine. nam ad illam conuersus à Mitione est. Et quare Aeschinum operam dare æquum est? scilicet vt prosit socrui. [Parere iandiu per annos hæc non potest) Hoc aũt addidit, ne contra filios pater suadere videatur nuptias, si illis cohæredes esse procreandos suadeat. [Me ducere autem?) Magna vis in pronominibus posita est. nam Me ille sic dicit, quasi quẽ minime deceat. [Te) Ille sic respondet, quasi quem maxime oporteat. [Ineptis) Verbũ est quod facit ineptio, ineptis, ineptit. [Si tu sis homo) Non, si es, sed sis dixit, quasi in eo se hominem sit Aeschinus probaturus. [Si tu sis homo) Aeschine, si sis, pro si esse volueris, & si credi homo volueris. [Si tu sis homo) Hic facete, & mire coëgit Aeschinum ad persuadendum. non enim dixit, Si tu sis homo persuadere, sed sic, faciat, vt ab illo non factũ, sed effectum exigeret. [Quid tu huic asine auscultas?) Aptum conuitium grandi, & fatuo. [Mi pater) Mi vocatiuus casus, est, ab eo quod est meus. [Fieri aliter non potest) A necessario. [Deliras) Proprio vocabulo vsus est, tanquam loquaci. [Insanis? aufer) Congrue seni deliras, iuueni insanis. Et aufer, vel te vel manum. nam rogans, manum admouet. s. dicens, Mi pater. [Aufer) Aut Te deest, aut manum, aut pro eo quod est Abi, aut sic, Aufer rem. [Ego nouus maritus) Apud Menandrum senex de nuptijs non grauatus. [Ego nouus maritus anno demum quinto, & sexagesimo fiam, atque anum decrepitam ducam?) Hic desit, & quis, & quid, & quando, & quomodo vt sit, Quis? ego. quid? nouus maritus. quando anno demum quinto, & sexagesimo quomodo? annum decrepitam ducam. [Atque anum decrepitam ducam) Hoc facete addit, tanquam faciendum hoc esse, si puella duceretur seni. [Anno demũ quinto, & sexagesimo) Hæc ætas est, vt Varro ait, etiam comicorum senum. Et demũ, aduerbium tarditatis est. [Id ne estis mihi auctores?) Hoc est persuasores, vt Virg. Auctor ego audiendis. [Decrepitam) Decrepitam, aut stomacho anili, & iracundo, aut decrepitam obtusi animi, & læsæ senectutis. aut decrepitam, cui sæpe moribundæ crepuerit planctu familia. i. clamauerit. [Largitor) Verbum est imperatiui modi, futuris temporis. [De te largitor puer) Acutius De re dictum est, quàm De tuo. Et bene in eum, qui promisserat puellæ coniunctionem suam. [Da veniam) Præsta beneficium, concede quod petitur. [Ne grauare) Ne te difficilem præbeas. quia grauem se dicitur præstare, qui id facile non præstat in beneficio quod potest. [Da veniam. ne grauere. fac, promitte) Attrinsecus argentium, fatigantiumque verba sunt. [Age, prolixe Mitio) Aut age prolixe. i. age benigne: vt sit prolixe benigne, secundum veteres. aut per ἀδύνατον, & ὑπαλλαγὴν, Age, correptiuum: vt ad Prolixe subaudiatur, noster esto, aut quid tale, & Mitio velut insuaui dictum sit. [Et si hoc mihi prauum, ineptum, absurdum) Prauum, si anum ducit nullo commodo suo. Ineptum, qui non voto filiorum ducat vxorem. Absurdum homini, qui nunquam duxerit, & nunquam ducere voluerit, seni duci vxorem, quæ adolescenti ducta non sit. [Si vos tantopere istuc vultis, fiat) Cur hic non vertitur de voluntate Softratę? An quia illam consentire necesse est, vel propter pauperiem, vel ob amorem filiæ suæ? [Si vos tantopere istuc vultis, fiat) Ridicule dixit, & comice vxorem se ducere, non quia velit, aut debeat, sed vt sequebantur iubentibus. [Hoc confit quod volo) Perficitur, inquit, quod volo, vt sumptum, & turbam domum recipiat Mitio, & ego ineam gratiam. [Quid nunc quod restat?) Quod restat, pro quod sequitur. An quod restat tanq; reliquiarum priorum, ac per hoc minimum? [Hegionis est cognatus prox.) Cõmendatio personæ quasi notæ, etiam Mitioni ob merita sua. Et bene addidit proximus, nam multi gradus, & veluti rami sunt propinquitatis in affinitate, & cognatione dispositi. [Affinis no bi) Rectè. nam vxoris cognati, marito affines sunt. [Pauper) iam hoc nomine apparet aliquit flagitari. [Quod locitas foras) Foras dixit locum pro persona ponens, quasi diceret, nescio cui alieno. sic, & nos dicimus. Audi quid dicit * Ecce hac, pro ecce hic. Cicero, Hic tum alius ex alia parte. Deest ergo aliquid, vt sit, Quod locitas foras versum. Aut si foris, foris posito. i. alieno. [Sub vrbe est agelli paulum) Totum cum contemptione pronunciandum. [Huic demus qui fruatur). i. q fructum capiat, non proprietate potiatur. Proprie ergo, & quasi de iure dixit fruatur. est autem fruatur, a latur: quia frumenti dicitur summa gula, per quam cibum lingua demittit in ventrem. [Bonus est, noster est. recte datur) πιπρασκόμενος hortantis, ἀδύνατον multa congerentis. [Noster est) Bene addidit. nanque dixit, Pro patre huic est. [Bonus est) Potuit responderi. [Quid mea? Recte datur) Quasi non quæratur, an dandum sit, sed illud solum, an recte. [Bonus est, noster est) Hæc omnia vultuose, tanquam inuidiam parsimoniæ faciat Mitioni. Et plus significat Noster, quàm si addatur, quid noster. [Non illud verbam facio) Nunc verbum pro ἀξιώματι posuit, quod vno stringitur verbo. Ergo verbum, breuis sententia. [Non meum illud verbam facio Nota verbum pro sententia. vt, Vno verbo dic, si qd est quod me velis. Et, Miseram me, quod verbum audio? Verbum dixit veram sententiam. nam verba esse à veritate dicta testatur Varro. [Hanc maculam nos de. eff.) Maculam τῷ χλευασμῷ dixit, irridens opinionem Mitionis, quasi parsimoniam, maculam putet. & simul auxit: primo vitium, deinde maculam dicendo. [Suo sibi hunc gladio iugulo) ἀλληγορία, & non suo, sed suo sibi moraliter, & vt veteres solent loqui.

IVBET &c.) Hic Mitio varijs sermonibus à Dem. & Aeschino persuadetur, vt Softratam vxorem ducat. M. Mitio videns Syrum diruentem maceriam, interrogauit, quidnam ita diruere? responderat autem Syrus se id facere iussu fratris Demeæ. Deinde sic incipit Mitio, dicis quòd frater Demea iubet? vbi est frater. deinde viso frater subdit. ne. i. vtrum. O Dem. iubet hoc. i. maceriam dirui. D. Vero. i. certe, vel sed ego iubeo vt diruatur maceria, vel maceries quintæ inflexionis. iubeo in quam. i. volo nos. s. me, & te, & Hegionem, & Syrum facere, q̃ maxime poterimus. s. aut arctissime hanc familiam tuam, & colere. i. amare, seu habere in reuerentia quantum ad Syrum, & adiuuare quantum ad Hegionem, qui rem adiuuat, & adiungere. i. per affinitatem coniungere nobis hanc familiam Softratæ, & filiæ. & i. partim hac re. i. diruptione maceriæ, & i. partim omnibus alijs rebus, quibus poterimus ea. adiuuare, & adiungere, & familiam vna cum nostra facere. Aes. O pater, quæso ita. i. ita postulo vt fiat. M. Haud aliter censeo. i. est mea opinio eadem prorsus. D. Imò. i. sed hercle, iurantis est, decet nobis ita fieri. i. vt fiat vna familia nobiscum, antiqui iungebant decet datiuo, recentiores vero accusatiuo, vt Vos decet ita fieri. Primum. i. in primis ipsa Softrata est mater vxoris huius Aesch. M. Quid postea. i. quid deinde vis concludere, si est mater vxoris huius. D. Ipsa est. proba. i. honesta, quantum ad se, & vitam suam, & est modestia. i. habens honestum modum erga alios, & (quod dicunt inepte) habet pulchram manu tentionem. M. Ita aiunt, q.d. quid mea refert, si est proba, & modesta, vt aiunt homines. D. Est grandior natu. i. est iam multum annosa, & annis confecta ac plena. M. Scio eam esse natu grandiorem. i. grandæuam. D. Hæc Softrata iandiu. i. iam ex longo tempore. non potest parere. i. habere natos per annos. i. non permittentibus annis multis, & est elegans dicendi modus, si sic dicatur, Aetas non patitur hanc mulierem parere, elegantius, Huic mulieri parere per ætatem non licet, vel Hæc mulier per ætatem, seu per annos parere non potest, aut nequit. Nec est quisquam qui respiciat eam ad concupiscendam eam, vel ad reuocandam eam ne nubat, ipsa est sola. M. Quam rem hic agit. i. quid iste loquitur, quid molitur, quid parat quorsum tendit, aut eius spectant, aut pertinent verba. D. Aequum est te Mitionem ducere hanc. deinde conuersus ad Aesch. subdit, & æquum est te Aeschinum dare operam. i. laborare, vt sic fiat. i. vt pater tuus adoptiuus ducat, eam in vxorem. M. Autem. i. sed dicis æquum esse me ducere hanc. admirabundus hoc dicit. D. Dico bonum esse te ducere eam Softratam. M. Credere non potest fratrem esse in ea sententia. dicis inquam bonum esse me ducere. D. Inquam. i. dico iterum te ducere eam esse bonum. M. Ineptis. i. insanis, desipis efficeris ineptus, & stultus, vel tu effutis tuas ineptias, & est verbum neutrũ quartæ inflexionis declinatum ineptio ineptis ineptiui. ineptire quasi ineptus fieri, aut ineptus esse. D. Alloquitur Aeschinum. si sis. i. si esse volueris homo, aut si credi volueris homo. hic. s. M. Faciat. i. dicat hanc So. socrum tuam. Aes. O mi pater, blanditur ei, q.d. obtempera petitis, sed interrupit Mitio eius sermonem, increpans eum. M. Autem. i. sed ò asine aprum conuitium grandi, & fatuo. quid. i. cur. auscultas. i. obedis, præbes aures hinc patri tuo naturali Demeæ in hac re. D. GVID.

Nihil agis.i.nihil proficis ita alienum ab ea re te præstando,nō potest fieri aliter,quin eam ducas. M. Deliras.i.deuias,discedis à recta mente,& tuo destitueris bono sensu. Aes. O mi pater, fine.i.permitte vt sup.exorem te.i.te vincam persuasione mea, seu tibi persuadeam. M. Insanis.i.insanum te ostendis,desipis. D. Age,hortantis aduerbium . quæso.i.rogo te, da veniam filio.i.præsta illi hoc beneficium,concede quod petit. M. Satin' .i.satis ne es sanus.i.mentis compos . ego fiam.i.efficiar.demū, quasi dicat tarde . est enim hic aduerbium tarditatis.ego ne fiam demum maritus nouus.i.nouus nuptus, nouus sponsus . anno quinto,& 60.i.cum sim natus quinque, & sexaginta annos.vbi minor numerus maiori præficitur,atque ducam.i.capiā in vxorem . anum.i.vetulam . decrepitam.i.vltimæ senectutis,vel qa stomacho,seu animo sit anili,& iracūdo, & ideo valde crepat.i. iurgia effutit,& clamāt,vel quia sit obtusi animi,& læse senectutis,vel quod sępe familia sua crepuerit planctu.i.clamauerit sibi moribunde vel(vt Festus inquit)dicitur quòd propter nimiam senectutem nec mouere se potest,nec vllum facere crepitum,ne .i. vtrū estis mihi auctores.i.suasores, seu dissuasores . id.i.ad id faciendum .s. ad ducendam anum decrepitam,vel.i.propter illa incommoda,quæ dixi.estis mihi auctores.i.consultis mihi.Eleganter.n.dī,tibi sum auctor vt hoc facias.i.tibi suadeo, seu consulo vt hoc facias, ita.n.ait Cic.in suis epist.1. lib.ad Lent.Tibi tamen sum auctor. vt si quis rebus possis,eum tibi ordinem aut reconcilier, aut mitiges, est.n.penultima clausula ipsius Cic.in penult.epist.j. lib. ad Lent. Aes. O pater,fac quod rogamus . ego promisi illis.s.Sostratæ,& Hegioni, & filiæ . te.s.factuꝝ, & socrum in vxorem ducturum . M. Autem.i.sed promisisti illis id de me,ò puer.i.tu adhuc imprudens,& pauca expertus.largitor,in futuro imperatiui.i.fac promissiones tuas,& tuas largitiones,seu largitates de re,& non de me. D. Age,hic age correptiuum est,quid facias sup.vel dicas,si filius Aesch.oret te aliqd maius .i. petat à te aliquid maius . vbi oro more suo iungitur duobus accusatiuis. M. Quasi.i.quod dici solet,q.d.qꝛ hoc qđ petit non sit maximum. D. Da veniam.i.præsta hoc beneficiū, & concede quod petitur,siue indulge petenti,& permitte te exorari. Aes. Ne grauere.i.ne tibi sit graue,ac molestum id facere, vel ne te difficilem, & inexorabilem præstes in hac re, nam grauem se præbet,qui id facile nō præstat in beneficio quod potest. D. Fac quod petitur , saltem promitte te facturum . M. Non omittis.i.non cessas . non desistis hoc suadere. Aes. Non omittam sup.nisi exorem te.i.persuadeam tibi . M. Quidem.i.certe . hæc efflagitatio est vis.i.violentia,coactio,impulsio . D. O Mitio age.i.erumpe in actionem . prolixe.i.benigne , liberaliter,large. M. Et si.i.quamuis . hoc.s.ducere anum vī mihi prauum.i.distortum,non rectum ineptum.i.stultum,indecens,absurdum.i.inconueniens,inconsentaneum,incongruum, & alienum.i.abhorrēs,remotum dissidens,discrepans à vita mea, quā semper transegi cœlibem . Si tantopere.i.tam vehementer, vultis.i.cupitis hoc videlicet vt ducam vxorē.fiat.i.consentio.non mea sponte . sed vt nobis satisfaciam . Aes. Bene facis cum vis quod petimus,merito.i.non sine causa.amore quia bene meruisti. D. Verum .i. sed quid ego dicam ? cum .i. quia vel qñ hoc qꝛ volo fit,quid nunc? modus interrogandi , q. d. quid nunc agendum est ? quid restat .i. quid sequitur vel quid reliquum est, quod non fuerit obtentum,vel quo petatur. deinde animaduertit aliquid esse petendum,quod subdit . Hegio est cognatus proximus hic Sostratæ,& filiæ,est autem affinis.i.propinquus propter nuptias nobis pauper.i.qui nō abundat diuitijs, decet.i.honestum est,nos benefacere illi aliqd.i.per aliquid, vel in aliquo vel bene decet nos facere illi aliqd.i.aliquod bonum, vt dicunt Proximus dixit,& affinis,& cognatus,nā multi sunt gradus, & veluti rami propinquitatis in affinitate,& cognatione dispositi . insuꝑ cognati vxoris sunt affines mariti,& ediuerso. M. Quid decet inquam nos facere illi. D. Paululum egelli.i.possessiunculæ, prædioli.est hic sub vrbi .i. in suburbanis, quo paululum agelli locitas.i.frequēter locas,vel capiatur pro primitiuo foris .i.nescio cui alieno,& foris posito.locum autem posuit ꝑ persona . demus huic Hegioni pauperi hunc agellū, qui, vel sit ablatiuus pro quo fruatur.i.alatur,vel qui.i.vt fruatur.i.alatur illo vel qui sit nominatiuus,sic demus Huic Hegioni, qui.s.Hegio.fruatur.i.alatur illo fruatur dixit pro alatur,siue fructu vtatur,non proprietate potiatur,à frumine dici vī,quia frumen dī summa gula,per quam lingua cibum dimittit in ventrem . M. Autem.i.sed,dicis sup.id esse paululum. quod illic est. D. Etiā si multum sit illud qđ est agelli, tñ faciundum est.i.facere oportet,videlicet vt ea fruatur,ipse Hegio est huic.s.filiæ,vel etiā Sostratæ pro patre.i.loco patris quantum ad affectionem prēterea ipse est vir bonus,ac propterea alendus est etiam noster.i.nobis affinitate iunctus recte datur .i. recte collocatur apud eum beneficium,cū bonus sit,& noster,postremo.i.tandē,facio illud verbum.i.illud dictum,illam breuem sententiam loquor, & in medium affero,non meum.i.nō ex me inuentum neq; primo profectum, qđ verbum.i.dictum , tu Mitio dixisti dudum.i.paulo ante,bene.i.iuste,& cum equitate,& sapienter.i.cum magna sapientia , hoc est verbum illud tuum , vitium, quod sequitur est cōe omnium.i.omnes longe,latēq. corrumpit, & contaminat. Dicimus aūt commune omnibus, & commune omnium cum datiuo,& genitiuo, tale est vitium.s.qꝑ in senecta.i.tpe vel ætate senectutis, sumus nimium attenti.i.plus æquo incumbentes, in hiantes, ad rem.i.ad pecuniam congerendam, & rem familiarē augendam, seu ad singularem vtilitatem . nos decet effugere.i. vitare,euadere,hanc maculam.i.hanc labem cupiditatis,nā sordes auari hominis dīr,& sordidus ipse auarus, id verbum est vere dictum,& bene dixit vere,nam (vt testatur Varro)verba veritate dicta sunt,& oportet id verbum fieri ipsa re.i.deduci ad effectū ita,vt non verbotenus sit dictum . M. Quid istuc est.s.hoc dicit videns se victum proprijs verbis, quidem.i.certe,ille agellus dabitur Hegioni. Aes. O mi pater blandientis est dictum,& vultuose applaudentis. D. Nunc es mihi germanus.i.frater vterinus,& animo,& corpore.i.quantum ad animum,& corpus es alter ego, nam respondes omnibus votis meis dicitur.n.frater, quasi ferè alter . M. Gaudeo esse tibi sic gratum vt alia dicas . D. Iugulo.i.occido,neco hunc fratrem gladio suo sibi ita gaudebant loqui veteres,ait Don. est autem allegoria,hoc est proprijs verbis suis eum vinco,& supero, & deturbo de sua sententia,& conuerto in meam.Cum etiam videmus aliquem contra se locutum, & in verba sibi noxia erupisse, vel qñ se ꝑdidit suis verbis,dicimus recte ille suo sibi gladio se iugulauit in quo dicto non est opus addere sibi, nisi quis antiquitatē velit imitari.

ARGVMENTVM) Mitio hortatu Demeæ,& Aeschini impellitur ad ducendam Sostratam, & Hegio parte agelli donatur. [Nobis decet) Rursus Græca figura dictum.[Haud te æquum)Propositio hortationis, nam quod præcessit ad præparādum simul,& persuadendum valuit.[Aufer)Verbum submouētis.[Nouus mar.)Recursatio à turpi,& indecoro,quod ab ætate sumitur. [De te larg.) Ad prouerbium pertinet de alieno liberalis,largitor,imperatiuum . [Prolixe) Benigne . [Hoc confir.) Iterum plaudit sibi demea.[Paulum id autem?) Interrogatio negantis. [Pro patre) Iustum à meritis,& persona,deinde à testimonio Mitionis . [Suo sibi) Prouerbium in Mitionem qui suis ipsius dictis capitur . LATO.

IVBET frater)Prudentis senis temperantiam,& continentiam,qui à rebus venereis,animum quàm longissime abducere cupit hæc scena exprimit . Nihil.n.insanius,ac intempestiuius, quàm senex amator, aut qui ætatē ad amores applicat senilem, cum nec procreare liberos,aut si quāmaxime procreauerit,illis non prouidere,nec suauitate aliqua perfrui potest. Plato prudētia singulari vsq; ad sexagesimum annum ducendi vxorem tempus prorogauerit. Et Arist.refert apud Laconas hanc fuisse positam multam,qua plecterentur,quicunq; sero ad matrimonium aspirarent. Cic.lib.1.Off. Luxuria vero cum omni ætati,turpis,tum senectuti fœdissima est . Si autem,& libidinum in temperantia accesserit , duplex malum est : quod, & ipsa senectus concipit dedecus, & facit adolescentium imprudentiorem intemperantiam . Plato de legibus 5. Nam vbi senes minus pudici sunt , necesse est ibi iuuenes impudentissimos esse. PETR. MARS.

DECEM primi versus iambici senarij sunt,reliqui deinde tetrametri . In 1.vel bacchius est loco primo, qđ magis placet vel s,eliditur in Is, quanquam sine Is etiam sensus constat.In 2. Ioan.particulam in tollendam censet,quanquam id nihil ad carmen.In 6.idem censet secundum Est, nam duo ferme habent libri,omittendum, cui nos subscribimus, & Huius monosyllabū est.In 8.post Diu,Hæc ponendum,vt constet carminis ratio atque ita etiam habet vetustus liber. [Me ducere autem ? D. Te . M. Me?) Hic tetrametri incipiunt omnes acatalectici, exceptis fortassis duobus catalecticis,& vno senario. In 2. Hic faciat,ex Donat.legit Ioan.non faciet. Ceterum vetustus liber,& hoc sic habet,& post Quid tu, Autem subiungit:quæ coniunctio omitti non debet,propter carmen. Annotauit,& hoc Ioan. In 3.versu proceleusmaticus est loco primo . In 4.s,eliditur in Satis, in 5.in Nouus . In 7. creticus est loco secundo nisi abijcere alterum l, de illis malimus . In 8. liber vetustus habet negationem Non, ante verbum Hoc,vt sit iamb.tetr.acal.in priores . quem GLAR.

non recte Doct.trochaicum existimauit. Nonus catal.tetr.iāb. videtur,abiecto verbo Age initio, quod vetustus liber non habet. Nec potest esse trochaicus, nisi acatal. In 10. Non nisi te exorem,habet liber vetustus,vt sit acatalecticus tetr.iamb.vt ceteri. In 13.liber idem habet,Cum hoc constit quod volo.quod & Ioan. annotauit 14. ita legendum censeo:

Quid nunc quod restat? Hegio hic est his cognatus proximus. Sic enim fiet alijs consimilis 16. autem sic.

Quid facere? D. Agelli est hic sub vrbe paulum,quod locitas foras. Vigesimussecundus videtur catal.tetr.iamb. ita vt syllaba re,bis hic obuia,in Vere, & Re ipsa,natura longa non elidatur,sed corripiatur,& alter versus non tetram. sed senarius incipiat in Quid istuc,ac d,elidatur. Denique nouus deinde tetr. acat.iamb. incipiat in Nunc tu es mihi ac in eodem versu proceleusmaticus sit loco sexto. Postremo trochaici tetr.catal.fragmentum ad finem est in cuius loco primo est trochæus contracto Suo in vnam syllabam,vel amphibrachys loco primo. Hæc vt ita ordinaremus necessitas extorsit, iudicium tamen lectori committimus.

ACTVS V. SCENA XI.

ARG. ADR. BARL.

Seruis libertas, filijs dantur vxores. Mitioni narrat Demea,cur tam repente mores mutauerit. In cuius persona Terentius nobis ridicula prodigalitatis exempla proponit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac vltima scena,omnia iucundo clauduntur fine,vbi,& seruis libertas elargitur, & filij ambobus vxores optata conceduntur. Causam etiam Mitioni refert Demea,cur tam repente mores mutauerit, vbi & seculum corruptum, & consuetudinem aspernandum carpit. Demum filijs sedulam post hac operam suam pollicetur.

Tetrametri Trochaici,admixtis Iambicis quibusdam, qui & ipsi ferè Trochaici potius videntur.

SYRVS, DEMEA, MITIO, AESCHINVS.

ACTVM est, quod iusti Demea,
D. Frugi homo es: ędepol hodie mea quidem sententia
Iudico Syrum fieri esse æquum liberum. M. istunc liberum?
Quod nam ob factum. D. multa. S. ò noster Demea,ędepol vir bonꝰ es.
Ego istos vobis vsque à pueris curaui ambos sedulo:
Docui,monui,bene præcepi semper quę potui omnia.
D. Res apparet: & quidē porro hæc,obsonare, cū fide
Scortum adducere, apparare de die conuiuium:
Non mediocris hominis hæc sunt officia. S. ò lepidum caput.
D. Postremo, hodie in psaltria ista emunda, hic adiutor fuit,
Hic curauit: prodesse æquum est: alij meliores erunt.
Denique hic vult fieri. M. vin' tu hoc fieri? AES. cupio. M. si quidem.
Tu vis, Syre eo accede huc ad me,liber esto. S. bene facis:
Omnibus gratiam habeo,& seorsum tibi præterea Demea.
D. Gaudeo. AES. & ego. S. credo. vtinam hoc perpetuum fiat gaudium.
Phrygiā vt vxorem meam vna mecum videam liberā.
D. Optumam quidem mulierem. S. & quidem tuo nepotis huius filio.
Hodie primā māmam dedit hęc. D. hercle vero serio,
Si quidem * prima dedit, haud dubium quin emitti æquum siet. *primā
M. Ob eam rem? D. ob eam: postremo à me argentum, quanti est, sumito.
S. Dij tibi Demea oro omnes semper omnia optata offerant.
M. Syre processisti hodie pulchre. D. si quidem porrò Mitio
Tu tuum officium facias, atque huic aliquid paulum præ manu
Dederis,vnde vtatur: reddet tibi cito. M. istoc vilius.
AES. Frugi homo est. S. reddam hercle, da modo.
AES. age pater. M. post consulam.
D. Faciet. S. ò vir optime. AES. ò mi pr̄ festiuissime.
D. Quid istuc? quæ res tā repēte mores mutauit tuos?
Quod * proluuium? quæ istæc subita est largitas? *prolubium?
D. dicam tibi:
Vt id ostenderem, ꝙ te isti facilem,& festiuum putāt,
Id non fieri ex vera vita,neq; adeo ex æquo,& bono:
Sed ex assentando,indulgeo, & largiendo Mitio.
Nunc adeo si ob eam rem vobis mea vita inuisa est Aeschine.
Quia non iusta iniusta, prorsus omnia omnino obsequor:
Missa facio,effundite, * emite, facite qd̄ vobis lubet. *emittite,
Sed si id vultis potius,quæ vos propter adolescentiam
Minus videtis magis impense cupitis,consulitis parū,
Hæc reprehendere, & corrigere me, & * obsecundare in loco: *secundare.
Ecce me, qui id faciam vobis. AES. tibi pater permittimus:
Plus scis quid facto opus est: sed de fratre quid fiet?
D. sino
Habeat,in istac finem faciat. AES. istuc recte. Plaudite.

ACTVM est, quod iusti Demea) .i. diruta est maceria. [Frugi homo es) vtilis,vt fruges. [Aedepol hodie mea quidem sententia iudicio Syrū fieri liberum) hoc est quod iandudum promiserat Syro, sed nunc opportune.videtur.n.modo meritum præcessisse. &, Sententia iudico, κυριολογία. [Multa) oratorie maluit generaliter dicere,quàm quęrere specialiter quod inuenire non possit. Et Mitio singulariter vnū quærit,hic pluraliter multa respōdet. [Quod nam ob factum?) Iure.ascribi.n.causas manumissionis in iure formula est. [Aede pol vir bonus) Iurat bonum,quia præter opinionem est. [Ego istos vobis vsque à pueris) Intelligit Syrus laborantem pro se Demeam non habere quod dicat, & ideo ipse prosequitur ordinem meritorum, secundum quem apparet pædagogum fuisse. [Docui,monui,bene præcepi) ridicule adduntur,& tantū consuetudine,quia imputantur etiam facta praue pro bonis. [Quæ potui omnia) Bene quæ potui,quasi plura vellet. [Res apparet) Mire irridet Demea,sic tamen, vt serio agere videatur. [Apparare de die conuiuium).i.repente,neq; ante prædictum,nec pridie constitutum. [Postremo, hodie in psaltria ista emenda) Et hoc totum: serio dicitur,vt magis ridiculum videatur. [Hic adiutor fuit) In re bona adiutores, in re mala impulsores dicuntur. Ergo hic adiutor dicitur à non irascente, à criminante autem,& irato,impulsor. [Hic adiutor fuit: Hic curauit) De more repetitum est Hic: cum dicitur, hic adiutor fuit, hic curauit. Sic.n.solemus onerare audientem meritis eius quē laudamus. Deinde quid non præstit, qui & officium corporis, vt adiutor, & curam animi præbuit, vt consultor? [Denique hic vult fieri) Abutitur Demea, sciens prodigiam voluntatem adolescentuli. [Syre accede huc ad me) Vtrum vt eundum manu emittat, an vt palam fiat, iubet propius accedere, iuris publici consuetudine DON.

ne ludens? Et vide,quàm comicam manumissionem,quàm facete induxerit atque condigne. [Et seorsum tibi præterea) Demea) Effecit Demea plus quàm volebat. nam qui conabatur amari,præfertur etiam his qui amantur. [Gaudeo.& ego)Gratulantium Syro hæc verba sunt,quibus de more illa Credo respondet. [Vtinam hoc perp. fiat gaud.) Integrum, solidum, & nusquam interruptum. [Phrygiam vt vxorem meam) Vt ipse, Syrus: ita vxor,Phrygia secundum veteres,qui seruis nomina à nationibus imponebant.[Vna me vid.lib.)Hoc sic pronuncian dum est,quasi gaudeat se ricordatum Demeæ, quod cum vltro cogitat habuisse * plene oblitus fuit. [Hodie primam mammam dedit hæc)Ridiculum meritum si quidem oportuerit primam esse quamcunque, an quia causa est, ꝙ ingenui dicuntur serio à nutricibus liberis educanti? [Hercle vero serio)Aduerbia sunt confirmatiua. [Ob eam rem?) Hoc eo vultu dicit, quo rem veluti excutimus est ostendimus momẽti esse nullius. [Argentum,quanti est, sumito) Quanto precij valet. [Argentum,quanti est,sumito)Hoc verbo vtimur,vt faciunt q̃ persuadere aliquid cupiunt. [Dij tibi Demea oro omnes semper omnia optata offerant)Omnes,omnia? antiqua elegantia,& figurata. [Processisti hodie pulchrè) Nunc vere pulchre processit. Syr.[Si quidem tuum officium facies) Hoc est patroni,vt libertum non deferas,sed vt alias manumissum. Plautus, Facis melius quàm pars lenonem. qui libertos habent.& eos deserunt. [Vnde vtatur) Vtatur viuat, vnde vsura, vita dr̃. vt Vnius vsurá horæ gladiatori isti non didisset,an vide alatur,de quo vsum fructum capiat,& cuius tibi sortem reddat? Et hoc melius,nam ideo addidit,reddet tibi cito. [Istoc vilius)Hoc egit Terentius, vt conuersis officijs vsque adeo prodigum faceret Demeam,do nec parcum redderet Mitionem. [Istoc vilius) Quasi nihil minus. negatio enim est floccum ostendentis, aut quid tale, cum παλαίφατος: qua subaudiatur,quidquam,& non dabo. [Faciet) Ne quid negatum in fine fabulæ videatur,addidit Demea,Faciet. & Faciet,quod petis.s.quod irridens dixit, quasi de prodigo dicere videatur. Et mire Faciet,quia me credibile erat statim consensurum,qui negauerat,& perpetuo negatio esse in fine non debuit. [Quid istuc? quæ res tam repente mores mutauit tuos?) Animaduertendum est,qua calliditate Terentius quærens finem fabulæ, complere lætitiam per ipsum Demeam nititur in vniuersos,q̃ in tota comœdia tristis,ac sæuus interturbauit, & vociferatus est. [Quod proluuium?) Proluuium,ꝙ Græci προθυμίαν.i. promptus animus ad largiendum.[Subita est largitas?)Repentina,ac per hoc ipsa est ingrata,& immoderata,vt euenit cum ex nimis parcis non largi,& liberales, sed effusi prodigiq̃. redduntur. [Vt id ostenderem) Abundat id aut παλαίφατος est, pro, per id. [Quod te isti facilem,& festiuum putant)Multum detraxit Mitioni,dicendo,Te isti putant. per quod significatur errare adolescentes,& hunc non esse festiuum. [Quòd te isti facilem,& festiuum putant)Bene in postremo dignitas personæ huius seruata est, vt non perpetuo commutata videretur, vt Truculenti apud Plautum. [Indulgendo) Attende indulgentiam à Demea culpæ ascribi denuo. [Et largiendo Mitio) Seuere additum est nomen verbis ex animo plorantis.[Quia nõ iusta iniusta prorsus omnia omnino obsequor) Prouerbiales sunt huiusmodi elocutiones,fanda nefanda,digna indigna,velis, nolis. [Effundite,emite,facite) Effundite, ad Aeschinam pertinet: Emite ad Ctesiphonem: Facite ad omnes. [Facite quod vobis lubet) Proprie redijt rursus ad amaritudinem pristinam. Hæc ἐπιτροπὴ est figura, qua inuitos nos permittere ostendimus, quod nolumus fieri. [Quæ vos potius pp adolescentiam minu' videris) Hic ostendit Terentius magis Demeam simulasse mutatos mores, quàm mutauisse. [Minus videtis,magis impense cupitis consultis parum) ἐφεσία,minus,magis,parum. [Hæc reprehendere, & corrigere meũ. & secundare in loco) Tribus tria redduntur, & vtraque αὐξητικῶς. Illa in malam partem superiora,hæc in bonam quæ inferiora,sunt. non tantum.n.culpæ est,minus prouidere,quàm impensæ cupere,nec tantum mali est impense cupere,quantum parum consulere. Item reprehendere bonum est: melius,corrigere. optimum,secundare,nam. qui reprehendit, non continuo corrigit. qui corrigit,non illico secunda.i.lætissimum reddit,& fidelissimum. Alij secundare, obsequi dictum putant. & ideo additum esse in loco, quasi non semper faciendum sit. Ergo secundare,vel in melius conuertere, vel obsequi intelligimus. [Tibi pater permittimus)Noluit Terentius ab amoribus filiorum perpetuo repulsum patrem.[Sino,Habeat,in istac finem faciat) Hæc qdem permissio est,sed,& exceptionem in se continet,& cum quodam stomacho,& velut minaci denunciatio ne profertur. [In istac finem faciat) Hoc est aut ne aliam amet, aut ne alteram comparet, ne post istam luxurietur vlterius. [Istuc rectè) Bene,& Mitio non discessit de proposito suo, qui vt peccasse alias ostenderet fratrem ob nimiam asperitatẽ, cum exceptione quadam laudans verba eius, Istuc rectè,dixit: quasi diceret,non vt cetera,& simul reposuit, ei qui supra dixerat,Vt id ostenderem, quod te isti facilem, & festiuum putant, id non fieri ex vera vita,neque adeo ex æquo, & bono, &c.

FACTVM &c.) Hic omnia fine iucundo clauduntur,vbi & seruis libertas donatur,& ambobus filijs optatæ vxores conceduntur. S. O Dem.id quod iussisti est factum.s.maceria diruta est. D. Tu es homo frugi.i. vtilis vt fruges. interdum significat modestum,ædepol ego iudico æquum esse .i. iustum,qdem .i.certe.mea sententia.i.meo iudicio,mea opinione. Sirum seruum fieri.i.effici.hodie liberꝝ.i.manumitti,ac libertate donari. M. Dicis æquum esse istunc Syrꝝ fieri liberꝝ,interrogatiue legendum est. deinde subdit ob.i.propter,ꝙ non factum.i.propter ꝙ factum æquum est eum fieri liberum. D. Ob sup. multa .i. pp multas causas. S. O noster. D. Aedepol es vir bonus.ego cura ui vobis.i.curæ habui,custodiui, administraui, moderatus sum tanq̃ pędagogus istos ambos,Ctes.& Aesc.vsque.i.assidue,sine intermissione. à pueris.i.ab ineunte ætate,seu cum adhuc pueri essent,docui.i.institui, erudiui eos sedulo.i.instanter, quasi sine dolo. monui.i.admonui eos quid facere deberent.semper bene præcipi.i.docui,vel iussi tanquam custos eorum omnia quę potui præcipere. D. Res.i.effectus. apparet.s.ante oculos res est in promptu,& hoc dicit ridendo eum,& qdem porrò.i.certe, particulæ sunt explectiuæ dictũ affirmantes, hæc officia quæ sequũtur.sunt homines nõ mediocris.i.spectant ad maximum hominem,& magni momenti per ironiam dixit, hæc autem sunt officia, videlicet obsonare.i. puidere de obsonijs.i.de omnibus edulijs præter panem,& vinum. cum fide .i. fideliter. prouidere de obsonijs est officium magni viri. nã obsonor obsonaris vel ob sono obsonas(vtrũque.n.dicitur) significat vel emere obsonia, vel prouidere de obsonijs quas pitantias vocãt.& si diceremus, hic seruus optime obsonare nouit .i. scit bene emere, obsonia, neq; decipitur in emendo.inde obsonator dici posset,vbi pitantiarium dicunt,qui videlicet de obsonijs prouidet,& eorũ quę rendorum curam habet. hæc sunt officia obsonare fideliter,abducere.i.rapere à lenone. scortum.i.meretricem. Item apparet .i.parare,disponere conuiuium de die.i.repente.non ante prædictum,aut peridie constitutum. S. O caput lepidum.i.ò homo iucunde,& festiue,seu vrbane. nam caput præcipuam partẽ ponit pro homine toto. D. Postremo.i.tandem. hic seruus fuit hodie adiutor in ista Psaltria emenda,pro emenda.i.in emendo istam puellam cantatricem.hic seruus curauit.i.curam animi pbuit vt comparetur Psaltria, & bono modo hr̃etur, æquum est .i.bonum est,ac decet prodesse ei. nam alij serui hoc facto erũt meliores. nam dabunt operam,vt bene seruientes sint libertatẽ cõsecuturi more istius. Denique hic Aesch.vult hoc fieri.i.vult vt libertate seruus donetur. M. Vin'.i.vtrum vis tu hoc fieri. hoc dicit Aesch.interrogans cupiat id fieri nec ne. Aesch.cupio id fieri. M. Si quidem.i.qm̃ tu vis. eho,interiectio admonentis, & attentionem incitantis. ò Syre accede huc ad me, deinde vt accessit eum manumisit inquiens, Esto liber. verba sunt iuris, quibus manumittitur seruus. S. O Mitio benefacias,ꝙ me manumittis. habeo gratiam.i.sum deuinctus,seu obligatur omnibus,& præterea.i.præter alios. ò Dem.gratiam habeo tibi seorsum .i. seperatum præcipue,particulariter. D. Gaudeo quod liber sis. Aesch.&.i.etiam ego Aesch.gaudeo. S. Credo quod ambo gaudetis mea libertate. vtinam hoc gaudium fiat perpetuum.i.integrum,solidum,& nusquam interruptum,vt.i.ita,vel quatenus,videam meam vxorem.s.Phrygiam.i.sic appellatam, à natione,liberam vna mecum. D. Quidem.i.certe. cognoui, vel inueni eam sup.optimã,mulierẽ,vel optas sup.videre vxorem tuam optimam mulierem liberam,vel constat esse optimã mulierem. S. Et quidem.i.certe hæc vxor mea dedit hodie primam mammam tuo nepoti filio huius Aesch.filij tui. D. Hercle vero.i.ac certe serio.i.remoto ioco,extra iocum,si quidẽ .i. si certe.vxor tua dedit primam mammam filio huius,haud.i.nõ est dubium,quin sit æquum.i.iustum eam emitti.i.extra seruitutem mitti. M. Ob eam rem.i.dicas equum esse eam emitti propter eam causam,q.d.non est causa sufficiens. D. ob eam inquam rem æquum eam emitti,postremo si nõ vis id facere liberaliter, sumito à me argentum quanti est.i. quanto precio ipsa Phrygia valet. S. O Dem.omnes dij ferant.i.præstent,& afferant semper tibi omnia optata.i.desiderata tibi. M. O Syr.pul-

chre proceſſiſti hodie.i.bene(vt ita dicam)proſperaſti hodie,vel ad magnum bonum prouectu es hodie,qui te,& vxorem manu mitti obtinuiſti. D. Atque ſi quidem.i.ſi certe,dederis huic Syro aliquid paululũ præ manu,quo vtatur.i alatur,de quo vſum fruct.capiat,& cuius tibi ſortem reddat. porrò.i.proculdubio, ſi hoc feceris,facies tuum officium .i. quod decet facere patronum. Vbi animaduerte præ manu poſſe exponi, quemadmodum præ me.i.in comparatione mei, vt tu es præ me beatus ait Cic.i.in comparatione mei,& tunc ſic iungas cum paululum,ſi dederis huic aliquid paululum.i.aliquid quod eſt res parue,prę manu .i. in comparatione potentiæ tuæ, & tuæ liberalitatis, ac promptitudinis tuæ in dando,vel ſi intelligetur præ manu, pro in promptu,vt dici vulgo ſolet,ſemper habet hæc verba,vel leges præ manibus pro in promptu, recte an inepte ipſe viderint, quod ſi eſt ita iungetur cum dederis vt ſit ſi detis ei in promptu aliquid paululum, aut ſi quis velit interpretari præ pro ante ſic, ſi dederis ei præ manu .i. ante manũ vt dici vulgo ſolet,vult me hoc dare ante manum, quod etiam legẽtium iudicio relinquo. nam prę pro ante non inueni,niſi in compoſitione,vt prædico, præpono, inuenio etiam præ in tali dicendi genere, lacrymatus eſt præ gaudio,prę timore receſſit,præ nimia multitudine exire non potuit,& in iam dicto modo videlicet ſic,præ multi ſumus felices.i.in comparatione multorum, De illo autem genere dicendi vſitato habere præ manibus aliquid.i.in promptu fateor me non legiſſe, neque Priſcianus aſſignat ſignificationis huius particulæ præponit alias à prædictis, niſi q̃ etiam præ in compoſitione auget,& adhibet maiorem vehementiam, q̃ per. capiturque pro valde, vt præpotens, prædiues, præclarus &c. Si itaque dederis ei aliquid quo vtatur, & fungeris officio patroni,& reddet tibi ſortem,& vſuram cito.i.propediem. M. Ego ſup. non dabo quidquam, vel nihil dabo ei, etiam vilius.i.minus vel minoris valoris,iſtoc.i.iſta re viliſſima, quam ei oſtendebat. Aeſch.quamuis neges te daturum,quidquam tamen ipſe eſt homo frugi.i.bonus,vtilis,ac modeſtus. S. Hercle reddam ſortem,cuius vtar fructu. da.i.præbe,præſta, modo.i.vel tantũ modo,vel modo pro nunc,vt ſit temporis aduerbium. Aeſc. ò pater age .i. fac quòd petit .i. ad modo. M. Ego conſulam.i. deliberabo poſt. nam conſulere interdum ſignificat conſultare ſeu deliberare, vt Laurentius ſentit. D. Ipſe Mitio faciet, quod petitur. S. O optime vir. Demea dicit, vel de Mitio .ſ.Aeſch.ò pater feſtiuiſſime.i.iucũdiſſime,lepidiſſime. M. Qui iſtud eſt? modus interrogandi. quæ res mutauit tam repente.i. tam ſubito tuos mores. quod proluuium.i.qui promptus, animus ad largiendum proluuium dixit pro profuſione, quaſi dicat quæ eſt iſta ꝓfuſio,& prodigalitas tua,quæ eſt iſta.i.tua largitas,ſubito tibi exorta,cum prius parcus eſſes. D. Dicam tibi quare mutauerim mores, vt oſtenderem id .ſ. q̃ iſti filij mei putant te facilem.i.benignum,& feſtiuum.i.iucundũ,vel iſti poteſt eſſe datiuus ſingularis, ſicut vt oſtenderem tibi id.ſ.q̃ homines putant te eſſe facilem,& feſtiuum iſti filio. Aeſch. non fieri ex vera vita.i.ex vero modo viuẽdi,imò vero fieri ex fallaci vita,& deceptiua,vt ſit dicam,& vt oſtenderẽ id non fieri,& æquo & bono.i.ſecundùm q̃d eſt æquum,& bonum,ſed fieri ex aſſentando.i.blandiendo verbis,& ex indulgendo.i.plus æquo ꝓmittendo, ſiue concedendo, & ex largiendo.i.ex nimia largitione, qua eſt corruptio dotis facta,nũc adeo.i.certe, vel valde,ſi ò Aeſchine mea vita eſt vobis filijs. meis inuiſa.i.exoſa,ob eam rem .i.propterea,quia non obſequor omnino.i.quia obſequẽdo vobis nõ permitto prorſus iſta omnia iniuſta, quæ ꝓmittit frater, miſſa facio.i.omitto omnia,& vobis dilapidãda relinquo effundite .i. diſpergite. emittite.i.extra manus veſtras mittite. bona vobis acquiſita luxurioſe viuendo, & perdendo ſubſtantiam veſtram.facite q̃d libet vobis, permiſſio plena amaritudine. Sed ſi potius vultis id.ſ.me repræhendere.i.improbare. corrigere.i. emendare,caſtigare,recta facere, & obſecundare.i.in melius cõuertere,vel(vt alij volunt)obſequi,in loco.i.vbi opportunum, & commodum erit. ſiue in opportunitate,& occaſione.Vel dic obſecundare.i.proſpera facere hæc quæ vox minus videtis.i.minus conſideratis, quàm deberetis. vel minus pro non capiatur, & quàm cupitis magis impenſe.i.magis obnixe, magis acriter, ſeu vehementer,quam eſt æquum,& quę parum conſulitis.i.nõ ſatis prouidetis,ſeu proſpicitis, ecce me.i.habetis me in prõptu & ante oculos, qui.ſ.ego, faciam vobis,id hoc eſt repræhendã, corrigam,& obſecundabo. Aeſch. O pater permittimus tibi.i. tuæ voluntati ac diſpoſitioni relinquimus.ſcis pluſquam nos.ſ. quid eſt opus facto .i. facere. Sed quid fiet de fratre.i.de Cteſiphone. D. Sino .i. permitto quod ſup.habeat Pſaltriam.ſ.faciat finem.i.modum ſuo amori, & ſuæ libidini faciat in iſtac .i. in Pſaltria. Aeſch.iſtuc rectè ſit ſup. vel dicitur Valete.i.diſcedite incolumes,plaudite.i.congratulamini poëtæ,& actoribus. ego Calliopius .i. poëtæ defenſor recenſui.i. recognoui hanc comœdiam, vel (vt alij volunt) recitaui.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Hortatu Demeæ Syrus cum vxore libertate donatur. [Fieri eſſe) Ordo, iudico æquum eſſe Syrum fieri liberum.[Res apparet)Ironia in Syrium pariter & Mitionem.[Alij meliores)Quaſi prouocati exemplo. [Hercle vero) Et hoc ironicos. [Dij tibi) Gratiarum actio. [Præ manu) Vulgo,vff die hanc,vt ſentit Adrian.Card. [Iſthoc vitius)Recuſantis eſt,& oſtendentis ſummum digitum,vt id oſtenderem,Oſtendit hoc loco poëta aliam ferè communis, aliam perfectæ vitæ rationem eſſe, ne temere exemplo huius fabulæ commendaſſe Mitionem, & illius indulgentiam ſeueritati Demeæ prætuliſſe videatur.

PETRVS MARS.

FACTVM eſt) Prodigalitatis, & intempeſtiuæ largitionis damnoſam temeritatem taxat hæc vltima ſcena. Hæc, vt Cicero veriſſime dixit,fundum non habet,hæc ad corrumpendos animos concipientium tota comparata eſt. Nam qui largitur,ad ſuam voluntatem alios traducere nititur. Ariſt.in magnis Ethicis ſic ait, Prodigus eſt, qui vbi decet impendit,& plura quàm deceat, & cum minime deceat. Idem in Ethicis ad Nicomachum: Prodigi ad capiendum proni fiunt, quia cupiunt dare, hoc autem facere interdum nequeunt, cum cito facultates deficiant, ac ita ex alienis dare coguntur, & ſimul quia nulla eſt in eis honeſtatis cura fine vllo diſcrimine, & vndique rapiunt,dare nanque cupiunt,quo pacto autem,aut vnde, nihil curant, aut quapropter nec dationes ipſorum ſunt liberales. Non enim ſunt honeſtæ,aut honeſtatis cauſa, nec vt oportet efficiuntur,ſed interdum quos deceret eſſe pauperes,eos dirant,& his quidem,qui moderati ſunt,nihil dant. [Proluuium)Proluuium, profuſio ait Nonius, nempe à proluendo.

GLAREANVS.

HIC alterum eiuſdem verſus ſequitur fragmentum. Reliqua eiuſdem generis ſunt ad ſcenæ finem. In ſecundo verſu ſi Aedepol priore correpta legetur, trochæus erit initio Sin producta, dactylus initio veniet. In tertio ſanè videtur correpta prior in Aedepol,& vel s,in Bonus elidetur, vel Es verbum nõ legetur,ſed intelligetur Certe liber vetus non habet. Initio ſequentis verſus eſt bacchius,niſi malimus s,de Iſtos elidere, alioqui quintus verſus huius ſcenæ contra omnes alios erit iambicus tetr.acat.In 7.verſu Hæc abundat,nec habet vetus liber. Poteſt tamen loco eſſe creticus. In 12. Si quidem quæ videntur dictiones,& Si ſecundùm naturam producta. quanquam compoſita hæc coniunctio apud hunc Poëtam, vt apud Ouidium ac Lucanum,id quod ſupra oſtendimus initio Eunuchi, corripiatur frequentius. In 14. initio creticus eſt,& loco quarto bacchius.In 17. vix effugere poterimus iambi ac trochæi pugnam. Doctor in Quidem ſit eliſio, inquit. Hoc idem dixerat ſcena 7. huius act. In vtro tamen, cum bis hic ponatur, non adiecit. Veteſtus liber pro Et quidem,habet Equidem ita Aldinus liber. Verum nondum ſanatum eſt carmen.Ego pro accuſatiuo legerem nominatiuum, Optima quidem mulier, vt loco primo ſit trochæus,ſecundo anapæſtus. Nam temere ab aliquo in accuſatiuum,quòd accuſatiuus præceſſerat,mutatum puto. Quod tamen opus non erat. Deinde ſequatur,Equidem tuo nepoti. Ceterum tuo & Huius monoſyllaba ſunt. Lector ſequatur q̃d volet. Dixi & ſententiam meam ſecuturus eum,qui meliora afferet. In 16. Si quidem correpte legitur. In 21. amphibrachys erit loco quinto,alloqui carmen inſanabile fuerit. R,enim elidi inſuetum eſt,niſi quis dicat mn in Omnia. vt muta ac liquida eſſe. Sed hæc effugia ſunt,lectori non ſatis facientia. In 23. creticus eſt primo loco, vel Tuum monoſyllabum totum elidi tur,& paulum, non paululum legendum, niſi in ſexto quinque loco ſit creticus, vel paululum ante Aliquid legatur. In 26. O pater, mi legendum, pro O mi pater, propter carmen. In 27. vel d,eliditur. in Quid, & in 31. in Sed, vel bacchius loco primo in vtroque verſu. In 32. legendum Aeſchine eſt. non, Eſt Aeſchine. In 34. Emitte legendum eſt, non Emittite, quod liber Aldinus habet. In 36. s,in Minus eliditur. Et eſt mirabile carmen. In 37. Secundare legendum ex Donati Commentario, non Obſecundare. In vltimo verſu proceleuſmaticus eſt loco primo,& quod ad finem ad verbum Plaudite,in aliquibus lib. ſeparatum, ad hoc attinet nec omittendum.

TERENTII HECYRA.

FABVLAE INTERLOCVTORES.

Philotis meretrix,
Syra anus,
Parmeno seruus,
Laches senex,
Sostrata mulier,
Phidippus senex,
Pamphilus adolescens,
Myrrhina mulier,
Sosia seruus,
Bacchis meretrix.

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

VXOREM duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignorans virgini vitium obtulit:
Eiusq; per vim quem detraxit annulum,
Dederat amicæ Bacchidi meretriculæ:
Dein profectus in Imbrum est: nuptam haud attigit.
Hanc mater vtero grauidam, ne id sciat socrus
Vt ægram ad se transfert: reuertit Pamphilus:
Deprehendit partum: cælat: vxorem tamen
Recipere non volt. pater incusat Bacchidis
Amorem. dum se purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatæ forte agnoscit Myrrhina.
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

GVIDO.

VXorem duxit,&c.) Pamphilus duxit Philumenam vxorem, cui Philumenæ virgini, quondam .i. longo ante tempore ipse Pamphilus ignorans .i. nesciens esse virginem illam,obtulit vitium.i.stuprum ei attulit,& dederat amicæ Pamphili.s. Bacchidi meretriculæ annulum eius Pamphili,quẽ detraxit.i.digito eius traxit,per vim.i.violenter. Dein'.i.deinde Pamphilus profectus est in Imbrum.i.in eum locum remotum ab vxore sua. haud.i.non attigit suam nuptam antequam iret.i. ad eam non est ingressus,qua vere non poterat ex eo esse grauida, vero .i. sed, mater eius puellæ transfert ad se hanc puellam grauidam vtero.i. fructum habentem in vtero.i.tanquam, ægrã .i.ægrotam,ne socrus id sciat. Pamphilus reuertitur ex Imbro, deprehendit.i.reciuit totum factum, cælat partum.i.non reuelat alicui partum puellæ, tamen noluit recipere vxorem. Pater puellæ incusat.i.vituperat,dat vitio,vertit crimini amorem Bacchidis.i.amorem quem habebat Pamphilus cum Bacchide nam putabat eam esse causam repudij, dum Bacchis purgat.i excusat se,mater Myrrhina nomine mater puellæ, agnoscit.i.recognoscit,forte annulum vitiatæ.i.stupratæ filiæ suæ.Pamphilus recipit vxorem vna cum filio.

ARGVMENTVM.

PHilumenam virginem olim compressérat Pamphilus in tenebris, tanquam meretricem,à qua puella detraxerat annulum,quem dederat Bacchidi meretriculæ. Deinde processu temporis Pamphilus exarsit in amorem puellæ,quam ignorabat esse in tenebris à seipso compressam,stimulanteq; amore eam duxit in vxorem,iam grauidam ex illo compressu factu in tenebris, ipso quidem ignorante. Quam vbi duxit, priusquam ingrederetur ad eam peregre profectus est, interea mater puellæ ad se reuocauit filiam, vt furtum domi pareret, sicq; socrus partus cælaretur interim redyt Pamphilus, eamq; parientem apud matrem deprehendit, quare multum commotus absque detectione partus vxori repudium mittere parat parentibus suis nescientibus quidnam id faceret. Tandem per Bacchidem meretricem,apud quam annulus inuentus est cognoscit Pamphilus, & à se vitiatam vxorem, & ex se natum filium. Nomen fabulæ huius est Hecyra,quòd multa fiant in ea per soceros,& socrus,id est per patres,& matres nurum. Hecyra,enim græce dicitur socer. Hecyra autem socrus. Est præterea Apollodori Græca, quemadmodum, & Phormio, nam ceteræ quatuor ex Menandri fabulæ transtatæ sunt. Est etiam mixta motorijs actibus, & stataríjs, multum sententiarum,& figurarum continetur in toto stilo, vnde cum delectet plurimum non minus vtilitatis affert spectatoribus. In ea prologus est multiplex,& rhetoricus nimis, propterea quòd sæpe excluſa hæc comædia defensione diligentissima indigebat,personæ protaticæ, id est personæ extra argumentum duæ sunt,Philotidis, & Syræ. Primæ autem partes sunt Lachetis, secundæ Pamphili,tertiæ Phidippi, quartæ Parmenonis,& deinde aliarum personarum,quæ his adiunctæ sunt.

DONATI PROLEGOMENA IN HECYRAM.

HÆC fabula Apollodori esse dicitur Græca, nam,& ipsa, & Phormio ab eodem dicuntur esse translatæ, cum reliquiæ quatuor sint Menandri comici. Hecyra autem dicitur ideo, quia per socrus, & soceros in ea aguntur multa. Nam,& ἑκυρὸς, καὶ ἑκυρὰ, soceri nomen,socrusq. significant. Est autem mixta motorijs actibus,ac statarijs.multumq. sententiarum, & figuratum continet in toto stylo. Vnde cum delectet plurimum,non minus vtilitatis affert spectatoribus. Atque in hac, primæ partes sunt Lachetis, secundæ Pamphili tertiæ Phidippi, quartæ Parmenonis, ac deinceps aliarum personarum, quæ his adiunctæ sunt.Diuisa est autem,vt ceteræ,quinque actibus legitimis,quos in subditis distinguemus. In hac prologus est,& multiplex rhetoricus nimis, propterea quod sæpe excluſa hæc comœdia,diligentissima defensione indigebat.Atque in hac Protasis turbulenta est, Epitasis mollior, lenis Catastrophe. Acta sanè est ludis Megalensibus,Sexto Iulio, C. Rabirio Aedilibus curulibus. Egitque L.Ambiuius.Modulatus est eam Flaccus Claudius tibijs paribus. Tota Græca est factaque, & edita quinto loco,Cn. Octauio,T.Manlio Coss. Cantica,& deuerbia summo in hac fauore susceptа sunt. προτατικαὶ πρόσωπα, Id est personæ extra argumentum duæ sunt, Philotidis, & Syræ. In tota comœdia hoc agitur, vt res nouæ fiant, nec tamen abhorreant à consuetudine. Inducuntur enim beneuolæ locrus,verecunda nurus,lenissimus in vxorem maritus, & item deditus matri, sua meretrix bona.

ARGVMENTVM.

VItiatam in tenebris ante nuptias,cui annulum extorserat, meretricem amans dum ignorat Pamphilus,duxit vxorem grauidã ex compressu suo. Quam peregre profectus,cum reliquisset domi,rediens parientem offendit furtim,& apud matrem suam. Qua re commotus,dum repudium inuitis parentibus,& causam repudij nescientibus parat, per meretricem,apud quam annulus inuentus est, cognoscit tandem ita a se vitiatam vxorem,& ex se natum filium. Primus actus colloquium continet meretricis Philotidis ac lenæ Syræ cum Parmenone: vt per harum personas,quæ προτατικαὶ dicuntur, argumentum spectator discat. Secundi actus tener in hoc est,Imò meritam vxorem veluti malam socrum, accusat Laches: & conuenit Phidippum de eadem causa. Statim post quorum colloquium conquestio inducitur Sostratæ quod falsum crimen inuidiosumq; sustineat. Tertio actus hæc ascribuntur,Conquestio Pamphili peregre redeuntis,de amore suo circa vxorem. Paritudo Philumenæ. Sostratæ verba super ægritudinem nurus, quem morbo credit afflictam. Fletus Pamphili errantis,cum putat non ex se filium natum esse. Colloquium Parmenonis cum pueris à naui venientibus, vt mox loquatur cum ipso Pamphilo,à quo in arcem mittitur. Item Lachetis, Phidippiq;, & Pamphili verba de reconciliandа illi coniuge,& eorum ab inuicem litigiosa dissensio. Quantum actum hæc complent. Perturbatio Myrrhinæ ex interuentu mariti: & eiusdem cum eo nimis callida ac mulierbris astutiæ disceptatio. Sostratæ, Pamphili, Lachetisq; colloquium. Inclamatio patris, & soceri aduersum Pamphilum vxorem recusantem,conuentio meretricis pro mittentis se iusiurandum matronis exhibituram de non admisso ad se Pamphilo. In quinto actu Bacchidis narratio de intus gestis, & colloquium cum Parmenonem inducitur,quem nuncium mittit ad Pamphilum Pamphiliq; ad vltimum actio gratiarum apud ipsam Bacchidem. Docet autem Varro neque in hac fabula,neque in alijs esse mirandam, quod actus impares scenarum pagina tumq; sint numero: cum hæc distributio in rerum descriptione, non in numero versum constituta sit: non apud Latinos modo, verum etiam apud Græcos ipsos.

ACTA LVDIS ROMANIS SEX. IVLIO CAES. CN. CORNELIO DOLABELLA AEDIL. CVR. NON EST PERACTA TOTA. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS PARILIB. CN. OCTAVIO, T. MANLIO COS. RELATA EST ITERVM LVDIS FVNEBRIB. RELATA EST TERTIO Q. FVLVIO, L. MARCIO AEDILIBVS CVRVLIBVS.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Præsens hic prologus varius est, & Rhetoricorũ obseruantissimus præceptorum: Nempe hæc Comœdia sæpenumero alieni populi studio intercepta, diligentissima defensione indigebat, proindeq; hic loquitur L. Ambiuius, qui poetæ partes sedulo defendere, & populare auram fauoremq; spectatorum locis oratorijs multifariam captare nititur, simulq; & bene uolos in primis, & maximopere attentos auditores reddere conatur. L. Ambiuius, & L. Turpio lustriones hanc fabulam egerunt.

Senarij.

PROLOGVS.

HECYRA est huic nomen fabulæ. hæc cum data
Est noua, nouum interuenit vitium, & calamitas,
Vt neque spectari, neque cognosci potuerit:
Ita populus studio stupidus in funambulo
Animum occuparat. nunc hæc plane est pro noua:
Et is, qui scripsit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre, vt iterum possit vendere.
Alias cognostis eius: quæso hanc noscite.
Orator ad vos venio ornatu prologi.
Sinite exorator sim, eodem vt iure vti senem
Liceat, quo iure sum vsus adolescentior,
Nouas qui exactas feci vt inueterascerent,
Ne cum poeta scriptura euanesceret.
In his, quas primum Cæcilij didici nouas,
Partim sum earum exactus, partim vix steti.
Quia scribam dubiam fortunam esse scenicam,
Spe incerta, certum mihi laborem sustuli.
Easdem agere cœpi, vt ab eodem alias discerem
Nouas studiose, ne illum ab studio abducerem.
Perfeci, vt spectarentur. vbi sunt cognitæ,
Placitæ sunt. ita poetam restitui in locum,
Prope iam remotum iniuria aduorsarium
Ab studio. atque ab labore, ab arte musica.
Quod si scripturam spreuissem in præsentia, &
In deterrendo voluissem operam sumere,
Vt in ocio esset, potius quàm in negocio:
Deterruissem facile, ne alias scriberet.
Nunc quid petam, mea causa, æquo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per silentium
Nũquam agere licitum est, ita eã oppressit calamitas.
Eam calamitatem vestra intellegentia
Sedabit, si erit adiutrix nostræ industriæ.
Cum primum eam agere cœpi, pugilum gloria,
Funambuli eodem accesit expectatio:
Comitum conuentus, studium clamor mulierum
Fecere, vt ante tempus exirem foras,
Vetere in noua cœpi vti consuetudine,
In experiundo vt essem: refero denuo;
Primo actu placeo: cum interea rumor venit,
Datum iri glaudiatores: populos conuolat:
Tumultuantur, clamant, pugnant de loco:
Interea ego meum non potui tutari locum.
Nunc turba nulla est: ocium, & silentium est:
Agendi tempus mihi datum est: vobis datur
Potestas condecorandi ludos scenicos.
Nolite sinere per vos artem musicam
Recidere ad paucos: facite, vt vestra auctoritas
Meæ auctoritati fautrix, adiutrixque sit.
Si nunquam auare statui precium arti meæ,
Et eum esse quæstum in animum induxi maxumum.
Quammaxume seruire vestris commodis:
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium suum, & se in vostram commisit fidem,
Ne eum circumeuntum inique iniqui irridient.
Mea causa causam hanc accipite, & silentium
Date: vt lubeat scribere alijs, mihique vt discere
Nouas expediat, posthac precio emptas meo.

DON. HECYRA est huic nomen fabulæ) A nomina cœpit, vt incognitam probaret, & ideo spectandam. [Hecyra est huic nomen fabulæ) Nominatiuo casu figurauit: cum in vsu sit vt datiuo dicamus, quamuis præsto sine exempla quibus veteres per omnes fere casus hoc genus locutionis enunciabant. [Hecyra est huic nomen fabulæ) Hæc primo data est sine prologo ludis Megalensibus: quos Sext. Iulius, & Cornelius Dolabella elididerunt. sed occupato populo studio funambuli displicuit. Postea data est ludis Funebribus L. Aemilij Pauli, quos fecerunt Q. Fabius Maximus, & Cornelius Africanus. Tunc quoque non peracta est per studium populi circa gladiatores. Tertio ad posttremum introducta, Q. Fuluio L. Martio ædilibus: virtute actorum: L. Ambiui, & L. Turpionis est commendata. [Hecyra est huic nomen fabulæ) Totus hic prologus subtilem conquestionem continet, ob hoc, ne aperte populum neglectæ fabulæ reum faciat, & facile reuocet in fauorem. [Hæc cum data est noua) Ita dicitur, data est fabula, vt data est cœna, datum est prandium. Et edidit, à dato descendit. [Hæc cum data est noua, nouum interuenit vitium) Sic, & Homerus. * Et dari dicitur fabula, cum agitur: Stare, cum placet. [Hæc cum data est noua, nouum interuenit vitium) οὐλαχὺς prima deest enim huic, & est figura παρανομασία Noua nouum. [Vitium, & calamitas) Bene secundum augures. Vitium

rium.n.est,si tonet tantum: Vitium & calamitas,si tonet,& grā dinet simul,& ēt fulminet.[Vitium & calamitas)Translatio est ab augurio,& vitio creati dicūtur consules. Calamitas περὶ τὴν καλάμην, dicitur clades,quia clamatur, vt aliud sit grandinis cul mum frangentis,aliud furti,aut doli mali.sic Probus. [Vt neq; spectari)vitium,q̄ non spectata est, Calamitas,q̄ non cognita. [Vt neque spectari, neque cognosci) mira defensio. si quidem non iudicio comœdia exacta est, si spectari cognosciq. non po tuerit,cogniturisq.si audiretur. [Vt neque spectari,neq; cogno sci) Ideo theatrum,ideo spectatores, ideo actores: quia maior pars in gestu est quàm in verbis. [Cognosci) vel probari, vel sciri,an Hecyra sciri dicatur, quæ scita sit nomine? [Ita popu lus studio stupidus) A deriuatione causæ. non qua mala, inquit,excluſa est. sed quia populus funambuli admiratione ob stupuit: quod infra de gladiatoribus dicet,ad commutationem causæ indicendam. [Ita populus studio stupidus) hic excusatur & populus,qui neq; iudicauit de fabula, neque tamen stulte er rauit. Stupidus, pro stupens,vt Timidisque superuenit Aegle. [Pro noua)Recte: iam.n.non est noua. [Et is qui scripsit hanc, ob eam rem) .i. ob eam causam, quasi dicat, non iterum acta est sine causa. Cur ergo non post funambulam relata est, vbi il le cessarat? in quo maluit auarum Poëtam populo inducere,q̄ suo operi diffidentem. [Iterum referre) Superuacuum est. [Vt iterum possit vendere) Alijs.s.ludis. hoc vt diximus,ad laudem fabulæ referatur: postquam tantum fiduciæ poëtæ dedit. [Alias cognostis,eius,quæso hanc noscite) Mire illi fauorem petit ex alijs,quæ spectatori notæ sunt. [Eius) Poëtæ. Quasi hæc omnino nota sint. At in Andria, quæ omnium prima est, aliter ait,Vt pernoscatis & quid spei sit reliquum: Posthac quas faciet de integro comœdias, Spectādæ,an exigendæ sint vobis prius. [Orator ad vos venio ornatu prologi) Magna arte hic prologus scriptus est, & nimis oratoriæ. nam toties expulsa fabula quomodo honestè reuocari potuit in proscenium: nisi primo ipsa impudentia pro fiducia proferretur? deinde actor peritissimus ipse habitus, probaret & poëtam,& comœdiam, cuius au ctoritas elucet ex verbis? tum deinde subtiliter nouo poëtæ, à vetusto,& magnæ auctoritatis Cæcilio peteretur exemplum,& peteretur ingeniosissime? nam quod rudi Terentio contigit,ac cidisse memoratur veteri Cæcilio: quod huic semel, illi sæpe: quod huic in alijs nunquam, hoc illi ferè in omnibus, qd' huic præter Hecyram & actæ, & probratæ sunt ceteræ: illi partim exactæ,partim vix probratæ. Itaq; his omnibus argumentis id actum est,vt neque desperandum sit de Terentio,quòd expulsus est: vt nihilominus illi tantum attribuendum sit, vt aut par Cę cilio magno cūc poëtæ, aut vltro melior etiam esse possit. Hic tamen L.Ambiuius histrio fuit actor comœdiarum. [Orator ad vos venio)Oratorem audire oportere,ius gentium est orato rem non licet iniuriam pati. Ideo ergo ne expellatur. non se prologum,sed oratorem nominat. Plautus,Impia secreto ora torem verberas. [Eodem vt iure vti senem liceat) vt, Me liceat casus miserari insontis amici. [Sinite exorator vt sim) Orator, est dum agit. Exorator, cum impetrauerit. Ita illud dicentis. hoc iam effecti significationem habet. Et orator est, cui causa defenda mandatur. [Quo iure sum vsum adolescentior) Tanquam aliud agens affert exempla,quibus ostendat,turpe nō esse Terentio excluſam esse vnam illius fabulam,cum multoꝝ poë tarum multæ exactæ sint: & in his Cæcilij, cuius illo tempore magna auctoritas fuit. [Adolescentior) Hæc comparatio minus à positiuo sonat & vim diminutiuam exprimit: vt, Iam se nior,sed cruda deo,viridis senectus. [Nouas qui exactas feci vt inueteraſcerent) συλλυπῶ. [Et) Inueteraſcerent, denuo age rentur. quia nondum acta, noua dicitur fabula. [Inueteraſce rent) In consuetudinem venirent, spectarentur, amarentur. [Exactas) Expulsas. [Ne cum poëta scriptura euanesceret) Cau sa facti honestior est,nō se poëtæ vnius,sed ipsius poëmatis cau sa laborare. [In his,quas primum Cæcilij didici nouas) à simili argumentum quod fit per comparationem artificiosam & ora toriam rerum ac personarum. [Partim sum earum exactus, par tim vix steti) vide, plus esse in exemplo, si quidē partim exactæ sunt Cæcilij fabulæ,partim vix admissæ,cum vna Hecyra exclu sa sit. Et est sensus, Aut displicui,inquit,aut in aliquibus vix pla cui. [Partim sum earum exactus) Pro in alijs. Et simul splendi da locutio est. Partim, aduerbium est. Et proprie locutus est. Nam fabulæ aut agi dicuntur,aut stare. [Quia sciebam dubiam fortunam) Non igitur poëtæ culpa,sed casus est nam ideo for tunam euentum extulit. [Spe incerta certum mihi laborem su stuli) Sententiosè,& verum.nam vbi certa spes est,nihil opus est laborare certo ac vehementi [Spe incerta) Pro spei incertæ. An deest In? [Incerta certum) Honesta figura,quæ dicitur ἀντίστοιχος. [Easdem) Exactas. [Cœpi) Difficultatem facti,& molimen o stendit. [Ab eodem) Cæcilio,scilicet. [Nouas studiosè,ne illum ab studio abducerem) Iterum causa honestatis. [Perfeci vt spe ctarentur) Attende quantum pondus habeat, q̄ non Feci dixit, sed potius Perfeci, vt molem difficultatis ostenderet. [Placitæ sunt) Nota participium sine origine verbi. [Ita poëtam restitui in locum) Mire non Cæcilium,sed poëtam,vt hoc generaliter populo ꝓstitisse,non vni homini,videatur. [Vbi sunt cognitæ, placitæ sunt) Elegans promissio,& hanc placituram si cognosca tur.& est coniectura à futuro tpe. [Restitui in locum) Quia re motum,& excluſum dixit. [Propè iam rem motum) Gemina uit in secundum antiquos, qui oēs in verbis liquidas duplica bant. [Ab studio atque ab labore) Bene ostendit se populo pro fuisse, Cæcilium poëtam ad laborem reuocando atque artem. Ab autem in tertio commote audiendum est, vt, Hic portus alij effodiunt,hic alta theatri Fundamēta locant alij,immanesq. co lumnas Rupibus excidunt,scenis decora alta futuris. [In pūtia) Statim vt à populo ejiciebatur. [Vt in ocio esset potius,q̄ in ne gocio) Ex ipsis rerum nominibus ostendit facilitatem deterren di. [Nunc quid petam,mea causa) Bene petam, &, mea causa, quasi orator. [Mea causa, Aequo animo attendite) Commenda tio personæ leuis per aliam personam grauem,secundum pręce pta in Rhet. [Hecyram ad vos refero) A causa. Principium à principali quæstione,an cognita sit, & an spectanda sit. [Quam mihi) A persona dicentis. [Ita eam oppressit calamitas) Hoc suc cedit pro illo,quod est à persona aduersariorum simul ad fortu nam retulit culpam populi. non enim dixit quod præsto erat. [Ita eam oppressit calamitas) Eam calamitatem. Calamitatem repetit,ne nos fabulam illum dicere putaremus. [Vestra intelli gentia) Ab auditorum persona. [Nostræ industriæ) Rursus à sua.& bene περίφρασει vsus est,ne diceret, vos nobis. [Cum primū eam agere cœpi) Iam hinc narratio subtilis inducitur,& vt non lædat populum,& vt defendat poëtam. [Pugilum gloria) περίφρασις αὐτῆς Pugiles etiam gloriosis: vt minus turpe sit,ante latos eos esse. sicut Virgilius, - vastis cum viribus effert Orat. Dates, magnoq. virum se munere tollit, Solus qui Paridem solitus cō tendere contra. [Hæc est gloria pugilum gratia funambuli Pu gilum gloria) Pugil dictus est à pugna, & pugna à pugno. ve teres nanque ante vsum ferri & armorum, pugnis, & calcibus, & morsibus,corporumque luctatione certabant. [Accessit ex pectatio) Narratio cur excluſa sit hoc est,non poëtæ culpa deie cta est,nec iudicio populi,& ideo nunc admittenda est. [Pugi lum gloria, funambuli eodem accessit expectatio) πολυλογία. [Expectatio) Desiderium. vt Virgilius, Expectate venis. [Funambuli eodem accessit expectatio) Duplex causa ad vnam excluſionem adhibetur. [Comicum conuentus) Vtrum eos comites dicit, qui sunt pugilum assectatores? an seruos, qui dominos sequuntur? [Studium) Certamen diuersis fauentium. [Clamor mulierum) Bene mulierum,non enim timet eas,qui bus suffragari,vel refragari non licet in theatro. [Vt ante tem pus exirem foras) τῇ ἐξοδικομῷ, ne grauem passus videatur iniu riam. [Vetere in noua) ἀντίστοιχον primum. [Vetere in noua cœ pi vti consuetudine) Nisi nouam comœdiam intellexeris, non erit aperta sententia, nam & supra dixit, Nunc hæc plane est pro noua. An à Terentio noua ideo dictum est,quia nunquam alias excluſus est? Et bene Vetere, vt ostendat turpe non esse, quod & alijs poëtis sæpe contigerit. [Refero denuo) Aut Re abundet, aut Denuo. [Primo actu placeo) Rationabiliter di xit primo,quia quinque sunt actus partes fabulæ. [Placeo) Pla ceo dixit pro eo quod est,fabula placet, aut Terentius, & mire Non diu, inquit,pependit iudicium,sed statim placuit, vt quod sequitur, non iudicio, sed perturbatione factum sit. [Cum in terea rumor venit datum iri gladiatores) Hoc abhorret à nostra consuetudine, veruntamen apud antiquos gladiatores in thea tro spectabantur. [Datum iri) Datum iri dixit,vt fabulam com mendet,vt & omnia spectatori,& populo dicantur. [Non potui tutari locum) Facete repetit Locum. [Nunc turba nulla est) ἀνταπόδοσις ἀντὶ τοῦ tumultuantur. Turba .i. θόρυβος. [Nunc turba nulla est: [Ocium, & silentium est) Turba retulit ad id, quod supra dixit, Populus conuocat, tumultuantur. Ocium, ad illud Pugnant de loco. Silentium ad illud quod dixit, Cla mor mulierum. Ocium πρὸς τὸ pugnant Silentium πρὸς τὸ clamāt [Nunc turba nulla est, ocium & silentium est) Quæ adhortatio per enumerationem. [Agendi tempus mihi datum) Ab Aedili bus.s.[Vobis datur potestas cōdecorandi ludos scenicos) Quasi

aliquid agat populus cum ſpectet. [Nolite ſinere per vos) ἀχθῆναι διανοίας. [Artem muſicam) Oratoriæ. quaſi non Terentij cauſa agatur, ſed artis muſicæ. [Meæ auctoritati) Quia iam ſenex eſt. [Meæ auctoritati fautrix, adiutrisq. ſit) Qui Terentium probo. & eſt figura ἀναλογία. Vult autem ſe eſſe eius auctoritati, vt, & populo placere iam debeat qui ipſi placet. [Si nunquam auare) Commendatio ab antèdictis. i. à perſonæ attributus. [Si nunquam auare) A meritis defenſoris argumentum ad laudem fabulæ. [Si nunquam auare) Per hæc verba Terentius vult demonſtrare, quam grauis auctor ſit, qui ſuas comœdias probet. Sic Horat. - ea cum reſpondere conetis Quæ grauis Aeſopus, quæ doctus Roſcius egit. [Et eum eſſe quæſtum in animum induxi) Modo nonnunquam ſubauditur, ſed Si. vt ſit, Et ſi eum eſſe, &c. [Quam maxime ſeruire veſtris commodis) Plus dixit commodis, quàm ſi diceret voluptatibus. [Maximum quàm maxime. Inique iniqui) παρόμοιον. [Sinite impetrare me, qui in tutelam meam) Ordo eſt, Sinite impetrare me, ne eum circunuentum inique iniqui irrideant, qui in tutelam meam ſtudium ſuum, & ſe in veſtram commiſit fidem. [Mea cauſa) Quaſi orator, cauſam dixit. [Mea cauſa, Cauſam hanc accipite) Hoc oratorie. ſic enim fit cum perſona pro perſona ad commendationem affertur. [Et date ſilentium) Quaſi fabulæ ac poëtæ. [Mea cauſa, cauſam) παρονομασία. [Vt libeat ſcribere alijs) Oratorie * [Mihiq. vt diſcere expediat) Proprie diſcere. docet enim poëta, dicit ſcenicus. [Nouas expediat poſthac) Ab vtili argumentatio eſt. & bene, vt expediet tanquam facturus ſit, & ſi non expedierit, dum quæſtum maximũ ſeruire populo putat. [Precio emptas meo) Aeſtimatione à me facta quantum Aediles darent, & proinde me periclitante, ſi abiecta fabula, à me precium, quod poëtæ numerauerint, repetant. Ergo meo, à me facto, à me ſtatuto. nam quomodo alibi, dixit, Poſtquam Aediles emerunt. Et bene, vt ſequatur populus iudicium eius, qui æſtimare vere fabulas potuerit. [Precio emptas meo) Vt quidam volunt periculo.

GVIDO.

HECYRA eſt, &c.) Hic prologus eſt multiplex, & rhetoricæ obſeruans diſciplinæ. nam hæc comœdia ſæpe reiecta alieno populi ſtudio diligentiſſima defenſione indigebat L. Ambiuius, & L. Turpio hiſtriones hanc fabulam egerunt. Qui autem hic loquitur L. eſt Amb. poëta partes defendens, & popularem auram captans vehementer. Ordo eſt. Hecyra quaſi ſocrus. eſt nomen. i. appellatio huic fabulæ. cum. i. quando. hæc fabula data eſt. i. exhibita eſt populo. & edita noua. i. cum prius non fuiſſet acta. Dari dicitur fabula quando agitur. Vnde edere à do das componitur, quod ſignificat exhibere ad ſpectaculum. Inde numerum. i. ludorum editores dicuntur ſtare autem dicitur quando placet. Cum ergo data eſt noua nouum, paronomaſia eſt in textu, & ſerie in his verbis noua nouum. nouum vitium. i. nouum erratum, ſiue nouus error, & culpa ſpectatorem, & calamitas. i. miſeria infortunium, infelicitas interuenit, vt. i. ita quòd neque hæc fabula potuerit ſpectari. i. aſpici à ſpectatoribus, neq; cognoſci ita. i. in tantum populus ſtupidus. i. ſtupens, & quaſi animo raptus. ſtudio. i. attentione, vel animi applicatione ad alia occupauerat animum in funambulo. i. in ſpectando homine gradiente ſuper funem bene ſpectari dictum eſt. nam maior actionis pars in geſtu apto conſiſtit qui ſpectatur. Inde ſpectatores dicuntur. Item theatrum, & actores ſpectacula. Vitium præterea eſt ſi tonet tantum, calamitas autem eſt ſi grandinet, & fulminet. Calamitas. n. eſt alades qua culmi ſegetum franguntur, vnde penuria ſequitur, & erumna. Inde calamitoſus miſer infelix. Nunc hæc fabula, quam ſum acturus, eſt planè. i. omnino pro noua. i. tanquam noua, quamuis reuera noua non ſit, cum alias edita pro patre fuerit, & is poëta qui ſcripſit. i. compoſuit hanc fabulam. voluit iterum referre (iterum vacat). i. recitare, vel exhibere eam, & proponere ædilibus ob eam rem. i. ob eam cauſam, vt poſſit vendere eam. iterum. i. ſecundo. cognoſtis. i. cognouiſtis alias fabulas eius poëta. quæſo non noſcite hanc fabulam, ego venio ad vos orator. i. tanquam legatus aliquid rogaturus, & in conſpectu veſtro orationem habiturus, ornatu. i. in habitu prologi. i. eius, qui prologum. i. præfationem aliquam, aut proloquium, & quaſi præludium habiturus eſt, nam prologus interdum capitur pro ipſa præfatione interdum pro eo, qui eam facit præfationem, vt hic. Si ideo oratorem non prologum nominat te expellatur, nam iure gentium oratorem audiri oportet, nullamq. iniuriam pari, venio itaque ad vos orator, ſinite. i. permittite, quòd ſim exorator. i. imperator, obtẽtor petiti, nam orator dicitur quandiu, rogat, exorator autem cum impetrauerit, orator enim eſt cui cauſa defendenda mandatur, vt liceat. i. permittatur me L. Ambiuium ſenem vt. i. gaudere, eodem iure. i. eadem auctoritate, quo iure ego adoleſcentior. i. iunior, vel multum iuuenis vel cape comparatiuum pro poſitiuo, vſus ſum, hoc autem comparatiuum adoleſcentior, & ſimiliter iunior minus à poſitiuo ſonat, & vim diminutiuam exprimit, nam qui iunior eſt, minoris eſt ætatis quanquam iuuenis eſt. Si accurare tamen inſpiciamus comparatiuum ſuperat ſuum poſitiuum in ea qualitate in qua fit comparatio, liceat ergò me ſenem vti eodem iure, quo ego adoleſcentior ſum vſus, qui. ſ. ergo, feci. i. effeci, nouas fabulas exactas. i. excluſas, vt inueterascerent. i. in conſuetudinem venirent ſpectarentur, amarentur iterum agerentur, inueteraſcunt enim fabulæ dum iterum aguntur, & id feci amore poëmatis, nedum poëtę, ne. i. vt non ſcriptura. i. cum poëma, euaneſceret. i. deficeret cum poëta. i. cum auctore, in his fabulis Cecilij. i. illius veteris poëtæ comici quas nouas didici, vt eas agerem, partim. i. pro parte, vel in aliquibus earum fabularum, exactus ſum. i. excluſus ſum, & quaſi extra actionem miſſus partim. i. pro parte, vel in aliquibus vix. i. ferè, non ſteti. i. ferè non, vel ſaltem cum magna difficultate placui. State etiam dicuntur fabulæ quando placent, partim, licet aduerbium ſit, tamen ſæpe poni inuenitur quaſi pro nomine, imò, & interdum admittit præpoſitionem, vt late Aul. Gel. teſtatur, qui ait lib. 9. cap. 13. Partim hominum venerunt, plerunque dicitur, quod ſignificat pars hominum venit. i. quidam homines venerunt, nam partim hoc aduerbium eſt, nec in caſus inclinatur, ſicut cum partim hominum dici poteſt. i. cum quibuſdam hominibus, vel cum quadam partem hominum. Quint. Claudius inſolentius iunxit partim cum ſubſtantiuo tanquam eſſet adiectiuum inquiens. Cum partim copijs hominum pro tum aliqbus copijs hominum. Non ergo hic eſt mirum, ſi interpretamur. Partim ego ſum exactus, partim vix ſteti. i. placui, vt ſic ſtat ſententia pro placet, & id totum ſuſtinui, qa ſciebam fortunam ſcenicam eſſe dubiam. i. cauſſam theatralem, & euentum ſcenæ eſſe dubium, & incertum, nam alij hñt bonam fortunam in ſcenicis. i. in theatris, in proſcœnijs fabulas agendo alij malam. Suſtuli mihi. i. abſtuli, amore à me laborem certum. i. dubitabilem, ſpe incerta, pro ſpei incertæ, q. d. amoui à me certum laborem ſpei incertæ. i. qui labor nullius ſpei certæ erat, cum non eſſet dubium quin labor eſſet, cœpi. i. incœpi, quaſi cum magno molimine agere. i. (quod dici ſolet) ludere eaſdem fabulas Cecilij, vt diſcerem. i. comprehenderem ab eodem Cecilij ſtudioſe. i. accurare diligẽter attente alias fabulas nouas, ne. i. vt non abducerẽ. i. dimouerem, deterrerem, dehortarer, deflecterem illũ Ceciliũ à ſtudio ſcribendi fabulas. & incumbẽdi literis, perfeci. i. impetraui magna mole, ac difficultate, vt ipſe fabulæ ſpectarentur à populo, vbi. i. poſtq̃ cognitę ſunt. i. intellectę diligẽter placitę ſunt. i. placuerunt, nã placeo placui facit in præterito, & placi ſum, ſicut prandeo prandi, & pranſus ſum, ita. i. eo modo reſtitui poëtam Ceciliũ in locũ. i. in priſtinum ſitũ, ſeu ſtatum ſcribẽdi, prope. i. ferè iã remotum. ſ. poëtam excluſum, iniuria. i. iniqtate, improbitate aduerſariorum, vnde remotum? à ſtudio, & labore, & ab arte muſica. i. ab arte poëtica, nã Cic. poëmata vocat muſas mãſuetiores, lib. j. ad Lent. & muſicus, ca, cum à muſa poſſeſſiuũ eſt, ideo ars muſica eſt ars muſarum quarum poëtæ dicũtur eſſe ſacerdotes q̃. i. ſed ſi ſpreuiſſem. i. contempſiſſem ſcripturam. i. poëma, in præſentia. i. tunc tẽporis, quod nunc erat præſens, vel in p̃ſentia. i. ſtatim vt ea ſcriptura eijciebatur, & ſic voluiſſem ſumere operã i. ſumere laborem, ſiue laborare. in deterrendo. i. de hortando, & deflectendo, ac diſſuadẽdo illum à ſtudio vt potius ipſe eſſet. i. viueret, in ocio. i. inq̃te ſine labore q̃ in negocio. i. in tãto labore ſtudij facile deterruiſſem eum poëtã, ne. i. vt nõ, ſcribere. i. cõponeret alias fabula nunc attendite conſiderate attendite æquo animo mea cauſa. i. contemplatione mei, quid petam. i. quid rogem vos tãquam orator refero. i. reporto ad vos Hecyram. i. hanc fabulam ſic à ſocru nominatam, quam Hecyrã nunquam licitum eſt. i. nunquam licuit mihi (nam in præterito dicit licuit vel licitum eſt pro eodem). i. quam nunquam potui per ſilentium agere. i. exhibere, & (quod dicũt) tudere ita. i. in tantum calamitas. i. multum infortuniũ, infelicitas, malus euẽtus, oppreſſit. i. obruit eam fabulam, veſtra intelligentia. i. veſtra prudentia, & ad eam cognoſcẽdam attentio, ſedabit. i. placabit, mitigabit eam calamitatem, ſi ipſa intelligentia veſtra erit adiutrix noſtræ induſtriæ. i. noſtræ diligentiæ, & operæ, cum primũ. i. ſtatim, vt cœpi agere eam comędiam, gloria pagilum. i. certantiũ, acceſſit. i. adhibita eſt vel adiuncta eſt, hoc eſt pugiles glorioſi ac

ceſſe

cesserunt. Pugiles dicuntur à pugna & pugna dicitur à pugno, nam veteres ante vsum ferri, & armorum pugnis, è calcibus, & morsibus, corporumq. luctatione certabant, expectatio. i. desiderium funambuli .i. gradientis super funem, accessit .i. addita est vel aduenit, eodem .i. ad eundem locum, vbi inceperam agere hanc fabulam, conuentus. i. concursus, comitum .i. vel sectatorum, qui pugilibus assentantur, vel seruorum, qui dominos sequuntur, strepitus .i. pedum tumultus, siue manuum se mutuo collidentium, clamor. i. vociferatio mulierum, hæc omnia. s. cõuentus comitum, strepitus, clamor mulierum, fecere .i. effecerunt, vt exirem foras. i. extra theatrum, & proscenium, ante tempus .i. ante completam fabulæ actionem, cœpi vti consuetudine vetere .i. qua vsus eram olim .i. in Cecilij fabulis, quaque alij multi sunt vsi in noua fabula, siue comœdia Hecyra, in qua primo excluſus est poëta. Nam in alijs comœdijs nunquam fuerat excluſus, sed hoc fecit non culpa poëta, sed studium spectatorũ, qui citius vana quàm vtilia sectari didicere, vt essem. i. vt insisterem, immorarer, versarer, in experiendo .i. in periculo faciẽdo, siue in periclitando, probandoq. an actioni quietus posset dari locus, vel vt essem experiendo .i. vt possem experiri, vt dicimus non sum soluendo. i. soluere non possum. Denuo .i. iterum, refero. i. reporto in proscœnium fabulam, & tunc re vel denuo vacat, vel refero .i. propono fabulam, vel recito, & eam ante oculos pono, denuo .i. iterum, & tunc nihil vacat. Placeo spectatoribus primo actu .i. in prima parte comœdiæ, qui diuiditur in quinque actus, vel placeo dixit pro fabula placet, interea cum rumor venit sermo in populo factus est, gladiatores. i. eos, qui ensibus digladiantur, & ludum datum iri .i. exhibendos esse, & edendos, populus conuocat. i. celeriter currit ad eos spectãdos, illi de populo tumultuantur. i. tumultum faciunt, clamant, vociferantur, pugnant. i. certant, contendunt de loco .i. propter locum habendum ad spectandum. Interea .i. dum id facerent, ego non potui tutari .i. seruare, defendere meum locum, in quo agebam comœdiam, quinimò mihi fuit exeundum propter tumultum, & contentionem populi. Nunc nulla turba .i. nulla turbatio est, otiũ .i. tranquillitas, quies, & silentium .i. taciturnitas, nullus tumultus est, tempus. i. opportunitas agendi comœdiam hanc est mihi datum ab ædilibus, potestas datur vobis condecorandi .i. vno consensu honestandi, si sit à decoro as media breui, vel pulchrificandi, vt sic dicam, si à decoro sit media longa, ludos scenicos .i. ludos theatrales, qui in scenis agunt. Nolite sinere. i. pati artẽ poëticam, recidere. i. reduci, peruenire. à re & cado is, ad paucos paruos, quia non faueatis poëtis potis, facite vt vestra auctoritas .i. existimatio, reputatio. sit fautrix .i. fauorem præbens, & adiutrix .i. adiutorium præstans meæ auctoritati .i. existimationi, quæ de me habetur, qui iam sum senex. Si nunquam statui .i. constitui, destinaui precium arti meæ. s. arti histrioniæ. auare .i. cupide, & si induxi in animum .i. si imperaui, aut persuasi mihi eum quæstum .i. illud lucrum esse maximum, videlicet seruire .i. obsequi, incumbere vestris commodis .i. vtilitatibus, finite .i. permittatis, me impetrare .i. obtinere, ne .i. vt non. iniqui .i. iniusti æstimatores. irrideant inique .i. improbe, & iniuste, cum poëtã circunuentum .i. vel oppressum à maledictis per sua maledicta, vel deceptum, & dolo interceptum. qui poëta commisit .i. credidit, deposuit suum studium in meam tutelam .i. in meam defensionem, & curam, & qui commisit se in vestram fidem .i. beneuolentiam, & auctoritatem. Accipite .i. capescite, suscipite defendendam, & habere commendatam hanc causam .i. hanc partem poëtæ aduersus maledicos. Vel accipite .i. bono animo, & æquo iudicio cognoscite. Vel accipite .i. gratiam habere hanc causam .i. hanc per quam ego excluſas redeo, & quidem facite mea causa .i. contemplatione mei, & dare silentium .i. (quod dicunt faciatis pacem, vt libeat poëtæ, vel si sit alijs .i. libeat alijs poëtis scribere .i. componere alias fabulas, & vt expediat .i. sit vtile mihi discere nouas fabulas, quas in conspectu vestro agam, emptas ab ædilibus. s. precio meo .i. à me facto, & statuto, hoc est æstimatione à me facta quantum ædiles darent. Alij exponunt emptas precio meo .i. periculo meo .i. ad periculum meum, & damnum si non admitterentur, aut non placerent populo, ita vt ædiles damni facerent aliquid.

LATO. ARGVMENTVM prologi) Redit rationem cur exploſa denuo cognoscenda sit, & excusando infortunium attentionem postulat. [Hecyra est huic) Occupatio ante propositionem, cur exploſa fuerit, & cur iterum referatur. Habes vim exordij. Aetiologia ad expolitionem. [In his quas pr.) Confirmat exemplis, exploſam cognoscendam esse. [Partim earum) Aduerbialis est locutio, quam à veteribus vsurpatam testatur Gellius. [Quod si scr.) Accommodatio exempli. [Nunc quid peram) Deinceps postulat attentionem, quam vt obtineat excusset fortunam fabulæ, cur antea exploſa fuerit. [Nolite sinere) Confirmatio petitionis ab arte & meritis suis.

PETRVS MARS.

HECYRA) Maximo artificio, & prudentia compositus est hic prologus. Nam cum aliquoties ob insperata, & inciden tia subito infortunia spectatores suas aures non præberent, sed ad alia spectanda conuerterent animos, oportebat vt principio singulari quadam vt reconciliaret, quos ab alienatos frequenti exhibitione vereretur. Quare is qui agit partes poëtæ totus est, vt poëtæ fauorem, attentionemq. à populo emereatur. Status est assumptiuus translatiuus? excusatur enim, quòd exhibita aliquoties non est placita. Firma autem excusatio fit, quòd exẽplum habet Cecilij, qui in ætate matura, quæ per se illi auctoritatem comparare potuisset fuerit exploſus. Deinde transfert culpam in tempora, & mores. [Funambulo) Funambulus est, qui delibrata aëris circunsistentia, motu corporis constanti, & minime vacillabundo in funiculis saltare potest, quem Græci schenobatam vocant. [Arte musica) Poëticæ hic vocatur musica, q in Musarum cura dicuntur esse poëtæ, vel quòd omnem liberalem artem veteres musicam vocabant. [Cum primum eam) Verissimum est, quòd vulgo dicitur. Noua placet, vetera præ contemptu haud quisquam ferè attingit. Seneca lib. 4. declamationum respiciens ad Terentij sententiam, ita ait. Acrior est cupiditas ignosca cognoscendi, quàm nota repetendi. Hoc in histrionibus, in gladiatoribus, de quibus modo aliquid fama promisit, in omnibus denique rebus videmus accidere.

GLAREANVS.

IN Apollinaris argumento Eius & Dein dissyllaba sunt. Et in fine sexti versus Aldinus liber habet, Comperit, pro Ne id sciat socrus. sed errat. In 7. malim legere Reuertit, quàm reuenit. In primo versu æ in Fabulæ non eliditur, imò producta manet, ita in versu sequentem in Nouum non eliditur. In 4. proceleusmaticus est loco primo, nisi quis elidat s, in Stupidus. In 9. prologus producitur consuetudine Latina, vt annotauit Ioan. In 10. Eodem dissyllabum, & vel creticus loco tertio, vel Sim, non Siem legendum, vt totum elidatur. In 16. Scibam legendum puto, non Sciebam, nisi pæana tertium loco primo constituamus. In 18. vel Eiusdem dissyllabum est, vel pæan secundus est loco primo. In 23. ex commentario Donati tertium Ab, in tertio commate omittendum, quod probat exemplo Virgilij locus male habet in plerisque lib. cum sit intellectu non difficilis. In 25. vel Et, ad finem pertinet prioris versus, vel bacchius est loco primo, quanquam id admonere toties, per quam tædiosum. In 28. Mea monosyllabum est in 31. Eam, monosyllabum est. In 42. Et in Ego à superiore elidi tur versu, & Meum monosyllabum, nisi creticus sit loco secundo. In 48. Meæ monosyllabum totum eliditur. Quanquam bacchium initio malim. In quarto à fine Ne eum pro vna syllaba. In antepenultimo, Mea monosyllabum, sed vel Hanc tollendum, vel Capite pro Accipite legendum.

ACTVS I. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Philotis & Syra indigne ferunt Pamphilum vxorem duxisse, relicta, quam amare videbatur Bacchide, & protaticæ sunt personæ, nam extra fabulæ argumentum inducuntur, vt Parmenoni detur occasio commemorandi argumenti.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena Philotis, & Syra indignantur Pamphilum adhæsisse vxori, & Bacchidem meretricem, quam amare videbatur, reliquisse. Exemplum quoque hic proponitur versutæ & nequitiosæ Lenæ meretricem bonam, quæ talis contra vulgatam morem inducitur, à leni ac benigno instituto dehortantis, & ad asperitatem, & exactionem amatorum suorum persuadentis. Attende quòd Philotis, & Syra Protaticæ sunt personæ, extra fabulæ argumentum inductæ.

Senarij.

PHILOTIS meretrix, SYRA anus.

DER pol quàm paucos repe rias meretricibus
Fideles euenire amatores Sy ra.
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi,
Quàm ſancte, vt quiuis facile poſſet credere,
Nunquam illa viua ductu rum vxorem domum:

*En *Hem duxit. s. ergo propterea te ſedulo
Et moneo, & hortor, ne cuiuſquam miſereat,
Quin ſpolies, mutiles, laceras, quenquam nacta ſis.
PH. Vtin' eximium neminem habeam? s. neminem:
Nam nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te venit,
Quin ita paret ſeſe, abs te vt blanditijs ſuis
Quamminimo precio ſuam voluptatem expleat.
Hiſcine tu amabo non contra inſidiabere?
PH. Tamen eandem pol eſſe omnibus, iniurium eſt.
S. Iniurium eſt autem vlciſci aduorſarios?
Aut qua via captent te illi, eadem ipſos capi?
Ehu me miſeram, cur non aut iſtæc mihi
Aetas, & forma eſt, aut tibi hæc ſententia?

DON. DER pol quàm paucos reperias meretri cibus Fideles) Nouo genere hic vtraque προτατικὰ πρόσωπα inducuntur. Nam, & Philotis, & Syra non pertinent argumẽ tum fabulæ. Hoc autem maluit Terent. quam aut per prologum narraret argumentum, aut θεὸν ἀπὸ μηχανῆς induceret loqui. [Per pol quàm paucos reperias) Hæ perſonæ Terentij more extrinſecus aſſumuntur, vt ſic argumenti obſcuritatem ſpectator effugiat. [Per pol quàm paucos) Animaduertendum eſt in hac fabula, Terent. bonam meretricem inducturum, ne id contra morem videatur facere, etiam aliam meretricem non malam inducere, vt id exemplis fiat tritius, & vſu veriſimile. [Per pol quàm paucos) Ordo eſt, Pol per quàm paucos reperias. nam per pol, non eſt Latinum, ſed κατὰ τμῆσις per quam. i. nimio. [Quàm paucos) Quidam non paucos, ſed paucis legunt ſic enim Apollodorus. [Reperias) Aptum verbum ad raritatem. & ideo non dixit pauci ſunt, ſed, paucos reperias, quaſi quærens. non autem reperitur niſi quod quæritur, non quæritur, niſi quod præſto præſto non ſit. [Fideles) Huiuſmodi ſententias rhetores διανοίας vocant. Et mire, non eſſe, ſed euenire dixit, vt non rationis, ſed caſus ſit id, quod riariſſimum eſt. [Fideles) Fidi enim maximis. Fideles in minoribus negocijs. [Vel hic Pamphilus) Tranſitus à generali ſententia ad ſpecialem. [Vel) Nunc veluti, alias coniunctio diſiunctiua eſt, alias correptionem ſignificat. vt apud Cic. vel optimam Meſſanæ vitam. Virg.

Carmina vel cœlo poſſunt deducere lunam.

Aut vel, Vt modo. [Iurabat quoties Bacchidi, Quam ſancte) Tria ſunt, quòd iurabat. & quoties, & quam ſancte. quòd totum de more amatorum, & meretricum dixit, quæ iureiurando teneant quos lege non poſſunt. [Vt quiuis) Non modo Bacchis, quæ amica erat. [Nunquam illa viua ducturum vxorem) Ita * .i. iurans primo iurabat. Nunquam illa viua vxorem ducturum. [Hem dixit) Pronuncia vt mirantem oſtendas. [Ergo propterea) Modo erga affectum exprimit reprehendentis tarde ſibi conſentientem. ſic Virg. Ergo age care pater, cerui ci imponere noſtrę. [Propterea te ſedulo) Sedulo inſtanter, & ex animo, vel ſine dolo. [En duxit) En, aduerb. demonſtrantis eſt: vt, En alter. [Et moneo, & hortor) Monemus conſilio, Hortamur impulſu. [Ne cuiuſquam miſereat) Deeſt te. [Quin ſpolies, mutiles, laceres) Quin, pro quominus. Et magna perſuaſio eſt ad malefaciendum. [Spolies) Spoliare eſt non minimam partem auferre. Mutilare, aliquid detrahere, ſine quo res eſſe non poſſit. Lacerare autem, cum omnino non habeas quod imminuas. Vnde mutili dicti ſunt boues, aut capri, ſine cornibus, nam male qui à multa putant dici, & inde Mulciber Vulcanus, quòd ſit mutilatus ac debilis, nam proprie Mulciber dictus eſt, quòd omnia mulceat. i. molliat ac vincat. [Vtin' eximium nemi nem habeam?) Vtin' pro vt ne apoſtrophos. Et perſeuerat in allegoria. nam eximia pecora dicuntur, quæ à grege excepta ſunt ad vſus dominorum ſuorum, vt vberius paſcantur. Sed pro prie eximij ſunt porci maiores, qui ad ſacrificandum excepti liberius paſcuntur. Etenim boues, qui ad hoc electi ſunt, egregij dicuntur, & oues lectæ. vt Virg. Mactant lectas de more bidẽtes. Ita & porci eximij. [Vtin' eximium) Deeſt cẽſes, vt ſit, Cenſes ne u, eximium neminem habeam? vel certe mones. [Vtin' eximium) Separatum ex omnibus. Proprie eximius porcus eſt, exẽptus grege, atque ſignatus macula aut nota. [Habeam) Deeſt cẽſes, aut vis, aut mone. [Nam nemo quiſquam) Parelcon tertiũ. nam abundat quiſquam. [Scito, ad te venit) Bene additum eſt ſcito, & moraliter, & acutius pronunciandum, eſt. n. verbum illorum qui familiares corrigunt. [Quin ita paret ſeſe) Hoc verbũ paret, aduerſum munificos, & ſegnes ſumitur. Vt alibi, An paraſti te, vt ſpes nulla reliqua in te ſit tibi? [Abs te) Pro exte. [Suam voluptatem expleat) Bene expleat, quòd contrarium meretrici eſt amatorem voluptate ſatiari. [Hiſcine) ἐρωτικῶς. i. talibus. & vide ſi pulchra meretrix puella eſt. [Inſidiabere?) Inſidiari malum eſt, ſed contra inſidiari, iuſtum eſt. [Tamen eandem pol eſſe omnibus iniurium eſt) Idem aliter, & vehementius intulit. nam peius eſt eandem eſſe omnibus, quàm nullum excipere. [Iniurium) Iniquum. Iniurium autem indignantis modo ſignificatio eſt, & vim aduerbij habet. [Vlciſci aduerſarios?) De more aduerſarios mutato nomine poſuit. durum enim fuerat, ſi amatores diceret. [Qua via captent te illi) Qui te captent ſæpe, tu eos vel ſemel cape. [Eheu me miſeram) Bene, quia non perſuaſit, ſed affectum doloris expreſſit. intelligitur enim ex vultu eius non eam perſuaſiſſe quod voluit. [Eheu me miſeram, cur non aut iſtæc mihi Aetas, & forma eſt) ἐμπαθῶς ait quod reliquũ eſt, quia quod volebat, perſuadere non potuit. Et bene iſtæc ætas, & forma, quia vtcunque non habet. & mire è contrario deſcripta eſt deformitas lenæ, & formam, & voluntate malam gerentis. [Aut tibi hæc ſententia) ἀπαθῶς ſimulq. oſtendit ſecundum φυσιογνώμονας difficile deformem reperiri bonum.

PER pol &c.) Hic duę mulieres altera meretrix. ſ. Philotis, GVID altera lena. ſ. Syra introducuntur pro facitæ perſonæ nihil attinentes ad argumentum fabulæ, quæ indignantur Pamph. reliquiſſe Bacchidem meretricem quam amabat, & adhæſiſſe vxori. PH. O Syra lena. pol, iurantis eſt aduerb. reperias. i. inuenias, ſi tu quæras. per quam paucos. i. valde paucos amatores euenire fideles meretricibus. Fidi dicuntur in maximis negocijs, fideles in minoribus vel (vt ait Don.) poteſt forſitan hoc non abſurde capi pro etiam hic Pamph. quoties, & quàm. i. quantum, ſancte. i. firme, integre, religioſe ita ſup. vti. i. vt. quiuis. i. quilibet, poſſet facile credere. iurabat Bacchidi meretrici, ſe nunquam ductu rum domum vxorem illa Bacchide viua. i. quãdiu viueret. En. i. ecce, demonſtrantis eſt cum indignatione, duxit vxorem Pãph. S. Lena. Ergo, modo hæc particula ergo oſtendit affectũ reprehendentis. propterea quia pauci inueniuntur fideles, & moneo tanquam conſilio, & hortor tãquam impulſu te Philotim, ſedulo. i. inſtanter, ex animo, & quaſi ſint dolo, ne. i. vt non, te miſereat cuius quã. i. non habeat miſericordiam de aliquo amatore,

quin

quin.i.quo minus,vel ꝙ non,ſpolies.i.exuas, non tantum mini mam quamꝙ. partem auferas.id enim eſt ſpoliare, mutiles.i.im minuas,& detrahas aliquid,ne quo res eſſe non poſſit. Vnde mu tili dicti ſunt boues,aut capri ſine cornibus,non autem inde dicitur Vulcanus Mulciber,vt aliqui putant,ſed potius à mulceo, ꝙ omnia monſtrat ignis ac vincat. Laceres.i.ita lanies,ita expiles, ita diſcerpas, vt omnino vltra non habeas, quod minuas quin ſpolies, ergo mutiles & laceres quemcunque .i. omnem amatorem quem nacta fis.i.quem inueneris,& allexeris, & qua ſi arripueris tuis illecebris. P H. Vtin'.i.vti ne.i.vtrum ita lacerabo omnes vti.i.vt neminem habeam eximium.i.præcipuum, quem amem,& minus tractem. Alij habent vt ni,& tunc ſic lege,cenſes ſup.vis,vel mones vt neminem habeam. ni.i.niſi præcipuum & ſeparatum ex omnibus. proprie eximius porcus eſt exemptus à grege, atque ſignatus macula aut nota. S. Neminem habeas eximium,cuius te miſereſcat. Nam ſcito quòd ſup. nemo quiſquam(vacat quiſquam) venit ad te quin.i.qui non ita præparet.i.diſponat ſeſe vt expleat.i.ſatiet abs te ſuam voluptatem,ſuis blanditijs.i.ſuis ſermonibus blandis,quàm minimo .i. admodum paruo precio vel quàm minimo precio poſſit. Ama bo, particula blandientis, quaſi rogo te per amorem. hiſcine vtrum tu non inſidiabere.i.non tendes inſidias, & deceptiones. hiſce.i.talibus amatoribus,vel talibus fraudibus,contra(aduerbium).i. ex aduerſo, ex oppoſito. P H. tamen quidquid dicas pol iniurium eſt.i.iniquum eſt, meretricem eſſe eandem.i.æqua lis affectionis omnibus. S. autem,hic habet ſignificationem indignantis & vim aduerbij.iniurium eſt.i.dicis quòd eſt iniquum eſſe eandem omnibus ſed à te peto eſt ne iniurium vlciſci.i.punire aduerſarios,& vindictam de eis ſumere,aut eſt ne iniuriam ipſos amatores capi.i.dolo capi,eadem via.i.eadem ratione,ſiue eodem modo,qua via illi amatores captent.i. ſæpe capiant,ſæpe decipiant te. Eheu, interiectio lenæ dolentis ſe non poſſe perſuadere meretrici,vt id faciat,quod ſuadet,& ſimul deſideran tis habere eam formam,qua id facere poſſe, quoniam ei non de eſt voluntas me miſeram,fingitur hoc dicto vice interiectionis, q.d. me infelicem fateor. cur iſtæc.i.tua ætas,& forma.i.pulchri tudo non eſt mihi lenæ .i. venditrici puellarum, ſicut leno, aut cur hæc .i. mea ſententia .i. mea opinio non eſt tibi.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Inducitur perſona proſtatica ad occaſionem narrandi argumenti in ſeq.ſcena.[Syra)Nomen lenę. [Cuiuſquam miſereat)Pro miſereatur vetuſte. Et attende præceptum lenæ.

PETRVS MARS.

PER pol)Anus peruerſiſſimę & improbiſſimę lenę malam & peruerſam mentem pulchre depingit hæc ſcena, quæ cum omnes meretriciæ artis modos, & rationes calleat, hoc vnum agit,vt miſeros adoleſcentes quomodocunque ad egeſtatis terminos perducat. Quare non immerito hoc genus hominum Plato à rep.ſua quamlongiſſime ablegat,& Iuriſprudentes infamia notant,& priuilegia,immunitatesque adimunt,quicunque eiuſcemodi ſtudia profitentur.

GLAREANVS.

IN 3.verſu' vel s,eliditur in Pamphilus,vt ſit dactylus loco ſecundo, vel creticus eſt,quod malim. In 9.Vtin' aduerb.vti pro ducit i. Nec eſt legendum. Vt in,quemadmodum Ald.habet lib. In 12.vel Suam monoſyl.eſt,vel creticus loco tertio. In antep. aut Via monoſyl.aut Eadem diſſyl. Quanquam vel bacchius loco ſecundo, vel creticus loco quarto, eſſe poſſunt.

ACTVS I. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Redeunti peregre Philoti Parmeno totius narrat argumentum fabulæ.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In ſequenti ſcena Parmeno ſeruus occaſionem nactus eſt. Philotim peregre redeuntem alloquendi, cum tamen Pamphilo ad portum obuiam ire ſtatuiſſet. Itaque ex verbis Bacchidis inſtigata Philotis,ex Parmeno ne de Pamphili nuptijs percontatur. Cui certe Parmeno rem omnem,atque tutius comœdiæ argumentum ordine narrat.

Senarij.

PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

SENEX ſi quęret me,modo iſſe dicito
Ad portum percontatum aduentum Pamphili.
Audin',quid dicam,Scirte? ſi quæret me, vti
Tũ dicas:ſi nõ quæret,nullus dixeris;
Alias vt vti poſſim, cauſſa hac integra.
Sed videon' ego Philotium? vnde hæc aduenit?
Philotis, ſalue multum. PH. ò ſalue Parmeno.
S. Salue me caſtor Parmeno. P. & tu ædepol Syra.
Dic mihi Philoti, vbi te oblectaſti tam diu?
PH. Minime me equidem oblectaui, quæ cum milite
Corinthum hinc ſum profecta inhumaniſſimo:
Biennium mihi perpetuum miſera illum tuli.
P. Aedepol te deſiderium Athenarum arbitror
Philotium cepiſſe ſæpe, & te tuum
Conſilium contempliſſe. PH. non dici poteſt,
Quàm cupida eram huc redeundi, abeundi à milite,
Vosque hic videndi, antiqua conſuetudine
Agitarem inter vos libere conuiuium:
Nam illi haud licebat niſi præfinito loqui
Quæ illi placerent. P. haud opinor commode
Finem ſtatuiſſe orationi militem.
PH. Sed quid negoci hoc? modo quæ narrauit mihi
Hinc intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, vt ille hæc viua poſſet animum inducere
Vxorem habere. P. habere autem? PH. eho tu, an non habet?
P. Habet, ſed firmæ hæ vereor vt ſint nuptiæ.
PH. Ita dij deæque faxint, ſi in rem eſt Bacchidis.
Sed quid iſtuc credam ita eſſe? dic mihi Parmeno.
P. Non eſt opus prolato: hoc percontarier
Deſiſte. PH. nempe ea cauſſa, vt ne id fiat palam.
Ita me dij bene ament haud propterea te rogo, vt
Hoc proferam, ſed tacita vt mecum gaudeam.
P. Nunquam dices tam commode, vt tergum meum
Tuam in fidem committam. PH. ah noli Parmeno:
Quaſi non tu multo malis narrare hoc mihi,
Quàm ego,quæ perconter, ſcire. P. vera hæc prędicat:
Et mi illud vitium maxumum eſt. ſi mihi fidem
Das te tacituram, dicam. PH. ad ingenium redis.
Fidem do, loquere. P. auſculta. PH. iſtic ſum.
P. hanc Bacchidem,
Amabat, vt cum maxume, tum Pamphilus,
Cum pater, vxorem vt ducat. orare occipit:
Et hæc, communia omnium quæ ſunt patrum,
Senem ſe dicere eſſe, illum autem eſſe vnicum
Præſidium velle ſe ſenectuti ſuæ.
Ille primo ſe negare: ſed poſtquam acrius
Pater inſtat, fecit animi vt incertus foret,
Pudorin', an ne amori obſequeretur magis.
Tundendo, atque odio denique effecit ſenex:
Deſpondit gnatam ei huius vicini proxumi.
Vſque illud viſum eſt Pamphilo neutiquam graue,
Donec iam in ipſis nuptijs. poſtquam videt
Paratas, nec moram vllam, quin ducat, dari:
Ibi demum ita ægre tulit, vt ipſam Bacchidem,

Si adesset, credo ibi eius commiserescceret.
Vbicunque datum erat spatium solitudinis,
Vt colloqui mecum vna posset: Parmeno
Perij, quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre Parmeno: perij miser.
PH. At te dij deæque perduint cum isto odio Laches.
P. Ad pauca vt redeam, vxorem deducit domum:
Nocte illa prima virginem non attigit:
Quæ consecuta est nox, eam nihilo magis.
PH. Quid ais? cum virgine vna adolescens cubuerit,
Plus potus, illa se abstinere vt potuerit?
Non verisimile dicis: nec verum arbitror.
P. Credo ita videri tibi. nam nemo ad te venit,
Nisi cupiens tui: ille inuitus illam duxerat.
PH. Quid deinde fit? P. diebus sanè pauculis.
Post Pamphilus me solum seducit foras,
Narratque, vt virgo à se integra etiam tum siet:
Seque ante, eam quàm vxorem duxisset domum,
Speraſſe eas tolerare posse nuptias.
Sed quam decrerim me non posse diutius
Habere, eam ludibri haberi Parmeno,
Quin integram itidem reddam, vt accepi à suis,
Neque honestum mihi, neque vtile ipsi virgini est.
PH. Pium, ac pudicum ingenium narras Pamphili.
P. Hoc ego proferre, incōmodum esse mihi arbitror:
Reddi patri autem, cui tu nihil dicas viti,
Superbum est: sed illam spero, vbi hoc cognouerit,
Non posse se mecum esse, abituram denique.
PH. Quid interea? ibat ne ad Bacchidē? P. quotidie:
Sed, vt fit, postquam hunc alienum ab sese videt,
Maligna multo, & magis procax facta illico est.
PH. Non æpol mirum. P. atqui ea res multo maxume
Disiunxit illum ab illa, postquam & ipse se,
Et illam, & hanc, quæ domi erat, cognouit satis,
Ad exemplum ambarum mores earum æstimans.
Hæc, ita vti liberali esse ingenio decet,
Pudens, modesta, incommoda, atque iniurias
Viri omnes ferre, & tegere contumelias.
Hic animus partim vxoris misericordia
Deuictus, partim victus huiu' iniuria,
Paulatim elapsu'st Bacchidi, atque huic transtulit
Amorem, postquam par ingenium nactus est.
Interea in Imbro moritur cognatus senex
Horunc, ea ad hos, redibat lege hæreditas.
Eò amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.
Reliquit cum matre hic vxorem: nam senex
Rus abdidit se: huc raro in vrbem commeat.
PH. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?
P. Nunc audies. primum dies compluſculos
Bene conueniebat sanè inter eas: interim
Miris modis odisse cœpit Sostratam,
Neque lites vllæ inter eat: postulatio
Nunquam. PH. quid igitur? P. si quando ad eam
accesserat
Confabulatum, fugere è conspectu illico,
Videre nolle. denique, vbi non quit pati,
Simulat se à matre accersi ad rem diuinam, abit.
Vbi ibi est dies complures, accersi iubet.
Dixere causſam tunc nescio quam, iterum iubet;
Nemo remisit. postquam accersunt sæpius,
Aegram esse simulant mulierem. nostra illico
It visere ad eam: admisit nemo. hoc vbi senex
Resciuit. heri ea causſa rure aduenit huc,
Patrem continuo conuenit Philumenæ.
Quid egerint inter se, nondum etiam scio:
* Nisi sanè curæ est, quorsum euenturum hoc siet, *Sed
Habes omnem rem: pergam quò cœpi hoc iter.
PH. Et quidem ego: nam constrŭi cum quodam hospite
Me esse illum conuenturam. P. dij vortant bene
Quod agas. PH. vale. P. & tu bene vale Philotium.

ENEX si quæret, me modo isse dicito Ad portū) Hoc seruus dixit, in scenam de proscenio respiciens. [Senex si quæret me) Duæ coniecturæ sunt in hac scena, an veræ sint nuptiæ, & an verisimile sit abstinere potuisse adolescentem à virgine sibi nuptum tradita. [Senex si quæret me) Magis expressit consuetudinem dicendo, senex, quàm si diceret, dominus maior. [Senex si quæret me) Vt ex verbis suis tam meretrix, q̄ lena descripta est, ita & Parmeno ipse, qualis sit, ostenditur ex sua locutione. Exeundi autem causa de argumento sumitur, quia Pamphilo absens est, & expectatur in dies eius aduentus. [Percontatum aduentum Pamphili) Honestam causſam dixit .i. Pamphili aduentum. Et perconctatum, & percontatum scribitur. sed percontatum à contro dicitur, quo nautæ vtuntur ad explorandā loca nauibus opportuna si vero perconctatum, ab eo q̄ à cunctis perquiratur, dr. [Senex si quæret me, modo isse dicito Ad portum) Hæc omnia, submissa & veloci pronunciatione efferenda sunt. hoc.n. desiderant huiusmodi verba, vtpote & serui & festinantis. [Audin', quid dicam, Scirte?) Audis modo, sentis, intelligis. vt Virg. Progeniem, sed .n. Troiano à sanguine duci Audierat. Item Alibi, Neq; audit currus habenas. [Audin', quid dicam, Scirte?) Audis modo, pro aduertis. [Scirte?) παρὲν πρόσωπον inducitur. [Audin', quid dicam, Scirte?) Conuenit nomen seruo puero, παρὰ τὸ σωιρᾶν, quod est gestire & ludere. [Nullus) Pro non. [Alias vt vti possim) Inter alias & alia hoc interest, quia alias alio tempore significat alia aliter, aut per alia. [Integra) Non dicta. [Sed videon' ego Philotium?) Mire inuenta est causa narrandi, ideo, quia peregre venit meretrix alia, quasi Athenis omnia esse sciret. [Sed videon' ego Philotion?) Sic solet dubitari, aduenientibus ipsis, quos post multum temporis in terra ullum vident. [Vnde hæc aduenit?) Cum quodam contemptu eius Hæc dicit armeno. [Salue mecastor Parmeno) Olim salutantes addebant, iusiurandum vt hoc sedulo facere viderētur. [Me) Aut adiectio est & abundat, aut positum est pro μὲ syllaba, vt Græci μὲ τὸν ἀπόλλωνα dicunt. [Et tu ædepol Syra) Irrisit ad castor addendo ædepol. & quod illa Parmeno, ille hic addidit Syra. Syra Sura veteres legerunt, vt pro y, ponentes: vt, Musia, Syria. [Dic mihi Philoti) Vide licentiam, supra Philotion, hic Philotis dixit. [Vbi te oblectasti tam diu?) Facete dictum meretrici non, vbi fuisti, sed vbi te oblectasti. [Minime me equidem oblectaui) Me acutius proferendum est, & respondet πρὸς τὸ Te. [Corinthum hinc sum profecta) Hinc magnum ostendit dolorem habere Philotion, quòd relictis Athenis Corinthi habitauerit. [Cum milite hinc sum profecta inhumanissimo) Multa dixit, & Milite, & Hinc, & Inhumanissimo. [Inhumanissimo) Quid potuit de milite dici nisi in superlatiuo? nanque omnis miles inhumanus, hic vero inhumanissimus. [Corinthum hinc sum profecta) Hæc argumenta sunt, an se oblectare potuerit. à persona, quia miles inhumanissimos à loco, q̄ hinc profecta, à tpe, q̄ biennium à re. i. ab iniuria quam intulit. [Biennium ibi perpetuum) Vt continuationem sui casus ostenderet, perpetuū dixit. [Misera) Mulieb̄ris interpositio, τὸ misera. [Illum tuli) Non, cū illo sui, sed tuli, adeo non me oblectaui. [Desiderium Athenarum) Quòd Corinthum profecta es. [Athenarum arbitror) Quod dixit Hinc ante * Athenarum. ἀμφιβολία re desiderium cœpisse. [Aedepol te desiderium Athenarum arbitror cępisse sæpe) Quod cum milite inhumanissimo. [Consilium cō tempsisse) Pœnitudine esse possessam. [Huc redeundi) Iterum à loco. [Abeundi à milite) A persona. [Vosque hic videndi) A re. [Redeundi abeundi, vosque hic videndi) Oratorie vnam rem in tria diuisit, huc redeundi. abeundi à milite vosque hic videndi, vt diceret, huc veniendi. [Nisi præfinito loqui) A tempore. Hic ostendit quid dixit supra, Tuli, & quid sit agitare conuiuium

DON.

uium libere.[Agerem inter vos libere con.) Inter agere & agita re hoc interest,quòd Agere, est aliquid vel necessarium facere: Agitare, voluptarium. Ergo agitarem, exercerem. [Nam illic haud licebat nisi præfinito,loqui) Legitur & illi,vt sit circunflexus accentus, & significet illic,vt,Illi mea tristia fata. & absolutum est.[Præfinito)Deest tempore,aut quid tale. [Nisi præfinito,loqui quæ illi placerent)Duo dixit,& præfinito,& quæ illi placerent,vt neque quantum velles,neque quod velles,diceres. [Haud opinor commode) Commode,pro blande,& bene, vt, Nunquam tam dices commode.[Finem statuisse orationi mil.) Argute militē,quia quasi inimicus sit orationi, quæ in pace plurimum potest.[Sed quid hoc negocij est?) Hic ad argumentum nunc descendit. In Phorm. Sed quid tu es tristis? prælatis.s.allocutionibus,& separatarum & permixtarum personarum,ne ie iune ad argumentum veniēs,non agere fabulam, sed narrare videretē. [Quid hoc negocij est?) Bene addidit negocij,vt augeret inuidiam facti.nam potuit dicere,Quid hoc est?Sed,vt diximus, ad inuidiam &magnitudinem rei,Negocij dixit.[Quę narrauit mihi) Quæ. qualia .s. & quanta. [Modo quod narrauit mihi) Quæ,legendum est, vt sit, qualia & quanta. & hoc ἀπροσδιόνυσον. [Quod ego nunquam credidi)Hoc totum cum inuidia pronunciandum ex animo meretricis, quæ facinus indignū nuptias putat.[Vt hac ille viua posset)Mire ostendit ex eisdem verbis eandem hanc esse quam supra dixit, Nunquam illa viua vxorē ducturum.[Posset animum inducere)Quasi in rē duram & immanem. [Habere autem ?) Ostendit pronunciatione quòd prope est vt non habeat.[Sed firmæ hæ vereor vt sint nuptiæ)Bene pro persona serui,q vult dominum vxorium esse magis,q̄ amatorē Bacchidis.[Vt)Ne nō.[Sed firmæ hæ vereor) Animaduerte Terentium in nuptijs hoc dictum seruare, vtrū firmas an infirmas dicat nuptias. [Si in rem est Bacchidis) Bene additum,si in rem est Bacchidis,vt ostenderet se non malignitatis, sed beneuolentiæ causa talia vota suscipere.[In rem)Pro vtilitatem,ab re,contra vtilitatē.[Sed qui istuc credam).i.nuptias esse infirmas. [Sed qui istuc credam ita esse,dic mihi Parmeno) Superiore voto excusauit crimen curiositatis, iam videtur posse Bacchidem audire velle.[Non est opus prolato.hoc percontarier desi.) Vide quàm conuenienter poëta,cum id agat vt narrantem Parmenonem inducat, tamen multis diuerticulis morales facetias internectat. [Non est opus prolato,hoc percontarier desist.) Incerta distinctio, vtrum prolato hoc,an hoc percontarier. [Ita me dij bene amabunt)Pro ament,vt,donec regina sacerdus Marte graue geminām partu dabit Illa prolem.[Vt hoc proferam) Prodā.Bacchidi.s.vel cuilibet.[Mecum gaudeam)Mecum intra me. Virg. Hæc secum.[Nunquam dices tam commode) Hæc pronunciatio eiusmodi esse debet,vt ex ea appareat prope deletum Parmenonem,vix se posse continere quin narret.[Nūquam dices tam commode)Quasi ex parte labefactus est,sic enim loquitur. [Ah noli Parmeno)Artificiosè se fingit audire nolle,vt tacitura credatur si audierit,quia curiositas,lignum est loquacitatis. Sic Horat.Percontarem fugito,nam garrulus idem est. [Quasi tu non multo malis) Deest,ita dicis,vt sit, ita dicis quasi. Et nunc Philotis non est instantior hac calliditate, vt magis seruum ad dicēdum prouocet. [Quasi non tu multo malis narratu hoc mihi) ἔλλειψις. deest enim.Ita grauatis dicere. aut,Ita negas te esse locuturum.[Et illud mihi maximum vitium est) Seruile vitiū est, tacere non posse. [Vera prædicat,& illud mihi maximum vitiū est) Hæc lentius apud sese,illud clare, Si mihi fidem das. Etiam alia se habere vitia exceptione significat in hoc quod dicit,Illud mihi vitium maximum est. [Si mihi fidem das) Animaduerte his dilationibus etiam spectatorem suspendi,quo libentius audiat.[Si mihi fidem das)Fideliter,pro des. [Ad ingenium redis) Quia à se discesserit,si taceret. Cic.Redit ad se. [Hanc Bacchidē amabat,vt cum max.)Eiusmodi est hæc tota narratio,vt defensionem adolescentis continere videatur,q̄ meretricem amicam necessitate coactus deseruerit.Mire igitur vnde quæstio est,inde cœpit: Amabat, inquit, Bacchidem. Sic & in 2. Virg. Antiores Græci Troianis,fracti bello,inquit,fatisq. repulsi Ductores Danaum.[Bacchidem am.)Ordo & sensus hic est,Hanc Bachidem tum amabat Pamphilus,vt cum maxime amabat,cū pater vxorem vt ducat orare occipit. Et vt positum pro quemadmodum.Et Maxime bis numero subauditur. Et cum maxime, vna pars orationis est,cum aut maxime pro nimis. [Cū pater) Cum modo aduerb.est,pro quando. [Orare occ.) Maxima necessitas est,vt oret pater. [Et hæc cōmunia om.) Quid si iniustū est quod orabatur? ostendit iustum,& frequentatum quod dicebat pater. [Se senem esse dic.) Omnem causam adolescentis senex amputauit,pro suo senili commodo rogās,potuisset.n.adolescens dicere,Quam pro me curam geris, hanc precor pro me deponas.[Senē esse dic.) Illud posset agere amator contra vtilitatem suam,sed non poterat filius contra vtilitatem patris.Ergo vt cogeret pater, suam causam interponebat. [Præsidiū velle senectuti suæ) Præsidium senectutis, sobolem & successorem dicit.[Sed postquam acrius pater instat) Tria dicit & acrius,& pater,& instat.[Sed postquam acrius pater instat)Postquam,inqt, pater acrius instat,non compulsus est Pamphilus, sed tārum deliberauit.[Pater instat) Maior vis est cum pater instat,q̄ cum rogat. [Pudori ne,an ne amori obsequerē magis) Sic ostendit in vtranque partem,in tantum, in animo honesti adolescentis pudor amorem vincere debuisset.[Pudori ne an ne amori) Anacoluthon.non.n.præpositio Vtrum,intulit An ne. [Pudori ne,an ne amori)Latēs excusationis ratio explicata est.[Pudori)Patris .s.[Amori)Meretricis.[Tundendo atque odio) Tundere est sæpius idem repetere.translatio à fabrorum malleo.[Odio) Assiduitate.Attendenda est difficultas vniuscuiusque verbi.[Tundēdo,atque odio Denique effecit)Denique,temporis longitudinē significat.Efficimus,quod cum magno conatu & molimine facimus,vixq. per nos finem accipit. [Tūdendo,atque odio deniq; effecit senex)Mire interposuit moras,ad postremum cōfessurus vxorem ductam. Primo,inquit,negauit,post,deliberauit,ad postremum duxit.Non,inquit,ipse,sed effecit hoc senex. Ita mutatione personæ totam voluntatem adolescētis absoluit. [Deniq; effecit) Oratorie tempus apposuit, nam hoc significat denique. [Odio) Hoc est instantia. [Despondit ei gnatam) Vide,non hic dici,duxit vxorem Pamphilus,sed totum ad partē referri. [Neutiquam)Non nimis. [Donec iam in ipsis nuptijs) Nota locutionem sensu magis,q̄ verbis manifestum. [Donec iam in ipsis nuptijs) Deest,positus constitutus ue ita doluit,& ægre tulit. Aut repetere debemus sic,In ipsis in quam nuptijs.[Donec iam in ipsis nuptijs)In mētione nuptiarum efferuescit animus amatoris. [Nec moram vllam,quin ducat,dari)Vbi nec aliquam dieculā, vel dilationē videt ad nuptias.[Quin)Quo minus. [Ibi demū) Deniq;,postremo. Et mire additum est Ibi,quia male pēdebat, In ipsis nuptijs, & sic est quasi dixisset, In ipsis inquam nuptijs. [Demum ita ægre tulit,vt ipsam Bacchidē, Si adesset, credo ibi eius cōmiserescceret)Hoc hyperbolicos,vt Virg.vel Priamo miserāda manus.[Vt ipsam Bachidem)Quæ nunc accusatrix est. Et est argumentum ab animo.[Aegre tulit)Idem Virg.Quis talia fando,Myrmidonium Dolopum ue,aut duri miles Vlyssei, Temperet à lacrymis?[Credo ibi)Ibi,pro tum.[Vt col.mecum vna posset)Parelcon tertium.Et argm̄ à persona q̄ ait,mecum. [Parmeno perij)Argm̄ à dictis, q̄ ait,Parmeno p̄ij. [Parmeno) Moraliter,& antonomasice nomen repetit. Et significāter fecit, non addendo Dicebat,& in μιμητικὸν ἀπηγηματικῷ transeundo. Et mire interposuit nomen,vt affectū doloris ostenderet.Sic Virg. Anna,fatebor enim.[Parmeno perij miser)ἀπὸ τύχης repetit nomen [Ante dij,deaeq. perduint) obtinuit, & persuasit seruus. nā iam meretrix seni irascitur,non Pamphilo.[Cū istoc odio) cum instantia ac molestia.[Vt ad pauca redeam)Tanq̄ multa sint, quę de Pamphili amore dici possint.[Vt ad pauca redeam)præceptū oratorium in longa narratione pro veritatis inquisitione reddit.n.auditorem acriorem,quē spes finis recipit fatigatū. [Vxorem deducit domum) vxor dr̄ vel ab vnguendis postibus, & figenda lana.i.q̄ cum puellæ nuberent,maritoꝝ postes vngebāt, ibiq̄.lanā hgebant,vel q̄ lotos maritos ipsæ vngebant,cuius rei testis Ennius,Exin Tarquiniū bona fœmina lauit & vnxit.[Nocte illa prima)Pronunciandum acutius Illa prima,q.d.plena deliderij,plena cupiditatis.Similiter addidit Virginem.Et expresse non attigit.[Nocte illa prima,) q.d.plena amoris & plena dulcedinis,vt mirum sit quod infertur,nō tactam virginem. Et hic argm̄ est quanta fecerit Pamphilus erga amicam suam. [Virginem non attigit) Virginem emphasis est, quamuis non amatam,virginem tñ. & non dixit,non amplexus est,sed,ne attigit quidem.[Quæ consecuta est nox) Eam primam noctem.s.[Nihilo magis)Quasi in nihilo possit esse magis aut minus.Et nihilo magis,asseuerationis est.[Quid ais?cum virgine vna)Inuenitur quasi interiectio vna.i.simul,vno loco.[Cum virgine) à persona.[Vna)à loco.[Adolescens)A persona. [Cubuerit)ab habitu & occasione.[Plus potus)ab impulsione,& ex accidentibus. [Cum virgine vna adolescens cubuerit)argumenta in cōiectura necessario posita,quibus Terentius ex vtraque parte disputans, τὸ ἀπίθανον purgat,ne quis illum stulte hæc posuisse iudicaret.Hæc enim meretrix tarde credit argumentis,ne à Parmeno ne vincatur. Hinc est q̄ ait Horat.Vincere Cæcilius grauitate,

Terentius

Terentius arte. [Non verisimile dicis) Auxesis peruersa, prius est enim verum, deinde verisimile. Sed ideo sic dixit, quia est sæpe non verisimile verum tñ, vt, Decios pro alieno commodo mori voluisse. [Non verisimile dicis) Hoc iam plus est, tantum eum amasse Bacchidem, quantum non possit credi. [Credo ita videri tibi, nam nemo ad te venit) Magno compendio vsus est, non ostendens cur hoc falsum sit quod putet meretrix, sed cur hoc putet, ita ex eius persona refellitur quod obijcit. [Ille inuitus) Inuitus dicendo, quasi admonet iterum iterumque, vt Virg. Italiam non sponte sequor. [Quid deinde fiet?) Interponitur persona ad exitum festinans, vt alibi, Quàm metui quorsum euaderes. [Diebus sanè pauculis) Hic exitus est. [Post Pamphilus me solum seducit foras) Ne testis quisquam, & arbiter secretorum interuenit. [Me solum seducit foras) Familiaris in seruo iactantia, de dominorum familiaritate. simul quia decens est, vt per eum, quid gestum sit, spectatores sciant. [Narratque, vt virgo ab se integra etiam tum fiet) Hoc est illud quod supra dixerat, Nocte illa prima virginem non attigit. [Seq. ante, quam eā vxorem duxisset domum) Bonus color purgationis. diceretur enim, Quare si illā odio habebat, ducebat vxorē? [Tolerare posse) Tolerare, verbum est mala patientis. [Decrerim) Statuerim, & defixerim. [Quam decrerim me non posse diutius hr̃e) ἀπροσδοκήτως καὶ ἀποπτως ἀπομνημονεύοντα. [Eam ludibrio hr̃i) Honesto verbo, & pudoris pleno vsus est, & noue pro vitiari. [Quin) Quo minus. [Integram) .i. honestā, non. n. dixit, spoliatam virginem aut mulierem. [Vt accepi à suis) Vigilanter qdem integram specificat. i. talem qualem accepi à suis. potuit. n. vitiatam accepisse, vt sæpe euenit. Ergo non abundat, Vt accepi à suis, sed habet significationem. [Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili) Erga, meretricem, pium, pudicum erga virginem. Cogitur piū dicere Pamphilum, quem periurum putabat. [Pium, & pudicum ingenium narras Pamphili) An simul erga virginem, & pium, & pudicum? an pium erga meretricem, pudicum erga virginē? [Hoc ego proferre) Verba Pamphili sunt, non vt quidam putant, ad personam Parmenonis referentes. [Hoc ego proferre) amorem. s. meretricis. [Cui tu nihil dicas vitij) Nunc vitij, culpę vxoriæ. [Abiturum denique) Denique, moram significat, & postremam tarditatem. itaque postremo, vel sero abituram indicat. [Quid interea?) Exultantis est, & gestientis audire. [Interea) Inter eos dies. [Postquam hunc alienum ab sese videt) Pro alienatum dixit. vt in Phorm. Quid ego vobis Geta alienus sum? Nam quomodo alienum, si amabat, dixisset? [Postquam hunc alienum) Oratorie, non iam Bacchidem excusat, quam à verisimili causa vult inducere, qp ipsa fit in Pamphilum durior. [Alienum ab se videt) .i. maritum, nam hoc nomen à meretricibus alienum est. [Maligna multo) Maligna, difficilis. Malignus est, qui difficultatem sui ostendit. [Procax) Dispoliatrix, & petax. Pro care enim, est petere. Virg. Procacibus austris. i, impruden tibus. nam qui multum petit, impudens est & procax. Vnde & proci dicti sunt, qui filias alienas in matrimonium petierunt. [Atqui ea res) Atqui imò. Legitur & atque. [Non ædepol mirum) Obtinuit quod volebat Parmeno, nam credidit Philotis iniuriam factam Pamphilo. [Atqui ea res multo maxime) Opportune concitatius Pamphilum defendit Parmeno, postquam Philotis inducta est, vt fateretur iniuriam factam. [Et hanc, quæ domi erat) Vxorem modestam. [Et illam) Meretricem malam. [Et illam, & hanc quæ domi erat) Illam quę meretrix esset, hanc .i. vxorem. [Cognouit) Diligentius, & attentius considerauit. nam cognoscere, est diligenter & attente considerare. [Cognouit satis) Bene satis, ex ipsius moribus, & ex meretricis. [Ad exēplum) Quasi ad imaginem, & collationem, & speciem comparationis. [existimans) Intelligens. [Hæc ita vti liberali esse ingenio decet) Qualitas comparatiua. [Pudens, modesta) Hæc contra vitia meretricia posuit. pudens hæc, illa ꝓcax, modesta hæc, illa maligna reliqua vero superadduntur, ornamenta vxoria, matronæq. laudes. [Incommoda atq; iniurias) Callide, laudata vxore non repetit vitia meretricis apud meretricem, & simul contentus de vxoris laudibus, vitia meretricis intelligit. [Incōmoda atque iniurias viri omnes ferre) Figura eclipsis. [Tegere) Hoc plus est quam ferre, & tegere, quòd meretricem amaret. Et plus dixit tegere, quam celare. Tegere enim ad hoc dixit, vt non solum cuiquam nō ediceret, sed & ne quis sciret. [Hic, animus) Oratorie dixit. non enim Pamphilum dixit, sed, animum Pamphili. [Vxoris misericordia) Amphibologia. [Hic, animus) Hic, protum. Virg. Hic annit grauis, atque animi maturus Alethes. [Vxoris misericordia) Recte, quia ex misericordia amor nascitur. Sic & in Phor. Misertum est, virgo ipsa facit egregia. Virg. Heu quibus ille lactatus satis. [Partim victus huiusce iniurijs) Qualitas relatiua. [Deuictus, partim victus) De proximo repetiuit πλεονασμον, deuictus, victus. [Paulatim elapsus) Adeo est tardus amor Pamphili, & magnus, vt ēt post iniurias difficile discedat. [Elapsus) Animus, non Pamphilus. [Postq̃ par ingenium nactus est) An sibi par? an absolute bonum? vt dicimus, Sic par est facere te. Ergo aut sibi par, aut vxori. i. liberali fœminæ. [Par ingenium nactus est) Par ingenium, eandem voluntatem. Sal. Quos eadem odisse, & eadem metuere in vnum coëgit. Idem alibi, Nam idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia est. [Interea in imbro moritur cognatus senex) Bene causa abitionis Pamphili narratur. [Cognatus senex) Bene quòd ait senex, nam acerbum funus non conueniebat fabulæ. In comędia itaque apud Terent. aut meretrix molesta, aut ex duabus vna vxor moritur, aut senex. Ita ex huiusmodi mortibus, vel incōmodum vitatur, vel lucrum insuper nascitur vt non sit causa lugendi. [Horum) Maluit horum, quam dominorum, dicere. [Ea ad hos redibat lege hæreditas) Verbo iuris visus est. ea enim legitima est hæreditas, quæ familiæ debebatur. [Eo amātem) Modo iam vxorem. non enim amicam. [Inuitum Pamphilam extrudit pater) Inuitum recessisse vis verbis demonstrat. Nam ꝓprie extrudere dicitur, qui manibus expellit. sed hic trāslatione vsus est, vt ostenderet tantum importunitatis verbis seni fuisse, quantum impulsio manum efficere potuisset. [Extrudit) Verbum necessitatis. [Relinquit) Inertia præsentis temporis. Legitur, & reliquit. [Relinquit cum matre huc vxorem) Præparatio ad futurum errorem. [Nam senex rus abdidit se.) Nam, inceptiua particula, vt, Nam meus conseruus est homo vt magni precij. Plaut. in Mil. glor. [Rus abdidit se.) Verbum reprehendentis senem, qp se abdidit, dixit. [Huc raro in vrbem com.) Hoc bene dixit, vt ostendat Parmenonem in vrbe esse. Mira œconomia. fic. n. præsentem, & nullus error in fabula est. [Commeat.) Commeare est abesse inde vbi te esse oporteat. Ergo hoc dicto ostendit, quā raro ad vrbem veniat senex. quippe cōmeatus est ex aliqua cōmoratione temporalis abscessus. [Quid adhuc habent infirmitatis nuptiæ?) Bene vsq; adhuc suspensa narratio est. & in hac interrogatione quasi subsitomachatur Philotis decepta, qp nihil videat infirmitatis ineptijs, quod optauerat. [Quid adhuc habent) Hoc tristior meretrix dixit. [Nunc audies) Sic ait, quasi iam dudum audere cupienti, vel quasi ad molestam percontatricē. [Bene conueniebat sanè) Bene, pro multum. & sanè valide, quia qui sanus, idem & validus. [Miris modis) Miris exemplis. [Interimiris modis odisse) Huc vsq; Parmenonem poeta verba passus est dicere, cetera actibus seruaturus. [Interim miris modis) Mire, ad finem comędiæ rerum explanatio reseruatur. nanque si quęrat, fallitur Parmeno cum non odio socrus, sed pudore simulatem aduersus socrum Philumena simulauerit. [Interim) Modo repēte, & est aduerb. tpis. [Postulatio) Expostulatio, quærela. sed proprie expostulato est apud illum ipsum qui peccauerit, Postulatio, de illo apud alterum. [Quid igitur?) Recte dixit, si hoc nō fuit, quid ergo? Postulatio, querela, & quasi iusta interpositio querelarum. [Fugere è conspectu illico) Bene è conspectu, vt potę, quæ caueret grauida intelligi. Sed tñ subiungit videre nolle, vt ignorantia Parmenonis appareat, qui argumentum odioꝫ credidit, quod Philumena, neq; videri vellet, neque videre. [Fugere conspectu) Ne videretur. [Videre nolle) Ne videre. [Denique vbi non quit pati) Pati, & sustinere, & sustineri, intelligi potest hoc loco. vtrum postq̃ non potuit sustinere socrum? an postquam socrus ferre non potuit sic se celantem nurum? Potest etiam sic intelligi, Vbi non potuit argumenta odij sui ipsa nurus pati, & continere, migrauerit ad socrum [Non quit pati) Tolerare aut tolerari, quia patior commune est. nam patior te, & à te, dicimus. [Abijt) Proprie est abijt, quia non expectauit vt mitteretur. Vbi illic dies est complures ἀχαίως dies, non diebus, dixit. [Accersi iubet) Non addidit, quæ, quia intelligitur. [Dixere causſam tunc nescio quam) Ideo nescio quā, quia nullius momenti, ac falsam. [Nemo remisit) Hic iam apertius odium videtur, vbi nec iam fingitur causa. [Postquam accersunt) Subaudit nr̃i. i. missi à sacru. [It visere) Vt, populares penates Venimus. [Postquam accersunt). i. missi à nobis. s. Et mira varietas. [It visere adeam) Visere officij est: Videre quærentis aliquē. [Admisit nemo) Iniuriosa ēt ipsa pronunciatio est. [Hoc vbi senex resciuit) Scimus quæ ad nos deferuntur, Rescimus celata. [Heri ea causſa) Bene ea causa, quippe qui se ruri abdidisset. [Nondum etiam scio) περίλημον tertium, & deest scire. Et est σύλληψις scio scire cum ἀναβάσει. [Nondum etiam) Rectè seruauit reliquis partibus fabulæ pendulum, & attētum, & spectatorem. [Nisi sanè cu

ræ eſt,quorſum euenturum hoc ſiet)Bene,quia curioſus eſt Parmeno,&idem garrulus,nam per totam fabulam talis inducitur. [Quorſum euenturum)ἐπεξηγεῖται deeſt ſcire.[Habes omnem rem) q.d.quam audire expetiſti.[Pergam quò cœpi hoc iter)Pergam hoc iter,vt,Tendere iter pennis.[Quò cœpi hoc iter) Ad portũ .ſ. [Nam conſtitui cum quoſdam hoſpite) Dicit cauſam cur in reliqua fabula non appareat perſona huius meretricis. [Conſtitui)Conſtitui proprie. nam de huiuſmodi rebus dicitur conuenire & conſtituere, de eiuſmodi rebus apud extraneos meretrices agunt. [Dij vortant bene quod agas) Sæpe enim res eueniunt aliter quam volumus,& ideo vertumnus colitur, qui præ eſt rebus vertentibus.

GVID. SENEX ſi, &c.) Hic rite Parmeno ſeruus occaſionem nactus eſt narrandi argumenti Philotidi meretrici peregre venienti. Parm. loquitur Syrum conſeruum vt eum hero petenti excuſet,ſi ſenex.ſ.Laches quæret me dicito me modo.i.paulo ante iuiſſe ad portum perconctatum .i. interrogatum aduentum Pãphili, qui peregre in Imbrum profectus eſt, cuius aduentu in dies magis expectauit percunctor ſi per u, ſcribatur, dicitur à per,& cunctus,cuncta,cunctum,eo quod à cunctis aliquid perquiratur,at ſi per o,ſcribatur, tunc à cuncto dicitur inſtrumento nauis, quo naturæ vtuntur ad loca nauibus opportuna, ea autem pertica interdum à nautis inueſtigatur quantæ ſit profunditatis aquæ fluuialis. Interdum etiam piſcatores per illas perticas ſub ripis piſces inquirunt, & compellunt ad retia aquatica. O Syre conſerue audis ne .i. intelligis ne,aut ſentis, aut aduertis,quid dicam,vti.i.vt,dicas me iuiſſe ad portum,tum .i. tunc, ſi quæret me ſenex,aliqui lib.habent vt itum, & tunc forte poſſet ſic dici, vt dicas itum eſſe per infinitiuum imperſonalis verbi, & tunc intelligitur à me,ſic dicas à me itum eſſe .i. me iuiſſe ad ad portum,ſi quæret ſenex, ſed prior ſententia melior. Si ſenex non quæret me nullus.i.non,vt ſæpe nullus ſum, pro quaſi non ſum,& perij,nullus itaque dixeris, pro non dicas, vt poſſim vti alias.i.alio tempore hac cauſa.i.hac excuſatione integra .i. non alias dicta. Sed video ne Philotim meretricem, vnde .i. ex quo loco, hæc meretrix aduenit .i. huc redijt Athenas. O Philotis ſalue multum.i.multum ſis ſalua,& incolumis. PH. O optantis aduerbium. Parmeno ſalue .i. ſaluus ſis. S. O ecaſtor,iurantis aduerbium eſt,quaſi per ædem Caſtoris, ſicut ædepol per ædem Pollucis,mi Parmeno ſalua. P. Aedepol,& .i. etiam, tu Syra lena deformis,tu ſalue,ridicule autem hoc dicit. Conuertit ſermonem ad Philotim. tu Philotis dic mihi vbi oblectaſti te tandiu .i. tanto tempore,vbi vulgo dici ſolet,vbi ſpatiatus es tantum. Dicimus oblecto me hac re. PH. Equidem minime .i.non oblectaui me,quæ.ſ.ego profectus ſum hinc .i. ex Athenis Corinthum.i.vrbem illam,cum milite inhumaniſſimo.i.immitiſſimo,auſteriſſimo,ferociſſimo,immaniſſimo,ibi.ſ.Corinthi,ego miſera tuli.i.paſſa ſum,toleraui,ſuſtinui illum.i.mores eius,biennium.i.ſpatio duorum annorum, perpetuum.i.continuum,totum ſine intermiſſione. P. Aedepol arbitror deſiderũ .i.requiſitionem.Athenarum cepiſſe ſæpe Philotim.i.puto te ſæpe deſideraſſe,& requiſiuiſſe Athenas.Dicimus vrbis deſiderium cepit me, tenuit me,afficit me,quemadmodum dicere ſolemus, me cepit odium, vel tædium, vel ſatietas vrbis. Et arbitror inquam te ſæpe cõtempſiſſe.i.improbaſſe,tuum conſilium.i.tuum propoſitum,& deliberationem,quia illuc iueras,vbi dicimus ſæpe. Poſt diſceſſum meum me pœnituit conſilij mei,dicere poſſumus poſt meam ab vrbe profectionem plerunq; meum contempſi,aut improbaui cõſilium,vel meũ,mihi conſilium diſplicuit. PH. Non poteſt dici quã.i.quantum eram cupida redeundi huc Athenas,& abeũdi.i.diſcedendi à milite,& videdi vos hic Athenis, vt antiqua conſuetudine.i.ſecundum vetuſtam conſuetudinem,aut ſi vis cape conſuetudinem pro conuerſatione,& familiaritate,vt ergo agitarem.i.celebrarem,exercerẽ inter vos conuiuium,libere.i.ſine ſubiectione,& in libertate, mea antiqua cõſuetudine.i.eo modo quo ſolebamus. Nam haud.i.non,licebat illic .i. Corinthi apud militem loq ea,quæ placerent illi militi, niſi præfinito.i.determinato,certo,præcripto,limitato,aſſignato tempore ac deſtinato. P. Haud.i.nõ,opinor militem ſtatuiſſe .i. conſtituiſſe,limitaſſe,aſſignaſſe,præfiniuiſſe,deſtinaſſe finẽ .i.terminum,modum tuæ orationi.i.tuo ſermoni,ita vt vltra illum terminum tibi deſtinatum, nõ tibi loqui liceret commode .i. apte,accommode, pro ſua cupiditate. Nam tui ſimiles ſæpe ſunt loquaces,&petulantes,ideo non commode.i.blande,vel ex voto,ſiue ex animi ſententia præfinitur ſuæ orationi modus. P. Deſcenſus nunc fieri incipitur ad argumenti narrationem. Sed quid negocij eſt .i. q.d hoc eſt,quod mihi dictum eſt,& adhibuit negocij ad inuidiam,& magnitudinem rei oſtendendam.Quæ, exclamatione.i.qualia,& quãta Bacchis meretrix narrauit mihi modo.i.paulo ante,hic intus.i.in eo loco vbi erant.Deinde exclamatione facta ſubdit, narrauit inquam mihi illud quod nunquam credidi.i.putaui, fore.i.futurũ eſſe .ſ. vt hac Bacchide vna .i.viuente.Pamphilus poſſet inducere animum.i.poſſet ſibi perſuadere,aut imperare,aut velle habere vxorem. P. Autem, hic habet ſignificationem indignantis, q.d. quid dicis eum habere vxorem,prope eſt vt non habeat,& illud hñe aũt debet pronunciatiue adiuuari, quod dictum abſciſſum eſt ex fine orationis Philotis,quod faciunt ſæpe indignantes,& improbantes dictum alterius. P. Eho,hic interiectio geſtientis in ſpem ob auditum verbum,tu reſponde ſup.an Pamphilus non habet vxorem? P. habet vxorem,ſed vereor vt.i.quod non.hæ nuptiæ ſint firmæ.i. ſtabiles permanſuræ,ratæ. PH. Dij,& deæ faxint.i.faciant. ita .i.vt non ſint firmæ nuptię,ſi illud.ſ.nuptias non fore firmas,eſt in rem .i. vergit in veritatem Bacchidis. Nam res ſæpe capitur pro vtilitate,vt è re mea,re tua,&c.i.ad meam,& tuam vtilitatẽ, hoc eſt in rem meam.i.hoc eſt mihi vtile. Ab re vero ſignificat contra vtilitatem,vt video ab re futurum,ſi hoc feceris.i. video futurum illud contra vtilitatem,ſed tu Parmeno dic mihi,q .i. qũo, vel cur credam iſtud eſſe ita .i. nuptias non eſſe firmas. P. Non eſt opus.i.non eſt expediens,prolato.i.proferre, quare nõ ſint futuræ firmæ nuptiæ deſiſte.i.ceſſa,percunctari, inquirere nimis curioſe,hoc .ſ. quare non ſint futuræ firmæ nuptiæ. PH. Nempe.i.certe,non eſt opus prolato ea cauſa.i.propter eam cauſam,vt ne.i.vt non id .ſ. quare nõ firmæ ſint futuræ nuptiæ,fiet, palam.i.fiat manifeſtum.Dij bene ament me ita vt dico verum, modus eſt iurãdi,non rogo te.i.non interrogo,proptrea.i.propter eam cauſam,vt proferam.i.vel publicem,vel prodã Bacchidi,aut cuilibet,ſed proptrea te rogo, vt ego Philotis gaudeam tacita.i.taciturna,mecum .i. intra me. P. Nunquam dicet tam commode.i.tam aperte, vt committam .i.credam. tergum meũ .i.deorſum meum,in tuam fidem.i.in tuam fiduciã,ſeu fidelitatem,veritatem,ac conſtantiam,aut in tuam promiſſionẽ. PH. ah,interiectio dolentis,ò Parmeno noli dicere ſup.talia. Dicis enim ſup.quãm ſi tu nõ multo malis.i.potius velis narrare hoc mihi,quãm ego velim ſup.ſcire ea quæ percuncter.i.inquiram, q.d. fingis te non velle narrare mihi,ſed tamẽ cum ſerui omnes ſint loquaces, tu oſtendis tua curioſitate te multo magis velle narrare id mihi, quãm ego velim id ſcire quod peto. ipſe enim ſeruus ſua curioſitate oſtendebat ſignum loquacitatis, nam (vt inquit Horatius)Percunctantem fugito,nam garrulus idem eſt. vel ſic intellige. Noli Parmeno dicere ſup. talia,nam dicis ſup. quaſi tu non malis narrare hoc mihi, quam ego percuncter.i.q̃ ego petam ſcire, q. d. quidquid fingas multo magis cupidus es narrandi id mihi,quam ego ſciendi,cum ab ingenio ſeruorũ eſſes diſceſſurus ſi faceres aliter. P. Lentius hoc ſummiſſe intra ſe loquitur. Hæc mulier prædicat.i.narrat,vera .i. ea, quæ vera ſunt,& illud.ſ.tacere non poſſe eſt mihi maximum vitium.i.maximum probrum. Deinde hoc clare dicit. Si das,pro ſi des mihi fidem.i.ſi mihi ſancte promittas te tacituram dicam quod per cunctaris ſcire. PH. Hoc apud ſe, aut conuerſa ad ſpectatores,ſeruos redit ad ingenium.i.ad naturam ſeruorum,quę eſt tacere non poſſe,à qua videbatur diſceſiſſe. Deinde conuertit ſermonem ad ſeruum.do fidem.i.promitto me taciturum,loquere .i. narra quod ego peto. P. Auſculta.i. audi. PH. Sum iſtic pro hic.i.ſum hic parata ad audiendum, vel ſum iſtic.i.tota verſor in audiendo quid ſis dicturus. P. Vt.i.quemadmodum. Pamphilus,cum maxime vna pars orationis pro valde, ſeu nimis,ait Donat. amabat hanc Bacchidem,tum.i.tũc, maxime in quam amabat eam,cum .i. quando,pater occipit .i. incipit orare, vt ipſe Pamphilus ducat vxorem, & cum inquam occipit pater dicere hæc quę ſunt communia omnium patrum.i.quę ab omnibus patribus dici ſolent .ſ. ſe patrem eſſe ſenem,ſed illũ .ſ. filium, eſſe vnicum, id eſt ſine fratribus, & ſe ſenem velle illum filium eſſe præſidium.i.ſubleuamen.auxilium ſuæ ſenectuti.hęc prædicta ſunt,quæ patres dicere ſolẽt,Ille &c.hac tota narratione huc tenditur, vt oſtendatur Pãphilus neceſſitate coactus amicam Bacchidem deſeruiſſe.Ille Pamphilus primo negare.i.negabat,vel cœpit negare ſe ducturum vxorem,ſed poſtquã pater inſtat.i.vrget,importunus eſt,& vehemens,acrius.i.vehementius, pater efficit vt filius foret.i.eſſet incertus animi,pro animo.i.dubius quid eſſet ſibi faciendum,ne.i.vtrum magis obſequeretur.i. faueret,obediret pudori.i.honeſtati,& verecundiæ, quæ afficeretur.i.patre,ſi ei nõ foret obſecutus,an magis obſequeretur.i.rñderet amori Bacchidis ſpreto pudore patris.Denique.i.poſt multa,

ta,ſenex Laches pater Pamphili efficit.i.quaſi magno conatu & molimine fecit.Nam efficimus quod magno conatu & molimine facimus,vixq. per nos finem accepit tundendo.i.ſæpius rogãdo,& quaſi moleſtia afficiendo & tædio,ac ſæpe inculcãdo. Nã tundere proprie eſt ſæpius idem appetere, ac ferire trãslatio à fabrorum malle, inde obtundere dicit moleſtia ac tædio efficere. Cic.in epiſt. Cupio te verbis non obtundere. Atque fecit inquã odio.i.aſſiduitate,improbitate,ſiue importunitate,inſtantia, in de odioſus.i.moleſtus,importunus,inſtãs. Senex ergo effecit tũ dendo,&odo,vt filius ſup.magis obſequeretur pudori,quã amori. Deſpõdit.i.ſponſam fieri curauit ei Pamphilo,gnatam.i.filiã vnius vicini proximi,illud.ſ.deſponderi ſibi eam filiũ.viſum eſt Pamphilo vſque.i.aſſidue,neutiquam.i.nullo modo,vel non ni mis graue.i.moleſtum,& difficile toleratu.donec.i.quouſque,iã in ipſis nuptijs.i.in ipſa mentione nuptiarũ,vel donec ipſe poſitus,aut conſtitutus in ipſis nuptijs poſtquam videt nuptias paratas,nec videt vllam moram dari.i.neq; vllum ſpatium ne dicu lam qdem,aut dilationem aliquum dari ſibi,quin.i.quod non, ducat.i.capiat eam in vxorem,ibi.i.tunc,demum.i.denique, po ſtremo,tulit ita ægre.i.ita moleſte,& difficulter,vt.i.quod,ibi.i. tunc ipſam Bacchidem accuſatricem cõmiſereſcet eius Pãphili .i.q ipſamet Bacchis miſereret eius. ſi adeſſet.i.ſi præſens eſſet, credo.i.ita arbitror,& mea eſt talis opinio, commiſereſcit com miſereſcebat eſt imperſonale verbum ante ſe volẽs habere accu ſatiuum,&poſt ſe infinitiuũ,aut genitiuum,vbicunque.i.in quo cunque loco,ſpatium ſolicitudinis.i.in quo poteramus eſſe ſoli remotis arbitris,datum erat.i.conceſſum,vt .i. ita q poſſet loq, vna.i.ſimul mecũ,dicebat ſup.ò Parmeno perij.i.perditus ſum, quid ego ita aſſentiendo deſponſationi iſti in quod malum.i.in quod infortunium cõieci me.i.me præcipitem egi. ò Parmeno non potero ferre.i.portare,ſuſtinere,tolerare,pati hoc,ego miſer perij. P H. at.i.ſed,ò Laches dij & deę perdiunt.i.perdant,deſtruant te cum iſto.i.tuo(per contemptum dictum eſt iſto)odio .i.inſtantia,& moleſtia. P. Vt redeam ad pauca.i.paucis abſoluã narrationem,& veniam tantum ad pauca narranda,quaſi longe alia dici de Pãphilo poſſent.Pamphilus duxit vxorem domum. vxor dicit ab vngẽdo, nam nubentes vngebant maritorum poſtes,ibiq. lanam figebant. P. non attigit virginem illa nocte prima plena amoris & ſuauitatis. Nihilo magis ipſe Pãphilus attigit eam ea ſup.nocte,quę nox eſt conſecuta nocte prima. P H. quid ais ? non poteſt illud credere, dicis q adoleſcens cubuerit vna cum virgine plus potis.i.magis potens,ab impulſione, quã eſſet virgo,vt.i.qualiter,ipſe potuerit abſtinere ſe illa virgine?nõ dicis veriſimile.i. probabile,& quod nec ſpeciem qdem habeat veritatis,neq; arbitror verum eſſe quod dicis. P. credo ita videri tibi.i.te ita iudicare illud quod dixi non eſſe verũ,imò nec veriſimile. nã nemo venit ad te niſi cupiens.i.cupidus amator tui, ille Pamph.duxerat illam inuitus.i.nolẽs. P H. Quid fit deinde .i.quid conſequenter efficitur,poſtquam non attigit illam. P. ſane.i.certe,vel valde,paucis diebus poſt,aduerbiũ eſt poſt.Pãph. ſeducit.i.ſeorſum ab arbitris ducit me ſolũ.i.ſine teſtibus,& arbitris.& narrat vt.i.qualiter.virgo ſit etiam tunc integra.i.incorrupta,intacta ab eo, & narrat inquã ſe ſperaſſe poſſe tolerare .i. pati ſuſtinere,tolerare verbum eſt mala patientis.eas nuptias antequam duxiſſet domum eam vxorẽ.Sed ò Parmeno,ſubdit verba Pamphili. neq; eſt honeſtum mihi,neq; vtile ipſi virgini,eã virginem haberi ludibrio.i.ſtuprari,vel illudi à me, qn .i. quod non reddam eam integram.i.intactam à me,itidem .i. ſimiliter, eodem modo,vt.i.quemadmodum,accepi eã à ſuis parentibus, quam virginem decreuerim.i.ſtatuerim,defixerim me nõ poſſe habere.i.tenere mecum diutius.i multum diu. P H. narras.i.dicis,ingenium.i.naturam Pamphili pium erga meretricẽ,& pudicum.i.caſtum erga virginem. P. pergit verba Pamphili referẽs, arbitror eſſe mihi incommodum proferre hoc.i.dicere hoc quod nunc dixi,videlicet me velle integram reddere eam. Don. exponit hoc.ſ.morem meretricis,autem.i.ſed,ſuperbum eſt.i.illud eſt ſuperbiæ,eam puellam reddi patri, cui patri nihil vitij dicas.i.nihil culpæ vxoriæ referas,ſed ſpero illam vxorem meã denique.i.tandem,abituram.i.diſceſſurã.vbi.i.quando.ipſa cognouerit hoc.ſ.ſe non poſſe eſſe mecũ. P H. interea.i.inter eos dies, quid faciebat ſup. ne.i.vtrũ, ipſe Pamphilus ibat ad Bacchidẽ amicam ? P. Ibat quotidie,ſed vt fit.i.ſicut fieri ſolet,& moris eſt, poſtquã videt hunc Pamphilum alienum .i. alienatum ab ſe pp matrimonium. nam nomen mariti eſt multum alienũ à meretricibus,illico ipſa Bacchis facta eſt multo magis maligna.i.multo magis difficilis,nam malignus dicitur, q difficultatem ſui oſtendit,& facta eſt multo magis procax.i.petax,petulans,importuna,diſpoliatrix.Procare enim eſt petere. Virg. procacibus auſtris.i.impudentibus,nam q multum petit impudens eſt,& procax,vnde & proci dicti ſunt, q filias alienas in matrimoniũ petierunt. P H. Aedepol nõ eſt mirũ ſi ipſa ſit facta magis procax, propter id quod fecit Pam. fidem datam non præſtando. P. At qui.i.ſed certe,alij habent atque, ea res.ſ.talis malignitas & procacitas multo maxime .i. longo vehementiſſime diſiunxit illũ Pamphilum ab illa Bacchide. poſtquam cognouit.i.diligẽtius, & attentius conſiderauit ſatis, quãtum ſat erat ſeſe.i.ſeipſum .i. mores proprios,& illam Bacchidem.i.mores meretricis,&hanc vxorem.i.mores vxoris,qua vxor erat domi,exiſtimans.ſ.Pãp. intelligẽs mores earum Bacchidis & Philumenæ,ad exemplũ.i. ad imaginem,ſiue ad collationem,aut comparationem, ſeu ſpeciem comparationis hoc modo.Hæc vxor pudens.i.verecũdia, modeſta.i.temperata,ita.i.eo modo,vti.i.ſicut,decet .i. honeſtũ eſt,ingenio liberali.i.bonæ naturæ mulieri eſſe ferre .i. ferebat. æquo animo omnia incõmoda.i.omnes importunitates, atque omnes iniurias.i.iniuſtitias,viri.i.mariti ſui.ſ.Pãphili, tegere .i. tegebat,contumelias.i.non ſolum celabat,neque reuelabat, ſed efficiebat ne eiuſmodi contumeliæ ab aliquo reſciſcerẽtur.Poſt quã ergo Pamph.hæc omnia contulit.i.comparauit. hic.i.tunc, animus eius.i.ipſemet partim.i.pro parte aliqua deuictus.i.mul tum motus miſericordia vxoris ſuæ,partim.i.ex altera parte victus .i. deflexus & ſeparatus iniuria .i. improbitate, malignitate huius meretricis elapſus eſt.ſ.animus Pãphili.i.latenter euaſit à Bacchide, atq; ipſe animus tranſtulit amorem huic vxori Philumenæ.poſtquam nactus eſt,id inuenit. ingeniũ par ſibi ſupple.i. eãdem voluntatem vel naturam,vel poſtquam inuenit par.i.bonum ingeniũ.i.bonam naturam ſuæ vxoris. interea.i.dum hæc geruntur, ſenex qdam cognatus.i.de cognatione horum.ſ.Pãphili &patris ſui moritur in Imbro.i.in eo loco.hereditas.i.ſuccеſſio redibat.i.attinebat,ſpectabat ad hos.Pãph.& patrem. legi.i.per legẽ. pater Laches extrudit.i.quaſi manibus expellit,eo .i.in Imbrum Pamph.filium inuitũ.i.nolentem,quia amantẽ.i. amore ſuę vxoris captum Pamph.reliquit hic vxorem cũ matre ſuam. nam ſenex.ſ.pater eius Laches,abdidit.i.abſcondendo ſe cõtulit rus.i.in agros meditandi gratia.i.operandi,commeat.i. redit raro huc in vrbem Athenarum. Commeare eſt abeſſe inde vbi te eſſe oporteat. Inde commeatus dicitur ex aliqua cauſa tẽporalis abſceſſus. P H. Quid infirmitatis.i.quam inſtabilitatem nuptiæ habent adhuc.i.hactenus,q.d.nihil ex tuis verbis infirmitatis eſſe colligi adhuc. P. Nunc audies.i.cognoſces,primũ .i. in principio ſanè bene.i.valde bene, vel multum cõueniebat inter eas.i.nulla erat controuerſia inter Soſtratam matrem Pamphili & Philumenam. Dicimus eleganter aliquando,optime inter nos conueniebat.i.nihil erat controuerſiæ inter nos.vbi cõueniebat eſt impерſonale verbum,ſed cum dicimus hoc cõuenit inter nos.i.de hoc nulla eſt inter nos cõtrouerſia. perſonale verbum eſt.Interim.i.repente,ait Don. Philumena cœpit odiſſe,q odire, ſi haberemus Soſtratam matrẽ Pamphili miris modis .i. mirabilibus exemplis, neque tamen vllæ lites.i.vlla iurgia erãt inter eas,nunquam poſtulatio.i.querela,ſeu interpoſitio querelarũ erat inter eas. Expoſtulatio eſt querela interpoſita apud illum,qui peccauerit,poſtulatio vero eſt de aliquo apud alterum interpoſita querela. P H. igitur ſi hoc non fuit.i.ſi lites non habuerunt,qd fuit aliud inter eas? P. ſi quãdo.i.ſi aliquando, vel ſi forte Soſtrata acceſſerat ad eam Philumenam confabulatum, primum ſupinum.i.vt confabularetur,ſeu colloqueretur cũ ea, & cum ea familiariter conferret aliqua,& cõmunicaret. ilico ipſa Philumena fugere.i.fugiebat è conſpectu eius Soſtratæ,ne videretur ab ea,nolle.i.nolebat videre ipſam Soſtratam,denique.i. poſtquam,non quiuit.i.non potuit pati.i.tolerare, inſtantiã Soſtratæ,vel nequiuit pati.i.tolerari à Soſtrata,q(vt ait Don.) patior eſt cõmune verbum.nam patior te &à te dicimus,ſimulat.i. fingit ſe Philumenam,accerſi.i.aduocari à matre ſua, ad rẽ diuinam.i.ad ſacrificium faciendum forte ſuæ gẽti hereditarium vt ſæpe fiebat,abijt .i. diſceſſit,neque expectauit vt mitteret,vbi .i. poſtquam.ipſa Philumena eſt illic.i.apud matrẽ. cõplures dies .i. multis diebus. Soſtrata iubet eam Philumenam accerſi.i.aduocari. Tunc mater, & filia, & ancillæ dixerunt. neſcio quam cauſam quæ non poſſit ridere Philumena. iterum .i. ſecundo. Soſtrata iubet eam Philumenam accerſi.i.aduocari,nemo.i.nullus,aut nulla remiſit Philumenam. poſtquã miſſi à Soſtrata accerſunt.i. aduocant eam ſæpius. ſimulant mulierem Philumenam eſſe ægram.i.ægrotam,illico noſtra Soſtrata hera mea it viſere,pro it ad viſendum,vel viſit eam Philumenam.viſere eſt oficij,videre quærentis aliquem. nemo admiſit, id eſt introduxit

Soſtratam

Sostratam ad eam Philumenam, vbi.i.postquam. senex Laches resciuit.i.cognouit hoc per relationem. Nã scimus quæ ad nos deferuntur, rescimus relata. Heri ipse senex aduenit huc rure.i. ex agris, ea causa.i.propter eã causam, continuo.i.illico, ipse conuenit.i.allocutus patrem Philumenæ, etiam nondum.i.non adhuc scio quid egerint.i.fecerit, quid ue fuerint locuti, nisi.i.præterquam, quòd sanè.i. certe, vel valde, est mihi curæ scire supple quorsum.i.in quam partem, hoc negocium sit euenturum.i.processurum, habes.i.tenes, intelligis omnem rem quam audire expetisti, pergã.i.prosequar hoc iter. quo itinere cœpi ire.s.ad portum, vel pergam.i.perseuerabo ire sup.eo quo.i.in quem locum .s. ad portum, cœpi inter.i.sum iter ingressus. P H. Et quidem .i.& certe. ego pergam quoquo cœpi iter, nam constitui.i.cõueni. cum quodam hospite.i.amico externo. me esse conuenturã .i.allocuturam illum hospitem. P. Dij bene vortant.i.approbẽt bene, & recte dirigant id quod agas. Sæpe enim res eueniunt aliter, quàm volumus, & plerunque bona in peius, mala mutantur in melius, & ideo volturnus, vel (vt dicunt alij) vertumnus colitur, qui præest vertentibus. P H. O Parmeno vale. P. Tu Philotium nomen produm, & protensum blandi gratia, sicut Glycerium. etiam tu Philotium bene vale.

LATO. ARGVMENTVM) Per occasionem Parm. narrat argumentum Philoti, quomodo Pamphilum coactum vxorẽ ducere post Bacchidis consuetudinem, tædium ceperit nuptiarum. [Nullus dixeris) pro, nihil est quòque hoc totum præparatio, & via quædam ad futuram narrationem. [Illum tuli) Verbum difficultatis, & odij. [Haud opinor) Vrbane dictum in mulierem. [Habere autem?) Ironica correptio. [Quasi non tu) Facere notat futilitatem Parmenonis, reponens vices exprobrata garrulitati. [Hanc Bacchidem) Narratio. [Se senem) Obliqua allocutio exprimẽs verba senis. [Vt ipsam) Faceta comparatio. [Perij, quid) prosopopœia pœnitentis Pamphili. [Quid ais?) Admirantis. [Credo ira) Soluit à personis. [Sed quam) Labitur in prosopopœiam. [Hæc ego) Continuat verba Pamphili. [Maligna) Difficilis ac superba. [Hæc, ita vt lib.) Comparatione indicat mores Philumenæ, & obiter modestæ vxoris officium exprimit. [Paulatim elapsus) propria, & elegans locutio. [Quid adhuc) Interpellatio continuas partes narrationis. [Postulatio) Accusatio, querela. [Dixere causam) Recte causa odij non exprimitur, vt reseruetur ad errorem fabulæ.

PETR. MARS. SENEX si queret) Quam grauiter adolescẽtes ferant vxores sibi dari, præsertim in ea ætate, qua amoribus liberaliter indulgere possunt docet hæc scena. Interim tamen perelegãter etiã exprimuntur bonæ vxoris, & prudẽtis mulieris mores, qui sane circa maritum tantum possunt, vt vel facile ex malo bonum, & ex bono malum, si importunæ fuerint, reddant. Arist. lib. 2. de re familiari. Quapropter decet non solum in prosperis rebus, secũ daq. fortuna, vnanimem sese viro præstare, & inseruire velle, verumetiam in aduersis. Si sit in rebus defectus, vel corporis ægrotatio, vel alienatio mentis æquo ferat animo, & obsequatur, nisi forte turpe aliquid sit, vel indignum. Nec si quid maritus perturbatione animi deliquerit, memoriter seruet, sed ęgritudini ignorantiæq. adscribat. Nam quanto in his diligentius obsequatur, tanto sibi maiorem gratiam habebit, cum ab ægritudine fuerit liberatus. Et: Parua quidem peccata mariti, & si voluptaria fuerint ignoscendo vxor nesciat. [Nullus dixerit) pro non dixeris per antimeriam, hoc est nomen pro aduerbio. [Præfinito) Hoc est statuto modo, & termino, quid & quatenus.

GLAR. IN 8. Aedepol primã corripit, nisi sit creticus loco quinto. In 9. s, in Philotis eliditur, nisi quis verbum. Vbi ante Philotis ponat, & Mihi monosyll. totum elidatur. In 10. proceleusmaticus est loco primo. In 13. Aedepol prima breui, nisi sit creticus loco primo. Et in 14. Philotion legendum ex Don. non Philotis, vt habet Aldi lib. In 22. d, in Quid eliditur, & Hæc, non omnes habent lib. nominatim vetustus noster. In 24. anapæstus loco primo, sed secundo creticus, quod malim quam l, de Ille abij cere. In 30. Ea est monosyl. In 31. Ita me dij amabũt, legendum ex Don. absque aduerbio Bene. In 32. Vt, à superiore elidit versu. Profero. n. primam producit apud Virg. nisi quis hoc licenter ab hoc poëta correptum existimet. Quo de diximus in Adel. Act. 3. Sce. 2. Item d, in Sed eliditur. In 37. l, de Illud eliditur, vel bacchius est loco primo. In 43. ego malim alteꝛ: Esse abijcere, quam l, de Illum elidere, & Sese initio item geminandum puto. Et est sane iuculentior sensus, vt post Vnicum neutiquam distinguatur. In 45. vel creticus loco primo est, vel Ille abijcit alterum l. In 49. anapæstus est loco secundo, & Huius monosyll. In 50. creticus haud dubie est loco quinto. In 54. Credo ibi eus, legendum ex Don. & Eius dissyll. est. In 59. vel Deæ monosyll. vel creticus est loco secũdo, Perdiunt dissyll. est, & Isto, pro Istoc legendum puto propter carmẽ. Alioqui heptametrum fuerit, qua le nullum inter senarios. Et versu proxime sequenti, vel d, in Ad, eliditur sequente consonante, vel Vt à superiore versu elidi tur, vt Lache, pro Laches, legatur. quod quidam habent lib. In 54. Potus legendum, non Potis. Sic autem constat carmen.

Plus potus, illa vt abstinere potuerit.

Nam vt sese adijciatur, non est necesse. In 57. proceleusmaticus est initio, nisi creticum malimus loco secundo. In 61. Eam monosyl. sed m, vel in Quam, vel in Eam, non eliditur. In 70. d, eliditur in Sed, & in 72. in Quid. In 74. s, in Magis. In 75. Aedepol prima correpta. In 76. alterum Se, quod ad finem versus est, à sequente versu eliditur. In 78. d, in Ad, elidi videtur nisi bacchium loco primo esse putemus. Sic Earum dissyll. fuerit, nisi creticus sit loco quarto. In 83. Deuictus legendum ex Don. non, Deuinctus, vt sit παρέμμιον, Deuictus, Victus, & Huiusce dissyll. In 87. Horum ea ad hos redibat lege hæreditas, legẽdum. Et vel m, in Horum, vel a, in Ea non eliditur. In 88. anapæstus est loco primo. In 99. synæresis est duorum ij, in Abijt. In 100. duo bacchij sunt initio versus, quod dicere malim, quàm tam anxie l, in Illic. & s, in Dies elidere. In vltimo versu Philotion legendum, non Philotis, quod Aldi habet lib. nomen blandimenti gratia protensum, idque apte sane, cum o, sit productum.

ACTVS II. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Sostratam vxorem accusat Laches, quòd nurum Philumenam duritie sua, & morum incommoditate domo eiecerit. Socrus contra nihil tale à se patratum esse contendit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Laches omnes socrus odij in nurus insimulat, mulieres aduersantes viris commemorat. Deinde diuersis coniecturis Sostratam vxorem, Philumenæ socrum coarguit, quòd nurum suam vtpote eandem Philumenam Pamphili vxorem durissimis suis moribus, & intolerabilibus è domo expulerit, coëgeritq; ad matrem remigrare. Socrus vero è contrario contendit, nihil se in perniciem nurus attentasse.

Tetrametri partim iambici Acatalectici, partim Trochaici Catalectici. Præterea aliquot Senarij.

LACHES senex, SOSTRATA mulier.

PRO deum atq; hominum fidẽ, qd hoc genus est, quæ hæc cõiuratio,
Vt omnes mulieres eadem æque studeant, nolintque omnia?
Neque declinatam quidquam ab alia rum ingenio vllam reperias:
Itaq; adeo vno animo oẽs socrus oderunt nurus. viris
Esse aduorsas, æque studium est, similis est pertinacia.
In eodem oẽs mihi videtur ludo ductæ ad malitiam: &
Ei ludo, si vllus est, magistrã hanc esse satis certo scio.
S. Me miseram, quæ nunc, quamobrem accuset, nescio. L. hem
Tu nescis? S. non, ita me dij bene ament mi Laches,
Itaque vna inter nos agere ætatem liceat. L. dij mala prohibeant.
S. Meque abs te immerito esse accusatam, post modo resciscs. L. scio.
Te immerito? an quidquam pro istis facti dignum te dici potest,
Quæ me, & te, & familiã dedecoras, filio luctum paras?
Tũ autem, ex amicis inimici vt sint nobis affinet, facis;
Qui illum decrerunt dignum, suos cui liberos committerent.

Tu sola exorere, quæ perturbas hæc tua impudentia.
s. Ego ne? l. tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem, putas.
An, quia ruri esse crebro soleo, nescire arbitramini,
Quo quisque pacto hic vitam nostrorum exigat?
Multo melius, hic quæ fiunt, quàm illi, vbi sum assidue, scio:
Ideo quia, vti vos mihi domi eritis, proinde ego ero foris.
Iam pridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam:
Minimeq. adeo mirũ: &, ni id fecisset, magi' mirũ foret.
Sed non credidi adeo, vt ẽt totam hanc odisset domũ:
Quod si scissem, illa hic maneret potius, tu hinc isses foras.
At vide, quàm immerito ęgritudo hæc oritur mi abs te Sostrata.
Rus habitatum abij, concedens vobis, & rei seruiens,
Sumptus vestros, ociumque vt nostra res posset pati,
Meo labori haud parcens, præter æquom atque ætatem meam.
Non te pro his curasse rebus, ne quid ęgre esset mihi?
* venit s. Non mea opera, neque pol culpa * euenit. l. immo maxume.
Sola hic fuisti: in te omnis hæret culpa sola Sostrata.
Quæ hinc erãt, curares; cũ ego vos solui curis ceteris.
Cum puella anum suscepisse inimicitias non pudet;
Illiu' dices culpa factum. s. haud equidem dico mi Laches.
l. Gaudeo (ita me dij ament) gnati caussa: nam de te quidem,
Sati' scio, peccando detrimenti nil fieri potest.
s. Qui scis, an ea caussa mi vir me odisse assimulauerit,
Vt cũ matre vna plus esset? l. quid ais? nõ ligni sat est,
Quòd heri nemo voluit visentẽ te ad eã intromittere?
* Eam s. * Enim lassam oppido tum aiebant: eo ad eam non admissa sum.
l. Tuos esse illi mores morbum magi', quàm vllam aliam rem arbitror:
Et merito adeo: nam vostrarum nulla est, quin gnatum velit
Ducere vxorẽ: & quę vobis placita cõditio est, datur:
Vbi duxere impulsu vostro, vostro impulsu easdem exigunt.

DON. PRO Deum atq; hominum fidem) In hac scena accusatio socrus est, quæ se cõiecturaliter defendit, dicens nihil à se factum in perniciem nurus. [Pro Deum atque hominum fidem) Empathos ab exclamatione cępta scena est. Senex. n. est difficilis, & iratus. [Quod hoc genus est, quæ hæc coniuratio) Conatur Terentius, aduersus famam socrum bonã reperire, & incipit gñali exclamatione, quo vehementior sit eius accusatio, paulatimq. ad speciale crimen descendit. [Quod hoc genus) Accusatio à persona, cui accidit ex sexu, q̃ socrus est. [Coniuratio) Confessio, bonæ rei est. Coniuratio malę. & inde coniuratio Catilinæ dicta est. [Quæ hæc cõiuratio) Accusatio à te. [Vt oẽs mulieres eadem æque studeant) Bono argumento vtitur, Læsisti nurum, quia socrus es, & nulla socrus diligit nurum. [Vt oẽs mulieres) Accusatio à causa eadem. [Studeant) Maioris operis est studere, quam velle. [Neque declinatam quidq̃) .i. flexam vel inflexam, ab eo q̃ declinauerat, ne parum sit, diuersam vel dissimilem dixisse. vt est illud, Illum tumulum inflexit. [Itaque adeo vno animo) Nescias an ex sententia hac, vel adeo ex hac scena nomen fabulę sit inuentum. [Itaque adeo) Necessariæ sententiæ amphibolia ad describendum vtranque personã. [Vis Esse aduersas) Aliud agumentum, Læsisti nurum, vt mihi aduersareris. nam mulieres omnes aduersantur viris. [Similis est pertinacia) auxesis. nam studium & bonum est: Pertinacia vero nunquam non mala. [Aeque studium est) Studium est dedita opera voluntatis hominis attentior atq; impẽsior. [In eodem omnes mihi vñr ludo doctæ ad malitiam) Tria in accusatione posuit, ex quibus duo sunt cõmunia, vnum ipsius q̃ mulier est, & q̃ socrus, cõia, q̃ ipsa specialiter, magistra est ad malitiam Sostrata. Ex his colligi iniuriam passam, nurum per coniecturam. [Et Ei ludo, si vllus est, magistrã) Magna amplificatio criminis. dubitat, an sit ludus malitiæ, & magistra non dubitat Sostratã, sed certo scio, inquit. [Me miseram) Et hæc quæ amphatos cępit, ad misericordiam spectat defendentis oratio. [Quæ nunc, quamobrem accuser nescio) oratorie, pro se loquitur mulier. si quidem maioris innocẽtiæ est nescire crimẽ, q̃ defendere. & his verbis ostenditur sine noxa esse ẽt Philumenam, non solũ hanc quæ loquitur, Sostratã. [Itaq.) modo duę partes sunt orationis. [Non, ita me dij bene ament mi Laches) modo mi Laches non est blandientis, sed eius qui periclitetur innoxius. [Non, ita me dij bene amẽt) πίστις per iusiurandũ. [Non, ita me dij bene amẽt) Animaduertendum veteres, non minus euphemismõ in verbis, q̃ cacephaton neglexisse, velut hic, Ita me dij bene ament. [Dij mala prohibeãt) Similiter odit vxorẽ, cuius amor optabilis fuit in adolescentia. [Dij mala prohibeant) vt vna inter nos agamus ætatem. [Post modo rescisces) hæc figura ab oratoribus ἐπίτρεμμα nominatur, in qua aliquid promittimus iudicibus nos probaturos, cũ metuimus, ne quid illis temere persuasum sit. [Post modum rescisces) Fiducia innocentiæ. Rescisci est, cũ quod de industria celatur, vix argumentorum vi agnoscitur. [An quidq. pro istis factis) Amare, παρὰ προσδοκίαν. [Quæ me, & te, & familiã) Iam sic accusat, quasi probauerit crimẽ. & est amplificatio. [Quæ me & te, & familiã) hæc exaggeratio est, quæ ἀπὸ τοῦ ὅλου appellatur, cũ ex vno maleficio multa fiũt ab oratoribus crimina. [Dedecoras) Dedecoratur, quod honestum est: Turpatur, q̃d honestum est corporale. [Suos cui liberos committerent) Nota liberos significatione etiã vnius filiæ. [Dignum, suos cui liberos committerent) Multum sonãter, & accusatorio strepitu nec masculinum genus, nec fœmininum posuit, nec vnam, sed liberos. Sic Cic. En cui tuos liberos committas. cum de vno ageret. &, Habemus enim liberos omnes, de puella. [Dignum) hic dixit dignum, vt honoris genus sit accipere vxorem meruisse. [Tu sola exorere) Emergis repetitis. Verbum hoc imprudentiam notat. Cic. exortus, est seruus, qui quem in eculeo appellare non posset, cum accuset solutus. [Exorere,) Existis. Exoriri dicitur qui non expectatus inuadit aliquem. [Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, haud hominem, putas) Tu mulier, ἀφασία mi litiæ habet. & omnino expressio consuetudinis est ad indignationem. Et lapis nunquam vtilis, nisi ad telum, quem magis ad iniuriam delegit. nam saxum melius, quàm lapis, vt Virg. Saxaq. subuectare humeris. [Tu inquam mulier) Sic Euripides * & Virg. varium, & mutabile semper Fœmina. [Lapidem, haud hominem) Sufficeret, lapidẽ putas, sed de stomacho, haud hominem additum est. Plaut. Heus meus elephanti corio circunctectus est, non suo. [Haud hominem putas) ἀνθρωπον. Sic Apollodorus. * [An, quia ruri esse crebro) memor sui est, qui vxerat, Rus abis. [Quo quisq; pacto vostroꝝ) vostroꝝ, pro vostrũ. sic veteres. [Multo melius, hic quæ fiũt) ὑπερβολῆ vlus est. vt in Adelphis, An non prius totis sex mensibus olfecissem? [Ideo qa, vti vos mihi domi eritis) Mire confirmat vnde sciat, ne suspiciose crimen obijcere videretẽ. Et bene Mihi, quia cõmoditas familiæ ad hunc redundatura est. [Iampridem equidem audiui cepisse odium tui Philumenam) Primo obiurgatio est Sostratæ, cur non amet nurum. secundo, cur nõ ametur à nuru tertio, cur vsq; adeo puella nupta deferat domum. [Minimeq. adeo mirũ) Satis amare, pro merito dicit odium contra meritũ amoremq. simul excusat nurum, quæ oderit talẽ socrum, & simul præuenit, Quid si nõ lęsa est, sed odio me habet? [Sed nõ credidi adeo) Deest, vsuram fuisse. [At vide, quàm immerito ægritudo hæc oritur mi abs te Sostrata) πάθος post acrem inuectionẽ, ipsum miseratur, vt inuidiam duræ inclamationis in ipsam conuertat. Sic in Andria: Age nunc, iam ego pol hodie, si viuo, tibi Ostendam, herum quid sit pericli fallere. Et continuo, Chreme, Pietatem gnati. non te miseret mei? Tantum laborem capere obtalem filium? [Quàm immerito ægritudo hæc oritur mi abs te Sostrata) Postq̃ de iniuria dixit, de persona eius cuius fama * est. i. cum. [Aegritudo hæc oritur) Oritur, & magnitudinem rei significat,

tignificat,& repentinum impetum. vt ſupra, Tu ſola exorere. [Rus habitatum abij) Quia dixit, Senex rus ſeſe abdidit. [Concedens vobis) Ne diceret q̃ ſit voluptatis cauſa. Vobis melius pluraliter, q̃ ſi diceret, qui. [Sumptus veſtros, omniumq̃.) Sumptus veſtros, idem quod alibi, Ocium, vitam vrbanam. Vel q̃ nihil ac quiritis. vt in Adelphis, Hanc ego clementem vitam, vrbanam atque ocium ſectus ſum. [Concedens vobis, &rei ſeruiẽs) Concedens vobis. i. vt vos in vrbe eſſetis. [Rei ſeruiens) Res ſeruit diuitibus, quia abundant. rei ſeruiunt pauperes, quia ſe coartãt ad anguſtias rei. Ita ergo res pro qualitate ſua & ſeruit, & ei rei ſeruitur. Horat. Imperat aut ſeruit collecta pecunia cuique. [Ociumq̃.) Hoc eſt, amorem, quaſi nihil agentibus. [Vt noſtra res poſſet pati) Mediocris. ſ. vt comici patresfamilias. [Præter æquõ ætatem meam) Præter ęquum quia vos eſtis domini, vel q̃ a vos fruimini, cum ego doluerim. Aetatem, quia ſenex. Virg. Vires vltra, ſortemque ſenectæ. [Non te pro his curaſſe rebus) Mirus ſenſus, Pro his, inquit, tot rebus vnam, & facilem redderes, curares ne quid ægre eſſet mihi. Et te ſic pronunciandum, q. d. Et ſi alij non curarent, curare debuiſti. [Non mea opera, neque pol culpa) Vellet dicere nurus euenit, ſed melius dixit, nõ mea, ne accuſando, confirmaret quod dixit ſenex, Omnes ſocrus oderunt nurus. [Neque pol culpa euenit) Bene additum, Neque pol culpa. Potuit enim fieri, vt nõ fecerit ipſa iniuriam, ſed tamen permiſerit fieri. mire tamen nec ipſa accuſat nurum. [Non mea opera, neque pol culpa) Videtur vnum dixiſſe opera & culpa, & tamen non eſt idem. Opera enim eſt, ſi ſcientes læſerimus: Culpa, ſi ne ſcientes. quorum alterum, ſceleris, alterum, ſtultitiæ eſt. [Sola hic fuiſti) Ratio. & deeſt Enim, vt ſit, Sola enim hic fuiſti, quod ad filium & maritum pertinet. nam non ſola, cum qua nurus. [Sola hic fuiſti) Sola quantum pertinet ad regendam domũ, cetera & filius, & nurus erant. ſed ſola. i. ſine me. [In te omnis hęret culpa) Etſi in nuru culpa aliqua, in te omnis eſt tamẽ Soſtrata. [Sola Soſtrata) Optime geminauit Sola, more iraſcentium, nondum nomen poſuit. & Soſtrata, additum ad amaritudinem inclamantis. [Cum ego vos ſolui curis ceteris) Vos, pro te: vt, Deſiſte manum committere Teucris. [Cũ puella anum ſuſcepiſſe inimicitias) h. d. tanquam conceſſerit etiam nurum iniquam eſſe. [Cũ ego vos ſolui) Noua figura, ſolui vos. [Illius dices culpa factum) Prœuenit defenſionem, & eam ſic pronunciauit vt crimen. [Cum puella) Puellam blande dixit, ita hanc cum amaritudine, anum. [Haud equidem dico mi Laches) Mi Laches modo dixit, quaſi grauiſſimum accuſatorem arguẽs & quaſi defatigata & delaſſata eius inclamationibus. Non ergo blandientis eſt modo Mi, ſed inuidioſe rogitantis. [Gaudeo, ita me dij ament, gnati cauſa) Quòd ſimilis filius non ſit, an quòd talem vxorem habeat, quam nec inimica accuſare poſſit? Et gnati cauſa, dixit, quia talem vxorem habens, ſua cauſa, quid gaudeat non habet. [Nam de te quidem ſatis ſcio). i. nihil detrimenti ſit, ſi tu pecces. i. nunquam, inquit, peccãdo peior fieri potes, ſed es eadem quæ ſemper es. Senſus eſt, Iam talis es, vt peior fieri non poſſis. Sic Cic. Eſt idem Verres qui fuit ſemper. [Peccando, detrimenti) Seruas, inquit, numerum peccatorum, nec fit vllum copiæ detrimẽtum, ſed cum plurimum delinquas, tantundem ſemper admitti tur. [Peccando, detrimenti) Hic ſenſus obſcurus eſt, attamẽ hic dum quantumcunq̃, inquit, ſceleris admiſeris. i. quantumcunq̃ peccaueris, nihil de tua exiſtimatione minuitur. nihil de pudore derogatur, eadem es quæ fuiſti, quia peior fieri non potes. [Peccando detrimenti) Quidam hanc putant ironiã, q. d. Certus ſum quòd ex nullo peccato tuo damnum pati poſſumus, ſed male. [Qui ſcis, an ea cauſa, mi vir) Defenſio à deriuatione cauſæ, in qua oſtenditur non hanc eſſe, quam obijcit cauſam ſenex, cur abierit nurus ad matrem ſuam. [Vt cum matre) Deeſt, Sua. [Vt cum matre vna plus eſſet?) ἐμετρικῶς dixit. i. diu ac maiorem partem. [Quòd heri nemo voluit) Bene infirmauit defenſionem ſenex, dicendo, Si propter matrem abijt, cur tu excluſa es, cum venires? [Enim laſſa oppido) Infirmus defenditur ſocrus, vt error ſenis vſque ad cataſtrophem perſeueret. [Enim laſſam oppido) Pro, Oppido enim dixit. Superuacua ponitur interdum hæc cõiunctio, aut pro altera coniunctione. [Oppido) Valde. trãslatio à ruſticis, q̃ interrogati quemadmodum fruges prouenirent, reſpondebant, Oppido. i. quæ ſibi & oppido ſufficere potuiſſent. [Eho) Propterea, ideo. [Tuos eſſe illi mores) Acerbiſſime inſtitit ſenex & accuſationi vxoris, & defenſioni nurus, ſi q̃dem hoc ſenſu dicat, nurum nec mendacij culpam incurrere, quæ vere ęgrotet ex moribus malæ ſocrus. [Nam veſtrarũ nulla eſt) Pro veſtrum. hoc enim ab eo quod eſt veſtræ. [Quin gnatum velit) Quin, quæ non. [Et quæ vobis placita cõditio eſt datur) Imago hic quædam argumentationis, quæ dicitur ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. quod Latine dicitur, Ab initio ad finem. & vt generaliter cœpit inuectionem, ita generaliter concluſit in ſocrus. & eſt ſenſus, Eo improbius facitis, quòd illas, quas elegeritis, odiſtis. [Vbi dixere impulſu veſtro) Bene verba eadem ſtomachoſe & ſignificanter repetiuit, vt improbitas ex proximo appareat impulſu. [Vbi duxere impulſu) Videtur, vt ſupra diximus, hæc tota ſcena ad hoc interpoſita, vt fabulæ nomen hinc intelligeremus inuentum. Et impudentiam ſocruum impulſus repetitio demonſtrauit. [Impulſu veſtro) Sic in Heaut. Scortari crebro nolunt, nolunt crebro conuiuarier.

PRO &c.) Hic accuſatio ſocrus eſt, quæ læſerit nurum. Socrus autem coniecturaliter ſe defendit dicens nihil à ſe factum eſſe in perniciem nurus. L. Pro, iraſcentis exclamatio, imploro ſupp. fidem. i. opem & auxilium. Deum pro Deorum, atque hominũ, quod. i. quale, cuiuſmodi eſt hoc genus, muliere. ſ. eſt, accuſatio eſt enim eſt à ſexu, quæ. i. qualis, hæc coniuratio. i. cõſpiratio, cõſenſus, concordia, in malum eſt, conſenſio bonæ rei eſt, coniuratio malæ, vt. i. quod omnes mulieres æque. i. pariter, vel ita ſtudeant. i. ſtudio ſe moliantur, tentent, atque cupiant ea. i. eaſdem res, puta lædere nurus & odiſſe, ſtudere maioris eſt operis, quàm velle, ideo hic ſtudeant. rite capi poteſt pro ſtudioſe cupiant, & vt omnes mulieres æque nolint. i. recuſent omnia, quę ſup. viri velint vel nurus, neque reperias. i inueniat aliquis, ſecũda perſona, pro tertia, vllam mulierem declinatam. i. inflexam, ſeu recedentem quidquam. i. in aliquo, ſeu aliquatenus ab ingenio. i. à natura aliarum mulierum, itaque. i. ideo, vel ſint duæ partes, omnes ſocrus. i. omnes matres maritorum, oderunt. i. odio proſequuntur nurus. i. vxores ſuorum filiorum, adeo pro valde, vno animo. i. animo valde ſimili, & conſentienti, æque. i. ita, vel tam ſeu tantum ſtudium eſt. i. dedita opera & attẽta voluntas, ac impẽſa & ſimilis pertinacia. i. obſtinatio & perſeuerantia in malo eſt omnibus, mulieribus, eſſe aduerſas. i. aduerſari viris, & omnes mulieres videntur mihi doctæ. i. inſtructæ, eruditæ ad malitiam, in eodem ludo. i. in eadem ſchola malitiæ. Et ſcio ſatis certo. iſatis explorare hanc vxorem meam eſſe magiſtram ei ludo. i. illi ſcholæ malitiæ, ſi vllus eſt malitiæ ludus magna eſt criminis amplificatio dum dubitat ſenex an ſit malitiæ ludus. S. me miſeram, exclamatio eſt tertia. q. d. poſſum, Dicere me eſſe infelicem, quæ. ſ. ego neſcio, quamobrem. i. propter quam cauſam. ac cuſet a viro meo nunc. L. hem, indignantis interiectio, & irridentis, tu neſcis quare accuſaris, q. d. optime noſti, ſed ſimulare te iuuat. S. ò mi Laches, non hic mi blandimentis eſt, ſed eius qui periclitetur innoxius. Dij ita ament me, vt dico verum, me neſcire quare accuſet, quæ. i. & ita liceat nos agere ætatem. i. vita fungi inter nos, & ſimul traducer vitę tempus, vt rerum dico me neſcire quare accuſer, ſuntq̃. modi iurandi ſatis triti. L. dij prohibeant mala, q. d. non eſſet magnum mihi malũ, ſi tu mihi eripereris me poſſem tecum agere ætatem, & hoc dicitur per quandam irriſionem, vt dici cõſueuit vulgo, Deus ſeruet nos à malo per quandam irriſionem. S. & reſciſſes. i. cognoſces. Reſcimus quod de induſtria cælat, poſt modum. i. poſtea me Soſtratam eſſe accuſatam abs te immerito. i. ſine cauſa. L. ſcio te immerito eſſe accuſatam, q. d. ſcio te non eſſe tantum accuſatam quantum meruiſti, & ideo immerito. i. non ſecundum meritũ es accuſata, an. i. vtrum quidquam. i. aliquid poteſt dici de te dignũ. i. prout merita es. pro iſtis factis. i. pro tuis improbitatibus. iſtis poſuit per contemptum, quæ. ſ. tu dedecoras. i. deturpas, dehoneſtas, infamas me, & te, & familiam. i. famulos & domum totam, & paras. i. acquiris vel procuras luctum. i. mœrorem filio Pamphilo, autem. i. ſed, tum. i. deinde, facis vt affines. i. propinqui noſtri propter nuptias ſint nobis inimici ex amicis. i. cum prius eſſent amici nobis, q̃ affines decreuerunt. i. ſtatuerunt illum filium dignũ, cui filio committerent. i. collocarent, traderent fidei, ſeu crederent ſuos liberos. i. ſuam filiam, vbi liberi in plurali in ſignificatione vnius filiæ vſurpat, tu Soſtrata exoreris. i. emergis, exiſtis repereris, ſola, quæ. ſ. tu perturbes hæc. i. has amicitias, & mutua commercia, ſeu mutuas neceſſitudines, tua impudentia. i. tua importunitate. Exoriri dicitur qui expectans aliquem inuadit. declinaturq̃. tam ſecundum tertiam coniugationem, quàm ſecundum quartam. S. egon'. i. dicis ne quòd ego perturbaui omnes affinitates? L. inquam. i. dico, vel repeto, quòd tu mulier hæc omnia perturbaſti, quæ. ſ. tu putas omnino me eſſe lapidem. i. inſenſibilem, non hominem an. i. vtrum, quia ſoleo eſſe ruri. i. in agris, crebro. i. ſæpe, rus dicitur (vt aliqui volunt) à rurſum, q̃ rurſum, quotannis, vel alternis ſit, colendum, ſi velimus fructũ nobis afferri ab illo, arbitramini. i. putatis me neſcire quo pacto

GVID.

.i. quomodo,quisque vestrorum,pro quisque vestrum, exigat .i.agat,traducat vitam,hic .i. in hoc loco domi,vbi dixit quisq; vestrorum masc.vsus est,quod præpõderat fœm. intelligebas.n. senex non solum de vxore,sed & de filio,& de cetera familia domi relicta. Scio multo melius ea,quæ fiunt hic domi, quàm ea quæ fiunt illic.s.ruri,vbi ego sum assidue,ideo.i.eam ob rem qa vt.i.sicut vos de familia mea eritis mihi.i.ad meum decus vel de decus domi proinde,dissyllabũ.i.ita ego ero foris puta in agris fama.i.in fama,& rumore tali, qualem mihi comparaueritis domi,q. d. in me redundatura est familiæ fama turpis, & honesta equidem audiui iam pridem Philumenam nuram nostram cepisse .i. concepisse odium tui,bene tui, nam hic passio designatur,& minime.i.non,est adeo.i.valde mirum,si ceperit tui odiũ, & ni .i. nisi Philumena fecisse id .i. nisi,cepisset odium tui,foret magis mirum cum tu sis eiusmodi moribus qui pariant facile odium,sed non credidi hucusque eam sup.cepisse adeo.i.tantum odium tui vt etiam odisset .i. odiret. si haberemus hanc totam domum .i. meam totam familiam, & locum ipsum. quod .s. eam fuisse concepturam tantum odium tui si sciissem .i. sciuissem, illa nurus maneret potius hic domi meæ, tu Sostrata isses .i. iuisses,hinc .i. ex hac domo foras. At.i.sed ò Sostrata vide .i. considera nunc quàm .i. quantum, immerito .i. sine causa, vt prius dicebas,hæc ægritudo .i. animi molestia,& dolor. oritur mihi abs te abij.i.me contuli,rus.i.in agro, habitatum .i. ad habitandum, concedens vobis.i.vobis morem gerens vel permittens,vt in vrbe essetis,& seruiens.i.consulens, incumbens rei .i. vtilitati rei familiaris,res seruit diuitibus,quia abundat eis,pauperes etiam rei seruiunt,quia se coartant ad angustias rei,& mes setenus propria viuunt, id autem faciebam vt nostra res .i. nostra substantia,nostrum peculium,posset pati.i.tolerare,sustinere vestros sumptus .i. vestras impensas, & vestrum ocium .i. vel vitam vrbanam quietam, & securam, vel vocationem vestram à labore,vel amorem quasi nihil agentibus, abij inquam habitatum non parcens labori meo, vbi dicunt non parcens pœnæ meæ,& non timens pœnam meam, præter æquum .i. id contra quod æquum est,vt videlicet vt vos essetis domi,& ego laborarem ruri,& vos frueremini,ego vero dolerem,& præter ætatem .i. contra rationem ætatis meæ,quia sum senex, vide inquam te non curasse.i.effecisse, pro his rebus .i. contemplatione horum laborum morum,nequid.i.vt non aliquid esset mihi ęgre.i.moleste, & difficulter ferendum. Alij interrogatiue legunt, quod minus placet. Sost. non venit .i. non euenit nurus relinqueret hanc domum,mea opera.i.mea operatione,& studio neque pol mea culpa .i. (quod barbare dicunt in hoc sensu) meo defectu. Opera est si scientes læserimus, culpa vero est si nescientes offenderimus,quorum alterum est sceleris,alterum stultitiæ, addidit pol,aduerbium iurandi,vt dictum suum certius comprobaret. L. Imò .i. sed maxime .i. præcipue,euenit opera tua, vt totum factum sit quod video,tu fuisti hic sola.i.sine me,& sola habens regimen totius domus,propterea omnis culpa hæret .i. fixa est, reposita est in te,tu sola curares .i. curabas, coniunctiuum pro indicatiuo,ea quę erant hic.i.domi curanda,cum.i.quando,ego solui .i. exsolui,liberaui vos pro te,ait Donatus,ceteris curis .i. solicitudinibus alijs, puta operandi aliquid manibus proprijs, non pudet te anum.i.vetulam,suscepisse inimicitias cum puella Pamphila,quæ debuisses vsa esse sapientia, & non curasse hęc indigna tua ætate, dices.i.respondebis (occurrit obiectioni) id factum esse quod fuerint inimicitiæ, vel quod discesserit sua culpa.s.puellæ. S. Equidem ò mi Laches, ibi mi non est blandientis, sed inuidiose rogantis, equidem non dico id factum culpa puellæ. L. Ita me Dij ament,vt verum,& ex animo dico, gaudeo causa filij, vel quia non sit similis matri aut quia talem habeat vxorem, quæ nec ab inimica quidem possit accusari, nam de te.i.quantum ad te attinet,satis scio quod sup. nihil detrimenti.i.nulla diminutio,de tuo pudore,aut de tua æstimatione potest fieri peccando .i. quantumcunque peccaueris,quoniam peior fieri non potest,sed semper es eadem. S. O mi vir.i.mi marite,qui.i.quo modo scis,an assimulauerit.i.finxerit,se odisse me .i.odio prosequi me,ea causa.i.eam ob rem,vt esset plus .i. diutius,vna.i.simul,cum matre sua. L. Quid ais, q. d. nihil dicis quod procedat,non satis signi.i.non est signum sufficiens,quod nemo voluit admittere .i. introducere heri ad eam Pamphilam, te Sostratam nescientem .i. euntem ad visendum eam. S. Enim .i. certe,vel quia,non admiserunt me quia aiebant eam, tum .i. tunc oppido.i.valde,lassam .i. defatigatam morbo, ac propterea quiescere neque tunc esse adeundam eo .i. propter ea non admissa sum ad eam Pamphilam. L. Arbitror tuos mores acerbos,& duros toleratu,esse magis morbum illi puellæ, quàm vllam aliam rem,q.d. ægrotat ex moribus tuis malis,quibus acerbe contristatur,& adeo.i.certe,vel valde, merito .i. non sine causa tuis malibus ægrotat,nam nulla vestrarum, pro vestrum est,quin.i.quæ non velit filium suum ducere, & conditio .i. optio,electio,pactio,quæ vobis placita est,pro placuit) nam placeo facit placui vel placitus sum in præterito) datur vobis,quasi dicat improbe illas odistis,quasi elegeritis,ipse vbi .i. postquam filij duxerunt illas vxores,quas elegistis,impulsu vestro.i.vestra instantia,ipsi exigunt .i. excludunt, quasi extra agunt & exturbant, eijciunt amittunt à se impulsu etiam vestro quod est nurus, vestros mores nequeat perferre.

ARGVMENTVM) Expostulat senex cum vxore, & odio, & iniurijs Philumenam à se abegerit. [Pro deum atque) grauiter ab exclamatione incipit, & morum similitudinem con iurationem vocat,per auxesim. Estque hoc exordium accusatio nis.[Videntur ludo doctæ)Venustæ metaphoræ. [Ita medij bene)Deieratio ad purgationem.[Dij mal.)Abominatio. [Quæ me,& te) Exaggerat rem à personis, priusquam crimen proferat.[Tu inquam)Resumptio ad vehementiam.[An quia)Occupatio, qua tollit suspicionis opinionem, vt rem certam confirmet. [Iam pridem) Propositio, quæ amplificandi causa dilata est,cui subijcitur confirmatio breuis ex ipsa re,& mox amplificatio ex odij magnitudine. [At vide) Amplificatio à suis meritis.[Non mea opera)Inficiatio Sostratæ,& sic controuersia con iecturalis.[Hæret culpa sola)Probatio ex vi remotionis.[Cum puella anum)Inuidia facti à personis.[Illius dices)Occupatio, quæ & ipsa vim habet ex remotione.[Qui scis)Obiectio ad defensionem,sed permodesta. [Non signi sat) Refutatio à signo. [Enim lassam) Absolutio, locus coniecturalis, & proprius defensoris.[Tuos esse illi) Redit ad institutum dimissa altercatione, & confirmat à persona. LATO.

PRO Deum) Socrus aduersus nurus non insolentem, sed perpetuam,& quasi debitam superbiã,iram,inuidiam, odiumq; exponit hæc scena. Nam socrus filiorum suorum vxores ob hoc ferè odio prosequuntur,quòd plerunque digniores, & meliores aut ditiores suos liberos existimant, quam qui debeant vxoribus etiam dignissimis, & optissimis iungi. Hoc enim totum odium ex sola philantia descendit, vitio vt omnium pestilentissimo,sic etiam frequentissimo. Describitur præterea boni patris familias officium qui ita vitam suam instituere debes, vt quamuis familia illum quàm longissime subinde abesse putet, interim tamen ille omnium illorum facta dictaque explorata teneat. Est autem socrus mariti mater. Nurus vero vxoris mater. PETR. MARS.

HVIVS scenæ primi septem versus sunt iamb.tetr.acat.In primo creticus est loco primo. In 4.proceleusmaticus est eodẽ loco primo.Finitur autem is versus in Viris. & quintus ab Esse verbo incipit,denique Pertinacia claudit eum versum,ita vt verbum Est præcedat, ac ita legantur, GLAR.

Itaque adeo vno omnes animo socrus oderunt nurus, viris
Esse aduorsas æque studium est, similis est pertinacia.

In 7. anapæstus est locis primo,& sexto,& creticus loco tertio, nisi s,in Vllus elidatur. Octauus ac nonus senarij sunt iambici. Decimus rursus tetrameter iambicus acat. cum octo subsequen tibus. At in hoc adeo decimo vel proceleusmaticus est loco septimo, vel synæresis duarum vltimarum syllabarum est. In 11. anapæstus est loco sexto. In 15. creticus est loco quarto, nisi Suos monosyllabum faciamus. Vndeuigesimus senarius est. [Multo melius hic quæ fiunt,quàm illic vbi) Quatuor hi proximi versus tetram. vel trochaici catal. esse possunt,vel iambici acatal.Doct.trochaicos existimauit.Ego malim iambicos. Ceterum in secundo versu pro Ideo quia,alij libri melius habent, Ideoque. Reliqui deinde sunt trochaici, quanquam quidam ẽt dubij. In 7.e corripitur e in vide. In 8. vel Rei monos. est,vel est creticus loco sexto. In 10. vel Meo monosyllabum erit, vel carmen erit iambicum, vel denique amphibrachys est loco primo. In 12. trochæus initio est, & Venit habet vetustus liber, sed nihil ad carmen. Decimustertius iambicus est,nisi aut Fuisti dissyllabum fuerit, aut bacchius sit loco secundo. In 26. Illius dissyl. In 18. Dij corripitur,non eliditur. In 19. s,in Satis eliditur,alioqui iambicus erit. Quintus quartusque à fine ambigui sunt, quãquam in quinto Enim à superiore versu prio rem elidere potest, & in quarto Tuos monos. esse potest, vt sic ambo sint trochaici. In vltimo Easdem dissyllabum erit,ambiguum sanè,sed ego trochaicum malim,quia duo proximi haud dubie erant trochaici.

ACTVS

ACTVS II. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Laches remitti cupit curum suam. Pater Phidippus dicit non posse eam perdurare apud socerum absente Pamphilo.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequente scena Laches Pamphili pater, Phidippum Philumenæ parentem conuenit super reditus suæ uxoris, quam certe Phidippus negat apud socerum absente Pamphilo perdurare posse. In primis autem Phidippus filiam alloquitur, qui mitissimus esse pater ostenditur, eo quòd multum de suo iure remittat.

Iambici quadrati acatalectici.

PHIDIPPVS senex, LACHES, SOSTRATA.

TSI scio Philumena meum ius esse,
vt te cogam,
Quæ ego imperem, facere: ego tamen
patrio animo victus faciam
Vt tibi concedam, neque tuæ libidini
aduorsabor.

L. Atque eccum Phidippum optume video: ex hoc iam scibo, quid sit.
Phidippe, esse ego meis omnibus scio me apprime obsequentem:
Sed non adeo, vt facilitat mea illorum corrumpat animos.
Quòd si tu idem faceres, magis in rem & nostram, & vostram id esset.
Nunc video in illarum potestate esse te. P. eia vero.
L. A dij te heri de filia: vt veni, itidem incertum amisti:
Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc,
Cælare te iras. si quid est peccatum à nobis, profer:
Aut ea, refellendo, aut purgando vobis, corrigemus,
Te iudice ipso. sin ea est causa retinendi apud vos,
Quia ægra est: te mi iniuriã facere arbitror Phidippe.
Si metuis, satis vt meæ domi curetur diligenter.
At, ita me dij ament, haud tuis hoc concedo, etsi illi pater es,
Vt tu illam saluam magis velis, quàm eho; id adeo gnati causa,
Quem ego intellexi illam haud minus, quàm se ipsum, magnificare,
Neque adeo me clam est, quàm esse eum grauiter latu rum credam,
Hoc si rescierit. eò, domum studeo hæc prius, quàm ille huc redeat.
P. Laches, & diligentiam vestram, & benignitatem
Noui: &, quæ dicis, omnia esse vt dicis, animum induco:
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,
Si facere possim vllo modo. L. quæ res te facere id prohibet?
Eho, nunquidnam accusat virum? P. minime: nam postquam attendi
Magis, & vi cœpi cogere vt rediret, & sancte adiurat
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare.
Aliud fortasse alijs vitij est: leni ego animo sum natus:
Non possum aduorsari meis. L. hem Sostrata. S. heu me miseram.
L. Certum ne est istuc? P. nunc quidem, vt videtur: sed nunquid vis?
Nam est, quod me transire ad forum iam opportet.
L. eo tecum vna.

TSI scio Philumena meum ius esse) In hac scena moralis allocutio Phidippi est ad filiam, mitissimi partis colorẽ ostendens. [Etsi scio) Apparet & hic multa prius patri suo Philumenã locutam fuisse. ergo hæc responsio est, non principiũ. [Vt te cogã) Etiam inuitam .s. [Scio meũ ius esse, vt te cogam) Hoc idem in Adelphis: Nõ necesse habeo omnia pro meo iure agere. [Patrio animo victus) Bene victus, qa nõ ratione facio. [Victus) Est vndecunque, qui recedit à iure. [Neq; tuæ libidini) Libido est quælibet volũtas temere suscepta. Et bene libidini est. n. non æquum domo mariti abesse nuptam. Etsi. n. pro volũtate posuit libidinem, tñ sub accusauit hoc nomine. [Optume) Opportune. [Ex hoc iã scibo) Legitur & Hic, locale aduerb. & quasi comminatur vxori modo se inuenturũ ipsam peccasse, non nurum. [Quid fiet) Vtrum, quid sit rei? an quid fiet nurus? vtrum innocens, an iniqua? Et videtur hoc Sostratæ dicere, nam vicini sunt inter se proximi Laches & Phidippus. [Phidippe etsi ergo meis) Expostulatio Lachetis apud Phidippũ, accusationem continent, tanquam causam iniuriam intẽdat. [Apprime) Vehementissime. [Scio me esse apprime ol sequentem) Principium à persona eius cum quo agitur, & sua, & an vtile sit nimis obseq hominẽ suis. [Sed nõ adeo, vt facilitas mea) Facilitas, indulgẽria. [Sed non Deo, vt facilitas mea) Deest Tamen & est anacoluthõ tertiũ. [Eia vero) Modo aduerbium corripiẽtis. [Eia vero) Parel con. [Nunc video) Iucunde temperat eius culpam, quẽ accusat cum dicat illum coactum à suis facere sibi iniurias. [Adij te heri de filia) Narratio & memoriter poëta, qa dixit heri ea causa rure huc aduenit, patrem continuo Philumenæ conuenit. [Itidem incertũ amisti) Pro amisisti, sincope. Et itidẽ quid est? an id, Incertum amisisti, vt ad te incertus veni? Iungendum ergo, vt veni, itidem. vt sit, Vt veni, amisisti itidem incertum. Incertus, inqt, veni, incertus à te recessi. [Haud ita decet) Nõ vsque adeo decet. & est confirmatio. [Haud ita decet) Bene additum est Ita. etsi. n. celandę irę, non vsque adeo tñ, vt discordiam pariant. [Aut ea refellẽdo, aut purgando) Refellit qui negat, Purgat qui fatetur, & sic defendit. [Ergo refellimus per coniecturã) Purgamus per ceteros status. [Te ipso iudice) Virg. Pandeus Arcadia mecũ si iudice certet. Quid. n. est Te ipso, nisi. s. reo culpæ, & tibi ipsi ac tuis fauẽti? vel q. me speres vincere. [Vobis corrigemus) Plus dixit Vobis, q̃ Tibi. [Sin ea est causa retinendi apud vos) Repræhẽsio. [Arbitror Phidippe) Bene addidit nomen, excitans audientem. [At, ita me dij ament, haud) Addidit iusurandum, vix. n. credibile est tãtundem amare socerum quantum patrẽ. [Satis vt meę domi curetur diligenter) Vt, ne non. & iungendũ est Satis diligenter. non enim, Metuis satis. [Etsi illi pater es) Salust. in 1. lib. Et liberis eius auunculus erat. [Etsi illi pater es) Compendiũ attulit. Virg. Heu fuge nate dea. Hoc enim sentit, Quãquam natus dea sis, fuge tamen. [Id adeo gnati causa) Honeste amori nurus rationem subiecis piam. Nam non continuo rectum est nimis amari à socero nurum, nisi propter filium diligatur. Bene ergo, gnati cauti, incredibile est enim patrem non patris pietate superari. [Quẽ ego intellexi) Et causam sui amoris ostendit, & mariti nullam erga coniugem culpam, quippe qui amet, & à Parmenone dictũ, Eo amantem inuitum Pamphilum extrudit pater. [Quem ego intellexi illum haud minus, q̃ seipsum magnificare) Hic subtiliter oneratur culpa nurus, si qdem indigne iniuriam faciat socero & marito. [Neque adeo me clam est, quàm esse) Ingeniosissime poëta iã præparat causam simulato ob hanc rem iracundiã Pamphilo. [Hæc prius, quam ille huc redeat) Hic subtiliter etiã terrorem iniecit iracundiæ, mariti. [Laches, & diligentiam vestram) Principium similiter persona est factum. [Laches, & diligentiam vestrã) Remotiuo ttatu agit Phidippus pro psona sua. nam in filium remouet culpam, cur non redeat, & relatiuam simul tẽtat qualitatem, potest. n. videri eam iniuria socrus ad hãc volũtatem esse compulsam. [Laches, & diligẽtiam vestram) Ab eo cępit quo maxime motus est, & quod in primis purgãdũ sibi

DON.

fuit,ne ſuſpectam aut voluntatem,aut diligẽtiam habere videatur affinium. Et cum affectu quodam,& gemitu dixit Laches,q̃ ille ait Phidippe. & bene à nomine cœpit, vt conſentire ille videatur. Et diligentiam,quòd ille ait, Sin metuis,ſatis vt meæ domi,&c. Et veſtram melius,quàm tuam,cum ille dixerit de ſe tantum. Et benignitatem,quòd ait,Haud tibi concedo,etſi illi pater es,vt tu illam &c.[Et diligẽtiam veſtram,& benignitatem)Apodoſis ad vtrunque. [Diligentiam) Quia digit,Si metuis,ſatis vt meæ domi curetur diligenter.[Benignitatem)Quia dixit,Haud tibi concedo,etſi illi pater es,vt tu illam ſaluam magis velis, q̃ ego.[Et quæ dicis omnia,eſſe vt dicis)Quòd iurauit,& quòd dixit gnati cauſa. & quòd addidit,Quòd illam amet Pamphilus. [Et te hoc mihi cupio credere)Melius quàm ſi & hic iuraret.[Et te hoc mihi cupio credere) Bene collegit ex viciſſitudine quod volebat.[Se facere poſſim) Hic eſt remotio,Si facere poſſim vllo modo,& mollius dixit,q̃ ſi,nec facere poſſum, dixiſſet. hoc enim vult intelligi Volo,& non poſſum facere.[Eho,nunquidnam accuſat virum?)Geſticulatio,quædã ſecretiora quærentis. ſæpe .n. de maritis puellæ parentibus queri ſolent aliquid eiuſmodi,quod ſolis ipſis committendum eſt.[Eho,nunquidnam accuſat virum?)Eho,interiectio ponentis autem priorem.nam illa quærit quæ ſolent de maritis puellæ matribus queri. [Nam poſtquam attendi)Inſtiti,& vide,nam deſit animum,vt ſit,attendi animum,non enim plenum eſt,ſed nudum,aduerti enim oculos,aut animum ſubauditur.[Sancte adiurat) Ad nunc actiuum eſt.ſignificat enim valde.[Non poſſet apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare) Bene hic addicit poëta verba Philumenæ, ad quæ Phidippus reſpondebat,cum diceret.Et ſi ſcio ego Philumena meum ius eſſe &c.[Non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare) Magnifice contra illud quod Laches dixit,ægre laturum Pamphilum,& ita locutus eſt,quaſi hoc Pamphilo gratius eſſe debeat.[Perdurare)Proprie,& muliebriter dixit.[Aliud fortaſſe alijs vitij eſt)Sic dixit,ne diceret,Sed coge vt redeat,&mollius dixit Alijs,quàm ſi Tibi dixiſſet. [Ego ſum animo leni natus) Hoc contra aliud quod primum dictum eſt, Etſi ego meis omnibus ſcio me eſſe apprime obſequentem,ſed non adeo,vt facilitas mea illorum corrumpat animos. [Animo leni natus) Hoc eſt plenam. nam ſum animo leni,cum dicimus, ταχθυμως profertur. [Non poſſum) Concluſio. [Ego ſum animo leni) Qualitas venialis. [Hem Soſtrata) Quæ dixiſti,non mea opera,neque pol culpa euenit. [Heu me miſeram) Ad ſe rediri toties,quaſi de laſſata,conqueritur. [Certum ne eſt iſtuc?) quòd Philumena non redeat. [Nunquiduis?) Diſcedentis verbum. [Tranſite)Cito ire.

GVIDO.

ETSI ſcio &c.) Hic Laches Pamphili pater conuenit Phidippum patrem Philumenæ ſuper nurus ſuæ redditus, quã Phidippus negat perdurare poſſe apud ſocerum abſente Pamphilo. In primis autem Phidippus alloquitur filiam, qua allocutione mitiſſimus eſſe pater oſtenditur,qui multum de ſuo iure remittat. P. O Philumena filia,& ſi.i.quamuis.ſcio meum ius eſſe.i. mihi incumbere, ad me ſpectare vt cogam te facere ea, quæ ego imperem.i.præcipiam tibi,tamen ego victus.i.perſuaſus, mollitus animo patrio.i.affectu patris,victus eſt qui vndecunque recedit à iure. faciam.i.imperabo mihi,vt concedam.i.morem gerã tibi.neq; aduorſabor.i.reluctabor,repugnabo,obuiam ibo tuæ voluntati,etiam immoderate,&temere ſuſceptę Libido eſt quę libet voluntas temere ſuſcepta, ſiue cupiditas immoderata. L. Hoc iungendum eſt cum eo quod dixit in fine ſuperioris ſcenæ, veſtro impulſu eadem exigunt, deinde animaduertit Phidippũ exeuntem,ideo ſubdit,atque eccum.i.ecce hic video Phidippum optume.i.opportuniſſime.Quidam codices habẽt totum quod habetur à principio ſcenæ attributum perſonæ Lachis. Iam .i. nunc. ſcibo,antique pro ſciam.ex hoc .i. ab hoc Phidippo quid ſit.i.quid rei ſit de hoc propter quod incuſo vxorem,vel quid ſit nurus,an innocens,an iniqua.deinde verbis aggreditur Phidippum ſic. ò Phidippe etſi.i.quamuis. ego ſcio me eſſe apprime.i. vehementiſſime,obſequentem.i.obedientem, indulgentem omnibus meis.i.omnibus de cognatione mea,vel liberis, vel alioquin propinqui.ſed tamen ſup.non adeo.i.non tantum ſcio me eſſe illis obſequentem. vt mea facilitas.i.indulgentia,mollis permiſſio.corrumpat.i.deprauet animos illorum.ſ.meorũ. Quod .i.ſed. vel quod idem.i.quod ipſum à me factum ſi tu faceres id etiam magis in rem veſtram,& in rem noſtram.i.illud eſſet magis vtile vobis,& nobis quàm id quod facis.veſtram,&noſtram dicuntur in plurali propter familiam vtriuſq; quam intelligit. nunc video te Phidippum eſſe in poteſtate illarum fęminarum .i.vxoris,& filiæ.i.te agitari, & more earum arbitrio. P. Eia vero.i.age vero. eſt aũt hic eia aduerbium corripientis,& vero eſt ſyllabica adiectio,ſeu parelcõ.Corripit aũt eum hoc modo.Eia vero,quaſi intelligat ſemper aliquid iurgij habes? L. Adij te .i. iui ad te heri. de filia.i.propter filiam. amiſiſti.i.dimiſiſti,remiſiſti,quaſi à te miſiſti.me itidem.i.ſimiliter incertum. vt.i.ſicut. ego veni haud ita.i.non vſque adeo. decet .i. inhoneſtum eſt,te celare.i.occultare,iras tuas.i.cauſas tuæ iracundiæ. ſi vis hanc affinitatem eſſe perpetuam.i.ſi vis vt diu ſimus permanſuri affines, quaſi diu ortiuum minetur ille de filia ſua,ſi qd.i.ſi in aliquo errauerimus.vbi nota ſtructuram anterioris partis verbi imperſonalis paſſiuę vocis,quale hic peccatur,peccabatur,peccatum eſt vel peccatum fuit. Nam ante ſe vult ablatiuum caſum cum præpoſitione a,vel ab,perſonę agentis,poſt ſe vero caſum fui verbi. vt Cic.ad Lent. eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt. ſimiliter hic, Si in aliquo à nobis peccatum pro ſi nos peccauimus in aliquo. profer.i.emitte in lucem ea,in quibus eſt peccatum. corrigemus vobis .i. emendabimus,ad rectitudinem reducemus ea refellendo.i.negando illa, aut purgando .i.excuſando. Refellit qui purgat qui idem fatetur,& ſe defendit. ergo refellimus per coniecturam, purgamus per ceteros ſtatus, & ea corrigimus te ipſo iudice.i.iudicante. Sin.i.ſed ſi cauſa retinendi eam puellam apud vos eſt ea.i.talis,quia eſt puellæ eſt ægra.i. male valens. ò Ph. arbitror te facere mihi iniuriam ſi metuis,vt pro ne non.i.quod non ſatis diligenter.ipſa puella curetur.i.tractetur domi meæ,at.i.ſed.Dij ament me ita vt verum dico,haud .i.non.concedo tibi hoc.i.hoc tibi aſcribi non patior,& ſi.i.quãuis,es pater illi puellę,vt tu magis velis illam filiam ſaluam.i.in columem,quam ego volo adeo.i.certe,id quod ſequitur eſt clãme.i.à me ignoratum.Nam res quæ clam me eſt,à me naſcitur. in quo dicto me poteſt eſſe vel accuſatiui,vel ablatiui caſus. vtri que enim caſui ſeruit clam præpoſitio,vt auctoribus placet.Nõ ergo ignoto.i.non me latet,quàm.i.quantum. grauiter.i.moleſte. credam eum Pamphilum laturum eſſe, vxorem receſſiſſe ſi reſcierit, hoc.ſ.vxorem ſuam reliquiſſe domum veſtram eo domum.ſtudeo.i.cupio ſummopere,aut do operam,ſiue laboro. vt ſup.hęc Philumena prius redeat in domum meam,quàm ille Pamphilus redeat huc ab Imbro, quo peregre.eſt profectus. P. O Laches noui.i.compertum habeo,& diligẽtiam veſtram,&benignitatem.& induco animum.i.mihi perſuadeo omnia eſſe ita vt dicis, & cupio te credere mihi hoc quod ſequitur, videlicet quod ſtudeo.i.do operam,illam redire ad vos ſi vllo modo poſſum facere vt redeat. L. Quæ res prohibet.i.impedit. te facere, id.i.vt redeat ad nos Eho, interiectio hic ponentis autẽ propiorem,an illa quærit quæ ſolẽt de maritis puellæ parentibus quæri.Nunquidnam.i.nõ ne in aliquo accuſat.i.improbat virum.i. maritum ſuum Pamphilum. P. Minime.i.non accuſat virum. nam poſtquam attendi magis.i.diligentius rem conſideraui, vel poſtquam magis attendi animum ſup.i.poſtquã ad eam rem adhibui ingenium,&(quod dici ſolet) poſtquã magis poſui in capite meo,& poſtquam cœpi vrgere.i.inſtare.vi.i.violentia vt rediret in domum veſtram. adiurat.i.valde iurat. ad enim ibi pro valde carpitur. ſancte.i.firme,ſe non poſſe perdurare.i.permanere apud nos.Pamphilo abſente.i.in abſentia Pamphili. fortaſſe aliud vitij.i.aliud vitium eſt alijs hominibus,quod mihi nõ eſt. Nam ego ſum natus.i.ego ſum à natura,animo leni.i.miti, ſuaui,benigno non poſſem aduerſari.i.repugnare meis ſubditis.puta liberis,vel alijs. L. Hem,indignantis eſt interiectio. ò Soſtr. q. d. huius rei auctores, auctor enim eſt communis generis. S. Heu,dolentis interiectio. me miſeram,exclamatio eſt,q. d. fateor. me eſſe infelicem,quæ in tantam venerim ſuſpicionẽ. L. Ne.i.vtrum iſtud eſt certum.i.exploratum,&conſtitutum,quod Philumenam non redeat. P. Quidem.i.certe. certum eſt quod nunc non redeat vt videtur .i. quantum poſſum perſpicere, ſed nũquid.i.nonne aliquid aliud vis. diſcedentis verbum eſt.Nam eſt aliquid ſup. quod propter.i.quod iam oportet me tranſire.i. cito ire ad forum cauſarum, non venale.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Colloquium ſenũ, in quo Laches poſtulat aperiri cauſam diſceſſionis, & Phidippus Pamphilum excuſat, quæ res pertinet ad augendum periculum Soſtratæ ex ſuſpicione Lachetis. [Libidini aduer.) Libidini voluntati, bonam partem. [Phidippe etſi) Admonitio, quam auget comparatione, & eſt vice exordij expoſtulationis. [Eia vero) Blanda

correptio

correptio ad defensionem.[Haud ita) Dilemmate colligit propositionem, & iniuriam fieri ostendit. [At, ita me dij ament, haud) Propositio confirmationis. [Id adeo gnati) Probatio à studio erga filium,& metu incommodi.[Laches,& dil.)Purgatio. [Minime, nam postquam) Excusatur Pamphilus. [Aliud fortasse) Purgatio à natura.

PETRVS MARS.

ET si scio) Licere parentibus subinde falsa comminisci, & denunciare mendacia,quo liberorum suorum famæ integritatem, pudicitiam, & honestatem tueantur, docet hæc scena, idq. exemplo Phidippi, Nam cum esset grauidà ignorante Pamphilo Philumena,& ob eam causam,si ad socrum redijsset, in vitio inueniretur finxit pater animum filiæ alienatum à Pamphili familia propter eius absentiam. Plato lib.6.de leg. Multa concessa sunt à legislatore parentibus,vt illorum probitatem augeãt, quæ tamen si modum excesserint castiganda sunt, ne inde postea malis exemptis pessundetur legum integritas.

GLAREANVS.

VERSVS sunt iambici tetr.cat. non acatalectici,vt in quibusdam libris perperam adscriptum inuenimus.In 2.proceleusmaticus est loco quinto,& qui tertio loco esse potest, vt quarto fit iambus. Quartus versus corrupte legitur in omnibus quotquot nos vidimus exemplaribus, quem nos ita legendum censemus.

Atque eccum ipsum optume video,ex hoc quid fiet, iam scibo. Nec obstat quòd hactenus non sit nominatiuus, quem continuo ipse proprio appellat nomine, hic vero omisit iracundia præpeditus in vxorem. Iudicet lector, & videbit, nos non temere motos esse. In 5. Meis monos.est,& Me ante Omnibus legendum, præterea in Omnibus s,à fine eliditur,vt loco quarto sit tribrachys. Quanquam & tertio loco bacchius, & quarto amphibrachys esse potest,absque elisione omni. In 6. vel Mea monosyl.vel creticus est loco quarto. In 9. Amisti ex Don. legendum ἀπὸ συμπτώσεως. In 11.Profer prima longa est,de qua dixi mus bis antea.In 13.Sin producitur,vt alias semper.In 14.Mihi monos.totum eliditur. In 15. duo dactyli sunt initio,tertio loco creticus,quarto iambus,dein duo spondei. In 17.s,in Magis eliditur,nisi creticus sit loco tertio. Nam quarto loco iambus est,quinto proceleusmaticus. In 23. si Mihi monos. fuerit, dactylus,sin dissyllabum, proceleusmaticus erit loco secundo. Quartus à fine eundem proceleusmaticum habet loco quinto.

ACTVS II. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Sostrata queritur genus mulierum nimis esse suspectum viris.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena introducitur Sostrata secum loquens,conquerendo de suspicione,quam contraxerant in omnes mulieres viri. Ex quo facile colligi potest animus mitis,atque compositi illius anus mores.

Trochaici quadrati catalectici.

SOSTRATA.

EDEPOL næ nos æque sumus omnes inuisæ viris,
Propter paucas; quæ omnes faciunt dignæ vt videamur malo.
Nam,ita me ament di,quòd me accusat nunc vir,sum extra noxiam.
Sed non facile est expurgatu: ita animum induxerunt, socrus
Omnes esse iniquas. haud pol me equidem: nam nunquam secus
Habui illam, ac si ex me esset nata: nec, qui hoc mi eueniat, scio.
Nisi pol filium multimodis iam expecto vt redeat domum.

DONATVS.

EDEPOL næ nos mulieres sumus inique æque omnes inuisæ viris) In hac scena est allocutio,qua inducitur secum loquens anus,per quã orationem,mores eius,& animus mitis intelligi possit. [Inique æque) Comicum παροιμίαν. Et vide sententiam defensionem accusatarum socruum continentem, contra illud quod ait, Itaque vno animo omnes socrus oderunt nurus. Officium enim boni poëtæ est nullum genus hominum specialiter lædere. Sic Virg. Quod sæpe malæ legere nouercæ .i. non omnes nouercæ, sed tantum malæ.[Aedepol næ nos mulieres) Laches generaliter incusauit socrus,hæc plurimas defendit. Causa accusationis iniquæ,Non enim omnes sumus malæ. [Nam,ita me ament di) Bene iurat, nam sine iureiurando incredibile est, sic bona socrus. [Quòd me accusat) Deest In eo. vt sit, In eo quod me accusat nunc vir,sum extra noxiam. An Quod,propter quòd? [Socrus Omnes esse iniquas) Intelligitur quibus iniquas.i.nuribus,quia socrus nomen est ad aliquid dictum. [Ita animum induxerunt) Inducere animum est ita tenere vt non amittant.i. persuadere animo suo. [Haud pol me equidem) Esse iniquam,subaudiendum est à superiore,vt sit pol pro pleno iureiurando.[Haud pol me quidem) Subaudiendum,scio esse,aut noui esse aut tale qd, secundum ἔμπτωσιν,quæ familiaris est his, qui secum loquuntur. [Nec,qui hoc me eueniat) Qui,vnde. [Multimodis) Vehementer.[Iam expecto vt redeat)Quia nihil mirum in matre est expectare,vt filius redeat,iccirco additum,multis modis.

GVIDO.

ÆDEPOL &c.) Hic inducitur secum loquens anus per quam orationem mores eius animus mitis intelligi possit. Adepol iurandi. næ.i.certe. nos omnes mulieres sumus æque .i.æqualiter,inuisæ.i.odiosæ,exosæ viris.i.maritis, propter paucas.i.aliquas mulieres,quæ faciunt vt nos omnes videamur dignæ malo.i.infortunio,miseria,calamitate. Alij legunt totum hoc interrogatiue, & tunc capiunt ne pro vtrum, sed superior sententia melior. Nam dij amentur me ita,vt sup.dico verum, sum extra noxam .i. culpam, in eo sup. quòd .i. propter quod vir .i. maritus meus accusat me nunc. Sed id cuius me accusat non est facile expugnatus .i. ad expurgandum, vel vt expurgetur,nam viri sup. ita animum induxerunt.i.ita animo suo persuaserunt, omnes socrus .i. omnes matres maritorum esse iniquas nuribus suis i.socrus dicitur relatiue ad nurum, vel ad generum. non enim dicitur socrus ad filium,vel filiam, sed mater vocitatur,ad generum autem vel nurum,quorum non est mater,dicitur socrus. pol,iurandi aduerbium quidem.i.certe scio, vel noui,haud.i.non. me fuisse iniquam nurui.Nam nunquam habui.i.tractaui illam nurum meam. secus.i.aliter, ac si.i.quasi ipsa esset nata ex me. nec scio qui.i.vnde. hoc malum eueniat mihi. nisi quod pol .i. per Pollucem. iam expecto multimodis .i. vehementer filium Pamph. vt redeat domum,q.d. nescio vnde hoc mihi contingat, nisi quod vehementer expecto filium,vt redeat,quo & me certiorem reddat super huiusce rei occasione, & meis miseris liberet, atque eripiat rem totam elucidando.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Querela Sostratæ, qua se purgat apud spectatores. [Aedepol næ) Defensio totius generis contrà accusationem Lachetis.[Me quidem)Eclipsis,subaudi esse scio.

PETRVS MARS.

ÆDEPOL) Quòd subinde malorum quorundam improbitas omnibus imputetur docetur hac scena. Quod ipsum de mulieribus verificatur maxime, nam illarum sexus, quod pleraque malas habet,totus infamatur, Arist. lib.7. Polit. Sed mulieres,vt vulgo dicitur,omnes malæ sunt.Quod si esset,non possemus sanè feliciter ætatem degere, sed quia pleræque ex illis grauissimis quibusdam animi morbis laborant, vt inuidia, ira,garrulitate,omnes tamen ad hanc stateram ponderantur.

GLAREANVS.

ET hi sunt catalectici,sed trochaici.In primo Aedepol extrà carmen esse admonuit Doct.quod placet,nisi quis monometrũ aut creticum esse dicat,vt in Eun.Act.2.sc.3.Occidi,quod & ipsum placet. Est & tertio loco dactylus, & s, in Sumus eliditur. In 5. versu creticus est loco quinto. In vltimo,loco quarto.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Pamphilus quæritur se absente vxorem ad suos abijsse, relicta socru.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic est allocutio per conquestionem ipsius Pamphili, qui bene non se amatoribus, verum infelicibus quoque amatoribus cõparauit, vbi accepit vxorem à suis abscessisse. Parmeno deinde ostendit, vel leuissima interdum causa inter mulieres, quas pueris comparat inimicitias exoriri.

Tetrametri & Iambici & Trochaici mixti, vix vt discernere possit interdum. In fine Senarij aliquot.

PAMPHILVS, PARMENO, MYRRHINA.

NEMINI ego plura acerba esse ex amore homini vnq̃ oblata credo,
Quàm mi. heu me infelicem, hancci ne ego vitam parsi perdere?
Hanccine ego caussa eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat præstabilius, vbiuis gentium ætatem agere,
Quàm huc redire? atque, hæc ita esse, miserum me resciscere?
Nam nos omnes, quibus alicunde aliquis obiectus est labos,
Omne quod est interea tempus, prius quàm id rescitum est, lucro est.
PAR. At sic, citius qui te expedias his ærũnis, reperies.
Si non redijsses, hæ iræ factæ essent multo ampliores:
Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile scio reuerituras.
Rẽ cognosces, irã expedies: restitues rursum in gratiã.
Leuia sunt hæc, quæ tu pergrauia esse in animum indu xti tuum.
P. Quid consolare me? an quisquam vsquam gentium est æque miser?
Prius quàm hanc vxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:
Iam in hac re vt taceam, cuiuis facile scitu quàm fuerim miser:
Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mi obtrudit pater.
Vix me illinc abstraxi, atque impeditum in ea expediui animum meum:
Vixque huc contuleram, hem noua res orta est, porrò ab hac quæ me abstrahat.
Tum matrem ex ea re me aut vxorem in culpa inuenturum arbitror:
Quod cum ita esse inuenero, quid restat, nisi porrò vt fiam miser?
Nam matris ferre iniurias me Parmeno pietas iubet:
Tum vxori obnoxius sum: ita olim suo me ingenio pertulit,
Tot meas iniurias quæ nũquam in vllo patefecit loco.
Sed magnũ nescio quid necesse est euenisse Parmeno.
Vnde ira inter eas intercesit, quæ tam permansit diu.
PAR. Hoc quidem hercle paruum est: si vis vero veram rationem exequi,
Non maxumas, quæ maxumæ sunt interdum iræ, iniurias
Faciunt: nam sæpe est, quibus in rebus alius ne iratus quid est,
Cũ de eadem caussa est iracũdus factus inimicissimus.
Pueri inter sese quàm pro leuibus noxijs iras gerunt?
Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.
Itidem mulieres sunt ferme, vt pueri, leui sententia:
Fortasse vnum aliquod verbum hanc inter eas iram conciuerit.
P. * Abi Parmeno intro, ac me venisse nuncia. PAR. hem quid hoc? P. tace. *I
Trepidari sentio, cursari rursum prorsum: agedum ad fores
Accede propius. PAR. hẽ, sensistin'? P. noli fabularier.
Pro Iupiter, audio clamorem. PAR. tute loqueris, me vetas?
M. Tace obsecro mea gnata. PAR. matris vox visa est Philumenæ.
Nullus sum. PAR. * qui dum? P. perij. PAR. quamobrem? P. nescio quod magnum malum * quid
Profecto Parmeno me cœlas. PAR. vxorem Philumenam
Pauitare nescio quid, dixerunt: id si forte est, nescio
P. Interij: cur mihi id non dixti? PAR. quia non poteram vna omnia.
P. Quid morbi est? PAR. nescio. P. quid: nemo ne medicum adduxit? PAR. nescio
P. Cesso hinc ire intro, vt hoc quamprimum, quidquid est, certum sciam?
Quonam modo Philumena mea nunc te offendam affectam?
Nam si periculum vllum in te est, perijsse me vna haud dubium est.
PAR. Non vsus facto est mihi nunc, hunc intro sequi.
Nam inuisos omnes nos esse illis sentio:
Here nemo voluit Sostratam intro admittere.
Si forte morbus amplior factus siet,
Quod sane nolim, maxume heri caussa mei:
Seruom illico introijsse dicent Sostratæ,
Aliquid tulisse comminiscentur mali.
Capti, atque ætati illorum, morbus qui actu' sit:
Hera in * crimen veniet, ego in magnum malum. * litem

NEMINI ego plura acerba) Hic allocutio est per conquestionem. Et bene non se amatoribus modo, sed infelicibus amatoribus cõparauit. & principium est à summa totius mali. [Nemini plura acerba) Ab eo loco conquestionis, in quo dicit, q̃ nulli ferè talia aduersa contigerint. [Nemini ego plura acerba) Nimis conturbati & tragici in hac scena dolores essent, nõ comici, nisi adderet, Ex amore. [Nemini ego plura acerba esse credo) Acerba dupliciter euenerunt Pamphilo. Ex præterito de meretrice, ex præsenti de vxore. [Heu me infelicẽ) Ab ipsa simplici exclamatione. [Hanccine ego vitam) Ab eo quod ab aduersis ad aduersa delatus sit. [Parsi perdere?) Parco conseruo, parsi facit. Parco veniam do, pepersi. Modo ergo continui, abstinui, significat. [Cupidus redeundi domum?) Ab eo qđ contra spem contigit malum. [Heu me infelicem) Lacrymans hoc dicit. [Vbiuis gentium ætatem agere) A malorum suorum comparatione. [Vbiuis gentium agere ætatem) Magna detestatio præsentis loci, eligere quasuis terras, vel quamuis gẽrem potius quàm eã in qua est. Virg. Tollite me Teucri, quascunq; ab ducite DON.

ducite terras. Et gentium hic abundat. Et bene. [Vbiuis gentium ætatem agere,) Quia supradixerat. [Hanecine ego vitam parsi perdere?) Nimis.n.tragicum fieret, Satius erat in mari perire. [Atque, hæc ita esse, miserum rescisce re?.) Quod ait, lacrymantis est. Rescisce re, est vix reperire, quod de industria fuerat celatum. [Nam nos omnes, quibus est alicunde) Aut deest Apud, vt sit, apud nos omnes: Aut nos omnes, pro nobis omnibus. [Nam nos omnes) Ratio superioris sensus, & deest Apud, aut Penes, aut quid tale. [Nam nos omnes, quibus est.) Constat hanc συλλήψιν esse. retulit enim, Lucro est, non ad, nos omnes, sed ad, quibus est alicunde: vt sit ordo, Nam quibus est alicunde aliquis obiectus labos, lucro est tempus. hoc est nos omnes. [Nam omnes, quibus est) hac figura vsus est etiam Tullius pro Muræna, Prætor quoq; ne se, pulchrum ac beatum putaret, & quoq; carmen compositum est. [Nam ille datiuum casum subiecit, cum præposuisse. dominatiuum. Et totum Apollodori est. qui sic ait, * Quibus est alicunde) Hoc genus locutionis absolutum dicitur. Tale est apud Virgilium. Cras tina lux, mea si non irrita dicta putaris, Ingentes Rutulæ spectabis cædit aceruos. [Ac sic) Sed sic. [At sic, citius qui te) Ad hoc modo, q̃ venisti, & discordias esse celerius reperire poteris, & quo modo vis ærumnis te absoluas. Et bene expedias ærumnis. aut enim soluunt nos curæ abeuntes aut impediũt, & ligat ad venientes. Vt, Solui te corde metum Teucri, secludi te curas. [At sic, citius qui) Sententia contraria. nam supra sic collegit, Si ignorare mala sua vnicuique bonum est: sequitur vt malum sit, ea cito cognouisse. hic per contrarium, Si in aduersis suis succurrere vnicuique quamprimum bonum est, sequitur vt cito ea cognouisse sit quamoptimum. [Sed nunc aduentũ tuum ambas) Ne accusare alteram altera audeat. [Rem cognoscas) Melius est rem, quàm litem. [Re cognosces) Iram expedies, rursum in gratiam restitues. γνώμη & sententia. & bono ordine vsus est. Prius enim fit querela, deinde ponitur iracundia. postremo redit ur in consilium. [Leuia sunt hæc, quæ tu pergrauia esse) Genus consolationis, non à substantia, sed à quantitate non dicit non esse causam solicitudinis sed leuem dicit. [Quæ tu pergrauia esse) Bene additum contra leuia, non grauia, sed pergrauia. [Leuia sunt) A quantitate. [Quæ tu in animum induxti tuum) Id est persuasisti tibi. [Quid consolare me? an quisquam, vsquam) vt solet in vero amore, ipsa consolationem ægrescit dolor. Et ingeniose: non, inquit, dicis, sed consolaris me, & hoc ipso ostendis scire te q̃ miser sum. [Prius quàm hanc vxorem duxi) hoc refert ad illud caput in quo ait, Nemini ego plura acerba esse credo ex amore homini vnquam oblata. [Prius quàm hanc vxorem duxi) Ante rem. [Habebam alibi animum amori deditum) An miser sit in amore, ἀπ' ἀρχῆς ἄχρι τέλους. Ante rem, in re, & post rem. [Habebam alibi) Grauius dixit alibi, quàm si in meretrice diceret. & maluit alibi dicere, quàm ad meretricem. [Quam mihi obtrudit) Recte.n. dici potitur, Quomodo ergo vxorem duxit, si amabat? Et bene obtrudit, quia inuito. Sic alibi, Aliquid monstri alunt, ea quoniam nemini obtrudi potest, Itur ad me. Et obtrudit, pro obtrudebat, ὑστέρημα temporis. [Vix me illinc abstraxi) Vix, vel multis modis, vel statim significant. [Atque expedit animum meum) Curæ, vt diximus, aut ligant, aut soluunt. vt Virg. Quæ mihi reddat eum, vel eo me soluat amantem. Amatorie.n. curæ vincula dñr. [Vixq. huc) Maluit, Huc quàm ad vxorem, dicere. [Hem noua res orta, est porrò) Porrò, deinde. & vim habet deinde modo implicationem continuarum miseriarum referentis. [Quod cum ita esse inuenero, quid restat, nisi porrò, vt fiam miser?) Ordinem seruauit allocutionis, in quo à præteritis, à præsentibus, à futuris inducitur personæ loquentis oratio. [Nisi porrò vt fiam) Porrò. postea, vel in postremum alij coniunctionem putant. [Pietas iubet) Apte, quia Ferre dixit, addit iubet. [Tùm vxori obnoxius sum) Matris cũ dixisset, non intulit vxoris, sed mutauit casus. [Ita olim suo me ingenio pertulit) Olim, ad diuturnitatem retulit, non ad spaciũ præteriti temporis. [Tot meas iniurias) hæ sunt iniuriæ quas supra dixit, Nocte illa prima virginem non attigit. Quæ conse cuta est, nox eam nihilo magis. Et deinde, Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? Quotidie. [Tot meas iniurias) Aliam vim habet quod dixit, me pertulit, aliam, quod adiecit iniurias meas aliam, quod reticuit. [Quæ nunquam vllo patefecit loco) Nõ dixit Quas, sed Quæ, vt ad omnia, non ad iniurias, referatur extrema conclusio. [Sed magnum nescio quid necesse est) Bene de ambabus sentiens, putat magnam causam esse quæ iram fecerit, & iram diuturnã. [Quæ tam permansit diu) Et à re, & à tempore. [Haud quidem hercle parum est) Seruilis ratio, & sordida & non his respondens omnibus quæ dixit Pamphilus, sed tantũ nouissime parti. [Si vis vero veram rationem exequi) Vero, vel nomen est, vel coniunctio, vel aduerbium. [Non maximas, quę maximæ sunt interdum iræ, iniurias faciunt) Iniuriæ faciunt iras, non iræ iniurias. Sed hic facere ὑπαλλαγὴν dixit, secundum superiorem rationem increpans errorem Pamphili, q̃ de iræ magnitudine æstimet iniurię quantitatem. Alij faciunt, pro bant ostendunt, intelligunt. Cauta dixit Interdum: plerunq; enim sic. [Paruum) Subaudiendum, Necesse est euenisse vel euenit. nam consequens sententia tollit quod ille dixit, necesse est. [Non maximas, quæ maximæ sunt) Sensus est, In quo primum non me iniurias faciunt, accipiendum est secundum non, maximas maximæ. Faciunt, pro ostendunt. [Cum de eadem causa) Obscurauit elocutionem suam: sed conuenit seruo hæc humilitas orationis. nam plenum erat, si diceret, Nam sæpe est, q̃bus in rebus alius ne iratus, quidem est, cum de eisdem rebus est iracundus factus inimicissimus. Est autem pro euenit dixit. & est ordo, Sæpe est, cum quibus in rebus alius ne iratus quidem est, de eadem causa iracundus, factus est inimicissimus. [Iracundus factus est inimicissimus) Iratus est qui ex aliqua re lacessitus irascitur. Iracundus, qui ex patua nulla ne causa præcedente irascitur. [Puerí inter se) Argumentum a simili. [Quapropter?) διὰ τί ἀσθενεῖς; interrogat. Quia enim qui eos gubernat animus, αἴτιον λογικὴ ἀπόφασις. [Infirmum gerunt) ἐσχηματισμένος ἀντὶ τοῦ. Infirmus est. ἀναπολογία ista conuenit seruo. [Itidem illæ mulieres sunt ferme, vt pueri) Artificiose mulieres, à persona. à similitudine. Pueri à facto, Iras gerunt. ab accidentibus similitudinis, Animus infirmus. à collatione personæ mulieris accidentium, Leui sententia. à facto Fortasse vno aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit, qua sententia totum hic sublatum est qđ ait, Sed magnum nescio quid necesse est euenisse Parmeno, vnde ira inter eas intercesserit. [Fortasse vnum aliquod verbum irã hanc conciuisse) Sic Plautus, Fortasse te amare suspicauere. Nam veteres infinitiuo modo adiungebant Fortasse. [Conciuerit) Commouerat. [Quàm pro leuibus noxis) Interrogatiue. [Noxis, iniurijs, culpis) Itidem illæ mulieres. [Sexus alius, ad ingenium, & sensus, idem est) Et mire similitudinem contulit ad id quod agitur. [Iram hac conciuerit) Legitur, & conciuisse. & rem conciuisse, est rem nouam fecisse. [Conciuerit) Decreuerit, fecerit. [Cursari rursum prorsum) Rursum proprie retro, prorsum ante significat. & est prouerbiale, vt dicimus, Sursum deorsum, intro foras, hac, illac, & similia? Græci ἄνω κάτω. [Trepidari sentio, cursari rursum, prorsum) Trepidatio, ad vocem refertur loquentium: Cursatio, ad sonum pedum. Et trepidatur ab his qui morbum putant. Cursatur ab his qui raptũ sciunt. [Tu te loqueris me veras?) mire expressus est mos auscultantium. Tace obsecro mea gnata) Non soluũ hic Iuno Lucina non inducitur, sed etiam silentium parturienti insuper imponitur, quia furtiua conceptio est. & tamen eiusmodi verba sunt matris, vt duntaxat argumentum scientibus manifesta sint: Pamphilo vero, & Parmenoni, tanquam ægram continentis filiam videantur. [Tace obsecro mea gnata) Conceptum furtiũ furtim conuenit nasci. [Quia perij) Satis amatorie. [Matris vox visa est) omnia hæc, q̃ sensu percipi pñt, visa dicimus Virg. [Visæq. canes vlulare per vmbram) vxorem Philumenam pauitare) Pauitare τὸ ἐξουδενισμῷ. [Pauitare nescio quid) Paucre, & timere, & ad corporis, & ad animi perturbationem veteres referebant. Plaut. in Bacch. Nam, & ex mari timida ecce ego pauitare, ægrotare, quia sic horruisse, ac palpitare venis. [Quia non poteram vna omnia) Deest, dicere. [Nullus sum) Rursus se infelicem, & miserè appellauit hic. [Nullus sum) ὠξύμωρον. [Quia non poteram vna omnia) Cum stomacho pronunciauit, & deest dicere. [Nemo ne medicum adduxit). f. ex quo scire posses. [Nescio) Perturbatus Parmeno idem repetit verbum, & verbũ aptum est personæ seruili. [Cesso hinc ire intro?) In vultu, ploquium. Sic autem agit poëta, vt grauem morbum in vxore suspectans maritus, protinus ingrediatur, & partum improuisus offendat. [Quo nã modo Philumena) Amatoria ἀπεσχεδιασμένα. Sic in Phorm. Quòd si eo meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te vt distrahar, nulla est mihi vita experenda. [Nam si periculum vllum in te ineſt) Multum dixit, Si in te periculum inest, me perijsse non dubito. tantus autem affectus non est mariti tantum. sed amatoris quoq;. [Nam si periculum vllum) non pet misit amor dicere perituram, sed si periculum. [Offendam affectam? Lassam possessamque morbo. ab eo quod est affici, vnde affectus dicuntur, propter quos afficimur. [Non vsus facto est

mihi)Vide artificem Terentium,quemadmodum alias per Pãphilum, alias per ipsum Parmenonem inuenit, quemadmodũ nesciatur à ceteris,virginem ante nuptias ab ipso Pamphilo vitiatam esse.[Non vsus facto)Non vtile.[Facto abundat: Nam inuisos omnes nos esse illis sentio)Acute eiusmodi causam reperit,quæ vel hominem curiosum contineret,quæque non Parmenonem modo,sed mox etiam Sostratam arceat ab ingressu. [Heri nemo voluit Sostratam) Quasi alius dixerit, Vnde intelligis? [Heri nemo voluit Sostratam) Argumentum odij. [Maxime heri causa mei) Bene maxime,qui, & propter ipsam, vel propter inuidiam socrus non velit fieri grauiorem morbũ. [Seruum introijsse illico) Mire vt criminosius, suspicioſumque sit, non Lachetis, aut Pamphili seruam,sed Sostratæ: nec Parmenonem saltem. [Comminiscetur) Dicent,cùm confixerint. [Capiti atque ætati illorum) Bene πρὸς δύναμιν maluit illorum, quàm Puellæ dicere,quod vtique intelligitur.[Qui)Qui,vnde. [Hera) Sostrata in litem. [Ego vero in magnum malum) In quæstionis tormenta.

GVID. NEMINI ego) Hic allocutio est per conquestionem, & bene non se amatoribus modo, sed infelicibus amatoribus cõparauit,& principium est à summa totius mali. P. Credo nemini homini.i.nulli homini,plura acerba.i.piura grauia,&molesta oblata esse nunquam quam mihi.Heu me infelicem,recte, nam heu accusatiuo iungi debet,est autem exclamatio,q.d.pro dolor maxime sum infelix.Hanccine.i.vtrum parer.i.continui, abstinui,non sustinui, perdere.i.amittere,hanc .i. vitam,meam vitam,sic infelicem.Si parco significat conferuo,facit parsi,inde parsimonia, si vero significat veniam do, facit perperci,hic aũt significat continui,vel abstinui. Hanccine.i.vtrum hac causa.i. propter hanc causam, eram tantopere.i.tantum cupidus redeundi domum,cui.s.mihi prẽstabilius.i.satius,vel melius fuerat agere ætatem .i. viuere,vbiuis gentium,abundat hic gentium .i. in quolibet alio loco ab isto,quam me redire huc,atque quàm miserum resciscere hæc esse ita.i.talis esse lites inter patrem,& matrem,& vxorem discessisse. Nam omne tempus quod est inter ea.i.inter illud spatium, priusquam id,quod affert laborem,rescitum est.i.est comperitum,venit in cognitionem, est lucro .i. ad lucrum,vel pro lucro,nos omnes.i.vel apud nos,omnes vel nos omnes pro nobis omnibus positum est, vt sit casus pro casu,quibus.s.nobis omnibus,aliquis labor est obiectus.i. oblatus,appositus, alicunde.i.ex aliquo loco,siue ex aliqua occasione. PAR. At.i.sed reperias citius sic.i.hoc modo quod redijsti,& discordias esse didicisti,qui.i.quo modo, expedias te.i.exoluas te his erumnis.i.his calamitatibus,si non redijsses,hæ iræ inter matrem, & vxorem essent factæ multo grauiores. Sed nunc ò Pamphile scio ambas, matrem, & vxorem, reuerituras tuum aduentum.i.habituras reuerentiam tuo aduentui,ita vt altera alteram accusare non audeat cognosces rem.i.controuersiam,& totum negocium,expedies.i.explicabis, dissolues iram, rursum restitues eas in gratiam .i. in beneuolentiam alterius in alteram,siue mauis vtriusque in alteram,illa sunt leuia.i.facilia, parua,non magnæ quantitatis,aut magni momenti, tu induxisti in animum tuum.i.quæ tibi persuasisti esse per grauia .i. admodum magni ponderis, & magnæ grauitatis. P. Quid .i. cur, consolaris me? an quisquam .i. aliquis est æque.i.tam miser,quàm ego sup.vsquam gentium,abundat gentium.i.in aliquo loco orbis terrarum prius quàm duxi hanc vxorem. habebam animum deditum.i.valde datum amori,alibi.i.in alia muliere,noluit dicere in meretrice Bacchide. iam nunc esto sup.vt .i. quod taceam tamen,est vt facile scitu.i.ad sciendum, cuius .i. cuilibet,quam.i.quãtum fuerim miser in hac re vxoria .s. quod si vis iungere,tamen cùm ausus sum repete superiora,videlicet, quamuis habebam animum deditum amori alibi, tamen nunquam ausus sum recusare eam vxorem, quam pater meus obtrudit, vel legit Don.i.obtrudebat, hoc est quasi obijciebat, vel offerebat mihi inuito .s. quod si sit, obtrudit, pro obtrusit accipiendum. nam iam enim vxorem pater obtruserat,vix abstraxi .i.abduxi,eripui me illic .i. ex amore eius meretricio atque expediui,animum meum impeditum in ea.i.in amore eius meretricis,& vix contuleram.i.conuerteram animum meum huc .i. ad amorem huius Philumenæ,hem interiectio exclamantis,indignantis,& dolentis,noua res.s.dissensio amicorum inter matrem,& vxorem,orta est.i.emersit. porrò.i.postea,siue deinde, quæ res abstrahat .i. separet,me.i.animum meum,ab hac vxore mea. tum.i.deinde,arbitror me inuenturum matrem,aut vxorem in culpa.ex ea re.i.ex ea dissensione, & controuersia,quod s.matrem,aut vxorem esse in culpa cum inuenero esse ita,quid restat.i.quid reliquum est,nisi vt porrò .i. postea,vel in postremum fiam miser? Nam ò Parmeno pietas.i.affectus pius in matrem. iubet.i.cogit,& imperat,aut vult me ferre.i.tolerare iniurias matris tum.i.deinde,sum obnoxius .i. deuinctus,obligatus vxori,ita .i. adeo,pertulit .i. vsque ad finem tolerauit, sustinuit me.i.mores meos. olim.i.diu. suo ingenio.i.sua mansueta natura. pertulit inquam tot iniurias meas .i. quibus eam affeci, quæ omnia.s.à se tolerata,nunquam patefecit .i. nunquam declarauit detexit,prodidit,diuulgauit in vllo loco, sed semper reticuit,sed ò Parmeno necesse est nescio quid magnum euenisse, vnde.i.à qua magna re,ita interceſsit.i.interposita est, vel interuenit, incidit inter ea .s. matrem,& vxorem, quæ ira permansit tandiu.i.tanto tempore. PAR. Hercle quidem.i.certe. haud .i.non est paruum.i.res parua,& parua occasio, vnde.i.à qua ira interceſsit inter eas,vero .i. sed,vel certe, aut si sit dativus à vetum veri,sic altrue. si vis exequi.i.peragere,præstare,vero.i.vetitati: veram rationem.i.veram argumentationem, seu ratiocinationem. Interdum iræ quæ sunt maximæ, non faciunt .i. non ostendunt non probant maximas iniurias,q.d.non consequens est propterea inter aliquos putare maximas esse iniurias, quod maximæ sint,inter eos iræ.Nam.i.quia sæpe est.i.contingit,cum.i.quando,iracundus homo.i.parua vel nulla causa præcedente iratus factus est inimicissimus de eadem causa .i. propter eandem causam,in ijs rebus,in quibus alius,qui non est ita iracundus,ne quidem.i.non etiam,est iratus. Iratus est,qui ex aliqua re lacessitus irascitur iracundus autem, qui ex parua vel nulla causa præcedente irascitur. Vel sic altrue,sæpe est.i.contingit,cum .i. quando, in ijs rebus, in quibus alius. ne quidem est iratus .i. iracundus est factus inimicissimus, de eadem causa .i. propter eandem causam, propter quam ne iratus quidem alius fuit. Proh,exclamatio,quam.i.quantum, leuibus.i.paruis noxijs pro noxis.i.culpis,iniurijs. pueri gerunt .i. exercerent iras inter se, q. d. simili pro paruis culpis mulieres inter se graues iras gerere solent. P. Qua propter .i. quare ita pueri pro re parua graues iras gerunt. PAR. Quia enim .i. quia certe, pueri gerunt.i.gestant animum infirmum .i. non stabilem,non constantem,qui animus gubernat.i.deducit eos pueros. Alij interrogationem illam quapropter tribuunt Par. se ipsum interroganti,& deinde sibi respondenti. Itidem .i. similiter, illæ mulieres fermè.i.propemodum, leui sententia.i.inconstanti opinione pueri.i.in morem puerorum. Fortasse vnum aliquod verbum conciuerit, à concio concies, vel concio concis quarte, quæ duo faciunt conciui,& concitum .i. commouerit. Alij legunt conscierit à conscio is,seu conscisco is.i.quasi rem nouam fecerit, sed melior superior sententia. P. O Parm. abi intro.i.in domum,in qua est Phil. apud matrem suam, ac nuncia me venisse. PAR. hem,interiectio inopinati aliquid audientis. & ibi nos exprimitur auscultantium,quid hoc est,quòd audio,scilicet. P. Tace, & ausculta diligenter. PAR. Senio .i. percipio. trepidari,in verbo impersonali .i. voce tremula timorem ostendi,& refertur trepidatio ad vocem loquentium, & sentio inquam cursari impersonaliter dictum .i. quod cursatur sursum.i.altum,prorsum.i.retro,rursum.i.ante. Antiqui (vt Fest. inquit) prorsum ponebat prò retro, cui astipulatur dicens, Prorsum rursum poni prouerbialiter pro tetro ante, quemadmodum dicimus sursum deorsum, intro foras, hac illac,& similia. P. Agendum.i.eia,hortantis est, accede propius .i. propinquius ad fores. PAR. hem, interiectio deprehendentis aliquid sensisti ne.i.percepisti ne, id quod audiui. nam tunc ambo erant ad fores, & auscultabant quod fieret intus. P. Noli fabulari.i.noli loqui,deinde audito clamante ait. Proh, irascentis exclamatio, vel audientis indignum aliquid. Iuppiter fidem supple imploro tuam. Vel exclamantur dicendo, Proh Iupiter,vt exclamare solemus, Bone Deus. sine alia appositione. Tace, &c. Hic post auscultationem ex ipsis gemitibus parentis Philumenæ suspicatus esse Pamphilus morbo aliquo vxorem affectam esse propterea conqueritur se id celatum esse à Parmenone. In primis Myrrhina matet puellæ admonet parientem, vt taceat, quod dictum auditum est ab auscultantis Pamphilo, & Parmenone. Myrrhina ò mea gnata Philumena obsecro tace ne hoc furtum resciscatur. P. Vox matris Philumenæ, id est matris vxoris meæ .s. Myrrhinæ visa est mihi.i.à me percepta. Nam omnia quæ sensu percipi possunt visa dicimus. nullus sum,id est perij, vel miser sum, & infelix. vbi nullus capitur pro non,q.d. Non sum, id est adeo sum consternatus dolore. vt sim nec ne ignorem,vel vt videas non esse. PAR. Qui dum,dum parcon est.i.cur nullus es? P.

Quia perij .i. dolore ſum confectum. PAR. quamobrem perijſti. P. ò Parm. profecto mei propinqui & affines celant me neſcio quod magnum malum. Dicimus celo te hanc rem & hac re, & celo tibi hanc rem. PAR. Dixerunt affines, ſeu propinqui tui vxorem Phil. pauitate .i. pauere, timere neſcio quid. Pauere veteres referebant ad corporis & animi perturbationem. Si forte .i. propter quod audis clamãtem Philumenam & matrem obſecrantem. vt taceat, neſcio. P. interij, quaſi perditus ſum, cur non dixiſti mihi id .ſ. eam .ſ. prauitate neſcio quid forſitan morbi. PAR. non dixi tibi, quia non poterã dicere tibi vna .ſ. ſimul omnia. P. quid morbi eſt illi .ſ. id eſt quo laborat morbo? PAR. neſcio. P. quid? modus interrogandi, vel cur neſcis, nemon .i. vtrum nemo. adduxit medicum, ex quo ſcire potuiſſes. PAR. neſcio an aliquis medicum adduxerit. P. ceſſo .i. nimis tardo ire hinc intro in domum ſocrus, vt ſciam certum .i. pro certo, quamprimum .i. citiſſime hoc quidquid eſt. ò Philumena mea quonam modo offendam .i. inueniam in reditu meo te affectam .i. laſſam, poſſeſſam à morbo, ab eo quod eſt affici. Vnde affectus dicuntur poſt quos afficimur. Nam .i. certe ſi periculum vllum eſt in te, haud .i. non eſt dubium, me perijſſe .i. periculum ſubijſſe, vel me interijſſe, vna .i. ſimul tecum. PAR. non eſt mihi vſus .i. non eſt mihi vtile vel opus, facto .i. facere id ſup. quod ſequitur .ſ. ſequi hunc Pamph. intro .i. in domum. Donatus vult facto abundare, & ſtatim iungi, non eſt mihi vſus ſequi &c. Nam ſentio nos omnes de domo Soſtratæ eſſe inuiſos .i. exoſos illis matri, & filiæ, heri nemo voluit intromittere .i. admittere, & introducere: Soſtratam matrem Pamph. ſi forte morbus factus, ſit amplior .i. grauior, quem .ſ. morbum eſſe factum ampliorem ſanè .i. certe vel valde, nolim maxime .i. præcipue, nolim cauſa mei heri .i. mei domini .ſ. Pamph. dicentiſico ſi morbus ingraueſcat ſeruum Soſtratæ .ſ. me introijſſe, commiſcentur .i. contigent, ex cogitabunt ſeruum tuliſſe .i. attuliſſe, aliquid mali capiti .i. vitæ atque ætati illorum, maluit, dicere quam illarum, quamuis tamen intelligat Philumenam, & forſitan eius matrem, quibus malum imprecatur, qui .i. vnde, vel à quo malo à ſeruo allato morbus auctus ſit .i. creuerit, vbi qui vel eſt aduerbium, aut abla tiuus ſingularis, tunc hera Soſtrata veniet in crimen .i. in culpam & criminabitur. ego vero veniam in magnum malum, puta in quæſtionis tormenta.

LATO. ARGVMENTVM) Querela Pamphili ob diſſidium matris, & Philumenæ. Et eſt periculum Pamphili in protaſi fabulæ. [Heu me infel.) Exclamando varie amplificat dolorem à reditu. [Nam nos) Aethiologia. [Labos) Moleſtia. [At ſic citius) Conſolatio Parmenonis. [Rem cogn.) Incrementum. [Priuſquam) Narratio, qua à tempore præterito amplificat. [Vix me illinc) A præſenti. [Tum matrem) A futuro, & perſonis. [Nam matrem) Cauſa à pietate in matrem, & meritis vxoris. [Sed magnum) Suſpicio à tempore. [Non maxumas) Sæpe magnæ ire ex non magna iniuria concitatæ ſunt. [Pueri inter ſeſe) Declarat exemplo. [Abi Parm.) Sternitur via ad epitaſin eſt enim occaſio qua innoteſcet partus Philumenæ. [Neſcio quod) Suſpicatur Parmenonem ſcire, & de induſtria celare. [Quo nam modo) Pathetica & amatoria ſolicitudo. [Non vſus facto) Pro, non vtile factu, eadem figura, qua opus eſt facto. [Seruom) Acuta & inuidioſa ratio in Phidippi domum, & recte non ingreditur, ne interueniat parienti Philumenæ.

PETR. MARS. NEMINI) Iracundas, & pronas eſſe in perturbationes omnes animi mulieres, & leuiſſimis ſubinde de cauſis magnas moleſtias, & turbulentias concitare docet hæc ſcena. Et certe ſic eſt: nam quo fuerint animi remiſſiores, & ad puſillanimitatem propenſiores, hoc magis in iram, & inuidiam declinant. Quare Plato dicebat mulieres eſſe iracundiores viris, ægros, & laborantes integris, & corpore ſanis pueros ætate vigentibus, ſenes adoleſcentibus. Nam quo maior fuerit imbecillitas animi, hoc grandiorem prouocat iracundiam. [Et muliebris ſexus, quia ſibi non ſatis conſtat, multis de cauſis in vitio eſt, in eo enim miræ animi ægritudines, quæ naſcuntur ex zelotypia, ſuperſtitionibus, & inani gloria. Cic. ad Q. Fr. Iracundia vitium in hac priuata, quotidianaque vita leuis eſſe animi, atque infirmi videtur: Et bene iracundas dicit Comicus mulieres, quod certe veriſſimum oſtenditur in cognatis, & affinibus. Socrates enim dicebat, in rapidiſſimum, & vorticoſum incidere flumen, minus eſſe periculoſum, quàm alicuius cognati, aut affinis commoti, & ira furoreque perciti incurrere vindictam, & inuidiam.

GLAREANVS.

HVIVS ſcenæ ſunt varij verſus. Primus eſt iambicus tetr. catal. qui loco primo habet dactylum, quarto ac quinto creticum, quod equidem malim quam Eſſe, & Ex extra carmen eſſe. Tertius ac ſecundus trochaici ſunt tetram. catal. Quartus iambicus tetram. catal. In quo Fuerat adiectum puto ab aliquo ſenſu explere cupiente. Quintus trochaicus eſt catal. ita ſextus ſeptimuſque. In 7. Prius monoſyll. eſt. Octauus catalecticus eſt tetram. ſiue illum iambicum, ſiue trochaicum exiſtimes. Nonus, decimus vndecimuſque haud dubij trochaicus ſunt tetram catal. In decimo vel Tuum monoſyllabum eſt, vel creticus eſt loco tertio. In 11. Rurſum abundat auct. Doct. quod placet. In 12. quidam lib. non habent τὸ Hæc. quod ſi tollatur verbum, verſus erit trochaicus tetr. catal. alioqui erit iambicus tetr. acatal. ſicut ſequentes vltra triginta. [Quid conſolare me? an quiſquam vſquam gentium eſt æque miſer?) Veriſimile eſt hoc Pamphili ſermone incipere aliquanto diuerſius genus carminis. Sunt igitur hi ſequentes, præter vltimos nouem ſenarios omnes tetrametri, ac omnes acatal. præter vltimos duos catalect. In verſu autem ſecundo Prius monoſyll. vel bacchius loco primo. In quarto, vel Eam monoſyllabum, vel creticus loco quinto. In quinto verſu rurſus haud dubius creticus loco quarto. Ita in ſeptimo, vel Ea monoſyll. vel creticus loco ſecundo. In 8. vel a, in Ita non elidetur, vel Eſſe ante Ità collocandum, ſicut Niſi ante Porrò. Sed cretici vtrunque vulnus ſanant. In 10. vel Suo monoſyll. eſt, vel s, in Obnoxius eliditur. poteſt, & creticus eſſe loco quinto. In 11. vel Meas monoſyllabum vel creticus loco primo. Et nota hic e, ante fecit in Patefecit produxit, cum in Adelph. act. 2. ſc. 2. in labefecit eum corripuerit. In 14. ſi legatur Haud quidem hercle parum eſt, m, in Quidem non elidetur, vt ſint duo initio dactyli ſin legatur, quod veuſtus habet liber, Haud quidem hercle paruum eſt, m, elidetur, & creticus erit loco primo, ſecundo iambus. In 16. Quique in rebus, legendum, vt In præpoſitio in medio locetur, ſecus quàm habet Ald. liber. In 17. creticus eſt loco primo. niſi tres vocales in vnam contrahere κατ' ἔκθλιψιν καὶ συναίρεσιν velimus. In 18. i, in Pueri corripitur, non elidtur. In 19. vel eos monoſyll. vel creticus loco tertio. In 20. creticus haud dubie loco ſexto. alioqui inexcuſabile carmen. In 21. vetuſtus liber habet Iras has, pro Iram hanc, & bene habet cum ſubiunctiuo Conciuerit. quanquam ex Don. commentario apparet lectionem alteram fuiſſe, Iram hanc conſciuiſſe, vt fieret iambicum tetr. catal. verum cum alij ſint acat. malim veterem ſequi lib. In 22. i, in Abi corripitur, niſi bacchiũ loco primo conſtituamus, & d, eliditur in Quid, niſi & loco ſecundo eundem putemus bacchium. In 25. Audio ante accuſatiuum Clamorem ponendum, vt ſit loco ſecundo anapæſtus. In 27. creticus eſt loco primo, abiecto s, de Nullus, & proceleuſmaticus loco tertio. In 30. Mihi id, iambus eſt. Trigeſimuſquartus cum ſequente catal. eſt, & Modo iambus eſt. [Non vſus facto eſt mihi nunc hunc intro ſequi) Hi nouem, vt diximus, ſenarij ſunt. In quorum tertio, vel Heri à ſuperiore verſu priorem elidit ſyllabam, vel Here pro Heri legendũ, vt in Eun. Act. 2. ſc. 3. Niſi quis primo loco bacchium conſtituat. In 6. Seruom cum m, non cum n, legendum, vt poſſit elidi. In penultimo s, in Auctus abijcitur, & ſit legendum, non Suet. In vlt. aut tollendum illud Vero, vel proceleuſmaticus erit loco tertio, bacchius loco quarto, niſi quis vero priore correpta ana pæſtum loco bacchij poſitum eſſe contendat.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Pamphilus triſtior egreditur à Philumena deprehenſo eius partu, modis omnibus celare conatur ac tegere.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In ſequenti ſcena, triſtis continetur egreſſus Pamphili ex domo ſocrus, vbi repentino & improuiſo aduentu fortuum deprehendit vxoris partum, quem tamen vt modeſtum decet celare quàm maxime poteſt tegere conatur. Hic quoque eſt quaſi deliberatio quædam, ſuaſionis ac diſſuaſionis partes continens, quas in ſubditis conſiderare licet, nam admodum vicini ſunt.

Iambici

Iambici Tetrametri Catalectici.

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILVS.

ESCIO quid iam dudum hic audio tumultuari misera:
Male metuo,ne Philumena magi' morbus aggraueſcat.
Quod te Aeſculapi,& te Salus, ne quid ſit huius, oro.
Nunc ad eam viſam. PAR. heus Soſtrata. S. ehem. PAR. iterum iſtinc excludere.
S. Ehem Parmeno, tu ne hic eras? perij, quid faciam miſera?
Non vixam vxorem Pamphili, cum in proximo hic ſit ægra?
PAR. Non viſas, nec mittas quidem viſendi cauſſa quenquam.
Nã qui amat cui odio ipſus eſt,bis facere ſtulte duco:
Laborem inanem ipſus capit, & illi moleſtiam affert.
Tum aũt filius tuus introijt videre,vt venit, qd agat.
S. Quid ais? an venit Pamphilus? PAR. venit. S. dijs gratiam habeo.
Hem, iſtoc verbo animus mihi redijt, & cura ex corde excesſit.
PAR. Iã ea te cauſſa maxume huc nunc introire nolo:
Nam ſi remittent quippiam Philumena dolores,
Omnem rem narrabit, ſcio continuo ſola ſoli,
* ire hu ius Quæ inter vos interuenit,vnde ortũ eſt initium * iræ.
Atque eccum video ipſum egredi: quàm triſt'ſt. S. ò mi gnate.
P. Mea mater,ſalue. S. gaudeo veniſſe ſaluom.ſaluan' Philumena eſt? P. meliuſcule eſt. S. vtinam iſtuc ita dij faxint.
Quid tu igitur lacrumas? aut quid es tam triſtis? P. recte mater.
S. Quid fuit tumulti dic mihi:an dolor repẽte inuaſit?
P. Ita factum eſt. S. quid morbi eſt? P. febris. S. quotidiana? P. ita aiunt.
I ſodes intro,conſequor iam te mea mater. S. fiat.
P. Tu pueris curre Parmeno obuiam, atque his onera adiuta.
PAR. Quid? non ſciunt ipſi viam, domum qua redeant? P. ceſſas?

DON.

ESCIO quid iam dudũ hic audio tumultuari) In hac ſcena quaſi quædam deliberatio eſt continens ſuaſionis diſſuaſionisq. partes, quas in ſubditis ꝓſiderabimus.[Hic) quaſi nimis vicini ſunt. [Magis morbus aggraueſcat) grauior fiat. Proprie,quia morbi graues ſunt dicti. Virg. Vbi aut morbo grauis,aut iam ſegnior annis Deficit.Sal. Morbi graues ob inediam in ſolitam veſcentibus. [Male metuo,ne Phil.magis)Inſtat Terent. bonam ſocrum facere,vt bonã meretricẽ faciat.[Quòd te Aeſculapi,& te ſalus) deeſt Propter:vt ſit,ꝓp qd. [Nunc ad eã viſam)Sic Virg.Reſpice ad hæc.[Hem)Interiectio eſt nouas res audientis. [Heus Soſtrata)vide quemadmodũ per ſeipſum Parmeno, p Parmenonem arceatur Soſtrata, quæ neq; deeſſe ꝓp officium,neq; ingredi ꝓp ſocrum inducitur. [Iterum iſtinc excludere)bene itez,vt illi pudorem incuteret repetitione iniuriæ.Et memoriter,iam.n.dixit,Noſtra illico it viſere ad eã. admiſit nemo.Et ſimul vide q̃ vehementius ad iniuriã ſonet Excludi,q̃ non admitti.[Ehem Par.)ehem,interiectio eſt eius quę cõmota ſit noua re. [Non viſam vxorem Pam.)vt dixi ſupra, ſeruũ Soſtratę,nõ Parmenonem,ſic hic,vxorem Pamphili dixit magis,q̃ Philumenam,vt animum,& officiũ eiuſdem ſocrus,& maris breuiter demonſtraret. [Non viſas) vnam rem Soſtrata conſuluit,hic de duabus rñdet,nanque,& illam nõ vult ingredi & cauet ne ipſe mittatur. & bene, Quenq̃: ne aperte pro ſe loqui videatur. [Nam qui amat cui odio ipſus eſt) Aliam cauſam ſubiunxit, qa durum fuerat ipſi Soſtratæ dici quod ſupra dictũ eſt.[Nam qui amat)Cauſa à ſententia morali [Cui odio ipſus eſt)Deeſt Eam,vel Eum.[Et illi moleſtiam affert)Bene hoc adiecit,ne qui amat,hoc dicat,Laborem,dũ promerear,quẽ amo. [Tum aũt filius tuus) alia cauſa ab euentu. [Videre,vt venit qd agat)Quod ſupra,viſere. an viſere officij eſt,apud ægros,videre,cognitionis? & ideo additum,quid agat. [An venit Pamphilus?)Bene imitatur affectum. [Hem) Interiectio fœmina ac matronalis.[Ex corde exceſſit)Geminauit præpoſitionem. [Laborem inanẽ ipſus capit, & illi moleſtiam affert) hoc validiſſimũ ad diſſuadendum fuit. [Nunc huc introire nolo) Cur ſi venit Pamphilus,non ſit introeundũ,cauſa narratur. [Nam ſi remittent qppiam)verbum actiuum quaſi neutrum poſuit.[Philumenæ dol.)ἀγραμματικῶς erat.non.n. vere dolor morbi eſt, cũ ſit partus.[Scio continuo ſola ſoli)vt, Haud,credo,inuiſus cœleſtibus auras vitales carpis.Et ſic,ſola ſoli dr̃,qũo pñs pñti.ſic Virg. Illum abſens abſentem auditq;,videtq;. [Vnde ortũ eſt) ἀναπόλουτον tertium. [Quæ inter vos interuenit) Melius ſic,q̃ ſi diceret, quæ illi feceris.[Quàm triſtis eſt)χαρακτηριστικῶς locuturi Pamphilii. [O mi gnate) Ordo eſt,ò mi gnate,gaudeo te ſaluũ veniſſe: ſed intercedit Pamphilus triſtis.[Saluan' Philumena eſt?) Cito probat Pamphilo ſe amare nurum,cum poſt ſalutationẽ nihil prius,q̃ de ſalute vxoris eius inquirat.[Saluan'Philumena eſt?) Mire obuiam ſibi exeuntem filiũ nihil aliud, niſi de Philumena interrogauit,vt oſtenderet eius morbũ curæ ſibi eſſe. [Meliuſcula eſt)Vez eſt,quantum ad morbum pertinet. [Meliuſcula) eſt)Hoc,& ad morbũ,& ad euentum paritudinis vez eſt.ita nõ mentitur Pamphilus matri.[Vtinam iſtuc ita dij faxint) Diligẽtiore officio loquitur,vt rea apud filium ſocrus. [Quid tu igit lacrumas?)Locrus ab eo quod agitur,quo ſignãt, ſi ita eſt quare ergo tu triſtis es?[Recte mater)Sic dicimus,cum nõ ſine iniuria interrogantis aliquid reticemus.Et bene additum Mater: vt duritia reticentia blando nomine molliretur. Alij recte ſic accipiũt, vt intelligant,nihil eſt mali. [Quid fuit tumulti?) Antiqui ſic declinauerũt,tumulci ſenati.vt Sal.Decretum ſenati ſit. [Dic mihi) Dic verbũ eſt inſtantis audire,& curioſius interrogantis. Virg.Dic mihi Damœta,cuium pecus? [Dolor repẽte inuaſit?) Proprie inuaſit,quia repente. [Ita factum eſt)Moris eſt aſſentiri ad dicta interrogãtium,qui quę vera ſunt,celant. [Ita aiunt)Bene alijs aſcripſit,ſi falſum ſit vt ipſis aſcribatur mendacium. [Ita aiunt) In hac tota interrogatione, & rñſione, colorem induxit ſecretũ, ægre obiurgantis. [Ita aiunt) Religioſe mendacium ad rumorem retulit. aiunt,inquit,ne ipſe fallum dicere videretur. [I Sodes intro)Metuit,ne ingrediatur mater ad ſoceros,& ideo dicit. [I ſodes intro) Et apparet intro dicentem,manu annuere vt domum redeat,& ſimul quo magis faciat,addit cautam. [Cõ ſequar iam te mea mater)Adiecit,& tempus Iam. [Mea neceſſario additũ,mea mater. Et Sodes,quia I,intro durum eſt. [Fiat) Abiens dixit hoc mater,fiat, ne omnino iuſſis alienis parere videatur,quaſi imperemus,&nos,quę noſipſis facturi ſumus.[Tu pueris curre Parmeno obuiam) Probabilis cauta, qua ablegat ẽt Parmenonem,dum iubet eum pueris occurrere. Et ſimul notãdum,ꝙ in hac fabula ridicule vexatur vſque ad vltimũ ſeruus & ablegatur,cũ ſit,& piger,& curioſus.[Atque eis onera adita) Locutio antiqua figurata.Et eſt μετονυμία, pro ipſos onera portãtes,eis onera adiuta. [Quid? nõ ſciunt ipſi viam, domũ qua redeant?)Iam vide quemadmodum ſeruetur Parmenoni ꝓſona loquacis,curioſi,pigri.[Domum) Aduerbiale eſt. [Domũ qua redeam?) quaſi locum ſignificet videbitur reliquum præceptum ſeruus nõ audiuiſſe.Sin audiuit, Qua,qũo intelligimus.i.quem admodum onus portent de naui. vt, Quid fieret,& qua fieret. [Ceſſas?) De induſtria oẽs ablegauit ſuos, vt non audirent quæ intus poſt ſcenam ſunt acta, quæ tamen populo eſt narraturus.

NESCIO &c.) Hic continetur egreſſus triſtis Pamphili ex domo ſocrus apud quem deprehendit repentino aduẽtu ſuo furtiuum partum vxoris, quem tamen quàm maxime poteſt celare ſtudet, & protegere. S. Ego miſera, audio iandudum .i. paulo ante,neſcio quid tumultuari.i.facere tumultus, hic.i. in domo Phidippi patris Philumenæ, ſiue audio neſcio quid tumultuari.i.audio neſcio qd faciens tumultum &c. quod in idẽ recidit,male.i.valde,& quaſi in malũ meum, ſiue in ſolicitudinem meam, metuo ne morbus magis aggraueſcat.i. grauior fiat, ſiue efficiatur Philumenæ, quod.i.propter quod, vel poſt quod, GVID.

quod,ò Aesculapi,Deus medicinæ Apollinis filij. & ò Salus.i. Dea sanitatis,oro te ne quid.i.vt nihil huius fit.i.eueniat.ſ.non aggraueſcat illi morbus, nunc viſam ad eam.i. ibo ad eam videndam. PAR. Heus,aduerbium vocandi. ò Soſtrata,vocat eam vt deterreat ab eundo. S. Hem, interiectio eſt res nouas audientis. PAR. Excludere,in futuro indicatiui paſſiui.i.nõ admitteris intro iterum.i.ſecundo,nam iam ſemel fuiſti excluſa,vehementius aũt ſonat excludi,q̃ non admittit. S. Hem,interiectio eſt eius,quæ commota ſit nouare,ò Parm.tun'.i. tu ne eras hic,perij.i.perdita ſum.quid ego miſera faciam?non viſam .i.non ibo ad videndam vxorem Pamphili.cum ipſa ſit ægre.i. male hñs,hic.ſ.in proximo loco. Viſere officij eſt apud ægros, videre cognitionis. PAR. Non viſas.i.non eas ad eam vidẽdam,nec quidem.i. nec etiam,mittas quenq̃.i.aliquem cauſa viſendi eam. nam dico vel duco.i.puto illum facere bis ſtulte qui amat illum,cui ipſe eſt odio,nam ipſe capit laborem inanem.i. vanum, nullius effectus, & affert moleſtiam.i.tædium illi,quã amat.ſ.à qua non amatur, tum.i.deinde, & eſt alia cauſa quare introire non debeas,nã filius tuus introijt videre, figura græca .i.ingreſſus eſt, vt videret quid ipſa agat, vt.i.poſtquam,vel cũ primum venit. S. Quid ais? an Pamp.venit? PAR. Venit. S. Habeo gratias Dijs,quod.ſ.veneris,hem,interiectio fœminina ac matronalis.animus redijt mihi iſto,verbo.i.tuo dicto de aduẽtu filij,& cura.i.anxietas,exceſſit.i.exiuit ex corde. PAR. Ita.i.præterea,nolo te nunc introire,hic maxime.i.præcipue,ea cauſa.i.pp eam cauſam, quæ ſequitur,nam ſi dolorus remittẽt .i.relinquent,exornerent,relaxent quippiam.i.in aliquo,vel ali quantulum Philumenam. Don.legit Philumenæ,quod melius eſſe puto nam dolores non remittunt,ſed potius, remittuntur, & ait verbum hic actiuum quaſi neutrum poſitum eſſe ſic.Si dolores remittent.i.ceſſabunt,relaxabuntur,alleuiabuntur,Philumenæ,quippiam.i.in aliqua parte aliquãtulum, ſcio,quod continuo ipſa ſola narrabit ipſi Pamphilo ſoli .i. remotis arbitris, omnem rem .i. totam rei ſeriem, ſiue totum tenorem eius rei, quæ res interuenit inter vos.i.inter te,& eam,vnde.i.à quare initium.i.principium iræ veſtræ ortum eſt,atque eccum.i.ecce hic video ipſum Pamphilum,egredi.i.exire de domo ſocrus ſuæ,q̃ .i.quantum eſt triſtis? S. O mi gnate Pamphile.ſ.q.d.gaudeo te ſaluum aduenisſe. P. O mea mater ſalue.S. Perficit quod omiſerat, gaudeo te veniſſe ſaluum ne.i.vtrũ Philum. vxor tua eſt ſalua, id eſt ſana, incolumis, & dicitur in textu ſaluan' pro ſalua ne, vt viden'.i. vides ne. P. Pamphilus volens celare partum, & fugere mendacium, caute reſpondet inquiens, ipſe Pamphila eſt meliuſcula.i.aliquanto melius ſe habens q̃ prius. meliuſculus à comparatiuum diminutiuum eſt. S. Vtinã Dij faxint.i.faciant iſtud.ſ.vt meliuſcula ſit,ita.i.quemadmodum dicis,igitur ſi ita eſt,quid.i.cur lacrymas, habemus lacrymo as, & lacrymor aris, aut quid.i.cur es tam triſtis. P. O mater recte interrogas, ſic dicimus cum ſine iniuria interrogantis aliquid reticemus, & bene additum mater, vt duritia reticente blando nomine molliretur alij ſic capiunt recte, vt intelligant nihil mali eſt. S. Quid tumulti pro tumultus,ſic antiqui in genitiuo dicebant, vt tumulti pro tumultus, ſenati pro ſenatus &c. quid ergo tumulti fuit ſup. intro vos ſup.dic mihi an dolor inuaſit.i.arripuit te repente,& proprie inuaſit, quia repente. P. Factum eſt ita.i.repente dolor me inuaſit. S. Quid morbi eſt Philumenæ .ſ. P. Febris eſt ei, non mentitur, nam perientes non ſunt ſine febri. S. Quotidianam.i.quotidiana ne hoc eſt vtrum febris continua eſt ei. P. Ita aiunt.i.ita dicunt, ita rumor eſt vulgo. Sodes aduerbium comicum, & blandienti accommodatum, quaſi ſi audes.ſ.id eſt vade intro.i. in domum tuam,vnde tu venis,non.n.vult eam ingredi ad P. O mea mater iam conſequar re in domum veſtram. S. Mater abiens dixit fiat, quaſi ſibi ipſi id imperans non ſolum filio parens. P. obligat ad portum Pamp.ſeruum ne audiat quæ intus poſt ſcenam ſunt acta,quæ tamen populo eſt narraturus. O Par. curre obuiam.i.in occurſum,pueris.i.ſeruis afferentibus onera de ſuccеſſione cognati mortui, propter quod miſſus fuerat Pamph. atque adiuta .i. adiuua his ſeruis onera .i. adiuua ſeruos onera portantes.ſimiliter Gellius eſt locutus inquiens, Et nobis hanc meſſem adiuuent. PAR. Quid? interrogandi modus per indignationem,& irriſionem,ipſi ſerui non ſciunt viam qua.i.per quam viam redeant domum aduerbialiter. P. Ceſſas.i.tardas, cunctari ire,quo dico,q.d.iam illic deberes, & ita tps conteris.

ARGVMENTVM) Ad continuandam cauſam epitaſeos arcetur ab ingreſſu ad Philumenam Soſtrata, & egrediens Pamphilus deprehenſum partum celat.[Quod te Aeſch.) Prætario pro ægrota. [Ehem Parm.) De improuiſo reſpicientis. [Nam qui)vera,& moralis ſententia. [Quid ais?) Interrogatio lætantis. [Remittent Phil.) Pro, minuentur, & remiſſiores erunt,noua figura. [Meliuſcula eſt) Supprimit dolorem Pamphilus,& diſſimulat quid deprenderit. [Tu pueris) Data opera ablegat Parmenonem futilem,& curioſum ſeruum.

NESCIO quid iandudum) Cordati adoleſcentis, & ſupra modum probi liberaliſſimos, & caſtigatiſſimos mores hæc ſcena exprimit. Quo enim nomine ſatis commendari poſſet, qui cum vxorem, cum qua nondum conſueuerat grauidam,& ideo corruptam inueniſſet, ne dedecus hoc per maximum propalaretur,& in fabulam veniret,id quod viderat circa vxorem, tam prudenter, & callide diſſimulauit, vt non ea cauſa inceſtus eſſe exiſtimatus ſit, ſed potius quia morbo implicitam diceret. [Nam qui amat)Docet hic locus,nihil eſſe ſtultius,quàm amore in aliquem ardere, à quo rurſus non adameris. Quare mutuum amorem ſatis videtur approbare. Duabus autem de cauſis hoc accidere credidit, cur eſſet eiuſcemodi amor vituperandus,primo,quod nobis maximas moleſtias, & labores parim⁹, dum nocte diuque faces illas,& tela ardentia ſufferimus,quibus exagitati miſerabiliter cruciamur: deinde quod præter hoc. & alteri difficiles ſumus, & aſperi, qui noſtras voluntates, preces, fletus lamentationes, non æquis auribus accipiunt. PETR. MARS.

IAMBICI ſunt tetrametri acatal. In 2.proceleuſmaticus eſt loco primo,& s,eliditur in Magis. In 3.ſi la in Aeſculapi brue eſt i,ad finem non eliditur,ſed corripitur,vt loco ſecundo ſit tribrachys. In 8.i,in Qui corripitur,non eliditur. In Cui autem etiam longum manet, & Duco legendum pro Dico, admonet Ioan. In 10. omiſſo verbo Autem,liber vetuſtus ita habet,Tum filius tuus introijt. Et carmen melius habet. In 11. ſi Gratias legerimus,erit acatalecticus: ſin Grates, erit catalecticus vt ceteri. Quanquam ſcio hunc Poëtam Gratias libentius dicere quàm Grates. Sed in alijs licentis hoc facile admittitur. Liber vetuſtus habebat, Gratias habeo. non, Habeo gratias. ſed in idem res ledit. In 14. Philumenæ non Philumenam legendum ait Ioan.16. niſi ſecunda de initium ſit longam, in fine non elidetur. In 17.s,in Triſtis eliditur. In 21.vel Fuit monoſyllabum,vel creticus loco primo. GLAR.

ACTVS III. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Deliberat Pamphilus, velit vxorem recipere an repudiare.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic quæſtio eſt ad deliberationem deſcendendus, an recipiat Pamphilus,an repudiet vxorem. In qua tota oratio Pamphili ad argumentum ſpectans amatoria magis quam maritalis eſt. Nam aliter non perueniretur ad vltimam cognitionem omnium rerum,niſi adoleſcens furtiuum vxoris conceptum, & partum,aliquanto lenius quàm coniugalis dolor expetit toleraſſet.

Trochaici Tetrametri Catalectici. In fine Senarij pauci.

PAMPHILVS.

EQVEO mearum rerum initium vllum inuenire idoneum,
Vnde exordiar narrare, quæ nec opinanti accidunt,
Partim quæ perſpexi his oculis, partim quæ accepi auribus:
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras.
Nã modo me intro vt corripui timidus, alio ſuſpicãs
Morbo me viſurum affectam, ac ſenſi eſſe, vxorem: hei mihi,
Poſtq̃ me aſpexere ancillæ aduenisſe, ilico oẽs ſimul
Lætæ exclamant,venit,id qđ me repente aſpexerant.
Sed continuo voltum earum ſenſi immutari omniũ.
Quia tã incõmode illis fors obtulerat aduentũ meũ,
Forte vna illarum interea propere præcurrit,nuncians

Me veniſſe: ego eiu' videndi cupidus recta conſequor.
Poſtq̃ introij, exemplo eius morbum cognoui miſer.
Nã neque, vt cẹlare poſſet tempus ſpatium vllũ dabat.
Neq; voce alia, ac res monebat, ipſa poterat conqueri.
Poſtquam aſpexi, ò facinus indignum inquam: & cor ripui illico
Me inde, lacrumans, incredibili re, atroci percitus.
Mater conſequitur: iam vt limen exirem, ad genua accidit,
Lacrumans miſera: miſeritum eſt, profecto hoc ſit eſt, vt puto.
Omnibu' nobis vt res dant ſeſe, ita magni atque humiles ſumus.
Hanc habere orationem mecum à principio inſtitit:
O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit, cauſſam vides:
Nam vitium eſt oblatum virgini olim ab neſcio quo improbo:
Nunc huc confugit, te atq; alios partũ vt cælaret ſuũ.
Sed cum orata eius reminiſcor, nequeo quin lacrumem miſer.
Quæque fors fortuna eſt, inquit, nobis quæ te hodie obtulit,
* obteſtamur Per eam te * obſecramus ambæ, ſi ius, ſi fas eſt, vti.
Aduorſa eius per te tecta tacitaq. apud omnes ſient:
Si vnquam erga te animo eſſe amico ſenſiſti eam, mi Pamphile,
Sine labore hanc gratiam, te vti ſibi des pro illa nunc, rogat:
Ceterum de redducenda id fac, quod in rem ſit tuam.
Parturire eam, neq; grauidam eſſe ex te, ſolus cõſcius:
Nam aiunt tecum poſt duobus concubuiſſe eam menſibus:
Tum, poſtquam ad te venit, menſis hic agitur iam ſeptimus:
Qđ te ſcire, ipſa indicat res. nunc ſi potis eſt Pãphile,
Maxume volo, doque operam, vt clam partus eueniat patrem,
Atq; adeo oẽs. ſed ſi fieri id non poteſt, quin ſentiant.
Dicam abortum eſſe. ſcio nemini aliter ſuſpectũ fore,
Quin, quod veriſimile eſt, ex te recte eũ natum putẽt.
Continuo exponetur: hic tibi nihil eſt quidquam incommodi: &
Illi miſeræ indigne iniuriam contexeris.
Pollicitus ſum, & ſeruare in eo certum eſt, quod dixi, fidem.
Nam de redducenda, id vero neutiquam honeſtum eſſe arbitror.
* eius tene. Nec faciã: etſi amor me grauiter, cõſuetudoq. * tenet.
Lacrumo, quæ poſthac futura eſt vita, cum in mentem venit,
* data. Solitudoq;. O fortuna, vt nunq̃ perpetuo es * bona.
Sed iã prior amor me ad hanc rẽ exercitatũ reddidit.
Quem ego conſilio miſſum feci, idem nunc operam huic dabo.
Adeſt Parmeno cum pueris: hunc minime eſt opus
In hac re adeſſe: nam olim ſoli credidi,
Ea me abſtinuiſſe in principio, cum data eſt:
Vereor, ſi clamorem eiu' hic crebro exaudiat,
Ne parturire eam intellegat: aliquò mihi eſt
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

DONATVS.

NEQVEO mearum rerum initium vllum inueni re idoneum) In hac ſcena conqueſtio eſt ad deliberationem deſcendens, an habeat Pamphilus, an excludat vxorem, in qua tota oratio Pamphili ad argumẽtum ſpectans amatoria magis, quàm maritalis eſt. nam aliter non peruenireturad vltimam cognitionem omnium rerum: niſi adoleſcens furtiuum conceptum vxoris, & partum, aliquanto lenius, q̃ coniugalis dolor expetit, toleraſſet. [Nequeo mearum rerum) Hæc eſt Homerica illa * [Nequeo mearum rerum initium) Hoc principium magna διαπορήσει oneratur vt oſtendantur ærumnæ & multæ, & graues. [Idoneum) Aptum, conueniens. [Vnde) A quo. [Partim quæ perſpexi hic oculis) His, quaſi miſeris, vult intelligi, quibus perſpexi, vel audiui mala. An ſic dictum eſt, vt apud Virg. Vocemque his auribus hauſi? [Qua me propter exanimatum) Inter exanimatum, & exanimum hoc inter eſt: Exanimatus, eſt conterritus, conturbatus. Vt, Sed quid nam Pamphilum exanimatum video? Et Virg. Exanimata ſequens impingeret agmina muris. Exanimus vero eſt, occiſus. vt Virg. Corpus vbi exanimi poſitum Pallantis Acetes ſeruabat ſenior. [Me intro-vt corripui) Raptim ingreſſus ſum. [Timidus) Pro timens, nomẽ loco participij. [Morbo me viſurum affectum) Quia, & hic morbus eſt. [Hei mihi) Interiectio dolentis eſt. Virg. Eloquar, an ſileam? Et dicitur hæc figura ἐπιμονή. [Hei mihi) Mire interpoſuit σχετλιασμόν. [Id quod me repente) Deeſt propter. vt ſit, propter id: ad per hoc, ideo. [Id quod me repente aſpexerant) Cauſa cur lætæ exclamauerit. Id ergo, ob id. [Sed continuo voltum earum ſenſi immutari omnium) Mire Pamphilus etiam ancillarum metu impelli tur, vt alienum naſci puerũ ſuſpicetur: nec vllo modo in memoriam redeat hanc ſe puellam, vel huiuſmodi vitiaſſe. [Vultum earum) Quæ viderint. [Fors obtulerat) Offerti dicuntur tam bona quàm mala, ſi inſperata obijciantur aſpectibus. [Obtulerat) Oblatum dicitur in vtranque partem, quidquid expectationem præuenit. [Ego eius videndi cupi) Non erit plena vis repentini doloris, ſi aliquid præſentiens ſuſpicatur. & ideo addidit. Ego eius videndæ cupidus. [Recta conſequor) Abſolute, & ſine adiectione. non enim addidit Via. [Extemplo eius morbum) Morbum mitiore animo, quàm vitium dixit, aut probrũ. Et recte: quia dixit, Alio me ſuſpicans morbo viſurum affectum ac ſenſi, eſſe vxorem. [Spatium) Moram ac re monebat Partus. [O facinus indignum) Facinus indignum, non ad illã, hoc eſt Philumenam, ſed ad auctorẽ vitij refertur. [Et corripui ilico) Ardens .ſ. dolore. & eſt cauſa cur cito exierit. [Lacrumans) Non furens, ſed lacrumans. non iratus, ſed miſertus. [Atque atroci). i. vehementi. [Mater conſequitur, iam vt limen exirem, ad genua accidit miſera) Oſtendit affectum miſericordiæ ſuæ, matrem potius dicendo, quàm Myrrhinam, & addendo miſeram. [Miſeritum eſt) vt recte ſupra dictum ſit de illo, Pium & pudicum ingenium narras Pamphili. [Ad genua accidit) Accidere, eſt geſtu corporis oſtendere humilitatem cadentis. propter Ad, quòd eſt iuxta, & cadere. Saluſtius autem ſine præpoſitione dixit, Qua accidam, aut quo? [Lacrumans miſera) Miſerabiliter ſe habens. [Miſeritum eſt) Hoc ipſe ſibi. [Omnibus vt res dant ſeſe ita magni atque humiles ſumus) Mire, dixit, dant ſeſe Homerus * Sed hic ſeſe illo, & validius dixit, & eſt hac καθολικὴ ſententia. Apollodorus * [O mi Pamphile, abs te quamobrem hæc abierit) A nomine, & blandimento, mire; quia ſecreta confitetur. vt Virg. Anna, fatebor enim miſeri poſt fata Sichei, A principio idem elaborauit, vt aduerſus pudorem conſcientia, & voce, & confeſſione duraret. [O mi Pamphile abs te quamobrem hæc abierit) Venialis ſtatus: in quo confeſſio eſt, & precatio. [Abs te quamobrem) Morale, blandimentũ ante confeſſio eſt, & precatio. [Abs te quamobrem) Morale blandimẽtum ante confeſſionem. [Nã vitium eſt oblatum) Cœpit à cauſa. [Oblatum) Ad repentina pertinere ſuperius annotauimus. [Oblatum) Quaſi non expectanti, & nolenti. [Virgini) Quaſi quæ falli poſſet. [Olim) Recte olim, quia facilis venia circa vetera, iam delicta. vnde tentat temporis longinquitate extenuare peccatum. Olim ergo, ante menſes nouem. [Ab neſcio quo improbo) Mire contẽpſit, pſonam, dicendo, neſcio quo. i. neſcio, quem dixit, vt oſtendat ignobilem, ita abiectum. nam ſi nomen illi eſt, habet, & dignitatem, vt, Et nos aliquod nomenque decusq. Geſſimus. Et ne placere videatur is qui fecit, improbum dixit. [Nequeo quin lacrumem

crumem miſer)Videtur quaſi diſtillantes fletus detergere. [Nequeo) Deeſt concinere. [Sed cum orata eius) Bona περιφύσεως. [Quæque fors fortuna)Precario. [Fors fortuna) ὕφαι. Id eſt ſubita fortuna. Et fortuna,in incerto. Fors fortuna,in bono ponitur.Virg. Si qua in te fortuna fuiſſet. Et ipſe,O fors fortuna. [Per eam te obteſtamur) Oratorie inducuntur, & pro tacentibus preces. [Per eam te obteſtamur ambæ) Obteſtatio, eſt precario cum mentione earum rerum per quas petimus: vt, Per euerſæ genitor fumantia Troiæ Excidia obteſtor. [Si ius,ſi fas eſt)Vtrum hoc inuidioſe,an quaſi fœmina quæ leges neſciat? [Vti aduerſa eius) Mire non crimen,ſed aduerſa. [Per te tecta, tacitaq́.) Tecta,ſi reducis, Tacita,ſi repudias ſub alia excuſatione.An idem ſignificant? an potius neque,re neque verbo indices? an tecta,ne videantur,tacita ne dicantur? [Si vnquam erga te) Virg. Si conceſſa peto,ſi dent ea mœnia Parcæ. Terent. Si te in germani fratris dilexi loco: Siue hæc te ſolum ſemper fecit maximi. [Si te vnquam erga te)Ab anteacta vita. [Tecta, tacitaq́.) Tecta ſint,ne hæc alij ſciant tacita, ne ipſa indicet. [Vt ſibi des pro illa)Subaudiatur gratia. Cetęꝝ de reducenda. Tentat etiam hoc perſuadere,ſed oratorie,& verecunde. Et mire de reducenda dixit,non de reſpuenda.[Quod in rem ſit tuam) Nã niſi reducatur,reddenda dos erit.[Solus conſcius)A poſſibili.nã hoc nomine oſtendit tacere eum poſſe,q́ conſcius ſit ipſe ſolus. [Nam aiunt) Honeſtius aiunt pro ait, dixit. nam qs aut ſcire, aut dicere potuit,niſi Philumena? ergo rectè.aiunt.n.potius honeſtum eſt,quàm ait.[Poſt duobus concubuiſſe eam menſibus) Poſt duobus ſimpliciter accipientium,non poſt,duos. eſt.n.ἀνὰ ϛοφὴν pro duobus poſt.i.non ſtatim vt nupta ſit,ſed poſtquã nupta eſt,poſt duos menſes nuptiaꝝ.vt ſint reliqui quinque menſes.Et hinc apparet,ante duos menſes,priuſquam cum Pamphilo concumberet, vitiatam, quatuor menſibus cum Pamphilo fuiſſe,ex quibus,duobus poſterioribus amatam eſſe. reliquis tribus peregrinatum fuiſſe Pamphilum.An poſt duobus,pro poſt duos?vt Plautus,Poſt principio denique.& Poſt paulo. [Quod te ſcire ipſa indicat res) Quia contriſtatus corripuiſti te foras. [Partus euenĩat)Philumenæ.ſ.Abortum eſſe.Non eſt Latinum aborſa eſt,ſed abortum fecit.[Abortum eſſe) Deeſt Natum, vel Factum,vel abſolute.quomodo dicimus,è re nata, vel quemadmodum dicimus,ex te mihi orta eſt iniuria. [Dicam abortum eſſe) Rationabiliter dixit,ſit.n.abortus menſe ſeptimo ſine pernicie fœminæ. [Suſpectum fore) Suſpicabilem, ſuſpicioſum. [Ex te rectè eum natum putent) Noue dixit natum abortum: quaſi abortus naſcatur. Natum ergo pro facto,conceptoq́ue dixit. [Hic tibi nihil eſt quidquam incõmodi) Cum alienus exponitur,& non tollitur pro tuo. Et mire necandi pueri non fit mentio, quia Pamphili filius inuenietur, cum ei etiam per patrem puellæ poëta ſuccurrit. [Exponetur) Ad mortem .ſ. [Hic tibi nihil eſt quidquam incõmodi) Ab vtili.& eſt παρέλκον quartum. vt,Nihil vidi quidquam lætius. [Et illi miſeræ indignæ) Vt non ſit ἀνακόλουθον,ſuperiori verſu τὸ Et addendum eſt. vt ſit, Et tibi nihil eſt quidquam incommodi.[Factam iniuriam) Mire iniuriam dixit,vt non contemnenda,ſit ſed tollenda. [Pollicitus ſum)Plus quam promiſi.[Et illi miſerę)Concluſio per enumerationem. Et non læderis,inquit,& proderit miſere. [Quod dixi) Quod promiſi. [Id vero neutiquam honeſtum eſſe arbitror) Neutiquam non eſt omnino negatiuum,ſed aliquid affenſiones habet. eſt.n.neutiquam non nimis, non valde. [Nec faciam) Bene addidit, nec faciam. multa enim etiam inhoneſta amore ſuſcipimus.[Et ſi me amor grauiter conſuetudoq́ tenet) hoc cum gemitu. Et non eſt complexiuum,neque præpoſitiuũ, ſed ſubiunctiuum.i.pro tametſi. [Amor me grauiter conſuetudoq́.)Quæ duæ res contra honeſtum,& vtile validiſſimæ.Et bene Tenet,nõ tenui.[Lacrumo,quæ poſthac futura eſt vita) Bene propẽſior in affectum eſt,vt veriſimile fiat potuiſſe reticere. Et Lacrumo nõ pendet à ſuperiori, ſed interpoſitis diu fletibus dixit. [Lacrumo,quæ poſthac) Quæ,modo vim pro nominis non tenet,ſed querelæ.Et lacrumo ſic dixit.vt Virg.Sic affata ſinum lacrymis impleuit oboris. Et eſt ordo, Lacrumo,cum in mentem venit.[O fortuna)Hic fortunam pro bona poſuit.[Vt nunquam perpetuo es bona?) Legitur,& data. nam, & ſic pro bona intelligitur neceſſario. [Idem nunc operam huic dabo)Si idem,ego. ſi eidem,hoc eſt amori.[Operam dabo) Difficultatẽ rei oſtendit,dicendo,operam dabo. [Adeſt Parmeno cum pueris)Quia idem Parm.eſt ſecretoꝝ cõcius,addidit,Cum pueris. [Minime eſt opus).i.oĩno non eſt opus. [Aliquo mihi eſt hinc ablegandus dum parit Phil.)In tota cõmędia non ceſſabit,cum ſit piger,nec reſciſcet aliquid,cum ſit curioſus Parmeno.[Dum parit Phil.) Dum aliàs dummodo,aliàs donec,nunc,quandiu.

NEQVEO &c.) In hac ſcena conqueſtio eſt ad deliberationem deſcendens an habeat Pamph. vxorem, an excludar, in qua tota oratio Pam. ad argumentum ſpectans amatoria magis quàm maritalis eſt,nam furtiuum vxoris conceptum,& partum aliquanto leuius tolerat,q̃ coniugalis dolori expetit.Solus aũt Pamph.loquitur.Nequeo inuenire vllum initium.i.principium meaꝝ reꝝ.i.rerum mihi moleſtarum,idoneum .i. aptum, conueniens,vnde.i.à quo initio,exordiar.i.incipiam narrare ea ſup. quæ acciderunt mihi nec .i. non,opinanti .i. ſuſpicanti, & (quid dici ſolet)non ſomnianti,partim.i.aliqua incipiã narrare inquam quæ perſpexi his oculis,his q.d.amiſeris,partim.i.exordias inquam narrare aliqua quæ accepi .i. audiui auribus, quaſi miſeris,vel accepi auribus .i. audiui,& adhibui auribus,vt pateret ſignificatio vocabuli æquiuoci quapropter quia talia vidi,& audiui,eduxi me exanimatum.i.perturbatum,foras.i.extra domum Phidippi patris puellæ citius quàm exiuiſſem, niſi ea audiuiſſem. Exanimatus eſt conterritus,conturbatus,exanimus,vel exanimis eſt occiſus aut mortuus,nam modo .i. paulo ante. vt .i.poſtquam,ego timidus.i.ego timens, nomen pro participio. corripui me .i. contuli me raptum, ſiue ingreſſus ſum intro in domum ſoceri mei Phidippi, ſuſpicans .i. opinans me viſurum eſſe vxorem affectam.i.laſſam,& poſſeſſam alio morbo,ac.i. q̃ ſenſi .i. percipi eſſe affectam, hei mihi interpoſitio dolorem oſtendens Pamph.dolentis res taliter ſe,habuiſſe cum eius aduentus ita eſſet à domeſticis exoptatus,& iucundus illis, poſtquam ancillæ aſpexerunt me aduenĩſſe, ilico omnes lætæ ſimul exclamant primo gaudio aduentus dicentes hoc verbum venit.ſ.Pãphil.& hoc dixerunt primo aſpectu oblitæ importunitatis aduẽtus propter gaudium,& quidem exclamant, id.i.ob id q́ aſpexerant me .i. viderant,de repente .i. ſubito, qui motus repentinus non habet conſiderationem, ſed continuo ilico,ſenſi vultum omnium earum immutari ob id quod, vel quia fors.i.caſus temporalis,vel fortuna ipſa obtulerat illis ancillis meum aduentũ, tam incommode.i.intempeſtiue,& non opportune.oblatum dicitur quidquid euenit præter expectationem, forte vna illarum ancillarum,interea.i.dum agebantur.i.dum aliæ ſit lætabantur, & poſt mittabantur, præcurrit.i.ante currit,propere.i.feſtinanter nunctians matri,& filiæ me veniſſe. Ego Pamph. cupidus videndæ eius vxoris meę.i.cupidus videndi eam,conſequor ancillam recta via,nuſquam diuertendo poſtquam introij ego miſer .i.infelix pp probrum vxoris,cognoui extemplo .i. ilico morbum eius.i.quòd parturiebat,nam tempus.i.temporis breuitas, non dat vllum ſpatium .i. vllam moram,vt morbus ille poſſet celari,neque ipſa Philumena poterat conqueri.i.gemere,& dolore oſtendere alia voce,ac.i.quàm,res.i.partus, monebat.i.inſtigabat,poſtquam aſpexi eam parturientem,inq̃ .i. dixi,ò facinus indignum. non ad Philumenam refertur illa exclamatio, ſed ad vitij auctorem,& ilico, corripui .i. raptim retraxi me, & egreſſus ſum inde.i.ex camera parturientis lacrymans, parcitus .i.commotus,perturbatus,re incredibili .i. quam non credidiſſem,niſi vidiſſem me alius quidem, & atroci.i.vehemẽter mater .ſ.Myrrhina mater Philumenæ,conſequitur.i.aſſequitur, attingit,aſpirat ad me,vt.i.poſtquam,vel dum, ſiue cum iam exirem limen domus,ipſa miſera.i.miſerabiliter ſe habẽs, accidit ad genua.i.iuxta genua mea cecidit ac ſe proiecit. Accidere in hoc ſignificatio eſt geſtu corporis cadentis oſtendere humilitatem,lacrymans.i.lacrymis effluens,me ſup.miſertum eſt eius,præteritum à miſeret miſerebat.i.ego miſertus eius ſum. profecto .i. certe,ſeu proculdubio,hoc quod ſequitur eſt ſic.i.verum eſt ſicut dico,& ita ſe habet,videlicet,vt .i. ſicut,res .i. materie,dant.i. offerunt ſeſe omnibus nobis,ita ſumus magni .i. elati, atq; humiles.i.demiſſi animo, ipſa Myrrhina inſtituit.i.incepit hŕe hãc orationem mecum à principio ſui ſermonis, O mi Pamphiles vides.i.cognoſcis cauſam quamobrem .i. propter quàm hæc filia mea abierit.i.diſceſſerit.ſ.à domo paterna, nam vitium.i.ſtuprum oblatum eſt olim virgini, oblatum quaſi pręter expectationem,& nolente virgine.a neſcio quo improbo,nunc confugit huc ad me,vt celaret te,& alios ſuum partum, vbi celo duobus accuſatiuis iunctũ eſt.Sed cum reminiſcor.i.repeto memoria,ſeu redigo in memoriam,orata.i.precationes, petitiones,rogatus eius Myrrhinę,nequeo.i.non poſſum continere,quin.i.q́ non,ego miſer lacrumem.i.ſoluar in lacrymas,ipſa Myr. inqt, quæque.i.quæcunque (vt qs.i.quicunque) fors fortuna.i.ſubita fortuna eſt,fors,& fortuna ſic differunt (vt Non. ſentit) q́ fors dicitur caſus temporalis,fortuna vero ipſa Dea interdum tamẽ coniunguntur hęc duo fors fortuna.vt hic,Item in ablatiuo forte

GVID.

te fortuna, in qua coniunctione nihil efficiunt quod alterum eorum vocabulorum seorsum non efficeret, sed ornant oratio nem vocis sonoritate, vt sic dicam. Interdum ponitur fors pro aduerbio. Virg. Fors, & vota facit, pro forsitan vel forte, ait etiam quidam. Est Dea fortuna, fortunæ sanctio fors est, quæcunque ergo fors fortuna est, quæ obtuli te nobis hodie. Ambæ.i.ego, & filia, obsecramus te per eam fortunam si vis.i.si tibi non est molestum, si est fas.i.si sit licitus, & non contra ius, vt.i. vt, aduersa.i. infortunia eius, hoc aduersum si, sint per te.i. tuo beneficio, tecta.i. occulta, ne alij sciant, & tacita ne alij prodas, & indices ea apud omnes. Si vnquam sensisti eam Philumenam esse animo amico.i. habere animum amicum in te ò mi Pamphile. illa Philumena rogat te nunc vti.i. vt, des sibi hanc gratiam.i.hoc beneficium .s. vt eius crimen celetur sine labore tuo .s.Alij habent pro illa, & tunc lege sic, Philumena rogat nunc te pro illa gratia, sed melior sententia prior, vel tunc esset dicendum. Si vnquam sensisti eam vxorem tuam esse animo amico erga te, obsecramus inquam te vti des sibi hanc gratiam, sine labore, deinde subiungendum. Philumena ipsa nunc rogat te pro illa gratia, sed adhuc prima præstat expositio, ceterum .i. sed, de reducenda Philumena.i.quantum attinet ad resumendam vxorem tuam, aut repudiandam, & bene reducendam, nam prius fuerat ducta domum à marito in nuptijs. Deinde post abscessum si iterum sumatur, reducetur domum facias id, quod sit in rem tuam.i.quod sit tibi vtilitati. Tu solus conscius es.i. apud te scis solus eam Philumenam parturire.i.dolore partus labora re, neque.i.& non, esse grauidam ex te, dicit eum solum esse conscium non quòd parturiat tantum, sed quòd simul parturiat, & ex eo grauida non sit, nam quòd parturiat non latebat ancillas familiares, sed cuius opere esset grauida id, latebat eas, nam aiunt, honestius dixit, quàm ait Philumena, cum tamen intelligatur eam Philumenam concubuisse tecum duobus mensibus, post.i. post duobus menses ex die nuptiarum.i. in tertio mense, tum.i. deinde hic iam septimus mensis agitur.i. traducitur, labitur, postquam .i. ex quo, vel post id tempus ex quo vxor venit ad te.i. collocata est tibi, quod.s. eam agi septimum mensem, ipsa res.i. ipsa temporis supputatio, vel ipsa quam fecisti tali tempore, duobus enim mensibus abstinuisti ab ea, deinde amasti eã duobus alijs mensibus, postea tribus alijs mensibus peregrinatus es Imbro, & ita sunt septem, quod ergo res ipsa indicat te scire.i. ostendit quod tu scis. Nunc ò Pamphile si potis est .i. si est possibile, aut si fieri potest. maxime.i. vehementissime, volo, & do operam.i. elaboro, vt partus Philumenæ eueniat.i. accidat clam patrem, atque adeo .i. atque certe, eueniat clam omnes .i. vt celetur patri, & certe omnibus alijs. Sed si non potest fieri quin.i. quòd non sentiant .i. percipiant, tam pater, quàm ceteri, dic abortum .i. ortum immaturam esse. Et declinatur hic abortus abortui in quarta declinatione. Don. vult intelligendum esse abortum esse natum, vel factum, sed non video opus esse, nam rectè dici potest abortus est .i. immaturus ortus est in fœtu aliquo scio neminem eum partum, vel cum fœtum fore .i. futurũ esse suspectum .i. suspicabilem, suspicio sum .i. scio, quòd de eo partu, vel fœtu nemo aliter suspicatur, quin.i. quòd non, homines putent eum fœtum rectè natum ex te.i. tua generatione, qđ .s. eum esse ex te natum est, verisimile.i. probabile, & habet apparentiam. Continuo.i. ilico, ipse fœtus exponetur ad mortem .s. quod nõ fuit factum, imò cognitus est tandem esse filius Pãph. ideo exponitur dixit.i. exponentur cum alienis, neque tolletur pro tuo. Exponi infantes dicuntur, quo relagato pietatis officio sine cura dimittuntur, eis vel alimenta à parentibus negantur, & morti exponuntur, etenim interdum in desertum locum efferuntur, & ibi relinquuntur fame perituræ, è quibus interdum miseratione diuina nonnulli euadunt mortis periculũ, vt in historijs cernere licet, hic .i. in hoc negocio .i. in celando partum, quidquam.i. aliquid incommodi, nihil .i. non est tibi, vel si capiatur nihil pro non aliquid, quidquam abundat, contexeris.i. abscondideris, celaueris, operueris iniuriam factam indigne .i. inique, nequites. illi miseræ .i. afflictæ, & dolenti dolore duplici, pollicitus sum, plus est quam promisi. me facturum, vt clam omnes sit ille partus clam præpositio iungi potest tam accusatiuo, quam ablatiuo. Et certum est.i. constitutum est, deliberatum est apud me seruare fidem .i. promissionem in eo.i. in ea re. quod dixit.i. promisit, sine tum pollicitus, nam de reducenda.i. quantum spectat ad resumendam eam in vxorem, vero .i. certe, id.s. reducere eam, arbitror neutiquam .i. non valde, vel nõ nimis esse honestum.s. vt reducam eam, hic neutiquam non est omnino, negatiuum, sed aliquid assentationis habet, est enim neutiquam non nimis, non valde, nec faciam id.i. non reducam eam, & si.i. quamuis amor, & consuetudo.i. conuersatio familiaris, quam habui cum ea. tentet me.i. me afficit. Lacrymo.i. non possum tenere lacrymas, cum.i. quando, venit mihi in mentem .i. cum recordor, & mente reuoluo, quæ.i. qualis vita .i. modus ratio viuendi, & quæ solitudo.i. carentia societatis est futura mihi, post hac.i. post hoc tempus. O fortuna.i. Dea mutationis, & volubilitatis, vt.i. qualiter nunquam es bona.i. prospera, perpetuo.i. omni tempore, & continue, siue assidue. Sed iam prior amor, quo amaui Bacchidem, reddidit .i. efficit me exercitatum .i. assuetum, siue assuefactum ad hanc rem, æquo animo ferendum, quem amorem ego tum.i. tunc, missum feci.i. dimisi, consilio.i. de industria .i. ex proposito, missum facere est dimittere, quemadmodum reliquum facere significat relinquere, idem .i. ego ipse, qui priori amori incubui, huic quam amori Philumenæ operam dabo.i. incumbam indulgendo. Par. adest.i. appropinquat, aduenit, cum pueris .i. cum seruis redeuntibus de Imbro, quo peregre profecti erant, minime.i. non est opus est adesse.i præsens esse in hac re .i. in hoc puellæ partu, nam.i. quia, olim.i. quondam credidi.i. commisi exposuit, detexi, aperui tanquam secretum soli Par. me abstinuisse ea Ph.i. me non attigisse eam Ph. cum data est mihi in principio. Vereor .i. timeo, si hic Parm. audiat crebro.i. sæpe clamorem eius Phil. ne.i. vt, hoc est quòd intelligat eam parturire.i. pro partu labore Parm. est ablegandus mihi.i. expellendus, transmittendis, hinc.i. ex hoc loco aliquo, aduerbium ad locum .i. in aliquem locum, dum .i. quandiu alias donec, & dummodo Philumena parit.

ARGVMENTVM) Altera querela Pamphili ob dehensum partum Philumenę, & increuit iam vno gradu epitasis. [Nequeo mearum) A dubitatione incipit. [Nam modo) Narratio vt cognoscat spectator quid actum sit. [Id quod) Id, pro ob id, nam causam significat. [Recta) Aduerbium. [Morbum cog.) Pro partu ironicos. [Omnibus nobis) Sententia. [O mi Pamphile) Prosopopœia orantis Myrrhinæ, & rectè à blandimento incipit. [Sed cum) Verba Pamphili. & est pathos a verbis orantis, & proprio affectu. [Si vnquam) Obtestatio à meritis. [Nam aiunt) Probatio à tempore non esse grauidam ex Pamphilo. [Nunc si po.) Consilium ad œconomiam futuræ litis inter Myrrhinam, & Phidippum. [Continuo exp.) Argumentum petitionis à tutto, & vtili. [Pollicitus sum) Consilium Pamphili, ex quo in periculum conijcietur. [O fortuna) Exclamatio accusantis fortunam, & mox correctio. [Adest Parmeno) παρακοπή. LATO.

NEQVEO mearum) Quantum in rebus humanis fortuna sibi tyrannidis sumat, per verba Pamphili hoc loco nobis ostenditur. Nam cum ea sit, quæ rerum humanarum arbitriũ habeat, pro sua voluntate, nunc ex tranquillitate tempestates, nunc iterum ex turbulenta serenitatem inducere solet. Quare sic Plato in Eutiphrone: Sola est fortuna, quæ in rebus humanis dominatur, tanquam tyrannus quispiam. Et Cic. in Acad. Fortuna multa efficit improuisa, nec opinata nobis. PETR. MARS.

OMNES sunt trochaici terr. catal. præter vltimos sex sena rios iamb cos. In primo anapæstus est loco primo, & Mearum dissyllabum est, nisi quis bacchium loco secundo ponere velit. In loco 3. est trochæus. In 7. creticus est loco sexto. In 8. Repente legendum, non Derepente, quod liber habet Ald. In 11. Forte superfluit, & sanè Prisc. lib. 10. de verbis in ro, citans hoc carmen, non habet Forte, sed interea propere præcucurrit, legendum. In 12. trochæus est loco secundo ac tertio, vt eius sit monosyllabum. In 13. duæ primæ dictiones absque vocaliũ elisione faciunt duos trochæos. Quidam introiui malunt legere, vt vltimum i, elideretur, sed non est necesse, & Eius dissyllabum. In 17. ac 19. Lacrumans anapæstus est. In 20. Omnibus dactylum facit abiecto, s, vel creticus est loco primo. In 26. legendum est post fortuna. In 27. Donatus obtestamur legisse videtur pro obsecramus, sed ad carmen nil attinet. In 28. Eius dissyllabum. In 29 Eam monosyllabum est, nisi bacchius sit loco sexto. In 31. creticus est loco primo, nempe vt secundo loco sit trochæus, & tertio spondeus. In 33. vel Eam monosyll. est, vel creticus loco sexto. In 39. Eum dissyllabum est. In 41. Et eliditur à superiore versu 43. maxime anomalus est, nec corrigi poterit, nisi loco secundo bacchium constituamus, & m, vel in honestum vel in neutiquam non elidatur. In 44. Consuetudo pentasyllabum est. In 47. Ille ante Ad legendum, & exercitatum. In 48. Huc, ante operam legendum. In vltimis sex iambicis senarij. Ea in tertio, Eius in quarto, dissyllaba sunt. GLAR.

ACTVS III. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Narrat Sosia quæ adierit maris pericula. Seruus Parmeno in arcem mittitur, ne parere Philumenam interim audiat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic pergens in incepto sermone Parmeno introducitur, à percontante Sosia de pelagi periclis. Deinde à Pamphilo in arcem mittitur, ne Philumenam parere interim percipiat.

Senarij.

PARMENO, SOSIA, PAMPHILVS.

IN' tu tibi hoc incommodum euenisse iter?

S. Non hercle Parmeno verbis dici potest.

Tantum, quam re ipsa nauigare incommodum est.

PAR. Ita ne est? S. ò fortunate, nescis quid mali.

Præteritis, qui nunquam es ingressus mare.

Nam alias vt omittam miserias, vnam hanc vide:

Dies triginta, aut plus, eo in naui fui,

Cum interea semper mortem expectabam miser:

Ita vsque aduorsa tempestate vsi sumus.

PAR. Odiosum. S. haud clam me est: denique hercle aufugerim

Potius, quàm redam, si eò mi redeundum sciam.

PAR. Olim quidem te caussæ impellebam leues,

Quod nunc minitare feceres Sosia.

Sed Pamphilum ipsum video stare ante ostium:

Ite intro: ego hunc adibo, si quid me velit:

*nûc tũ Hære, etiam * tu hic stas? P. equidem te expecto.

PAR. quid est?

P. in arcẽ transcurso opus est. PAR. cui homini? P. tibi.

PAR. In arcem? quid eò. P. Callidemidem hospitem

Myconium, qui mecum vna aduectust, conueni.

PAR. Perij: voluisse hunc dicam, si saluus domum

Redijsset vnquam, vt me ambulando rumperet.

*nũciẽ? P. Quid cessas? PAR. quid vis * dicam? an conueniam modo?

P. Imò, quòd constitui me hodie conuenturum eum,

Non posse, ne me frustra illi expectet: vola.

*Cadaueroſa facies. PAR. At non noui hoïs faciam. P. at faciã, vt noueris:

Magnus, rubicundus, crispus, crassus, cæsius.

PAR. *PAR. Cadaueroſa facies. dij illum perduint.

Quid, si non veniet? maneam ne vsque ad vesperum?

P. Maneto: curre. PAR. non queo: ita defessu' sum.

P. Ille abijt. quid agam infelix? prorsus nescio

Quo pacto hoc cœlem quod me orauit Myrrhina,

Suæ gnatæ partum, nam me miseret mulieris:

Quod potero faciam: tamen vt pietatem colam:

Nam me parenti potius, quàm amori, obsequi

Oportet. at at at eccum Phidippum, & patrem

Video: horsum pergunt. qd dicã hisce, incertu' sum.

DON:

IN' tu tibi hoc incõmodum eueniſſe iter?) Alia ratio est currentis ad argumenta, alia actiuũ Comicorum. sed perfecti poëtæ est ita seruire argumento, vt tamen spectator nouis delectationibus teneatur. Nam in hac scena, donec perueniat ad Pamphilum Parmeno, hoc σχῆμα inducitur, cum hoc ostenditur quid mali sit nauigatio. [Ain' tu?) Pro ais ne tu? Et sic iam aliquid dixisse magni in præcedenti oratione ex respondentis sermone demonstratur. [Ain' tu?) In scena nascitur oratio, aut in scenam defertur. [Tantum, quàm re ipsa nauigare in commodum est) ἀναπόλουθον quartum non enim intulit quantũ. Vt Virgilius, Sed quanto ille magis formas se vertet in omnes, Tanto nate magis contente tenacia vincla. [O fortunate, nescis quid mali præterieris) Bene maiori affectu, dicens, ò fortunatæ, quam si responderet, Ita. [Qui nunquam es, ingressus ma.) Proprie dixit ingressus. nam qui iam nauigauit, egressus dr. sic Virg. Egressi optata potiuntur Troës arena. [Nam alias vt omit. miserias) παράλειψις oratoria. Et miserias nauigationes .s. [Dies triginta) Accusatiuus casus plenum numerum, & continuationem rei significat. [Dies triginta, aut plus eo in naui fui.) Hoc exitiosum, vel sine periculo videri, potest. Sed vide quid addat, Aut plus eo in naui. Absolute eo. vt alibi, Annos sexaginta natus es, aut plus eo, vt conijcio. [Semper mortem expectabam miser) Dura est expectatio mali. Virgilius, Incluſi pœnam expectant. [Semper mortem expectabam). i. horis omnibus cum continuatione triginta dierum. [Ita vsque) Vsque, vel diu, vel valde. [Odiosum) Esse. s. in mari triginta dies. Et nomen pro aduerbio posuit odiosum pro odiosè. [Haud clam me est) λιπόπις, pro Ego maxime intelligo quam odiosum sit. Nam qui iungunt, & sic legunt, errant, & non intelligunt. [Aufugerim) Coniunctiuum modum posuit pro indicatiuo futuro: vel, vt alij dicunt promissiuo. [Aufugerim) Sic veteres, quod nos fugerim. [Olim quidem te causæ impellebant leues) Mire seruum fugitiuum, qui ob vitium huiusmodi, non ob causam fugiat. Et bene Leue dicis, hæc. n. non est leuis. [Quod nunc minitare facere) Vt sit ordo, Olim quidem te causæ impellebant leues Sosia, vt faceres quod nunc minitaris facere hac occasione. Artificiosè. & in Andria sic ait recusanti periurium seruo Mysis, Noua nunc religio in te incessit? [Facere) Vt faceres. Comicum est, & Terentianum. [Sed Pamphilum ipsum video) Ipsum à quo missus sum vel dominum, vt Græci dicunt αὐτόν. [Ego hunc adibo) Vel noua curiositate ait Parmeno. [Equidem te expecto) Bene excepit Pamphilus Parmenonem, vt videatur vera dicturus. [Equidem te expecto) Apparet Pamphilum Parmenonis absentiam desiderare, eo q̃ nunc prior Parmenonem alloquitur. [In arcẽ transcurso opus est) Ostendit quam longe sit, cum in arcem dicat. Et bene in arcem quam Minerua condidit. [Transcurso) Pro transcurre. [Cui homini?) Hæc verba cum sua pronunciatione vim recusationis in se continet. [Cui homini?) Cum recusatione pronunciandum. & est pigri responsio, laborem ad alium transferentis. [In arcem?) Pronuncia vt ostendat quàm longe sit in arcem transcurrere. [Qui mecum vna aduectus est) Apparet eum cum eo aliquid negocij habere, cum dicit, Qui mecum vna est aduectus. [Vouisse hunc dicam, si saluus domũ redisset vnquam) Facete dixit. More enim hoc fit eorum, qui longis itineribus maris periclitati, vouẽt aliquid si peruenerint. Et conuenit hoc Pamphilo, quem supra male nauigasse audierat. [Quid vis dicam? an conueniam modo?) Non enim mandauerat quidquam, qui sine causa mittebat oblitus, bene dissimulare, vt qui mentiuntur. Et sic pronunciandum, An conueniam modo. vt reprehendere dominum Parmeno videatur. [Imò, q̃ constitui me hodie) Deest, dic, & sumitur à superiori sententia, qua dixit, Quid vis dicam? [An conueniam modo?) ἐρωτικῶς dixit. Nam non hoc interrogantis simpliciter. [Imò, quòd constitui me hodie) Apparet eum hanc conquisitam, & vix corrasam inuenisse causam. [Vola) ὑπερβολὴ vsus est. ita curras vt volare magis q̃ currere videaris. Et antea transcurrere iusserat, nunc adiecit imperio. Nam non curre, sed vola. [At non noui hominis faciem) Moralis expressio pigritiæ in tot excusationibus posita est. [At faciam vt noueris) Stomachosè pronunciandum at. quod, & Pamphilum repetit dicens, At faciã vt nouerim. [Magnus, rubicundus, crispus cæsius crassus) Propera tio συναθροισμός. Et aceruo, sine coniunctiuo est vsus. [Magnus, rubicundus) Imperite Terentium de Myconio crispum dixisse autem: cum Apollodorus caluum dixerit quod proprium Myconis est. vt Lucilius, Myconi calua omnis inuentus. Vnde etiã prouerbium Græcum, μυκόνιος φαλακρός. Sed ego Terentium puto scientem facetius Myconiũ crispum dixisse. [Cæsius) Clausis oculis, quasi felis oculos habens, & glaucos. [Cadaueroſa facies) Subliuida, ac personata rubore, & liuore. Rubicundi enim & crassam faciem sæpe habent, quod est proprium cadaueris. Potest, & pulposa intelligi, & crassa, quasi cadaueroſa. Caro. n. dicta est, eo q̃ careat anima. Et caro proprie dicitur mortuoꝝ,

Virgil. Et corpora luce carentum. Vnde carnifices dicti, q̃ carnes ex homine faciant. Pulpa vero, proprie ea quæ manducatur, eo q̃ pulsetur, & conscindatur. Potest, & r, pro d, poni, vt caro sit dicta quasi cado. vt Virg. belloq. caduci Dardanidæ. quòd iam scilicet sine anima sit, & cadat. [Dij illum perduint) More pigrorum male optat ei propter quem mittitur. [Quid si non veniet?) Omnia dicit, ne eat. [Manetoːcurre) Etiam Pamphilus tanquam de industria perseuerat. [Non queo, ita defessus sum) Hoc in gestu, & spectaculo plus est, nam in sensu, & auctor exprimit lassitudinem. [Ille abijt,) q.d. licet iam loqui. [Ille abijt) quasi cum difficultate completam rem ostendit hoc dicto. [Suæ gnatæ partum) τὸ ἐπιζήμιον ς. [Quod potero, faciam) .i. celabo quantum potero, an quasi proijciens curas, & fessus angare dixit, Quod potero, faciam. i. si potero, cedam amori & rursus tanquam pietatis admonitus, adiecit exceptionem, Tamen vt pietatem colam. Seruat enim in illo amorem poëta, cuius non pœnitebit, re cognita, & errore sublato. [Quod potero, faciam). i. amori obsequar. nam misericordia mulieris de amore descendit. [Quod potero faciam) Apparet hoc dictum, defectus esse, non virtutis. [Tamen vt pietatem colam) Recordatus est læsam matrem esse ab vxore, hoc enim credit: & ideo se ad exceptionem reuocauit, Ita se amori cedere oportere, vt non obliuiscatur omnino pietatis. Et bene in eam causam contulit necessitatem non reducendæ vxoris, quæ inuenietur nulla esse. Sunt tamen qui manente eadem sententia, totum hoc iungunt, Quod potero, faciam tamen vt pietatem colam, hoc est inquantum potero, dabo operam aduersus amorem, vt omisso eo, pietatem colam. Et subiungitur causa. [Tamen vt pietatem colam) Deest Ita: vt sit tamen pro duntaxat. vt sit, Ita vt sit, Ita vt pietatem colam. Dixerat enim quod potero: & ideo addidit exceptionem, Tamen vt pietatem colam .i. non sum oblitus, & matris. [Tamen) Pro ita tamen. [Nam me parenti potius, quàm amori) Amori. s. vxoris. qua dixit, Quod potero, faciam. & hoc est quod dixerat, Quod potero, faciam. [At at) Interiectio est conterriti, & conturbati. [Horsum pergunt) Modo pergunt, pro eunt, alias perseuerant.

GVID. AIN' tu &c.) Hinc tanquam aliqua prius sint vltro, citroq. inter seruos cõmunicata veniendo introducit. PAR. Pergens in sermone incepto. deinde viso. P. Eum conuenit, à quo in arcem mittitur. PAR. O Sosia, ain'. i. ne, vt Sosia hoc iter. i. hanc profectionem. euenisse tibi incõmodum. i. intempestiuum, non opportunum. S. Hercle ò Par. non potest dici verbis tantum sup. quæsitum est incommodum .i. periculosum intempestiuũ. nauigare re ipsa. i. ipso effectu. PAR. Ne. i. vtrum. est ita incõmodum nauigare. S. O fortuna te. i. felix. nescis quid mali. i. quod malum præterieris. i. præter gressus sis, non veniendo nobiscum, qui. s. tu nunq̃ es ingressus mare, nam omittam alias miserias. i. omissis, vel exceptis aliis calamitatibus nauigandi. vide. i. cognosce. hanc vnam miseriam. ego fui triginta dies. i. spatio triginta dierum in naui, aut plus eo, intellige tempore vel spatio illo triginta dierum. In quo dicendi genere eo non refertur ad triginta, sed ad spatium aut tempus, vt alibi, Annos sexaginta natus est, tua plus eo. tum. i. tunc, interea. i. inter eos dies. ego miser expectabam semper. i. assidue, cõtinue mortem. ita. i. adeo. vsi sumus vsque. i. assidue diu, vel valde, tempestate aduersa. i. procellis contrarijs oppositis. PAR. Odiosum illud est. i. illud est graue, & molestum toleratu, videlicet semper tanto tẽpore mortem expectare. Donat. vult odiosum capi pro odiose, nomen pro aduerbio, odiosum interdum capitur pro molestia, inde odiosus molestus. S. Haud. i. non est clam me. i. non ignoro, sed maxime intelligo, quam sit illud graue, & odiosum denique. i. vt paucis concludam. hercle, iurantis aduerbium, potius aufugerim. i. aufugiam, quàm redeam in imbrum, si sciam mihi esse redeundum eo. i. in eum locum. PAR. Quidem. i. certe, olim causæ leues. i. paruę occasiones fugiendi impellebãt te, vt faceres id quod nunc militaris facere. s. vt fugeres, sed video Pamph. stare ante hostiũ, vos conserui ite intro. i. in domũ Lac. ego adibo hunc. i. ibo ad hunc Pap. visurus si quid velit me facere, deinde ad eum perrexit, & is eum verbis compellauit, ò here. i. domine. etiam nunc tu stas hic? P. Et quidem. i. & certe, expecto te ita stas. PAR. Quid est propter quod me expectas. P. Opus est transcurso. i. transcurrere in arcem. i. in locum vrbis editiorem, qui tunc ab eo. Pamph. erat multum remotus. P. Autem duntaxat cupiebat Parmenonem aliquo obligare ne partum Philumenæ posset resciscere. PAR. Cui homini est opus transcurrere in arcem. P. Tibi est opus id facere. PAR. In arcem, exclamatiue pronunciandum est, q.d. dicis esse mihi opus transcuriere tam longe, quid. i. cur, opus est transcurrere eo. i. in eum locum. s. in arcem, Pam. conueni. i. alloquere. Callidemidem. i. virum illum hospitem. i. amicũ externum. Myconium. i. ex Mycone insula vna ex Cycladibus, vel ex Myconio oppido, qui aduectus est. i. allatus est naui, vna. i. pariter simul mecum. PAR. Perij. i. perditum sum, dicam. i. dicere possim, hunc Pam. vouisse. i. voto promisisse, si vnquam si redijsset saluus domum. i. lares paternas. vt. i. q̃, rumperet me ambulando. i. cogendo me ambulare Pamph. Quid. i. cur, cessas .i. tardas ire quo iuberis Pam. Quid vis vt dicam ei. an. i. vtrum, conueniam. i. alloquar eum, modo. i. nunc. P. Imò. i. sed, nuncia vel dic me non posse conuenire eum in eo sup. quod constitui me esse conuenturum .i. allocuturum eum, ne expectes me illic. s. in arce, frustra. i. incassum, quoniam ad eum non sum iturus, vola. i. ita curre, vt volare magis, quàm currere videaris. PAR. At. i. sed, non noui. i. cognoui. faciem. i. facturam hominis illius. P. At. i. sed, faciam. i. efficiam. vt noueris. i. cognoscas faciem eius, ipse est sup. magnus. i. magnę staturę, rubicundus. i. rubeus, vel rubens, rubibundus esset dicendum, sed vitata est alternitas in locum b. sufficiendo c. Est inquam crassus. i. pinguis, grossus est inquam crispus .i. crispos habens capillos, qui cirri dicuntur. Vnde cirriri dicuntur, qui cirros capite gestant, est in quã cælius. i. glanais oculis. i. viridibus, quasi felis oculos hñs, & glaucos. Cæsius color (vt refert Gellius) dicitur color cœli, quasi cœlius, estque species viris coloris. PAR. Facies illa est cadaueroſa. i. subluida in mortem cadaueris, ac personata rubore, & liuiore. Rubicundi. n. crassitatem, & crassam faciem sæpe habent, quod est proprium cadaueris, potest, & pulposa in telligi, & crassa quasi cadaueroſa. Caro. n. dicta est eo, q̃ careat anima, & caro proprie dr̃ mortuorum. Vnde carnifices dicti, qui carnes ex homine faciant. Pulpa vero proprie dicitur, quæ manducatur, eo q̃ pulsetur, & concidatur, potest, & r, pro d. poni vt caro sit dicta quasi cado. Vt Virg. Belloq. caduci Dardanidæ, eo q̃ iam sine anima sit, & cadat. Deinde piget seruus malũ imprecatur Callidemide hospite Myconio, & ait. Dij perdant .i. destruant illum. s. ad quem ego mittor, quòd. i. sed, si non veniet in arcem, ne. i. vtrum, maneam vsque ad vesperum. i. vsque ad tempus vespertinum. Nam vespera re, & vesperum ri, ambo significat diei partem extremam. P. Maneto illic quousque venerit, curre. PAR. Non queo currere, ita. i. adeo, defessus sum. i. defatigatus. P. Cum Pam. vidisset Parmenonem iuisse quo iussus erat, subdidit, ille seruus abij, quasi iam liceat loqui remotis arbitris, prorsus nescio quid ego infelix agã, & nescio quo pacto. i. quo modo celem .i. occultem, abscondam hoc. s. partum suæ natæ Philumenæ, quod. s. partum suæ gnatæ. Myrrhina. i. socrus mea, orauit. me. i. rogauit me, vt celarem. Nam me miseret. i. misereor mulieris .s. Myrrhinæ, vel Philumenæ filiæ, misericordia autem hæc ex amore processit, faciam quod potero quantum ad celandum partum eius Philoamore, tamen. i. ita tamen faciam id, vt colam. i. obseruem, exerceam, pietatem. i. intimum affectum, seu intimam caritatem in matrem meam Sostratam, quæ ab vxore mea læsa fuit, & offensa fit ab ea discedendo. Nam oportet potius me obsequi. i. obedire parenti. i. matri meæ, quam obsequi. i. indulgere, & fauere amori Philumenæ. At at interiectio est conterriti, & conturbat, eccum .i. ecce hic prope video Phidippum. i. patrem Philumenæ, & et patrem meum Lachem pergunt ambo. i. veniunt, seu eunt tunc alias perseuerant, horsum. i. versus hanc partem, incertus sum. i. nescio quid dicam hisce. i. his. s. & socero, & patri.

ARGVMENTVM) Iterum ablegatur Parmeno ne sentiat parturire Philumenam. [Ain' tu) Colloquium seruoꝝ de mari, priusquam veniat ad Pamphilũ. [Aufugerim potius) Facere indicatur vitium serui fugitiui. [In arcem) fingit causam Pamphilus. [In arcem?) Cum vultu, & stomacho pronunciandum. & attẽde quàm graphice vbique depingantur tum garruli & curiosi, tum inertis seruuli mores. [Vola) Impositio celeritatis. [Magnus) Vrbana descriptio ad ludificandum seruulum. [Lege prouerb.) Doct. Myconius caluus. [Nam me mi) Attende humanitatem, & pietatem Pamphili. LATO.

AIN' tu) Nauigandi marisque pericula, & incõmoda magnosq̃. timores, & consternationes, quæ in subitis tempestatibus non circunsistunt, hic à seruulo dicunt: vt moueamur, & nos ita vitam instituere, vt quàm potest fieri rarissime eiuscemodi elemento nos committamus. Quod eleganter Propertius lib. iij. quoque suadet, dum dehortatur à nauigando. PETR. MARS.

Terra parum fuerat, terris adiecimus vndas,
Fortunæ miseras auximus arte vias.

Ancora te teneat, quem non tenuere parentes?
Quid meritum dicas, ni sua terra parum est?
Ventorum est, quodcunque paras, haud vlla carina
Consensit, fallit portus, & ipse fidem.

[Cadauerosa facies).i.monstruosa,nam cadauerum forma magis monstro,quàm recto homini comperit.

GLAR. SENARII sunt omnes iambici. In 11.Ea monosyll.est, nisi creticus sit loco tertio,& vel mihi monosyll.vel proceleusmaticus loco quarto. In 17.Cui absque elisione manet. In 19. s,in Aduectus eliditur. In 22. pro Dicam Don. legisse videtur Nunciem.Itaque vel synæresiss sit in eo verbo,vel bacchius est loco quarto.In 23.creticus est loco primo.In 24.Ioan.expungit Me. Alij illic pro Illic legunt. In 29.s,eliditur in Defessus. In 32. Suæ monosyll. aut bacchius loco primo. In 34.m, in Quam non eliditur. In penultimo,Phidippon legendum,vt sit accusatiuus Græcus. In vltimo s, eliditur in verbo Incertus.

ACTVS III. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

De reducenda Philumena inter senes agitur. Pamphilus reducturum se negat. fert eam rem indigne Phidippus.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena Pamphilus eligit potius matrem defendere,Philumenam vero incusare apud senes quàm amori obtemperare, adeo, vt à conspectu Phidippi soceri tandem discedat,ea lege, & animo, vt non sit Philumenam eius filiam tanquam vxorem reducturus. Quod Phidippus causam ignorans ægre, & indigne tulit.

Partim Trochaici Tetrametri, partim Iãbici Trimetri.

LACHES, PHIDIPPVS, PAMPHILVS.

IXTIN' dudum,dixisse illam se expectare filium?
PH. Factum. L. venisse aiunt: redeat.
P. quam caussam dicam patri.
Quamobrem non reducam, nescio.
L. quem ego hic audiui loqui?
P. Certum obstirmare est viã me,quã decreui persequi.
L. Ipsus est,de quo hoc agebã tecum. P. salue mi pater.
L. Gnate mi, salue. PH. bene factum te aduenisse Pamphile,
Atque adeo,quod maxumum est, saluum atque validum. P. creditur.
L. Aduenis modo? P. admodum. L. cedo, quid reliquit Phania
Consobrinus noster? P. sane hercle homo voluptati obsequens
Fuit, dum vixit: & qui sic sunt, haud multum hæredem adiuuant.
Sibi vero hanc laudẽ * reliquit: vixit,dum vixit,bene. * relinquunt.
L. Tum tu igitur nihili attulisti huc plus vna sententia?
P. Quidquid est id qđ reliquit profuit. L. imò obsuit:
Nam illum viuom,& saluom vellem. PH. impune optare istuc licet.
Ille reuiscet iam nunquam: & tñ, vtrum malis,scio.
L. Here Philumenam ad se accersi hic iussit. dic iussisse te,
PH. Noli fodere iussit. L. sed iã eã remittet. PH. scilicet.
P. Omnem rem scio,vt sit gesta: aduenies audiui omnia. L. at
Istos inuidos dij perdant, qui hæc libenter nunciat.
P. Ego me scio cauisse, ne vlla merito contumelia
Fieri à vobis posset: idq. si nunc memorare hic velim,
Quàm fidelis animo,& benigno in illã,& clementi fui,
Vere possim: ni te ex ipsa id magis velim rescisere:
Nanque ego pacto maxume apud te meo erit ingenio fides.
Cum illa,q̃ nunc in me iniqua est,æqua de me dixerit.
Neque culpa hoc mea euenisse disidiũ,id testor deos.
Sed quando sese esse indignam deputat matri meæ,
Cui concedat, cuius mores toleret sua modestia;
Neque alio pacto potest componi inter eas gratia:
Segreganda aut mr̃ à me est Phidippe,aut Philumena:
Nũc me pietas matris potius cõmodum suadet sequi.
L. Pamphile,ad aures haud inuito sermo mihi accesit tuus,
Cum te post putasse omnes res præ parente intellego.
Verum vide,ne impulsus ira praue insistas Pamphile.
P. Quibus iris nunc in illam impulsus iniquu' sim?
Quæ nũquam quidquam erga me cõmerita est pater,
Quod nollem:& sæpe,quod vellem,meritam scio:
Amoque, & laudo, & vehementer desidero:
Nam fuisse erga me miro ingenio, expertu' sum:
Illique exopto, vt relliquam vitam exigat
Cum eo viro, ne qui sit fortunatior:
Quandoquidem illam à me distrahit necessitas.
PH. Tibi id in manu est,ne fiat. L. si sanus sies,
Iube illa redire. P. non est consilium pater:
Matris seruibo commodis. L. quo abis? mane,
Mane inquam:quò vadis? PH. quæ hæc pertinacia est?
L. Dixin' Phidippe hac rem ægre laturum esse eum?
Quamobrem te orabam, vt filiam remitteres:
PH. Non creduli ædepol adeo inhumanum fore:
Ita nunc is sibi me supplicaturum putat?
Si est, vt velit reducere vxorem, licet:
Sin alio est animo, renumeret dotem huc, eat,
L. Ecce autem,tu quoque proterue iracundus es.
PH. Percontumax redisti huc nobis Pamphile.
L. Decedet iram ira hæc: etsi merito iratus est.
PH. Quia paululum vobis accesit pecuniæ,
Sublati animi sunt. L. etiam mecum litigas?
PH. Deliberet, renuncietque hodie mihi,
Velit ne,an non; vt alij, si huic non sit, siet.
L. Phidippe, ades, audi paucis. abijt: quid mea?
Postremo inter se transigeant ipsi,vt lubet:
Qũ nec gnatus, neque hic mihi quidq̃ obtemperant:
Quæ dico, paruipendunt. porto hoc iurgium ad
Vxorem: cuius fiunt consilio omnia hæc:
Atq; in eam hoc omne. quod mihi ægre est, euomã.

IXTIN' dudum,dixisse illam se expectare filiũ?) DON.
Facere. principium est interrogantis ita, vt sciat quid sibi rñsurus sit quem interrogat. Illaturus est.n.argm per ὑποφορὰν.[Dixtin' dudum)Quia dixerat, Sancte adiurat non posse Pamphilo se absente perdurare.[Dixtin' dudum)Captiosa interrogatione cœpit,dicturus,Venisse aiunt,redeat. [Factum).i.dixisse illam,aut me.Et deest Est,vt sit,factum est. [Quamobrem non reducam, nescio) Habet causam, sed non vult veram dicere, & præterea non vult cum inuidia matris suæ loqui, si in illam conferat, vt vxorem non reducat domum. [Quem ego hic audiui loqui?) vt solet,primo personas inducit secum loquentes, deinde ipsas conuenire inuicẽ,vt alibi,Quis hic loquitur? Mysis salue.[Certum obstirmare est viam me) aduersus omnia obstinate agere.i. contra oẽs.[Obstirmare viam me) quam decreui persequi.Id est vt matri potius,q̃ amori,morem gerat. [Atque adeo qđ maximum est saluum atq; validum) Ordo est,primum aduenisse,deinde saluum,postremo validum. [Saluum atq; validum ὡσεὶ ad salutem.Validus nanque,robustus,& habitior corpore.[Creditur) Minus blande rñde, de repudio vocaturus. [Quod ma-

ximum est)Legitur &,quod maxime est.[Aduenis modo?) Difficile inuenitur Præsentis tpis modo. Atq; vt ostendat esse momentum etiam præsentis temporis: dixit, Admodum,quod est minus.[Aduenis modo?)Virgil.- vigilas ne deum gens Aenea? vigila. [Admodum) Excusatio cur adhuc non viderit patrem. [Cedo quid reliquit Phania consobrinus noster?)Vtrum iactanter Laches de hæreditate loquitur præsente socero, vt illum cupidiorem faciat ad reuocandam filiam? & fit sæpe hoc, vt ex alio principio peruenire quæramus ad ea quæ volumus dicere. An ideo,vt sciat rem,& diuitias suas,cupidiorem socerum reddi turus? Consobrinus noster? Quasi sororinus. Sobrini sunt ex duobus sororibus. Consobrini,ex fratri & sorore. Et propinquitate Terentius frequentate monetur,vt hæredem. [Consobrinus noster?)Cum de fratre natus est alter,& alter ex sorore, consobrini: cum ex fratribus, patrueles dñr. [Sanè hercle homo voluptati obsequens fuit) Sanè. satis, valide. nam qui sanus,&validus est.[Voluptati obsequens fuit)Contra facit Pamphilus,disiungi.n.volens,nihil dicit,vel parum relictũ. [Haud multum hæredem adiuuant)Parum consuluit hæredi.[Sibi vero hanc laudem reliquit: vixit,cum vixit,bene) Bene & facete, nihil hæredi relinquunt,sibi vero relinquunt.[Vixit,dum vixit, bene)Planè vnum Vixit aliud significat,& alterum vixit,aliud. [Vixit,dum vixit,bene) Sententia est hortantis ad delicate viuẽdum.[Vixit,dum vixit,bene)Hoc enim.s.reliquit. [Vna sententia?) Expressit animum auari senis.[Quidquid est id,quod reliquit, profuit) Quidquid,& ad paruitatem refertur: vt, At enim id mihi satis est,quod est de me opinionis,quidquid est.[Quidquid est id,quod reliquit)Nullum in hoc sene fuit doloris officium ante,quam sciret aliquid relictum. [Profuit).i. pro nobis fuit,ac per hoc nostrum est, potest .n. ipse profuisse, potest res eius.[Imò obfuit)Morem eorum expressit quibus relinquitur, qui cum audierint sibi aliquid esse relictum tunc tristes se fingunt.[Nam illum viuum,&saluum,vellem)Non idem viuum, quod saluum.[Impune optare istuc licet)Bene impune,quia hæredi pœna est,mortuos reuiuiscere. An sine detrimento optas? vt cum medicus dicit de iam mortuo,Ego si illum curarem,viueret. [Impune optare) Si optata euenirent,nunquam, inquit, optares vt ille reuiuisceret.[Ille reuiuiscet iam nunq̃) Mire poëta his verbis Phidippum quoque subinuidere indicat. Plus est nunquam,quàm non. [Et tamen vtrum malis,scio) Mortuum illum magis, q̃ vt reuiuiscat denuo. [Et tñ vtrum malis, scio) quid malis de duobus, scio: vtrum illum mortuum permanere an reuiuiscere.[Hęri Philumenam)Hoc erat quo omnis tendebat oratio. [Ad se accersi hic iussit) Bene & accersi & iussit: vt nihil vxor sua sponte fecerit. [Hęri Philumenam ad se accersit hic iussit) Et Heri,& Iussit,bene: vt breue tempus sit, & coacta videatur exisse. Et non abduci,sed accersi,nec à nobis,sed ad se. [Omnem rem scio,vt sit gesta) Virg. Troianas vt opes, & lamentabile regnum,&c. [At istos inuidos Dij pendant) Bene inuidos,qui matrimonio inuideant. ergo reuocanda vxor est, & adeo non puduit mendacij honeste deprehensum senem, vt inuidus faceret qui vera prodiderant.[Ego scio me cauisse)Principium à tpe,à dictis,factisque,tam suis,quàm aduersariorum, & ab anteacta vita,& præsenti.[Ego scio me cauisse,ne vlla merito contumelia)Mire addidit Merito. non enim cauete,inquit, ne fieret ea potui. Igitur ne merito fieret,quod in me fuit. [Idq. si nunc)Ab anteacta vita. [Et clementi fui) Pro fuerim. indicatiuum pro coniunctiuo posuit.[Ni te ex ipsa id magis velim resciscere) παραλλήλως. [Nanque eo pacto maxume apud te meo erit Ingenio fides) Bene non dictis,sed ingenio. [Cum illa quæ nunc in me iniqua est,æqua) Iniqua æqua.παρονομασίαι sunt Terentianæ. Et bonum argumentum. Nam & Virg. Ipse hostis Teucros insigni laude ferebat,inquit. & Cicero, Te ipso teste iniquo,atque improbo,verum ad hanc rem satis idoneo, te inquam teste,dicam.[In me iniqua est,æqua de me dixerit) Quia aduersarij testimonium, si contra se dicat, tam graue est,q̃ vel boni viri.[Neque culpa hoc euenisse dissidium mea) Non ergo quid fiat,verum per quos fiat,quęrendum est.Et minus abrupte dixit euenisse,non euenire.[Hoc euenisse dissidium) Ad confirmationem,non euenire,sed euenisse dixit.[Sed q̃ sese indignã) Hoc sic profert, vt eam ostendat causam esse dissidij, & hoc ipso tentat vtrum dotem relinquere possit. Et ideo supra,Neque mea culpa hoc dissidium euenisse,id testor deos,inquit. [Deputat matri meæ,cui concedat) Fortasse ergo indigna est. & rectè deputat,mihi tñ mater colenda est. hoc sentit. [Deputat matri meæ,cui concedat) ὑποκρίσει matri meæ,vt idonea sit causa repudij. [Cuiusque mores toleret) Hoc melius,quàm obsequatus,vt inseruiat.[Mores toleret)Bene,mores,vt aniculę,non.n. prauitatem vnde senes, morosi appellantur. Horat. Donec virenti canities abest Morosa. [Mores toleret sua modestia) O temperamentum, mores potius quàm iniurias dixit. [Neque alio pacto componi potest) Nisi vt concedat matri, toleretque mores eius.[Segreganda aut mater est à me Phidippe) Bene tanquam ex deliberatione colligit quod facturus est.Et mollius segreganda,q̃ excludenda. [Nunc me pietas matris potius commodum suadet sequi)Quàm mollibus verbis repudium nuncia tum est à Pamphilo. [Ad aures haud inuito) Optime dictum, haud inuito.non.n.in totum volenti,quippe de dissidio. sed tamen quia pie locutus est,mediocriter approbauit. [Pamphile, haud inuito)Grauis oratio est à nomine incepta.Virg. O præstans animi iuuenis. Et est figura ἀπὸ τέλους. Sic Virg. Post habui tamen illorum mea seria ludo. [Haud inuito sermo mihi accesit tuus)Senili loquacitate: pro,Recte locutus es. [Omnes res) Plus dixit,quàm si vxorem diceret.[Præ parente intelligo)Bene parente,quod nomen commune,& cum patre est,& cum omnibus quos hæc necessitudo coniungit. Melius ergo,quàm si diceret matrem.[Verum vide ne impulsus ira praue insistas Pamphile) Leniter & suadenter. [Ira) Non ergo iudicio. [Insistas Pamphile) Non.n.incipere,sed insistere hic,malum est. [Quibus iris impulsus) Non dixit qua ira, ne superbe loqueretur, sed quibus iris, vt hoc ipsum per εἰρωνείαν derideret, quod pater dixit,Impulsus ira. An iris matris,aut meæ vxoris, & mea? an omnium trium. [Quibus iris impulsus) Rectè non vult iram esse,ne peccasse videatur vxor. Sic enim quasi nec ipsa peccauerit. [Quibus iris) Ille irã singulariter dixit: hic,iras pluraliter: ne videatur vnius iræ causa mittere vxorem. [Quæ nunquam quidquam erga me commerita est pater) Aduerte, proprietatẽ expressit cõmerendi,& merendi. [Et sæpe,quod vellem, meritã scio)Mereri bona dicimus: Cõmereri mala.i. delinquere peccare. Ergo hic meritam,pro præstitisse dixit. Virgilius,- ego te quæ plurima fando Enumerare vales,nunquam regina negabo Promeritam. [Amoq́ue & laudo) Non statim qui amantur & laudantur, nec qui laudantur, etiam continuo desiderantur. Multa ergo dixit, Amoq́. & laudo,& vehementer desidero. Et vide,amoris impulsus nimius hic est circa vxorem,&quasi oblitus suæ matris,& vitiatæ, loq.tur, sed tali opus est Pamphilo ad eiusmodi argumentum, donec perueniat ad παρῳδίαν, in qua vxorem reduci necesse est. [Erga me) Hoc totum repudiaturus inaniter diceret,nisi ad exitum fabulæ poëtæ respiciens,reductu ri animum in Pamphilo reseruaret. Et nota repudiantem eam, quam laudat, pietate sola compulsum. [Nam fuisse erga me) quantũ valet quod fuisset dixit, & non esse: quasi re transacta. [Vt reliquam vitam exigat) Satis flebiliter dixit, reliquam exigat. Virg. Omnes vt tecum,meritis pro talibus, annos Exigat.[Cum eo viro)Non inuidere iam non est mariti. [Quandoquidem illam à me distrahit necessitas)Omnia conclusio verborum Pamphili,repudij confirmationem continet: plus tñ sententia significante,quàm verbis. [Quandoquidem illam à me distrahit necessitas) Excusatio in necessitate,quæ est inexorabilis. Et necessitas,partus .s. quam necessitatem domi ostendit,φ ex alio.s.peperit. Sed modo vult necessitatem,matris videri iracundiam,quæ à nuru ita offensa sit. [Tibi id manu est ne fiat) Hoc oppositum minime vult Pamphilus videri, & quod prodest socero.[Si sanus fies,iube illam redire) Pro,si sanus es. nam aliter,Iubeas dicere debuit. [Si sanus fies) Bene pater supra, iram dixit. nunc insaniam significat inesse Pamphilo. [Si sanus fies) Non ergo culpa est,cui vt redeat iubere potest.[Nõ est consilium) Durius erat, nolo reducere. ergo hoc lenius dixit. [Matris seruibo commodis) Hoc verbo necessitatem, qua cogatur,ostendit. [Quo abis?) Factum Pamphili ex patris verbis ostenditur,quòd discessit,& bene. nam vlterius præsente patre resistere durum fuit. [Mane inquam,quo abis?) Bene,quo abis. quia patrem deseris,& vxorem.[Quę hæc est pertinacia?) Sicut decuit socerum.& subindignatur,quia coram sibi fit contumelia. [Dixi ne Phid.) Artificiosè Laches,vt minus miretur, & minus indignetur focer irasci Pamphilum, dicit quando, & prædictum est,& sic oportuit.[Dixi ne Phidippe hanc rem ęgre laturum esse eum?) Renouauit verba sua eidem personę.nam ita dixerat. Nequeo adeo me clam est,quàm esse eum graui ter laturum credam, Hoc si resciuerit. [Quam ob rem te orabam, vt filiam remitteres) Inuidiosè aduersum Phidippum, tanquam in illo sit, vnde se purget, & non accuset Pamphilum. [Adeo inhumanum fore) Bene, quasi iratus, inhumanum esse, inquit. [Non credidi ædepol adeo) Potuit enim

dicere,

dicere, Non credidi inhumanum fore, sed acerbe additur Adeo. [Ita nunc is sibi me) Sibi & Me, magno pondere legendum est vtrunque pronomen: vt, Cantando tu illum? Id est, genero socerum, vel Pamphilo Phidippum, vel si quid tale inueneris. [Supplicaturum) Parum est satisfacturum, supplicaturum addidit. [Sin alio est animo renumeret dotem huc eat) Hoc rectè socer, non tam vt dotem recipiat quàm vt terreat, hoc dicit. Et renumeret proprie, quia dos pecunia est. Et hic ἰλαστισμὸς irascentis est, & exigentis debitum. Eat vero mire dictum, quasi ipse proijciatur, qui iubetur ire, & simul in hoc verbu quasi renunciatio charitatis est. [Renumeret dotem huc eat) Terrorem repetendę dotis ostēdit, cum dicit, Renumeret dotem, simul cum iniuria, Huc, & iracundæ, eat. [Ecce autem tu quoque proterue iracundus es) Addendo quoque nonnihil assensus est, q.d. quomodo Pamphilus. [Proterue iracundus es) Proterue, immoderate, & superbe dictum est ideo, quòd proterat alium, qui proteruus est. Nam proteruus est, qui dum alius obuius est, proterit, quod faciunt, & tauri in appetitu coitus fęminarum, in quas calent. [Percontumax redisti) Proprie contumax dicitur contemptor potiorum. [Percontumax redisti huc nobis) Magne indignationis est, absentes alloqui: vt alibi, O Aeschine pol haud paternum istuc dedisti. [Nobis Pamphile) Nobis, πρὸς ἀπτισμὸν nā aut abundat, aut significatu adiuuat pronunciationem. [Decidet iam ira) Quasi in ira sit culpa, non deponetur ira, inquit, sed decidet. [Quia paululum vobis accessit pecuniæ) Facete, q.d. quia habetis vnde dotem reddatis. aut, quasi nullam causam habeatis repudij, sed ditiorem quæratis coniunctionem. [Quia paululum vobis accessit pecuniæ, sublati sunt animi) Et non, maior est factus Pamphilus, simul maiore stomacho, quod cum labore celabat, aperte ostendit. [Sublati animi) Pro elati, sublati dixit. Et hoc proprie ferarum est. vt, Attollitq. animos: Pœnorum qualia in aruis Saucius ille graui venantum vulnere pectus, Tum demum mouet arma leo, &c. Nam bestiæ pro animi qualitate, vel erigunt corpora, vel deponunt, ait Cic. [Etiam mecū litigas?) Belle, & illum ex inuidia iracundiorem, & hoc ad se dicentem, quod propter Pamphilum dicebat, effecit. [Etiam me cum litigas?) Inuidiosè, quasi iam cum Pamphilo litigauerit? [Deliberet, renumeretq. hodie) Ferocius, quàm socerum deceret, attamen mature, quod Deliberet dixit. [Vt alij, si huic non sit, fiet) Magna fiducia conditionem filiæ asserit, quoniam iam si Pamphilus nolit, paratum alterum dicit esse. [Si huic non sit) Subauditur Vxor. Sed dure dictu reticuit vt debebat. [Phidippe ades) Nomine appellat, quod facere solemus, iratos mitigare conantes. [Postremo inter se transigant) Non enim hæc votiua sunt, quibus interesse delectet. [Quando nec gnatus, neque hic) Inuidiosè, gnatus, & Non obtemperant, & hic non familiariter dictum, quasi ab irato. [Quæ dico, paruipendunt) Quia obtemperamus etiam tacitæ voluntati. [Porro hoc iurgium ad vxorem: cuius, &c.) Bene rursus in errorem redit. ne quę vera sunt, contra fabulę propositum cognoscantur. [Porro hoc iurgium) Porro, quasi aliquid magnum. [Cuius fiunt hæc consilio omnia) Non transacta obijciuntur vxori, sed quæ nunc aguntur. [Consilio) Vtrum dispositione? an αἱρωνεία est in male consulentem? [Atque in eam hoc omne, quod mihi ægre est) Non quòd irascor, sed quod mihi ægre est, dixit. [Euomam) Bene: quia ægritudinem solet vomitus releuare. sic Cic. in Catil. cum dicit, Quæ quidem lætari mihi videtur, quòd tantam pestem euomerit. forasq. proiecit.

GVIDO.

DIXTIN' &c.) Hic Pamph. eligit potius defendere matrem, & incusare Philumena apud senex, quàm amori ob temperare adeo, vt à conspectu Phidippi soceri tandem discedat ea lege, vt non sit vxorem reducturus. Laches dixtin'. i. dixisti ne, q.d. non ne dixisti dudum. i. paulo ante, illam Philumenā dixisse se expectare filium meum maritum eius, neque domi meæ in eius absentia posse viuere. P H. Factum est. i. verum est, quòd dixi illam dixisse. Laches aiunt. i. tumor est. filium venisse. i. applicuisse ad nos. propterea redeat nunc Philum. Pamph. Ne scio quam causam dicam patri meo. i. Quamobrem. i. propter quam causam, non reducam. i. non resumam vxorem. L. Quē hominem ego audiui loqui hic. P. Certum est. i. constitutum est, seu deliberaui, & decreui, obfirmare me viā. i. firmare me, ac niti, & figere me ob. i. contra viam decreui prosequi. s. vt matri potius, quàm amori morem geram, tametsi proposuerā amori morigerari. In hac autē structura, obfirmare me viam, alter ac cusatiuus regitur, vi præpositionis, & alter vi verbi, ob autē interdum significat contra, vnde obniti contra niti, obluctari contra luctari, opponi contra poni, posset tamē forsitan illa structura sic fieri, & intelligi. Certum est me obfirmare. i. occludere obturare, includere viam, quam decreui prosequi. Don. dicit obfirmare esse aduersus omnia obstinate agere. Et Festus, inquit, obstinat, pro obfirmat inueniri. L. Ipsus. i. ipse est Pamphilus, de quo Pamphilo agebam. i. colloquebar tecum hic. P. O mi pater salue. L. O mi gnate salue. P H. Bene factum est. i. prospere contigit te Pamp. aduenisse, & adeo. i. certe, vel valde bene factum est inquante aduenisse saluum. i. incolumem, atq; validum. i. robustum, & corpore bene habito, & vegeto, quod .s. te aduenisse saluum, & validum, est maximum. i. principalissimum. P. Creditur ab aliquibus bene factum esse quod venerim, non forsitan ab omnibus. L. Aduenis. i. applicas, modo. i. nunc. P. Admodum. i. valde modo aduenio Lac. cedo. i. dic, quid reliquit Phania noster consobrinus. i. propinquus, quasi sororibus. Sobrini sunt ex duabus sororibus. Sed consobrini sunt, quorum alter natus est ex fratre, alter ex sorore. Nam ex fratibus cognati dicuntur patrueles, aliter tamen sentitur à multis. P. Hercle fama fuit, homo sanè. i. valde, obsequens voluptati. i. lautitiæ suæ incumbens, dū. i. quandiu vixit, & illi qui sunt sic. i. qui taliter viuunt voluptati obsequentes, haud. i. non iuuant multum hæredem suum. Aliqui libri habent, sanè hercle non voluptati obsequens fuit, & tunc laudatur Phania, qui non vt multi auari suis bonis abstinuit, vt suos hæredes locupletaret, sed illis honeste est vsus, & liberaliter vsque adeo, vt sibi laudem conquisiuerit se bene vixisse dum vixerit, qui quidem homines sic viuente non multum suos hæredes ad iuuare suis successionibus. Vero pro sed, reliquit sibi hanc laudem. s. quòd bene vixit. i. vel laute, vel iuste vixit, dum. i. quandiu vixit. L. Tum. i. consequenter, igitur, quia sic vixit, tu nihil attulisti huc plus vna sententia. i. nihil attulisti huc præter illam sententiam. s. quòd bene vixit, dum vixit. Sententia (vt inquit Cic. in iij. Rhet.) est oratio sumpta de vita, quæ quid sit, quid ue oportet in vita breuiter ostendit. P. Quidquid est. i. omne quod est, vel si quid est quod reliquit, id profuit. i. pro nobis fuit. Laches Imò. i. sed, id quod reliquit obfuit, quid id si gnum est me amisisse amicum quem adhuc viuere vellem. Expressit itaque morem hæredum, qui fingunt se dolore ob mortem propinquorum, nam vellem illum Phaniam esse viuum, & saluum. i. incolumem, ac sanum. P H. Licet. i. tu potes optare istud. s. vt adhuc viueret impune. i. sine pœna, sine damno, ac periculo, vel sine effectu, nam ille mortuus, iam. i. ex hoc tempore, nunquam reuiuiscet. i. viuus restituetur, seu redibit in vitam, & tamen scio vtrum. i. quod, si liceat hic poni inter duo, malis. i potius velis, & eligas videlicet vt reuiuiscat, an vt non reuiuiscat. Laches hic Lac. transfert sermonem ad redditionem Philumenæ, hic Phid. iussit. i. voluit, vel præcepit seruis, heri Philumenam accersi. i. adduci, vel aduocari ad se, quod hoc dicens submonebat Phidippum latenter, vt id comprobaret inquiens, dic te iussisse eam accersi ad te Phidippum. P H. Noli fodere. i. pulsare, latus meum submonendo me vt dicam, nam reuera iussi eam accersi. L. Laches alloquitur Pamphilum, cupiens inducere ad reducendam vxorem, & inquit, sed Phidippus iam. i. statim, remittet eam Philumenam. P H. Scilicet. i. certe, ego remittam. P. Scio omnem rem, vt. i. qualiter, ea res sit gesta. i. facta, ego aduenies. i. cum ego aduenire, audiui. i. accepi, modo. i. paulo ante, omnia quæ facta sunt. L. At. i. sed Dij perdant. i. destruant, istos inuidos. i. inuidentes matrimonio, qui nunciant libenter hæc. i. talia qualia audiuisti. P. Ego scio me cauisse. i. prouidisse, ne vlla contumelia posset fieri mihi à vobis merito. i. præcipue quam meruerim, nisi fieret vi. & si nunc velim memorare. i. recitare hic id quod sequitur, videlicet quam. i. quantum, fui pro fuetim, indicatiuum pro coniunctiuo, animo fideli. i. seruanti fidem ei datū à me, & clementi. i. mā sueto, facili possum vere memorare inquam ni. i. nisi, magis velim te rescīscere. i. cognoscere hæc. s. quàm fideli, & miti animo in eam fuerim ex ipsa Philumena. Nam quæ eo pacto. i. est modo, fides erit meo ingenio. i. meæ naturæ, & (vt ita dicam) conditioni apud te, hoc est tu habebis fidem. i. credulitatem meæ naturæ, & conditioni eo modo, cum. i. quando, illa Philumena. quæ nunc est iniqua in me, me. i. erga me, dixerit æqua. i. ea quæ æquum est dici, quia vera. De me dicimus eleganter. Est mihi apud te fides. i. tu habes mihi fidem, vel mihi credis, sic & in proposito, tunc fides erit ingenio meo apud te, id est tu credas meo ingenio eo pacto, &c. Nequeo pro, & non, & testor, id est testes inuocos Deos. id est, propter id, scilicet hoc dissidium. i. hoc diuortium, hanc discordiam, euenisse

mea culpa.i.(quod dicunt hic inepte) meo defectu. Sed quando .i. quia,deputat.i.vehementer existimat sese.i.seipsam ipse indignam matri meæ,cui concedat .i. obsequatur,ac morem gerat, proprius sermo erat sic faciendus, quoniam putat se indignam, quæ concedat matri meæ,& non cui,sed poëtæ alibus sermonibus gaudent vti non crebro vsitatis,quasi est. Scio omnem rem vt gesta sit,vbi oratores dicerent,scio vt siue qualiter omnis res gesta sit. Et quando inquam se putat indignam mariti cuius tolerer.i.æquo animo ferat mores.i.modos viuendi difficiles,quales sunt in senibus, qui morosi sunt sua modestia .i. per suam moderationem,siue temperantiam.Modestia est basis omnium virtutum, moderatio vero est modestiæ executiua, quæ modũ adhibet in dictis,& in factis,& quando inquam gratia.i.beneuolentia amicitia,pax concordia,non potest componi.i.conciliari,coniungi inter eas,matrem,& Philumenam,alio pacto.i.alio modo,ò Phidippe,aut mater mea est segreganda .i. seiungenda à me,aut Philumena vxor est segreganda. Nunc pietas.i.charitas,& intimus affectus in matrem, potius suadet.i.incitat me se qui cõmodum .i. vtilitatem,vel opportunitatem matris, quàm vxoris. L. ò Pamphile,tuus sermo accessit ad aures mihi nõ inuito .i. non in totum nolenti, videlicet, quantum spectat ad pietatem,non quantum ad diffidium, quod inuisum est mihi, eum.i.quando,intelligo te post putasse.i.post habuisse,& putasse, tanquam inferiores quantum ad curam tuam præparente .i. in comparatione matris tuæ,verum.i.sed vide.i.diligenter,& accurate considera,ne ò Pamphile,tu impulsus ira .i. commotione animi,insistis.i.immoreris sis fixus,& pertinax in tua opinione,praue.i.distorte,seu oblique,ac non recte. P. O pater,quibus iuris .i. indignationibus, commotionibus, ego impulsus nunc sum iniquus illam.i.erga illam,vel contra illam,quę Philumenæ nunquam commercia est.i.nunquam commisit, quidquam .i. aliquid,quod nollem .i. quod esset mihi molestum, & scio eam sæpe meritam esse.i.præstitisse id,quod vellem.Mereri bona dicimus, commereri mala,& amo eam,& laudo,& vehementer desidero eam. Nam expertus sum eam fuisse erga me miro ingenio .i. mirabili mansuetudine,& natura, & exopto .i. adeo exposco illi,vt exigat.i.traducat,aliquam vitam.i.quod reliquum est vitæ suæ,seu residuum vitæ suæ, cum eo .i. tali viro .i.marito,qui sit fortunatior.i felicior,me.i.quam ego, quando quidem.i.quia certe,necessitas.i.vel coniunctio sanguinis, & amoris,vel pietatis,cui non facile obsistitur,distrahit.i.aufert illã à me inuito .s. P H. Ne.i.vt non id fiat.i.vt nõ distrahatur à te, illa est tibi in manu.i.in tua potestate. L. Si sis satis sanus.i.si nõ sis insanus,iube.i.præcipe illam redire. P. O pater non est cõsilium.i.non est ea intentio,seu mauis propositum eius reducendæ, seruibo, antique pro seruiam .i. consulam commodis matris. L. Pamph. nolens amplius resistere coram patre maluit discedere. Itaque Laches cœpit reuocare eum dicens,quo .i. in quem locum,abis.i.discedis,mane.i.siste pedem, mane inquam .i. iterum tibi dico mane, quo abis? P H. Quæ .i. qualis, & quanta hæc pertinacia.i.hæc obstinatio in opinione est. L. Dixin'.i.dixi ne tibi eum esse laturum ægre.i.molestе,hanc rem.s. discessum Philumenæ à matre. P. Quamobrem.i.quapropter orabam te vt remitteres filiam tuam. P H. Aedepol iurantis est,non credidi Pamph. fore .i. futurum esse adeo.i.ita inhumanum .i. immitem, ferocem vt est, ita nunc is putat me socerum supplicaturum sibi genero,q.d.id decet me. Si Pamph. est in ea dispositione vt velit reducere.i.resumere vxorem suam. licet ei supple.i.potest,sin.i.sed si est alio animo.i.si habet alium,quàm reducendæ eius,remuneret .i. reddat mihi remunerando dotem .i. pecuniam sibi datam pro dote filiæ. eat .i. proueniat huc ad reddendam dotem. L. ecce .i. in promptu adest alius,tu quoque sicut Pamph.es iracundus.i.propensus ad iram proterue .i. immoderate,& superbe,siue sit vocatiuus,siue aduerbium,dicitur autem proteruus ex eo quod proterat alium,dum ei obuius præterit. P H. Alloquitur absentem per magnam indignationem. O Pamph.redisti huc ex imbro. per contumax .i. valde rebellis nobis. proprie contumax dicitur rebellis, & contemptor potiorum. L. Hæc ita Pamph. decidet. & si.i.quamuis. P. est iratus merito.i.non sine causa. P H. Quia paululum pecuniæ accessit vobis .i. vobis increuit. animi vestri sunt sublati .i.erecti,& tumefacti. L. etiam litigas mecum, quemadmodum cum Pamphilo litigasti. P H. Pamph.deliberet,& denunciet.i.significet mihi hodie, ne.i.vtrum velit reducere vxorem, an non velit,vt filia mea sit vxor alij si non vxor huic. L. O Phidippe ades.i.ad me accedas propius,audi .i. ausculta, paucis .i.breui sermone. P. abijt,quid mea refert supple .i. quid ad me spectat. Deinde se conuertit ad spectatores inquiens. Postremo.i.tandem post multa verba .i. ipsi .i. filius, & Phidippus socer. transigant .i. concordent conueniant, paciscantur,vt lubet .i. vt placet eis. quando .i. quia. nec natus Pamph. nec hic Phidippus. obtemperant.i.obediunt mihi,quidquam .i. in aliquo,paruipendunt.i.parui æstimant ea quæ dico. porto hoc iurgium ad vxorem tanquam aliquid magnum.Iurgium est dissensio,siue concertatio inter beneuolos, & propinquos, lis autem inter inimicos. Cuius .s. vxoris consilio.i.suasu, hæc omnia fiunt,atque euomam .i. ejiciam,effundam in eam vxorem hoc quod est mihi ægre .i. hoc quod mihi molestum est,vel accidit, & bene euomam, & ægre. Nam in ægritudine solet vomitus reuelare.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Certatim instant senes vt Pamphilus reducat vxorem,qui est iam alter gradus epitaseos. [Quàm causam)Hoc secum sollicitus Pamphilus.[Cedo,quid)Conuenit vt de causa profectionis ante mentio fiat, quam ad Philumenam perueniatur. [Vixit dum) Aristippi sententia qua hominẽ voluptuarium fuisse indicat.[Et tamen) Facete notatur Laches. [Dic iussisse)Hoc summisse dicitur. [Noli fodere) Subaudi fatus.nam manu submouens instigabat. [Ego scio) Profert officium suum,ne quid sibi imputetur.[Sed quando)Causatur matris dissidium vt partum celet.[Pamphile)Laudatio.[Verum vide) Admonitio loco accusationis. [Quibus iris) Defensio ex coniectura.[Quod nollem)Probatio à meritis.[Non credidi) Irascitur Phidippus.[Huc eas)Subiecta in fine permissio,iratorum more. [Quia paululum) Exprobatio superbiæ. [Siet) Prodetur. [Ades) Imperatiuum.

PETRVS MARS.

DIXTIN') Quantum debeant parentibus liberi, quantumque pietatis illis exhibere, & quod omnibus etiam externis amicis præferre debeant,docet hęc scena.Hoc autem vt faciant, nisi singulari prudentia præditi sunt,induci non possunt. Nam cum ea sit veluti dux quædam actionum nostrarũ. remota hac frustra nititur filius,aliud nihil agens,quàm vt imprudens parẽtibus, minimeque compositus appareat, quare obedire debent parentibus.Cum enim nos genuerint,genitos educarint diligenter, & artibus ad vitam instituerint, conferantque quantum in ipsis est,omnia ad victum cultumque,& alios vitæ vsus necessaria,innumerabilesq. labores sponte suscipiunt ad res comparandas,quàm pro tot, tantisque beneficijs referre eis gratiam posse mus, non haberemus, nisi nobis obedientia illam sufficeret, & in hac re sola in nimio peccare liberi non possunt, nemo enim in obediendo excedit, vt est apud Plautum: Nunquam nimis curare possunt parentem filij. Cicero pro Plancio.Viuat cum parente,quem veretur vt deum,nam iudicio meo pietas fundamentum est omnium virtutum. Idem in oratione post reditum, Parentes clarissimos habere debemus, quod ab ijs nobis vita,patrimonium,libertas ciuitas tradita est.

GLAREANVS.

TRIGINTA quatuor primi versus sunt trochaici tetr. catal.reliqui deinde senarij iambici. In primo versu legendum Dixtin' non Dixti ne. In tertio anapæstus est loco quinto. In 10. vel Fuit monos. vel bacchius loco primo. In 13. o in Imò correptum non eliditur. In 16. vel Hære pro Hæri legendum, vel amphibrachys est loco primo. In 19. At à superiore eliditur carmine nisi quis bacchium loco primo constituat. In 20. proceleusmaticus est loco primo. In 23. s, eliditur in Magis. In 24. multis modis elisio fieri potest, sed constat carmen. In 26. Euenisse ante hoc legendum. In 28. Cui,& Cuius,& Sua monosyllaba. quanquam,& loco sexto amphibrachys esse potest. Et in 26.Neque alio,pro anapæsto ponitur.potest.& pæan quartus esse. In 30. loco septimo est amphibrachys. In 32. Mihi monos. In 34. loco secundo anapæstus est,& e,in Vide corripitur. [Quibus iuris impulsus nunc in illam iniquus sim?) Hi nunc senarij sunt ad finem vsque scenæ.In primo quidem creticus est loco quarto,& s,in Iniquus eliditur,quemadmodum,& in quinto in verbo Expertus,in quo quidem quinto,& creticus est loco primo.In sexto vel m,in Vitam non eliditur, vel Relli quam per epenthesim ll,geminat,quod equidem malim? In 7. Eo disyllabum est. Nonum Donatus ita legit,

Tibi in manu est ne fiat. L. si sanus sies.

Potest, & ita legi,

Tibi in manu est ne fiat id. L. si sanus es.

In decimo bacchius est loco primo. In 12. Quo non eliditur, sed corripitur. In 15. ædepol prima correpta nisi vel amphibra

phibrachyn loco secundo, aut proceleusmaticum loco tertio constituamus. In 22. vel Paulum legendum vel creticus loco quinto. In 28. vel 8. in Gnatus eliditur, vel creticus est loco tertio. In penultimo Ad à superiore eliditur carmine, & Cuius monosyllabum est. In vltimo Mihi dissyllabum est.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Obiurgat vxorem maritus ob celatum filiæ partum, hoc etiam quod resciscit de puero Phidippus ad tumultum augendum facit, & vt Pamphilus vxorem recipere cogatur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena, vehemens iurgium continetur Phidippi aduersus Myrrhinam vxorem, de celato sibi filiæ partu. Quod factum vxor excusare conatur, tegendo virginis in tenebris oppressionem. Verum miranda in modum anxia est, & maxime veretur, ne Phidippus hoc ita factum alicunde resciscat.

Tetrametri Iambici, & Trochaici permixti, & Dimeter vnus.

MYRRHINA, PHIDIPPVS.

PERII, quid agam? quò me vortam? quid meo respondebo viro
Misera? nam audisse vocem pueri visu' est vagientis:
Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam:
Quòd si resciuerit peperisse, id qua caussa clam habuisse me
Dicam, non ædepol scio.
Sed ostium concrepuit: credo ipsum ad me exire: nulla sum.
P. Vxor vbi me ad filiam ire sensit, se duxit foras.
Atque eccam video. quid agis Myrrhina? heus, tibi dico. M. mihi ne.
Mi vir? P. vir ego tuus? tu virum me, aut hominem adeo esse deputas?
Nam si vtrumuis horum mulier vnq̃ tibi visus forẽ,
Non sic ludibrio tuis factis habitus essem. M. quibus? P. at rogas?
Peperit filia? hem, taces ex quo? M. istuc rogare æquom est patrem?
Perij: ex quo censes, nisi ex illo, cui data est nuptum, obsecro?
P. Credo: neque adeo arbitrari patris est aliter. sed demiror,
Quid sit, quamobrem tantopere hunc omnes nos cælare volueris
Partum; presertim cum, & recte, & suo peperit tempore.
Adeo ne peruicaci esse animo, vt puerum præoptares perire,
Ex quo inter nos scires posthac amicitiam fore firmiorem;
Potius, quàm esset cum illo nupta aduorsus animi lubidinem?
Tui? ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quę te est penes.
M. Misera sum. P. vtinam sciam ita esse istuc. sed nunc mihi in mentem venit,
Ex hac re quod locuta es olim, cum illum generum cepimus:
Nam nuptam filiam negabas posse te pati tuam
Cum eo. qui meretrices amaret, q̃ pernoctaret foris.
M. Quamuis caussam hunc suspicari, quàm ipsum veram mauolo.
P. Multo prius sciui, quàm tu illum amicam habere Myrrhina:
Verum id vitium nunq̃ decreui esse ego adolescentię:
Nam id omnibus innatum est: at pol iam aderit cum se quoque oderit.
Sed vt olim te ostendisti eadem esse, nihil cessasti vsque adhuc,
Vt filiam ab eo abduceres, neu quod ego egissem, esset ratum.
Id nunc res indicium hæc facit, quo pacto factum volueris.
M. Adeon' me esse peruicacem censes, cui mater siem,
Vt eo essem animo, si ex vsu esset nostro hoc matrimonium?
P. Tun' prospicere, aut iudicare, nostram in rem quod sit, potes.
Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam, quid tum postea,
Si modeste ac raro hoc fecit? non ne ea dissimulare nos
Magis humanam est, quàm dare operam id scire, qui nos oderit?
Nam si is posset ab ea se derepente auellere,
Qui cum tot consuesset annos; non eum hominem ducerem,
Nec verum sati' firmum gnatæ. M. mitte adolescentem obsecro,
Et quæ me peccasse ais, solum solus conueni.
Rogas, velit ne, an non vxorem. si est, vt dicat velle se,
Redde: sin est autem, vt nolit, recte consului meæ.
P. Si quidem ille ipse non volt, & tu sensisti esse in eo Myrrhina
Peccatum: aderã, cuius consilio ea par fuerat prospici.
Quamobrem incendor ira te esse ausam hæc facere in iussu meo.
Interdico, ne extulisse extra ædes puerum vsquã velis.
Sed ego stultior, meis dictis parere hanc qui postulẽ:
Ibo intro, atque edicam seruis, ne quoq̃ efferri sinant.
M. Nullam pol credo mulierẽ me miseriorem viuere.
Nã vt hic laturus hoc sit, si ipsam rẽ, vt fiet, resciuerit.
Non æpol clam me est; cum hoc, quod leuiu' est, tam animo iracundo tulit:
Nec, qua via sententia eius mutari possit, scio.
Hoc mi vnũ ex plurimis miserijs relliquõ fuerat malũ,
Si, puerum vt tollam, cogit, cuius nos qui sit nescimus pater.
Nam cum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est:
Neque detractum ei tum quidquam est, qui post possit noscit, qui fiet:
Ipse eripuit vi, in digito quem habuit, virgini abiens annulum:
Simul vereor, Pãphilus ne orata nr̃a nequeat diutius
Cælare, cum sciet alienum puerum tolli pro suo.

DON. ERII, quid agam?) Mire in hac scena iterum rixa est senis atque anus, & tamen varie, & alio modo, vt mores inter se diuersos, & tamen notos possimus agnoscere. [Perij, quid agam?) hæc proloqui oportet Myrrhinam, vt ex eius persona reminiscatur spectator gestæ rei, simulq. ex huius personæ verbis, quid agat altera persona, monstretur. Nam perscrutari Phidippum vniuersa conclauia, & ire per totam domum cognito partu filiæ suæ, apparet ex præsentibus dictis. [Perij, quid agã?) Singula ita pronuncia, vt perturbatum ostendas. [Quid agam? quò me vortam?) Figura diaporesis, apta turbans. [Nam audiſſe vocem pueri visu' est vagientis:) Virg. Continuo auditæ voces, vagitus, & ingens, Infantumq. animæ flentes in limine primo. Et est onomatopœia. nam vox ipsa sic est, vt quasi vagitus sæpiùs sonet. [Pueri visu' est vagientis) proprie dixit vagientis, & infantium est. [Visus est) Quo modo, Audire vocem visa sum modo militis. [Ita corripuit derepente) Raptim intulit. Et, derepente, vna pars orationis est, vt defessus. aduerbijs enim præpositiones separatim non adduntur. [Derepẽte) ὑφ'ἑ. Nam si separaueris, non est latinum, derepente. [Quòd si) q, pro nam, aut itaque, sed & nos in huiusmodi significatione sic dicimus. [Quòd si resciuerit) Scimus manifesta: Rescimus occulta. [Id qua causſa) Id, hoc ipsum, peperisse eam. [Non ædepol scio) Ideo quia vera causa dici non potest. [Sed ostium concrepuit) Plus est q. crepuit, nam commodo auctiuum est. [Ad me) bene ad me, quasi litigaturum. [Vbi me ad filiam ire sensit) Hoc antè rem. & simul argm̃ delicti est, quod exit à filia marito ingresso mulier. [Vxor vbi me ad filiam) Mirantis est gestus, & dictum. [Se duxi foras) Ordo, Duxit se. Et verbis visus est, intra domesti cos parietes, artis. τῷ ἰδιοτισμῷ se duxit, pro abijt. [Atque eccam video) Apparet mulierem fugere, & viri auersari prælentiam. & ideo hoc separatim pronunciandum. [Heus, tibi dico) Ostendit Myrrhinam auertentem se, quasi nihil inueniat quod dicat de filia. [Mihi ne Mi vir?) Sic & in Andr. Nihil respondes? cum turbatum se ostendit Dauus. [Vir?) Ad maritalem conditionem retulit, non ad saxum. vt Virg. in Buc. Vir gregis ipse caper. [Tu virum me) Accusatio ab increpatione incipiens. [Aut hominem) Auxesis peruersa. Adeo autem abundat. Virg. Tuq. adeo, quem mox quæ sint habitura deorum Concilia, incertum est. [Nam si vtrumuis horum) Vir, aut homo. [Mulier vnquam tibi visus forem) Acerbe mulier, vt supra, Tu inquam mulier, quæ me omnino lapidem, non hominem, putas. [Quibus?) Callide mulier, & quasi nullus culpæ conscientia, Quibus dixit. Et quibus, factis. s. [At rogas?) Bene irascitur interroganti. nam interrogare quæ sciat, impudentiæ est. [Hem, taces?) Non taces nunc, sed taces celas. [Ex quo?) Bene Ex quo, quia argumentũ impudicitiæ est, puerperium taciturnum. [Peperit filia?) Propositio criminis. [Istuc patrem?) Mira calliditas Rea mulier hoc solo defenditur quòd accusat. [Perij, ex quo censes) Mire additum ad effectum, Perij. [Obsecro istuc patrem rogare est æquom?) Ex sua interrogatione accusauit accusatorem. [Nisi ex illo, cui data) A verisimili argm̃. [Nisi ex illo, cui data est nuptum) Solutio criminis per fiduciam respondentis. Sal. Ita fiducia, q. argumentis purgatior es. [Credo, neq; adeo arbitrari) Ab accusatione maritus ad defensionem sui conuersus, omisit quod cœperat. [Sed demiror, Quid sit) Mollior factus, iam non irascitur, sed miratur. Adeo vides Phidippum nulla re alia, q. mulieris correptione lenitum. [Quamobrem tantopere) Alia intentio criminis. [Omnes nos cælare volueris) Rectè, quia putat, & Pamphilum esse celatum. [Præsertim cum, & rectè, & suo pepererit tpe) Vide, duæ causæ sunt cælandi partus. si non tempore suo veneris, quo indicium stupri est, & si non rectè euenerit, hoc est monstri aliquid natum fuerit. Hic autem, & tempore suo, & rectè natum prædicat. [Demiror) Valde miror, quod minus est, quam irascor. [Præsertim cum, & rectè) Attulit mulieri compendium credulitas senis semel correpti, ne aliter suspicetur. [Omnes nos cælare volueris) Antiqua locutio, illam rem cœlo te. [Præsertim cum, & rectè, & tempore suo) Rectè ad illud pertinet, Quòd non monstrum peperit. [Tempore suo) Ad spacium quo prægnantes esse cõsueuerunt. i. ad mensium dinumerationem, quia & septimo mense nasci solent. [Adeo ne, peruicaci esse animo) Inuectio. [Vt puerum præoptares perire) Ab ætate infantis, inuidia. [Adeo ne peruicaci esse) Peruicax est perseuerans cum quadam vi. [Ex quo inter nos scires posthac amicitiam fore firmiorem) Ab accidentibus inuidia. Et bene additur Scires, quia imprudentia in delicto veniam frequenter extorsit. [Potius, quam aduorsum animi tui libidinem) A voluntate peccantis, inuidia. Animi tui libidinem dixit, vt minima causa magnis sceleribus subiecta esset. [Esset cum illo nupta?) Antiqui non illi nupta, sed. [Cum illo nupta) Ergo ambo sibi inuicem nubunt. [Ego etiam illorum esse hanc culpam) Bene, Etiam illorum, non. n. hoc se errasse ait, q illorum putauerit culpam, quæ minor est, sed, etiam illorum, vt commune peccatum fuerit, sed nunc quidem totum credit esse Myrrhinę. An etiam, pro adhuc, vt maior fit dolor, qui nec opinanti acciderit? [Vtinam sciam te esse istuc) Te miseram esse. Alibi: Misertum, quem minus credere est. Et erit sensus. Vtinam vere sis misera. [Vtinam sciam istuc esse) Hoc quidam sic accipiunt, quasi Phidippus dicat penes te culpa est, quam illorum esse credebam, & vtinam quod credo, penes te esse culpam, ita non esse certo sciam. quia dixit, se miseram, & miseros non nisi innocentes dicimus. Ille enim hoc respondet. Vtinam in hoc negocio miseram te, non sceleſtam reperiã. Sic Sal. Atque ea cogentes, non coactos, sceleſtos magis, q. miseros distrigi. Et ideo sequitur. [Sed nunc mihi in mentem venit) Argm̃ ex antecedentibus dictis, & factis. [Nunc mihi in mẽtem venit) Rectè nunc, quasi alias nihil suspicanti. [Quod locuta es olim) Pro ante. [Cum illum generum cepimus) Vt arbitrum capere dicimus. i. eligere. & cum laude locutus est Pamphili. [Cepimus) Elegimus. Virg. ante locum capies oculis. [Cum eo) Viro. [Qui meretrices amaret, qui pernoctaret foris) Non in hoc est accusatio, q hæc locuta sit, sed argm̃ est, q cælare voluerit partum, quæ hæc olim dixerit. [Ac pernoctaret) Propter illud quod dixerat, Quid interea? ibat ne ad Bacchidem? Quotidie. Et nota familiariter hoc verbum poni à Terentio. Sic in Adelph. Sed si hic pernocto, causæ quid dicam Syre? [Quam vis causſam) Hoc propter spectatorem dicitur, vt gestorum me minerit. [Quàm ipsam veram) Quia sola ex omnibus defendi non potest. [Multo prius sciri, quam tu) Bene pergit, quia taciturnitas pro confessione accepta est. [Verum id vitium) Hoc intelligi non potest, nisi vitium bis numero subaudieris. [Adolescentiæ) Melius dixit adolescentiæ, quàm Pamphili: vt quod in ætate fuerat non timeret in ingenio. [Nam id omnibus innatũ est) Amare in adolescentia. [At pol iam aderit, cum se quoque oderit) Mire senectutem accusat senex cum, & velocem ostendit his verbis, Iam aderit, & addit, se quoque oderit, q.d. Non solũ non amabit, sed & odio habebit, & non alienas mulieres modo, nec vxorem quoque, sed etiam seipsum. Plus ergo illatum, q. ratio deposcebat. sed mire ad affectum senis exprimendum. [Se quoque cum oderit). i. vt pœniteat eum sui facti. Sed plus dixit quàm si diceret, facta sua. [Sed vt olim te ostendisti) Cum superiora dicta sunt. [Vt filiam ab eo abduceres) Vehementius dixit, quàm si diceret, vt filiam ei non redderes. [Neu, quod ego egissem, esse ratum) Quòd ab eo abducis, non bona socrus, quòd filiam, non bona mater, quòd irrita facis, quæ gessi, non bona vxores, inquit. [Nunc res indicium hæc facit) Hoc est, quòd celauisti partum. [Id nunc res) Quasi dixerit, vnda scio. [Quo pacto factum volueris) Non solum quod fecit, sed etiam quod voluit, obijcit. [Quo pacto factum volueris) Deest, fieri. [Peruicacem) Per vim agentem, pernicioſam me esse censes. [Cui) Deest, ei, vel circa eam. [Cui mater siem) Rursus à verisimili, an mater contra filiam faciat. [Si ex vsu esset nostro hoc matrimonium?) Callide mulier ex his, quæ dixit senex defensionem arripit. Nam ille sic ait, Negabas posse filiam tuam te pari cum eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris. [Ex vsu nostro) Modo, vtile: si pro nostra esses vtilitate. [Tun' prospicere) A persona. [Aut iudicare) Prospicere futura, iudicare præsentia. [Audisti ex aliquo fortasse) Ethicos satis, & oratorie. [Aliquo) Non à certa persona. Bene aliquo, ademit indicibus auctoritatem. [Qui vidisse eum diceret) Non, qui vidisset. [Exeuntem, aut introeuntem) Sic Cicero, Tibi autem Balbe respondebo, primum precario, si licet, si fas est defendi à me eum, qui in hortis fuerit, qui vnguenta sumpserit, qui Baias viderit. Non enim dixit, Amplectentem amicam. [Aut intro) Syllepsis prima. In ludum ducere, & reducere. [Exeuntem aut introeuntem) * mollis est, quia luditur de sequentibus ad amicam ἐξουθενισμὸς criminis, de consuetudine. [Quid tum postea?) ἰδιοτισμὸς, quo contemnimus crimina leuiora. [Si modeste) Adhibito modo, vel certe cum pudore, ac modestia, vt celatum voluerit. [Non ne ea dissimulare nos) Duobus modis feruntur peccata, vel ignoscendo, vel cohibendo. Modo dissimulare est ignorantiam fingere. [Magis humanum est) Bene, quia & illud hominum dissimulare. an magis humanum dissimulare, quia & irasci, & arguere humanum est? [Magis humanum) Nota pro humanius, Terentiano more. [Qui

nos

nos oderit?) Qui, vnde vel quamobrem, Et recte. nemo enim dolens quòd non ametur, id facit quo magis odio sit. [Nam si is posset ab ea sese derepente appellere) Oratorie non contentus defendisse Pamphilo, hoc ipso illum, quo accusatus est, laudat. [Derepente) vna pars orationis est. [Quicum tot consuesset annos) Laudat vbique eos Terentius, qui consuetudine vincuntur, vt alibi, Hic paruæ consuetudinis causa huius mortem tam fert familiariter. Et mox, Vt neque me cõsuetudo, neque amor, neque pudor commoueat, neque commoneat, vt seruem fidem? Ergo ferus quem longa consuetudo non commouet. [Qui cũ tot consuesset annos) Non quacum, sed quicum, vt à quibus, & non à quis. Et consuesset proprie dicitur in stupro. [Non eum hominem ducerem) Nõ solum, inquit, homo non esset, id quod forsitan nihil nostra intererat, sed quod nobis maximum est, vir stabilis filiæ esse non posset. [Nec virum) Vir modo maritus. [Non eum hominem ducerem, nec virum satis firmum gnatæ) Potest & sic intelligi, Non eum hominem ducerem, qui consuetudinem longi temporis temere abrumperet. [Nec virum satis firmum gnatæ) Quem res venereq; non mouerent. nam firmum etiam hoc possumus intelligere, validum in officio coitus. Sic Horat. Fortique marito Detinet vxorem. [Mitte adolescentem obsecro) His verbis solemus commenticia argumenta conténere: vt, Misericordia animos maternos his natos. Et alibi, Mitto omnia. adde istuc, Imprudens timuit adolescens, sino tu seruus. Verum &c. Etenim ille dixerat, Verum id vitium, nunquam decreui esse ego adolescentiæ. Adeon' peruicaci esse animo, vt puerum præoptares perire Potius, quam aduersus animi tui libidinem esset eum illo nupta? [Et quæ me peccasse ais, abi, solus solum conueni) Recte hęc dicit mulier, vtpote memor quòd cũ Pamphilo sit locuta. Et solus solum ideo, quia metuit, ne orata sua non seruet Pamphilus, & ideo multi sciant. [Rogat, velit ne an non, vxorem) Verba quibus cum Pamphilo loquatur socer, ne si aliter agat, respondeatur à genero. [Recte cõsului meę) Illum, inquit, nolle, signum erit me prouidisse filiæ. [Si quidem ille ipse non vult, & tu sensisti) Animaduertendum, quemadmodum omnia quibus se defenderit Myrrhina in malam partẽ accipit Phidippus, & hinc magis accusat, vnde illa se purgat. Cuius consilio ea par fuerat prospici. Non dixit cuius consilio repudium daretur Pamphilo. ita ad vnum omnia exitum spectãt. [Esse ausam facere hæc iniussu meo) Abducere filiam, celare partum, exponere puerum. [Interdico) Inter edico, & interdico hoc interest: Edicimus, quod iubemus fieri: Interdicimus, quod vetamus fieri. Edicimus etiam vni generi hominum. Interdicimus diuersis. Itaque Prætoris edicta, & interdicta dicuntur. Interdico, separatim dicendum legendumque, quia interdico ne velis, non est integrum. [Inter dico ne extulisse extra ædes) Id agitur, ne sub incerto intercipiatur puer, & tragœdia fiat ex comœdia. [Meis dictis parere hanc qui postulem) Demonstratiue, & accusatorie dixit hanc, quasi tam contumacem. [Hanc qui postulẽ) Quid est hanc? vtrum mulierem? an vxorem? an contumacem fœminam? [Ibo intro) Sibi ipse hoc dicit τῷ ἀποστρόφῳ. [Edicam seruis, ne quoquam efferri sinant) Et hoc recte poëta, quia ita opus est ne compleat Myrrhina quod promisit de exponẽdo puero. Ait. n. Dein cõtinuo exponetur. [Nam vt hic laturus hoc sit) sic ostenditur causa, cur perpetuo celandum sit seni vitium virginis. [Nam vt hic) Quantum iracundiæ habiturus sit, quãtum furoris, hoc. n. significat vt & simul poëta, quod alibi obscure facit, hic aperte demõstrat, quod periculum sit in fabula, nisi καταχρῆσις succurrat. [Non clam me est). i. scio. [Nec qua via sententia eius mutari possit, scio) Nescio quomodo ex iracundo placidus fiat, [Sententia eius) De puero non exponendo. [Hoc mihi vnum) hoc adhuc, inquit, malũ non mihi euenerat, cum euenerint multa. Et vide, an si puerum vt tollas cogit, quasi cum gemitu, & percontatiue pronunciandum sit. etenim si, obscuram locutionem facit, nisi forte cum vel Quòd significat. [Hoc mihi vnũ ex plurimis miserijs reliquum fuerat malum) Ex omnibus malis reliquum cum dicat, maximum malum significat. Nam non mediocre est, quod omnium miseriarum est vltimũ, & inter mala multa reliquum quod sic accipimus. Possumus, & nos interrogatiue pronunciare. [Puerum vt tollam, cogit) Recte tollam. quæstio, vnde sit. [Forma in tenebris nosci nõ quita est) Ab actiuo queo, passiuum fecit queor, retinẽdo participium quita est. sed antique dixit. [Neque detractum) Solet. n. fieri. [Ipse eripuit) Hic ad exitum spectat περιποιήσις, qua per annulum fiet cognitio. [Ipse eripuit) Econtrario, inquit, factum, est ipsa vt non eriperes, sed ipsi eriperetur. [Simul vereor Pamphilum, ne orata nostra. f. si substulerimus cogente sene, eum puerum, quem expositum iri Pamphilo paulo ante promisi. [Cum sciet alienum puerum tolli pro suo) Non, solum, inquit, tolli ægre feret alienum, verum etiam pro suo.

GVIDO.

PERII, &c.) Hic rixa est senis, atque anus eõ quidem pacto, vt mores inter se diuersos, & tamen notos possumus agnoscere. M. Perij. f. perdita sum, quid agam? quo. i. inquam partẽ, vortam. i. conuertam me? quid ego misera respondebo meo viro. i. meo marito. Nã vir meus visus est mihi audisse vocem pueri vagientis. i. vagitum (qui clamor est infantis) edentis, ita. i. adeo, ipse vir tacitus. i. silens, corripuit. i. celeriter recepit, derepente. i. valde subito. Nam derepente vna est pars orationis in qua de auget, nam aduerbijs prępositionis separatim non adduntur. Corripuit inquam sese ad filiam Philumenam, q. i. sed, si rescierit, scimus manifesta, rescimus occulta. i. si cognouerit eam peperisse, ædepol non scio qua causa. i. propter quam causam, dicam me habuisse. i. tenuisse id. f. eam peperisse. Sed hostium. i. ianua, concrepuit. i. patefactum est, & quidem cum sonitu violẽto, credo ipsum virum meum venire ad me, nulla sum, pro nõ sum, vt pote quæ perij. P H. Vbi. i. postquam, vxor sensit. i. percepit me ire ad filiam, duxit se foras. i. se contulit foras vel abijt, atque eccam. i. ecce hic video eam vxorem ò Myrrhina quid ais? deinde non respondente vxore subdit, heus aduerbium vocãtis, siue admonentis, dico tibi. i. te alloquor dicendo quid ais? M. Ne. i. vtrũ, ò vir mi. i. marite dicis mihi. P H. Ego sum tuus vir. i. maritus adeo. i. certe, tu ne. i. non, deputas. i. nõ existimas me esse virum. i. maritum, imò nec hominum quidem. Nam ò mulier, si ego visus forẽ vnquam tibi esse vtrumuis. i. vtrum libet hoꝝ. f. aut vir, aut homo non sic habitus essem ludibrio. i. derisioni, illusioni, hoc est non fuissem sic delusus à tuis factis. i. per tua factu, quæ mihi hæc celasti. M. Quibus factis à me ludibrio habitus es? P H. Atrogitas. i. inquiris? quibus factis, imprudentia est interrogare quod teneas, filia nostra peperis, hem, interiectio indignãtis, taces. i. celas? ex quo homine peperit. f. id est ex cuius cõpressis? M. Aequum est, per ironiam dixit, q. d. maxime te decet patrẽ rogitare illud de filia. f. ex quo pepererit, perij. i. cor meum illo dicto vulnerasti, obsecro ex quo homine cẽses eam peperisse, nisi ex eo cui data est nuptum. i. cui nupsit, vel collocata fuit. P H. Credo eã peperisse ex Pamphilo, nequeo adeo. i. certe, est patris. i. decet patrem arbitrari aliter, quàm quod ex viro suo filia peperit. Sed demiror. i. valde miror quid sit, quamobrẽ. i. propter quod, volueris tãtopere. i. tantum celare nos omnes hoc. f. partum filiæ presertim cum pepererit, & recte quia non monstrum pepererit, & suo. i. congruo tempore, quo pręgnãtes possunt parere, videlicet septimo mense. Nam vt habetur ff. de stat. hom. Septimo mense perfectum fœtum nasci iam receptum est propter auctoritatem doctissimi Hippocratis. Adeon'. i. adeo ne verum est sup. te esse animo adeo peruicaci. i. maligno, & perseueranti cum quadam vi. Nam peruicax est perseuerans cum quadam vi, vt præoptares. i. potius cuperes, vel valde optares, puerum filiæ perire. i. exponi ad mortem, ex quo filio scires amicitiam fore. i. futuram esse, firmiorem. i. stabiliorem inter nos, posthac. i. in posterum potius quàm filia esset nupta cũ illo Pamphilo, aduersum. i. contra libidinem. i. immoderatam tui animi cupiditatem, ego etiam credidi hanc culpam de diuortio filiæ esse illorum. i. esse apud illos, quæ tamen culpa est penes te. i. in ipsa, & quasi in possessione tua. M. Ego sum misera infelix. P. Vtinam sciam istud esse. i. sciam te vere esse miseram ita, quòd vere sis misera. Vel vtinam sciam pro certo penes te culpam esse. Sed nunc id venit mihi in mentem, quod olim locuta es. i. dixisti, cum. i. quando, cepimus. i. elegimus, illum Pamphilum generum. i. vt esset gener noster, nam negabas te posse pati filiam tuam esse nuptam cum eo, vel ei qui amaret meretricem, & qui pernoctaret. i. totam noctem insomnem duceret, foris. i. extra domum. Pernoctare est totam noctem insomnem ducere. M. Hoc dicit apud se, aut ad spectatores conuersa, malo. i. potius volo hunc Phidippum suspicari quamuis. i. quamlibet aliam causam, quàm ipsam veram causam, propter quam volui celare partum. P. ò Myrrhina, sciui multo prius, quàm tu sciueris illum Pamph. habere amicam Bacchidem, verum. i. sed ego nunquam decreui id vitium amoris esse vitium adolescentiæ. i. iuuenilis ætatis, nam id vitium est innatum omnibus adolescentibus, ita opinatur Phidippus, sed eius sententia est iniqua, nam adolescentibus tale flagitium est grauissimum, & multis cohibitionibus reprimendum, at. i. sed, pol, iurantis est, tam. i. statim post adolescentiam breuem, tempus aderit. i. aduenit, vel

præsens erit,cum.i.quo tempore,etiã ipse Pamphilus oderit nõ solum alienas mulieres, imò & propriam, & item seipsum in senectute.Sed vt.i.qualem olim ostẽdisti te esse,cum negabas te posse pati filiam tuam nubere cum eo,qui foris pernoctaret, ni hil.i.in nullo,cessauisti.i.destitisti,esse eadem.i.esse similis, & talis qualem te ostenderas,vsque adhuc.i.hucusque ad hoc tẽpus, vt abduceres.i.dimoueres,abstraheres filiam ab eo Pãphilo,ne id esset ratum.i.firmum,stabile quod egissem,nũc hæc res .i. ista celatio tua,facit iudicium.i.existimationem,vel iudicium .i. demonstrationem,quo pacto volueris id factum.s.q̃ filia nupserit Pamphilo. M. Adeon'.i.vtrum,censes me esse ita petuicacẽ .i. vim agẽtem pernicioſam ei,vel erga eam Philumenam,cui Philumenæ,ego sum mater,vt essem eo animo.i.vt haberem talem animum,qualem dicis me habere si hoc matrimonium esset ex nostro vsu.i.vtile nobis,siue pro nostra vtilitate.Tũ.i.præterea tu potes prospicere.i.prouidere,aut iudicare,quid sit in rem nostram.i.in nostram vtilitatem, seu quid nobis sit vtile. P. forta se tu audisti ex aliquo,qui diceret se vidisse eum Pamphilum exeuntem ab amica,aut introeuntem ad amicam Bacchidem,quid tum.i.tunc postea vis sup.ex eo inferre si facit hoc.i.si visit amicam raro,& modeste.i.adhibito modo, aut cum pudore & modestia,non ne est magis humanum nos dissimulare.i.fingere nõ ignorare,quàm dare operam .i. quàm laborare scire id,qui,ablatiuus à neutro.i.ex quo,siue vnde,aut quamobrem, oderit .i. odio prosequatur nos.Nam si ipse Pamphilus posset auellere .i. abstrahere se ab ea amica,derepente .i. valde repente, vna enim est pars orationis,qui cum.i.cum quà amica consueſceret.i.consuetus fieret,vel consuetudinem, seu conuersationem haberet, tot annos .i. tanto tempore, non ducerem eum esse hominem fragilis.s.naturæ,& ad voluptates multum propensæ, nec ducerem eum esse virum satis firmum.i.validum natæ meæ. M. obsecro mitte .i. dimitte, adoleſcentem Pamphilum, & mitte ea, quæ.i.in quibus. ais.i.dicis,me peccasse.i.errasse.Abi.i.discede, tu solus conueni.i.alloquere.Pamphilum solum.i.sine arbitris, roga .i. interroga,ne .i. vtrum, velit vxorem Philumenam, an non velit. Si est.i.sic contingit vt dicat se velle vxorem,redde ei vxorem,sin autem.i.sed si,est.i.si contingit vt nolit vxorem,recte consului.i.prospexi, prouidi meæ gnatæ Philumenæ. P. si quidem .i. si certe ille,ipse Pamphilus non vult vxorem, & si tu Myrrhina sensisti peccatum esse in eo,aderam.i.prope eram, cuius consilio videlicet meo,par fuerat.i.decuerat(nam par esse significat decens esse) ea.s.peccata Pamph. prospice .i. prouideri, quamobrem incendor ira.i.vehementer excandesco,te Myrrhinam ausam esse facere hæc.s.abducere filiam, celare partum, & exponere puerum,iniussu meo.i.absque præcepto meo,interdico.i.prohibeo.Edicimus quod fieri iubemus,interdicimus quod fieri vetamus, edicimus etiam vni generi hominum, interdicimus diuersis,interdico erga ne.i.vt non, velis extulisse.i.exportasse puerum extra ædes .i. extra domum meam. Sed ego sum stultior.i.nimis stultus qui.s.ego,postulem hanc vxorem meam parere.i.obsequi,obedire meis dictis,ibo intra,atque edicam .i. iubebo seruis,ne ipsi sinant .i. permittant,puerum efferri .i. exportari, quoquam .i. in aliquem locum. M. pol .i. per pollucem,nullam credo mulierem viuere miseriorem.i.infeliciorem me,nam ædepol non est clam me.i.in non ignoro, vt.i.quo pacto,hic vir meus laturus sit hoc,videlicet si resciuerit ipsam rẽ, vt sit.i.sciuerit rem quemadmodum est,videlicet filiam non esse ex Pamphilo grauidam,cum tamen esset,non quidem in matrimonium,sed ante in tenebris cum.i.quia,ipse vir meus tulit animo tam iracundo hoc quod est leuis .s. partum celasse, nec scio qua via.i.qua ratione, sententia eius possit mutari hoc vnũ malum,reliquum fuerat.i.restiterat mihi, ex plurimis miserijs.i.ex multis malis,seu infortunijs,si vir meus cogit vt tollã.i.educem puerum,cuius pueri nos nescimus qui.i.quis,sit pater,nam cum .i.quando,nata compressa est .i. stuprata,forma stupratoris non quita est,antique vt à queor passiuo.i.nõ potuit,nosci.i.animaduerti,neque tum.i.tunc,quidquam.i.aliqd detractum est.i.ablatum est ei Pamphilo,qui.i.quo,vel vnde possit nosci qui sit cõpressor.s.ipse stuprator abiens.i.discedens, eripuit vi.i.violentia virginis annulum quem habuit,in digito,simul.i.etiam, vereor Pamph.ne.i.quòd,nequeat.i.non possit celare diutius nostra orata.i.ea quæ orauimus eum,vt celaret,cum.i.quando, sciet alienum puerum tolli .i. nutriri, pro suo .i. loco sui filij.

LATO. ARGVMENTVM) Expostulat Phidippus cum Myrrhina,q̃ partum celauerit,& q̃ auctor sit dissidij inter Pamphilũ & Philumenam.[Vagientis)Vagire,proprium infantium.[Nulla sum)Vox metuentis,& consternatæ.[Heus tibi)Reuocat fugientem.[Vir ego)Non ad sexum sed maritalem conditionem refertur.[Peperit filia)Propositio criminis.[Sed demiror) Victus respõso delabitur ad aliud crimen.[Adeon')Amplificatio ab odio & improbitate. [Nunc mihi) Confirmatio à dicto antegresso. [Quamuis causſam)Hoc ad spectatores dicitur. [Multo prius) Obiter defendit Pamphilum ab ætate,vt augeat culpam Myrrhinę.[Sed vt olim)Redit ad institutum.[Id nunc)Approbatio à re ipsa.[Adeo ne)Defensio à persona,qua data opera confirmat erorem mariti,vt vetam causſam celet.[Tun')Rursus defensio Pãphili à modo peccati, & ex vtilitatis comparatione. [Mirte) Quia fictam causſam tuetur data opera abrumpit superuacuam altercationem.[Siquidem)Repræhensio dicta ex verbis Myrrhinæ. [Interdico) Edictum contra consilium & promissum Myrrhinæ,quo crescat perturbatio. [Nullam) Periculum & perturbatio Myrrhinæ ad spectatores.[Nam cum) Per occasionem refert partem argumenti.

PERII) Viros omnes in quibusuis vitæ actionibus infinire magis &seueriores,&rectiores esse mulieribus,quarum mihil non est simulare, docet hæc scena. Nam cum sit illis innata quædam constantia,& animi fortitudo, qua ad vitia cognoscenda & superanda,virtutes vero arripiendas feruntur, quoties aliquid accipiũt,quod de recto tramice ad improbitatem, aut ficta instituta deuiet,hic animus iste,qui degeneres actiones respuit, omnem vim exercet,quo seipsum ex contumelia vindicet. Mulierculæ autem econtra,qua suis technas,dolos, & cautiones cõmentari non desistunt,nec id alia grata,ac ab omni imbecillitatem,& conscientiæ,timiditatem, quæ in periculis perfacile succumbit. Recte igitur virtum à virtute dixerunt originem sumpsisse. Mulierem vero,teste Varrone,ab animi mollitie,quæ est contraria virilitati. [Verum id vitium) Sententia est nunquam duxi vitium esse adoleſcẽtibus amare, quod senibus scelus est. Et huc alludit Mimus Publianus: Amare iuuenis fructus est,crimen seni: PETR. MARS.

MAGNA in hac scena difficultas est,sed egregie transiliũt, quoꝝ intererat hanc rem copiosius tractare.Doct. certe aliquid pro festinatione illa fecit,certe plus quam quidam satis ociosi. Ad vigesimũ vsque versum nulla pax, sed perpetua propemodũ diuersitas.Nos ea in re nostrum iudiciũ libere dicemus. Lector quod volet sequatur.Primus itaq; versus in omnibus quotquot nos vidimus exemplaribus corrupte legitur.Doct.intactus etiã. Est autem iambicus tetr. catal. atque ita legendus. GLAR.

Perij,quid agam, quò me vortam? Viro quid respondebo? Meo,sanè facile intelligitur,& ab aliquo additum videtur ad explendã sententiam ea certe non pauca sunt, quæ sic in contextũ irrepserunt. Secũdus eiusdem generis est,sed s,in Visus eliditur. Tertius troch.est tetr.cat.Quartus rursus cat.iãb. tetr. vt primi duo,sed Resciet it legendum,non,Resciuerit, & vel Eam totum eliditur,vel creticus est loco quarto.Quintus dimeter iamb.cat. quidem si ędepol,vt alias sæpe prima breui.A calalecticus,si prima longa,vt exigit diphthongus.Sextus tetr. est iambicus acat. nisi d,elidas in Sed,nã sic fiet troch.tetr.cat. cuiusmodi est septimus finitus in verbo Foras. Octauus in Atque eccam,incipit,& est iamb.tetr.acat.vt sequens.Sed cum d,in Quid,tum s,in Agis eliduntur,& creticus est loco quarto. Nisi quis putet in hoc versu abundare verbum Video,quod ego plane suspicor ab aliquo, sententiæ explendæ grãtia,adiectum,cum sine eo sensus optime constet.Consimiliter sanè,in sequente versu. Sum verbũ,ab aliquo item,qui desideratum verbum explere voluerit, adiectũ arbitror. Nam & sensus absque eo constat,& carmen respuit,tũ tuus,vel monosyll. vel bacchius loco secundo fuerit. Decimus troch.est tetr.cat.In 11. vel creticus est loco tertio,vel tuis monosyl.&s,in Habitus eliditur,vt sit versus iamb.tet.cat.cuiusmodi & 12.Sed in eo vel Hem extra carmen est,vel eliditur i,in Filia,vel denique,quod malim,creticus est loco secundo.Et Rogitare æquom est,legendum,non,Rogare est æquum. Decimũtertium Doct.acat. iudicauit,vt Ni,pro,Nisi,legatur,& Cui sit dissyl.posset aliter scandi,sed nolo esse nimis anxius in re non magna.Sequẽtem inde Doct.troch.tetr.acat. iudicauit,qui est vere iãbicus tetr.cat.In eius primo loco dactylus est.In 2.anapæstus. Decimumquintum iambicum cat. idem ait, q̃ est vere acat. Sed 16.iamb.cat.est,sicut tres deinde sequentes.Sed in 17. Adeo per, pro anapæsto legẽdum,vel pæane vltimo,& Prę.eliditur in Prę optares. In 18.vel i,in Firmiorem eliditur,vel,quod malim,creticus est loco secundo.In 19.s,eliditur in Aduersus,& Tui monosyll.est,denique creticus loco quarto. [Ego etiam illorũ esse hanc culpam credidi,quæ te est penes)Qui nunc sequũtur num. 31.omnes sunt trochaici tetr.cat.Primus tribrachyn habet loco primo.

primo. Ita ſecundus, in quo Mihi monoſ. totum eliditur. In 3. de hac re legendum puto, non Ex hac re. Quemadmodum, & poſtea Sc. 2. Act. 5. verſu 19. niſi quis d, in Quod elidere velit, vt ſecundo loco ſit dactylus. In 4. verſu vel Tua monoſ. vel creticus eſt loco quinto. In 5. m, non eliditur in Cum. Aldi liber præterea habebat duas particulas. Et qui ante verbum Pernoctaret. Sed altera tollenda eſt. In 6. Ioan. mauult legere Mauolo quam Malo ad finem verſus quod placet. In 7. vel Prius monoſyl. vel bacchius loco ſecũdo. In 8. trochæus eſt loco quinto. In 10. Eandem diſſyl. & Ceſſaſti legendũ, non Ceſſauiſti. In 11. i, in Filiam abijcitur. In 12. Id eliditur à ſuperiore verſu. In 16. aut Eũ monoſyll. aut creticus loco ſexto. In 22. vel s, in Satis eliditur, vel creticus loco ſecundo. In 24. amphibrachys eſt loco primo. In 26. Senſti legendum, non Senſiſti. In 27. Cuius diſſyl. eſt. In 30. vel Meis diſſyll. vel creticus loco tertio, & verbum Qui, ponendum ante verbum Parere. [Nullã pol credo mulierem me miſeriorem viuere) Sequentes deinde ad finem vſque ſcenæ ſunt iambici tetr. acat. omnes. In quorum tertio Aedepol prima breui. & s, in Leuius eliditur. In 4. Eius diſſyl. In 5. vel Mihi ſcandendo totum eliditur, vel creticus eſt loco primo, & Relliquum epentheſi ll, geminat. In 6. Cuius monoſ. eſt. In pen. vel i, in Simul eliditur, vt fiat monoſyl. vel pæan ſecundus eſt loco primo, vt dactylo initio apponatur ſyllaba. Denique in Vereor poteſt u, euaneſcere, vt ſit proceleuſmaticus loco primo. quantum ego pæana malim.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Soſtratæ purgationem habet de Philumena abſceſſu. Eadem Soſtrata rus habituram ſe filio pollicetur, ne impedimẽto ſit, quo minus redeat Philumena. Filius contra matri ne id faciat diſſuadere conatur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac ſequenti ſcena, Soſtrata filio ſe purgat de Philumenæ vxoris abſceſſu, ſimulq; ſe rus abituram pollicetur, ne obſtet reliquis ſua moroſitate, ne ue quo minus Philumenæ ad Pamphilum redeat, impedimento ſit Pamphilus vero contra ne id faciat, obnixe diſſuadere conatur.

Iambici Tetrametri Acatalectici.

SOSTRATA, PAMPHILVS.

NON clam me eſt mi gnate, tibi me eſſe ſuſpectam, vxorem tuam
Propter meos mores hinc abijſſe: etſi ea diſſimulas ſedulo:
Verum ita me dij ament, itaq. obtin gant ex te, quæ exopto mihi, vt
Nunquam ſciens commerui, merito vt caperet odiũ illam mei:
Teq. ante quàm me amare rebar, ei rei firmaſti fidẽ:
Nam mihi intus tuus pater narrauit modo, quo pacto me habueris
Præpoſitam amori tuo: nunc tibi me certum eſt contra gratiam
Referre, vt apud me prẽmiũ eſſe poſitum pietati ſcias.
Mi Pamphile, hoc & vobis, & meæ commodum famę arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo me eſſe certo decreui patre,
Ne mea p̃ſentia obſtet, neu cauſſa vlla reſtet relliqua.
Quin tua Philumena ad te redeat. P. queſo quid iſtuc conſili eſt?
Illiu' ſtultitia victa, ex vrbe tu rus habitatum migres?
* Non * Haud facies: neque ſinam, vt qui nobis mater male dictum velit,
Mea pertinacia dicat eſſe factum, haud tua modeſtia.
Tum, tuas amicas te, & cognatas deſerere, & feſtos dies
Mea cauſſa, nolo. S. nihil iam mi iſtæc res voluptatis ferunt:
Dum ætatis tempus tulit, perfuncta ſatis ſum: ſatis iam tenet
Studiorum iſtorum: hæc mihi nunc cura eſt maxuma, vt ne cui meæ
Longinquitas ætatis obſtet, mortem ue * exoptet meam. * expectet
Hic video me eſſe inuiſam immerito: tempus eſt concedere,
Sic optume, vt ego opinor, omnes cauſſas præcidam omnibus,
Et me hac ſuſpectione exoluam, & illis morẽ geſſero.
Sine me obſecro effugere, volgus quòd male audit mulierum.
P. Quàm fortunatus ceteris ſum rebus, abſque vna hęc foret,
Hanc matrem habens talem, illam autem vxorem. S. obſecro mi Pamphile,
Non tute incommodam rem, vt quæque eſt, in animum inducas pati.
Si cetera ſunt ita, vt tu vis, itaq. vt eſſe ego * illam exiſtumo, * illa
Mi gnate, da veniam hanc mihi, reduc illam. P. væ miſero mihi,
S. Et mihi quidem: nam hæc res non minus me male habet, quàm te gnate mi.

NON clã me eſt) In hac ſcena, velut qualitas negocialis in diſputationem venit, iuſtum ne ſic repudiari coniugem cauſa matris, & omnino qd̃ fieri debeat. [Non clam) Vero ordine à purgatione ſui incipit mater abitura, ne q̃ diſcedit, ira cundiæ videat. [Tibi me eſſe ſuſpectam). i. in ſuſpicionem veniſſe. [Vxorem tuam Propter meos mores hinc abijſſe) Blandius vxorem ſignificauit, quam ſi diceret Philumenam. Et mores, ꝓprie ſenum dñr, vnde ſenectus moroſa, & moroſi hoies, qui ſui cuiuſdam moris ſunt. [Etſi ea diſſimulas ſedulo) ea. i. quę ſcio. & ea, pro eam rem, ſed abſolute occurrit ſuprale ſniæ, & gñe neutro. & eſt ordo. Etſi ea diſſimulas ſedulo, nõ clam me eſt, &c. [Verum ita me dij ament) Cõiectura quæ ſoluit̃ iureiurando. [Nunq̃ ſciens commerui) Bona exceptio, q̃a poſſumus aliquem inſcienter lędere. quæ res ad veniam pertinet. [Itaq. obtingant ex te) Pro ſe iurat, & ita rem Pamphilo ꝓbat, vt blanda ſit. [Itaq.) Duæ partes or̃onis. [Vt Nunquam ſciens) hic ordo eſt iuſiurandi, vt cum prępoſuerit ita, ſequatur vt Cic. Ita velim mihi Deos propitios, vt cum illius tpis mihi venit in mẽtem, &c. [Merito vt caperet odium illam mei) Bene dixit merito. nam vt nos immerito quis non oderit, non eſt in nr̃a manu hęc eſt exceptio. Plaut. in Trin. Quin dicant, non eſt, merito ne dicant, id eſt. [Merito vt caperet odium illa mei) Id. n. eſt culpa ſine merito. [Teq. ante q̃ me) Deeſt tam, vt ſit ordo, Et q̃ te amare me rebar, tñ firmaſti fidem ei rei. [Teq. ante q̃ me amare rebar, ei rei firmaſti fidem: Ordo & ſenſus hic eſt, Et quod ante rebar, ei rei firmaſti fidem meam. neque me fefellit, quod ante rebar, te me amare. nam ei rei firmaſti fidem. i. probationem attuliſti. [Nã mihi tuus pater) Dixit. n. ſupra, Atq; in eam hoc oẽ quod mihi ægre eſt euomam. potuit. n. euomendo narraſſe, q̃ matrem filius præpoſuiſſet vxori. [Tuus pater) Familiarius q̃ ſi diceret, Laches. [Præpoſitam amori tuo) Plus dixit. amori tuo, quam ſi, vxori tuæ, diceret. [Vt apud me præmium eſſe poſitum pietati ſcias) Laborat mulier, ne quod dictura eſt, odio, aut dolore, aut certe ira facere videatur. [Præmium eſſe poſitũ pietatis) Sic Virg. Hic pietatis honos, ſunt hic ſua præmia laudi. [Mi Pamphile, hoc & vobis, & meæ commodum) Rem duram dictura, vide quantis præblanditur verbis, remq̃ præmolliat, Nunc tibi me certum eſt contra gratiã. Contra nunc, viciſſim. DON.

[Et

[Et meæ commodum famæ) Ab honesto. [Mi Pamphilæ, hoc & vobis, & meæ) Principium hoc aliquid est præcantis fœminæ. A blandimento ergo incipit, vt libenter audiat. [Ego rus abituram hinc cum tuo me esse certo decreui patre) Certo dixit, ne sit dissuadendi locus. [Cum tuo me esse certo decreui) Ad hoc addidit, certo decreui, vt non audeat dissuadere filius. [Ne mea præsentia) Non dixit iam culpa, sed præsentia. [Quid istuc consili est?) Bene quia illa decreui dixerat. [Illiu') A persona. [Stultitia) à causa. [Victa) Non enim volens. [Vrbe) A loco. [Tu) A persona. [Habitarum) A facto. [Illiu' stultitia victa, ex vrbe tu rus habitatum migres?) Vide quàm oratorie omnia congesserit, à personis, à causis, à locis, à factis. [Illiu' stultitia) Ab vtili. [Mire autem, & Rus, & ex vrbe, & habitatum, dixit. [Vt qui nobis mater maledictum velit) Ab honesto. [Non facies, neque si nam) Primo non facies, deinde, si facere perseueraueris, non sinam. [Et, non facies, non est interdicentis, sed, q. d. Scio te non facturam rem tuam prauam. Sunt autem qui neque Sinam iungant interioribus. sunt qui totum contexte legant, non facies, vsque, Modestia. [Mea pertinacia dicat esse factum) Bene retinet, cum vult sua interesse ne fiat. [Tum Tuas amicas te) In dissuadendo commiscuit, & honestatem, & vtilitatem. [Mea causa nolo) Non est superbum nolo, sed consuetudine dicitur. [Nihil iam mihi istæc res) Contra omnia. Et ab vltimis incipit. [Istæc res) Amicæ, cognatæ, dies festi. [Dum, ætas, tempus tulit) Tulit pro passum est, permisit. & in bonis enim, & in malis dicitur. [Dum, ætas tempus Tulit, perfuncta satis sum) Si, inquit, meæ voluptatis causa exercenda sunt, iam non delectant, si officijs ac religionis, iam non possum, quæ sim anus. [Necessario diuisio, quæ illæ, & religionem incusserat festorum dierum. [Dum ætas, tempus tulit) Non, inquit reprehendat, quæ cum potuerim, perfuncta satis sum. Sic Virg.

Sat patriæ, Priamoq; datum.

[Satias me iam tenet) Nimis maternæ atque aniliter. [Hæc mihi nunc cura est maxima) Hoc nimis serio pronunciandum. Et ne cui odiose, ne tibi diceret. [Vt ne cui meæ longinquitas ætatis obstet) Hoc ad nutum, expectationem ad filium refert hinc enim odio digni parentes, expectati appellantur. [Longinquitas ætatis obstet, Mortem ue meam) Cum sedulo agat socrus, ne quid per iracundiam statuisse videatur, vide tamen vt intermiscatur indignatio, & multa dolore deprompta sint, quod poëta non inuitus facit, ad mores exprimendos, personasque reddendas. [Hic video me esse inuisam immerito) Quia rus decreui pergeres non quasi nurum vitatura, sed locum. [Et mire inuisam, & non addit cui, sed, dixit Tempus est concedere) quia anus sum? an quia nurus in domo? [Omnes causam præcidam omnibus) Bene omnibus, ne specialiter læsisset nurum, & generaliter dixit. [Et illis morem gessero) Mire illis, non nurui. Et morem gessero, acriter dictum, vt ostendat hoc illos olim voluisse vt expelleretur. vt si dicas inimicum tibi morem gessisse, quòd se suspenderit. [Sine me obsecro hoc effugere) Quia dixerat maritus eius, Omnes socrus oderunt nurus. [Sine me obsecro hoc effugere) Potentissimum est ad extorquendum aliquid argumentum, cum illis quibus cari esse debemus, nostra causa potius, quam illorum, dicimus velle nos, aut nolle quod facimus. nam & Pamphilus supra sic dixit, Non facies, neque sinam. [Quod male audit) Supra dixit. Ab honesto. [Absque vna hæc foret) absque extra, vt sit aduerbium magis, quam præpositio, & vna, Res subaudienda. Et totum ἀποφατικῶς, statimque iungendum, Hanc matrem habens talem illam autem vxorem. Vel certe, Absque foret, pro abesset. Alij hac de vxore dici putant, vt absque sit præpositio. [Non tute rem incommodam, vt quæque est, in animum inducas pati) Horat. Durum, sed leuius fit patientia. Quidquid corrigere est nefas. [Si cetera sunt) Bene cetera, absque vno dicenti. [Itaque vt esse ego illam existimo) Quia potuit dici ei, O socrus, ergo dubitat de integritate nurus, addidit. Itaque vt esse ego illam existimo. [Da veniam hanc mihi) Mihi propter quam putas non reducendam. [Væ misero mihi) Nec negat, nec promittit, sed intumescit, vtpote qui penitus dolore commotus æstum animi dissimulare non potest. [Væ misero mihi) Nihil potuit pro rerum qualitate respondere, nisi vt ingemiscere. [Et mihi quidem) ἀχθος quid enim, & mihi? an ei? multa sic in vsu nostro sunt.

GVID. NON &c.) Hic Sostrata, & filio se purgat se abscessu vxoris, & simul se abituram rus pollicetur, ne obstet sua præsentia quo minus Philumena redeat. S. O mi gnate. i. Pamphile non est clam me. i. nō ignoro. me esse suspectam. i. in suspicione tibi. vxorē tuam abijsse. i. abscessisse hinc propter meos mores forsitan iniucundos. etsi. i. quamuis dissimulas. i. celas, non ostendis, sedulo. i. sine dolo instanter. ea. i. eam rem. s. me esse suspectam tibi. verum Dij ita me ament, iurādi modus est. & ita ea quæ opto ex te obtingant mihi, vt. i. sicut. nunquam sciens. i. cōsulto, dedita opera, commerui. i. male de ea sum merita. commeremus mala tantum, vt commerui. i. digna fui, vt illa vxor tua caperet odium mei merito. i. quod odium meruerim. Et quam. i. quantum, rebar. i. putabam, ante. i. prius te amare te tam sup. i. tantū, firmasti fidem. i. adhibuisti probationem ei rei. s. amori tuo, in me, nam pater tuus Laches, modo. i. paulo ante, narrauit mihi intus, quo pacto. i. quo modo, habueris me propositam. i. præposueris me tuo amori in vxorem, Nunc contra. i. ediuerso, vicissim, certum est mihi. i. constitui, ac deliberaui, me referre gratiam. i. reddere beneficiū tibi, vt ò mi Pamphile scias præmium. i. mercedem esse positum apud me pietati. i. pro pietate, & intimo affectu tuo in parentem, illud autem præmium intelligit esse, si ipsa cum Lachetus secedat, & reditui Philumenæ non obstet, arbitror hoc. s. quod volo facere, esse commodum. i. consentaneum, vtile vobis. i. tibi & Philumenæ, & etiam meæ famæ ne videar esse diuortij causa, certe ego decreui. i. constitui, me esse abituram. i. discessuram, rus. i. in agros hinc. i. ex hoc loco, cum tuo patre. s. Lache marito meo, ne. i. vt non, mea præsentia obstet. i. impediat, neu. i. & vt non, vlla causa restet reliqua. i. relinquatur, quin. i. quòd non, tua Philumena redeat à te Pamph. quæso? quid consilij. i. quod consilium est istud. i. tuum, q d. quid sibi vult tuum propositum, vel quale est istud propositum, vt tu victa. i. mota, stultitia. i. per stultitiam illius Philumeno nigres. i. discedas, rus habitatum. i. ad habitandum ruri haud. i. non, facies. i. non migrabis rus, neque ego sinam. i. patiar te id esse facturam, vt. i. ne non, ò mater is, qui velit maledictum. i. maledicere nobis, dicat id esse factum. s. quia migraueris rus mea pertinacia. i. mea obstinatione, & perseueranti importunitate, haud. i. non dicat esse factum tua modestia, tum. i. deinde, ego nolo te deserere. i. derelinquere tuas amicas, & cognatas, & nolo te deserere dies festos, qui celebrantur frequentes in vrbe, mea causa. i. propter me, vt tu mihi gratificer. s. Sostr. pol, iurantis, iam. i. nunc, iste res, quas dicis. s. amicæ, cognatæ, dies festi, nihil voluptatis. i. nullam voluptate ne minimam quidem, ferunt. i. afferunt mihi, dum. i. quandiu, tempus ætatis tulit. i. passum est, vel postulauit, ac permisit, satis perfuncta sum illis rebus. i. sufficienter sum illis rebus vsa, & quidem vsque in finem temporis illud ferentis. Perfunctus periclis dicitur qui pericla finiuit, similiter perfunctus magistratibus qui magistratus administrauit, & eos ad finem vsque perduxit, iam satietas. i. tædium istorum studiorum. i. istarum applicationum animi, tenet me. i. iam harum rerum sum tædio affecta, nunc hæc cura est mihi maxima. i. maxime hoc curo quod sequitur, vt. i. quòd, ne cui. i. non alicui, mea longinquitas ætatis. i. mea longa vita, vel diuturnum spatium vitæ meæ, obstet. i. noceat, sit obstaculum alicui, vel ne quis exoptet mortem meam, quod fieri solet de senibus, qui expectati appellantur, quòd eorum mors ab hæredibus expectetur, video. i. conspicio, me esse inuisam. i. odio habitam, hic. i. in hac vrbe, ideo abeundum est rus, & quidem immerito. i. injuria, & cum non meruerim, tempus est concedere. i. abire, & locum dare, sic. i. concedendo ego optime præcidam. i. rescindam, compositum à præ & cædo is, pro scindo, & ideo præcidam. i. amputabo, auferam, abrumpam, omnes causas omnibus. i. omnes occationes omnibus auferam, odio me prosequendi, & mortem meam optandi, & exolnam. i. explicabo me liberabo me, hac suspicione. i. ea opinione falsa, quæ de me habetur, & morem gessero. i. sic complacuero illis, & est eo modo dictum, quemadmodum si diceretur, inimicus tibi morem gessisse quòd se suspēderit, obsecro sine. i. permitte, me effugere hoc vulgus. i. hoc vulgare genus mulierū, quod vulgus male audit. i. de quo genere mala dicuntur, nā male audiui non potest nisi prius mala dicantur. P. Quam. i. quantum, exclamādo legatur, fortunatus sum. i. felix ceteris rebus. i. in alijs rebus, absque hęc vna res. s. discessus matris rus foret. i. accideret, qui modus loquēdi per absque, vulgo, dici solet hoc modo, Ego eram satis afflictus in alijs rebus, sine hoc, quòd hæc res accideret, vel absque q hæc res accideret, sed melius est imitātes Terent. dicere. Eram satis in ceteris rebus vexatus absque hoc contingeret, vbi Don. dicit, absque esse aduerbium potius quàm præpositionem, quod ex eo constat, q sine suo casu appositum est, q ergo fortunatus sum in ceteris rebus absq; hæc vna res foret habens. i. qui habeo hanc matrem talem, quæ nullis meis flectatur doloribus, autem. i. sed, habēs inquam illam vxorem, quę. s. grauida sit facta ex alio, q ex me, vti tunc existimabat. S. O

mi

mi Pamphile obsecrò vt sup.tute.i.tuipse,nõ inducas, animum .i. non velis,non tibi persuadeas pati .i. ferre,rem incõmodam .i.infelicem,non opportunam, vt.i.secundum q̃ quæque res in commoda est, q. d. non apponas animo tuo res incommodas secundum oẽm earum incommoditatem,sed q̃dquid erit illud ferendo superes.Si cetera prẽter meum discessum sunt ita vt vis, & si vxor supp. est ita vt sicut existimo illam esse,ò mi gnate,da mihi hanc veniam.i.permitte vt rus secedam cum tua venia,reduce pro reduc illam Philumenam. P. Ve misero mihi.i.sum bene infelix,& maledictus,& h.d.ingemiscens. S. Et quidem ve mihi miseræ,ẽt vt tibi.i.ẽt sum infelix in hac re, vt tu, nam hæc res ò mi gnate non minus male habet .i. tractat me,q̃ habet te.

LATO. ARGVMENTVM) Sostrata denunciat serus abiturã & locum daturam Philumenæ,quare augetur perturbatio Pamphili.[Verum ita me Dij)Purgatio. [Teq̃. antequam)Rebar te illam plus amare q̃ me,nam,ante comparationem significat. vt anteponere,anteferre.[Nunc tibi)Honesta tõ,ne temere hoc facere videaẽ,&ne recuset Pamphilus.[Quæso) Recusatio Pãphili,quam confirmat à futura infamia,& ab indigno.[Nihil iam) solutio,ab ętate,item à iusto,& vtili.Attende autem quomodo poëta studeat omnibus modis in hac fabula, bonam socrum inducere,sicut paulo post bonam meretricem. [Quam fortuna) Magis accenditur Pamphilus matri bonitate,& absque,pro nisi ponitur,aduerbialiter. [Væ misero) Interiectio dolentis.

PETR. MARS. NON clam me) Adolescentis bene morati, & ad virtutes instructi debitum officium,qui,quantum parentibus debeat, agnoscit,nec propter suam ipsius commoditatem, aut vsum parentibus suis quidq̃ incommodare prẽsumit,hac scena exprimitur. Debemus.n.nostros mores sic comparatos habere,vt non nostræ libidini inseruiant,& ob id parẽtibus,vt in mẽrore sint, causam dare,sed omnibus modis ita obedire, vt de nostra pertinacia & insolentia nihil,quod quẽri possint,habeãt. Arist.Pol. 3.Parentum est liberis,ea quæ vsui sunt,aut esse possunt,prouidere liberi rursus parentum vtilitatem, & negocia suis ipsorum cõmoditatibus longe præferre.[Satias)Veterum sermo est,pro satietas. Sal.hist.lib.11. In saltibus occupatis tum externorum agros inuascere,frumentiq. ex inopia graui satias facta. Lucil. Quid mihi proderit? satias te iam omnium rerum tenet facta.

GLAR. EIVSDEM gñis cum proximis. hi sunt versus iambici tetr. acat. Et vix alia scena,in qua pronomina Meus, Tuus sæpius vel comprimantur,vel creticos bacchiosq̃. constituant.In 2.itaque carmine vel Meos monosyl. est,vel bacchius loco secundo. In 3.dij corripitur,non eliditur,& Exopto legendũ. In 4.Vt eliditur à superiore versu. In 5.Valde abundat,nec veteres hñt lib. & Ei rei legendum, quod rectè annotauit Ioan. vt post spondeum,ac tres iambos sit anapæstus, deinde spondei duo cũ pyrrhichio. In 6. possunt duo cretici esse initio,vel Mihi monosyl.totum eliditur,ac s,in Tuus abijci.Sic in 7.vel creticus est loco tertio,vel Tuo monos. Ita in 9. & coniunctio geminãda est, & Meæ monosyl.vel bacchius loco quinto. quod & in quinto versu dici poterat. In 10.eodem modo de Tuo dicendum. In 12.d,eliditur in Quid,& duo ij,penitus in Consilij.In 13.Illius disyl.In 15.Mea,cia,Tua,monosyllaba,aut bacchius locis primo ac tertio,creticus loco sexto. In 16.creticus loco primo,ni Tuas monosyl.dixeris. Et nota Amicam in bonum,quod rarò est. In 17.bacchius loco primo,aut Mea monosyl. In 18.asyndetos quidam legunt Dum ætas,tempus tulit. atque ijdem elidunt s,in Tempus.Alij ætatis legunt. atque illi idem s,elidunt, sed Me non legunt post Satias,vt Aldi liber.In 19.Cui monos. & Ioan.Meæ,pro Mea legendum existimat,quod placet.In 20. Don. Expectet legit,non Exoptet,& rectè. In 23.Suspicio videtur secunda producta,vt sæpius alibi. In 4.à fine Rem post Incommodam legendum. In antep.rò Ita non est in vetere lib.quod si tamen legitur, creticus erit loco sexto, nil, de illam Elidas. In vltimo s,in Minus eliditur.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Reconciliantur, & omnè bellum inter se componunt vir & vxor. Monetur Pamphilus, vt vxorem reducat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena colloquium est,in quo reconciliatio viri atque vxoris post frequens iurgium continetur. Deinde disputatio, & consilium Pamphili de non reducenda vxore.

Iambici & Trochaici mixti,Senarius vnus. Dimeter item vnus.

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILVS.

VEM cum istoc sermonem habueris procul hinc stans accepi vxor:
Istuc est sapere,qui,vbicunque opus sit, animum possis flectere,
Quod faciundũ fortasse sit post idea, hoc nunc si feceris.
S. Fors pol fuat. L. abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres.
S. Spero mecastor. L. i ergo intro,& compone, quæ simul tecum simul
Ferantur: dixi. S. ita vt iubes, faciam. P. pater.
L. Quid vis Pamphile? P. abire hinc matrem? minime. L. quid ita istuc? P. quia
De vxore incertus sum etiam quid facturus siem. L. quid est?
Quid uis nisi reducere? P. equidem cupio,& vix contineo: sed
Non minuam meum consilium: ex vsu quod est, id persequar.
Credo, si non redducam, ea gratia concordes magi' fore.
L. Nescias: verum id tua refert nihil, vtrum illæ fecerint,
Quando hęc abierit: odiosa hęc æta'st adolescentulis:
E medio æquom excedere est: postremo iam nos fabulæ
Sumu' Pamphile, senex, atque anus.
Sed video Phidippum per tẽpus egredi: accedamus.

VEM cum istoc sermonem habueris) In hoc colloqo reconciliatio senum est post iurgium, mixta disputatione Pamphili de non reducenda vxore.[Procul)Procul,nunc prope.[Hinc stans accepi vxor)Accepi,audiui.Et modo,vxori ante,mulier.& de vxore,Dij mala ꝓhibeãt. [Istuc est sapere) ἄνω καὶ τὸ istuc,exceptiue dictũ, quasi cetera stulte fecerit. & simul stomachum retinet quo repræhendat cetera. [Qui, vbicunq; opus sit) Qui,pro quæ,interdum abundat. [Animum possis flectere) Modo nõ alienum animum,sed suum flectere. & vnde flectere? à iurgio ad modestiam,ex concessione,ex domo.[Animum flectere)Ad hoc flectere animum dixit,vt ostenderet ne nunc quidem purgatam apud se Sostratam de præterita culpa.[Quod faciundum fortasse sit post)Hæc ẽt sententia videri potest gñalis,& deest Ad id,vt sit, flectere ad id, quod faciundum. Potest & absolute accipi,Quod,pro,quæ res facienda sit. [Quod post faciundum sit).i.concedendum. & vim necessitatis hoc verbum exprimit. [Fors pol fuat) Fortuna faueat,quasi τῷ ὀφημισμῷ aduersus triste dictum vsa est. nam fors fortuna bona est. Et fuat, sit significat. dixerat enim ille, Quod faciundum sit post fortasse. [Fors fuat pol) .i. bona eueniat. quasi τῷ ὀφημισμῷ dicat,Bona dicito potius. An bona fortuna sit per Pollucem? [Abi rus) Hortantis est ad celeritatem. Virg. Ergo age care pater,cerui imponere nostræ. [Ibi ego te,& tu me feres) Non dixit. Ibi nos inuicem delectabimus,sed quia senex atque anus est,ego te,& tu me feres,dixit. Et simul quia nuper incusauerat mores senum,reuocare vult causam abscessionis suæ,& ad filij culpam aut nurus. [Ibi ego te,& tu me feres) Aut quia noti inter nos sunt mores nostri, aut quia vtrique vna ætas est. & sic pronuncia,quasi hoc ipsum necessitate decernat senex, cũ dicit, Abi rus. Ergo hinc. [Ibi ego te,& tu me feres,ipsa pronunciatio querelam continet de filijs,& senectute.[Spero mecastor)

DON.

flor) Mire non confirmauit mulier, sed sperare se dixit, memor iurgij pristini, & senilis amaritudinis, maxime quòd & ille non dixit, ibi nobis iucunde erit, sed ibi ego te, & tu me feres. [I ergo intro, & compone, quæ simul tecum simul Feramur) παμφιλῳ χαριζόμενοι & vsu quotidiano, satisque moraliter, quia Mulieres dum moliuntur, & dum comuntur, annus est. [Dixi) Denunciatio est confirmandæ sententiæ, nec mutandæ, & translata est de foro, & causidicis. Cic. Preco dixisse pronunciat. [Dixi) Hoc verbum in fine additum superiora confirmat, & est proprium his qui perorauerint causam. [Pater) Ipsum nomen dehortationem significat, adiecta pronunciatione. [Pater) Sic pronuncia, vt hoc vultuose dictum sit, Hinc abire matrem? [Quid vis Pamphile?) Facete præsto; Quid vis respondit. [Quid ita istuc?) Rem supra audiuit & personam, nunc causam quærit, q.d. Esto vt nolis, quid tantopere non vis? [Incertus sum etiam quid facturus siem) Non quid faciam dixit. sed, quid sim facturus, vt incerta molimina etiam verbis posset ostendere. [Quid est?) Et, Quid ita istuc vis, &, Quod est, eo vultu pronunciantur, vt consilium eius & verba videatur contemnere pater. [Quid vis, nisi reducere?) Sic loquitur Laches, vt aliud Pamphilus respondere non audeat. & ideo dicit. [Equidem cupio, & vix contineo) Vt reducam. s. Adeo magna causa est non reducendi, vt cum velim, non possim. [Sed non minuam meum consilium) Caute satis, Reducendi, inquit, cupiditas est, non, reducendi consilium. [Id persequar) Non sequar, sed persequar, vt constantiam demonstraret. [Credo ea gratia concordes magi') Sententiose dixit, tunc posse inter se congruere, & concordare mulieres, cum & illa esse desierit socrus, & illa nurus. hæc enim inter illas est dissidiosa coniunctio, & satis ingeniose dictum. Tolle enim inter mulieres proximitatem, & nulla causa discordiæ est. [Concordes magis) Non magis concordes verum pro minus discordibus dixit. an vt seruiret sententia? [Nescias) Vtrum concordes futuræ sint, an discordes. [Verum id tua refert nihil) Hoc verbum ex aliqua parte confirmantis est & consentientis. [Vtrum illæ fecerint) vtrum consentiëtes sint, an dissentientes. [Vtrum) Vnum de duobus significat. [Odiosa hæc æta'st adolescentulis) Supra in personam socrus culpam iratus contulerat discordiæ, nunc & vxori placatur, & nurui parcens, odiorum causam à personis transtulit ad ætates, sed ita tamen, vt magis iuniores accusaret, ei de adolescentibus quæstus, cum miseratur senes. [Odiosa hæc est ætas) Hæc, cum gemitu pronunciandum est. [E medio æquom excedere est) Vtrum ex vrbe rus, an ex vita in mortem? Et satis moraliter. nam in medio stare dicitur superuacuus vel molestus. Et cum stomacho dixit senili. [Senex, atque anus) Hæc duo nominauit * caput indicat, & inceptionem huiusmodi fabularum. Iam nos fabulæ sumus. [Senex, atque anus) Pronuncia senex, atque anus, quasi initium fabulę τῷ ἀκροατῇ additum, Pamphile. [Per tempus) Opportune.

GVIDO.

QVEM &c.) In hoc colloquio reconciliatio senum est post iurgium mixta disputatione Pamph. de non reducenda vxore. L. O vxor, ego stans procul hinc. i. non longe ab hoc loco. nam Don. vult hic capi procul pro prope. accepi. i. audiui. quem sermonem habueris cum isto filio nostro Pamph. istud est sapere. i. ista est tua sapientia. qui ablatiuus est. i. quo sapere. siue qua sapientia, possis flectere. i. conuertere animum ad id sup. quod fortasse faciundum sit postea ab aliquibus alijs tuo exemplo, si nûc feceris hoc idem. i. concesseris rus. S. Fors. i. bona fortuna, pol. i. per pollucem, fuat. i. eueniat, nam fors (vt inquit Donat.) est bona fortuna, vel melius id sup. quod dixi fors. i. forte, vel fauente fortuna, fiat. i. efficiatur. Virg. Fors, & vota, f. r. à donis, q. d. cõfirmando se esse paratam abire ros. pol fors. i. fortuna fauente. efficiatur. i. eatur rus, & compleat quod cum filio sum collocuta. vbi fors est aduerbium, quod exponitur per ablatiuũ nominis. sicut pol per accusatiuum cum per, per pollucem. L. Ergo quia ita vis, abi rus. i. secede in agros. hinc. i. ex hac vrbe, ibi. i. ruri, ego te ferã sup. i. patiar tuos amores seniles, & tu quoq; meos feres. S. Mecastor. i. p ędē castoris, iuramentũ est mulicbre. Spero. i. confido, me laturam mores tuos. L. i ergo. i. vade, intro. i. in domum nostram, & compone. i. adapta, dispone ea quæ ferãtur simul. i. vna tecum. dixi hoc verbum in fine additum superiora confirmat, & est proprium his, qui peroranerint causam, hic aũt sententiam confirmat, & est mutuatũ à foro, & causidicis. S. Ita vt iubes, faciam. i. vis, vel precipis. P. O pater, hoc, vultuose pronunciandũ est, nam prę dolore Pamph. sermonem producere nequit. L. Quid vis Pamphile? P. Volo sup. matrem meã minime .i. non, abire. i. discedere, hinc .i. ex hac vrbe Athenarum. L. Quid. i. cur vis, ita istuc? s. matrem non abire. P. Quia incertus sum etiam quid facturus siem de vxore. L. Quid est? propter quod incertus es, Quid vis facere, aliud nisi reducere? i. resume te eam. P. Equidem cupio reducere eam, & vix contineor. i. vix contineo me, quin eam reducam. sed Non minuam .i. diminuam. meum consilium .i. meum propositum, ego prosequar .i. vsque ad finem perducam id, quod ex vsu .i. ex vtilitate mea, siue mihi vtile. Credo matrem & vxorem fore. i. futuras esse concordes, ea gratia .i. ea causa si non redducam. L. Nescias sint futuræ concordes nec ne ea causa, nequeas. i. non possis eas concordes efficere, verum. i. sed. id nihil. i. nequaquam. refert tua .i. nihil ad te attinet. vtrum. i. quod ex duobus, siue concordiam siue dissidium. illæ mulieres fecerint, quando hæc mater tua abierit rus, hæc æta'st senilis odiosa. i. tædiosa, molesta, inuisa, exosa adolescentulis, æquom est nos senes excedere. E medio .i. vel recedere ex vrbe rus, vel ex vita in mortem. in medio stare dicitur superuacuus vel molestus. postremo iam ò Pamphile nos. s. ego senex, & mater anus. Sumu' fabulæ .i. præstamus materiam risus, & fabulandi de nobis, quasi senex, & anus sint initium fabulæ. sed video Phidippum egredi per tempus. i. tempestiue, opportune, accedamus .i. eamus ad eum.

ARGVMENTVM) Soſtrata accingitur itineri, vt rus abeat, frustra deprecante Pamphilo, quo magis etiam ille perturbatur. [Istuc est sapere) probat consilium vxoris Laches. [Fors fuat) pro fiat. i. fortunatum sit. [Dixi) Stabilis confirmatio, quæ mutanda non sit. & est translatum à causidicis. [Minime) Subaudi decet. [Equidem cupio) Acuta, & honesta responsio, cupio, sed non est consilium. Latenter autem innuit affinitatem esse causam discordiæ inter mulierculas qua sublata pax futura sit. [Odiosa est hæc) Phidippi ratio, cur Soſtratæ potius abscedendum sit: LATO.

QVEM cum) Senes omnes apud adolescentes vel in ea ętate contemptos esse, & nihili pendi, sed tanquam viles, & abiectos, & ab omni vitæ communione reiectos, ostendere poëta volens hoc Lachetem dicere fecit. [Fabulæ sumus) Quidquid contemnitur, & tanquam nihil æstimatur, fabulam auctores vocare solent. PETR. MARS.

GLAREANVS.

HÆC scena non vt parua est, ita etiam facilis, quam tamen Ioan. ne vno quidem verbo attigit. Primus versus est iambicus tetr. catal. Secudus ac tertius acatalectici, sed in altero s, in Opus eliditur, nisi creticus sit loco quarto. In altero. Idem ponendum ante post, vt loco quarto sit tribrachys. Nec impedit sententiã. Quartus versus est trochaicus tetr. catal. Sic quintus, sed in eo i, ratione sequentis vocalis corripitur. Simul aũt post Tecum ad finem ponendum. Sextus senarius iambicus est. Septimus iambicus tetr. catal. In quo vel Vis abijciẽdum, vel quod malim, creticus est loco secundo. Octauus troch. tetr. catal. Tres deinde sequentes iambici sunt tetr. acat. In quorum primo, Contineo trisyllabum est, duabus vltimis in vnam contractis syllabis, nisi qs pro iambo tribrachyn loco vltimo constituat, quod admodum rarum est. In 2. versu vel Meum monosyl. est, vel d, in Quod elidi tur, nisi vel hic creticum, illic bacchium cõstituamus. Tertius multas synæreseis habeat oportet, Sed commode ita legetur.

Ea credo gratia concordes, si non reducam, magis fore.

Vt ea sit monosyll. Gratia dissyllabum, & s, in Magis elidatur. Nam de creticis ac bacchijs identidem admonere non est opus. Duodecimus huius scenæ versus est troch. tetr. catal. in quo Tua monosyl. est. Sequuntur inde duo iambici acatal. quorum sequente non eliditur o, in verbo e, medio, sed corripitur. vt sit iãbus loco secundo, ac finiatur versus in verbo Fabulæ. Sequitur deinde penultimus dimeter iambicus auctor Doct. Sumus Pamphile senex atque anus. Vt s, in Sumus elidatur. Vltimus est iambicus tetr. catal. eodem auctore.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Natum puerum Laches resciscit. Pamphilum ad recipiendam vxorem ambo senes hortantur, ille negat, meretricii amorem incusat pater.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequẽti scenâ vltimus error est, vicinus, & varius: Nam omnes

tres

tres hic aliqua in re errant. Laches resciscens natum puerum, Myrrhinæ taciturnitatis incusat. Phidippus itidem confirmat. Inde ambo vehementer Pamphilum ad vxoris reductionem instigant, quod constanter hic & pertinaciter tenuit. Qui à senibus ferme conuictus ob puerum natum, ne prorsus succumbat, abscedit. Hi vero ob meretricium amorem eum id facere suspicantes, Bacchidem Stomachabundi conuenire decernunt.

Senarij.

PHIDIPPVS, LACHES, PAMPHILVS.

IBI quoque ædepol sum iratus, Philumena,
Grauiter quidem: nam hercle abs te factum est turpiter:
Etsi tibi caussa est de hac re. mater te impulit:
Huic vero nulla est. L. opportune te mihi
Phidippe in ipso tempore ostendis. PH. quid est?
P. Quid respondebo his? aut quo pacto hoc operiam?
L. Dic filiæ, rus concessuram hinc Sostratam:
* demũ Ne reuereatur, minus iã quo redeat * domũ. PH. ah,
Nullam de his rebus culpam commeruit tua:
A Myrrhina hæc sunt mea vxore exorta omnia.
P. Mutatio fit. PH. ea nos perturbat Laches.
P. Dum ne reducam, turbent porrò, quàm velint.
PH. Ego Pamphile esse inter nos, si fieri potest,
Affinitatem hanc sanè perpetuam volo:
Sin est, vt alter tua siet sententia,
Accipias puerum. P. sensit peperisse: occidi.
L. Puerum? quem puerum? PH. natus est nobis nepos:
Nam abducta à vobis prægnans fuerat filia,
Neque fuisse prægnantem vnquã ante hunc sciui diẽ,
L. Bene, ita me dij ament, nuncias: & gaudeo
Natum illum, & tibi illam saluam: sed quid mulieris
Vxorem habes? aut quibus moratam moribus?
Nos ne hoc cælatos tam diu? nequeo satis,
Quàm hoc mihi videtur factum praue, proloqui.
PH. Non tibi illud factum minus placet, quàm mihi Laches.
P. Etsi iam dudum fuerat ambiguum hoc mihi,
Nunc non est. cum eam consequitur alienus puer.
L. Nulla tibi Pamphile hic iam consultatio est.
P. Perij. L. hunc videre sæpe optabamus diem,
Cum ex te esset aliquis, qui te appellaret patrem:
Euenit: habeo gratiam dijs. P. nullu' sum.
L. Reduc vxorem ac noli aduorsari mihi.
P. Pater, si illa ex me libros vellet sibi,
Aut se esse mecum nuptam, satis certo scio,
Non me clam haberet, quæ cælasse intellego.
Nunc, cum eius alienum esse à me animum sentiam,
Nec conuenturum inter nos posthac arbitrer,
Quamobrem reducam? L. mater quod suasit sua,
Adolescens mulier fecit: mirandum ne id est?
Censen' te posse reperire vllam mulierem,
Quæ careat culpa? an quia non delinquunt viri?
PH. Vosmet videte iam Lache, & tu Pamphile,
Remissam opu' sit vobis, an redductam domum?
Vxor quid faciat, in manu non est mea:
Neutra in re vobis difficultas à me erit.
Sed quid faciemus puero? L. ridicule rogas.
Quidquid futurum est, huic reddas, suum scilicet,
Vt alamus nostrum. P. quem ipsa neglexit, pater.
Ego alam? L. quid dixti? eho, an nõ alemus Pamphile?
Prodemus quæso potius? quæ hæc amentia est?
Enimuero prorsus iam tacere non queo.
Nam cogis, ea quæ nolo, vt præsente hoc loquar.
Ignarum censes tuarum lacrumarum esse me?
Aut, quid sit id, quod solicitere ad hunc modum?
Primum hanc vbi dixti caussam, te propter tuam
Matrem non posse habere hanc vxorem domi;
Pollicita est ea se concessuram ex ædibus.
Nunc, postquam ademptam hanc quoque tibi caussam vides;
Puer quia clam te est natus, nactus alteram es.
Erras, tui animi si me esse ignarum putas.
Aliquando tandem huc animum vt adiungas tuum,
Quàm longum spatium amandi amicam tibi dedi?
Sumptus, quos feceris in eam, quàm animo æquo tuli?
Egi, atque orauì tecum, vxorem vt duceres:
Tempus dixi esse: impulsu duxisti meo.
Quæ tum obsecutus mihi fecisti vt decuerat.
Nunc animum rursum ad meretricem induxti tuum.
Cui tu obsecutus, facis huic adeo iniuriam.
Nam in eandem vitam te reuolutum denuo
Video esse. P. me ne? L. teipsum: & facis iniuriam,
Cum fingis falsas caussas ad discordiam,
Vt cum illas viuas, testem hanc cum abs te amoueris:
Sensitque adeo vxor: nam ei caussa alia quæ fuit.
Quamobrem abs te abiret? PH. plane hic diuinat:
nam id est.
P. Dabo iusiurandum nihil esse istorum tibi. L. ah,
Reduc vxorem, aut, quamobrem non opu' sit, cedo.
P. Non est nunc tempus. L. puerum accipias? nam is quidem
In culpa non est. post de matre videro.
P. Omnibus modis miser sum: nec, quid agam, scio:
Tot nunc me rebus miserum concludit pater.
Abibo hinc. præsens quando promoueo parum.
Nam puerum credo iniussu non tollent meo,
Presertim in ea re cum sit mihi adiutrix socrus.
L. Fugis? hem, nec quidquam certi respondes mihi?
Num tibi videtur esse apud sese? sine:
Puerum Phidippe mihi cedo, ego alam. PY. maxume.
Non mirum fecit vxor, si hoc ægre tulit:
Amaræ mulieres sunt, non facile hæc ferunt.
Propterea hæc ira est: nam ipsa narrauit mihi:
Id ego præsente hoc tibi nolebam dicere:
Neque ei credebam primo: nunc vero palam est.
Nam omnino abhorrere animũ huic video à nuptijs.
L. Quid ego agam Phidippe? quid das consili?
PH. Quid agas? meretricem hanc primum adeundam censeo:
Oremus: accusemus grauius: denique
Minitemur, si cum illo habuerit rem postea,
L. Faciam vt mones. puer eho, curre ad Bacchidem hãc
Vicinam nostram: huc euoca verbis meis.
Et te oro porrò, in hac re adiutor sis mihi. PH. ah,
Iam dudum dixi, itidemque nunc dico Lache,
Manere affinitatem hanc inter nos volo,
Si vllo modo est vt possit, quod spero fore.
Sed vis ne adesse me vna, dum istam conuenis?
L. Imò vero, abi aliquam puero nutricem para.

TIBI

DON.

Ibi quoque ædepol) In hac scena vltimus error est, vicinus catastrophe. [Tibi quoque ædepol sum iratus,) q.d. Non solum matri tuæ, aut etiam socrui tuæ. [Tibi quoque ædepol) Recte, nam & amicos incusamus leniter incipientes, & grauiora inferentes. Hanc ergo partus causa leniter incusat. deinde confirmat inferendo grauiter quidem, & statim causam subiungit, cur quidem ei irascatur. [Factum turpiter) Quòd abscesserit domo mariti. [Et si tibi causa est de hac re) Causam more suo pro defensione posuit. Sic in Phorm. Quid mihi dicent, aut quam causam reperient, demiror. Et quę causa fuerit, ipse dicit. [Mater te impulit) Mater te impulit, absolute, deest enim. Nam, vt sit: Nam mater te impulit. [Mater te im.) Qualitas remotiua. [Huic vero) Ipsi matri. s. [Opportune te mihi Phidippe in ipso tempore) Vtrum τοωτολογία est? an opportune quia volebam, & in tempore, quo modo volebam? an, opportune, mihi, in ipso tempore, tibi. i. & mihi, & tibi commode euenisti? [In ipso tempore ostendis) Ostenditur nobis id, quod quærebamus. Opportune, & in ipso tempore, non est idem. etenim opportune dicimus, cum, v.g. inuitati, ad ipsum tempus incipientis prandij venimus. [In ipso tempore) Cum iam prandio apposito. [Aut quo pacto hoc aperiam?) Hoc modo ostendit necesse, quòd simulet, nec id quod verum est, dicendum sibi esse. [Dic filiæ rus concessuram hinc Sostratam) Blande non addidit tuæ, q.d. communi filiæ. Et bene non, socerum, sed Sostratam. [Ne reuereatur) Bene reuereatur, ne odisse Sostratam, sed metuere videatur, & quasi ipsa socrus non odium meruerit, sed reuerentiam. [Minus iam quo redeat domum) τιμῆσις ἀνασρεφῆ. vt sit ordo, Quo minus redeat. [Nullam de his rebus culpam) Relatio criminis potest videri. [Tua) Deest vxor, quod nomen inferius posuit. [Tua) Cum percussione audiendum est, vt subaudiatur vxor, ab eo quod dicturus est, vxore. [Mutatio fit) Mutationem suspicionem dicit, errorem q. iurgantium. [Mutatio) Deest quarum rerum mutatio. ergo mutatio criminum, aut culparum. [Ea nos perturbat Laches) Ea, non ea mutatio, sed vxor, hoc est Myrrhina, mutatio fit) Crimis .s. & peccati .i. vel mea vxor crimen tuæ sustinet, vel tua ad meam translata est culpa. [Turbent porrò quam velint) Quantum velint, aut eam, quam velint, mulierem. sed melius est, quod supra diximus. [Dum ne reducam, turbent porrò) Quo est pius erga matrem Pamphilus, si paruifacit vtrum socrus sua perturbetur? an materia senibus? Soluitur sic. quia Quam, nō est generis fœminini. sed est quantum. Turbent, errent & tumultuentur, significat, vel turbentur. [Ego Pamphile) Hoc pronomen initium continet orationis grauiter inceptæ: vt, Ego postquam emi te à paruulo. [Si fieri potest) Interposuit, vt supercilium soceri demonstraret. [Si fieri potest) Rectè additum, si fieri potest, quia non conuenit rogari à socero generum, vt supra dixit. [Hanc sanè perpetuam volo) Iam enim est confirmata, sed perpetuam cupit. [Sin est, vt aliter tua fiet) τῷ δυσφημισμῷ vitauit illud quod est ominosum, ne diffidium diceret. vt Virg. grauior ne nuncius aures Verberet. [Accipias puerum) Iure, qa liberi patrem sequuntur. Et mire hoc maxime adiecit, quod maxime recusat Pamphilus, & propter quod, vxor quoque non reducitur. Et Accipias, pro accipe, vt quiescas, pro quiescat. [Sensit peperisse occidi) Hoc maximè inopinatum est Pamphilo, quia socrus promiserat omnes ignoraturos. [Sensit) Proprie sic. [Puerum. quem puerum?) Moraliter primum dubitat quid audierit, deinde quasi certus quid audierit, admiratur, dicendo Quem puerum? [Puerum, quem puerum?) Bene cum consternatione animi, quod nunquam fando acceperat. [Natus est nobis) Bene, quia ambo aui. [Nam abducta à vobis) Bene, non abierat, sed abducta fuerat, vt magis sit culpa matris. [A vobis) Pro, A Pamphilo. [Nam abducta à vobis prægnans fuerat) Hoc totum cum indignatione in vxorem pronunciandum est. [Neque fuisse prægnantem) Prægnans est ante gnatum, vel ante genitricem est enim præ, ante. [Bene, ità me dij ament) Agit gratias nuncianti, gratulatur ob susceptum nepotem, gaudet liberatam nurum. [Natum illum, & tibi illam saluam) Proprium affectum refert, sibi nepotem, illi filiam esse seruatam. [Et tibi illam saluam) Recte tibi, quia pater puerperæ est cui dicit. [Sed quid mulieris vxorem habes?) Quid mulieris dixit, ne diceret, qualem mulierem, aut aliquit grauius. & totum percunctatiue potius, quàm pronunciaret, & diceret, Pessimam mulierem, & male moratam vxorem habes. Et reprælensio est cum contemptu, sic &, Quid hominis? vt Virg. Tu mihi quodcunque hoc regni. At contra cum honore sic dicimus, Quem hominem habes? [Moratam) .i. institutam, & est participium, sine verbo. [Nos ne hoc celatos) Non partum celatos dicit, sed, prægnantem filiam fuisse. [Nequeo satis proloqui) Magna exaggeratio. [Quam hoc mihi videtur factum praue) Totum modestè, quāuis indignetur, quia apud maritum vxor non est vehementius accusanda. [Quam hoc mihi) Quòd prægnans fuerit filia, non q̄ natus est puer. [Non tibi illud factum minus placet, quam mihi, Laches) Vtrum quia minus * & magis quoniam sequitur, an ἐφωνεία est? vt sit ordo, Non minus mihi placet, q̄ tibi. Et placet, pro displicet intelligamus, vt alibi, Nunc me hospitem lites sequi, quam hic mihi sit facile atque vtile, aliorum exempla commonent. [Non tibi illud factum) Sub ἐφωνεία est dictum. hoc enim ait, Tantundem tibi placet, hoc factum, q̄ mihi. Alibi, Nunc me hospitem lites sequi, &c. [Cum eam tam cō sequitur alienus puer) Alienus, q̄ senes gratulantur, id maximè lædit Pamphilum. [Consequitur alienus puer) μεταφορᾷ à pecoribus, quæ vt mox nata fuerint, matres sequuntur. Virg. Atque ipsæ memores redeunt in tecta, suosq̄ue Deducunt. [Nulla tibi Pamphile hic iam cōsultatio est) De reducenda. s. vxore. [Perij) hoc sibi ipse Pamphilus dicit. [Cum ex te esset aliquis qui te appellaret patrem) Bene hoc putauit quod Pamphilo non videtur hoc est ex illo esse quod natum est. [Euenit) Proprie euenit. ideo & bonorum euentus dr. [Nullus sum) Ipse sibi iterum. hoc vlterius est quàm perij, quia cum aliquis petit, reliquum vel cadauer est. [Ac noli aduersari mihi) Causam interposuit senex, quo magis facere filius non recuset. [Si illa ex me liberos vellet sibi) Vt apparet, tantùm commentus est causam. [Si illa ex me liberos vellet sibi) Nactus est Pamphilus ex verbis senis causam aliam dissidij. [Aut se esse mecum nuptam) Vetustè mecum nūptam dixit. Et rectè, quia partus confirmat nuptias. Et melius, nuptam mecum, quasi tectam, & opertam vno cubiculo mecū. Nubere. n. est operiri tegique. vnde & nubes, q̄ tegere solent cœlum, dicuntur. Virg. Arsurasq̄. comas obnubuit amictu. [Nō clam me haberet). i. non tacuisset partum q̄. celasset. [Quæ celasse intellego) Nō dixit natum filium, ne interposito affectu molliretur iratus. [Nunc cum eius alienum esse à me animum sentiam) A præsenti tempore. [Nec conuenturum) A futuro. [Quamobrem reducam?) Firmior conclusio facta est per interrogationem, quàm si esset pronunciatiua. [Matet quod suasit sua) A deriuatione causæ defensio, & prēterea status est venialis, ab imprudentia descendens. [Sua) Pro eius, vt, Nanque suam patria antiqua cinis ater habebat. [Adolescens mulier fecit) Multa dixit, & mater sua, & adolescens mulier. & quasi docet hoc exemplo parendum patri esse. [Mirandum ne, id est?) Bene mirādum, non irascendum dixit. Miramur. n. magis, si amici peccauerint, q̄ irascimur. [Reperire vllam mulierem,) q. d. si hanc repudiaueris. [An quia non delinquunt viri) Ironia dictum. non enim non delinquunt. [Vosmet videre iam, Laches, & tu Pamphile) Nec rogare socerum, nec interesse conuenit, vbi certior sit ad repudiandum gener. [Vosmet videre iam, Laches) Virg. Vos ô Calliope precor, aspirate canenti. [Remissam opus sit vobis, an reductam domum) In veris lib. sic est, Remissan', an reducta. vt sit, Remissa ne, an reducta. [Vxor quid faciat, in manu non est, mea) Ordo, Vxor mea q̄d faciat, in manu non est. deest Eius. vt sit, in manu eius non est, sed in mea potestate positum est. [Manu non est) Vxoris. s. Et est ordo. Vxor mea q̄d faciat, in manu eius non est. [Neutra in re vobis difficultas) Promittit facilitatem suam, vt tñ vxor roganda sit. An aliter, & vt supra annotauimus. [Sed q̄d faciemus puero?) Vt, Quid me fiet, dr. [Sed quid faciēmus puero?) Vt, Quid me fiet, dr. [Sed quid faciemus puero) Qui vtique quidquid erit, patri reddendus est. [Huic reddas) Pamphilo). s. [Ridicule rogas) Ridicule, vel aduerb. esse potest, vel nomen, si nomen est, subdistingue ridicule, & sic interroga, cum vi pronunciationis. [Huic reddas, suum. s.) sic dixit; huic suum, & reddas, quasi reposcat Pamphilus. Et non subiunxit, Vt alat, sed, Vt alamus, vt sua quoque interesse monstraret. [Vt alamus nrm). s. Pamphili filium, nepotem meum, vtrunq; nostrum. [Quem ipse neglexit) Si ipse legeris, clare dictum est. si Ipsa, lenius est, & videbitur senex ob murmurationē eius intellexisse, q̄ nolit puerum tolli, & ideo appositum, Quid dixti? eho an non alemus Pamphile? [Quem ipse neglexit) Legitur & ipsa, & hoc est melius, vt sit pater vocatiuus casus. [Quē ipsa neglexit pater, ego alam?) Hic sibi obmurmurans vultu, & verbis ostendit nolle suscipere filium. [An nō alemus Pamphilo) Quod faciendum sit, à contrario vult senex pronunciatione demonstrare, q̄ scelus sit non fecisse. [Prodemus quæso potius?) deseremus, proijcemus, porrò dabimus? Virg. - vnius ob iram

Pro

Prodimur. Nam à quo defendendi ſumus, ſi non deſerit pater? [Enimuero prorſus iam tacere) Multa reticentia de filiorum vitijs, & defenſione quoque apud ſoceros vti parentes, ſæpe Terentius demonſtrauit, & præcipue in Andria, cum dicit, Ego illud ſedulo negare factum, ille inſtat factum. [Iam tacere non queo) Quamuis tacendum ſit. [Ignarum cenſes tuarum lacrumarum eſſe me?) Coniectura quòd amet meretricem Pamphilus. [Tuarum lacrumarum eſſe me?) Apparet illum à Soſtrata hoc audiuiſſe. nam ipſe filium deprehenderat flentem. [Sollicitere) Perturberis, commoueare. [Ad hunc modum?) .i. immoderate. [Primum, hanc vbi dixti cauſſam) A ſummo ad imum. [Nactus alteram es) Nanciſci proprie dicitur, qui paratus ad tenendum ante, quam poſſit reperire, quod teneat, ſtatim, quod occurrerit, prehendit. [Aliquando tandem huc animum vt adiũgas tuum) Mire eſt temporis inuectio. Et, aliquando tandem vt adiungas, deeſt Fac, ſed plenum pronunciatione eſt. [Quam longum ſpacium) Ab ante actis. [Sumptus, quos feciſti in eam) Recte hoc dixit, quia imperabilior eſſe debet indulgentiſſimus pater. vt alibi: Tum patris pudor, qui me tã leni paſſus eſt animo vſque adhuc, Quæ meo cunque animo libitum eſt facere, ei ne ego vt aduerſer? [Egi, atque orani) Agit qui iuſtam rem dicit. Orat, qui animo demiſſo precatur, vt quaſi beneficium præſtetur ſibi. [Tẽpus dixi eſſe) Tempus, quia diu multumq. ſuſtinuit. [Impulſu duxiſti meo) Multum valet ad ſuadendum laudatio eius apud quẽ agimus, & ex ea parte laudatio qua illũ volumus inflecti. [Quę tum, obſecutus mihi, feciſti vt decuerat) Ordo, Quæ feciſti tum obſecutus mihi, vt decuerat. [Nunc animum ad meretricẽ) Hoc vultuoſe & demiſſo labro, vt appareat inuitum adduci ad repræhendendum, qui laudauerit modo. [Quæ tum feciſti, mihi obſecutus) Iuueniliter ſatis, quia non dixit, Multum amans. [Facis huic. ſ. vxori. [Cui obſecutus) O meretricis ſuperbiam non ferẽdam. [Nam in eandem vitam) Parcius vitam dixit, quàm flagitium atque libidinem. [Te reuolutum denuo) Non rediſſe, ſed reuolutum eſſe, tanquam inuitum aut neſcium. relinquit enim quandam veniã, vt velit eſſe correctior. [Me ne?) Hoc genus interrogationis negatiuam habet ſignificationem. [Et facis iniuriam) Pro, facis iniuſte. [Vt cum illa viuas) Grauius eſt cũ meretrice viuere, quàm meretricem amare. [Veſtem hanc cum abs te amoueris) Laudata eſt hic vxor modeſtia, cum illam teſtem, non impeditricem appellet ſocer. [Senſitque adeo vxor) Aliud argumentum quo vult in Pamphilum referre non ſolum illius, ſed etiam vxoris culpam. Et hic vide non accuſari ſocrum. [Plane hic diuinat) Diuinat vixit, pro verum dixit. & nota diuinat, de præterito dictum. Vnde prouerbium, Aiunt diuinare ſapientem. quia qui dicit verum, diuinus eſt. [Dabo iuſiurandum) Vbi argumenta & teſtimonia deficiunt, ibi iureiurando opus eſt, &. i. ἀτέχνῳ πίστις. [Nihil eſſe iſtorum) Satis concinne dixit Iſtorum, ne in ſingulis commoraretur. [Reduc vxorem, aut quamobrem non opus ſit, cedo) Quia Pamphilus hoc ſolum defendit, non id eſſe, quod pater putat, nec cauſam, quę vera ſit, protulit, ideo ſenex relicta tota quæſtione, redijt ad id quod agitur, & ait, Reduc vxorẽ. aut dic, quæ res vetat. [Non opus ſit) Reducta. ſ. Non eſt nunc tempus. Quia ſocer adeſt. Et oratorie confugit ad deditionem, defenſione titubante. [Accipias) Pro accipe. Cauſa cur accipiat. [Nam is quidem in culpa non eſt) In hoc dicto eſt quædam facetia irriſio eius, qui nimis iracundus ſit. [Poſt de matre videro) Bene de matre concedit, vt de puero extorqueat, quia ſcit parentũ cõcordiam firmam eſſe per filios. [Omnibus modis miſer ſum) Quid eſt, omnibus modis? vtrum & circa parentem, & circa vxorem? an & in reducenda, & in non reducenda? [Miſer ſum) An miſer ſum, cui maxime obtruditur, quod maxime fugio. i. puer? [Concludit pater) Translatio de fera indagata. Sic Cic. circunda tos Verri cãcellos ait. [Nam puerum credo) Omnia facit poëta, ne aut rem palam faciat, aut intercedat diuortium. [Adiutrix ſocrus) Quę dixit, continuo exponetur. [Fugis? hem) Ex verbis patris oſtendere voluit quid agat Pamphilus. & ille abibo dixit, hic fugis? [Num tibi videtur eſſe apud ſeſe?) Quaſi ob amorem meretricis inſanus. [Sine) Sine, ſeparatim accipe, quia vim habet comminantis. [Amaræ mulieres) Quaſi vir, dixit amaras mulieres. non enim laudat, ſed cauſam dicit, vnde vxor offenderit Pãphilum. [Non facile hæc fuerunt) Non facile ferũt pellicatum, neque amorem aliarum in viris. [Nam ipſa narrauit miſſi) Vtrum finxit hæc dixiſſe filiam ſibi? an vero κατὰ τὸ διαπράμενον factũ eſt? Ego neutrum puto, & ſic intelligo, quòd de vxore ſua dicat, Ipſa narrauit mihi, ſecundum illud quod ſupra dixit, Nũc mihi in mentem venit, de hac re quod locuta es olim, cum illum generum cepimus. nam negabas nuptam filiam tuam poſſe te pati cũ eo, qui meretricem amaret, qui pernoctaret foris. [Neq; illi credebam primo) Quare non credebas? nanque amaræ ad hanc rem mulieres ſunt, & ſæpe de nihilo ſuſpicioſæ. Et bene hoc addidit ne timuiſſe generum videretur. [A nuptijs) Non dixit à filia mea, ſed quod pater Pamphili magis doleat, à nuptijs, inquit, nam Philumenam nolle, irati eſt, odiſſe nuptias, amatoris. [Quid ego agam Phidippe?) Mire conturbatur pater, quaſi res ſua tantum agatur. Et vide quemadmodum poëta latenter ſuſtinet ad rerum cognitionem. [Meretricem hanc) Bene hanc, quaſi eam quæ interturbat. ſic enim ſumitur hoc pronomen: vt, Hanccine ego vitam parſi perdere? Et, Tuaque animam hanc effundere dextra. i. malam. [Hanc,) q. d. quæ nos perturbat. [Primum) Bene primum, vt intelligamus deinde, Pamphilum. [Oremus) Vtrum rogemus? an quod eſt verius, omni genere eloquij commoneamus? vnde oratores, orare & perorare dicuntur, & orator nomen accepit. Virg. Talibus orabat dictis. Nam qui orat, accuſaturus, aut commoniturus orat. [Oremus) .i. eloquamur. Poteſt intelligi & rogemus, ſed non conuenit per ſonæ potiori, & cauſæ, & ipſi verborum ordini. [Si cum illo habuerit rem poſtea) Vt in Eun. Quo cum vno tum rem habebam hoſpite. [Bacchidem hanc vicinam noſtram) Sic maluit, quàm meretricem dicere, ne graue ſit cum ea ſeni loqui, niſi quia vicina eſt. [Huc euoca verbis meis) Bene ſeruata ſunt perſonis congruentia. Non ſocerum monere hanc rem tantum decuit, non etiam facere, vt cum pellice filiæ ſuæ mitius ſermocinaretur. Et huc euoca verbis meis. deeſt Eam. [Si vllo modo eſt vt poſſit) Manere. ſ. vel fieri vt maneat. [Sed vis ne adeſſe me vna, dum iſtam conuenis?) Melius pronunciaueris, ſi renitente & improbante hoc vultu dicere acceperis Phidippum, quaſi non oporteat intereſſe ſocerum. Ideo mutat ſententiam Laches, & relegat eum in procurationem alterius rei. [Neutricem para) Pro, quære.

GVIDO.

TIBI quoque ædepol &c.) In hac ſcena vltimus error eſt vicinus, datur enim opera vehemens ſenibus, vt Pamphilus vxorem reducat, quod conſtanter renuit vſque in finem ſcenæ. P H. Quoque. i. etiam. ò Philum. filia mea, ſum iratus tibi ſicut ſum iratus matri tuæ & ſocrui, quidem. i. certe, ſum iratus tibi grauiter. i. moleſte, nam hercle abs te factum eſt. i. feciſti turpiter cum diſceſſiſti à domo mariti, & ſi. i. quamuis, mater eſt tibi cauſa. i. defenſio, excuſatio de hac re, quæ mater impulit te ad diſcedendum, vero. i. ſed, nulla eſt cauſa huic matri tuæ Myrrhinæ. L. O Phidippe oſtendis te mihi opportune. i. commode, in ipſo tempore. i. in ipſo temporis articulo, quo ſummopere optabam compellare tẽ. Opportune ad prandium veniſſe dicitur aliquis, qui ad ipſum tempus incipiendi prandij venit, in ipſo autem tempore veniſſe dicitur, qui venit cum iam eſſet appoſitum prandium, & ideo opportune, & in ipſo tempore non ſunt idem. P H. Quid eſt propter quod dicis me opportune veniſſe. P. Apud ſe loquitur, quid reſpondebo his ſenibus patri & ſocero, & quo pacto operiam. i. celabo hæc quæ ego ſcio, quæ pollicitus ſum me celaturum, alij habent aperiam, & tunc eſt ſenſus, quomodo potero hæc explicare, quin frangam fidem præſtitam Myrrhinæ, vel intellige aperiam. i. explicabo, exoluam, expediam, hoc quod à me petitur. ſ. vxorem reducam. L. Dic filiæ. ſ. Philumenæ. Soſtratam matrem Pamphili, conceſſuram. i. ituram, hinc. i. ex hac vrbe, rus. i. ad agros, ne. i. vt non vereatur. i. timeat, quo minus. i. vt non redeat iam domum, in accuſatiuo caſu aduerbialiter, pro aduerbio ad locum. P H. ah, interiectio dolentis, tua vxor nullam commeruit culpam de his rebus. i. quantum ad has res ſpectat. commeremus vel commemur, mala tantum, omnia hæc mala ſunt exorta à mea vxore Myrrhina. Mutatio. i. translatio culpæ à tua vxore in meam, ſit. i. efficitur, ò. L. ea Myrrhina perturbat nos. i. eſt cauſa noſtræ turbationis. P. porrò. i. certe, & Myrrhina, & ipſi ſenes turbent. i. perturbent omnia, quàm. i. quantum velint, dum. i. dum modo, ne. i. non, reducam Philumenam. P H. ò Pamph. ſane. i. certe, volo hãc affinitatem eſſe perpetuam inter nos, ſi poteſt fieri vt velis perpetuo eſſe affinis nobis. Sin. i. ſed ſi. eſt. i. contingit vt tua ſententia ſit aliter. i. vt non velis vxorem reducere, accipias puerum recte, quia liberi patrem ſequuntur. P. Phidippus ſenſit Philumenam peperiſſe, occidi. i. perditus ſum. L. Dicis quod accipiat puerum, quem puerum accipiet? P H. nepos. i. filius filij tui, & filiæ meæ, eſt natus nobis. nam filia Philumena fuerat abducta à matre à vobis. i. à domo veſtra, & (quod dici inepte ſolet) de penes vos, prægnans. i. grauida, participium ſine verbi, origine, nec ſciui vnquam ante hunc diem eam fuiſſe

prægnantem. L. dij ita me ament, bene nuncias.i.iucundũ mihi nuncium affers,& gaudeo illum nepotem natum esse tibi, & gaudeo illam Philumenam esse saluam.i.incolumen, & recte dixit tibi,quia Phidippus est pater puerperæ. Quid mulieris.i.quã mulierem,repræhensio est cum contẽptu,cum ita loquimur qd hominis est,contra cum honore dicimus inquientes, quem hominem habes,quid ergo mulieris.i.quam mulierem habes vxorem,aut qbus.i.qualibus moribus,moratam.i.institutam, participium sine verbo,ne.i.vtrum,decuit sup. nos celatos esse hoc.i. eam fuisse prægnantem,tandiu.i.tanto tempore. Dicimus celatus sum hoc nam celo te hoc dicimus,& ideo secundus accusatus manet in passiuo. Nequeo satis proloqui.i.longo sermone dicere,q̃.i.quantum,hoc videtur mihi factum praue .i. distorte, non recte. P H. O Laches id factum non minus placet .i. non magis displicet tibi quàm mihi. Nam minus ineptus dicitur aptior, & minus malus dicitur melior, vt illo nullus fuit minus malus.i.nullus fuit melior illo. P. Etiã si dudum.i.prius paulo ante hoc.s.partus filiæ fuerat mihi ambiguum, nunc non est ambiguum mihi,cum alienus puer .i. non me genitus consequitur eam Philumenam. Hoc dictum à pecoribus tractum est,quæ vt mox nata fuerint,matres sequuntur. L. O Pamphile iam nulla est tibi cõsultatio.i.deliberatio de reducenda vxore,hic.i.in hoc loco,q. d. nondum deliberasti eam reducere,cum tamen satis iã spacij habueris ad id faciendum. P. Hoc sibi Pamphilus dicit perij .i. male res mea se habet. S. Sæpe optabamus videre hunc diem,cum aliquis filius esset ex te,qui appellaret te patrem,euenit.i.contingit quod optabam. Nam filium es assecutus,habeo gratiam dijs.i.ob id sum Deo deuinctus, qui meis votis respondit, ex quo semper erga eum memor sum futurus gratias agẽdo. P. Nullus sum.i.non sum,plus est q̃ perij,quia cum aliquis perijt adhuc cadauer reliquum. L. Reduc vxorẽ, ac noli aduersare.i.repugnare mihi,vel obsistere. P. O pater, si illa Philumena vellet sibi liberos ex me .i. si vellet habere liberos ex me,aut si vellet se esse nuptam mecum,pro mihi nuptã.Nubere est operiri,tegique,vnde nubes quòd tegere solent cœlum dicuntur,satis scio certo,quòd non haberet clam me .i. me nesciente illum pactum,vel puerum quem intelligo eam celasse, hoc est non tacuisset ira partum,quem iam conspicio ab ea fuisse contectum, nunc cum sentiam animum eius esse alienum à me, nõ arbitror ipsum animum conuenturum esse post hac inter nos,vel sic intellige, arbitror non conuenturũ esse post hac inter nos.i.nõ futuram concordiam à modo inter nos,cum iam eius animus sit à me alienus. Nam dicimus,hoc conuenit inter nos.i.de hoc inter nos non est controuersia. Quamobrem.i.qua de causa.reducam.i.debeo eam reducere,h.d.interrogando,q.d.non etiam te ipso teste. L. Mulier adolescens .i. iuuenilis .s. Philumena fecit illud quod sua mater suasit illi.ne.i.vtrum. id.s.eam peccasse est mirandum ? q.d.non. ne.i.vtrum,censes te posse reperire vllam mulierem,quæ mulier careat.i.vacet culpa,an.i.vtrum. ita censes,quia viri nõ delinquunt,h.d.per ironiam, cum intelligat & viros ipsos multum delinquere. P H. O Laches, & ò Pãphile.iam vosmet videre remissam.i.remissa,ne.i.vtrum.opus sit vobis remissa an reducta, ad domum.i.vt remittatur an reducatur domũ.vbi remissa,& reducta possunt esse nominatiui casus. vt Cic.ad Cur. Dux nobis,& auctor. opus etiam vtrum Philumena remissa aut reducta domum sit vobis opus,vel possunt esse casus ablatiui,qui idem forsan ponerentur non absurde pro infinitiuis, vt Sal. Facto opus est,pro opus est facere,& similiter hic videre.An opus sit vobis me remittere eam,an te Pamph. reducere domum,quid vxor mea faciat non est in manu eius supp.i.in sua potestate,sed in ea.in neutra re .i. nec in remittendo,nec in reducendo difficultas erit vobis à me. Sed quid faciemus puero qui natus est ex Philumena. L. O tu ridicule .i. deridende, rogas.i.interrogas.Vel ridicule potest esse aduerbium. quidquam est futurum .i. quidquid possit cõtingere,reddas huic Pamphilo suum filium.s.Vel suum in neutro .i. id quod eius est,scilicet .i. certe vt alamus nostrum .i. filiam ad nos spectantem. P. Vis sup. quòd ego alam illum puerum,quẽ ipse pater puerperæ, neglexit.i.contempsit nutrice.Alij habent,ipsa,& nunc sic astrue. O pater vis sup.quòd ego quem s.meipsa,vxor Philumena neglexit cum me nesciente peperit cum à domo discesserit, alam puerum supple me nesciente editum. L. Quid dixit? admiratur quòd renuat puerum nutrire,eho,interiectio admirantis, an .i. vtrum,ò Pamphile non alemus puerum .s. potius prodemus.i.exponemus. Virg. in XII. Ad mor.(si te fors dicta recusset) Prodiderim, vel (vt ait Donatus) prodemus proijciemus, deferemus,porrò dabimus illum puerum.s.quę.i.qualis,&quanta hęc dementia est velle prodere potius puerum,quàm tollere. enim vero .i. certe, iam prorsus nequeo tacere. Nam cogis me vt loquar hoc Phidippo præsente ea, quæ nolo.i.quæ bene vellem in eius præsentia non dicere. Censes me esse ignarum .i. nescium tuarum lacrymarum, aut censes me esse ignarum.i.me nescire quid hoc sit.quod.i.propter quod solicitare .i. commouearis,ad hunc modum.i.ita immoderate. Primum .i. in primis, vbi .i. postquam dixisti hanc causam non reducendæ vxoris, videlicet te non posse habere hanc vxorem domi propter tuam matrem.ea mater pollicita est se concessuram.i.se recessuram, ex ædibus.i.ex domo vt illi cedat. Nunc postquam quoque.i.etiam . vides hanc causam esse tibi ademptam.i.remotam nactus es.i.inuenisti excogitasti alteram causam non reducendę vxoris,videlicet quia puer natus est clam te.i.te nesciente. Nam cisci proprie dicitur,qui paratur, ad tenendum antequam possit reperire quod teneat,statimq̃. quod occurrat prehendit.hæc Do natus tu Pamphile erras si putas me esse ignarum tui animi.i.me ignorare tuum animum,quam.i.quantum.longũ spacium amãdi amicam dedi tibi,q. d. mire diuturnum, quis sumptus.i.quas impensas,fecisti in eam.i.erga eam,q.d.maximos,quam.i.quantum tuli æquo animo illos sumptus fieri,q.d. nimis patienti,vt aliquando tandem adducas.i.adhibeas, huc .i. ad vxorem tuam animum tuum,egi tecum .i. te rogaui familiariter,atq; oraui te tanquam supplex,vt duceres vxorem. Agit qui rem iustam dicit, orat qui animo demisso precatur. Dixi tibi tempus esse vt duceres vxorem,duxisti vxorẽ meo impulsu, quia te impuli ad faciendum,quæ.i.quas res.s.ducere vxorem, relinquere amicã, fecisti tunc obscurus mihi .i. mihi obsequendo,& obediendo,vt .i.sicut decuerat.i.fuerat honestum,vt.s.mihi obsequereris.nunc rursum induxisti animum tuum ad meretricem, adeo.i.certe facis iniuriam,huic.s.mihi,cui tu obsecutus es prius ducendo vxorem. Nam video te esse reuolutum .i. relapsum in eandem vitam, denuo .i. iterum. P. Ne .i. vtrum, dicis me esse reuolutum in eandem vitam. L. Dico teipsum esse reuolutum in eandem vitam. & facis iniuriam.i.iniuste facis, confingis .i. excogitas,comminisceris, falsas causas.i.falsas excusationes non reducendæ vxoris,ad discordiam .i. dissensionem mouendam inter amicos. Vel fingis illas causas,vt sit tibi cum vxore, & soceris discordia, vt tu viuas cum illa meretrice,cum amoueris .i. abieceris abs te hanc vxorem tuam testem,videlicet ne esset cõscia tui reditus ad meretricem,& propterea tibi molesta, quoq; .i.etiam,adeo.i.certe vel valde, vxor tua sensit .i. percepit te esse religatum amore meretricio. Nam quæ alia causa fuit. quamobrem.i.propter quam abiret abs te, & rediret in domum patrem. P H. Plane,id est certe, omnino vel clare, hinc Laches diuinat.i.verum dicit, ac si spiritu diuino afflatus hæc dicat. vnde prouerb. aiunt. Diuinare sapientem, quia qui dicit verum de his diuinus est. P. Dabo tibi iusiurandum nihil istorum esse, quæ dicis .i. illa quæ dicis . non habere veritatem, & recte. Nam vbi argumenta,& testimonia deficiunt, iureiurando opus est. L. Ah,dolentis, interiectio. Reduc .i. resume vxorem, aut cedo,id est dic quamobrem,id est quare non sit opus reducere vxorem. P. Nunc non est tempus reducere vxorem. L. Accipias,pro accipe,puerum. Nam quidem,id est certe, is puer non est culpa,post,id est postea,ego videro,id est indagabo, discutiam, vel mihi permittatur facere inquisitionem de matre .i. de culpa matris. P. Sum miser omnibus modis, nec scio quid agam tot rebus,nunc pater concludit .i. angit, vrget, implicat me miseram,translatio est defera indignata,quæ alicubi concluditur, hoc est tot rebus me miserum concludit pater, vt miser sim omnibus modis,abibo.i.discedam hinc quando.i.quia, præsens (potest esse aduerbium temporis) .i. in præsentiarum, vel pro tempore præsenti. Vel ego præsens parum promoueo .i. parum proficio. Nam mater, & filia, non tollent .i. nutrient puerum iniussu meo, id est sine imperio meo credo .i. ita arbitror,ita quòd absolute legatur,& seorsum,presertim,id est præcipue,cum socrus,id est mater vxoris Myrrhina. sit mihi aduitrix,id est fautrix, in ea re.i.in eo negocio de non tollendo puero. L. Cum vidisset filium fugientem ait, fugis? exclamando,hem,interiectio indignantis, nec respondes mihi quidquã, id est aliquid certe? Deinde conuertit sermonem ad Phidippum,& ait. Num .i. nunquid,q. d. non Pamphilus filius videtur tibi esse apud se.i.compos tui,& suæ potestatis? q.d.non presertim,qui turbationibus animi sit ita agitatus,vt hic consistere non possit. ò Phidippe sine, id est permitte totum negocium, vbi sine habet vim comminãtis,cedo.i.da. interdum enim cedo significat dare,interdum ducere. Cedo ergo .i. da mihi puerum

ego

ego alam.i.nutriam eum. PH. maxume.i.libentissime dabo tibi puerum. vel maxime videtur mihi non esse apud se. Vxor mea non fecit mirum.i.rem mirandum. si ægre.i.molestè, tulit hoc.i.tales mores Pamphili,& eius amorem in meretricem. Mulieres sunt amaræ.i.asperæ,& quidem plusquam viri,non facile ferunt.i.tolerant,hæc .s. pellicatum.i.amorem aliarum in viris suis. hæc est ira.i.hæc est indignatio propter quam Philumena discessit à viro, videlicet propter amorem meretricum. Nam ipsa vxor mea narrauit mihi, quare videlicet, filia discessit, ego nolueram dicere tibi id,quod narrauit vxor mihi, hoc .s. Pamphilo præsente, neque primo credebam .i. fidem habebam illi vxori narranti, nunc vero id, quod narrauit mihi est palam .i. manifestum, videlicet, quod discessit Philumena propter amorem meretricium. Nam video animum huic Pamphilo abhorrere omnino .i. alienum esse prorsus à nuptijs .i. à viuendo in matrimonio. L. ergo cum ita sit ò Phidippe. quid agam, qd consilij das mihi,cum animus filij ita abhorreat à nuptijs. P H. Quid agas? .i. quid agere velis,vel possis. Censeo hanc meretricem Bacchidem primum esse adeundam.i.eundum esse ad eã, oremus eam vt à se Pamphilum abijciat vel oremus .i. omni genere eloquij eam commoueamus, vt non ita suis illecebris filium teneat,vnde oratores orare,& perorare dicuntur,& orator inde nomen accepit, accusemus.i.probris,& reprehensionibus eam obtundamus. denique minemur.i.minas ei proponamus grauius.i.acerbius, si postea habuerit rem.i.lasciuiam exercuerit cum illo Pamph. L. faciam vt mones. eho,hic admonentis est,vel excitantis,seu vocantis,ò puer .i. ò serue curre ad Bacchidem hãc nostram vicinam,euoca.i.accerse eam huc meis verbis.i.meo nomine,& porro.i.deinde, oro te Phidippe sis mihi adiutor in hac re. P H. Ah,interiectio dolentis voluntatẽ suam non expleri. ò Laches iam dudum.i.iam multo ante dixi, & nunc dico idem .s. quòd volo hanc affinitatem manere inter nos. si est.i.si contingit vllæ modo vt possit fieri, quod.s.affinitatem mansuram inter nos. spero fore .i. futurum esse. Sed ne .i. vtrum velis me adesse .i. præsentem esse,vna.i.simul,dum .i. quandiu,conuenis.i.alloqueris istam Bacchidem. L. imò .i. sed,abi .i. discede ab hoc loco, para.i.quære aliquam nutricem puero.i.filio Philumenæ.

LAT. ARGVMENTVM) Cognitio partu Philumenæ magis vrgetur Pamphilus,vt reducat vxorem. Et est hæc summa epitasis.[Tibi quoque) Egrediens Phidippus ita obiurgat Philumenam vt tamen culpam in Myrrhinam conferat.[Aut quo pacto) Dubitatio negans honeste aperiri posse. [Nullam de his) Accusatio Myrrhinæ.[Puerum?) Ex iurgio Phidippi cognoscit Laches puerum natum esse. [Tam diu) Subaudi oportuit, per eclipsin.[Etsi iam du.)Hæc omnia secum Pamphilus. [Pater si) Rursus fingit causam Pamphilus.[Mater quod) Iam & Laches confert culpam in Myrrhinam,& est purgatio ab imprudentia. [Remissam)Vetusta locutio,pro remissa,sic fungor. fruor,vtor hac rem, pro,hac re. [Eho an) Increpantis, nam prorumpit in obiurgationem senex.[Primum)Arguit inconstantiam,& tergiuersationem Pamphili, ex qua amorem meretricis colligit. [Tui animi) Epiphonema. [Quam lon.) Auget crimen à meritis suis.[Nunc ani.) Sensim hanc suspicionem senex sternit viã ad catastrophem.[Testem)Cognitricem. [Nam ei) Confirmatio à remotione,per interrogationem.[Omnibus modis)Querela Pamphili ad spectatores. [Promoueo) Proficio,neutraliter. [Hem) Indignantis. [Amaræ mulieres) Pronæ & imponẽtes ad iram.[Quid ergo)Consultatio qua præbetur occasio ad catastrophem. [Verbis meis) .i. meo nomine.

PETR. MARS. TIBI quoque) Liberos parentum voluntatibus,& iussibus aperte obsistere non debere, nec in os obloqui illis decere, sed potius, ne illos in grauiorem iram commoueant, neue ad animi asperitatem exacuant,cedere, & à conspectu illorum declinare satius esse,hæc scena declarat. Senecas, Si filius es,parentes lædere quid negligis? cur non potius,ne te videant,discedis? quamuis hæc causa dura est, sic tamen citius eos ad misericordiam flexeris. Plato de Leg. Omnino decet liberos parentibus non repugnare,sed illorum verbis, animum adhibere obsecundantem.[Nullu' sum) Desperantes,& male affecti miserijs, & calamitatibus sic dicere consueuerunt.

GLAR. SENARII sunt omnes. In 1. iambus est loco primo. secundo autem loco amphibrachys,nisi Aedepol prima sit breui. In 3. rectè Ioan.ex Don.commentario dolet. Quæ,post Mater. In 8. s,eliditur in Minus, nisi in tertio loco sit creticus quod perpetuo admonere non videtur operæprecium. Nam in 10. versu eodem modo de Mea dicendum. In 19. Fuisse dissyll. est. In 20.Dij corripitur,non eliditur. In 21. vel l,abijcitur de Illam,aut creticus est loco secundo. Nam tibi omitti non debet. In 22.s, eliditur in Quibus, nisi creticum malimus loco tertio. Sic 25. loco primo est creticus,nisi l,de Illud abijciamus. Item s,in Minus eodem modo non habet. In 27.veteres lib. non habent Iam. sic loco secundo vel est creticus,vel Eam monosyl. In 31. s,eliditur in Nullus. In 34. in Satis. In 36.Eius dissyll. est. In 37. Post, legendum videtur, non Posthac. In 42. Lache legendum,non Laches. quod paulò ante admonuit Ioan. cum carmen non exposceret, hic transmisit. In carmen ex Donato ita legendum.

Remissan' au reducta opus sit vobis domum
Ita vt s,de Opus abijciatur Minor hoc ferè in libris neglectum. In 47.Suum monosyl. In 49.Eho extra carmen est. In 51.bacchius loco primo,& Non queo legendum,non Neque. In 53. vel Tuarum dissyll. aut creticus loco tertio. In 55. legendum Primum hanc vbi dixti causam,vt Hanc ante Vbi ponatur. Sic in 58. Hanc ante Quoque legendum. Et in 59. legendum. Puer quia clam te est natus. vt habet Frobenij liber. In 73. Causa alia,legendum,non Alia causa. In 76. s,eliditur in Opus. Ita in 79. s,eliditur in Omnibus,nisi creticus sit loco primo. In 83. Mihi monosyll.totum eliditur. In 87. Mea supplet Don. & sanè versus respuit, denique sensus non exposcit. In 90. Tibi,male,omissum erat in aliquibus libris. In 91.loco primo vel est bacchius, vel l, de Illi abijcitur, vel denique vero ambabus syllabis breuis est. Ego bacchium malim. In 5. à fine pro Idemque,Ioan. Itidemq. mauult. In pen.Me post Adesse ponendum, vt versus ita legatur.

Sed vis ne adesse me vna dum istam conuenis?
In vltimo creticus est loco primo.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Bacchis & Laches colloquuntur. Hic illam accusat,quòd ad se recipiat filium. Illa constanter negat. Mitem autem senem, & meretricem bonam inducit, & occasio est catastrophes.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena colloquium continetur Bacchidis meretricis, & Lachetis patris Pamphili,qui se in causa coniecturali exercent. Nam senex eam accusat de missione ad se ac receptione Pamphili filij, illi contra constanter admodum inficiatur & negat.

Iambici Tetrametri, partim Acatalectici. Admixti sunt Trochaici quidam, & vnus Dimeter Catalecticus.

BACCHIS, LACHES.

ON hoc de nihilo est, quòd Laches nunc me conuentam esse expetit:
Nec pol me multum fallit, quin, quod suspicor, sit quod velit.
L. Videndam est, ne minu' propter iram hanc impetrem, quàm possiem;
Aut ne quid faciam plus, quod me post minu' feciſſe satiu' sit.
Aggrediar. Bacchis,salue. B. salue Lache. L. credo ædepol te
Non nihil mirari Bacchis, quid sit,quapropter te huc iussi
Foras puerum euocare.
B. Ego pol quoque etiam timida sum, cum venit mi in mentem, quæ sim,
Ne nomen * mihi quæstus obstet apud te; nam mores facile tutor, * meo quæstui
L. Si vera dicis, nihil tibi pericli à me est mulier: nam

Iam ætate ea ſum, vt non ſiet peccato mihi ignoſci æquom:
Quo magis, omnes res cautius ne temere faciã, accuro.
Nam ſi id nunc facis, factura ve es, bonas quod par eſt facere:
Inſcitum offerre iniuriam tibi me immerenti, iniquom eſt.
B. Eſt magna ædaſtor gratia, de hac re quam tibi habeam. nam qui
Poſt factã iniuriam ſe expurget, mihi parum proſit. ſed
Quid iſtuc eſt? L. meum receptas filium ad te Pamphilum. B. ah.
L. Sine dicam vxorem hanc prius quàm duxit, voſtrum amorem pertuli.
Mane: nondum etiam dixi id, quod volui. nunc hic vxorem habet,
Quære alium firmiorem tibi, dum conſulendi tempus eſt.
Nam ille neque animo hoc erit ætatem, neque pol eadem iſta ætate tu.
B. Quis id ait? L. ſocrus. B. me ne. L. te ipſam: & filiam abduxit ſuam,
Puerumque ob eam rem clam voluit, qui natus eſt, extinguere.
B. Aliud ſi ſcirem, qui firmare meam apud vos poſſem fidem,
Sanctius quàm iuſiurandum, id pollicerer tibi Laches,
Me ſegregatum habuiſſe, vxorem vt dixit, à me Pamphilum.
L. Lepida es. ſed ſcin', quid volo potius ſodes facias? B. quid cedo?
L. Eas ad mulieres huc intro, atque iſtuc iuſiurandum idem
Polliceare alijs: exple animum his, teque hoc crimine expedi.
B. Faciam, quod pol, ſi eſſet alia ex hoc quæſtu, haud faceret, ſcio,
Vt de tali cauſſa nuptæ mulieri ſic oſtenderet:
Sed falſa ſalma eſſe nolo gnatum ſuſpectum tuum,
Nec leuiorẽ vobis, qbus eſt minime æquom, viderier
Immerito: nam meritus de me eſt, quod queam, illi vt commodem.
L. Facilẽ, beneuolumq. lingua tua iã tibi me reddidit:
Nam non ſunt ſolæ arbitratæ hæ: ego quoque hoc etiam credidi.
Nunc cum ego te eſſe præter noſtram opinionem comperi,
Fac eadem vt ſis porrò: noſtra vtere amicitia, vt voles.
Aliter ſi faci'. ſed reprimam me, ne ægre quidquam ex me audias.
Verum te hoc moneo vnum, quali' ſim amicus, aut quid poſſiem:
Potius q̃ inimicus, periclum facias. B. faciam ſedulo.

DON. NON hoc de nihilo eſt) Rarus vitæ color in hac locutione miſcetur à poëta. Nam meretrix loquitur & ſenex & quod eſt mirabilius, bona meretrix, mitis ſenex, vt intelligas laboraſſe Terent. vt & à lege comicorum, recederet, & in actu tantum cõ ſuetudinem retineret. [Non hoc de nihilo eſt) Debet mirari meretrix, cum ad ſenem ducitur, debet timere, cũ ad patrem. debet ſuſpicari aliquid cuius amatoriam maritus eſt. [Non hoc de nihilo) Coniecturalis cauſa eſt, Recipis Pamphilum, non recipio. [Nec pol me multum fallit, quin, quod ſuſpicor) Ordo & ſenſus hic eſt, Nec pol me multũ fallit, quin quod velit, hoc ſit quod ſuſpicor. vel, quin quod ſuſpicor ſit hoc quod velit. Ordo, Quin quod velis, ſit quod ſuſpicor. [Ne minu' propter iram) Quia non erit veriſimile bonum eſſe partem meretrici interturbanti, reddit rationem ſenex, cur agat mitius, ne videatur perſonæ modus non eſſe ſeruatus. [Nec pol me multum fallit) Non me fallit, quo minus id ſit, quod me vocat, quod ſuſpicor. [Videndum eſt) Prouidendum cauendum. [Impetrem) Perficiam. dictum à patrando, cuius rei difficultas ob tarditatem complendarum nuptiarum, etiam ad alia negocia quæ ſunt ardua, verbum hoc cõmodauit, ac dedit. [Quod me poſt minu' feciſſe ſatiu' ſit) Satisfaciendo minuiſſe. [Quod poſt me minus feciſſe ſatius ſit) Si ſit pro videatur acceperis, erit ſenſus, Ne quid faciam plus, quod poſt dum pœniteat me, videatur ſatius minus feciſſe. Si ſit pro erit acceperis, erit ſenſus, Videndum eſt ne quid plus faciam, quod fecero, poſtea ſatius ſit me non feciſſe & ſatisfacere. Aut certe duas res ſignificat, quibus inter vtrunque temperandum eſſe demonſtrat, vt per illud ſupra, lenitatem tenendam, per hoc infra, auctoritatem defendendam eſſe commoneat. An minus feciſſe, pro pœnitere, ſic enim veteres dicebant. Muto factum, & nolo factum, cum alicuius rei eos pœnitebat. [Sit) Modo ſit prouideatur poſuit. [Aggrediar Bacchis, ſalue) Bene aggrediar, quaſi rem arduam, & incongruam ſeni. vel aggrediar, vt meretricem circunuenism. Virg. Talibus aggreditur Venerem Saturnia dictis. [Bacchis, ſalue) Non ita meretrici obſequitur ſenex, quanquam vult adimere timorem perſonæ ſuæ. [Credo ædepol te Nõ nihil mirari) Ipſum proœmium mollius & lenius eſt, vt oſtendat ſe non iurgaturum ſenex. [Quid ſit) Deeſt rei, vt ſit, quid ſit rei. [Ego pol quoque etiam timida ſum) Parelcon tertium, Vt, Multa quoque & bello paſſus. Et obſequenter poſuit non ſolum ſe mirari, ſed etiam pauere. [Ego pol quoque etiam timida ſum) Bene etiam, vt hoc dicat, non ſolum miror, ſed etiam timeo. Et noue, timida ſum, pro timeo. [Ne nomen mihi quæſtus,) id eſt nomen quod in eſt meo quæſtus. [Nomen quæſtui obſtet) Quẽ exerceo. ſ. Et deeſt, Quod eſt. [Ne nomen mihi quęſtus,) id eſt quòd meretrix ſum. Legitur, & nomẽ meo quæſtus obſtet. [Si vera dicis) Interrogabo, ſcilicet. [Non ſiet) Non videatur. [Iam ætate ea ſum, vt non ſit peccato mihi ignoſci æquom) Quia ipſe non do veniam. an quia iam mihi peccanti non danda eſt? Et eſt ordo, Vtrum non ſit mihi æquum peccato ignoſci. Neceſſaria igitur ambiguitas. aut enim Sic pro videat. aut peccato pro peccatorum, aut peccato mihi, pro peccanti mihi. aut peccato meo. aut deeſt In, vt ſit, in peccato. [Cautius ne temere faciam) Seniliter additum poſt, cautius, ne temere faciam. [Factura ue es) Etiam, ſi non facies. [Inſcitum) Me, ſcilicet ſi iniuriam faciam. [Offerre imiuria) Offerimus iniuriam non merenti: Reddimus ei qui meretur. [Inſcitum) Inelegans, non bonum. Et bene non dixit durum, aut quid tale, ſed inſcitũ, quo verbo maxime mulieres & meretrice vtuntur. Scitum enim dicunt quod placet, Inſcitum quod diſplicet. vt, Per ædaſtor ſcitus puer natus eſt è Pamphilo. Hoc tale eſt quod dixit Inſcitum ex abundanti, quale eſt apud Virg. nec poſt arma vlla rebelles Aeneadæ referent. [Eſt magna ædaſtor gratia, de hac re quã tibi habeam) Imitatur hic & ſenile, & fœmineum tardiloquium. Suffecerat enim ago gratias. [Nam qui poſt factam iniuriam ſe expurget) Sic in Adelphis ait, Indignum te eſſe iniuria hac, indignis cum egomet ſim acceptus modis. [Mihi parũ proſit) Si ſic accipiatur, vt ſcriptum eſt. Μετρίως eſt, aut παρέγνωσις. & ita intelligendum, quaſi dixerit, Multum mihi nocuerit, imò ne euerterit. [Sed Quid iſtuc eſt?) Nunc demum ad rem dedit. [Meum receptas filium) Intentio criminis. Et non recipis, ſed receptas. Et ne diceret, quid tua? Meum filium. [Meum receptas filium) Propoſitio accuſatoria eſt. & breuiter propoſuit crimen, quod poſtea dilatatur. Et frequentatiuo vſus eſt verbo, quod nõ raro, ſed frequenter receptet. [Meum receptas filium ad te) Status coniecturalis, quæ coniectura diluitur per ἄτεχνον πίστιν. i. iuſiurandum, ac tormenta ſeruorum. [Ah) Quòd falſum eſt, reclamauit meretrix ſtatim, & voluit contradicere, ſi permitteret ſenex. [Sine dicam) Virg. ſine me hæc haud mollia fatu, Sublatis aperire dolis. [Vxorem hanc prius quàm duxit) Hanc, quaſi moleſtam, & quę hæc nolit pati. [Hanc prius quàm duxit) Ante rem, à præteritis & ante actis. [Voſtrum amorem pertuli) ἀποσιώπησις. vt in Heautont. Au, nę illud haud inultum, ſi viuo, ferent, nam iam tute cohibes. [Veſtrum) Non, ipſius Pamphili: Ergo blande & honorifice. non enim illius amorem, & tuum quęſtum, ſed, amorem veſtrum. nihil potuit dici familiarius. Pertuli autem, quantam

tam vim patientię habet,quantumq. ponderis,ne lędi mereatur vlterius? [Vxorem hanc prius quam) A persona sua, Prius q̃ hãc duxit,vestrum amorem pertuli. Et quia multum diuq. amauerit,pertuli dixit,quæ est longi tpis significatio. [Nondum ẽt dixi id, quod volui) Apparet senem tarde,& longe loquentem interpellari vultu responsuræ meretricis, cum ille sibi silentium præberi velit. Sic Virg. Latinum inducit dicentem,sine me hæc haud mollia fatu,Sublatis aperire dolis, simul hæc animo hauri. Et ad postremum de Turno,Vt primum fari potuit,sic incipit ore. [Mane, nondum etiam) ἀποσιώπησις tertia'. [Nunc hic vxorem habet) Cum denunciatione pronunciandum est, q. d. alia res est. [Quære alium firmiorem tibi) Magna moralitas in denunciatione,magna proprietas. sic enim dicimus, Quære tibi. Virg. Quærat sibi fœdera Turnus. [Quære alium tibi amicum firmiorem)Firmiorem pro firmo. non enim firmum concedit esse Pamph. quem vult intelligi deceptorem esse Bacchidis, non iam amatorem stabilem. [Quære alium tibi amicum firmiorem)Oratorie senex quasi consulit meretrici,quam vocauerat incusandam. [Quære alium) A præsentibus,& à futuris. [Firmiorem amicum) Callide senex, quasi iam non Pamphilo consulat, sed Bacchidi, Quære alium dixit. [Dum consulendi tempus est) Sensus,Dum ætas in flore posita est,facies vendibilis etiam nunc est. Et est ordo,Dum tempus est consulendi tibi. & bis subaudiendum est tibi. [Nam ille neque animo hoc erit ętatem)Aetatem,pro tam diu quàm longa est ętas.[Neque pol eodem ista ętate tu.) ὀχημαλέγον πλοκή. prius ętatem aduerbium, posterius nomen. [Quis id ait?) Non interrogatio, sed firma negatio est. [Quis id ait?)Cum dicat senex. Meum receptas filium,mirum est illam dicere. [Quid id ait?) Sed ab accusatorie testimonium quærit. Et bene Ait,quasi vanum. sic enim dicimus,ait, aio, de rebus nugatorijs. [Socrus) Terribiliter, quasi quæ maxime sciat,& quæ maxime doleat. Ergo,& oculis,& labris pronunciandum est.[Quis id ait?) Moraliter meretrix missa fecit omnia quæ in medium senex contulit,& soli intentioni, Meum receptas filium ad te Pamphilum,quis id ait? respondit. [Et filiam abduxit suam)Addidit ad personam testis,& facta,qa minus idoneum videbatur, socrum dixisse de pellice. & simul ostendit quantopere hoc animaduertendum sit, ex quo tantæ turbæ sint concitatæ.[Abduxit suam) Abduxit,proprie. Accersi enim dicitur ad maritum: Abduci à marito ad diuortium. Sic Virg. Et gremijs abducere pactas. [Puerumq. ob eam rem) Hoc sic pronunciat senex,quasi qui dicat, Ecce quarum rerum tu causa. Et hæc oratio de ijs est,quibus ostendimus nos posse grauiter accusare,sed nolle. [Apud vos possem fidẽ) Bene Vos, quia & hic dicit,& socrus. [Aliud si scirem, qui firmare) Mire, dum quærit quo firmet fidem, fidem sibi acquisiuit atque ascripsit. [Sanctius,quàm iusiurandum) Bene dum aliud agit,etiam personam commendat. nam non est lenis, quæ iureiurando nihil sanctius sciat. [Sanctius) Firmis. [Me segregatum habuisse) Bono significato vsa est,quasi ipsa hæc fecerit. Et bene segregatum, non enim disiunctum aut repudiatum proprie diceret. [Vxorem vt duxit)Vt aduerbium est temporis,pro ex quo.[Lepida es) Senex cum meretrice loquens,eo potius nomine lauda uit eam quo meretrices solent laudari,quàm quo matresfamilias. sic & supra, cum insciturn se diceret rationem habuit,quæ esset cum qua loqueretur. [Sed scin', quid volo potius) Hinc deliberatiua incipit. [Sodes) Si audes, si vis. [Eas ad mulieres huc intro) Non dixit ad socrum,& ad vxorem, terribilia nomina, & inimica meretrici, sed quod facile est, ad mulieres. Sic alibi,Mulier mulieri congruit. Et me longe videretur,addidit, huc intro. [Atque istuc iusiurandum) .i. q̃ tu mihi pollicebaris. [Exple animum his,teq. hoc crimine expedi)Explere,pro exinanire,Terentianum est. Expedire dicitur, qui pedem retentum liberat. [Exple animum) q̃ illis pro sis. [Quod pol,si esset alia ex hoc quæstu)Vigilanter poëta,ne non verisimile videretur,id vllam fecisse meretricem, ipse lectorem præuenit. & sic ferè in omnibus Terent. quæ minus peruulgata sunt, quæque abhorrent à consuetudine, agit. [Vt de tali caussa) .i. amore mariti eius,& pellicatu. [Nuptæ mulieri se ostenderet) Plus dixit, q̃, nuptam alloqueretur. [Sed falsa fama esse nolo gnatum) Bene, quo sit gratiosior,non propter se dicit,quod facit,facere. [Nec leuiorem vobis) Quid leuiorem? an minus carum? vt contra grauis intelligitur. Virg. Ferit ense grauem Tymbreus Osirim. Grauis etiam molestus intelligitur. vt Sal.Grauiore bello qui prohibituri venerant socij,frigere. Grauis etiam languidus. Virg. Vbi aut morbo grauis,aut iam segnior annis Defecit,abde domo. [Nec leuiorem) Vt contra grauis, honore dignus,& carus. [Quibus est minime æquom)Parentibus.s.[Immerito) Bona exceptio hoc enim,& cauere nobis,& præstare alijs possumus. [Immerito) Nam meritus est de me, παρόμοιον. Nam meritus est de me,q̃ queam illi vt cõmodem. Et hoc artificiose Terent. ne vel meretricem dure à Pamphilo segregaret. [Quod queam,illi vt cõmodem) Sic in And. Magis id adeo vt mihi incõmodet,quam vt obsequatur gnato. [Facilem,beneuolumq. lingua tua) Facilem ad peccatum, Beneuolum iracundiã retulit. [Lingua tua) Consuetudine magis,quam rõne dicit tua lingua ergo pro homine ipso. [Lingua tua iam) Subdistingue Iam, vt appareat,si lingua tua iam,quanto magis facta? [Nam non sunt solæ arbitratæ hæ) Nunc fatetur se quoq; accusatorẽ fuisse,nunc vero beneuolum factum. [Hæ) Cum apostrophe. [Ego quoque hoc ẽt) Quoque,& ẽt superuacue posita sunt,sed hic confirmationem ostendunt.[Præter nostram opin.) Pro cõtra. [Præter nr̃am opinionem) Hoc est innoxiam. [Fac eadem vt sis porro) Hoc est perseuera purgata esse,vult.n.& de futuro cautum esse, vt supra,Nam si id facis,factura ue es.[Nostra vtere amicitia)Non iam amore,sed amicitia.[Aliter si faci') Aposiopesis. [Ne ægre quidq̃ ex me audias) Vtrum ægre pro male? aut ægre pro inuita?[Vel te hoc moneo vnum)Hæc figura oratoria, παραίνεσις dr̃. [Quali' sim amicus,aut qd possiem)In secunda rõne Sal. ad Iug. Nam vim vagis,q̃ beneuolentiam eius experiri mallem.[Qualis sim amicus,aut qd possiem) Hoc genus cõminationis minus habet amaritudinis,sed plurimum grauitatis.Et Sal.Nam vim,quàm misericordiam eius,experiri mallẽ.

NON hoc &c.) In hac scena meretrix loquitur, & senex exercentq. causam coniecturalem.Nam senex dicit eam recipere Pamph.filium,illa contra inficiatur. B. Hoc non est de nihilo.i.propter nihilum,quod.i.propter quod,vel fore erit coniũctio. Laches expetit me esse conueniam.i.compellatam,seu allocutam,si passiue liceat dicere nec pol multum fallit me.i.non valde ignoro, quin.i.q̃ non id,quod suspicor sit id,quod velit. L. alloquitur seipsum. ò Laches videndum est.i.prouidendum est,seu canendum ne.i. vt non, minus impetrem pp̃ hanc iram .s.meã,q̃ possim impetrare,q.d.ne ita mea impediat quo minus assequar ex meretrice id,quod poteram assequi, si non interuenisset ira,aut videndon' est ne.i.vt non,faciam qd.i. aliqd, pius .i.supra modum,quod post.i. post illud tps,sanctius sit me minus.i.non,feciſſe.i.cuius facti postea me pęniteat.Si.n.veteres dicebant,minus factum,&nolle factum,cum alicuius rei eos pęnitebat.Aggrediar quasi rem arduã,& incongruam seni,vel aggrediar vt meretricem circunueniam Bacchis salue. B. O Laches salue. L. ò Bacc.credo te non nihil.i.aliquantulum mirari qd sit quapp.i.pp̃ q̃ iussi puerum.i.seruum euocare foras huc. B. pol ego etiam sum timida.i.timeo,ẽt dixit,q.d. non minus q̃ tu putes,quoque,vacat cum.i.qñ,venit mihi in mentẽ.i.recordor, quę.i.qualis sim. Timeo ergo ne.i.q̃ nomen quæstus.i.nomen q̃ ineſt quæstui meo.quem exerceo.i.meo modo quærendæ pecuniæ turpi.s.& in honesto. obstet.i.noceat mihi.nam facile tutor.i.defendo,prego mores meos,q.d.p̃ter quæstum meretriciũ mores mei facile p̃nt subsistineri,vt faciles,& non mali.nisi forte à tutor quod significat aspicio ẽt fieret tutor frequentatiuum,ac si diceret,facile considero mores meos. L. interrogabo sup.te, & ò mulier si vera dicis mihi super his de qbus te interrogabo nihil pericli.i.nullum periculũ est.i.imminet tibi à me.Nã iam sum ea ętate,vt non fit.i.non videaẽ ęquum ignoſci impersona liter dictum.i.q̃ ignoſcatur mihi peccato.i.vel peccãti,vel deest in,vt sit sensus. Nõ sit ęquũ mihi ignoſci mihi in peccato meo, quo magis.i.quanto magis, accurro.i.valde curo,cautius.i.prouidus.hic declinaẽ accuro as ex ad & cum.nam accuro ris aliud sibi vult.Accuro ergo ne.i.vt non faciã. temere.i.inconsiderate. oẽs res.i. omnia quæ sum facturus, vel accuro cautius oẽs res ne faciam temere. Nam si nunc vel facis vel factura es id q̃ par est.i.decet bonas mulieres facere. insciti est i.inelegans est, & iniquũ me offerre iniuriam tibi immerenti.i.quę nõ mereris. Offerimus iniuriam non merenti,reddimus ei qui meretur.Scitum dñt quod placet, insciturn quod displicet, & ex abundanti dictũ est,nisi iungatur cum illo accusatiuo me, dicendo iniquũ est me insciturn offerre tibi iniuriã,sed tum esset accusatiuus masculini gñis. B. ecastor,iurãdi aduerbium muliebre.i.per ædẽ Castoris magna gr̃a est.i.magna beneuolentia est,vel magnum beneficium est quod habeam.i. debeam tibi de ista re.i.propter istam rem.s.q̃ mihi offerre nolis iniuriam. Nam is q̃ expurget .i. excusset se post iniuriam factam. parum prosit mihi.i.multũ mihi nocet,nullatenus mihi cõmodum sit. nam minus dicit,& plus intelligit. Sed quid istud est quod dicere mihi cupis? L. re- GVID.

ceptas .i. frequenter recipis filium Pamph. ad te . B. ah, interiectio reclamantis contra obiecta . L. sine. i. permitte, q; sup. dicã quod dicere volo, pertuli. i. diu toleraui vestrum amorem. s. tuũ & Pamph. priusquam. i. antequam duxit hanc vxorem, hãc dicit quasi molestam, & quæ hæc nolit pati. Deinde Bacchis loqui gestiebat, propterea subditur. Mane. i. expecta, etiam nondum. i. nõ adhuc . dixi id, quod ego volui dicere nunc . hic Pamph. habet vxorem, quære tibi alium amicum firmiorem. dum tempus consulendi, id est prouidendi tibi est. i. dum ętas est in flore posita, & facies est vendibilius. nanque, neque ille Pamphilus erit hoc animo . i. habebit in te eum animum, quem habere solebat . neque pol tu eris eadẽ . i. similis vt prius, ista ætate. i. visa ætate tua, quæ tendit proxime ad senium . B. quis ait. i. dicit id . s. me receptare filiam . L. socrus. i. mater vxoris eius . B. Me ne . i. vtrum dicit me receptare eũ . L. dicit ipsam, & abduxit. i. abstraxit à domo mea, & reduxit in domum suam filiam suam nurum meã. & voluit extinguere . i. suffocare, & extinguere, dixit secundum eorũ opinionem, qui putabam animam esse ignem. Voluit ergo extinguere puerum, qui natus est clàm . i. latenter, secreto, ob eam rem . i. in odium eius q; se apud te sæpe recipiebat . B. ò Laches si scirem aliud. i. aliam rem, sanctius. i. firmius, q; i. vnde, vel quo possem firmare. i. confirmare, firmam reddere, fidem. i. probationem, aut credulitatem, siue veritatem meã apud te, quam iusiurandum. i. sacramentum, pollicerer tibi me habuisse Pãph. segregatum. i. semotũ à me. vt. i. ex quo, vel postquam duxit vxorem. L. tu es lepida. i. iucunda, & festiua sermone tuo . Sed scin'. i. scis ne illud qđ volo q; sup. potius facias sodes. i. si audes, vel si vis . B. quid vis quod potius faciam. cedo. i. dic quid velis me facere. L. eas. i. vadas. huc. i. in hunc locum quem ostẽdebat, intro, hoc est introeas hinc ad mulieres. s. Myrrh. & Phil. atque polliceare istis istud idem iusiurandum quod pollicebaris mihi. explе animum. i. satisfac animo his mulieribus, vel animum his pollicitationibus, quibus meum explesti, & expedi. i. libera, euolue te, explica, te exolue te hoc crimine, cuius accusaris de receptione Pam. ædepol faciã id, quod si alia aliqua esset ex hoc quæstu meretricio . i. si alia esset meretrix, quem admodum ego quæ talem quæstum faceret. haud. i. non faceret . scio. i. non dubito, videlicet non faceret hoc vt. i. ostenderet se mulieri nuptæ, de tali causa. i. propter talem causam . Sed nolo fi. tuum esse suspectũ falsa fama. i. rumore falso. neque volo eum quid uo. leuiorem. i. contemptibiliorem . immerito. i. sine causa, qbus. s. vobis minime. i. non est æquum eum videri leuiorem. Leues homines dicuntur (vt Gell. inquit) homines cõtemptibiles, & nullo honore digni. homines. s. nihili, ac nullius frugis bonæ. Nã Pam. me. est de me ita sup. i. ita me tractauit, vt commodem illi id q; queam . i. possim commodare. i. vt consulam eius vtilitati quęcunq; via potero, dicimus enim commodo tibi hoc. i. commodum tibi facio. interdum commodare significat dare aliquid commodato . Dicimus etiam hac in re tibi nequeo commodare. i. commodum afferre . L. Lingua tua. i. tuus sermo lepidus iam reddidit. i. effecit me facilem. i. benignũ, exorabilem, & beneuolum tibi. i. tibi bene cupientem, nam hæ mulieres non sunt arbitratæ solę. i. sine alijs te receptare filium. ego quoque etiam, alterum abundat. credidi hoc. s. te receptare eum nunc. cum ego comperi. i. deprehendi, cognoui te esse præter nostram opinionem. i. innoxiam, & vacare culpa in hac re cuius accusaris, fac. i. perseuera, vt sis eadẽ . i. vt sis purgata apud mulieres, & iudiceris innoxia, porrò . i. sed, vel deinde, siue certe, vtere nostra amicitia vt voles . si facias aliter, volebat minitari, sed repressit se inquiens, sed reprimã. i. compescã, cohibebo me, ne audias quidquam. i. aliqd ex me ægre . i. male molestе, vel inuita, verum . i. sed moneo te hoc vnũ facias periculum. i. pericliteris, sumas experientiam, & probationẽ qua lis amicus sim potiusq̃ inimicus, aut quid possim. i. quę sit mihi potestas . B. Faciã quod dicis, sedulo. i. instãter, quasi sine dolo.

LATO. ARGVMENTVM) Laches cõuenit Bacchidem de Pãphilo, & illa se expurgat. Attẽde autem quod alioqui rarum est bonam meretricem, & mitem senem. [Conuentam esse) Singularis locutio pro conuenire expetit, participium loco verbi . [Vidẽdum est) Componit se Laches ad lenitatem, & moderationẽ . [Non nihil) Aptum, & modestum principium vtriusque personæ . [Si vera) Captat beneuolentiam ab officio ante quam rem narret. [Meum receptas) Propositio, & mox narratio dehortatiua. [Quære alium) Ab vtili, & tempore. [Aetatem, neque pol). i. perpetuo, aduerbialiter, sic in Eun. Iam dudum ætatem. pro diu. [Socrus) Confirmatio propositionis à testimonio, & mox exaggeratio a consequẽtibus. [Aliud si) Purgatio. [Sed scin.) Propius accedit occasio ob catastrophẽ. [Sed esse) Honesta ratio meretricis ad liberandum suspicione Pamph. [Præter nostram). i. inno centem . Nam periphrasis est . [Aliter si facias) Apotiopesis.

NON hoc) Debere se quenque purgare in eo quo reus sit si in culpa non est, atque ita etiam purgare, vt intrepide de satisfactione promittat, docet hæc scena . Et quamuis Terent. hic, sordido ac turpi vitæ genere infamem meretricem adducitur, bonam tamen eandem, & pro fama sua statem facit, quo significet, scilicet quam magna res sit integritas vitæ, quam & improbi, & impuri homines non facile contemnunt. Quare bene præcepit Ouid. Omnia si perdas famam seruare momento, Qua semel amissa, postea nullus eris. Si quidem infamis habita fuisset, si coniuncta in Pamphili adulterio de reatu consensisse. [Receptas filium) Receptare ferè semper in malam partem sumitur, pro eo quod est hospitio, & familiaritate iuuare eos qui sceleratam vitam maleficijs ductant. Vnde receptatores illi, qui improbos homines, vt latrones, fures, adultos, in ædibus suis recipiũt, & illos commeatu iuuant. [Aetatem) Aetatem pro diutulo tempore accipi solet apud Comicos. Plaut. in Asin. Aetatem seruire velim. [Nam meritus de me est) Beneficium non mox ex animo deponendum, etiam si iusta causa sit, cur id facias, sed gratias quocunque loco, quacunque conditionis quis viuat, referẽdas, docet hic locus. Est autem gratus, qui aliquid, pro eo quod acceperat, reddit, ait Sen. Idem lib. iiij. de beneficijs . Vt scias per se expetendam esse grati animi affectionem, per se fugienda res est, ingratum esse. Quoniam nihil æque concordiam humani generis dissociat, ac distrahit, quàm hoc vitium .

PETR. MARS.

IN hac quoque scena non parua est difficultas, quam obiter attigerunt Ioan. ac Doct. Primi quatuor versus sunt iambici tetr. acatal. In quorum tertio ac quarto s, in Minus eliditur, & in Satius. Deinde sequuntur senarij, prior trochaicus catal. alter iambicus acatalecticus, ad hunc modum .

GLAR.

Aggrediar, Bacchis salue . B. Salue Laches .
Credo ædepol Bacchis te mirari non nihil .

Poterat tamen prior versus iambicus esse, si quis pronomen Tũ post alterum Salue posuerit. Salue tu Laches, Sed quia nunquã legitur omisimus. [Quid sit quapropter te huc foras puerũ euocare iussi) Nunc sequuntur decem iambici tetr. catal. quos q; a in omnibus lib. male distincti legunt, subijciendos hic existimaui.

Quid sit quapropter te huc foras puerũm euocare iussi .
B. Ego pol quoque etiam timida sum cum venit mihi in mentem quæ
Sim, ne nomen quæstus mihi obstet, nam mores facile tutor.
L. Si vera dicis, nihil tibi pericli est à me mulier .
Nam iã ætate ea sum, vt non fiet peccato mihi ignosci æquũ.
Quo magis omnes res cautius, ne temere faciam accurro .
Nam si id nunc facis, factura ue es, bonas quod par est facere,
Inscitum offerre iniuriam tibi me immerenti iniquum est .
B. Est magna ecastor gratia, de ista re quam tibi habeam .
Nam q; post factam iniuriam se expurget parum mihi ꝑsit .

Qui versus si ita distinguentur, faciles scansu sunt. In vltimo tamen versus creticus est loco sexto, nisi quis m, de Parũ abijcere malit. [Sed quid istuc est? L. Meum receptas filium ad te Pamphilum) Primi hi duo versus, si nulla prorsus in eis fiat elisio, essent trochaici tetram. hypercatalectici, sed in priore malim d, elidere in Quid. In posteriore vero, vel Prius in vnã syllabam cõprimere, vel creticum tertio constituere loco, vt sint ambo iambici tetram. acatal. quemadmodum, & sequentes duo . In quorum priore Mane geminandum ex commentario, & sanè carmen poscit . Sequens autem ita legendus,

Quære alium firmiorem tibi, dum consulendi tempus est .

Hic sciolus aliquis infusit verbum Amicũ, quod in veteribus libris non est, nec contentus hoc ausu, in Donati commentariũ etiam apposuit, quem constat. Amicum non legisse, nec veteres Donati editionis habent. Sequens versus haud dubie est iambicus tetram. acatal. ac primo quidẽ loco creticus est, & post Erit, Aetatem legendum, quod in Aldino libro omissum erat, & Ista non Istuc propter carmen, legendum, nisi quis c, elidi putet, q; vsu receptum non est. Qui deinde sequũtur versus tres haud dubij sunt iambici tetr. acat. quartus trochaicus tetr. catal. Deinde reliqui duo rursus iambici tetr. acatal. Tertius potest eis similis esse si Eas dissyllabum fecerimus, trochaicus autem fuerit, si Eas monosyl. fecerimus . [Polliceare illis explе, animũ his, tcq̃ hoc crimine expedi) Qui nunc sequũtur 10. trochaici sunt tetr. catal. In quorum quarto d, eliditur initio in Sed . In 8. Hæ in medio prorsus eliditur, vt sit loco quarto trochæus, & quinto anapæstus . In 9. rõ Autem, superfluit in lib. Aldi . In 10. a, in Amicitia corripitur, non eliditur vt sexto loco sit tribrachys.

Antep

Antepenultimus ac penultimum rursus sunt iambici tetr.acatal. Vltimus trochaicus tetr.acat.& Periculum trissyll.vt tertio loco sit trochæus.

ACTVS V. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Quæ dudum Lacheti, eadem hæc Phidippo Bacchis permittit se intro ituram ad Sostratam, & Myrrhinam vt illis purgetur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Bacchis eadem Phidippo quoque earum rerum incredulo pollicetur, quæ priori scena Lacheti promiserat, vtpote se ituram ad mulieres expleturam animum earum,& à se crimine obiecto purgaturam. Quod admodum graue videtur pellex vt amatoris vxorem de mutuo amore leuiter alloquatur. ADDITIO. *Ad illud verbum Bacchidis intelligendum. Quod si perficio, &c. Multa Terentius feliciter ausus est, singulari sua arte fretus,quæ reliquis Comicis non licent. Nam & socrus bonas,& meretrices honesti cupidus,præter vulgatam aliorum consuetudinem facit. Sed tanta vigilantia,& causarum,& rationum momenta subiungit,vt ei soli merito videatur licere. Quod profecto contra illud est, quod in Eunuchi prologo ait, commune esse omnibus Comicis bonas matronas facere, meretrices vero malas.*

Iambici Tetrametri Catalectici, vnus Dimeter Catalecticus.

PHIDIPPVS, LACHES, BACCHIS.

NIHIL apud me tibi defieri patiar; quin, quod opus sit,
Benigne præbeatur.
Sed cum tu satura, atque ebria eris, puer vt satur sit, facito.
L. Noster socer,video, venit: puero nutricem adduxit.
Phidippe, Bacchis deierat persancte. P. hæccine ea est: L. hæc est.
P. Nec pol istę metuus deos:neque has respicere deos opinor.
B. Ancillas dedo: quolibet cruciatu per me exquire,
Liceat.hæc res hic agitur; me facere Pamphilo vt vxor redeat,
Oportet, quod si perficio, non pænitet me famæ,
Solam fecisse id quod aliæ meretrices facere fugitant.
L. Phidippe, nostras mulieres suspectas falso nobis
In re ipsa inuenimus: porrò hanc nunc experiamur, nam si
Compererit falso crimini tua se vxor credidisse.
Missam irā faciet:sin aūt est ob eam rem iratus gnatus.
Quòd pepererit vxor clam,id leue est: cito ab eo hæc ira abstedet.
Profecto in hac re nihil mali est,qđ sit dissidio dignū.
P. Velim quidem hercle. L. exquire: adest: quod satis sit, faciet. B. faciam.
P. Quid istæc mihi narras? an quia non tute audisti dudum,
De hac re animus meus vt sit Laches? illis exple modo animum.
L. Quæso ædepol Bacchis, quod mihi es pollicita tute, vt serues.
B. Ob eam rem vis ergo intro eam? L. i, atque exple animum his, vt credant.
B. Eo: etsi scio pol his fore meum conspectum inuisum hodie:
Nam nupta meretrici hostis, à viro vbi segregata est.
L. At hæ amicæ erunt,vbi quamobrem aduenēris, resciscent. P. atqui
Easdem amicas fore tibi promitto,rē vbi cognouerint:
Nam illas errore, & te simul suspectatione exolues.
B. Perij, pudet Philumenæ: sequimini me intro huc ambæ.
L. Quid mi est,quòd malim,quàm quod huic intellego euenire, vt
Gratiam ineat siue suo dispendio, & mihi vna prosit?
Nam si est, vt hæc nunc Pamphilum vere ab se segregarit;
Scit sibi nobilitatem ex eo,& rē natam:& gloriam esse;
Refertq. gratiam ei,vnaq. opera nos sibi amicos iūget.

NIHIL apud me tibi de fieri patiar) Verba nutricis fuisse poëta demonstrat,petentis ordine longo quæ sibi præbenda sint.vnde quasi tędio singulorum.generaliter hæc respōdit.[Nihil apud me tibi defieri patiar) Apud me dixit,pro apud eum, vbi futura es.[Defieri patiar) Noluit,dicere deesse,sed defieri dixit. vt id quod minus vsitatū est, magis delectet auditum.[Benigne præbeatur) Benigne,large. hoc enim est gratius,non solum præbere,sed benigne præbere. [Sed cum tu satura atque ebria eris)Hoc est in nutricibus,non solum non turpe, sed etiam necessarium. [Et,hic satur,& hæc satura fecit) Noster socer video venit.[Noster,blandientis dictum est)Virg.Noster eris. Et magis hoc consuetudine dictum est, quàm integritate. Aut certe ordo est.Noster socer venit,&deinde,video.Aut deest Vt,vt sit,vt video.[Deierat) Deos iurat. vt,Maria omnia iuro. Aut valde iurat.[Bacchis deierat)Si correpte,deierat,deos iurat. si producte,valde iurat.Et bene senem iratum præoccupauit,dicendo,deierat sancte,ne confligeret cum meretrice,& fieret fabula longior.[Hæccine ea est?) Imitanda irati contemplatio,q.d. Hæc est, quam vxori Pamphilus anteponit?[Nec pol istæ metuunt deos) Hoc argm est non illam vera iurare. sanctum,ait, iusiurandum est,aut metu religioso, aut supplicijs sacrilegorū, At vero nec religiosæ sunt meretrices,inquit, nec dant pœnas, quippe quæ à dijs contemnantur. Tale est apud Virgilium de violato Luco,qui vindicatus non est:Nouimus,& qui te,transuersa tuentibus hirquis: Et quo, sed faciles nymphæ risere sacello.[Neque has respicere deos opinor) Et inferiores sunt,inquit, q̄ in quas dij vindicent. [Neque has respicere deos) Nec merentur vt dijs pœnas referant, quia nec curæ dijs esse dignæ sunt. Et est ἀμφιβολία quæ sensu manifesta est. [Ancillas dedo) Repudiato iureiurando ad aliud tranſit firmius documentum. [Quodlibet cruciatu per me exquire)Per me,hoc est me permittente,vt quod per legē tibi nō licet,per me liceat. Per me ergo, me auctore,& permittente.[Hæc res hic agitur) Aut sic intelligendum est,q.d.Hoc agebamus cum tu aduenires.aut cum asseueratione pronunciandum est,vt sit res veritas,q d. Hic non verba sunt,sed res agitur. [Hæc res hic agitur) Propositio eorum quæ dictura est,hoc modo,Hæc res hic agitur.quæ res? Pamphilo me facere,vt redeat vxor,oportet,quod si perficio, non pęnitet me famæ,solam fecisse id, quod aliæ meretrices facere fugitant.Multa Terentius feliciter ausus est,arte fretus. nā & socrus bonas,& meretrices honesti cupidas,pręter quàm peruulgatum est,facit,sed tanta vigilantia causaꝝ,& retionum momenta subiungit,vt ei soli merito videantur omnia licere.Nam hoc cōtra illud est, quòd alibi ait cōmune esse iam omnibus Comicis bonas matronas facere meretrices vero malas. [Non pœnitet me famæ)Hæc figura μιτότης dicitur. minus enim dicit quàm significat. nam non pœnitet me famæ,pro eo q̄ est, magnam famam cupide acquisierim,significat. [Nō pœnitet me famæ) Ne quæreremus,qui hoc meretrici prodesse posset.[Solam fecisse) Bene solam, se nescisse officium meretricis poëta videretur. [Solam fecisse id, quòd aliæ meretrices facere fugitant).i. reconciliasse vxorē marito. [Nostras mulieres suspectas fuisse).i.in suspicione positas. Nā esse suspectas, ambiguum est, & nunc eius partē manifestam videmus. [Nobis in re ipsa) Nobis,aut abūdat,aut cum molestia nostra significat.[Porrò hanc nunc experiamur) Porrò nunc,futurum tempus ostendit. nam si iam inuenisti qd, experiaris, & ea, quæ restant in reliquum tempus, quia iam de

præteritis purgata est.[Hanc experiamur).i.vtamur opera eius. [Crimini tua te falso vxor credidisse) Crimen proprie dicitur id quod factum est. Cicero, Veruntñ fac. tametsi criminosum, id est. Id est falsa insimulatio est. [Crimini) Crimen nunc pro falsa suspicione. Virg. Formidine crimẽ acerbat. Et, Semperq. odij sed crimine, Drances infestus iuueni. Turno, Id est, & q̃ cũ odisse, & q̃ se illi odio esse suspicaretur. [Cito ab eo hæc ira abscedet) Bene in duabus enim personis causa videtur esse turbatum socrus, & Pamphili. [Profecto in hac re nihil mali est, quod sit dissidio dignum) Moraliter, quasi quærendo, & discutiendo hoc intulit. [Dissidio) Diuortio. [Velim quidem hercle) Vt nihil sit dignum, hoc est non peccauerit Pamphilus. [Quod satis sit, faciet).i. quidq̃ ad plenam ducit purgationem facier. [An qa non tute ipse) Correptio est. nam audiuit, Manere affinitatem hanc inter nos volo. [Illis modo exple animum,) q.d. quæ amaræ sunt, & molestæ. An qa non tute ipse audisti dudum. [De hac re animus meus vt sit?) Vtrum quia dixit, Manere affinitatem hanc inter nos perpetuam volo, an quia apud vxorem defendit adolescentem in amore meretricis? [Quod mihi es pollicita tute, vt serues.i. iusiurandum apud mulieres [Quid istæc mihi narras?) Reprehensio est quasi longorum verborum Lachetis. [Ob eã rem vis vt ego intro eam?) Vis dicit, vt ostendat in hac re cũ dationem suam. [Nam nupta meretrici hostis est) Caute etiam hoc præstruit poëta, ne non verisimile videatur potuisse meretricem concorditer cum pellice agere. Nam nupta meretrici hostis alia. s. inimica. [At eadem amicas tibi fore) Hic quidem senes, verum aliæ causæ sunt quæ mulieres faciunt molestas, & hę autem spectatoribus notæ sunt ex argumento. [Et simul suspicione exolues) Hoc est quod supra dixit, crimen nos quoque suspicionem interpretati sumus. [Exolues) Expedies. [Pudes Philumenæ) Pudet duo significat, siue illi peccarit quem pudet, siue ille cuius pudet. Et familiariter Philumenæ, tanquam notæ ex Pamphilo. [Sequimini me intro huc ambæ) Ancillis dicit, quæ sunt παρὰ προσωπ. [Pudet Philumenæ) Conscientia communis viri, & pellicatus. [Quid est quod mihi malim, q̃ quod huic) Sensus hic est, Quid est quod magis optem mihi euenire, quam quod simul proderit etiã meretrici? [Quid est quod mihi, &c.) Sic hoc ergo intulit pro nouo. Mirandum est enim euenire potuisse, vt idem, & seni, & patri prosit, quod meretrici. [Quid est quod mihi malim) Vt amicitia mihi, & sibi prosit. Et ostendit cõmune sibi bonum esse. [Euenire) Euenire, bis subaudiendum. [Vt gratiam ineat sine suo dispendio) Recte. Difficile est enim gratiam inire sine damno. [Et mihi prosit?) Mire, quia difficile est amicum sine damno acquirere. Et quia cum lucro nõ potuit dicere, & hoc ipsum bonum fecit, quia sine damno. Ergo velut tria sunt, vt gratiam ineat, vt sine damno, & vt mihi prosit. [Pãphilum vere ab se segregarit) Proprie ab meretrice segregari dicitur, ab vxore, dissungi. Scit sibi nobilitatem ex eo, & rem natam) Quasi dicatur, Ecce quam amauit Pamphilus. Sed hoc sentire, & dicere, patris est stulta pietate magnificantis filium. Vt, Meum gnatum rumor est amare. Et proprie nobilitatem dixit nam, & meretrix, & gladiator nobiles dici solent. [Sit sibi) Qd' nimis amat, ait Nobilitatem. [Ex eo) Vtrum ex Pamphilo? an ex eo, ex ea re. i. quod segregauerit vere ab se Pamphilum, & hoc est melius. Nam nobilis meretricis est non timere ne alterę non inueniat. aut nobilis est, cognitam fieri etiam senibus. [Rem natam) Ex patrocinio, & amicitia senis. [Gloriam) Ex facto raro in meretricibus. [Et rem natam) Quia multa in eam contulit. [Et gloriam esse) Quia defendit eum apud soceros, & vxorem. & quòd marito meretrix coniugem reddit.

OVID. NIHIL &c.) In hac scena idem pollicetur Bacchis Phidippo, quòd erat pollicita Lachi, videlicet se ituram ad mulieres, & expleturam eaę animum, seq. crimine expedituram. P. Phidippus conueniens cum nutrice dicit se iusta præbituram, & ne cessaria. nihil. i. non patiar aliquid, defieri, à defio is. i. deesse tibi, seu deficere tibi apud me: quin. i. quòd non. id quod sit opus. i. sit necessarium, præbeatur. i. præstetur. benigne. i. large, liberaliter, sed cum tu nutrix eris satura. i. repleta cibis, & ebria. i. vino ingurgitata, facito. i. efficito, vt puer nutriendus sit satur. i. bene nutriatur. L. Noster socer. i. Phidippus pater nurus Lachis venit, video eum. s. vel intellige vt, & dic vt video noster socer venit, nam ad parandam nutricem se contulerat, adduxit nutricem puero. i. pro puero educando: deinde vt Phidippus fuit in conspectu subdidit. ò Phidippe, Bacch. meretrix deierat. i. Deos iurat, vel valde iurat, persancte. i. valde firme. P. Hæccine. i. vtrum hæc ea meretrix, quam vxori Pamph. anteponit. L. Hæc est ea ipsa: P. Pol nec istæ meretrices, istæ per contemptum dixit metuunt Deos. i. non sunt religiosæ, siue religione non tenentur, & opinor. i. talis est opinio mea. Deos non respicere has. i. non curare, nec hîc, rationem, seu respectum earum, quasi quæ nec sint religiosæ, nec dent pœnas. quippe quæ à dijs contemnantur. B. Dedo. i. in potestatem tuam do, quasi valde do, & in tuum arbitrium ancillas meas. exquire. i. explora, receptẽ nec ne filium tuum quodlibet cruciatu. i. quodlibet supplicio, seu tormento. licet. i. tu potes id facere. per me. i. me permittente, hæc res quæ sequitur agitur. i. tractatur, agitatur, voluitur hic, vi delicet, q̃ oportet me facere, vt vxor redeat Pamphilo. i. ad maritum. q̃. i. vt redeat vxor. si perficio. i si compleo. non me pœnitet famæ. i. non parum mihi videbitur de fama acquisita, vel nõ paruam mihi famam acquisiuerim, videlicet, me solam fuisse id. s. reconciliasse vxorem marito, q̃ aliæ meretrices fugitant, nã nolunt vxores maritis reconciliari. L. O Phidippe iuuenimus. i. comperimus, in re ipsa. i. in rei veritate, mulieres nras fuisse suspectas. i. in suspicione positas nobis falso. i. iniuria porrò. i. deinde, vel sed. nunc experiamur. i. probemus hanc meretricem, vtentes opera eius. nam si tua vxor Myrrhina compererit. i. deprehenderit, cognouerit se credidisse falso crimini. i. falsæ suspicioni. hic enim capitur crimen pro suspicione falsa, missam faciet. i. dimittet iram. Sinautem. i. sed si. gnatus. i. filius est iratus ob eam rem, q̃ vxor eius peperti clàm. i. occulte, secreto. id propter quod est iratus est leue. i. non magni ponderis ac momenti, hæc ira recedet cito ab eo Pamphilo. profecto. i. certe. nihil malim. i. vtinam nihil sit dignum dissidio. i. vt Pamphilus non peccauerit. L. Exquire. i. explora sagaciter à Bacchide, an peccauerit Pamphilus. adest. s. Bacchis. ipsa Bacchis faciet quod satis est. i. quod sufficit ad plenam purgationem. B. Faciam q̃ satis est ad purgationem. P H. Phidippus quasi longiora sint verba Lachetis, reprehendit Lachetem inquiens, vel quid. i. cur, narras tam longo sermone mihi istæc, per contemptum dixit, quasi tædiosa prorsus, & molesta, q̃ppe qui animum noueris meum. an. i. vtrum. ò Laches narras mihi istæc, qa tute ipse. i. tutemet. nõ audisti dudum. i. aliquanto ante à me. s. vt. i. qualis, vel cuiusmodi animus meus sit de hac re. i. de peccato Pamphili. nam facile persuadetur mihi eum non peccasse adeo, cupio hanc affinitatẽ manere inter nos perpetuam, & ideo non est quod exquiram latius vt oẽs modo. i. nunc, vel duntaxat. exple animum. i. persua de illis mulieribus vt credant Pamph. nõ peccasse, nam qui persuadet rõnibus eius animum explet, qui est persuadendus Lac. ò Bac. ædepol quæsò vt tute. i. tumet serues. i. pstes id quod pollicita es mihi, videlicet iusiurandum apud mulieres. B. Ergo vis vt intro eã. i. ingrediar ad mulieres ob eam rem. s. vt iureiurãdo confirmem Pam. à me non receptari. L. I. i. vade, atque exple animum. i. persuade his mulieribus, & coge vt credant. B. Eo ad mulieres, etsi. i. quamuis scio meum conspectum fore. i. futurũ esse, hodie inuisum. i. molestum, exosum his mulieribus, nã nupta mulier est hostis. i. inimica meretrici vbi. i. quando, ea nupta est segregata à viro vt erat Philumena. L. At. i. sed, hæ mulieres erunt amicæ inter se, vbi. i. quando, resciissent. i. cognoscent, tanquam rem inopinatam, quamobrem. i. propter quam causam, adueneris. i. accesseris ad eas, at. i. sed, promitto eadem mulieres fore. i. futuras esse amicas tibi, vbi. i. qñ, cognouerim rem. i. rei veritatem, nam exolues. i. eripies, explicabis illas errore, & simul. i. & ẽt, exolues te suspicione quam de te habent q̃ Pamph. receptes. B. Perij, me pudet Philumenæ. i. vel pudore, afficior, q̃ peccaui in Philumenam eo q̃ detinuerim, aliquando eius maritum meis illecebris, vel me pudet Phil. i. erubescо, & pudore afficior propter Philumenam, quæ sic ducta falsa suspicione nõ dubitauit virum relinquere. Ambæ. i. vos duę ancillę sequimini me intro huc. i. hunc locum, quem ostendo vobis. L. Quid est quod malim euenire mihi, q̃ id quod intelligo euenire huic Bac. vt. i. ita q̃ ipsa Bacchis ineat gratiã. i. conciliet sibi, beneuolentiam mulieręę, sine suo dispendio. i. sine suo damno, & vt ipsa prosit mihi recõciliando vxorem filij ipsi filio, quod mihi vtile est nemo negat, nam si est. i. si contingit, & extat vt hæc Bacchis nunc segregarit. i. seiunxerit, vere. i. non ficte Pam. ab se. i. à sua cõsuetudine scit nobilitatem esse sibi natam ex eo. i. ex ea re, qa Pamph. ab se segregarit meretrices, interdum dñr nobiles quasi multis notæ, quarum est non timere ne alterum non inueniant, aut se cognitas fieri etiam senibus, & scit inquam rem. i. commoditatem bonorum esse natã sibi ex ea re, videlicet ex patrocinio & amicitia senis, vel quia multa in eam contulit filius, & scit inquam ipsa Bacchis gloriam. i. laudem, potestatem esse sibi natã ex eo, quia videlicet defendit Pamph. apud soceros, & vxorem, & quòd marito coniugem reddit, & hoc facto ipsa Bacchis refert

fert gratiam ei Pamphilo.i.reddet illi beneficium. nam dicebat prius Pamph. de se benemeritum propter multa, quæ contulerat in eam,& iunget.i.coniunget,nos amicos sibi, vna opera.i. vno labore,& vna sua industria,ac operatione.

LATO. ARGVMENTVM) Bacchis purgat se Phidippo,deinde ad mulierculas ingredit.[Nihil apud)Senex egrediens alloquitur nutricē.[Non pœnitet)Liptote figura,,p cupide amplector. [Nā si Comp.)Dilēma.[Profecto in hac)Epiphonema. [Quid istæc)Bene recusat Phidippus,ne eadē res denuo agatur. [Nam nupta)Aethiologia,à psona. [Perij,pudet) Attende verecundiā meretricis. [Gratiam ei) Pamphilo,nempe olim bene merito.

PETR. MARS. NIHIL apud me) Nutrices puerorū curam agere debere, & ad illos diligenter attendere, ne quid pueris desit, docet hæc scena.ne dum hæ bene pastæ,& potæ fuerint infantium nullam rationem habentes,vt morbis obnoxij fiant, negligendo committant.Quare summopere cauendum,ne disidiosis, gulosis,vinosisq. mulierculis pueri cōmittantur. Et cum naturaliter mini me affecti sunt erga pueros nutrices, vt matres non solent eos tāta cura tractare,sed subditia quadam, & ficta beneuolētia excipere,vtpote mercedis tm causa diligentes,si diligere dicēdę sunt. [Ancillas dedo) Quæ.s.aduentus Pāphili consciæ erāt,nā libera corpora tormētis afficere,non licitum fuit.[Exple animum).i. ex inani te hac suspicione,purga,libera te.[Perij pudet)Aduerti te pudorē meretricis, q̄ non audet se ipsam vxori in cōspectum exhibere.[Grām ineat)Hoc est mereatur suo beneficio pudorē.

GLAR. VNIVS sunt gēis huius scenæ versus iambici tetr. catal. præter secūdum,qui est dimeter. Tribrachys primo loco primi versus est,& iambus loco tertio. Deniq; vel anapæstus est loco septimo,vel s,eliditur in Opus,vt sit tribrachys.In 6.versu creticus est locis primo,& tertio,q̄q̄ Deos monosse potest. In 8. idem pes est loco quarto.quod dicere malim q̄ s,elidere cū longa vocali in Res. In 11. idem pes loco sexto.In 12.Inuenimus præteriti est tpis. Itaque loco tertio spondeus est quarto iābus. In 13. rē falso,falso adiectū est,quod ex Donati cōmentario satis claret. Intelligit.n.in Crimen,& carmen prorsus respuit fieret.n.hypercatalecticū. In 17.s,elidit in Satis. In 18. d,in Quid. In 19. e,in Exple ad finē corripitur,non eliditur. itaq; ibidē tribrachys. Ita in 21. imperatiuus l,non eliditur.sed corripitur. In 22.dactylus est loco secundo. sed primo ac tertio iābus,quarto tribrachys.In 24.tres iābi ab initio,&Hę,manet integrū.In 25. Tibi vel iābus vel pyrrhichi⁹ facit,vt vel Cognorint,vel cognouerint legi queat.In 26.Suspicione secūdā syllabā ,producit. In 5. a fine d,elidit siue in Quid siue in Quod. In 4.a,fine Suo vel omitti potest,vel postponendū Dispēdio.In vlt.rursus scioli sensum explere conati Amicos insulserūt contra carminis rōnem.

ACTVS V. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Per annuli, quem Pamphilus dederet Bacchidi cognitionem Philumena ab illo compressu ostenditur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena conuersio est fabula,nam in ea Bacchidis interuentu errores deprehenduntur, nempe per annuli cognitionem Philumena à Pamphilo compressa resciscitur. Exindeq; natum sibi puerū liquido cognoscitur. Insuper Bacchis ipsa longo ac perpolito sermone beneficia suam,& in Pāphilum,& in vniuersam eius familiam, cum meretriciū morem abundet collata commemorat. ADDITIO. *Animaduerte Parmenonem seruum in hac tota fabula per pigrum, & per quam curiosum induci, ita tamen, vt nihil quidquam, & ex sententia præcedat.*

Trochaici, & Iambici Tetrametri Catalectici.

PARMENO, BACCHIS.

EDEPOL næ esse meam herus operam deputas parui preci,
Qui ob rem nullam misit:frustra vbi totum desedi diem,
Myconium hospitem dum expecto in arce Callidemidem.
Itaque ineptus hodie dū illic sedeo,vt quisq; venerat
Accedebam: adolescens, dic dum quæso tum es Myconius?
Num sum. Callidemides? non. hospitem ecquem Pamphilum
Hic habes? omnes negabant: neque enim quenquam esse arbitror.
Denique hercle iam pudebat: abij.sed quid Bacchidē
Ab nostro affine exeūtē video? quid huic hic rei est?
B. Parmeno, opportune te offers, propere curre ad Pamphilum.
P. Quid eò? B. dic me orare,vt veniat. P. ad te? B. imò ad Philumenam.
P. Quid rei est? B. tua quod nil refert, percontari desinas.
P. Nil aliud dicam? B. etiam: cognosce annulum illum Myrrhinam
Gnatæ suæ fuisse,quē mihi ipsu' olim dederat. P. scio.
Tantum ne est? B. tantum: aderit continuo, hæc vbi ex te audiuerit.
Sed cessas? P. minime equidem: nam hodie mihi potestas haud data est:
Ita cursando atque ambulando totum hunc contriui diem,
B. Quantum obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo hodie?
Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas?
Gnatū ei restituo, qui pęne harū ipsiusq. opera perijt:
Vxorem,quam nunquam est ratus posthac se habiturum reddo:
Qua re suspectus suo patri,& Phidippo fuit, exolui.
Hic adeo his rebus annulus fuit initium inueniundis.
Nam memini, abhinc menses decem ferè ad me nocte prima
Confugere anhelantem domum, sine comite, vini plenum,
Cum hoc annulo. extimui illico: mi Pamphile inquam amabo,
Quid exanimatus es obsecro? aut vnde annulum istū nactus?
Dic mihi. ille alias res agere se simulare. postquam id video;
Nescio quid suspicarier magi' cœpi; instare,vt dicat.
Homo se fatetur vi in via nescio quam compressisse:
Dicitq. sese illi annulum, dum luctat, detraxisse:
Eum cognouit Myrrhina in digito modo me habētē:
Rogat, vnde sit: narro omnia hæc: inde est cognitio facta,
Philumenam esse compressam ab eo, & filium inde hunc natum.
Hæc tot propter me gaudia illi contigisse lætor:
Etsi hoc meretrices aliæ nolunt: neque enim est in rē nostram,
Vt quisquam amator nuptijs lætetur. verum ecastor
Nunquam animum quæsti gratia ad malas adducam partes.
Ego dum illo licitum est vsa sum benigno, & lepido, & comi.
Incommode mihi nuptijs euenit: factum fateor:
At pol me feciſſe arbitror,ne id merito mihi eueniret.
Multa ex quo fuerint commoda, eiu' incommoda æquom est ferre.

AEDEPOL

DON. AEDEPOL ne meam herus esse operam deputat parui precij) In tota hac fabula seruus piger, & curiosus inducitur, neque quidquam illi euenit ex sententia sua. [Ædepol næ meam) Totum à stomachante dicitur, quasi qui nunc maxime iniuriam persenserit. [Aedepol næ meam) In hac scena catastrophe populo exponitur. [Deputat parui precij) Quia sic.s.abutitur. Deputat parui eum, qui deputat eam in re nullius precij consumendam. [Fruſtra vbi totum desedi diem) Deest Illuc,vt,sic,Illuc,vbi fruſtra totum desedi diem.[Totum desedi diem) Nota accusatiuo casu vsum esse.[Myconium hospitem dum expecto)Memoriter,&vigilanter seruus Myconiũ, hospitem,& Callidemidem dixit: ne videretur negligentia, vel obliuione sua non inuenisse ad quem missus est. [Myconium hospitem)bene ostendit se memorem,& signorum,& nominũ, vt videatur vere illusus cum operam dederit. [Itaque ineptus) Moraliter additum ineptus. Et ineptus quasi inaptus. [Adolescens dic dum quæso) vernaliter,& comice seipsum seruum imitatus,& est μίμησις. [Es tu Myconius?) nam vt tria mandata sunt inquirenda tria inquisita sunt ordine. [Omnes negabant) Bene transit à μιμητικῶ ad διηγματικήν, & συντόμῳ. [Neque enim quenquam esse arbitror).i.non puto eum esse in mundo. [Iam pudebat)Sedere,an interrogare?[Ab nostro affine exeuntem video?) Satis moraliter inducitur seruus dicere ab nostro affine,cum domini eius sit,non ipsius. Sic & prius, Noster socer video venit. pro,Pamphili socer. [Exeuntem video?) docte poëta præmonstrat locuturam personam.[Quid huic hic est rei?)Rursus curiosus nihil sciturus est,& excursurus piger.[Parmeno opportune te offers) Attendendum q̃ ab initio comœdiæ vsque ad finem Parm.mittitur vt currat,& celatur,vt nesciat quod curiose desiderat.[Propere curre ad Pamp.) Facere poëta inde incipientem facit,quod ille minime vult,dicendo, Curre. [Quid eo?) .i. ad Pamphilum. [Ad te?) vide curiosum nõ recusare laborem,quo causam sciat.[Ad te?)non ad te conueniendam,sed domum,Ad te significat.[Imò ad Phil.) Mire tota fabula inuenit quamobrem currat Parmeno.[Quid rei est?)Totum pro persona.[Tua quod nihil refert,percontari desinas) οἰκονομικῶς, & διανοίᾳ, & eximie dixit,quasi minus sit iniurium prohibere interrogare, q̃ interroganti non respondere. Et memento hanc esse cui in principio nihil celauerit Parm. [Nihil aliud dicam?) vult rem per mandata colligere. [Etiam cognosse annulum illum Myrrhinam)Etiam,aduerbium est,vel consentientis,vel reminiscentis, sed magis reminiscentis modo. Sic Cic.Etiam,q̃ pene præterij, capella quædã est mire facta.[Scio) Non audio,inquit,sed scio. [Sed cessas?) Hoc est tardas,& quiescis. vrget autem concursu. [Minime equidem) Cesso subauditur. [Potestas haud data est) Cessandi.s.Ita cursando atque ambulando. [Est enim cursus, & nauigantis,& equitantis)Quantam obtulit aduentu meo.[Reliqua pars argumenti per μονοδίαν narratur. [Quot commodas res attulit?)Quot,tam multas.Et more suo attuli dixit. [Quot autem ademi curas?) Sic ante,Vt metum,in quo nunc est,adimam,atq; expleam animum gaudio.[Quot cõmodas rès attuli? quot aũt ademi curas?)Hæc omnia admirantis sunt.vt Virg. Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?[Gnatum ei restituo,&c.) ἀντεξαίρεσιν. [Reddo) Redditur nobis quod nostri cupidum est,Restituitur nobis,cuius cupidi sumus. Bene ergo gnatum restituo,vxorem reddo. [Quare suspectus suo patri,& Phidippo fuit)ergo non vnum beneficium,sed tria sunt.[Exolui) variauit tempora restituo,reddo,exolui.[Nam memini abhinc menses decem)Menses decem dixisse,& recte,vt de hoc periisse demonstret. [Nocte prima) Primis partibus noctis,vel primore, vt Vidimus obscuris primam sub vallibus vrbem. [Confugere anhel.) Ex his argumentis potest colligi,hunc esse qui virginem vitiauerit.[Confugere anhe.)Vide signa coniecturalia,q̃ confugere vidit,timebat,q̃ anhelantem, colluctatus fuerat,q̃ domum,celari volebat,q̃ sine comite,pudendum fuerat facinus,q̃ viui plenum,temerarium,q̃ anulum habebat,partum indicat.Vides igitur his indicijs vt virginem appareat vitiatam.[Mi Pamphile inquam amabo) hæc blandimenta sunt muliebria. [Quid exanimatus es obsecro? aut vnde annulum nactus?) Principalia signa vitij illati, perturbatio, & annulus. [Quid exanimatus es obsecro? aut vnde annulũ istum nactus?) Breuitati consulit Terent.nam in Græca hæc aguntur,non narrantur. [Simulare) Fingere,ac pro vero falsum tradere. [Ille alias res agere se simulare).i.alias res agentem se fingere.pudebat enim amicæ de alterius stupro fateri, & ei amicæ, quam tamen deperibat.[Nescio quid suspicarier) Pro aliquid.[Homo se fatetur vi in via virginem nescio quam compressisse) Bene additum,homo. Et oratorie nescio quam. ex quo dicto omnis error est natus: nam appone nomen,& nulla fabula est. [Nescio quam) vel quia vere nesciebat,vel qua sit dicẽdum fuit,ne amare illam videretur. [Hæc tot propter me gaudia) Inclusit narrationem fabulæ more suo,ne hæc in futuro actu expectaremus. [Et si hoc meretrices aliæ nolunt)Color necessarius à verisimili. Sę enim alibi dixisse, Bonas matronas facere, meretrices malas. meminit enim. [Ego dum illo licitum est)An meruerit Pamphilus. [Neque enim est in rem nostram) In rem vtilitatem.i.pro commodo. [Incommode mihi nuptijs euenit) Sic dixit,quemadmodum dicimus,Ei male euenit,aut bene ei contigit. [Nuptijs) Deest Ex. vt, Ex nuptijs. [Incommode mihi nuptijs euenit) ἀνυποφορέλ. Et est ordo, Incommode mihi euenit,ex nuptijs. & incommode,pro incommodo. [Factum,fateor) ἀνυποφορέλ.. [Ne id merito mihi eueniret) Ergo hæc dolemus quæ merito contingunt. [Multa ex quo fuerint commoda eius) Ratio cur noua omnia fiant, & contra officium meretricis. [Multa ex quo fuerint commoda eius,incommoda æquum est ferre)hoc eo tractu vocis,& ea æquanimitate dicendum,quale in Adelphus. Quando eum quæstum occeperis,accipiendum,& mussitanda iniuria est adolescentium.

AEDEPOL &c.) In hac scena conuersio est fabulæ, nam GVID. in ea errores deprehenduntur, & per agnitionem annuli Phil. agnoscitur fuisse compressa à Pamph.indeq̃. puerum natum esse perhibetur. In tota autem fabula seruus piger,& curiosus inducitur,nec quidquam illi euenit ex sententia sua. P. Aedepol .i.per ædem Pollucis,iurantis est. ne.i.certe,herus.i.dominus, puta Pamph.deputat (ibi de auget).i.valde putat, meam operã .i.meum laborem,esse parui precij.i.paruæ æstimationis. qui.s. herus misit me ob nullam rem.i.,ppter nullam causam. eo sup. in eum locum, vbi.i.in quo loco, fruſtra.i.incassum. desedi.i. diu,&valde sedi totum diem.i.toto die, sed elegãtior fit sermo per accusatiuum,quàm per ablatiuum.dum.i.quando.expecto in arce.i.in summitate,seu in summo loco vrbis,& munitiore. Calidemidem.i.illum sic appellatum hospitem.i.amicum exeternum qui solet in hospitio amico recipere herum meum peregrinatur. Myconium.i. vel ex Mycone insula vna ex cycladibus vicina Delo,vel forte ex aliquo oppido talis nominis. itaque.i.ideo. dum ego ineptus.i.tanquam ineptus,& fatuus,siue male apertus,sedio hodie illic in arce. vt.i.cum primum quisq; venerat .i. applicauerat ad eum locum, statim accedebant ad eum.s.dicendo ò adolescens.i.ò iuuenis quæso.i.precor,rogo, dic dum (dum est syllabica adiectio) es tu Myconius .i. de Mycone? respondebat supp. vnusquisque à me interrogatus. non sum Myconius .i. eo loco, qui vel Mycone dicitur vel Myconium. At.i.sed es ne sup. Callidemides? respondebat quisque. non sum Callidemides. deinde interrogabam. ecquem.i.nunquid habes hic aliquem hospitem .i. amicum, quem & tu recipere hospitio soles,& ille te Pamph.i.qui vocetur Pamph.omnes negabant se habere hospitem talem,neq; arbitror eum Callidemidem esse quenquam .i. esse aliquem, hoc est non puto eum esse in mundo. denique.i.tandem, post multam expectationem. hercle iam me pudebat tandiu illic sedere.abij.i.discessi ab eo loco, Sed quid.i.cur,vel propter quid. video Bacchidem meretricem exeũtem ab affine nostro.i.à socero Pamphili Phidippo. Affinitas est regularitas personarum ex nuptijs coniunctarum omni carens cognatione sanguinis, quid rei.i.quid negocij huic Bacchidi hic .i. apud affinem .i. quod barbare dici solet,aut saltem non multum proprie)quid hic habet agendum hæc mulier. B. O Parm.offers è mihi opportune.i.tempestiue, mature, & (quod dicunt) bona hora curre propere.i.festinanter ad Pamphilum. P. Quid.i.cur. curram eo.i.ad locum in quo est Bacch. dic illi me orare eum vt veniat huc. P. Dicam vt veniat ad te.i.ad domum tuam,& (quod barbare dici solet) penes te. B. Imò.i.sed, dic vt veniat ad Philumena.i.(quod inepte dicitur) penes Philumenam.i.ad domum eius. P. Quid rei est.i. quæres est,seu quod negocium est,quod accersitur Pamphilus. B. Desinas .i. cessas. percunctari .i. inquirere curiose nimis, id quod nihil.i.nequaquam.nullo modo,refert tua.i.ad te spectat. dicimus enim hoc nihil refert mea.i.ad me non attinet. P. Nihil aliud dicam Pamphilo,quàm quod ad Philumenam veniat. B. Etiam hic est aduerbium reminiscentiæ. dic sup.Myrrhinam matrem Philumenæ cognosce.i. cognouisse illum annulum, quem ipse olim dederat mihi fuisse aliquando suæ gnatæ, videlicet Philumenæ. P. Scio eum dedisse tibi annulum. ne.i. vtrum. Myrrhinam cognouisse annulum fuisse filiæ,est tantum

.i. est

.i. est res tanti momenti, vi propterea veniet? B. Petis an tantum sit illud? ipse Pamphilus continuo.i.haud mora aderit.i.adueniet,vel hic præsens erit vbi.i.postquam. audierit ex te.i.à te. hoc .s. Myrrhinam cognouisse anulum fuisse filiæ, sed cessas .i. tardas,quiescis,pigritaris, vt aliquorum verbo vtar, lentescis.i. ociaris vel ocio incumbis,neque festinanter vadis quo iuberis. P. Equidem minime.i.non cesso,nam potestas cessandi.s.nō est mihi data hodie, ita.i.adeo . contriui.i.consumpsi hunc totum diem . cursitando.i.frequenter currendo huc, & illuc.atque ambulando.i.non ira celeriter eundo,q.d.modo currendum mihi fuit,modo ambulandum,vel cape cursitādo pro nauigando Est enim cursus,& nauigantis,& equitantis,& cape ambulādo pro gradiendo pedibus terra. B. Hæc secum loquitur discedente Parmenone,& quidem hæc loquitur cum admiratione. Quantam lætitiam obtulit hodie Pamphilo . aduentu meo.i.cum veni ad mulieres,q.d.maximam . quos res commodas.i.quot opportunitates,& commoditates attuli hodie, q.d.multas. admodum.i.sed quod curas.i.quot solicitudines . adem.i.abstuli,& à Pamph.& à Philumena, Myrrhinaq. matre &c.ego restituo ei Pamphilo natum.i.filium à se genitum,qui natus.i.filius. penè .i.fere perijt.i.expositus fuit . opera.i.operatione harum mulierum,& ipsius Pamphili . reddo ei Pamphilo vxorem quam ratus est.i.existimauit,putauit, confirmauit se nunquam habiturum esse post hac.i.post tempus, in posterum,in futurum. Redditur nobis quod nostri cupidum est . Restituitur nobis cuius cupidi sumus . bene ergo natum restituo , vxorem reddo . ego exolui.i.expediui illud,quare.i.propter quod Pamph.fuit suspectus patri , & Phidippo socero . adeo.i.certe . hic annulus fuit initium his rebus inueniendis .i. ad has res sic inueniendas, vt omnia ita procederent ex animi sententia.nam memini.i.recordor Pamphilum confugere.i.confugisse,sed noluit iungere præteritum præterito . annelantem .i. æstuantem ex colluctatione cum puellæ , cui vitium obtulerat , & memini confugisse eum domum.i.in domum meam ad me,vt celaret facinus illud. sine comitte.i.sine sectatore aliquo puta seruo,propterea q̄ pudendum erat facinus, & memini eum confugisse ad me plenum vini.i.vino ingurgitatum,ac propter ea intemerarium . prodijsse facinus cum hoc annulo.i.habentem hunc annulum detractum puella, & quo tempore prima nocte .i. prima noctis parte, seu primis tenebris, vel prima nocte quia hoc perpetrauit facinus . ferè abhinc decem menses .i. (quòd barbare dici solet) de post decem menses, vel sunt bene decem menses . Abhinc enim refertur ad præteritum , & dehinc ad futurum , vt vidi illum talem . illico,id est statim extimui, ne mali esset aliquid inquam , id est dico ei , ò mi Pamph. amabo , aduerbium blandientis , quasi rogo te per amorem,obsecro.i.quæso,quid.i.cur es exanimatus.i.commotus ira,& perturbatus? aut dic mihi vnde natus es.i.habuisti istum annulum . Ille Pamph.simulare,pro simulabat.i.fingebat se agere.i.habere curæ.alias res.i.alia negocia . quam id quod verum erat . postquam video ipsum suspicari.i.timere,dubitare nescio quid : timebat enim ne ea violentia resciretur,& ira graues dare pœnas,cœpi magis,instare.i.vrgere, vt dicat id quod suspicabatur, & dubitabat, homo ille .s. Pamphilus fatetur se compressisse vi.i.violasse, defloraſſe,vt ita dicam : vt.i.per violentiam . in via qua ad nos veniebat . nescio quam virginem . & bene nescio quam , nam nunc compressit eam in tenebris , & dicit Pamph. sese Pamphilum detraxisse .i. abstulisse illi virgini annulum. dum.i.quando, vel quandiu luctatur cum virgine,quæ fluprari nolebat . Hæc Myrrhina mater Philumenæ cognouit modo.i.paulo ante in digito meo cū annulum . rogat ipsa.i.interrogat me habentem illum annulū, vnde ille annulus sit .i. processerit . narro illi hæc omnia, quæ prius dixi . inde.i.ex eo tempore . cognitio facta est Philumenam esse compressam .i. violatam ab eo Pamphilo,& cognitio facta est hunc filium natum inde.i.ex eo compressu . Lætor tot gaudia contigisse illi Myrrhinæ propter me.i.meo beneficio vel per me. Etsi.i.quamuis . aliæ meretrices nolunt hoc.i.lætari propter talia matrimonia , vel nolunt vxorem reconciliari viro enim.i.quia. non est in rem nostram.i.nobis vtile non est, siue non est,siue non est in vtilitatem nostram,aut pro commodo nostro,vt.i.quod quisquam.i.aliquis,amator .i. amore nostri captus,lætetur.i.gaudeat,delectetur nuptijs.i.coniugio. Verum.i.sed . ecastor.i.per ædem Castoris . ego Bac.nunquam ad ducam animum ad males partes .i. ad officium malarum meretricum , vel ad malas applicationes . gratia .i. causa quæsti pro quæstus .i. lucri nummarij . antiqui gaudebant dicere tumulti, senati,quęsti in genitiuo singulari pro tumultus,senatus,& quę stus secundùm quartam fortunam declinandi . Ego vsa sum illo Pamph.benigno.i.liberali,largo . lepido.i.iucundo,festiuo , & comi . declinatur hic, & hæc comis,& hoc come . comi ergo .i.facili . nam comes dicuntur esse homines benigni faciles , & suaues,qui erranti comiter monstrant viam benigne . non grauati . Inde comitas tatis talis hominum suauitas . Euenit mihi .i. accedit mihi , incommode aduerbium .i. male intempestiue nuptijs.i.ex nuptijs, Pamph.& Phil.fateor factum, videlicet mihi male accidisse ex nuptijs , ac pol arbitror me feciſſe ne male mihi euenerit merito.i.quia sic meruerim. Aequum est ferre incommoda eius viri,ex quo viro,quemadmodum ex Pamphilo multa commoda fuerunt .i. extiterunt ac prodierunt . prius enim confessa est Pamphilum benemeritum esse de seipso .

ARGVMENTVM) Mittitur Parmeno ad Pamph. quæ est œconomia ad sequentem scenam,& Bacchis quid intus actum sit spectatori indicat . Estq. hæc catastrophe fabulæ. [Aedepol næ)Redit Parmeno iratus,quod à Pamphilo delusus sit. [Adolescens,dic)Prosopopœia facete exprimens ludificationem seruuli . [Quid rei) Attende curiositatem . [Quantam obtuli) Hæc ad spectatores Bacchis.[Nam memini)Narrat partem argumenti.[Dum luctat)Pro luctatur.[Hæc tot propter)Concludit narrationem , & factum suum probat. [Ego dum) A meritis . [Incommode) Antipophora. LAT.

AEDEPOL) Gloriātem meretricem,& de suis beneficijs exultantem,hæc scena exprimit. Quod quia ab hominibus qui in decoro vitæ versantur,fieri non decet,recte meretrici assignatum est . Leuis enim animi,& pudoris vacantis indicium est,ait Seneca,iactare,quòd beneferis merenti . Arist. interrogatus, quo pacto beneficium violaretur,dixit, si demerenti te iactaueris. [Tua quod nihil interest percontari desinas) Hæc sententia solet dici,in animum curiosos aliarum rerum, quia ea gaudent exquirere , quæ nihil ad eos pertinent . [Dum luctat) Antiquæ dictum pro luctatur. PETR. MARS.

XVII. primi huius scenæ versus sunt trochaici tetram.cat. In quorum primo ædepol suo more ponit . In 3.versu,Myconium ita positum vides,vt tres primæ syllabæ faciant pedem,Si ò bene est,tribrachyn. Sin longum fuerit,vt haud dubie paulo post in quinto est versu,amphibrachyn . In 9.d, elidit in Quid . In 12. trochæus primo est loco, in secundo creticus, nisi Tua monosyllabum faciamus.a enim longum est. In 14 amphibrachys secundo loco est,nisi Suæ monosyl.fuerit. In 15. Audierit legendum absque syncope . Quantam obtuli aduentu meo lætitiam Pamphilo hodie?)Sequentes omnes sunt iambici tetr.cat. In lib. Aldi τὸ hodie ad secundum versum perperam appositum erat.In 5.versu creticus est loco tertio.In 12.s,eliditur in Mage.In 13.virginem verbum abūdat,nec sensus desiderat,nec carmen suscipit, & Donatus non legit,haud dubie à sciolo quopiam in contextum positum . In 16. Luctat legendum puto,& Sese geminandum, ita non est opus Annulum dissyllabum facere,quod existimarunt quidam. In vltimo Eius monosyll. est . GLAR.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Pamphilus multo gaudio perfunditur ex cognitione annuli , quem olim dederat Bacchidi . Eiusdem mirifice laudatur vxor .

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac vltima scena Pamphilus tanto ex rerum gestarum renunciatione perfunditur gaudio , vt præ nimio affectu à Parmenone tam opportuna nunciante , neutiquam ad credendum persuaderi potuerit , nisi eadem illa Bacchis quoque eius amica quam blande confirmaret . Hæc deinde Pamphili vxorem mirifice laudat , simulq; consuetudinem illam frequentem , vtiro citroq; habitam omnibus vsque celandam esse vterquer censet . Postremo per facetam, & iucundam Parmenonis sententiam , Comœdiæ finis imponitur . ADDITIO. Equidem plus , &c. Donatus , & alij hoc dictum meretricis abeuntis potius , quàm Parmenonis esse censet , quod nobis minime quidem videtur conuenire , cum alias ob causas , tum quòd paulo superius . Parmeno ex Pamphilo percontatur , liceat ne sibi scire quidnam sit , si quid boni fecerit , ex quo liquido constat , ipsum hoc imprudentem fecisse , præterea hic seruus per totam Comœdiam , tametsi curiosus , omnium tamen rerum gerendarum ignarus introducitur .

Tetrametri ,

Tetrametri, & pauci Trimetri.

PAMPHILVS, PARMENO, BACCHIS.

IDE mi Parmeno etiam sodes, vt mi
hæc certa, & clara attuleris;
Ne me in breue hoc conijcias tẽpus,
gaudio hoc falso frui.
PAR. Visum. P. certo ne? PAR. certe. P. deus sum, si hoc ita est. PAR. verum reperies.
P. Mane dum sodes? timeo ne aliud esse credam, atque aliud nuncies.
PAR. Maneo. P. sic te dixisse opinor, inuenisse Myrrhinam,
Suum annulum habere Bacchidem. PAR. factum. P. eum, quem ego olim ei dedi:
Eaque hoc te nunciare mihi iussit: ita ne factum.
PAR. ita inquam.
P. Quis me est fortunatior, venustatisq. adeo plenior? egon'
Pro hoc nuncio quid te donem? quid? quid? quid? nescio.
PAR. at ego scio. P. quid?
PAR. Nil: nam neque etiam in nuncio, neque in me ipso quid sit boni,
Scio. P. ego ne, qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris,
Sinam sine munere à me abire? ah nimium me ingratum putas
Sed Bacchidem eccam video stare ante ostium:
Me expectat credo: adibo. B. salue Pamphile.
P. O Bacchis, ò mea Bacchis, seruatrix mea.
B. Bene factum, & volupe est. P. factis, vt credã, facis:
Antiquamque adeo tuam venustatem obtines,
* voluntate Vt * voluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunque aduèneris,
Semper fiet. B. at tu æcastor morem antiquum, atque ingenium obtines,
Vt vnus hominum homo te viuat nunquam quisquã blandior.
P. Ha, ha, hæ, tu ne mihi istuc? B. recte amasti Pamphile vxorem tuam:
Nam nunquam ante hunc diem meis oculis eam, quod nossem, videram:
Per liberalis visa est. P. dic verum. B. ita me dij ament Pamphile?
P. Dic mihi, garum rerum nunquid dixti iam patri?
B nil. P. neque opus est
Adeo mutito: placet hoc non fieri itidem, vt in comœdijs,
Oĩa vbi oẽs rescisc̃unt. hic, quos par fuerat rescisc̃ere,
Sciunt; quos non autem scire æquòm est, neque rescisc̃unt, neque sciens.
B. Imò ẽt, hoc qui occultari posse facilius credas, dabo:
Myrrhina ita Phidippo dixit, iurijurando se meo
Fidem habuisse, & propterea te sibi purgatum. P. est optume:
Speroq. rem hanc esse euenturam nobis ex sententia.
PAR. Hære, licet me scire ex te, hodie quid sit quod feci boni?
Aut quid istuc est, quod vos agitis? P. non. PAR. suspicor tamen.
Ego ne ab Orco hunc mortuum? quo pacto? P. ne scis Parmeno.
Quantum hodie profueris mihi, & ex quanta ærumna extraxeris.
PAR. Imò vero scio, neq; hoc imprudens feci. P. ego istuc sati' scio. PAR. an
Temere quidquam Parmenonem prætereat, quod quod facto vsu' sit?
P. Sequere me intro Parmeno. PAR. sequor. equidem plus hodie boni
Feci imprudens, quàm sciens ante hunc diem vnquam. Vos valete, & plaudite.

IDE mi Parmeno etiam sodes, vt mihi hæc certa) Bene hæc repetit. verum est. n. vt q̃ misere cupimus, id etiã tardius credamus effectum. Sic, & in Heaut. Ego vereor magis. [Mane dum) Dũ abundat. [Sic te dixisse opinor) Miro affectu inducitur vix adduci ad te credendum, q̃ gaudet Pamphilus [Ita inquam) Quasi, iam ante fassus, dico. [Quis me est fortunatior, venustatisq. adeo plenior?) Ob beneficia Veneris. Cui contrarium inuenustus, cui contra reciderit q̃ amat. [Quid donem? quid? quid? nescio) μεταλημμός. vt, Pelaginis venis erroribus actus? An monitu diuum? an, quæ te fortuna fatigat, Vt tristes sine sole domos, loca turbida adires? [Nam neque in nuncio) Magis scire vult, q̃ minus accipere. [Nam neque, in nuncio, neque in me ipso boni quid sit, scio) Facete agit Terent. quanto magis Parmeno curiosus est, tãto magis nescit illa quæ cupit. [O Bacchis ò mea Bacchis, seruatrix mea) Bene additum est, seruatrix mea. Et mea q̃ supra dixit, amatoris est. [Factis vt credam facis) Difficile. n. erat credere his rebus gaudere meretricem. [Vt voluptati obitus) Obitus, occursus. Ob enim significat contra. Ergo obitus, aditus, legitur &, voluntate obitus. [Obitus, sermo, aduentus tuus) Inter obitum, & aduentum hoc interest, q̃ obitus est, quem casus affert, aduentus, quem voluntas, & destinatus locus. [Tu ne mihi istuc?) Quia blandimentum magis meretricium est. [Nunquam ante hunc diem meis oculis) hoc est nunquam sic videram, vt eam nossem. [Quod nossem) .i. quod meminissem, q̃ scirem, ac per hoc nunquam videram. vt alibi, Non equidem istuc, q̃ sciam. [Dic verũ) Bene instanter ex meretrice quærit, quid de forma vxoris sentiat. scit enim hanc iudicem esse pulchritudinis posse, vel quòd fœmina, vel æmula. [Num quid) Num aliq̃d. acuendum ergo Quid. [Neque opus est Adeo mutito) Vel tenui dicto? [Non fieri hoc itidem vt in comœdijs) Mire, quasi hæc comœdia non sit, sed veritas. Aut deest, Alijs. [Vt in comœdijs) Deest Fit. [Omnia omnes vbi rescisc̃unt) In fine enim comœdiæ nihil cui quàm celari solet. Hic quos par fuerat) Hic, in hac comœdia. aut in hac re. Rescire, est recognoscere, & vix inuenire, q̃ quis nescierit. [Neque rescisc̃ẽt neque scient) Rescisc̃unt ad quos pertinet, & rescisc̃unt, qui nesciunt, Sciunt, qui negligunt. Et rescisc̃imus ex alio, Scimus ẽt per nostram opinationem. [Hære, licet ne me scire ex te?) Ridicule instat scire, ignoraturus Parmeno. [Ego ne hunc ab Orco mortuum?) Verba sunt cogitantis. ideo, & ἀλλαττόντως loquitur. [Nescis Parmeno) Addidit stimulos curiositati eius. [Imò vero scio, neque hoc imprudens feci) Rectè. paruum. n. beneficij meritum, si ab imprudente præstitum videatur. [Temere quidquã Parmenonem prætereat) Quòd interdum non temere prætereat q̃ habet faciendi necessitatem. [Temere quidquam Parmenonem prætereat) Si ipsi, h.d. & se nominat, vt, Degenereq́ue Neoptolemum narrare memento. Et, Age nunc, Phormionem qui volet, lacessito. [Temere quidquam) Vtrum, h.d. Non temere, neque per imprudentiam geritur quidquid vtile est. an, h.d. Nihil potest transire temere, q̃ vtile factu est, quin gratiam sui habeat? An h.d. An quidq̃ Pamphilus prætereat temere, ita vt non remuneret bonum factum Parmenonis, q̃ sibi vtile fuerit? Et conuenit hoc dictum meretrici abeunti. [Feci imprudens q̃ sciens ante hunc diem vnquam) Quia non conuenit seruo scienti rectè facere, bene addidit imprudenti sibi euenisse, vt beneface ret, q̃ prudens nunquam fecerit. [Imprudens quàm sciens) ἀντὶ στέρου ἐπί. nam imprudentem scienti reddit, non prudentem.

DON.

VIDE &c.) In hac scena vix potest Pãphilo persuaderi tantã opportunitatem accidisse, quanta nunciauit Par. seruus tandẽ tamẽ allocutione Bacchidis ad id credendum facile induxit animum

GVID.

mum Pamph. ò mi Parm. etiam ſodes quaſi ſi audes, verbum comicum, & blandimenti quiddam habens, vide.i.diligenter conſidera, vt.i.qualiter, vel q̃ attuleris mihi hæc quæ dixiſti mihi certa .i. nihil habentia dubitationis, aut obſcuritatis, ne.i.vt non, conijcias.i.præcipites, impingas, impellas me frui.i.delectari hoc gaudio falſo, in hoc breue tempus.i.in hoc breue ſpatium temporis. PAR. Quia dixeris ei Pamph. video, ideo reſpondet, viſum eſt.i.ſatis conſideratum eſt à nobis, & prouiſum, vt quæ diximus ſint certa, & clara. P. Ne.i.vtrum, viſum eſt certe .i. ſine dubitatione. PAR. viſum eſt certe. P. ſum Deus.i.ſum infeliciſſimus vt Deus. ſi hoc eſt vt dicis. PAR. Reperies verum eſſe q̃ dico Pamph. & quia Parmenu iam tædio affectus præ ſe ferebat diſceſſum, aut non velle amplius audire, ille ſubdit Pamph. Mane dum, abundat dum.i.ſiſte gradũ, & audi reliqua ſodes, blanditur ei vt auſcultet. timeo ne.i.q̃ credam aliud. & tu nuncies aliud.i.timeo ne animi noſtri ferantur ad diuerſa, & non ſit illud q̃ nuncias id quod intelligo. PAR. Maneo. iſto. ad audiendum te Pamph. opinor te ſic dixiſſe (repetit nunciata ne falſo intellexerit) vide licet Myrrhinam inueniſſe.i.depræhendiſſe Bacchidẽ habere annulum ſuum. PAR. Factum eſt ſup.i.inuenit eam habere ãnulum ſuum. P. Dixiſti ergo Myr. inueniſſe Bacchidem habere eum annulum. quem annulum olim.i.iampridem dedi eis. ſ. Bacchidi, & dixiſti quòd ea Bacchis iuſſit te nunciate hoc mihi. ne.i.vtrum eſt ita factum vt repeto. PAR. Inquam .i. dico. & iam ſatis dixi q̃ ita factum eſt. P. Quis eſt fortunatior.i.felicior. cui felicius & magis ex animi ſententia proceſſerint omnia me.i.quàm ego. & adeo.i.certe, vel valde aut iurantum, ſeu ita, quis eſt inquam pleniot venuſtatis.i.beneficiorum Veneris. vel venuſtatis.i.voluptatis. nam Venus voluptas eſt. Ego ne .i. non donem te quid .i. per aliquid. Dicimus enim dono te hac re, & non dono te hanc rem, niſi admodum antiquum eſſet pro hoc nuncio ita mihi iucundo, q.d.imò debeo te donare maximis muneribus. Deinde apud ſe deliberat qua re ſi eum donaturus inquiens. quid donem tibi .ſ. deinde paruo tempore lapſo non potens inuenire quo eum donet ex animi ſententia iterum replicat q̃ donem tibi vel te. Poſt ea ſibi ſatisfacere non valens ait, neſcio quid tibi debeam donare, ſiue quo debeam de donare. Nam dicimus dono te hac re, vbi eſt remuneratio q̃ beneficio accepto, & pro labore ſuſcepto cauſa noſtra. PAR. At.i.ſed. ego ſcio quo donare me debeas. P. Quid eſt ſup. quo te donare poſſim? PAR. Scio enim.i.quia, nihil debes me donare. nam non ſcio quid boni ſit tibi, neq; .i. nuncio.i.in relatione, ſeu nunciatione mea neque in memetipſo propter q̃ debeas re aliqua me bona re. P. Ego ne.i.vtrum ego ſi nam.i.patiar te abire à me ſine mune re, qui.ſ.tu feceris me mortuum.i.qui erã mortuus, reducem.i. reuerſum, ſaluum, incolumem ab Orco.i.ab inferno, ſeu à loco tenebrarum in lucem, q.d.ego qui perieram, & quaſi nullus erã præ dolore, tuo nuncio reuixi. Orcus dicitur cognomen fluuij infernalis à Styge palude defluente, ab Orco q̃ eſt iuramentũ. Nam Dij per illum fluuium, & per Stygem paludem iurare ſolebant certiſſima iureiuranda. ponitur etiam pro Inferno. Hic, & hæc redux reducis, inde in plurali reduces dicuntur qui pericula euaſerunt, & incolumes, ac ſalui inopinatus fines redierũt. Ah, interiectio dolentis ſe videre ingratum, putas me nimium ingratum .i. in immemorem beneficiorum. Sed eccam.i.ecce hic prope video Bac. ſtare ante hoſtium. credo q̃ me expectabat abibo.i.ibo ad eam. B. O Pamph. ſalue. P. O Bac. mea .i. quam amo. mea ſeruatrix.i.conſeruatrix à morte quaſi fuiſſem moriturus niſi mihi conſuluiſſes, ſalue ſup. B. Bene factũ eſt à nobis. & volupe.i.pro voluptate, voluptuoſe, & delectabiliter, ſeu volupe.i.venuſte. nam Venus eſt Dea voluptatis titilantis, volupe (vt ait No.) capitur pro voluptate. Plaut. in Aſin. Hic ſenex ſi quid clàm vxorem ſuam animo fecit volupe .i. pro voluptate ducit. P. Facis vt credam factis.i.his quæ facta ſunt. Nam difficile erat credere meretricem his rebus gaudere, & obtines.i.foues conſeruas, retines. adeo.i.ita. tuam antiquã venuſtatem.i.feſtiuitatem, ſuauitatem, pulchritudinem, vt obitus.i.occurſus, q̃ ſit caſu, & bene obitus. Nam ob dicit contra, & in occurſu contrahitur, vt inquam ſermo tuus.i.tuum colloquium, & vt aduentus tuus quem voluntas, & deſtinatus locus affert, ſemper ſit voluptati.i.ſemper afferat voluptatem, quocunque.i.in quemcunque aduenerit. B. At.i.ſed ecaſtor.i.per ædẽ caſtoris, q̃ iurandi genus mulieres dicebant tantum tu Pamph. obtines .i. retines, morem antiquum .i. id q̃ ſemper multo ante conſueuiſti, & antiquum genium.i.antiquam naturam, & felicitatem, adeo ſup. vt quiſquam .i. aliquis homo vnus.i. ſolus hominum.i.ex hominibus nunquam viuat blandior.i.ſuauior. mitior te.i.quàm tu. P. Ha, ha, hæ, interiectiones ridentis. Ridet enim à meretrice ſibi attribui blandimena, quæ potius ſunt meretricum. Deinde ſubdit, &.i.etiam, tum.i.tunc, cum tecum habebam commercium, attribuebas ſup. mihi iſtud. Vel potius ſic intelligatur. Tum.i.tu ne aſcribis mihi iſtud q̃ me non decet ſed meretricum eſſe ſolet. Deinde ad aliud ſermonem conuertit. B. ò Pamph. recte.i.non improuide, nec temere, nec inconſulte amaſti vxorem tuam Philumenam. Nam nunquam videram eam oculis meis ante hunc diem. q̃ noſſem.i.q̃ ſcirem, vel meminiſſem, ſeu animaduertiſſem .ſ. me vidiſſe alias. Nam q̃ oſtendit, & refert orationem præcedentem ipſa viſa eſt mihi. per liberalis.i.valde, & honeſte venuſta, hoc eſt viſa eſt mihi eſſe ea venuſtate, qua mulieres liberas, & optimates decent. P. Dixtin'.i. dixiſti ne verum? bene inſtanter ex meretrice quærit de forma vxoris, vtpote quæ ſit pulchritudinis perita dijudicatrix. vel q̃ fœmina, vel quod æmula ſit. B. O Pamphile ita Dij ament me, vt ex animo dico, iurandi modus eſt. P. Dic mihi .i. reſponde mihi nunquid .i. vtrum dixiſti iam aliquid harum rerum patri meo Lacheti. B. Nihil dixi de his rebus. P. Ne que eſt adeo.i.valde, vel in tantum, ſeu ita opus aliquid harum rerum patri dicere, mitto.i.omittas dicere quidquam. Alij libri habent mutito à mutio mutis, & tunc eſt ſenſus mutito .i. celato, taceas, occultes, ſecreto teneas illud q̃ factum eſt. Nam interdum mutite (vt vult Donat.) ſignificat tacere, nihil facere, nec dicere, vnde, & mutos dicimus. Interdum mutire (vt Feſtus inquit) ſignificat loqui. Ennius, Palam mutire homini plebeio piaculum eſt. B. Placet mihi q̃ hoc factum eſt, non heri notum.ſ.omnibus, itidem.i.ſimiliter, vt.i.ſicut, in alijs comœdijs fieri ſolet, vbi.i.in q̃bus comœdijs, omnes reſciſcunt.i.poſt factum ſciunt omnia, quæ facta ſunt. Hic.i.in hac comœdia, vel in hac re, hi quos par fuerat.i.decuerat reſciſcere.i.venire in cognitionem facti. ſciunt quid actũ ſit, ſed illi quos non eſt æquũ ſcire quid factum ſit, neque reſciſcent.i.non cognoſcet ex alio, neque ſcient per propriam opinionem, imò etiam.i.ſed etiam, dabo.i.dicam vel ſuggeram, atque ſuppeditabo, q.i.quo modo vel vnde credas factum facilius occultari.i.celari. Myrrhina dixit ita Ph. tuo ſocero, ſe habuiſſe fidem.i.veritatem vel probationem, an adhuc receptarem te meo iureiurando.i.meo ſacramento, & propterea quia ſciuit veritatem, dixit te eſſe purgatum.i.excuſatum ſibi.i.apud ſe Pamph. optime eſt .i. optime ſe res habet, & ſpero hanc rem eſſe venturam nobis ex ſententia.i. ad votum. PAR. O hære .ſ. P. Ne.i.vtrum licet .i. permittitur, conceditur mihi me Par. ſcire hodie ex te .i. à te, quid boni .i. quòd bonum ſit quòd feci, aut quid iſtud eſt quòd vos agitis .i. loquimini, vel tractatis. P. Non licet tibi ſcire. PAR. Tamen ſuſpicor .i. coniecto aliquantulum quid ſit. Deinde ſubdit verba cogitantis apud ſe egon' .i. vtrum ego feci ſupp. hunc Pamph. reducem ab orto in lucem, vt prius dictum eſt, quo pacto.i.quo modo hoc feci. P. O Par. tu neſcis quantum hodie profueris mihi, & neſcis ex quanta erumna.i.miſeria, extraxerit .i. eduxeris, eripueris, me. PAR. Imò vero .i. ſed certe, ſcio quantum profuerim tibi, nec.i.& non, feci hoc .i. tibi non profui imprudens.i.inconſideratus per imprudentiam cum non cogitarem non prodeſſe. P. ego ſatis ſcio iſtud, videlicet, te feciſſe conſulto, vt mihi prodeſſes. PAR. An quidquam.i.aliquid prætereat temere .i. inconſulte. PAR. Id eſt me .i. an Parmeno aliquid temere ignoret. Nam hæc res præterit me, ſignificat hanc rem ignorare. An ergo Parmeno aliquid ignoret quòd vſus ſit.i.vtile ſit, vel opus ſit facto .i. facere ablatiuus participij pro infinitiuo, vt Sal. Mature facto opus eſt, facto pro facere. P. O Parmeno ſequere me intro in domum. PAR. Sequor te. Deinde ad ſpectatores dicit, equidem hodie feci imprudens .i. non ſuſpicans me id facere plus boni, quam vnquam fecerim ante hunc diem, ſciens .i. conſulto, cogitatò, dedita, opera, ſeu de induſtria. Valete .i. diſcedite cum ſanitate, & plaudite .i. gratulamini poëtæ, & auctoribus. ego Calliopius partium poëtæ defenſo recenſui .i. diligenter recognoui hanc comœdiam, & cenſuræ meæ indicium adhibui illi.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Lætitia Pamphili ob patefactum errorem in Philumenam. [Viſum eſt) Refertur ad dictum Pamphili, vide. [Quis me for.) Exclamatio lætantis. [Pro hoc) Hoc totum cum geſtu pronunciãdum eſt. [Ego ne qui.) Hyperbole. [Oblitus) Occurſus. [Recte amaſti) Honeſta cõmendatio ad cõciliandam gratiam coniugum. [Placet non) .i. non placet hic omnia reuelari ſicut in ceteris comœdijs, nẽpe Philumenam ante

te nuptias compressam fuisse. [Hære.) Rursus exprimuntur Parmenonis mores. [Egone hunc) Est memor dicti Pamphili, & est eclipsis. [Imò vero) Simulat se scire, vt ad indicandum prouocet. [Ego isth.) Ironia. [Equidem plus) Hoc ad spectatores.

PETRVS MARS.

VIDE mi Parmeno) Quàm immodicus affectus insperatum, & subitum gaudium sit, & lætitia ex longioribus doloribus, & animi perturbatione, hac scena exprimitur, Ex quæ insperata sunt. cum nunciantur non facile admodum fidem inueniunt, nec creduntur. Hoc sequuntur pauor, difficultas, & desperationes. Gaudium autem comitem habet, vt ait Sen. lib. 11. de Ira, exultationem, exultatio tumorem, & nimiam æstimationem sui. Cicero gaudium putat esse affectionem animi alicuius, præsentis boni opinione conceptam, sed tantummodo in interioribus, hoc est animo, & mente sedem habere. Lætitiam vero etiam in externis gestibus redundare, & hominem externum occupare. [Deus sum) Hoc est fortunatissimus, felicissimus, quòd deorum vita beatissima vulgo habeatur. [Orco) Orcus, Pluto, & infernus.

GLAREANVS.

IN huius scenæ primis decem versibus ingens difficultas est à nemine adhuc bene discussa. ipse etiam vehementer nutito. Sed aggrediamur bonis auibus. Lector audaciam nostram boni consulat dabimus saltem occasionem alij diligentius ea exactiusque considerandi. Primus versus iamb. est tetr. catal. in cuius primo loco anapæstus est, correpta e, in Vide, nisi bacchium quis malit. Secundo loco dactylus est, tertio spondeus, videlicet, vt ipsa legamus versum.

Vide mi Parmeno, sodes etiam, vt mihi hæc certa, & clara attuleris Ita Mihi monos. totum eliditur. Quatuor deinde sunt iamb. tetr. acat. In quorum 2. Certon' legendum, & Deus monosyl. nisi bacchium loco quarto constituamus. In quinto loco spondeus est. Nam Ita post Est legendum. Hactenus non magnopere diffido quin bene de his quinque constet ratio. At de sequentibus quinque valde hæreo, dicam tamen, quòd sentio. Sextus huius scenæ versus trochaicus est catal. tetr. Septimus iambicus tetr. catal. sed ita legendus.

Eaque hoc te nunciare mihi iussit, ita est factum? P. ita inquam. Quòd si legitur vt vulgo habent exemplaria erit troch. tetr. acat. vt alibi diximus, sed iambicum malim. Octauus est dimeter, vel troch. catal. vel iambicus acatal. trochaicus ita.

Quis me est fortunatior? Iambicus ita;
Quis est me fortunatior?

Nonus est iambicus tetr. acat. ita legendus;

Venustatisq. adeo plenior? Ego ne te pro hoc nuncio? Vt vel Ego secundam habeat longam, vel Pro integrum maneat. Decimus est iambicus tetr. cat. atque ita legendus.

Quid donem? quid, quid nescio. P. at ego scio. P A M. qd?
P A R. nihil enim. nam

Vndecimus est rursus trochaicus tetr. acat. quem ita lego,

Necq. in nuncio, nec in me ipso boni quid sit scio,

Vt prima de Necq. positione ꝓducatur, vt reuera ex Nec, & q. compositum est, & eo modo etiam Horat. posuisse putatur, Necq. polymnia. quanquam quid commentatores eo in loco dicant, me haud latet. Ego de hac re cum nemine certauero. Qui duo deinde sequuntur, sunt iambici tetr. acat.

Ego ne qui ab Orco mortuum me reducem in lucem feceris. Sinā sine munere à mē abire? ah nimium me ingratum putas. Quid deinde sequuntur quinque sunt iambici senarij. In quorum vltimo vel Tuam monosyllabum est, vel creticus est loco tertio. [Vt voluptati obitus, sermo, aduentus tuus, quocunque aduenieris) Vndecim nunc sequuntur iambici acat. tetr. In quorum primo haud dubie creticus est loco primo, & quinto. Quā quam in quinto loco Tuus monosyllabum esse poterit. In tertio versu est consonantis ioco in Homo. nam quòd præcedit m, non eliditur. In 4. legendum, Ha ha hæ, Tun' & Mihi monosyllabum totum eliditur, aut creticus est loco secundo. In 5. vel Meis, & Eam sunt monosyllaba, vel tertio amphibrachys est, & loco quinto creticus. In 9. versu Dij corripitur, non eliditur. In 7. vel Mihi monosyllabum, vel creticus est loco primo. In 8. vel Nutito legi potest media correpta per n, vt sit à Nuto frequentatiuum vel Mutito, vt sit à Mutio, sic autem media producta fuerit. versus vtrunque patitur. In 9. creticus haud dubius loco primo est. Et Don. Hic legit, non Hi. at hoc nihil ad carmen. [Myrrhina ita Phidippo dixit iurijurando meo) Sequuntur quinque trochaici tetr. cat. In quorum tertio non est omittendum verbum Esse. In 4. vel Ne abijciendum, vel, & ꝑ malim creticus est loco secundo. Nam in hac scena creticis frequenter vsus est. Quod, & sequente versu patet, vbi, & loco primo, & sexto residet, & quanquam loco primo d, elidi potest, nō tamen n, loco sexto in Tamen. Sextus deinde ac tres sequentes sunt iambici tetr. acat. In quorum secundo Me ante Extraxeris omittendum non est. In 3. creticus est locis primo, & septimo, quanquam septimo s, elidi potest in Satis. In 3. à fine versu, bacchius est loco quarto, & s, eliditur in Vsus. Postremi duo sunt trochaici tetr. cat. quales in omnium comœdiarum fine huius Poëtæ. Omnes enim Terentij Comœdiæ ab iambici senarijs incipiunt, & in trochaicos tetr. catal. finiunt. quod ideo admonemus, quod in quibusdam libris ad vltimum versum adnotatum reperimus, Senarius trochaicus. qui separarunt illud, Plaudite tanquam nihil ad carmen attinens, cum verbum Plaudite carmen concludat in omnibus huius Poëtæ Comœdijs.

TERENTII PHORMIO.

FABVLÆ INTERLOCVTORES.

Phormio parasitus,
Demipho senex,
Antipho adolescens,
Geta seruus,
Dorio leno,
Chremes senex,
Phædria adolescens.

Dauus seruus,
Sophrona nutrix,
Hegio
Cratinus } *adnocati,*
Crito
Nausistrata matrona,

C. SVLPICII APOLLINARIS PERIOCHA.

HREMETIS *frater aberat peregre Demipho*
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni vxorem,
& filiam,
Athenis aliam coniugem, & amantem vnice
Gnatum fidicinam. mater e Lemno aduenit
Athenas: moritur: virgo sola (aberat Chremes)
Funus procurat. ibi eam visam Antipho
Cum amaret, opera parasiti vxorem accipit.
Pater, & Chremes reuersi fremere: dein minas
Triginta dant parasito, vt illam coniugem
Haberet ipse. argento hoc emitur fidicina.
Vxorem retinet Antipho à patruo agnitam.

PHORMIONIS ARGVMENTVM.

CHremes, & Demipho fratres fuerunt, quorum Chremes fertur habuisse duas vxores, alteram diuitem Athenis, alteram pauperem Lemni, id est in illa insula patria Vulcani, ex diuite suscitulit filium Phædriam nomine, ex paupere vero suscepit filiam Phanium nomine. Conuenerat autem Chr. cum fratre Demiphone, qui vnum filium Antiphonem habebat, vt daretur nuptui Phanium Antiphoni, ita vt res ad exitum deduceretur, Demipho tuit in Siciliam, & Chr. Lemnum ad accersendam filiam. Interea mater, & filia venerunt Athenas quærendi Chr. gratia, neque eum inuenerunt quod apud vxorem pauperem dicebat se nominari Stilphonem, & apud diuitem Chr. proinde petentibus Stilphonem nemo ostendere potuit, moritur illic paulo post mater remanente filia sua, in cuius amorem forte Antipho exarsit, & opera parasiti eam duxit in vxorem. Vbi autem redierunt ambo senes, inuenerunt Antiphonem, duxisse vxorem in absentia sua, neque sciebant eam esse Phanium. Nam Chremes, vt eam genuerat, aut certe ex teneris annis eam non viderat, indignati senes admodum dederunt operam vt disiungerentur, & vt eam Phormio parasitus duceret vxorem. Dedit Chremes Phormioni nomine dotis triginta minas, quas Phormio parasitus dedit Phæd. gratia comparandæ Citharistriæ à Lenone, quam vehementer amabat. Interea Phanium agnoscitur filia Chr. & mutatum est consilium, ac nuptiæ confirmatæ quo facto cœpit Chr. repetere suas minas à Phormione, quas iam Leno possidebat. Vt autem vidit Phormio Chr. sit acerbe exigantem, prodidit eum Nausistratæ propriæ vxori, quam Athenas habebat, itaque senex libidinis reus ab ea vxore non ante veniam meruit, quàm & triginta minarum, & amoris Citharistriæ veniam dedisset filio. Dicitur autem hæc fabula Phormio, quo vocabulo lingua græca stramen nauticum significat, à cuius vilitate parasitus ab Apollodoro Phormionis nominæ nuncupatur est; tota motoriam, & quasi in affectibus constituta, vt satis liquebit in progressu.

DONATI PROLEGOMENA IN PHORMIONEM.

HAnc Comœdiam, manifestum est prius ab Apollodoro sub alto nomine, hoc est ἐπιδικαζόμενον Græce scriptam esse quàm Latine à Terent. Phorm. Quamobrem nulla dubitatio est, hanc solam esse cui nomen poeta mutauerit, & errare eos, qui in hac Phorm. parasitum putat à formula litis, quam intenderit, nominatum, cum Græca lingua fiscus sparteus, & stramen nauticum sic dicatur, à cuius rei vel capacitate, vilitate etiam ab Apollodoro parasitus Phormionis nomine nuncupatur. Hæc igitur proprie tota motoria est, & in affectibus constituta pene maioribus, quàm comicus stylus poscere, nisi quòd arte poëta omnia moderata sunt. Primas in ea partes, vt ipse poëta professus est, tenet Phormio, secundas Geta, tertias Demipho, subinde ceteri, prout cuiusque actus ostendit. Prologus Phormionis nimis concitatus est, adeo vt ipse semet veluti reprehendat ob hanc ipsam peruicaciam, & simul argumentum suæ purgationis inducat. Atque in ea cum & Protasis, & Epitasis, & Catastrophe magni moliminis, & negocij sint, ita varijs leporibus aspergunturs, vt etiam rerum tristium grauitatem poëta lepidus comica serenitate tranquillet. Hæc acta est ludis Megalensibus, L. Corn. Merula Ædili Curuli, & L. & Posthumo Albino, agentibus L. Cassio Attilio, & L. Ambiuio: modos faciente Flacco Claudij filio tibijs serrannis, totaq. de verbis facetissimis, & gestum desiderantibus scenicum, & sua uissimis ornata canticis fuit Editaq. est quarto loco, M. Valer. & C. Finnio Coss. Persona etiam in huius protasi non vna est, sed duæ, quarum altera extra argumentum posita est, cui narratur fabula, altera in argumento quæ narrat fabulam. Argumentum quoque non simplicis negocij habet, nec vnius adolescentis, vt in Hecyra, sed duorum, vt in ceteris fabulis. Scire autem conuenit vno die transigi Phormionem, non vt Heautontimorumenon duobus. Prologus correpte ἀπὸ τῆς πρατολείψεως dicitur, non producte ἀπὸ τῆς πρατολειγεῖν. nam officium prologi ante actionem quidem rei semper est, veruntamen, & post principium fabulæ inducitur, vt apud Plautum in Milite glorioso, & apud ceteros magnæ auctoritatis veteres poëtas.

ARGVMENTVM.

CVm Chremes Demiphonis frater ad scito sibi ad fallaciam nomine, quo Stilphonem se dicit fecerat, duas eodem tempore habuisset vxores Athenis diuitem, pauperem Lemni: ex diuite sustulit filium, qui dictus est Phædria: ex paupere furtim suscepit atq; educauit filiam, Phanium nomine, eamq; consilio cum fratre habito destinaui filio eius Antiphoni vxorem dare. Quibus complacitis, vno tempore profecti Athenis senes. Demipho in Ciliciam Chremes Lemnium ad accersendam filiam, quæ iam illinc cum matre nauigauerat, occasionem dederunt amandi adolescentibus. Nam statim Phædria Citharistriam sub lenone cœpit ardere: Antipho illam filiam patrui Phaniam desponsatam sibi, nesciens nescientem, mox vt Athenas venit, nec patrem repetit falsa duplici eius nomine, matrem mortuam dum lamentatur adamauit: consilioq; & opera parasiti secundum leges Athenienſium, quasi sibi cognata esset, tanquam in iure victus, & velut coactus, eam accepit vxorem per absentiam patris. Qui cum aduenisset, & vellet eam expellere primo confutatur per impudentiam parasiti post cum suo fratre sic decipitur, vt dum eam credit ab Antiphone posse disiungi, eam parasitus ipse ducat vxorem, & det duturo triginta minas præsentes dotis puellæ nomine, quas Phormio acceptas Phædriæ dedit: ille, lenoni ad Citharistriam redimendam. Quibus gestis tandem Chremes agnoscit filiam suam coniunctam esse fratris filio. Quare dum mutato consilio triginta minas à Phormione per rixam conatur exigere, per eundem proditus vxori suæ Nausistratæ est, & factus libidinis reus, nō ante veniam meruit à matrefamilias, quàm et triginta minarum, & amoris Citharistriæ veniam dedisset filio. Primus actus est in colloquio Daui, & Getæ, per quos discidit populus argumentum, Secundi actus tenor continet aduentum senis turbulentum, & eius de iurgium aduersus Getam, & Phædriam. Tertio actui attribuitur litigium senis, & Phormionis. tum consultatio cum aduocatis, tum Antiphonis in scenam reditus: colloquiumq; cum Geta. tum lenonis, & Phædriæ colluctatio tum adhortatio Getæ de inueniendo argento ad redimendā Phædriæ Citharistriam. Quartum actum ista concelebrant, aduentus Chremetis: eiusdemq; cum fratre deliberatio per errorem de ejcienda Phanio, Getæ verba de fallendis senibus. Antiphonis oratio apud semetipsum de amore tractantis. Getæ rursus cum senibus callida, & mox cum Antiphone de eadem causa simplex disputatio, senum inter se colloquiū de expulsione mulieris & ad extremum verba Chremetis agnoscantis nutricem, ac per eam filiam suam cum Antiphonis coniunctam. In quinto actu per Demiphonis errorem Phormio accipit argentum dotis nomine, et conuenitur Nausistrata, vt exire domo compellat Phanium nunciatur Antiphoni, & Phormioni per Getam, Phanium à patre agnitam permissamq; vt vxor habeatur, quæ cum ita nupta sit, exposcitur argentum à Phormione per rixam senum, à quibus ille oppressus, rem omnem aperit Nausistratæ. ad quod primum irata, vt in tali re vxor, mox lenitur in fine fabulæ, & tutissimum à patris iracundia præstat Phædriam.

ACTA

ACTA LVDIS ROMANIS, L. POSTVMI[O] [A]LBINO, L. CORNELIO MERVLA AEDIL. CVR. EGERE L. AMBIVIVS [T]VRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII. TIBIIS IMPARIB. TOTA GRAECA APOLLODORVS EPIDICAZOMENOS FACTA IIII. CN. FANNIO, M. VALERIO COSS.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic prologus concitatus est, vtpote qui in L. Lauinium Poëtæ æmulum inuehitur, à quo grauiter lacessitus parta referre mollitur, Estq; hic initium spectatorem prouocans in odium personæ aduersarij, coniunctum cum insinuatione ad beneuolentiam personæ Terentianæ conciliandam.

Senarij.

PROLOGVS.

OSTQVAM poëta vetus
poëtam non potest
Retrahere à studio, & transdere hominẽ in ocium,
Maledictis deterrere, ne scribat, parat.
Qui ita dictitat, quas antehac fecit fabulas,
Tenui esse oratione, & scriptura leui,
Quia nusquam * scripsit insanum adolescentulum
Ceruam videre fugere, & sectari canes,
Et eam plorare, orare vt subueniat sibi.
Quòd si intellegerit olim cum stetit noua,
Actoris operâ magis stetisse, quàm sua.
Minu' multo audaciter, quàm lædit, læderet.
Et magi' placerent, quas fecisset fabulas.
Nunc si quis est, qui hoc dicat aut sic cogitet,
Vetu' si poëta non lacessisset prior,
Nullum inuenire prologum potuisse nouus
Quem diceret, nisi haberet, cui malediceret:
Is sibi responsum hoc habeat; in medio omnibus
Palmam esse positam, qui autem tractant musicam:
Ille ad famem hunc ab studio studuit reicere:
Hic respondere voluit, non lacessere.
Benedictis si certasset, audisset bene:
Quod ab ipso allatum est, sibi esse id relatum putet.
De illo iam finem faciam dicundi mihi,
Peccandi cum ipse de se finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite. apporto nouam
Epidicazomenon quam vocant comœdiam
Græci, Latini Phormionem nominant;
Quia primas partes qui aget, is erit Phormio
Parasitus, per quam res * agetur maxume.
Voluntas vostra si ad poëtam accesserit,
Date operam, adeste æquo animo per silentium;
Ne simili vtamur fortuna, atque vsi sumus,
Cum per tumultum noster grex motus loco est:
Quem actoris virtus nobis restituit locum.
Bonitasque vostra adiutans, atque æquanimitas.

* fecit

* geret

DONATVS.

OSTQVAM poëta vetus poëtam non potest) Hoc initium à destructione personæ aduersarij sumitur, coniunctum cum insinuatione personæ Terentianę. [Postquam poëta vetus poëtam non potest) Nota postquam apud veteres nõ præterito modo, sed etiam præsenti tempori adiungi. Vt, postquam nos Amaryllis habet, Galatea reliquit. Quanq; sunt qui Postquam simpliciter pro quoniã accepi velint. [Post quam poëta vetus) Qui iam diu est, non qui iam diu fuit. Ergo vt vinum vetus non vetus, vt Ennius. [Postquam poëta vetus poëtam) Iocũda repetitio, vt, Diua deam, &, Notos pueri puer indue vultus. [Postquam poëta vetus poëtam non potest) ἀντιστρεφον primum per συλλαβὴν primam, ita vt extrinsecus nouum audiri poëtã oporteat. [Retrahere à studio) Sic loquitur, quasi rem scenicam magis lædere voluerit Luscius, quàm Terentiũ. [Transdere) Transdere veteres sonantius, quod nos lenius dicimus tradere, vt tralatum, nos translatum è contrario. [Et transdere hominem) Comice, & venuste inseruit hominem, vt, Leui bus huic hamis consertam auroq. trilicem Loricam, quam Demoleo detraxerat ipse Victor apud rapidum Simoëntã sub Ilio alto: Don. habere viro decus, & tutamen in armis. [Maledictis deterrere) Sensus hic est, Ipse se, inquit aduersarius fatetur victum qui à rebus exclusus, ad verba delapsus est. [Maledictis deterrere) deest eum: vt, Quarum, quæ forma pulcherrima, Dotopeiam Connubio iungam stabili. [Qui ita dictitat) Impudentiam ostendit per frequentatiuum verbum. [Quas antea fecit fabulas) Et hic lentum accusatorem facit qui præterita ingerat, & de quibus iam sit iudicatum in melius. [Tenui esse oratione, & scriptura leui) Imperitum inducit criminatorem, q hoc obijciat, quod proprium debet esse Comici stili. Reuera autem hoc deterior Menandro Terent. iudicabatur, q minus sublimi oratione vteretur: quod ipsum nunc purgatiditens in tragœdia altiora transire posse. [Quia nusquam insanum scripsit adolescentulum) Ideo videmur leues, tenuesque, inquit, quia non in comœdia prodigia facta sunt, & tragœdias incitauimus. Et callide hic non solum errorem reprehendentis, sed etiam imperite scripsisse ipsum ostendit Luscium Lauinium. [Scripsit) Legitur & fecit. [Adolescentulum) vt comicam personam ostenderet artificiose imminuit adolescentulum, quo magis persona à sublimitate discederet. [Ceruam videre, fugere, & sectari canes) hic affectus à comœdijs remouendus est. [Ceruam videre, & fugere, & canes) Ambiguitas per accusatiuum casum, perseuerans vsque ad vltimum de industria, vt etiam ipsa perplexitas odiosa sit. [Et eam plorare, orare, vt subueniam sibi) hæc omnis ὑπερβασις tragica est, & ideo in comœdia vitiose inducitur. [Cum stetit olim noua) Bene hoc positum est. potuit enim responderi, Cur igitur stetit, & non exacta est à populo? [Cum stetit olim noua) Recte olim; q. d. Cum adhuc Terent. non scriberet, penuria meliorum est probata. Deinde quòd ait noua, hoc significat, omnia carmina nouitate id ipsa commendari, et si nullius momenti sint. [Actoris opera stetisse) Vna opera, & suffragium scenicorum comparat, & lædit aduersariũ. [Minus multo audacter)

audacter) Noue dictum Minus multo audacter, vt cum dicamus nos, minus audacter. [Nunc si qs est, qui hoc dicat, aut sic cogitet) Omne quod in mentem venit, aut cogitamus, aut dicimus, vt Virg.- & mihi iam multi crudele canebant Artificis scelus, & taciti ventura videbant. Hic sensus est, Nunc si quis est, qui hoc dicat, aut censeat, improbus est Terent. qui omnes prologos de maledictis facit, habeat is hoc responsum sibi, aduersarium coëgisse qui prouocauerit. Nam quid faceret Terentius, cum de palma artis musicæ certandum videat esse sibi? [Lacessisset prior) Aut lacessisset abundat, aut prior. [Nullum inuenire prologum) Prologum modo, non hominem, sed verba significat. [Nouus) Hic quòd supra prætermisit, veteri supposuit, nouum. [Nisi haberet cui malediceret) Mire haberet, quasi dubium non sit maledicendum esse Luscio. [Is sibi responsum hoc habeat) Huic rei per qualitatem respondet, aduersarium cogere, vt sic agat. [In medio palmam omnibus esse positam) Sensus hic est, Inueniret, inquit, sed maluit, cum de palma certandum sit, aduersario responderet lædenti. Verum oratorie manifesta soluere non curauit, hoc est nullum inuenire prologum potuisse Terentium. & hoc enim obijciendum fuit omnibus, & nouis, & veteribus poëtis. Palmam pro causa certaminis posuit. Et ideo non est mirandum, si pugnant quibus causa certaminis præsto est. [Qui autem tractant musicam) Virgilius,- nec quidquid vbique est gentis Dardaniæ magnum quæ sparsa per orbem. Et περιφραστικῶς pro qui comœdia scribunt. [Ille ad famem, hunc ab studio) Hic maxime incipit soluere quod sibi superius ipse proposuit. [Ille ad famem hunc ab studio) Nunc quid est, inquit, poëtam vituperare, nisi ad famem reijcere? nam poëtæ probi suas, vendebant fabulas, & harum precijs alebantur. [Ille ad famem hunc ab studio) Cur lacessitus respondes? certamen est, inquit. [Ab studio studuit) Vetuste: vt, Luserat ludum, & pugnam pugnauit. [Benedictis si certasset) Quia supra dixit in medio omnibus palmam esse positam, q.d. quidquid in certamen venerit, in eo vincendos æmulos esse. [Si certasset) Certasset ἀντὶ τοῦ prouocasset ab eo quod præcedit id quod sequitur. Virg.- nec te certasse priorem Pœniteat. [Audisset bene) Bene audire, est bene dici, laudari. [Quod ab illo allatum est). i. maledictum. [Quod ab illo allatum est, sibi esse id relatum putet) Prouerbiale est, Quod dedit, recepit. Et geminauit L: vt Relliquias Danaũ. [De illo iam finem faciam dicundi mihi) ἀπὸ τῆς ἐπιπλοκῆς τῶν λέξεων. [Dicundi mihi, peccandi cum ipse de se finem non facit) Et mihi, & de se proprie positum est, & præterea ἀμφιβολία. [Peccandi) Maledicendi. [Peccandi cum ipse de se finem) Prius, inquit, Ego de illo finem faciam, quàm ipse de se. An prius dicendi ego faciam, quàm ille peccandi finem? Non facit, pro non faciat: vt, Mirum ni ego me turpiter hodie dabo. [Nunc quid velim, animum attendite) Deest, Quæritis. vt sit, Nunc quid velim, quæritis? animum attendite. [A porro nouam) Nouam, Latinam dicit. [Epidicazomenon quam vocant comœdiam) Hic manifeste errat Terentius. nam hæc fabula quam transtulit, Epidicazomene dicta est à puella de qua iudicium est: cum sit alia Epidicazomenos eiusdem Apollodori. Debuit ergo dicere Epidicazomenon Græci, Latini Phormionem nominant. φέριμιον tegiculum dicunt Græci quo insternitur pauimentum, vnde Phormio correpta prima syllaba apud Apollodorum est. Non ergo à formula, vt quidam putant, dictum est. Ergo inde paratus vilissimæ conditionis homo, nomen accepit. [Quia partes primas qui aget) Primas, nunc, maximas. ad actorem enim retulit. Cic. Sæpe illum qui est secundarum aut tertiarum partium. [Phormio est) Si à formula esset nomen comœdiæ, primam produceremus syllabam, si à Phormione, corripere debemus. [Per quem res agetur maxime) Quia primæ partes ēt aliud significant. non ergo nunc primum actum dicit, sed summas partes. Et bene maximæ, quia & per alios. Voluntas vestra si ad poëtam accesserit: pro, si faueritis. Noue sic voluntatem, pro fauore posuit. [Adeste æquo animo) Fauor in comœdia silentium spectatoris est. Rectè ergo addidit Per silentium. [Aequo animo) Nunc propositio est. [Ne simili vtamur fortuna atque vsi sumus) Ne populum læderet, fortunam maluit accusare. [Cum per tumultum noster) Apparet Hecyram ante Phormionem actam esse, cui contigit id quod quæritur, populum subaccusans. [Noster grex motus loco est) Locus, est distributio temporum, quæ cuique in spectaculum venturo attribuuntur ab Aedilibus vnde locu motus dicitur, qui suas horas non obtinuerit inter præcedentes, & consecuturos. Ergo proprie. Sic & Cic. Loco ille motus est, cum est ex vrbe pulsus. [Quem actoris virtus) Vbique laudat actorem. est enim poëtæ vtile. [Quem actoris virtus) Qui exclusus toties, animum non abiecerit, sed perseuerauerit agere ideo virtus. [Restituit locum) Bene repetiuit locum, vt ἀμφιβολίαν vitaret, ne Quem tumultum dicere videretur. [Bonitasque vestra adiutans, atque æquanimitas) Bonitas in omnibus generaliter rebus est, Aequanimitas in spectando, An bonitas in probandis his quæ bona sunt. Aequanimitas in ignoscendis vitijs atque delictis? An τακτολογία est? An bonitas circa omnes: Aequanimitas circa Terentium? [Bonitasque vestra) Ne totum actori tribuens, nihil populo præter culpam reliquisse videretur, honoris causa hoc addidit. [Adiutans) Sic veteres dicere maluerunt quam adiuuans.

GVIDO.

POSTQVAM poëta, &c.) Hoc initium ad destructionem personæ aduersarij sumitur coniunctim cum insinuatione Terentianæ. Loquitur autē poëtæ defensor, qui cum suorum actorum grege est acturus comœdiam. Postquam poëta vetus. s. Lucius Lauinius. vetus. i. carios us, quasi rancidus, vel qui iam longo tempore poëta fuit. non potest retrahere. i. reuocare inuitum poëtam Terent. à studio componendarum comędiarum vbi est opus vehementi studio, & postquam non potest transfedere, vetuste pro tradere. i. transferre, traducere, conuertere hominem. s. Terent. in ocium. i. in vacationem studij, & cessationem laboris. parat. i. molitur. s. poëta vetus. deterrere. i. deflectere dehortari, dissuadere, maledictis. i. contumelijs, seu contumelios is captionibus, seu reprehensionibus, ne. i. vt non. scribat. i. comędias componat, qui poëta vetus ita dictat. i. frequēter iactat, fabulas. i. comœdias, quas poëta noster facit, ante hoc tempus esse oratione tenui, q̄tum ad sententias, seu sensum ac prolatum, & esse scriptura leui. i. non esse compositas verbis grauibus ac exquisitis, sed leuibus, & facilibus. Nam scribit qui verba adhibet, inqt Don. propterea scriptura est in verbis. Et quidem reprehendit illud quod congruit comœdiæ. Nam si sublimi oratione vteretur poëta, transiret in tragicum stylum, quemadmodum fecit Luscius Lauinius. Dictat ergo fabulas poëtæ nostri esse tenui oratione, & leui scriptura, quia poëta noster nusquam. i. in nullo loco suarum comœdiarum scripsit id, quod Luscius scripsit inepte, videlicet adolescentulum insanum. i. furibundum, videre ceruam fugere, & videre canes sectari eam ceruam, & videre eam ceruam plorare, & orare, vt ipse adolescentulus subueniat sibi ceruæ. Quod. i. sed si intelligeret ipse poëta vetus. cum. i. quando, fabula eius noua, & propterea placens stetit. i. placuit secundum Seruium, olim. i. iampridem, cum erat scriptorum penuria, nec dum scribere poëta incepisset. Si ergo intelligeret, eā stetisse. i. placuisse. magis, i. potius. opera. i. industria actoris. i. recitatoris, & lusoris (vt ita dicam) quàm sua opera. i. quàm sua industria, qua fuisset vsus in ea componenda, læderet ipse poëta vetus. i. morderet carperet, taxaret, offenderet nostrum poëtam multo minus audacter, quàm nunc lædit, & fabulæ sup. quas fabulas fecisset. magis placerent. vel si vis intellige casum pro casu sic, & fabulas. i. fabulæ quas, &c. Nunc sic si quis est qui dicat hoc quod sequitur, aut qui cogitet sic. i. hoc modo qui sequitur. Si vetus poëta Lauinius non lacessisset. i. prouocasset. prior, vacat prior. nam nemo lacesset, nisi prior prouocet, & irritet, nouus poëta noster nullum potuisset inuenire. i. excogitare. prologum. i. proloquium, præfationem. non enim prologus hic hominem significat, vt in Heauton. sed verba, quem prologum diceret. i. apte componeret, vel eloqueretur, nisi haberet hominem cui malediceret. is qui taliter cogitat, & dedit, habeat sibi hoc responsum. i. vel hanc responsionem, vt responsum sit neutri gñis, & substantiuum, vel vt responsum sit participium præteriti, vel habeat. i. putet, hoc responsum esse sibi per passiuum verbum. deinde subdit responsione, videlicet palmam. i. causam certaminis, puta preciũ victoriæ esse positam in medio. i. in cōi omnibus, qui tractant. i. exercent, artem musicam. i. artem poëticam, cui præsunt musæ, q. d. non est mirandum si hi pugnant, quibus causa certaminis præsto est. Ille vetus poëta studuit. i. laborauit, conatus est reticere. i. repellere, retrudere hunc poëtam nostrum à studio componendi. ad famem. i. ad esuriem, quæ illi fuerat subeunda, nisi sua industria composuisset fabulas, quas ædilibus venderet, vnde dictum quæritaret. Hic poëta noster voluit respondere maledictis, non voluit lacessere. si poëta vetus certasset. i. prouocasset. ab eo quod præcedit id quod sequitur benedictis. i. bonis sermonibus, & beneuolis audisset bene. i. laudatus à poëta nostro fuisset. Nam bene audire est bene dici, & laudari, contra male audire vituperari. Salust. in Cice-

ronem. vt si quid voluptatis maledicendo ceperit, eam male audiendo amittas, quod si non sint eadem verba, est saltem eadem sententia. Ipse poëta vetus putet id, quod allatum est ab ipso.i.id quod maledictum est ab eo esse relatum sibi.i. retortum in se,q.d.quod dedit recepit iam.i. nunc,vel statim,faciam .i. statuam mihi fidem dicendi de illo, cum pro quamuis. ipse non facit pro faciat,ait Don.de se finem peccandi.i.maledicendi,vel errandi,nunc attendite.i.attentum præstate animum,hoc est diligenter,quod Don. vult intelligi,quæratis. Apporto nouam comœdiam, quam græci vocant Epidicazomenen à puella,de qua iudicium est.Latini nominant illam comœdiam Phormionem,à stramento quo insternitur paruimentum, vnde parasitus vilissimæ conditionis nomen accepit. Latini ergo nominant Phormionem, quia Phormio parasitus per quem agitur res,maxime.i.præcipue.i.à quo materia,& deductio fabulæ præcipue procedit,erit is,qui aget primas partes.i.præcipua officia, & summa in toto fabulæ progressu, si vestra voluntas .i. vester fauor accesserit ad poëtam nostrum, date operam vt.s.intelligatis,quæ dicentur,& attendatis ad ea quæ fient, adeste.i.præsidio sitis, vt solent esse aduocati, vel intenti estote æquo animo per silentium,ne.i.vt non,vtamur simili fortuna .i. infortunio,atq; .i.sicut vsi sumus,cum noster grex.i.nostra multitudo,& cæterua actorum, motus est loco .i. perdidit locum sibi ab ædilibus destinatum,locus hic est distributio temporum, quæ cuique in spectaculum venturo attribuuntur ab ædilibus.Vnde loco motus dicitur, qui suas horas non obtinuerit inter præcedentes,& consecutuos,ergo proprie dixit sic & Cic.Loco ille motus est cum ex vrbe expulsus est,quem locum turbatum virtus actoris .i.histrionis restituit nobis.Nam actor toties exclusus animum non abiecit,sed agere perseuerauerit,ideo virtus est,& quem locum inquam bonitas vestra, atque æquanimitas adiutans.i.frequenter adiuuans,& fauens restituit inquam nobis.Bonitas attenditur generali in omnibus rebus æquanimitas in spectando, aut bonitas hic intelligitur in probandis his quæ bona sunt æquanimitas in ignoscendis vitijs,atque delictis,aut bonitas refertur ad omnes æquanimitas ad Terent.Ex hoc colligitur Hecyram actam ante Phormionem, propterea aliqui codices sic habent Hecyram Phormioni præpositam,sed tamen non sequitur eam fuisse prius scriptam,& compositam.

LATOMVS.

ARGVMENTVM prologi) Recriminatur aduersarium, & cur id faciat, excusat. Deinde attentionem postulat. [Poëta vetus)Ad contemptum,& vituperationem,vt quę ætate corrupta sunt. verlegen.[Quas antea se) Prosopopœia,qua μιμητικῶς refert criminationem aduersarij, vt imperitiam eius ostendat.[Stetit olim noua)Occupatio. Et nouam vocat quæ ante hanc scripta fuit.[Nunc si quis) Occupatio qua excusat necessitatem,vt inuidiam declinet.[Musicam) Poëticam,quia hęc ars propter metricam rationem musicæ est affinis. [Benedictis si) Prouerbium. Par pari referre. [Nunc quid) Postulat attentionem prolato nomine fabulæ. [Epidicazomenos) Agens vindiciarum,seu de possessione rei Phormio φόρμιον, reticulum, qua pauimentum insternitum, vnde parasiti nomen. [Motus loco est) Vt in Hecyra.

PETRVS MARS.

POSTQVAM poëta) In hoc prologo, vt in omnibus alijs. Terentius legem comicam negligit. Non enim ad argumentum narrandum,& reliquum comœdiæ corpus manifestandum,sed vt priuatim auctori seruiat,effictus est. Nam cum ab æmulo suo L. Lauinio conuitijs exagitatus,& grauiter lacessitus sine suo merito in populi contemptum se vereretur adduci posse,eodem vsus animo non calumniatur, sed vera crimina ad defensionem sui impinguit. Igitur quàm potest maxime criminando in odium personam rapit, & accusando illius ignorantiam,fauorem,beneuolentiam, & attentionem à spectatore meretur. Status est iuridicialis absolutis. nam vitia L. Lauinij aperte designat. [Tenui esse oratione) Hoc est facili,vulgari,& propemodum triuiali, non enim ad subtilitatem pertinet. [Cum stetit)Fabula,vt ait Don. cum probatur stare dicitur.[Is sibi responsum)Defensio est legitima.[Palmam esse)Palma studium victoriæ,vel ipse finis,vel casus. [Epidicazomenon) Epidicazomenos,qui experitur iudicio,& actionem aliquam intendit. Epidicazomæ.i. iudicium tento,& iure ago. [Phormionem nominant) Phormion tegiculum dicunt Græci, auctore Donato,quo insternitur pauimentum,vnde Phormio correpta prima syllaba apud Apollodorum est. [Dare operam) Postulat attentionem. [Aequanimitas) Nam spectatores dicuntur æquo animo adesse,cum in bonam partem,ea quæ aguntur,referunt,& interpretantur.

GLAREANVS.

IN prologi nono versu multa effugia, vel Quod dissyllabum,vel Si productum,non elisum. vel t,in Stetit productum. Sed lector sequatur quod volet. In 10. s, eliditur in Magis, in 11.in Minus in 12.rursus in Magis,in 14. in Vetus,quanquam per creticos,& bacchios excusari omnia possunt. In 15. Prologus proprie corripitur secundum rationem Græcam. In 19. alterum i, in Reijcere abijcitur, vt sæpe apud alios Auctores, nisi antibacchium pro dactylo positum existimemus.In 22.Donati commentarius admonet ll, geminandum in Relatum, haud dubie propter carmen. Sed vel omnes errant lib.quos nobis quidem videre contigit,vel carmen absque geminatione ll, ita legendum est.

Quod ab ipso allatum est, sibi id esse relatum putet. In 28. i,in Qui corripitur,non eliditur.

ACTVS I. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Dauus exiens dicit afferre se quam debet Getæ pecuniam, et hæc persona extra argumentum inducitur, cui rem gestam narraturus est Geta.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Daui persona extrinseca introducitur: cui Geta Demiphonis seruus argumentum narrat eo tamen animo Getam conuenisse videtur, vt matuum repetat, quod dandum erat Antiphonis vxori absente patre suo Chremete super inductæ. Hæc persona instruendi spectatoris causa ita mirè inducitur, vt lepores, facetias, & sales comicos ab artificioso poëta sub argumenti narrationem exquisisse videatur. ADDITIO. *Attende quod garrulos, & sententiosos seruos amat Comœdia: Tragœdia contra, tristes & parce loquentes.*

Senarij.

DAVVS seruus.

MIcvs sumus meus, & popularis Geta
Here ad me venit: erat ei de ratiuncula
Iam pridem apud me relliquum pauxillulum
Nummorum: id vt conficerem. confeci: affero.
Nam herilem filium eius duxisse audio
Vxorem: ei credo munus hoc contraditur.
Quàm inique comparatum est ij, qui minus habent,
Vt semper aliquid addant diuitioribus.
Quòd ille vnciatim vix demenso de suo,
Suum defrudans genium, comparsit miser,
Id illa vniuersum abripiet, haud existumans
Quanto labore partum. porrò autem Geta
Ferietur alio munere, vbi hera pepererit:
Porrò alio autem, vbi erit puero natalis dies,
Vbi initiabunt: omne hoc mater auferit:
Puer caussa erit mittundi. sed videon' Getam?

DON.

MIcvs summus meus, & popularis) Quod in omnibus ferè comœdijs, in quibus perplexa argumenta sunt, fieri solet, id in hac quoq; Terentius seruat, vt προτατικὸν πρόσωπον, id est personam extra argumentum, inducat, cui dum ob hoc ipsum, quod veluti aliena tota fabula est, gesta res narratur: discat populus textum ex cõtinentia rerum, sitque instructus ad cetera. [Amicus summus meus, & popularis Geta) In hac scena, quæ docendi atque instruendi spectatoris causa inducitur, mire extrinsecus lepores facetiæq. cernũtur, & sales comici. Id enim est artis poëticæ, vt cum narrationi argumenti detur opera, iam tamen res agi, & comœdia spectari videatur. [Amicus summus meus, & popularis Geta) Insinuatio personę eius quæ inducitur ad audiendum. Et vide seruum ostendi Dauum, & non ostendi cuius seruus sit. [Amicus summus meus) Causa cur in scenam procedat Dauus. [Amicus) A voluntate. [Popularis) A fortuna. Popularis, eiusdem conditionis gentisque. Salust. Popularis suis sceleris. Et popularis, populo amatus, & popularis ciuis, & popularis humilis, & popularis vtilis, è populoq. factus. vt si quis dicat sordidum, popularem ciuem. [Amicus summus meus) Dauus extra duas familias inducitur, quæ in hac sunt fabula, alienus, ac per hoc ignarus, cui narret Geta argumentum. [Heri ad me venit) Propter cognationem E, & I, literarum non dubitauerunt antiqui, & here, & heri dicere, & mane, & mani, & vespere, & veseperi. [Erat ei de ratiuncula) Deest, Nam: sed mire subtractum est. [Erat ei de ratiũcula) Opportuna diminutio in re seruili, ratiuncula, & pauxillulum. [Erat ei de ratiuncula) Moraliter intulit, Erat ei. magis enim facetum, & comicum est, cum ἀσυνδέτως infertur, quàm si diceret, Nam erat ei. [Iampridem apud me reliquum) De argumento sumitur causa colloquij. [Nam debui, inquit, Getæ: & ille me exigit, vt numeretur domino, ob nuptias factas. [Pauxillulum) Quartus gradus diminutionis, paulum, paululum, pauxillum pauxillulum. [Id vt conficerem) ἔλλειψις prima. Et conficerem proprie. nam fieri pecunia dicebatur, Salust. Quæ pecunia ad Hispanienſe bellum Metello facta erat. [Conficere) Quia in promptu non erat. [Confeci, affero) Bene, quasi reddendi moræ non habere causa fuerint. [Nam herilem filium) πρόφημον Græci dicunt. atque haud scio, an Latini quoque alum num dicere poterant, nisi hoc mallent. [Nam herilem filium eius duxisse audio vxorem) Mire se applicat argumento. Ei credo munus hoc corraditur, quia in nuptijs etiam septimus dies instaurationem voci habet, vt funere nonus dies, quo parẽtalia concluduntur. [Ei credo) vxori, scilicet. [Munus hoc corraditur) Hoc pecuniæ scilicet, munus erit, & est figura ἐπεξήγησις. [Credo) Pro vere scio. Et ei, an vxori an absolute? vt sit, ei rei? [Corraditur) Apta in verbo difficultas, vt in Adelph. Minas decem corradet alicunde. &, Corrasi omnia. [Quam inique comparatum est) Mire ἰδιοτισμῷ morem pro lege conqueritur. [Comparatum) Constitutum est lege. Et hi qui minus habent, & ditioribus dixit: ne diceret, serui dominis, vult enim latius patere quod dicit, & generalem esse sententiam. [Quàm inique comparatum est, hi qui minus habent) Garrulos seruos, & sententiosos amat Comędia, tristes, & parce loquentes Tragędia. [Vt semper aliquid addant) Mire non dent, sed addant. & non aliquando, sed, semper. [Ditioribus) Pro, minus pauperibus. [Quod ille) Docte ad singularem numerum transit à plurali. [Quod ille) Reddit ad Getam. [Vnciam) Sic veteres, Multa vnciatim. Cum expensa pecunia ferretur more veterum. non vt nunc, annumeraretur: Assis libera erat, eiusq. partes, vnciæ. Rursus vnciæ vnius duodecima pars, libella dicebatur. [Merito ergo, nõ per singulos sestertios, neq; per singulos denarios, neque per singulos asses, sed id quod ὑπερβολικῶς minimum fuit, per singulas vncias, vnciatim dixit. Et Cicero, Ecquis Volcatio, si sua sponte veniſſet, libellam vnam dediſſet? [Vnciatim) Vix potuit, & vnciatim, & cito conflari peculium. vt multa pauxillatim, & cito fiunt maxima. Merito ergo additum est vix. Sed quid si, & vnciatim, & vix, & tamen de lucro dedit? De demenso suo, inquit. Quid si ex abundanti? [Suum defraudans genium) Deinde, non acquisiuit, sed, comparsit. Et ad postremum, miser, vt iniquitas consuetudinis, comploratione finiretur. [De demenso suo) Serui quaternos modios accipiebant frumenti in mensem, & id demẽsum dicebatur. & vtrum à mense, an à metiendo, incertum est. [Suum defraudans genium) Vt contra. Genialia curare dicitur, qui viuit laurius. [Id illa) Nupta scilicet. [Vniuersum abripiet) Contra illud quod vnciatim dixerat. [Vniuersum abripiet) Magna virtus penè in singulis syllabis, contra illud quod ait ille, Illa retulit. contra vnciatim, vix, & de demenso suo, Vniuersum. Contra id quod ait. Munus contraditur, Abripiet. Contra, Suum defraudans genium, & Comparsit miser, Haud existimans quãto labore sic partum. [Haud existimans) Haud existimans, vel intelligens, vel recogitans, ac reputans. [Haud existimans) Pro, æstimans. Salustius, Si Quirites pacem existimaretis. [Quanto labore partum sit) Hoc si pronunciandum est, quasi nunc ei venerit in mentem sæ

pius passurum Getam, quod semel tolerare grauissimum iudicauerit. [Quanto labore) vt, Reliquias Troia ex ardente receptas. [Partum) Proprie dicitur partum, de eo quod labore quæsitum est, quia nullus partus sine dolore est ac labore. [Porro autem Geta ferietur) Ad paupertatem retulit ferietur. nam & damnum, plaga, & res, sanguis noster dr. [Ferietur alio mun.) Significanter, non fungetur munere, sed ferietur, dixit. [Ferietur alio munere) Ex consuetudine, ferietur. Nam & plagam, damnum, & sumptum, sanguinem nostrum dicimus. [Vbi hera pepererit) Quæ supra illa dicta est. [Porro alio autem) Et alio qd dicit, pro multis pronunciandum est. [Vbi erit puero natalis dies) Cum adiectione temporis, cuiuslibet natalis dies melius dicitur, vt natalis locus, & natale astrum. sed Virg. seruiens personæ rusticæ, Meus est natalis Iola, inquit, nec addidit. [Vbi initiabunt) Hoc vultuose pronunciandum. [Vbi initiabunt) vt qui dam, cibo, & potu, vt quidam, sacris. [Vbi initiabunt) Legitur apud Varronem, initiari pueros Eduliæ, & Poticæ, & Cubæ, diuis edendi, & potandi, & cubandi, vbi primum à lacte, & à cunis transierunt. quod Virg. Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est. hoc annotauit Probus. Sed Terentius Apollodorum sequitur, apud quem legitur in insula Samothracum à certo tempore pueros initiari more Athenienſium: quod, vt in Palliata, probandum est magis. [Vbi initiabunt) Hoc sic inferendum est, non quasi hoc solum sit, sed quasi defatigatus sit enumerando occasiones dandorum munerum. [Omne hoc mater auferet) hoc retulit ad offerentis irrisionem, qui putat se puero dare. [Mater auferet) An nutrix? an vera mater? [Puer causa erit mittundi) Proprie dixit mittundi, de muneribus. [Sed videon' Getam?) locuturum ostendit Getam. [Sed videon' Getam?) apparet poëtam nihil putasse amplius addendum ad insinuandum populo personam Daui, & ideo iam induxit exeuntem Getam. vt sit causa commutandæ orationis.

GVID. AMICVS &c.) Hic persona Daui introducitur, cui possit Geta seruus Demiphonis narrare fabulæ totius argumentum, & ita introducitur, quasi mutuas acceperit à Geta pecunias quas nunc repetere inſtat Geta, vt eas det pro filio vxori, quam filius domini sui. s. Antipho duxerat in patris absentia. D. Geta summus amicus meus, & hoc à voluntate, & popularis. i. eiusdem conditionis, & generis siue cognationis, vt Salust. Popularis sui sceleris interdum popularis dicitur populo gratus, siue à populo amatus. interdum popularis dicitur humilis conditionis. interdum dicitur vilis, ac de populo factus, vt si quis dicat vilem, seu abiectum eiuem popularem. Amicus ergo Geta venit hæri, vel hære (vtrunque. n. dictum inuenitur propter cognationem, & i, literarum, vt mane, & mani, vespere, & vesperi) Venit ergo ad me hæri. nam subaudi pauxillulum, dicimus paulum, paululum, pauxillum, & pauxillulum. Pauxillulum numerorum erat ei Getæ apud me iampridem. i. olim. reliquũ. i. vel relictum vel de residuo. de ratiuncula. i. de quadam supputatione, siue (quod dicunt) ex quodam computo, quod fecimus inter nos, vel ex quadam conuentione, seu ex quodam cõtractulo, siue ex quodam (vt dicunt) tractaculo inter vos deducto, siue etiam ex aliquo negociolo inter nos communi. Venit inquam ad me vt conficerem. i. facerem, nam fieri pecunia dicebatur. Sal. Quæ pecunia ad bellum Hiſpanienſe Marcello facta erat, vt ergo conficerem potest intelligi, rogauit me sup. vt ego conficerem. i. conquirerem, seu congererem id pauxillulũ nummorum, quod erat ei reliquum ex ratiuncula. confeci. i. conquisiui, ac si fecissem eam pecuniam, quæ non erat in promptu affero id pauxillulum nummorum. nam audio. i. intelligo filium herilem. i. filium heri. i. domini eius. s. Getæ duxisse vxorem. Credo. i. vere scio, q̃ sup. hoc munus talium pecuniolarum corraditur. i. totum radendo, & nihil relinquendo aufertur, extorquetur aut difficulter comparatur ei, vel vxori, vel ei rei. s. dictioni vxoris, q̃. i. quantum. inique. i. iniuste. comparatum est. i. constitutum est, vt hi qui minus habent, addant semper ali quid diuitioribus, antiq; pro diuitioribus. i. minus pauperibus, vt hic capitur, illa vxor arripiet. i. ad se rapiet, & attrahet, abradet vniuersum illud. i. totum illud simul quod ille miser Geta defraudans, suum genium. i. parce viuens, & tenuiter. ille enim dicitur defraudare genium, qui tenuiter ac parce viuit, sicut cõtra indulgere genio significat voluptuose viuere, atque laute. Item genialia (dicit Don.) curare dicitur, qui viuit lautius, neq; immerito nam Genium naturæ Deum dicunt, siue Deum generationis, cui sacrificabatur dũtaxat diei natali, in cuius Dei sacrificio tantum (vt Seru. inquit) licebat voluptatibus operam dare eum in alijs sacrificijs esset castitatis obseruatio. Virg. in Buc. Phyllida mitte. m. m. est enim Iola. Cum faciam. u. pro f. i. u. propterea genium pro voluptate capi potest, & lautitia conuiuij vnde genialis lectus dictus est voluptuosus, & conuialis, vt testatur Seru. quod ergo ille misere defraudans suum comparsit, præteritum à comparco cis, quod componitur à com. & parco is. comparsit ergo. i. congessit, parce cuſtoditur, ac seruauit vix. i. ægre, difficulter, vnciatim. i. nõ per singulos sextertios, aut denarios, aut asses, sed (quod minimum fuit) per singulas vncias. assis enim libra est, eiusq. partes vnciæ. Vnciæ. autem duodecima pars libella dicebatur, apud veteres enim pecunia pendebatur, non, vt nunc, numerabatur. Comparsit ergo vix vnciatim. i. paulatim, quasi per stipes de dimenso suo. i. reseruando de portione sua, qua abstinebat plerunque vt peculium sibi conflaret. serui enim singulis mensibus quaternos modios. i. quasdam mensurulas frumenti accipiebant, & id dimensum dicebatur, aut à mense, aut à metiendo, & verius. Nam illis frumentum certa mensura dimensum tradebatur. vxor ergo illa accipiet vniuersum haud existimans pro æstimans. i. non considerans quanto labore id peculum sit partum. i. acquisitum, & bene quia nullus partus sine dolore ac labore. autem. i. sed. porro. i. certe, vel deinde. Geta ferietur. i. onerabitur, premetur, concutietur. alio munere. i. alio dono, vel onere donandi aliud donum, & bene ferietur, nam & plagam, damnum, & sumptum, siue rem nostram sanguinem nostram dicimus. vbi. i. quando. hera. i. vxor herilis filijs pepererit. autem. i. sed. Get. porro. i. deinde ferietur alio munere. vbi. i. quando, temporis aduerbium. dies natalis. i. natalitius erit puero, vbi natalis est adiectiuum. sed cum Virg. dicit, Meus est natalis Iola, est substantiuum, sed vbi. i. quando parentes sup. initiabunt. i. dicabunt, cõsecrabunt, addicent, deuouebunt, destinabunt aliquibus sacris, q. d. Get. ferietur alio munere hic enim vbi initiabunt est vultuose pronunciandum, quasi cum tædio. Legitur apud Apollod. quem hic poëta noster sequitur, In insula Sarmotracum à certo tempore pueros initiari more Athen. sed apud Varr. legitur pueros initiari eludiæ, & poticæ, & cubæ, hoc est Diuis edendi, potandi, & cubandi, vbi primum à lacte, & à cunis trasferuntur. Virg. Nec. d. h. m. d. c. est. Mater, vel nutrix, vel vera mater auferet. i. arripiet hæc omnia munera data à Geta. puer erit causa mittundi, promittendi illa munera, quia ita illudetur Get. qui pueri gratia dabit, quod tolletur à matre. Sed videon'. i. ne Getam? tunc poëta inducit Getam exeuntem, vt sit causa cõmutandæ orationis.

LATO. DAVVS πρεσπτικὸν πρόσωπον. [Popularis Geta) Popularis eiusdem conditionis. [Vt conficerem) Eclipsis, subaudi, rogauit. [Quam inique) Exclamatio querentis de iniquitate fortunæ. [Dimensum) Frumentum, vt interpres ait, quod in singulos mẽses præbebatur seruis. [Initiabunt). i. consecrabunt, more Athenienſium, qui hac religione quadam Cereris sacra colebant.

PETR. MARS. AMICVS summus) Homini stulti, & inconsiderati credulitatem, qui in suum vsum, quod dederat, conuersum iri arbitratus seipsum bonis explet, & alijs causa est cur genialius viuant. Sic enim plerunque circa amatores vsu venire solet qui cum pueros suscipiunt, atque matribus, aut nutricibus pecuniam pro educatione persoluunt, tamen in vsum pueri nihil cedit, sed à nutricibus vt plurimum omne absumitur. Est ergo videndum, cui, & quo modo, & quando quippiam detur: vt bene monet Arist. [Ratiuncula) Diminutiue, vt peculium seruorum intelligamus, quod semper ferè exiguum est. Ratiuncula autem significat supputationem aliquam restantem. [Vnciatim). i. per paucos, & singulos obolos, abstrahendo. s. semper duodecimam partem dimensi. [Dimenso) Dimensum est victus diuturnus qui datur seruis, solet autem mensura appendi, ob id dicitur dimensum. Genium defraudare, est naturæ detrahere illud quod appetere videatur. Genius enim deus naturæ est, & per figuram pro ipsa natura ponitur. Initiabunt, hoc est, vbi puero nomen solenne imponent, & dij puerorum præsidibus, & curatoribus eum offerunt.

In secundo versu Ei monosyl. In tertio ll, geminatur in Reliquum. In 8. legendum Diuitioribus, vt loco quinto sit anapæstus. In 9. bacchius est loco primo. Ita in 11. & vltimo.

ACTVS I. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Geta narrat quo sint profecti senes, Demipho, Chremes, & occasiones cœperit amare Demiphonis filius Antipho.

ARG.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac scena deuenitur argumenti ad narrationem, nacta Daui opportunitate illud à Geta ipso audituri. Rite ergo poeta desiderantium ipsi Getæ Dauum proponit, quem ea fiducia alloquitur, vt sibi argentum ab eo reddi, ita vt fit, speret.

Trimetri Iambici.

GETA seruus. DAVVS.

SI quis me quæret rufus. D. præsto est, desine. G. oh,
At ego obuiam conabar tibi Daue. D. accipe, hem:
Lectum est, conueniet numerus quã tum debui.
G. Amo te, & non neglexisse habeo gratiam.
D. Presertim vt nunc sunt mores: adeo res redijt.
Si quis quid reddit magna habenda est gratia.
Sed qd tu es tristis? G. ego ne? nescis quo in metu,&
*simus. Quanto in periculo * sim. D. quid istuc est? G. scies
Modo vt tacere possis. D. abi sis insciens:
Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Verere verba ei credere? vbi quid mihi lucri est
Te fallere? G. ergo ausculta. D. hanc operã tibi dico.
G. Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremem
Nostin'? D. quid ni? G. eius gnatum Phædriam?
D. Tanquam te. G. euenit senibus ambobus simul,
Iter illi in Lemnum vt esset, nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquum: is senem per epistolas
Pellexit modo non Monteis auri pellicent,
D. Cui tanta erat res, & supererat? G. desinas:
Sic est ingenium. D. oh, regem me esse oportuit.
*hic G. Abeuntes ambo * hinc tum senes, me filijs
Relinquunt quasi magistrum. D. ò Geta, prouinciam
Cepisti duram. G. mihi vsu venit hoc, scio:
Memini relinqui me, deo irato meo.
Cœpi aduersari primo: quid verbis opus est?
Seni fidelis dum sum, scapulas perdidi.
D. Venere in mentem istæc mihi: nam quæ inscitia est
Aduorsum stimulum calces? G. cœpi his omnia
Facere, obsequi quæ vellent. D. Scisti vti foro
G. Noster mali nihil quidquam primo: hic Phædria
Continuo quandam nactus est puellulam
*pditus Citharistriam. hanc amare cœpit * perdite.
Ea seruiebat lenoni impurissimo;
Neque quòd daretur quidquam, id curarant patres,
Restabat aliud nihil, nisi oculos pascere,
Sectari, in ludum ducere, & reducere;
Nos ocioſi operam dabamus Phædriæ.
*ilico In quo hæc discebat ludo, ex aduorsum * ei loco.
Tonstrina erat quædam: hic solebamus ferè
Plerunque eam opperiri, dum inde iret domum.
*illic Interea dum sedemus * illi, interuenit
Adolescens quidam lacrumans: nos miraries:
Rogamus quid sit. Nunquam æque, inquit, ac modo,
Paupertas mihi onus visum est, & miserum, & graue,
Modo quandam vidi virginem hic viciniæ.
Miseram, suam matrem lamentari mortuam.
Ea sita erat ex aduorso: neque illi benevolens,
Neque notus, neque cognatus, extra vnam aniculam,
Quisquam aderat, qui adiutaret funus: miseritum est
Virgo ipsa facie egregia: quid verbis opus est?
Commorat omnes nos: ibi continuo Antipho,
Voltis ne eamus visere? alius, censeo.
Eamus. duc nos sodes. Imus, venimus,
Videamus: virgo pulchra, & quo magis diceres,
Nihil aderat adiumenti ad pulchritudinem:
Capillus passus, nudus pes ipsa horrida:
Lacrumæ, vestitus turpis: vt ni vis boni
In ipsa inesset forma, hæc formam extinguerent.
Ille, qui illam amabat fidicinam, tantummodo
Satis, inquit, scita est: noster vero. D. iam scio:
Amare cœpit. G. scin' quàm? quò euadet, vide:
Postridie ad anum recta pergit: obsecrat,
Vt sibi eius faciat copiam. illa enim se negat:
Neque eum æquum ait facere: illã ciuem esse Atticã,
Bonam, bonis prognatam: si vxorem velit,
Lege id licere facere; sin aliter, negat.
Noster quid ageret, nescire: & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
D. Non si rediisset pater, ei veniam daret?
G. Ille ne indotatam virginem, atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. D. quid fit denique?
G. Quid fiat, est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui illum dij omnes perduint,
D. Quid is fecit? G. hoc consilium, quod dicam, dedit,
Lex est, vt orbæ, qui * sint genere proximi, * sunt
Eis nubant: & illos ducere eadem hæc lex iubet.
Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam:
Paternum amicum me asſimulabo virginis:
Ad iudices veniemus: qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc
Confingã: quod erit mihi bonum atque cõmodum;
Cum tu horum nihil refelles, vincam scilicet.
Pater aderit: mihi paratæ lites: quid mea?
Illa quidem nostra erit. D. iocularem audaciam.
G. Persuasit homini: factum est ventũ est: vincimur:
Duxit. D. quid narras? G. hoc, quod audis. D. ò Geta,
Quid te futurum est? G. nescio hercle. vnũ hoc scio:
Quod fors ferat, feremus æquo animo. D. placet:
Hẽ istuc viri est officiũ. G. in me omnis spes est mihi.
D. Laudo. G. ad precatorem abeam credo, qui mihi
Sic oret. Nunc * amitte quæso hunc: ceterum *omitte.
Posthac si quidquam, nihil precor: tantum modo
Non * addas. vbi ego hinc abiero, vel occidito. *cædas.
D. Quid ille pædagogus, qui citharistriam?
Quid rei gerit? G. sic tenuiter. D. non multum habet
Quod det fortasse. G. imò nihil, * nisi spem meram. *præter
D. Pater eius redijt, an non. G. nondum. D. quid senẽ?
Quoad expectatis vestrum? G. non certum scio:
Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo
Et ad portitores esse delatam: hanc petam.
D. Nunquid Geta aliud me vis? G. vt bene sit tibi.
Puer heus, nemon' huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

DONATVS.

SI quis me quæret rufus) Mire poëta desideratum Getæ ostendit Dauum. [Si quis me quæres rufus) De ipso loquitur, à quo reddi sibi debitum sperat. [Si quis me quæret rufus) ἀποσιώπησις secunda. nam apparet plura dicturum fuisse. [Præsto est, desine) Tertia persona de se loquens vsus est, quia ille nominatiuum prætulit. [At ego obuiam conabar DON.

tibi Daue)Conabar,absolute. an ἔνστασις est,vt desit,Ire? Et est aduerbium loci Obuiam.[Accipe) Prævenit petitionem,dicendo accipe)Prævenit petitionem,dicendo accipe,& hoc cum gestu offerentis dicitur. Et hoc est quod ait,Confeci,affero. [Lectum est)Absolute. nam non dicit quid,vtrum debitum, an argentum lectum. Lucilius, Lecti omnes. Atticon hoc est. [Lectum est,conueniet numerus)Ordinem seruauit.prius.n.qualitas,deinde numerus pecuniæ spectari solet.[Lectum est,conueniet numerus quantum debui) Quippe tribus modis debitum pecuniarum soluitur, pensione. Accipe. spectatione, Lectum est numero,Conueniet numerus quantum debui. [Lectum est) Lectum,bonum vel splendidum. Vt,- arma Serestus Lecta refert humeris. Quamuis quidam putant lecta,ab eo quod est lego dicta. [Quantum debui) Pro,debitum tibi à me est. [Amo te,& non neglexisse habeo gratiam) Amat quòd reddiderit pecuniam: Agit gratias,quòd diligenter. Et quære? vtrum quia condictum non fefellerit? an quia lectum attulerit, & numero congruenti? Et rectè dixit,nam redditio debiti hoc agit, vt ēt gratias agamus. [Amo te,& non neglexisse habeo gratiā) Hoc pro gratiarum actione ponitur, & ostenditur vere necessariam fuisse pecuniam.[Non neglexisse)In Andria,Et id gratum fuisse aduersum te,habeo gratiam. [Presertim vt nunc sunt mores) sic & illud dictum est, Nanque hoc tempore Obsequium amicos,veritas odium parit. Quia consuetudinis imago est,vitupe rare præsentia. [Adeo res redit) Figurate,pro ita loqueris,adeo res redit,dixit. Et proprie redisse res dicitur, cum aliquid peius expectatione contigit. [Si quis quid reddit magna habenda est gratia).i.etsi rem non magnam, tamen magna habenda est gratia: hoc enim significat quid reddit. [Si quis reddit) Quid hoc interrogatiue pronunciauerit,parum belle explicat conceptam sententiam. [Habenda est gratia) Deest, Ei. [Sed quid tu es tristis?)Hic admonemur omnem ab initio sermonem Getæ,quasi satagentis,& anxij pronunciare,accōmodatis presertim ad vultum verbis.nam & Si quis me quærit,&, At ego obuiam tibi conabar Daue, &, Amo te,& non neglexisse habeo gratiam, in se quoddam contractioris animi occupatiq. signum habent. [Sed quid tu es tristis?)Sed particula,transitum significat ad mentionem alterius rei. [Sed quid tu es tristis? Ego ne? nescis quo in metu) Descensus ad argumentum ab eo sermone q extrinsecus à poeta informatus est,iam manifeste apparet. [Ego ne? nescis quo in metu) ὑπόθεσις comœdiæ. [Nescis quo in metu,& quāto in periculo sim)Pronunciantis,& interrogantis esse potest.[Ne scis quo in metu) Duæ perturbationum bigæ,sunt à malo vna, ex cupitis altera. Ergo à mali bigis, præsentis temporis periculum esse dicimus,& futuri meum.[Nescis quo in metu) Pro nunciatiue magis quàm percontatiue efferendum est. sic enim solemus de magnis rebus dicere.Nescis quo in metu,quanto in periculo sim) Vix alterum sustineri potest eorum, quæ vtraque posuit nunc,& metum,& periculum.[Quid istuc est?)Fac hunc scire,& narrandi non erit locus. necessario igitur ignarus inducitur Dauus. [Modo vt tacere possis)Vt,pro ne non. quod est, subaudiendum est, vide aut quid tale. [Modo vt tacere possis) Vere argumentum est celari id,q; Antipho non coactus,sed volens duxit vxorem.[Modo vt tacere possis) Modo,pro tantum modo, vt Modo Iuppiter adsit. [Abi sis insciens) Nunc pro inscito posuit. vel inscientem modo stultum dicit,alias ignarum. [Cuius tu fidem in pecunia perspexeris)Sententiose dixit,quasi in omnibus credēdum sit seruaturum fidem esse eum, qui in pecunia seruauerit. Et hoc ideo interposuit,ne longus esset,dum suadet vt dicat, quemadmodum in alijs fabulis. [Cuius tu fidē in pecunia perspexeris)Proprie locutus est de pecunia,& fidem dicendo,& Credere. Nam fides est eorū,quibus datur. Credito res dicuntur ipsi qui dant.[In pecunia)à maiore ad minus.[Perspexeris) Non inspexeris, sed perspexeris,quod plus est, dixit. [Verere ei verba credere?) Verba cum pronunciatione dicit, vt ostendat multum distare inter pecuniā,& verba.[Vbi quid mihi lucri est te fallere?)Ab vtili coniectura,& bene, qa seruus nihil de honesto dicit. [Vbi quid) Significantius dixit,quā si diceret, nihil.[Ergo ausculta)Ergo nunc,velut increpatio tarde faciētis est.Quia hic igitur obloquendo impediuerat narraturum.Ergo dixit.Sic Virg. Ergo agere care pater,ceruici imponere nostræ. [Hanc operam tibi dico) Auscultandi.s.& audiendi.[Hanc operam tibi dico)Plus est dico,q̄ do.Dicatur perpetuo.Datur ad tē pus.[Senis nostri Daue fratrem maiorem)Dicendo Senis ostendit,& adolescentem se dūm habere. [Dicendo Nostri ostendit esse,& alienum) Dicendo Fratrem,non vnum esse monstrauit. Dicendo Maiorem etiam minoris fecit indicium.Sic argumenti partem maximam nondum narrans,iam in ipsa interrogatio ne transegit. Hæc autem omnia propter populum sic aguntur. Ideo illi,Quidni dixit,ne sit opus pluribus verbis.[Senis nostri Daue fratrem) Mirū compendium narrationis.quasi per interrogationem fecit, ne ex alto repeteret. Sic Virg. Fando aliquid,si forte tuas peruenit ad aures. Belidæ nomen Palamedis, & inclyta fama. Et Nostin' hanc quam amat frater? in Eunucho.[Quod eius gnatum Phædriam?)Non dixit,quid Phædriā sed addidit,eius gnatum magis docere, quam interrogare videretur.[Quid eius gnatum Phædriam?) Deest,nosti.[Tanquam te)O varietas. quid ni? tanquam te.[Euenit ambobus senibus simul,iter)Non euenit iter: sed, euenit vt iter esset.[Simul)vno tempore.[Illi in Lemnum vt esset)Recte tacetur cur Chremes ierit,& dicitur cur Demipho. vtrunq; pro argumento est. [Ad hospitem antiquum) Sic Virg. Vteremq. Anchisem agnouit amicum. Hoc autem addidit, vt esset idonea causa nauigandi seni. [Senem per epistolas pellexit) Epistolas dicendo, ostendit eum non semel scripsisse. [Pellexit) Induxit sic Virg. Pellacis Vlyssi.[Modo non montes auri pollicens)Prouerbiis ὑπερβολὴ facta per exceptionem,aut per superlationem, aut æquam collationem. Eiusmodi est illud Demosthenis, *

[Modo non montes auri) Salust. Maria montesque polliceri cœpit. [Modo non montes auri pollicens) More veterum: quia hospites hospitibus multa donabant. [Cui tanta erat res?) Cui datiuus casus est: Domino ne tuo, inquit, pollicebatur hæc,cui tanta res erat? [Cui tanta erat res?) Deest Eum. vt sit, Eum pellexit,cui tanta res erat? [Et supererat) Plus est superesse quàm esse. [Desinas, sic est ingenium) Necessaria est ad fabulæ ἐπίτασιν auaritia Demiphonis, vt maiore periculo illo absente duxerit filius indotatam. nam mox dicturus est, Ille ne indotatam virginem,atq; ignobilem daret illi? Sic est ingenium Præparatio bona,qua & diues,& auarus describitur Demipho,vt in dotatas nuptias filij ferre non possit. [Sic est ingenium) Recte. non enim,inquit,fortuna auarus est, sed natura. [Sic est ingenium) Omnium,an domi? sed magis domini. [Oh,regem me esse oportuit) Ostendit pauperum affectiones, qui se solos vti diuitijs scire aiunt,si eas habeant.[Oh,regem me esse oportuit) Acue me. [Abeuntes ambo hinc tum) Hinc & hic legitur.& est ordo. Hic relinquunt filijs. [Relinquunt).i.non secum abducunt.[Quasi magistrum)Bene quasi,qui non compleuit hoc ipsum,nec vult esse.[Magistrum)Sic Latini,quem Græci παιδαγωγὸν appellant.[Filijs)propter filios.[O Geta,prouinciam cepisti duram.[Acquisitæ bello longe ab Italia regiones,prouinciæ dictæ sunt,à porro vel procul,& vincendo,ad quas quia prętores cum officio mittebantur,officia quoque prouinciæ nominātur [O Geta, prouinciam) Splendide prouinciam dixit. [Memini relinqui me, deo irato meo) Sic Virgilius,- nec dij texere Cupentum Aenea veniente sui. Hoc Asper. sed mihi videtur ad hoc addidisse Meo,ne esset ἀμφίβολον,cui diceret,irato deo. Neuius in Stalagmo,Deo meo ,ppitio,meus homo est. [Memini relinqui me, deo irato meo) Domino dixit.an vere deo? Et bene Meo, ne esset ἀμφίβολον. Et sic dixit,Memini relinqui,vt in Andria, Memini me videre. Et, Memini me fieri paruum. Ennius. [Quid verbis opus est?) Repente infertur, Quid opus est verbis? & satis moraliter.[Seni fidelis dum sum) opportune seni dixit, vt ostendat quam stultum est, seni aduersus iuuenes fidelem esse. [Seni fidelis dum sum) Fidus est amicus: Fidelis est seruus.[Scapulas perdidi) Plus est perdidi,q̄ si diceret,dolui. Et bene retulit Perdidi πρὸς τὸ Fidelis. Fidelis.n.officium est,seruare aliquid.[Venere in mētem iltæc mihi) venire in mentem, non ad recordationem tantum dicitur, sed ad reputationem,& intelligentiam. [Nam quæ inscitia est aduersum stimulum calces?)Hoc dictum,& superiori personæ esse po. est,& alteri. [Aduersus stimulum calces?) παροιμία cum ἐμφάσει. deest .n. iactare. Stimulum pro domino adolescente posuit.[Calces) Modo calces,non partes plantæ,sed percussiones pedum plagasq. significat.Aliter Virg.Calcemq. terit iā calce Diores.[Scisti vti foro) secundum illos negociatores qui ante locum cōmercij non prę scribunt quanti vendant quæ aduehunt, sed secundum annona fori q̄ deprehenderint,consilium de vendendis,aut non vendendis mercibus sumunt.[Scisti vti foro) Forum pro tribus intelligitur,loco, tpe, & persona. Scisti, inquit, his vti & est vulgare prouerbiū.sensus hic est, Scisti,inquit,quid facere te oporteret. [Primo,hic Phædria)bene additum primo,quia non perpetuo. [Noster mali nihil quidquam) Quartum παρέλκον.Vt in Hecyra. Nam nemo illorum quisq̄,scito,ad te venit. [Noster mali nihil quidq̄) noster πρὸς ἀντιδιαστολὴν Phædriæ, qui non noster est.

est.[Continuo quandam) Bene continuo,quasi vix expectauerit profectionem patris.[Puellulam citharistriam) Istis nominibus hoc agit,vt causa amoris,& ex ætate,& ex arte puellæ videretur,nam ideo puellam dixit. [Amare cepit perditus) Legitur & perdita. Et amare perdite,vt puta puellulam,& citharistriã. [Ea seruiebat lenoni)Et honeste,& cito dixit seruiebat.[Lenoni impurissimo)Et quare non fuisset libera,& cuius fuisset ancilla,& qualis hominis fuerit,demonstrauit. [Ea seruiebat lenoni impurissimo)Magna præparatio ad rerum difficultatem immi nentium: Puellula citharistria,auarus leno, amator perditus, inopia.[Id curarant patres)Expedire dixit patres. si.n.patrẽ eius tantum dixisset, id restabat, vt ei per patrui filium succurretur. ideo dixit ambos non habuisse. [Nisi oculos pascere)Hoc.n.solum erat quod leno non venderet. [Sectari,in ludum ducere,& reducere)Bene cauillatus est,& ioculariter in adolescentem cui ætas ad sectandos Philosophos apta erat. Hinc etiam philosophorum sectæ. Sed sectari proprie est,vt taurus buculam, vt aries ouem. Virg. Trahit sua quenque voluptas. [Reducere) σύλληψις.à ludo enim subauditur.[Nos ocioſi operam dabamus Phædriæ) Cum τύπῳ dixit nos, velut magistrum excusans obsequentem ei,cui custos sit datus, & ideo addidit ocioſi. [Nos ocioſi operam dabamus Phædriæ) Relatio ad illud quod mox, Ocioſi non erunt.[Nos ocioſi operam dabamus Phædriæ)Aut ad pudorem sumitur hoc pronomen in singulari numero, aut ad dignitatem. sed non potest Nos,& propter Antiphonem dixisse nos.[Nos ocioſi operam dabamus Phędrię)Apollodorus.

* [Operam dabamus Phædriæ) Ille amicæ,nos illi.[In quo hæc discebat ludo) Figurate,In quo,hæc discebat ludo,est additũ.[Ex aduorsum ei loco)Et loco.legitur,& ilico. Et annotatur ex abundanti additũ,vt apud veteres multa sunt.[Ex aduorsum ei loco) παρέλκον quartum. [Tõstrina erat) Apta sedes ociosis. [Tonstrina erat quædam) παρέλκον tertium quædam.[Hic solebamus ferè plerunque) παρέλκον tertium,ferè plerunque.[Dum inde iret domum)ad se.s.Iret,domũ,pro rediret,vel certe iret. παρέλκον figura. [Dum sedemus) Proprie sedemus: vt tõstrina. [Illi,interuenit)Illi pro ibi.vt,Illi mea tristia facta. Et nota illi, pro illic.[Interuenit adolescens quidam lacrumans)Apollodorus tõsorem ipsum nuncium facit. qui dicat se nuper puellæ comã ob luctum abstuliſſe,quod scio mutasse Terent.ne externis moribus spectatorem Romanum offenderet. [Nos mirarier) Rectè,mirum.n.in adulescentibus lacrumæ,vt contra,Tristisq. senectus. [Nos mirarier)vt,solam nam perfidus ille Te colere. [Rogamus quid sit)Quid lacrumet, nõ,quid sit ipse,vt stulti putant.[Nunq̃ eque,inq;,ac modo)Mire ostendit semper sibi hoc visum quod dicit,sed nunq̃ æque.[Paupertas mihi onus visum est)Statim fit mentio paupertatis, vt sic causa fallaciæ Phormionis. [Modo quandam vidi virginem)Bene quandam: ne ob familiaritatem laudare videretur. [Modo quandam virginem)Vide sic agi. vt non tam morte mulieres, q̃ solitudine pulchræ virginis moueatur affectus.Simul,& ea describi,quæ matronæ futuræ magis conueniant,q̃ quæ temere amanda sit. Nam hic obitus fœminę ad comicum exitum spectat,qñ quidem plus ex eius morte securitatis,q̃ molestiæ,sentiat argumentum.[Hi viciniæ) Aduerbium in loco est,hic viciniæ: cuius ad locum,huc viciniæ.Et statim proximitas insinuatur,vt sit spes,& causa videdi.[Miseram)Ab affectu,& subdistinguendum est,vt ad virginẽ referatur.[Lamentari mortuam)A probitate,quæ pijs attributus. Est lamentari mortuam,ambiguitas, sed sensu manifesta. [Et sita erat)Sita,pro posita.Saluſtius cum adiectione positæ cũ pdixero positum insulæ. Et hoc ei reciprocum est. [Ea sita erat Ex aduorso) Expositio paupertatis,& quàm facile virgo videri possit.[Neque notus,neque vicinus) ἀξιοις fit,quia res minuitur,crescit sententia. Saluſt. Non repugnantibus modo,sed nededitis quidem a b c m [Neque vicinus) ἀναφορά. [Neque notus, neque vicinus, extra vnam amicam) Hæc præstruuntur,vt sit spes potiundæ virginis. [Neque notus,neq; vicinus)Hæc descriptio paupertatis adiuuat argñ,vt,& visere audeant adolescentes virginem, & amet Antipho. [Quia adiutaret funus) Ipsum officium funus dixit. [Miseritum est) Hoc est miseritus sum eius. Et hic videtur ostendisse cur lacrymauerit. [Virgo ipsa facie egregia) A forma indignatio.[Virgo ipsa) Bene ipsa,quia quę supra dixit,non ad ipsam, sed euentum eius pertinebant. [Quid verbis opus est) Sic dicit Terent. vbi ad effectum properat. [Commorat omnes nos) Figura συγκοπὴ,pro cõmouerat. Et bene oẽs, quia res ad Antiphonem tm̃ spectat. [Ibi continuo Antipho)Hic redditur nomen adolescentis.& est παρασημόν.[Vultis ne eamus visere?) Vt,Populare penates Venimus.[Vultis ne eamus visere?) Ipse hortari inducitur,qui amaturus est. [Alius,censeo. eamus,duc nos sodes) Hæc omnia diuersi.Et apparet tot esse homines,quot per μίμησιν sunt ἀόριστα. [Alius,censeo) Phædria vel quilibet. Imus,venimus videmus ἀόριστον primum per βραχυλογίαν. [Virgo pulchra) συμπτωμία mirantis. Duo ingentia,& virgo,& pulchra. [Virgo pulchra) Bene nõ dixit,Videmus virginem pulchram,sed ὑπὲρ τῆς προπαρασκευῆς, virgo pulchra. Illud enim frigidius, hoc concitatius. & hoc magis demonstratur πράγματι,quàm relatione.[Et quò magis diceres) Diceres pro crederes. vt,Audacter dicito. Sæpe Plautus. [Nihil aderat adiumenti) Proprie aderat. Adest enim id,quod adiuuat. [Capillus passus) Singularem numerum,pro plurali posuit. Sic,& alibi, Capillus pexus,prolixus,circum caput reiectus negligenter.[Passus)Temere dispersus. Vt magna,pars, à Græca oratione profluxit hæc dictio. [Ipsa horrida) Quasi extra ipsam sit id,quod dixit, Capillus passus nudus pes. Tale est apud Virg. Illum autem quamuis aries sit candidus ipse, Nigra subest vdo,cui tantum lingua palato, Reijce. Et alibi de arbore,Tum fortes late ramos,& brachia tendens Huc illuc,media ipsa ingentem sustinet vmbram. Et,Domus sanie,dapibusq. cruentis Intus opaca,ingens,ipse arduus,altaque pulsat Sidera. [Capillus passus,nudus pes) Facetius, quàm si pluraliter dixisset. Virg. Quibus acer Erix in prœlia suetus Ferè magnum. [Lacrymæ,vestitus turpis) ἀόριστον tertium. [Vt ni vis boni) Plus est vis boni,q̃ bonum. [Vt ni vis boni in ipsa inesset forma)Veteres ignem,& calorem quendam,quasi feruorem,dixerunt formam, & ideo fornaces,forcipes,formam,& formosus, ex quibus ignis amoris exoritur. Laudandus est ergo Terent. proprietate seruata, qui cum formam prætuliſſet subiecit Extinguerent. Ideo,& Virg. sic ait, At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas.[In ipsa inesset forma,hæc formã extinguerent) figura πλοκή. aliud.n.supra,aliud infra forma repetita significat. [In ipsa inesset forma) Geminauit præpositionem. vt alibi, In amore hæc omnia insunt vitia. [Extinguerent) Bene extinguerent,quia ab igne,& calore forma dicta est.[Ille,qui illam amabat)Bene illam,quia iam supra insinuauit personã citharistriæ. [Ille,qui illam amabat) Ratio cur amauerit virginem. [Fidicinam) Supra,citharistriam,ergo indifferenter. [Tantum modo satis,inquit,scita est) Sensus est, Laudauit tantummodo,non ẽt captus est in amorem. [Satis,inquit, scita) Magna laus formæ amanti aliam, placuisse. [Noster vero) ἀποσιώπησις tertia, quæ succurrit quoties verba rebus minora sunt. [Satis,inquit,scita) Scita,bella. vt in Andria,Scitus puer est natus è Pamphilo. [Amare cepit) Ille,inquit,laudauit tantum,hic amare cepit. Et bene Cepit,nonr Amauit,vt ostendat vim amoris non parum esse, & rem quæ semel suscipi possit.[Scin' quam?) ἀποσιώπησις, qua in narrationibus in compendium Terent.vti solet. [Scin' q̃?) Amate cepit,subauditur.[Quò euadet,vide) Euadat,perueniat. Nam euadere,est per obstantia peruenire. [Postridie ad anum recta pergit)Hoc pręstruens,aniculę supra mentionem fecerat. Et bene memor, & virginis, & honestæ, non ipsam adiri, facit, sed anum,neq; ab ipsa peti fructum voluptatis, ex cuius persona maior desperatio nascebatur, sed à nutrire potius, per quam suaderi puellę posse creditur quidquid libet.[Postridie ad anum recta)ἐμφατικῶς,ad anum statim,vt qui posthabuerit omnia alia. [Recta)Quia non per nuncium.[Vt sibi eius faciat copiam)Vide vt nihil de virgine speret,q omnia ab anicula petat. [Illa.n. se negat) Copiam facturam subauditus. [Neque eum æquum ait facere) Non quòd amet,sed quòd hoc petat. [Neque eum) quod peteret.s. [Illam ciuem Atticam) Illam cum ἐμφάσει dixit,q.d.quam sic contemnat.[Ciuem bonam esse)Ciuem,quod ad iura pertinet.bonam. q̃ ad ipsam. [Bonam) Non,vilem,qa boni non viles sunt. vnde superlatiuus gradus Optimates facit, quia bonus melior optimus dicitur.[Bonis prognatam)Quod ad maiores eius. [Si vxorem velit) Rectè subiunxit, si vxorem velit, post quam in ea virgine prætulit, quæ solent ornare nuptias. [Lege id facere) Incerta distinctio est,vtrum vxorem velit lege, an lege id dicere facere. [Sin aliter negat) Et pudice anus, & tñ illecebrose, licere facere dixit; quod ille impudentius petit,vt sibi eius faciat copiam. [Sin aliter negat) σύλληψις facta ex eo quod sequitur,facere. [Noster quid ageret,nescire) Proposita deliberatio, cuius tamen altera pars vincet. nam ducturus est per absentiam patris. [Quid ageret, nescire) Pro nesciebat. sed rectè sic ait, quia subiuncturus est. [Cupiebat, & metuebat) Metuebat proprio dixit. Metuimus enim eos qui nos amant: Timemus etiam inimicos.[Illam ducere cupiebat & metuebat) Vide ambiguitatem, quam tamen sequentia tol-

lunt. [Non si rediſſet pater, ei veniam daret?) Bene interrogat Dauus. hoc enim ſperari ſi poſſet nō opus erat fraudibus Phormionis. [Non ſi rediſſet) Si, pro cum rediſſet. Virg. Præterea ſi nona diem mortalibns almum Aurora extulerit. [Ille ne indotatam virginem) ἐμφατικῶς ille, de quo dixerat, Deſinas, ſic eſt ingenium, & qui propter ſpem lucri nauigauerat ſenex. Inſinuandum igitur fuit: hic enim erit omne periculum fabulæ. Ex ordine Terentius prius inſinuauit perſonā ſenis, vt grauiora fierent quæ dirimebant nuptias. [Ille ne indotatam virginem, atque ignobilem) Duo dixit, & indotatam, & ignobilem. Hæc enim duo principaliter petuntur, cum ſint quatuor, quæ in ſpōſis quærūtur, forma, probitas, dos, nobilitas. Et manifeſtum eſt, tur de forma, & ꝓbitate nihil dicat, quippe eum ſupra magnopere ea laudauerit in puella. [Virginem) Simpliciter accipimus, virginem? an ſubaudimus, Quamuis, vt ſit, Quamuis virginem? [Daret illi?) Bonō affectu dixit, Daret illi? Filius enim familiæ non tam ducit vxorem, quàm à patre accipit, quippe cū patri cōmitatur puella potius in huiuſmodi cōditionibus, quàm marito. [Daret illi? nunquam faceret) ἀποσιώπησις ſecunda hic enim non tranſit ad aliud, ſed inſtat incepto, vt & per interrogationem diceret, Daret illi? & per reſponſionem inferret, Nunquam faceret. Et nota nunquam pro non, in maiorem negationis ſignificationem poni ſemper. [Daret illi?) Mire daret, vt oſtenderet nihil eſſe poteſtatis in filio. [Quid ſit denique?) More ſuo Terent. Denique poſuit in fine ſenſus, & eſt aduerbium ordinis. Sic in Heaut. Fodere, aut arare, aut aliquid facere denique. vt ſit denique, vel deinde, vel ad poſtremum. [Quid ſit?) Deeſt, rogitas? & eſt ἀποσιώπησις quarta. [Eſt paraſitus quidam Phorm.) Phormio, nō à formula, ſed Phormione dicitur ſparteo: quem nos eronem dicimus triuialiter, & pro conſuetudine. [Quid is fecit?) Seruatur affectus triſtis, vt ſupra ait, Sed quid tu es eriſtis? [Homo confidens) Homo comice dictum, nam quis ignoret Paraſitum hominem eſſe? [Confident) Hic confidens, pro improbo, audaci ac temerario poſuit. vt, O ingentem confidētiam? [Qui illum) Qui vtinam eſt, vt Lucil. in ij. Qui te Momentane malum ſam cetera, perdat. Aut, Qui hoc conſilium, quod dicam, dedit. [Qui illum dij omnes perduint) Qui aut expletiuum eſt, aut prōnomen, quo incipiens Phormionem deſcribere, cohorruit conſideratione eius, & in hac vocem, quaſi confuſus erupit. hoc autem certum genus eſt παρ-υθίσεως. [Quid is fecit?) Correxit interrogatione errantem: vt rediret ad nominatiuum caſum Qui. vnde aberrauerat, & illum dixerat. [Lex eſt) Lex vt in Palliata, recte ponitur: nam Græcorū fuit. i. ideo & in Andr. ſic ait, Inopia, & cognatorum negligentia coacta. [Lex eſt) Alia narratio interponitur. & dicitur παραφήγησις. [Lex eſt) A cauſa litis. potuit enim dici, non habes cauſam. [Hoc conſilium, quod dicam, dedit) Secundum quoſdam. Ordo eſt, Qui hoc conſilium, quod dicam dedit. [Vt orbæ, q̄ ſint genere proximi eis nubant) Orba proximo nubat, Orbam proximus ducat, Atticum ius eſt. Et eſt Ordo. Lex eſt, vt orbæ eis nubant, qui ſint proximi. [Eadem hæc lex iubet) Non duas res iubet hæc vna lex, ſed puellis ꝓmittit nuberet, cognatos cogit ducere. [Eadem hæc lex iubet) Bene, iubet, minorem enim vim habet ea lex, quę aliquid permittit, quàm illa quę aliquid iubet. [Et illos ducere) Bene additum, nihil enim ad rem, ſi ducendi neceſſitas non fuiſſet. [Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicam) A perſona eius cum quo agitur. Potuit enim dici, Quid mecum eſt tibi? [Ego te cognatum dicam, & tibi ſcribam dicā) ἀποσροφὴ & ὑποτυπῶσις. Hæc narratio eſt quam dicit Tullius conſtitutam. Et ipſe, Tibi vni parcam, inquit, in Verrinis. repente enim trāſitur ad verba perſonarum ab earum deſcriptione, ſed hoc ipſum ad commouendos auditores valet plurimum. Et tibi ſcribam dicam) A denunciatione in perſonam, ne diceret. Non mihi denunciaſti. [Et tibi ſcribam dicam) Cic. Scribitur Heraclio dica. [Dicam) Supra, verbum, infra, nomen eſt totidem literis, diuerſo accentu. [Paternum amicum me aſſimulabo virginis) A perſona litigantis, potuit enim opponi, Perſonam non habes. [Qui fuerit pater) qui, hic pronomen eſt, infra quomodo ſignificat. [Quæ mater) Virginis. ſ. [Qui cognata tibi ſit) q̄ quo modo, & qua ratione. [Omnia hæc confingam) Omnia hæc, non ex abundanti poſuit, ſed oratorie, quaſi tam multa. & eſt ἀę χαταμὸς, nam poſt enumerationem veteres hoc dicebant. Saluſt. in Iugur. Hæc omnia præſidio adſunt. [Quod erit mihi bonū, atque commodum) δίφημία. Quod mihi, inquit, fauſtum ac felix erit, hoc eſt configere, atque mentiri. [Quod erit mihi bonum atque commodum) totum ioculariter paraſitus, quippe q̄ confingam dicens, non ſolum nō erubuerit de falſiloquio, ſed quaſi præclari facinoris inceptionem etiam auſpicatus, ſit omenq̄ ſuſceperit dicendo, Quod erit mihi bonum atq; commodum. Sic enim veteres Quod fauſtum felixq̄. ſit, dicebant, aliquid agreſſuri. [Cum tu horum nihil refelles?) hoc interrogatiue pro nunciandum eſt. [Refelles) Refutabis, redargues. [Nam prorſus refellere, eſt redarguere falſitatem. [Pater aderit: mihi paratæ lites. quid mea?) Mire ὁ συκοφάντης quod maxime alter metueret, hoc pro ridicula re contempſit, Pater aderit, mihi paratæ lites. Exquiſitæ autem ſubiectum eſt, cum ſupra dixerit. Mihi paratę lites: Quid mea? [Pater aderit. mihi paratæ lites) vt Antiphoni formidanda iſta ſunt, ita ridicula paraſito. [Illa quidem noſtra erit) ἀοπῶς. noſtra, cum Antiphonis tantum eſſe debeat. [Iocularem audaciam) εἰρωνείαν κατ' ἀντίφρασιν, hoc eſt minime iocularem. An quæ ex ludo, & ioco in periculum veniat? [Per ſuaſit homini) Hic iam de Antiphone quæritur, cui perſuaſum ſit. [Factum eſt) Adeo audax Phormio. [Ventum eſt) ἐπεξήγησις. Quo modo factum eſt? Ventum eſt, vincimur, duxit. [Iocularem audaciam) Deeſt, audio ex te, aut dicis. [Factum eſt, vēntum eſt vincimur, duxit) ἀσύνθετον. vt ſupra, Imus, venimus, videmus. [Factum eſt, ventum eſt, vincimur, duxit) amat hoc Terentius, vt, It, lauit, redit. & Imus, venimus, videmus. &, Funus interim procedit, ſequimur, ad ſepulchrum venimus. in ignē poſita eſt, fletur. His non modo breuis, & comis narratio eſt, ſed etiam auditoris animum, ad id, quod reſtat, intendit. [Quid narras) Admirantis vox eſt, non interrogantis. [O Geta quid te futurum eſt) Sic pronuncia, quaſi periturum contempleris Getā, & iam eum in certo interitu defleas. [O Geta quid te futurum eſt?) Scilicet qui magiſter relictus ſis Antiphoni. [Neſcio hercle, vnum hoc ſcio, quod fors feret, feremus æquo animo) ἀοπῶς deſperatione rerum fortis eſt ſeruus, & ſimul vigilauit poēta, ne ſi & hic eiularet, res tota migraret in tragœdiam. [Quod fors feret feremus æquo animo) hæ graues ſententiæ ex perſona ſeruorum, cū dicuntur, ridicule ſunt, & eo conſilio interponūtur. [Feremus æquo animo) Hoc ſecundum ſeruos, qui futura contemnunt. Et mire meritum culpæ ſuæ ad fortunam retulit. Hē, iſtuc eſt viri officium. Compendium conſolationis eſt. qd' hic libenter accepit, & ideo ſtatim approbat. [In me omnis ſpes eſt mihi) Quomodo? an vt ſtrenue ſe defendat? an vt fugiat? an vt patiens ſit plagarum? [Ad precatorem abeam credo) Bene poēta omnia tractat, quæ in tali re tacēda ſeruo eſſent, niſi aliud poſceret argumentum. [Ad precatorem abeam) Sic in Heautont. Nec tu arā tibi, nec peccatorem pararis. [Qui mihi ſic oret) .i. pro me oret. [Nunc amitte quæſo huc) μίμησις dicitur, vbi non verba modo, verum etiam geſtum vocemq̄. fingimus alienam. [Nunc amitte quæſo) Hoc quod nos dicimus dimitte, antiqui etiam dicebant amitte. Virg. Amiſſos hinc iam obliuiſcere Graios. Et Saluſt. Pactione amiſſo Publio legato. [Poſthac ſi quidquā, nihil precor) Facile impetrat, qui non oia extorquet. Ergo ars precatoria eſt, mitigare præſentia, futura permittere. Simul etiam quia omnis cauſa in hoc eſt, ne videaē ſeruus ob impunitatem in delictis amplius peccaturus. [Poſthac ſi quidquam) Vt ſolet eleganter per ἔλλειψιν. Et ſimul, non ſi tantundem peccauerit, ſed ſi vel minimum. tale eſt & illud, Si ſenſero hodie quidquam in hic te nuptijs fallacię conari. &, Si quidquam inuenies, mentitum, occidito. [Nihil preco) Nihil pro non ſed plena negatio, Nihil. [Vbi ego hinc abiero) Hic oſtendit nullum precatorem ex animo poſtulare veniam ſeruo. [Vel occid.) Vel, pro etiam. [Occidito) Tu tm̄ cędere volebas, ego dico, etiā occidito. [Quid pædagogus ille, qui cith.) Moraliter quærit volens audire de Phædria, poſtq̄ de Antiphone cognouit, maxime quia hæc interrogatio rñſionem elicit, qua ſpectator inſtruiē ad cognoſcenda cetera. [Quid ille pædagogus qui cith. [Quia dixit, Sectari, in ludum ducere & reducere, & quia puellulam dixit, ab ætate, pædagogus eſt illi, ait. [Quid ille pædagogus, qui cithariſt.) Phædria. ſ. qui neque abſcedit à cuſtodia puellæ, neque illam ipſe contingit. [Qui cithariſtriam?) ἔλλειψις ſectatur, amat, vel quia tale ſubaudiendum eſt. [Sic tenuiter) ἀκριβῶς. Sic dicendum eſt, cum aliquo geſtu. [Non multum habet quod det fortaſſe) Cum commiſeratione amatoris adoleſcentis pronuncian dum eſt. [Imò nihil, niſi ſpem meram) Bene ſpem, quia amat. nemo enim ſine ſpe amat. [Meram) Solā. [Pater eius redijt, an non?) Chremes. ſ. [Nondum) Subaudi venit. Iam non plena negatio eſt. [Quid? ſenem quoad expectatis veſtrum?) Animaduertite Quid ſm morem quotidianum tum dici, cum fit tranſitus à mentione alterius rei ad alteram. Sic & ſupra, Quid pædagogus ille? [Quoad expectatis veſtrum?) Quoad, quandiu. Et recte locutus eſt, quia aduentus, finis eſt expectationis. [Sed epiſtolam

stolam ab eo allatam esse audiui)Mire paratur inopinatus subito aduentus senis. nam ipse veniet,cuius epistolam sperat. [Et ad portitores esse delatã)More veterum,magistri tributorum.i. publicani,operam in portu dabant,inferendarum rerum, & esse rendarum vectigal existentes.[Ad portitores)Ad eos qui in portu sunt. Et quo more hoc dixerit, vide: Attico, an Romano. [Nunquid Geta aliud me vis?) Absque illo argento,quo tibi à me opus fuit. [Vt bene sit tibi) ἐξαπατᾶς,pro nihil. [Puer heus, nemon' huc prodit?) Moralis expressio.nam eos vocat,quibus initio egrediens,dicebat,Si quis me quæret rufus.[Cape,da hoc Dorcio)Ad κατρὸν παράσιτον loquitur.[Dorcio)Dorcium,fœminum nomen est, vt Planesium, Glycerium.

GVID. SI quis,&c.) Hic descenditur ad narrationem argumenti nacta opportunitate Daui narrationem aduituri. G. Videtur hic alloqui Geta aliquem de familia domini sui, mandans illi, vt si quis eum quæreret,suam absentiam excusaret, exit autem quasi obuiam iturus Dauo,à quo pecunias expectabat, quas pro filio herili daret. Si quis.i.si aliquis,rufus.i.rufo colore suffusus,quæret me,& non quæret pro me,vt dici solet, & tunc fecit aposiopesin,quia interceptus est sermo eius à Demea de quo loq videbatur,mandans vt si rufus,puta Dauus,quæreret, diceretur se prodijsse illi obuiam,quod audiens Dauus respondit in tertia persona de se loquens. D. Dauus præsto est.i.prope est,vel aduenit, desine.i.noli ire ei obuiam,siste gradum. G. Oh,interiectio ostendẽtis lætitiam de aduentu,O Daue.at.i.sed,ego conabar ire sup.obuiam tibi.i.in occursum tibi,& est obuiam aduerbium loci. D. Accipe debitum sup. Hem, interiectio ostendentis officium suum.Lectum est.i.argentum quod affero est lectum.i.bonum vel splendidum,siue electum ex multitudine ita. vt nullus sit nummus adulterinus, numerus argenti conueniet.i.sine controuersia erit tantus sup.quantum numerum ego debui.i.in quã to numero pecuniæ tibi debitor fui. G. Amo te,ꝙ .s. reddideris pecunias debitas,& habeo gratiam.i.(quod barbare dicunt)scio tibi bonum gratum,te non neglexisse.i.non fuisse negligentem in pecunia conficienda,&afferenda,vel non neglexisse.i.curę habuisse hanc rem,vel ꝙ non contempseris.&parum curaueris reddere debitum tempore necessitatis. D. Res ad hoc redit .i. tuus sermo ad hoc tendit,vel spectat,vel tu ita loqueri.i.presertim,vt .i. sicut,vel cuiusmodi mores .i. (vt dicam) conditiones hominum,seu consuetudines sunt nũc,si quis.i.si aliquis,reddit q̃d .i. aliquid, magna gratia est habenda.i.oportet (vt dici solet) scire gratum etiam,atque etiam,sed quid.i.cur,vel propter quid es tu tristis? G. Ne .i. vtrum petis. sup. quare ego sim tristis,nescis in quanto metu de futuro malo, & in quanto periculo de eminenti malo simus,hoc autem dictum potest legi aut interrogatiue, aut pronunciatiue, siue confirmatiue. D. Quid istud est? propter quod dicis te esse in magno metu ac periculo. G. Scies modo.i.tãtummodo,vt.i.ita quòd possis tacere,q.d. Ego tibi dicam duntaxat ea lege si illud possis celare. D. Abi,modus increpandi,q.d. non es dignus,qui sis amicus alicui,sis insciẽs.i.insciꝰ,stultus,inconsideratus,ignarus,quasi nescius quid sit officij inter amicos.Verere.i.times credere.i.committere celanda verba ei.s.mihi,cuius tu ꝓspexeris.i.clara,& plane cognoueris,seu probauerit fidem.i.constantiam,& veritatem in pecunijs quam mihi commiseras,quanque iuste, in tua necessitate restitui. Fides est dictorum,conuentorumque constantia,&veritas,siue est mandatorum fida executio. Times ergo credere verba,ei cuius fidem perspexeris in pecunia.vbi.i.in qua creditione verborum, quid lucri est mihi fallere te,q.d. nihil,secus autem de pecunia. G. Ergo nunc,ergo est velut increpatio tarde facientis, quia hic ob loquendo impediuerat narraturũ. Ergo auscultа.i.audi,quæ sum dicturus. D. Dico .i. do tibi perpetuo,quemadmodum cũ aliquid dicatur.i.dedicatur consecratur,perpetuo dabo.Dico as declinatur hic.Dico tibi hanc operam audiendi.s.seu auscultandi.Datur aliquid ad tempus,dicatur autem perpetuo. G. O Daue nostin' .i. cognoscis ne Chremetem maiorem fratrẽ nostri. senis .i. Demiphonis? D. Quid ni .i. cur non bene noui. G. Quid?modus interrogandi,nostin' inquam Phędriam natum.i. filium eius Chremetis. D. noui sup. tanquam te.i.æque ac noui te,ita sicut te noui. G. Iter .i. necessitas eundi peregre, euenit simul ambobus senibus Chremeti,&Demiphoni,vel(vt vult Donat.) euenit, ꝙ sup. iter esset ambobus senibus.i.ꝙ ambo senes haberẽt eundem,vt.i.ita, iter esset illi.s.Chremeti.i.ita quòd haberet eũdum in Lemnum insulam vnam ex Cycladibus, & vt esset iter nostrum.i.vt noster haberet eundum in Siciliæ regionem. ad hospitem antiquum.i.ad veterem amicum externum. Alij libri habent.Euenit iter simul ambobus senibus.i.euenit illi Chremeti,vt iret in Lemnum & nostro Demiphoni vt iret in Siciliã,sed in idem recidit.Is antiquus hospes pellexit.i.fraudulenter induxit,nam pellicere est in fraudem inducere, seu per blanditias decipere. Inde pellax pellacis.i fallax per blanditias decipiens,inde pellacia.i.fallacia,vt vult Seruius. Pellexit ergo senẽ .i. Demiphonem per epistolas pollicens,non modo.i.non solũ montes auri,sed maiora,quod est hyperbolicum.Vel pellexit eũ modo.i.paulo ante per epistolas,non pollicẽs montes auri.i.r̃ promittens magna præmia, tñ ipse herus meus amarus propter lucella parua non dubitauit subire periculum nauigãdi.Promittere maria & montes est antiquum prouerbium in eos, qui temere magna promittere solẽt,similiter hic polliceri mõtes auri dicitur per hyperbolem prouerbialem factam per exceptionem, aut superlationem,aut æquam collationem. Inuenio interdum tamen modo pro fere apud Valerium,modo etiam interdum capitur pro tantum,& tunc esset sensus. Pollicens fere montes auri,tuncq̃. adhuc esset hyperbolicus sermo, sed nõ eo modo quo prius est dictum. D. Hoc sup.pollicebatur domino tuo,cui tanta res.i.tanta copia rei familiaris erat,& super erat.i.superabat, seu superabundabat. G. Desinas .i. non vltra inquiras,sic .i. eo modo,vel tale ingeniũ.i.natura domini mei auari est,vt omnia postponat lucro. D. Ob, interiectio admirantis, vel bene de se sentientis.oportuit me regem esse.i.diuitem.Nam sæpe Horat. appellat diuites reges, q. Si fuissem diues sciuissem bene diuitijs vti. G. Tum .i. tunc,ambo senes abeuntes hinc relinquum me hic,quasi magistrum.i.pædadogum filijs suis. D. O Get.cepisti prouinciam duram.i.onus difficile,siue difficile officium,nã regiones acquisitæ bello lõge ab Italia prouinciæ dictæ sunt à porrò vel procul vincendo ad quas prætores,qui cum officio mittebantur officia quoque prouinciæ nominantur. G. Hoc.s.quod ceperim duram prouinciam,vsuenit mihi.i.mihi euenit, nam vsuenire significat euenire,vt prius dixi, scio .i. satis perspicio id mihi cõtigisse. Memini.i.intellexi bene me relinq Deo meo .i. domino meo,qui quasi Deus timet à me seruo,& cui teneor esse fidelis, irato primo propter filium domini, qui me cæcidit reluctantem sibi,tum propter Demiphonem, qui cum redibit, mihi irascetur vehementer, vel memini me relinqui filijs, tanquam si relictus fuisse Deo meo irato mihi, quia quemadmodũ iratus Deus punit,sic,& filij mei erant cæsuri, si non morigerarer primo.i.in principio,cœpi.i.incepit, aduersari.i.resistere illis cum in amorẽ inciderent, quod est opus verbis.i.opus detinere diem longo sermone.dum.i.quãdiu sum fidelis seni.s.Demiph. fidus est amicus,fidelis est seruus,ꝑdidi.i.amisi,scapulas.i.humeros,hoc est adeo fuerũt verberibus attritæ scapulæ,vt me eas nõ haberet,sed perdidisse putarem. D. Itæc quæ dicis, vel quæ sequuntur,venere mihi in mentem.i.considerata sunt à me, vel redacta in memoriam,venire enim in mentem non ad recordationem tantum dicit,sed ad reputationem & intelligentiam, nanque.i.quia insciti a.i.stultitia est,& simplicitas stultas iactare sup. calces.i.percussiones pedum,ac plagas(vt vult Donat.)alias partes plantæ demonstrat,interdum & pedes per synecdochen, stultum est ergo iactare calces aduersus stimulum,prouerbium,q.d. hic stultum est reluctari.i.recalcitrare contra Antiphonem filiũ herilem. G. Cœpi.i.incepi facere.i.iocose obsequi.i.obsequendo complere his filijs omnia, quæ vellent. D. Scisti pro sciuisti,vti foro,prouerbiale est .i. sciuisti quid te facere oportebat secundum illos negociatores, qui ante locum commercij non præscribunt quanti vendant,quæ ad vehunt,sed secundum anno nam fori quam deprehenderunt consilium de vendendis,aut nõ vendendis mercibus sumunt. G. Noster .s. Antipho, primo .i.in principio,mihi.i.non quidquam mali fecit,supple vel commisit,sed continuo hic Phædria,qui non est noster, nactus est .i. inuenit quandam puellam Citharistriam.i.fidicinam,cępit amare hanc puellam. perdite .i. misere,& in perditionem, ac perniciem suam, ea puella seruiebat lenoni .i. curatori puellarum ac vẽditori,impurissimo .i. turpissimo,neque quidquam erat apud Phædriam quod daretur lenoni ob precium illius puellæ. Patres Chremes,& Demiph.curarant .i. effecerant,id videlicet nequid filij sui haberent, quo possent puellas emere à lenonibus, nihil aliud restabat.i.reliquum erat,siue remanebat illis filij.nisi .i.præterquam,hoc.s.pascere.i.satiare oculos,sectari.i.comitari puellam in ludum .i. in locum exercitij,in quo discebant artem musicam,nam omnis locus exercitij,qui græce schola dicitur,latine dicitur ludus, vt Asconius ait, ac Seruius. Inde ludus literarius schola grammatices dicitur,inde ludi magister, qui literas docet, & prima rudimenta, nihil inquam restabat, nisi hoc videlicet ducere, id est præstare comitatum ei puellæ eunti

ti ad ludum, & reducere .i. præstare comitatum ipsi ex ludo redeunti, nos.i. ego, & Antipho. ociosi.i. inertes, nulli arti, aut industriæ vacantes, aut labori, dabamus operam .i. fauebamus, siue incumbebamus Phædriæ, parati illum adiuuare si fuisset opus. in quo ludo .i. in qua schola musicæ hæc Citharistria discebat, quædam tonstrina.i. officina tonsoria erat ex aduerso.i. ex opposito ei loco exercitu .s. & ludo, hoc est erat è regione, siue in conspectu illius loci, in quo discebat, hic .i. in ea tonstrina, ferè .i. vt plurimum, plerunque .i. sæpe numero, sed alterum abundat, nam hic ferè, & plerunque idem penè declarant, plerunque ergo solebamus operiri .i. expectare eam puellam illic, dum .i. quousque, ipsa puella rediret inde .i. ex ludo, domum .i. in domum lenonis cuius erat, interea dum.i. quandiu, sedemus illi ꝑ illic, quidam adolescens lacrymans interuenit, nos mirarier .i. mirabamur, vel cœpimus sup. mirarier, pro mirari pro paragogem, rogamus.i. petimus quid sit ꝑ quod lacrymetur, ipse adolescens, inquit, nunq̃ paupertas, visum est mihi ꝙue.i. ita onus, ac .i. sicut nunc, & bene dixit paupertas visum est onus, quãuis, & paupertas visa est onus dici posset, sed magis est, vt consequẽti congruat, q̃ antecedenti, substantiuo, nunquam ergo paupertas visum est mihi onus miserum .i. multa miseria repletum, & infelicitate, & graue .i. molestum, modo.i. paulò ante, vidi huic viciniæ.i. in hac vicinia, nam vicinia complectitur homines inter se vicinos, ac propinquos, vicinitas vero est domoꝝ propinquitas, Don. vult huic vicinię in hoc loco esse aduerbium, ostendens locum vbi eam viderit. vidi ergo modo huic viciniæ quandam virginem miseram lamentari.i. voce querula, & tristi deflere.i. lugere suam matrem mortuam, ea virgo erat sita.i. collocata, appositа, stans, situata, ex aduerso.i. è regione matris mortuę, siue ex opposito ad locum, vbi iacebat mortua mater eius, vbi ex aduerso est aduerbium loci, quẽadmodum è regione, ex opposito, ediuerso, econtrario, neque quisq̃.i. aliquis beneuolens .i. benevolus, & amicus acquisitus. neq; notus quisq̃.i. est quisq̃ de sua notitia, neque cognatus.i. aliquis de cognatione sua aderat.i. ad auxilium eius erat ad celebrãdum funus matris, & ideo subdit non aderat ergo quisquam, q̃ adiuuaret funus.i. auxiliaretur ei ad celebrandum funus.i. ipsum officium exequiamur extra vnam aniculam.i. ꝑter vnam vetulam. Misertum est.i. misertus sum eius puellæ, vt ait Don. est tñ misertum præteritum ab impersonali miserebat, sicut à tædebat pertæsum est. eius autem structura talis est. me sup. misertum est eius. s. sicut me pudet tui. virgo ipsa erat sup. facie .i. factura, forma egregia.i. illustri, eleganti pulchra.i. habebat pulchram faciem. quid opus est verbis .i. quare diu immorer in eius miranda pulchritudine. sic ait Terent. vbi ad effectum properat, ipsa virgo sua facie commorat.i. commouerat incitauerat ad amorem, & concupiscentiam nos omnes, qui eam videbamus, ibi.i. tunc, continuo.i. Antipho, inquit. s. ne.i. vtrum vultis q̃ sup. eamus visere.i. ad visendum eã. Est aũt structura antiqua, & gręca, vt Virg. populare penates venimus. alius puta, & Phædria, vel quilibet, inqt, censeo.i. iudico nobis esse eundum ad eam, eamus dici forsitan aliqs tertius. deinde sodes quasi si audes, verbum comicum duc nos, & hoc dr̃ illi, q̃ attulerat tale nuncium de virgine, imus .i. ingredimur viã, & procedimus, venimus .i. applicamus ad locum, ad quem tendebamus, videmus.i. aspicimus virginẽ, virgo erat sup. pulchra, & quo .i. vt magis diceres .i. crederes eam esse pulchram, nihil adiumenti.i. auxilij, aderat.i. auxilio erat ad pulchritudinẽ virginis. capillus eius erat sup. passus.i. temere disparsus, solutus, sparsus per collum, & ponitur singularis pro plurali .i. capilli eius erant passi a pando is, pes eius erat nudus sine calceis .i. pedes eius erant nudi. ipsa virgo erat horrida.i. squallida præ dolore, & inculta, lacrymæ erant in eius facie, quæ eam deturpabant, turpis vestitus .i. habitus sordidus, & pannosus erant ei, vt .i. ita q̃ ni.i. nisi, vis.i. vehemẽtia, & natura boni illius naturalis, pulchritudo.n. est bonum naturale.i. à natura datum, inesse ipsa forma .i. pulchritudine. dicimus inest huic rei, & in hac re. hæc prædicta .s. solutio crinis. nuditas pedum lacrymæ, vestis turpis extingueret.i. suffocarent formam, & bene extinguerent. nam veteres dixerunt formam.i. pulchritudinem esse ignem, seu calorem quæ dam, & quasi feruorem. q̃ ex ea tanquam ex ignis feruore incẽderentur iuuenes ad amorem. & ideo dixerunt fornaces forcipes formam, & formosos. ex qbus ignis amoris exoritur ergo extinguerem formam, quæ ab igneo calore dicta est. nã foruus ua, um significat callidus da, dum, vnde forceps (vt ait Seruius) q̃ eo instro ea, quæ sunt forua.i. callida capiuntur, ille Phædria, quia amabat illam Fidicinam, quam prius dixit citharistriam, propterea indifferenter vti possumus Fiducina, & Citharistria, ille inquam, inquit.i. dixit. tantummodo satis scita est.i. satis bella (vt ait Don.) hoc est satis bonæ formæ, & faciei vbi magna est laus formam illam placuisse ipsi, quia aliam amabat, non tamẽ exarsit in amorem eius, sed tantummodo eam laudauit, vero.i. sed, noster Antipho cœpit sup. amare, sed intercepit sermonem Dauus inquiens. D. Iam scio intelligo, videlicet cœpit amare. G. Scin'.i. scis ne quam cœperit amare, & est apostiopesis, qua aliquando succurrit quoties verba rebus minora sunt interdum illa vtitur Terentius in narrationibus compendij gratia, vide .i. intellige, attende quo euadat .i. quo perueniat id, quod incepi. nam euadere est per obstantia venire. postridie.i. die sequenti ipse Antipho pergit recta, intelligit̃ via, sed non est apponendum, hoc est rectè iuit ad anum non declinando aliorsum, obsecrat.i. instãter rogat anum illam, vt faciat sibi copiam eius virginis .i. vt posset ea potiri ad voluptatẽ, illa anus negat se facturã copiã eius virginis, neque.i. & ait eum Antiphonem non facere æquũ .i. rem istam, quod .s. peteret sibi fieri copiam eius. ait inquam illam virginem esse ciuem atticam bonam.i. non vilem, quia boni non viles sunt. vnde superlatiuus gradus optimates fecit, ex bonus fit melior optimus, sic optimas tis à superlatiuo, & ait in quam eam esse prognatam .i. profectã bonis.i. à bonis maioribus, & non contemptibilibus. ait inq̃ si Antipho velit vxorem lege.i. secundum legem, & secundum legitimas nuptias, vel iunge legi cum sequentibus, si velit vxorem ait licere lege.i. per legem facere id, quod petit. s. copiam virginis. sin.i. sed si. aliter velit copiã fieri sibi virginis, negat sup. facturam noster Antipho nescire.i. nesciebat, quid ageret.i. agere debere, & cupiebat ducere illã.i. capere in vxorem, & metuebat patrem absentem. Metuimus eos, qui nos amant, timemus inimicos. D. Num.i. nunquid. si pater redijsset.i. cum pater reuersus esset. daret ei filio vxoriam si eam in absentia duxisset. G. Petis vtrum ille, per emphasim, auarus vir, & nobilis daret virginem indotatam .i. dote carentem, atque ignobilem illi filio suo? & bene daret dixit, vt ostenderet nihil esse potestatis in filio, deinde subdit rñsionem, nunq̃ faceret .i. nunquam illi daret talem quamuis virginem. D. Denique.i. deinde, vel ad postremum, q̃d fiet de hac re sic incepta. G. Rogas sup. q̃d fiet, est quidam parasitus.i. vir iocularis quærens implere ventrem suis iocis, & adulationibus. est ergo parasitus nomine Phormio existens homo confidens.i. improbus audax, ac temerarius, qui .i. vtinam, oẽs Dij perdant .i. destruant illum, vel q̃ sit pronomen, & sit apostiopesis sup. quin sic est homo confidens, qui dedit sup. tale consilium quod sum dicturus, sed consideratione improbitatis eius. Geta confusus ꝑrupit in eam vocem: Dij oẽs illum perdant, & qui reliquit suspensum. D. Quid is parasitus fecit. G. Ipse dedit hoc consiliũ quod dicam, & hoc dicto explicat, quod omiserat, tale consiliũ. lex est.i. ius atticum, vt virginis orbæ.i. pupillæ parentibus priuatę (nam orbus dr̃, qui aliqua re clara priuatus est, interdum, & pro orphano capitur ait Laur.) orbæ ergo.i. orphanæ nubant.i. nuptui tradantur his, q̃ sunt proximi gñe .i. cognatione, & hæc eadem lex attica iubet.i. præcipue, & cogit illos proximos ducere.i. in vxores capere. illas orbas sibi cognatas. illa ergo permittit, vt orbæ cognatis nubant, & illa eadem iubet, & præcipit cognatos eas abducere. ego, inquit, parasitus dicam te cognatum virginis, & scribam tibi dicam.i. denunciationem, siue admonitionem, & quasi citationem ne dici posset tibi non esse denunciatum te cognatũ eius esse. Est aũt hæc dicacæ nomen significans cartam, in qua continetur denunciatio facta alicui, seu admonitio, & quasi citatio, & (vt quidam volunt) capi potest pro syngrapha, in qua continetur summa debiti, & nomen ẽt debentis. Assimulabo.i. fingam, me esse amicum paternum virginis.i. me esse amicum patris virginis. veniemus ad iudices.i. in conspectũ iudicum configam.i. comminiscar hæc omnia mendacia, videlicet eum confingam, qui fuerit pater virginis, & confingam etiã, qui.i. quo modo, qua ratione ipsa virgo sit tibi cognata, quod .s. confingere hæc, atque mentiri erit mihi bonum, & commodum.i. quod veteres dicebant faustum, & felix cum aliqd erant aggressuri. cõmodum ẽt potest capi pro opportuno, & tempestiuo, q.d. mihi erit opportunum, & tempestiuum hoc facere, cum tu nihil horum, quæ confingam refelles.i. refutabis, redargues. nam refellere est falsitate redarguere. s. id est certe, vnicam.i. efficiam propositũ, pater. s. Demiph. aderit.i. aduenient lites sunt paratæ mihi.i. contentiones forenses, seu actiones causaꝝ, & cõtrouersiæ sunt paratę mihi. nã pater litigabit aduersum me, sed id nihil facio dũ modo nihil horꝝ refellas. quid mea interest supp. seu refert.i. q̃d cuto si mihi lites parentur. q̃dẽ.i. certe. illa virgo erit nostra, ne in iudicio vincemus ne dubites. D. Audio sup. ex

te.

te. vel dicis audaciam iocularem.i.quæ ex ludo, & ioco in periculum velit, vel audaciam vnius,& iocularis, & nebulonis. G. Ipse parasitus persuasit homini.s.Antiphoni ita esse faciundum, & recte fieri posse.factum est.i.denunciatio facta est Antiphoni. dixit Parasitus quis fuisset pater,quę mater,quādo fuerit cognata &c.ventum est ad iudices.s.vincimur.i.superamur in causa,& à causa nostra cadimus,& ideo Antipho duxit iam in vxorem. D. Quid narrat. miratur,non interrogat tanquam credere non possit. G. Narro .i. dico,commemoro hoc quod audis. D. O Geta quid est futurum de te.i.quid tibi continget,aut quid futurum est tibi, aut quid de te fiet. timet Dauus plurimū Getæ cuius futurum cernit periculum. G. Hercle nescio quid de me sit futurum,scio hoc vnum videlicet.feremus.i.portabimus,patiemur æquo animo.i.non decidēti in tristitiam.quidquid.i.omne quod fors.i.fortuna.feret.i.afferet. D. Placet mihi dictum tuū. hem,interiectio dolentis infortunium Getæ. istud est officium viri.i.id facere debet vir fortis, vt æquo animo ferat quæ acciderint. G. Omnia spes est mihi in me.i.in mea solertia,seu in meo consilio,aut vt strenue me defendam, aut vt fugiam, aut vt patiens sim plagarum. D. Laudo quòd in te spem solum reponis, nec ab alijs expectas quod per te agere potes. D. Abeam.i.abibo,discedam ad precatorem.i.ad intercessorē, qui vt sup. credo oret mihi.i.pro me. sic.i.in hæc verba,quæ sequunt,& est mimi sis.nunc quæso omitte pro dimitte.hunc seruum Getam. vbi.n. nos dicimus dimitte,antiqui dicebāt omitte,vt Donat.testatur. Ceterum.i.sed.si quidquam admittat sup.sceleris etiam minimi posthac. nihil.i.nequaquam. precor.i.peto,vt ignoscas illi secūdo. Deinde repete qui sic. qui inquam precator non addat.i. non adhibeat in precatione sua tantūmodo.i.duntaxat,id quod sequitur videlicet si quidquam,admiserit posthac vbi.i.postquā, abiero hinc.i.à te discessero,vel.i.etiam non modo cædito, sed etiam occidito si velis,vbi ostenditur nullum precatorem postulare veniam seruo ex animo,sed tantum vt seruo morem gerat. D. Quid? interrogandi modus tritus apud poëtas, & oratore. Ille pædagogus.s.Phædria,quem dicit pędagogum eo,quòd(vt prius dixit)lectatur puellam,quam ducit in ludum musicę,& reducit,neque abscedit ab eius custodia. ideo eius pædagogus esse videtur.Ille ergo pædagogus.qui sectatur sup. vel amat Citharistriam.i.Fidicinam puellam.quid rei.i.quam rem gerit.i.facit. G. Gerit se sup. tenuiter.i.exiliter,modice parce,sic.i. hoc modo, vt illi ostendebat gestu suo. D. Fortasse ipse Phædria non habet multum.i.abundantem rem familiarem quod det pro Citharistria emunda à lenone. G. Imò.i.sed nihil habet nisi metam spem.i. solam expectationem, vt ea aliquando potiatur, nam merus rarum dicitur solus lalum.inde merula auis quędā solitaria. inde merum vnum solum.i.sine aqua. D. Pater eius Phædriæ.s. Chremis redijt an non? G. Nondum .i. non adhuc redijt. D. Quid? interrogandi modus aptus mutationi faciendæ de re vna in aliam. quoad.i.quousque vel quandiu expectatis vestrum senem.i.Demiphonem. G. Non scio certo .i. non scio pro certo,vel pro vero,vt aiunt,sed audiui epistolam esse allatā,ab afferror afferris,ab eo Demiphone. modo.i.paulo ante & audiui inquam esse delatam ad portitores.i.ad custodes portuum,qui portum obsidentes,seu in portu existentes omnia scitantur,ne forte aut pecuniæ regno exportentur, aut literæ noxiæ ad inimicos deferantur, quibus super re aliqua admoneantur,sunt etiam portitores qui traducunt homines aquas,& vehunt nauigio,seu qui conducunt vectigalia,seu fructus pecunarios portus,& illos à transeuntibus exigunt, inde portorium dicitur vectigal portus, siue merces quæ datur traiectoribus, qui portitores dicuntur. Petam à portitoribus hanc epistolam. D. Nunquid.i.vtrum ò Geta vis me aliquid aliud. eleganter volo cum duobus accusatiuis ponitus in tali genere dicendi.quid me vult ille. sic etiam vis me aliquid aliud .i. vis tu mihi dicere,vel me facere pro re aliquid aliud,ab eo quod tibi feci, pecunias debitas tibi offerendo. G. Volo sup. tantum vt bene sit tibi.i.bene tibi contingat,& est carientismos. nam honestius id respondit,quam si dixisset nihil te volo.his dictis discessit Dauus. Geta autem aliquē seruum vocat,qui capiat pecunias receptas, quas det ancillæ. heus,aduerbium vocandi. ò puer .i. ò serue. Geta enim quamuis seruus esset, præerat tamen alijs seruis minoribus. deinde cum neminem videret venientem,subdit,nemon'.i. vtrum,nemo prodit .i. exit,emergit,accedit, prorumpit huc ad me,quo dicto venit seruus,cui dixit cape has pecunias,da.i.trade,hoc.i.hoc argentum. Dorcio.i.illi mulieri,ancillæ forsitan. Nam Dorcium tij dicitur,sicut Glycerium, est enim Dorcium fœminæ nomen.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Dauo per occasionem narratur argumentum quomodo Antipho captus amore virginis, eam opera parasiti vxorem duxerit. [Lectum est) Eleganter dictum, pro bono & probo. [Abi sis) Reprehensio, quam confirmat à maiori.[Monteis auri)Prouerbialis hyperbole.[Cui tanta)Reprehensio immoderatæ pollicitationis,à fortuna personæ. [Capere pro.)Prouerbiale.[Duo irato) Prouerbiale. [Genius malus. Scapulas perdidi) Cedendo.s.[Aduorsum sti) Prouerbialis metaphora, subauditur iactare. [Scisti vti fo.) Prouerbium in eos,qui se tempori accommodant. [Tonstrina) Vnde prouerbium,notum lippis ac tonsoribus.[Nunquam æque) Prosopopœia commiserantis. & est occasio amoris Antiphonis.[Vt nitis)Laus pulchritudinis à natura. [Eho te)Prosopopœia ex persona parasiti. [Quod erit) Ioculatiter imitatur morem eorum qui aliquid magni aggressuri erant. nam ita ferè precabantur,quod felix ac faustum sit.[Nunc omitte)Prosopopœia. [Tantummodo) Facete exprimit morem precantium pro seruis,quasi nullus ex animo precetur.[Portitores) qui vectigal in portu exigunt.

PETRVS MARS.

SI quis me) Quàm violenta sit amor, quæ præter se nihil pensi habet, se quemcunque occupat, hunc in perniciosissimos quosque laqueos ducit, vt nec verecundiæ amplius meminerit, nec bonorum morum respectum vllum habeat,sed parētes iusta ac patriam,genus,nomen,famamq. in discrimen adducere negligit,hac scena exprimitur.Quantulum.n.differt ab insania amor.Cic.Tusc.iiij.Maxime autem admonendus est adolescens quātus sit furor amoris.Omnibus.n.ex animi perturbationibus est profecto nulla vehemētior, vt si iam illa ipsa accusare nolis, stupra dico,& corruptelas & adulteria incesta denique,quorum omnium si accusabilis est turpitudo. Sed vt hæc omittamus,perturbatio ipsa mentis in amore fęda per se est.Et paulo ante.Hęc lætitia quam turpis sit satis est diligenter attendentem penitus videre. Et vt turpes sunt,qui efferunt se lætitia tum,cum fruuntur venereis voluptatibus,sic flagitiosi,qui eas inflammato animo concupiscunt. Totus vero iste,qui vulgo appellatur amor, nec hercle inuenio quo nomine alio possit appellari tantæ leuitatis est,vt nihil videam,quod putem conferendum. Quem Cæcilius deum quem non summum putet.

Aut stultum, aut rerum esse imperitum existimet.
Cui in manu sit, quem esse dementem velit,
Quem sapere, quem sanare, quem in morbum inijci,
Quem contra amari, quem accersiri, quem expeti.

Plato in Symposio. Etenim vulgaris communisque Veneris amor reuera est,& ipse vulgaris,& quęcunque contingit peragit. Atque is est,quo praui abiectique homines amant. Amant porrò fœminas,& corpora magis,quam animos,& sine mente potius,quàm prudentes. Ad explendum sane desiderium inhiant, honeste vero nec ne expleant,omnino non curant. Quo fit,vt quodcunque fors illis offert,exequantur,& bonum, similiter atque malum.Prouincia,officium,quod quis tenetur administrare. Vti foro est præsentibus negocijs sese accommodare. [Tibi scr.dicam)Dica significat actionem,quam contra aliquem in iudicio experimur, vulgariter citationem vocamus.

GLAREANVS.

IN quinto versu in Redijt synæresis est duorum ij.In 8.vel amphibrachys est loco secundo,vel Periclo legēdum. Et Simus πλησιοντικῶς quidam habent lib.vt vel s,in Simus elidatur,vel d,in Quid.In 9.Abi secunda correpta,nisi creticus sit loco quarto.In 10.Cuius monosyll.In 13.s,eliditur in Senis,nisi bacchius sit loco primo.Ita in 23.vel Mihi monosyll.totum eliditur,vel creticus est loco tertio.In 25.s,eliditur in Opus.In 27.pro Nā quæ, quidam lib.legunt Nanque,vt enunciatiue locus legatur.In 41. Illi legit Donat.idq. carmen exposcere videtur. In 46. vel Suā monosyl.vel bacchius loco secūdo.In 47.creticus est loco quarto. In 50.s,eliditur in Opus.Ita in 54.in Magis, In 59.creticus est loco primo. In 63.Eius monosyll.ante sibi legendum,& proceleusmaticus secundo loco,& Se superfluit,vt ex quarto deinde carmine patet,& plane sensus non desiderat, carmen ēt respuit. In 67.creticus est loco quarto.In 69.Ei dissyl.est.In 70.creticus est loco primo.In 74. vel d,eliditur in Quid,vel bacchius est loco primo. In 83.proceleusmaticus est loco primo. In 89. bacchius est loco secundo,quod malim quam s,in Spes elidere nisi quis superfluas aliquot syllaba existimet. Reliqua nota sunt.

ACTVS

ACTVS I. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Contendunt inter se adolescentes, vter eorum magis sit miser. Vnde tota hæc scena versatur, in genere causæ demonstratiuo.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic comparatio vitæ Antiphonis atque Phædriæ continetur inter se contendentium, vter eorum sit magis miser. Simulq; illorum ostenditur conditio, qui id quod immodice concupiuerunt, vbi adepti fuerint, fasti diunt extemplo.

Trochaici Iambicis permixtis, & confusi. Dimeter vnus.

ANTIPHO. PHAEDRIA.

DEON' rem redijsse, vt, qui mihi consultum esse optume velit,
Phædria, patrem extimescam, vbi in mentem eius aduenti venit?
Quòd ni fuissem incogitans, ita eum expectarem, vt par fuit.

P. Quid istuc est? A. rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conscius
Sis? quòd vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset,
Neu me cupidum eò impulisset, quod mihi principium est mali.
Non potitus essem: fuisset tum mihi illos ægre aliquot dies,
At nõ quotidiana cura hæc angeret animum. P. audio.
A. Dum expecto quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem.
P. Alijs, quia defit quod amant, ægre est; tibi, quia supereſt, dolet.
Amore abundas Antipho.
Nam tua quidem hercle certe vita hæc expetenda, optandaque est.
Ita me dij bene ament; vt mihi liceat tam diu, quod amo, frui.
Iam depacisci mortem cupio. tu conijcito cetera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu ex istac copia:
Vt ne addam, quòd sine sumptu, ingenuam, liberalem nactus es:
Quòd habes, ita vt voluisti, vxorem, sine mala fama: palam
Beatus, ni vnũ hoc desit, animus q modeste istęc ferat.
Et si tibi res sit cum eo lenone, quocum mihi est, tum sentias.
Ita plerique ingenio sumus omnes: nostri nosmet pœnitet.
A. At tu mihi contra nunc videre fortunatus Phædria.
Cui deintegro est potestas etiam cõsulendi, quid velis.
Retinere, amare, amittere: ego in eum incidi infelix locum,
Vt neque mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia.
Sed hoc quid est? videon' ego aduenire huc currentem Getam?
Is ipsus est. timeo miser, quam nunc mihi hic rem nunciet.

DEON' rẽ redijsse, vt, qui mihi consultũ esse optume velit) In hac scena color vitæ est eorũ qui id, quod immodice cõcupierint, spernunt, postq; euenerint. quod apertiore sententia ostendit poẽta, dicendo, Nostri nosmet pœnitet. [Adeon' rem redijsse) Comparatiua qualitas in hac scena est inter Antiphonis vitam, & Phædrię. Genus causæ demonstratiuũ. Contendunt autem, vter magis miser sit. [Vt qui mihi consultũ optume velit esse Phædria) Mira sententia, qua ostẽdit adolescẽtulos in peccatis neminem magis metuere, quàm eos à quibus maxime diliguntur. Simulque inducitur rerum imminentiũ prę structio, in qua sic audax inducitur Phædria, vt defensor futurus sit, sic timidus Antipho, vt fugiturus sit. [Vt qui mihi consultum optume velit esse, patrem extimescam) Perienda pronunciatio in eo quod ait, Qui mihi consultum optime velit esse. hoc enim magis mirum est, ideo patrem timeri, quia cõsultum optime velit. [Vt in mentem eius aduenti venit?) Nota, Venire in mentem veteres non recordationis causa tantum, sed etiam recogitationis considerationisq. posuisse. [Vbi in mentem eius aduenti venit?) Sic veteres genitiuo casu proferebant. [In mentem venit?) Cic. Fac tibi paternæ legis Aciliæ veniat in mentem. [Aduẽti venit?) Multipliciter declinat, & aduenti, & Aduẽtus. sic, & in And. Nihil ornati, nihil tu multi. [Venit?) Legitur, & aduenit. [Incogitans) Temerarius. Probus, Incogitans, inquit, in vsu est, at nõ eodem modo cogitans. [Ita eum expectarem, vt par fuit) Expectarem, nunc operiret, alias sperarem. [Quid istuc est?) Hæc interrogatio stomachosa est, extenuare volẽtis metum fratris. diuersa enim sentit ob diuersum amoris euentum. [Qui tam audacis facinoris mihi conscius Sis?) Proprie ad terrorem, qui de facinore loquitur, conscium dixit. [Rogitas? qui tam audacis facinoris) Bene timens inducitur Antipho, vt sit causa fugiẽdi. Ad hoc enim fugiet, ne ad amittendam coniugem cogatur à patre ante errorem fabulæ patefactum. [Quòd vtinam ne Phormioni) Gratissime nõ Phormioni succenset, sed Phormionis inuento. Et vide vt, & ipse se culpe subtrahat. [Quòd vtinã) Et familiare est initia rerũ accusare eos, quos alicuius negocij pœnitet. [Quòd vtinam ne Phormioni) Verus elocutio vtinã ne Ennius in Medea, Vtinam ne in nemore Pelio securibus cęsa cecidisset abiegna ad terram trabes Et ne, non accipiendum. [Neu me cupidum eò impulisset) Bene hoc addidit ad excusationẽ potuit. n. dici, Non consentires. [Eò compulisset) Eò ad vxorem ducendam. an Eò intãtum. [Quod mihi principium est mali) Bene quasi caput mali non in amore sit, sed in nuptijs. [Non potius essem) More hominum loquitur, credit enim ex sequenti satietate, q potuerit abstinere amoribus suis. [Non potitus essem) ἀνυποφορὰ μονομερὴς. Non enim Sed potiri voluisti, posuit, vt ille, Verũ anceps pugnæ fuerat fortuna, fuisset. hic enim vtraque pars ponit. [Fuisset tum mihi illos ægre aliquot dies) Quidam totum interrogatiue pronunciãt, nempe, Fuisset tũ illos mihi ægre aliquot dies? [At non quotidiana cura hæc angeret animum) Cum amatorie loquatur antipho errant qui putant eum pœnitere sui desiderij. nam si hoc est, nec maritus firmus videbit fore. sed h.d. facilius fuisse abstinere virgine intacta, q̃ ea cum qua iam cõsueuerit. & ideo subiungit, Dum expecto, q mox veniat, qui hanc mihi adimat consuetudinem. [Audio) Audio per ἐφωνείαν dicitur modo à contemnere dictum Antiphonis. [Audio) Omnia deridet Phædria, cupiens fructum amoris vel periculis adipisci. Est ergo audio ἐφωνεία, pro non audio, hoc est nihil dicis. [Dum expecto q̃ mox veniat) Non quando, sed q̃ cito, quia timet. [Qui adimat hanc mihi consuetudinem) Mire non amorem, tãquam amore carere potuerit, consuetudine non possit. Et nota proprietatem. nam consuetudo specialiter de coitu dr. [Alijs, quia desit quod amant) Magnificentius alijs dixit, q̃ si diceret Mihi. [Tibi quia supereſt, dolet) Laborauit vt ostenderet plus esse Dolet, q̃ Aegre est. & ideo insanum ait Antiphonem, q in ea fortuna positus, q̃ aduersa, & contraria est, idem patiatur quod miser. & est figura ὑποτύλιξις. Nam ad vtranque Aegre est sufficere potuit. Scire autẽ debemus, & pronunciatiue, & per interrogationem hoc ipsum pronũciari posse. [Amore abundas Antipho) Sic hoc pronunciãdum, quemadmodum solet cum stomacho dici vituperãti cibũ, Tu pleno ventre es. vult enim ostendere satietatis hoc esse, non ratiocinationis quod nunc quæritur Antipho. [Tibi quia supereſt). i. eo quod desideras, abundas. Ordo est, Tibi dolet, quia supereſt. [Amore abundas Antipho) Abundare dicitur, qui successu prospero affluit. Luc. lib. iij. Ille alter abundans, Cum septem in locũ Hispanus r a r p. [Amore abundas Antipho) Hoc cum pronunciatione infert. [Nam tua quidem hercle certe

DON.

te hæc vita) Bene certo, quia supra omnia cum ἐφευρέσει dixit. [Vita hęc expetenda) vita dixit, vt ostenderet etiam si non felicitas, sed vita dicatur, optãdam esse. Vita autem, & mores significat, & animam, & alimentum, & spacium viuendi, & fortunam acciden tium viuentibus, vt modo. [Expetenda, optandaq.) Proprie dixit, expetenda, optandaq; omnia. n. quæ amamus, aut industria, aut voto proueniũt, hoc est aut in nobis sunt aut in fortuna posita. [Ita me dij bene ament, vt mihi liceat) Necessario iurat, quia quod dicturus est, solis amatoribus videtur esse credendum. [Ita me dij bene ament, vt mihi liceat tam diu q̃ amo frui) Opportunus locus, in quo ostenditur q̃ magno amore sit possessus Phædria, cui par impenditur argumentum. [Tam diu quod amo, frui) Quam diu vxore fruitur Antipho. An tam diu ἀπιστικῶς? [Tam diu) Tantisper, hoc est vel tantillo tempore. [Quod amo, frui) Deest eo, vt sit, Eo quod amo, frui. [Iam depacisci mortę cupido) Pactionem transigere. [Tu conijcito cetera) Aut cetera abundat aut deest per, vt sit, per cetera. [Quid ego ex hac inopia nunc capiam) Infortunium. s. [Et quid tu ex ista copia) Fructum ac felicitatem. [Vt ne addam) παρέλειψις figura, in qua velut ex abundanti enumerantur adiecta. [Ingenuam, liberalem nactus es) Hoc natalium, illud, mortuum est. [Vt ne addã) σχῆμα παραλείψις. [Vt ne) Quod Græci ἵνα μή. [Quòd habes, ita vt voluisti) Voluisti subdistinguendum est, & sic legendum vxorem. Erit enim ἐμφατικώτερον. [Vt voluisti, vxorem) Bona præparatio vxoris futuræ. [Sine mala fama, palam beatus) Multi superius iungunt palam. [Sine sumptu, ingenuam, liberalem) Contra ea quæ patitur, ista posuit, omnia huius in amore copiam, suam inopiam, huius desiderium nullo constitisse sumptu sibi à lenone fuisse emendam puellam. Huius ingenuam, suam seruam huius liberalem, suam Citharistriam. hunc nactum esse, se sectari tantum huius vxorem, amicam suam. huius amorem maritalem esse, suum velut prodigi, velut scortatoris. [Ni vnũ hoc desit, animus qui modeste istæc ferat) Modeste, moderate. Sal. lib. 2. Modestus ad omnia talia, nisi ad dominationem. [Modeste) Cum modo. [Et si tibi res sit cum eo lenone) Et modo non connexiua, sed incœptiua coniunctio est. Sal. lib. 2. Et pœni ferunt aduersus a n c m. [Sentias) Sic alibi, Sit rogas? sensi. [Ita plerique ingenio sumus omnes, nostri nosmet pœnitet) περίπλοκον tertium. In Andria, Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, & est ἀρχαϊσμὸς, vt, Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis. [Cui de integro est potestas) Post deinceps. An de integro. i. integris rebus? [Nostri nosmet pœnitet) Pœnitet eum qui parum putat. ergo ipsi nos, inquit, nostra contemnimus. Sic & in Heaut. At enim hic dices, Me quantum hic operis fiat, pœnitet. [Quid velis retinere, amare, amittere?) An coniuncte legendum est, Quid velis retinere? vt duo sunt, amare, amittere, quia & infra duo reddit, Vt neque mihi sit amittendi, neque retinendi copia. Amittendi propter, amorem, retinendi, propter patrem. Et Hei interiectio ingemiscentis est. vt, Hei mihi, quantum Præsidium Ausonia, & quantum tu perdis Iule. [Hei timeo miser) Quàm recte iam timet, quia in metu semper est præsaga mali mens.

GVID. ADEON' &c.) In hac scena est cõparatio inter Antiphonis vitam, & Phædriæ, contendunt enim vter magis miser sit. Simul ostenditur color vitæ eorum, qui quidquid immodice concupiuerint, spernunt postquam illud euenerint. An Adeon' .i. adeo ne hoc est, est ne verum rem adeo redijsse. i. ad eum statum peruenisse, vel adeo redijsse .i. rem tam pessime accidisse, nam res redijsse dicitur, cum aliquid peius expectatione contigerit, vt ò Phædria extimescam .i. timeam patrem, qui velit consultum esse. i. prouisum esse, per impersonale .i. qui velit vt consulatur. i. prospiciatur, seu prouideatur optume mihi. vt ergo extimescam eum ubi .i. quando venit mihi in mentem, aduenti .i. aduentus, eius patris .i. quando considero, seu mente voluo patris aduentum. Vbi est aduertendum veteres posuisse venire in mentem, non tantum causa recordationis, sed etiam recogitationis, seu considerationis. Insuper dicimus recte. Hæc res venit mihi in mentem, & huius rei venit mihi in mentem, in qua structura intelligitur hic nominatiuus recordatio. vt, Recordatio huius rei venit mihi in mentem. Præterea poëta interdum vtitur genitiuis secundæ inflexionis pro genitiuis quartæ, vt tumulti pro tumultus, senati pro senatus, & hic aduenti pro aduentus, & alibi ornati pro ornatus, quòd pro sed, ni .i. si non fuissem in cogitans. i. temerarius, inconsideratus, expectarem .i. opperirer, alias sperarem eum patrem, vt. i. sicut par fuit .i. decuit eum expectare. P. Quia istud est? Itomachose hoc interrogat, & per contemptum, q. d. eum præ se esse palam beatum. An rogitas quid sit quis scis cõscius mihi. i. mihi particeps facinoris. i. facti. tam audacis .i. tam temere cõmissi, hoc est qui mecum scias, vel scias quemadmodum ego facinus admiserim tam audax, vt videlicet vxorem duxerim mea libidine in absentia patris. q. i. sed vtinam ne. i. non incidisset in mentem Phormioni. i. vtinam Phormio non cogitasset, seu intellectum habuisset, aut animum, suadere. i. consulere id, quod suasit, per cuius cõsilium ita duxi vxorem, neu. i. & vtinam Phormio nõ impulisset. i. intrusisset me cupidum amatorem, eo. i. ad id faciendum .s. ad ducendam vxorẽ q̃ est mihi principium. i. caput, initium mali mei. i. meæ infelicitatis. nam si me non impulisset, non essem potitus amata. s. id est non essem assecutus rem amatam, sed nõ fuisset voti ac rei optate compos. Vel intellige hoc modo, si non essem potitus re cupita, tum. i. tunc, illud. s. non potiri fuisset mihi ægre. i. fuisset mihi graue, molestum, ac toleratu difficile, vel illud ægre mihi fuisset .i. molestę, ac difficulter mihi accidisset, & (quod barbare dici solet) tunc fuisset mihi magnum malum, si non essem potitus, fuisset ergo mihi ægre per aliquot dies, ac pro saltem. i. quãuis fuisset mihi graue per dies aliquot, tñ saltem hæc cura .i. hæc solicitudo quotidiana. i. quo quotidie conficior, non angeret. i. affligeret, angustiaret animum meum, dum. i. quandiu expecto, quam mox. i. q̃ cito. i. quantum continuo pater veniat, qui adimat. i. auferat, eripiat mihi hanc consuetudinem. i. hanc conuersationem iam vsum frequentem. quem cum ea habui, nam consuetudo interdum significat conuersationem tam bonam, q̃ malam interdum. n. designat libidinis cõmercium. P. Audio per ironiã dicit, q. d. nihil dicis sed hoc verbum debeat interseri ante illud, dum expecto q̃ noui facere me interrumperem structuram perpetuã, seu continuam. Deinde subdit, hic Phædria ægre est. i. graue, difficile ac molestum est alijs amantibus à te, quia id q̃ amant defit .i. deficit. Virg. Lac mihi non æstate nouum, nec frigore defit, pro deest, seu deficit, dolet tibi .i. est tibi dolori, vel id sup. quod sequitur, dolet tibi. i. affert tibi dolorem, videlicet, qui id sup. qd' amas supereſt. i. abundat, affluit tibi, & quidem vsq; ad superfluitatem, nam interdum supereſſe est superabundare ac superfluum esse, vt refert Gell. ex Varronis sententia, ò Antipho abundas .i. expleris, satiaris amore, vel in amore affluis re amata, ac ppea voluptatibus expletus in hæc verba prorumpis, quemadmodũ cum stomacho homini negligenti cibum dicere solemus, nimis es ingurgitatus, aut res nimium pleno venire &c. Nam hercle, iurantis est, quidem explet sonum certe affirmat, & hæc vita tua .i. fortuna tibi viuenti concessa est expectanda, tanquam bona, quia in legitimo matrimonio, & optanda tanquam suauis ac iucunda ac delectationibus non vacua, vita interdum viuendi mores significat, siue modus, interdum animam, quandoque alimẽtum, aliq̃n spacium viuendi, & denique fortunam viuentibus accidentem, vt hic, Dij amẽt me ita bene modus est iurãdi vt sup. cupio iam depacisci .i. pactione trãsigere, seu subire mortem, vt mihi liceat frui eo sup. q̃ amo. i. re amata, tam diu. i. vel tantum diu, quantum tu, seu tempore quãto tu, aut tandiu. i. tantillo tẽpore, q. d. etiam paruo tempore, quòd quidẽ solis amatoribus videtur esse credẽdum propterea prius iurauit quam id affirmaret, tu Antipho conijcito. i. coniecturam colligito, cetera. i. reliqua quæ subdit videlicet. qd ego capiam ex hac inopia. i. ex hac carẽtia rei optatæ, puta conijcito me capere infortunium, & molestiam, & dolorem eximium, & conijcito inquam quid tu capis supp. est ista copia .i. ex ista facultate, & præsentia seu affluentia rei optatæ, vt ne. i. vt non. addam i. adiungam, est autem occupatio, negat enim se adiuturum quòd addit, vt inquam non addã hæc. s. quòd nactus es. i. inuenisti sine magno labore, & vt ait sine sumptu, sine magna mercede, aut impensa, virginem ingenuam .i. liberis parentibus ortam. liberalem, quo ad mores. i. bonam, honestam, liberalis bonus est, cum liberalitas sit pars iustitiæ, à qua bonus denominatur, vt non addam inquam quod habes palam .i. manifeste, & ex sententia iudicum vxorem, sine mala fama. i. sine malo nomine, & sine vlla ignominię nota, ita vt voluisti, id est secundum votum tuum, beatus .i. felix est supple cum quo palam iungi potest, sic tu es palam, id est manifeste felix .i. clarum est, seu manifestum ac certum est, quòd tu es beatus, nisi hoc vnum. i. hoc solum desit, videlicet animum qui ferat. i. tolerет subtineat, modeste .i. moderate, & cum modo, istæc .i. ista commoda, quæ tibi contigerunt, quòd, id est sed si res sit tibi cum lenone, id est si habeas negocium, & (quod barbare dicunt) ad faciendum cum lenone puellarum venditore. qui tum, id est cum quo, est mihi res, id est cum quo habeo negocium, & (vt dicunt) ad faciendum, tum, id est tunc, sentias .i. percipias. quantum, scilicet sit molestiæ illi, cui tum talibus est negocium,

plerique

plerique omnes sumus ingenio .i. habemus talem naturam, & (quod dicunt) talem conditionem, ac sumus ingenio. i. talis natura, vbi plerique abundat, & omnes ponitur necessario, vt in And. Quod plerique omnes faciunt adolescentuli. Omnes ergo tali sumus ingenio videlicet nosmet pœnitet nostri. i. nos ipsi in nostra contemnimus seu parum videtur nobis tales esse, quales sumus. Nam pœnitet eum qui parum putat, & cui parum videtur, vel qui parui quidquam æstimat, vult ergo dicere vnicuiq; suam sortem displicere, & alienam meliorem putare. Iuxta Horatij sententiam. Quid sit Mecœnas, vt nemo quam sibi sortem, Seu ratio dederit, seu fors obiecerit illa Contentus viuat, laudet, diuersa sequentes. Et Ouid. Fertilior seges est alienis semper in agris, vicinumq. pecus grandius vber habet. An, at. i. sed. O Phædria cõtra. i. diuerso videris mihi fortunatus. i. felix, cui potestas .i. facultas est de integro. i. vel deinceps, vel melius de integris rebus, aut integre, & libere etiam consulendi .i. consultandi, hoc est deliberandi, quid velis retinere. i. reseruare tibi tanquam scelestum, quid velis amittere. i. demittere à te eius satietate consecuta. Ego infelix incidi. i. casa quodam deueni in eum locum. i. in eum statum, vt neque sit mihi copia. i. vt non habeam facultatem, neque amittendi eius quòd amo, amore impediente, neque retinendi eius .i. retinendi illud quòd amo propter patrem, qui mihi mox hanc consuetudinem est adempturus. Deinde animad uertit currentem Getam, & territus ait. Sed quid, hoc est quòd video. Videon'. i. vtrum video Getam currentem aduenire huc eo accurarius viso subdit Ipsus est, pro ipse est Geta. Hem, interiectio ingemiscentis, ego miser .i. infelix timeo, quam rem nunc nunciet .i. afferat, denunciet mihi Antiphoni.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Querela Antiphonis metuentis patrem, & Phædria correptio. Est autem protasis fabulæ. [Aduenti) Vetuste, sicut ornati, tumulti. in Andria. [Quod vtinam) Pœnitet feciſſe quòd immodice concupiuit. [Nõ potius) Occupatio, quæ soluitur à tempore. [Qui adimat) Qui, patrem intelligit. [Alijs quia) Corripit immodestiam, & collatione sui auget. [Quid ego collatio) Vt ne addam. [Præterito nostri nosmet) Vera sententia.

PETRVS MARS.

ADEON' rem) Quæ temere suscipiuntur, nec paratum se cum consilium apportant, illorum pœnitentiam nos quamprimum subsequi solere, docet hæc scena. Nam cum animus præsentibus voluptatibus occupatus nihil prouidentia considerat, sibijpsi quæ recta esse possent non consulit, vnde mox cum ad se redit ad pœnitentiam mouetur, quæ cum locum nouo consilio reparare potest, tempestiua est, & commoda, si autem talis sit, vt mutare consilia non possit proxima desperationi dicenda est. Nam cum conscientia mille testes, quę semper in memoriam turpis rei factum reuocat quiescere conscij sibi non possunt, ne tũc quidem cum omni spe depositа, portum non amplius inquirũt. Sen. lib. 5. Ep. Quid autem prodest recondere se, & oculos hominumque aures vitare, bona conscientia turbam aduocat, mala etiam in solicitudine anxia atque solicita est. Si honesta sunt quæ facis, omnes sciant. Si turpia quid refert neminem scire, cũ tu scias? Depacisci morte, est pactionem cum morte inire.

GLAREANVS.

HVIVS scenę omnia carmina iambica puto catalectica acatalecticaque. In 1. versu Adeo rem, pro anapæsto legam vt sit iambicus tetr. catal. In 2. Vt ante verbum Extimescam perperam legitur, cum sit in priore versu, & Eius dissyllabum facit acat. vt Venit sit præsentis temporis, quòd placet, alioqui eius monosyllabum faceret catalecticum, & Venit præteriti esset temporis. Idem dicimus de Fuissem in tertio versu, cp verbum vel trochai cum catal. vel iambicum acat. fecerit. In 4. d, eliditur in Quid, nisi bacchium loco primo constituamus, & sis meo quidem iudicio abundat, nisi iambicum tetrametrum hypercatal. esse dicamus. Quintus versus est iamb. tetr. catal. & d, initio versus elidi tur, vt sit loco primo anapæstus. In 6. Aldinus liber Compulisset, vt sit iambicus tetr. acatal. & tribrachys loco secundo & spondeus loco tertio. In 7. liber vetustus habet Si coniunctionem ante Non, vt sit iambicus tetr. acat. Sed. ablata ea trochaicus vnus inter omnes iambicos fuerit. Qui nunc sequuntur versus, tribus duntaxat exceptis, absque dubio sunt omnes iambici tetr. acat. Nam in proximo, qui ab initio scenæ est octauus, ti, syllaba in Quotidiana longa est, vt alias vbique. Vndecimus tamen dimeter iambicus est, vt ille, Amice propugnacula. est autem epodos ad priores versus. In 19. vel Eo monosyll. est, vel creticus loco tertio est. Idem de Mihi in loco sexto dicimus. In antepen. vel Mihi, vel Eius monosyll. Penultimus vltimusq. haud dubio sunt iambici tetr. catal. qui in vetusto libro ita leguntur, quæ lectio mihi probatur.

Sed quid hoc est? video ne ego Getam currentem huc aduenire? Is

Est ipsus, hei timeo miser, quam hic mihi nunc nunciet rem. Vbi in priore d, eliditur in Quid, quanquam, & creticus esse poſt loco primo, & i, s, vel ad priorem pertinet versum, vel versu vltimo est bacchius loco primo.

ACTVS I. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Geta Antiphoni adferre Cilicia rediſſe patrem, quo nuncio tantus inijcitur metus male ſibi conſcio adoleſcenti, vt ſubducat illico ſeſe.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac ſequenti ſcena, Geta ſerui occurrentis officium eſt, qui cum eſſet ex ſenis aduentu perturbatus, eo nuncio Antiphonem adeo reddit trepidantem, & meticuloſum, vt ante conſpectum patris, quamuis à Geta confidenter inſtructus, comparere minime ſit auſus, imò propere abſcedit, non rediturus ad rerum cognitionem, vſque ad fabulis conuerſionem. Remanent igitur allocuturi ſenem Geta, & Phædria, qui ſeſe mutuo in illum inſtruunt, exhortanturq;.

Iambici quadrati, admixtis Trochaicis Senarij quidã. Dimeter item vnus, & Monometer hypercatalecticus.

GETA, ANTIPHO, PHAEDRIA.

VLLVS es Geta, niſi aliquod iam tibi consilium celere repereris.
Ita subito nunc imparatum tanta te impendent mala:
Quæ neque vti deuitẽ scio, neque quo modo me inde * extrahã: * abſtrahã
Nam non potest cælari nostra diutius iam audacia.

A. Quidnam ille commotus venit? G. tum, temporis punctum mihi
Ad hanc rem est: herus adest. A. quid istuc est mali?
G. Quod cum audierit, quod eius remedium inueniam iracundiæ?
Loquar ne? incendam. taceam? instigem. purgem me? laterem lauem.
Eheu me miserum: cum mihi paueo, tum Antipho me excruciat animi:
Eius me miseret: ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam absque eo
Esset: recte ego mihi vidissem, & senis essem vltus iracundiam:
Aliquid conuasassem, atque hinc me conijcerem protinam in pedes.
A. Quam hic fugam, aut furtum parat?
G. Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quærere in sistam via?
P. Tenominat. A. nescio quod magnum hoc nuncio expecto malum.
P. Ah, sanu' ne es?
G. Domum ire pergam: ibi plurimum est. P. reuocemus hominem. A. sta illico. G. hem,

Satis

Satis pro imperio, quisquis es. A. Geta. G. ipse est, quem voluit obuiam.
A. Cedo, quid portas, obsecro? atque id, si potes, verbo expedi.
G. Faciam. A. eloquere. G. modo apud portum. A. meum ne? G. intellexti. A. occidi. P. hem.
A. Quid agam? P. quid ais? G. huiu' patrem vidisse me, patrum tuum.
A. Nam quod ego huic nunc subito exitio remedium inueniam miser?
Quòd si eò meæ fortunæ redeunt, Phanium abs te vt distrahar;
Nulla est mihi vita expetenda. G. ergo istæc cum ita sint Antipho,
Tanto magi' te aduigilare æquom est. Fores fortuna adiuuat.
A. Non sum apud me. G. atqui opes est nunc, cum maxume, vt sis Antipho:
Nam si senserit te timidum pater esse, arbitrabitur
Commeruisse culpam. P. hoc verum est. A. non possum immutarier.
G. Quid si aliquid grauius tibi nunc faciundum foret?
A. Cum hoc non possum, illud minu' possem. G. hoc nihil est Phædria: ilicet:
Quid conterimus operam frustra, quin abeam? P. & quidem ego. A. obsecro,
Quid si assimulabo? satin' est? G. garris. A. vultum contemplamini, hem,
Satin' sic est? G. non. A. quid si sic? G. propemodum. A. quid si sic. G. sat est:
Hem istuc serua, & verbum verbo, par pari vt respondeas,
Ne suis te iratus sæuidictis protelet. A. scio.
G. Vi coactum te esse inuitum, lege, iudicio: tenes?
Sed quis hic est senex, quem video in vltima platea? A. ipsus est.
Non possum adesse. G. ah quid agis? quò abis Antipho? mane,
Mane inquam. A. egomet me noui, & peccatum meum:
Vobis commendo Phanium, & vitam meam.
P. Geta, quid nunc fiet? G. tu iam lites audies:
Ego plectar pendens, nisi quid me fefellerit.
Sed quod modo hic nos Antiphonem monuimus,
Id nosmet ipsos facere oportet Phædria.
P. Auser mihi oportet: quin tu, quod faciam, impera.
G. Meministin' olim vt fuerit voltra oratio
In re incipienda ad defendendam noxiam?
Iustam illam caussam, facilem, vincibilem, optumam.
P. Memini. G. hem nunc ipsa est opus, aut, si quid potest
Melliore, & callidore. P. fiet sedulo.
G. Nunc prior adito tu: ego in insidijs hic ero
Succenturiatus, si quid deficies. P. age.

DON. NVLLVS es Geta) In hac scena serui concurrentis officium est, tendens ad perturbationem Antiphonis, quem oportet abesse à cõspectu patris vsque ad cognitionem rerum, & καταστροφήν, fabulæ. [Consilium celere) Hoc celere neutraliter dicitur. [Subito tanta te impendent mala) Accusatiuo casu impendent. aut ἀναστροφὴ, pro, In te pendent mala. Cum supra, Nullus es Geta, dixerit, hic transitum fecit ad primam personam. [Quæ neque vti deuitem, scio) Ruina aut vitanda est, aut extrahenda sunt ex ea, corpora quæ oppresserit. [Nam non potest celari nostra diutius iam audacia) Bene nostra, quia ipse partem maximam culpæ suæ tenet vt magister. [Diuitem) Ante q̃ irruant. [Inde extraham) Cum irruerint. [Celari) Nigidius quærit, vtrum plenum sit, an pressum? [Quidnam ille commotus venit?) Modo commotus, perturbatus atque cõterritus. [Quidnam ille commotus) Hic ostendit poëta iccirco confusum Getam induci, vt de eius metu Antipho terreatur. [Tum, temporis mihi punctum) Punctum, pro momentum. vt Lucil. in 14. puncto vna hora * & qui quoque inuasit. [Punctum) Angustissimum spatium. [Ad hanc rem) Ad deliberandũ quod ago. [Herus adest) Vltu tristi, ac supercilijs arduis hoc dicendũ est. [Quid istuc mali est?) Mire πρὸς τὸ, Herus adest, Quid istuc mali est, posuit, ex persona Antiphonis, cui pro calamitate est patris aduentus. [Quod cum audierit). s. q̃ vxorem duxit Antipho. [Quod eius remedium inueniam iracundiæ?) Plus est q̃ si diceret, nullum. [Quod eum audierit) Bene non addit, quid. se cum enim loquitur. [Quod eius remedium inueniam iracundiæ?) Proprie remedium, quasi iracundiæ morbus sit. [Loquar ne? incendam) Quia iracundia ignis est. [Taceam? instigem) Instigari proprie fera dicitur. [Purgem me? laterem leuem) περιμιλία, πλίνθον πλύνεις. [Loquar ne? incendam. taceam? instigem) αἰτιαμὲ διαπόρησις. Duo sunt quæ fieri in placando solent, aut loqui, aut tacere. Sed quid vult sibi purgem me, cum idem sit loquar? an q̃ potest purgatio, & per defensorem, patronum ue induci? sic quidam putant. Sed melius est hoc, vt perturbatæ, & seruilis imperitæq̃. personæ verba sine arte esse, & vim significati non habere. [Cum mihi pauco) Cum Præterquam quod significat modo. [Tum Antiphone excruciat animi) πρὸς τὸ μὲ, pro eo quod est, propter Antiphonem me excrucio. [Me excruciat animi) Sic in Hecyra, Fecit, animi vt incertus foret. Veteres figurabant hanc locutionem. [Eius me miseret, ei nunc timeo) Miseret præteritorum, Timeo de futuris. [Eius me miseret, ei nunc timeo, is nunc me retinet) Figura πολύπτωτον eius, ei, is. [Is nunc retinet me) Si retinet, quomodo excruciat? [Nam absque eo esset) Si ad eum res non pertinet. i. si meum tantummodo peccatum esset hoc ipsum. [Rectè ego me vidissem, & senis essem vultus iracundiam) Facete seruus occasionem melioris conditionis esse existimat fugæ causam, tanquam sibi per eã, & libertatis genus præstare posset, & prædam. [Rectè ego mihi vidissem) Vt dicimus, Vide tibi, & videte vobis. Et rectè vidissem, pro, prouidissem. [Et senis essem vltus iracundiam) Senis maluit, quàm domini, dicere, vt in ipso nomine, & hortamẽtum impune fugiendi appareat. & simul quia non iram, sed iracundiam dicturus erat, nam Ira, de causa Iracundia, de moribus. [Et senis vltus essem iracundiam) Non dixit euasissem, sed vltus essem. faciunt enim serui fugiendi, vt dominos pœniteat iratos fuisse. Sic Virgil. Vlta virum, pœnas inimico à fratre recepi. [Aliquid conuasassem) Figuratum est à colligendis vasis. [Hinc me conijcerem) πρὸς τὸ Rectè ego mihi vidissem. [Protinus in pedes) Protinam fuit, & sic Nigidius legit. [Quam hic fugam) Conijcerem in pedes. [Aut furtum parat?) Aliquid conuasassem. [Quam hic fugam, aut furtum parat?) Iocunda ἀπόλογος prius enim furtum, quàm fuga occurrere debuit. [Sed vbi Antiphonem reperiam?) Sed pro ergo, vt sit, Ergo vbi Antiphonem reperiam? an sed finis superioris sententia est? vt Sallust. Sed Metellus in vlteriore prouincia. [Reperiam) Si alicubi cesset. [Aut qua quærere insistam via?) Si alicubi ambulet, omnis enim qui quæritur, aut cessat, aut ambulat. [Te nominat) Ad hoc diu auditur Geta, & ipse non videt adolescentes, vt plus illis terroris incutiat, dum secum loquitur. [Nescio, q̃ magnam hoc nuncio expecto malum) Diserte locutus est, nescio quod magnum hoc nuncio expecto malum, pro eo quòd est, nescio quòd magnum malum hunc mihi nunciaturum arbitror. [Domum ire pergam) Hoc nos παλαιπωτικῶς dicimus, domum pergã. [Ibi plurimum eæ) Ostendit ab initio se domum pergere, & sic videtur deliberasse. [Ibi plurimum est). s. propter amorem vxoris suæ. [Plurimum) τὸ πλεῖστον. [Reuocemus hominem) Comice, & moraliter addidit, hominem. [Sta ilico) Ille reuocemus hominem, dixit, hic, non progredi iussit. [Satis pro imperio quisquis es) Hic ostendit culpæ conscientia nullam auctoritatem reliquam in magistro Geta. [Satis pro imperio,) Id est imperiosè. [Cedo quid portas obsecro? atque id, si potes, verbo expedi) Mire expressit affectum de timore properantis. [Cedo quid portas obsecro?) Vt, Si vera, feram, si magna rependam

dam. Nam ferre, & portare de negocijs maioribus dicitur. [Verbo expedi) Deest vno. [Eloquere) Aliter ostendit quid est, verbo expedi, dicendo eloquere. [Modo apud portum) Patrem vidi, dicturus Geta, præuentus est ab eo quem timor intelligentem fecerat. [Hem) Propria, & sua cuique personæ exhibuis, celeritatē ex præsagio metuenti Antiphoni, & tarditatem intellectus quieti pectoris securo Phædriæ. [Quid agam?) Iam flet Antipho, & adhuc non intelligit Phædria. [Huius patrem vidisse me. patruū tuum) Mire poëtæ Antiphoni minus quàm oportet, & Phædriæ plus quàm oportet fecit loqui nuncium. Ille enim pene diuinat ex metu, hunc tardum securitas facit. [Huius patrem vidisse me, patruum tuum) Reddit vtrique proprium, vt & ille qui timebat, paucis intelligeret, & ille qui securus erat, pluribus edoceretur. [Nam quod ego huic nunc subito) Nam aut subiunctiua coniūctio est superiori dicto, quod ait, Quid agam? aut ἀναφορὰ est. Nam quod, pro quodnam. [Huic subito exitio remedium) Subito, & aduerbium, & nomen est. Cum subito assurgens fluctu nymbosus Orion. [Inueniam miser?) Cum ego supra dixerit ἐμφατικῶς addidit miser. [Quod si eo meæ fortunæ redeunt) Tragice amator hoc negocium fortunas omnes dixit esse. [Fortunæ redeunt) Bene redeunt, quasi in peius, & à processu retro, & in deterius. [Phanium abs te vt distrahar) Amatoria προσφώνησις per ἀναφοράν. [Abs te vt distrahar) Non dixit, à me distraharis. Et vide verbum vim cohærentis ostendere. [Nulla est mihi vita expetē da) Nulla, pro non, aut nullius conditionis, q. d. ne deorum quidem vita mihi dulcis est sine te. [Nulla est mihi vita expetenda) sine Phanio. [Tanto magis te aduigilare) Ad, vim auctiuā nunc habet, vt ad laudabile, admirabile. [Fortis fortuna adiuuat) παροιμία. Et fortis accusatiuus pluralis est. [Non sum apud me) Id agitor, vt supra diximus, quemadmodum Antipho præsens nō sit, quem neque conuenit contra partem aliquid dicere, neque rursum præsentem opprimi à patre ex argumento est. [Atqui opus est nūc, cum maxime vt sis Antipho) Apud te, subauditur. [Nā si te senserit timidum pater esse, arbitrabitur cōmeruisse culpā) Sic Sal. in hist. Ita fiducia quam argumentis purgatiores dimittuntur. [Nam si te senserit timidum) Timidum, pro timentem. Vt, Addit se sociam, timidisq. superuenit Aegle. Virg. [Comme ruisse culpam) Pro commisisse. [Hoc verum est) Congrue fit, vt & Geta, & Phędria audaciores sint, qui & absque amore sunt, & hos oportet obijci pro Antiphone irato seni. [Non possum immutarier) Vim negantis hoc habet, quod ait, immutarier. ostendit. n. naturę suę timiditatem nullis adhortationibus eijci posse. [Quid faceres, si aliud quid grauius tibi nunc faciendum foret?) Bene grauius, quia hoc graue. vt videas ipsam adhortationem vim habere concedentis graue esse quod geritur. [Cum hoc nō possum, illud minus possem) Hoc intulit παρὰ προσδοκίαν. Nam videbatur hac interrogatione adduci posse ad sententiam pertentantis. & hæc ars est dialectica contra ἐπαγωγήν, cum male respondendo callide interrogantis interrumpimus argumentum. [Hoc nihil est Phędrię, ilicet) Vtrum hoc relatiuum? an Hoc cū contemptu pro hic Antipho nihil est. Sic Cicero in Verrinis. Et si hoc nescio quid nugatorem sciebam, pro hunc. [Ilicet) Semper Ilicet finem rei significat, vt Actum est. [Ilicet) Per συγκοπήν, Sic iudices de consilio dimittebantur, suprema dicta cum præco pronunciasset Ilicet, q. significat ire licet. [Quin ab eam?) Hic terrore commouet Antiphonem. &, Quin dicit, pro cur non. [Et quidem ego) Ordo, Et ego quidem, & deest abeo. [Quid si assimulabo?) Audacem. s. [Obsecro, quid si assimulabo, satin' est?) adeo morale vitium est, ex cōscientia pauor, vt ipse quoque Antipho nitatur contra, neque quidquam promoueat. [Satin' est?) hic locus actoris magis, quàm lectoris est. ostenditur. n. conari ad simulandum audaciam, quo magis ridicula est, formidolosa persona. [Propemodū) Et hoc non plenę consensionis est, quod ait propemodum. [Sat est) Non dixit, bene est, sed sat est. & vide vix ad hoc ipsum esse peruentum. [Hem istuc serua) Dicēdo seruta, ostendit iam incipere deperire, q. finxit atque assimulauit audaciæ. [Hem istuc serua, & verbum verbo, par pari vt respondeas) Animaduerte, & quid doceat, & commachinetur artifex poëta, qui debitum reddat rebus atque personis. [Verbū verbo par pari) Duo dixit, non tantum verbum verbo, sed par pari. [Ne te iratus suis ſquis dictis protelet) Causalē vim habet quod ait hoc iratus, hoc est, qui ob præsentem iram vehementius tecū agat. Protelet, & proteleum a πρὸ & τείνω dictum est, quod est ante, & trahere. Alij ab assiduo telorum iactu existimant dici. vt Lucr. Vndique protelo plagarum continuato. hoc est tenore. [Protelet) Protrahat, præueniat, exagitet. [Vt coactum te esse) Mira breuitas, in quo tota defensio cōtinetur. & subauditur, fac

respondeas, vt quid tale. [Inuitum) Bene idem repetit ad confirmandam memoriam trepidantis. non. n. diuersa sunt, sed repetitur, vt teneri possit id, quod causæ opus est. Nam vi coactum esse, idem significat quod inuitum. An ideo vi coactum inuitum, iungendum est, quia interdum etiam ipsi nos cogimus propria voluntate, vt ipse in And. Tu coactus tua voluntate es. [Scio) apparet hoc verbum eo vultu dici, vt manifestum sit absenti animo esse eum qui loquitur. [Tenes?) Exquisite addidit Tenes, vt appareat Antiphonem vultu ostendere, q. horum nihil perturbatus aduertat. [Sed quis hic est senex?) Sed, vt diximus, transitum significat ad aliam rem ab ea quæ agebatur. [Quē video in vltima platea?) Sic dixit vltima platea, quemadmodum Virg. imas Obsedere foras. Ipsus est, & quia timidior est, & quia postea de proximo ipse agnoscit magis. [Non possum adesse) Apparet ex conspectu patris magis confundi, q. ex nuncio aduentus eius, filiū. [Quò abis Antipho?) Sic Virg. Quò fugis Aenea? &, Quò fugitis locij? Sic enim loquitur, qui vult ostendere conditionē locorum, in qua peruerso modo alius petatur, alius linquatur. [Mane, mane inquam) Omnia hęc habent singularem vim in se reuocātis. [Ah, quid agis?) Et perturbati interceſſoris est dicere. quid agis? vt alibi, Mea Glycerium qd agis? cur te is perditum? [Egomet me noui, & peccatum meum) Duo dixit, & hominem pauidum, & peccatum graue. [Vobis commendo Phaniū, & vitam meam) Comice duobus duo retulit: Me, & peccatum meū, Phaniū, & vitam meam. Et animaduerte q. amator prius ponit Phaniū, quàm vitam suam. [Geta quid nunc fiet?) Apparet hæc sic pronuncianda, quasi à destituto dicantur. [Tu iam lites audies, ego plectar pendens) Non intulit quod querebatur, sed verba sunt hominis omnia desperantis. [Tu iam lites audies, ego plectar pendens) Tu audies, ego verberabor. vt alibi, Tibi erunt parata verba, huic demum verbera. Quod ipsum mire, non, facies lites, sed, audies. [Ego plectar pendens) Plectar, feriar, vnde & plectrum, & plagæ dictæ. [Sed quod modo hic nos) Deest tamen. vt sit, Sed tamen. [Id nosmet ipsos facere oportet) Quia nos supra dixit in significatione actus proprij, ipsos addit. [Auser mihi oportet) τῷ ἀτιμωμάτῳ addidit Mihi. sine hoc enim plena sententia est. [Quin tu quod faciam impera) Mire ad omnia paratum se indicat, qui Impera dicat seruo. [Meministi ne olim vt fuerit vestra oratio?) Mire, & consilio, & oratione compēdiosus est, quo magis Phędriā proprijs consilijs ac domesticis permoueret. [Vt fuerit vestra oratio) Vt magis excitaret, non nostra dixit, sed vestra. [In re incipiunda) Incipiunda proprie, quasi de re magna, dixit. Sic alibi, Vide quod inceptet facinus. [Ad deferendam noxiam?) Noxiam nunc culpam, alias pœnam. Et est ἐπώνυμος ab eo quod est noxam, & hoc factum est propter iambū. [Iustam illam causam, facibilem, vincibilem, optumam) Considera singula, & inuenies, & naturali ordine, & per αὔξησιν dicta. Causam pro defensione posuit. Et vincibilem, quæ facile vincat. [Nunc ipsa est opus) Causa. s. [Meliore, & callidiore) Bene, meliore, & callidiore quia tunc prolusio fuit, nunc ipsum prælium. [Fiet sedulo) παρέλκον seduto. nam suffecerat, fiet. [Nunc prior adito tu) Adito, quasi ad prælium. Virg. nec quisquam ex agmine tanto Audet audire virum. [Ego in insidijs hic ero) Tota μεταφορὰ de re militari est. [Succenturiatus) Succenturiati dicuntur, qui explendæ centuriæ grata subijciunt se ad supplementum ordinum. Et est translatio à re militari. [Age) Potuit dicere, vero, aut ita, sed age dixit, quod verbum. vim hortantis maximam præbet.

GVIDO.

NVLLVS es &c.) In hac scena serui currētis officium est tendens ad perturbationem. A. Quem oportet abesse conspectui patris vsque ad rei cognitionem, & fabulæ conuersionem. G. Primum Geta hæc secum loquitur. ò Geta, de seipso. Nullus es. i. perditus es, siue perijsti. Nam nullus sum significat quasi non sum, ac perij. nullus es ergo nisi reperis. i. inueneris tibi aliquod consilium, celere. i. velociter inuētum. Declinatur q. hic celer hæc celeris, hoc celere, tanta. i. adeo tanta mala. i. infortunia, impendent subito te imperatum. i. improuisum. i. adeo tam magna mala pendent in te. i. futura sunt tibi. Vbi impendeo impendes accusatiuo iungitur, quemadmodum enim dicimus. Multa mala manent te. i. futura sunt tibi, ita dicimus multa mala impēdent te. i. futura sunt tibi, & tibi impendent seu imminent, quæ mala neq; scio vti. i. qualiter, deuitem. i. euadam, caueam, arceā, nec scio quomodo abstraham. i. eruam, educam, extrahā me inde. i. ex illis malis, si in illa incidero. Nam nostra audacia. i. temeritas de tali coniugio sic temere facto, non potest iam celari diutius,

diutius,quę mala si non prouidentur.i.prouide cauentur astu.i. astute,& tunc est aduerbium, interdum est nomen quartæ inflexionis,& tunc significat astutiam ab astu vrbe,in qua qui versati sunt cautiores efficiuntur,pessundabunt.i.suppeditabunt, opprimentme aut herum.i.herilem filium,vel(vt alij habēt) haud herum.i.non pessundabunt dominum . A. Quidnam.i.cur , vel propter quid ille Geta venit commotus.i.perturbatus,conterritus? Geta autem nondum videt iuuenes,sed pergit in sermone suo . G. tum.i.deinde . punctum temporis .i. momentum, seu breuissimum tps est mihi , hoc est mihi restat ad hanc rem .i. ad deliberandum quid mihi in hac re sit agendum? Nam herus .i. dominus meus. adest.i.prope est,vel aduenit . nam postea se eū vidisse in portu dicit . A. quid illud mali est . G. quod factum .s.quod vxorem duxit Antipho, cum ipse herus audierit ? quod remedium.i.quam medelam inueniam iracundiæ eius,quasi ira cundia sit animi morbus.dixit quod remedium inueniam.ne .i. vtrum . loquar .i. faciam ne sermonem cum eo,an tacebo,vtrū incendam.i.incitabo,inflammabo eius iracundiam,quia iracundiam ignis est vtrum taceam.i.sileam.vtrum instigem, ab instigo as.i.irritem,vel stimulem eius iracundiam.vtrum purgem.i. excusem me.Deinde hoc nō placet sibi,q̄ si purget apud eum,q̄ suis purgationibus nullum penitus sit locum relicturus, propterea subdit lauem laterem.i.operam perdam si id fecero,possit,& forsitan lauem laterem legi interrogatiua, vt cetera procedentia. Heu,interiectio doloris,me miserum.i.fateor,vel dico, vel sentio me infelicem,cum.i.partim,vel multum paueo mihi .i.timeo ne q̄d mali accidat mihi,tum.i.multo magis. A. excruciat me animi,pro animo.i.me curis conficit,& animo me sauciat,atq; torquet . me Getam miseret eius Antiphonis.i.misericordia ducor in eum. nunc timeo ei.i.metuo ne q̄d ei siniſtri accidat . is Antipho retinet.i.remoratur me, qui essem fugiturus, nisi res ad eū pertineret.Nam rectè esset.i.bene se res hret,absq; eo Antiphone.i.si ad eum non res pertineret,sed meum tantum modo peccatum esset.Ego vidissem.i.prouidissem,cōsuluissem mihi fuga.s.& discessu,& vltus essem.i.puniuissem, siue vindicasem iracundiam senis .i. dñi mei.ira de causa est , iracundia aūt de moribus, & bene vltus essem , nam serui fugiendo faciunt vt dños pœniteat iratos fuisse . conuasassem .i. furto collegissem aliquid nā conuasare significat omnia furto colligere, vt Non. inquit tractum,seu figuratum à colligendis vasis . atq; prius illi co conijcerem me in pedes.i.discederem,fugerem hinc quasi celeriter,& cū impetu exurgerem super pedes fugæ faciendæ gra . A. Quā fugam.i.quem discessum,aut q̄ furtum,quid dixit conuasassem . hic .s. G. Parat.i.molit,& hęc dicit Antipho Phędrię cognato.Get.sed Don.vult q̄ ergo accipi,vt sit sensus.Ergo vbi quæras Antiphonem,aut q̄ via insistat .i. perseuerem,siue pergā,aut persequar quęrere eum .s. P. Get.nominat te.i.de tuo nomine loquitur . A. Expecto,nescio q̄ magnum malum hoc nuncio .i. vel ab hoc nuncio Get. vel hac infelici nunciatione, quā est allaturus, hoc est nescio q̄ magnum malum hunc mihi nunciatuꝝ arbitror . P. Quia Ph.vidit Antiphonem ita cōmotum ob timorem nuncij mali, ppea eum familiariter caruit inquiens condolendo socio. Ah interiectio dolentis,ne.i.vtrum. sanus es.i.es tu compos tui,vis nunc desipiscere,insanis ne? non habes aliquid sapientiæ q̄ hic exhibeat. G. nondum vidit iuuenes . pergam.i.prosequar,contendam conabor ire domū . sæpe dicimus pergo domū.sed eclypticos est,ait Don.vt propero do mūt cum plenum sit pergo ire domum,& propero ire domum, sæpius tñ oratores,propero Romam,aut propero illuc dñt non addendo ire : Pergo itaque ire domum vbi.i.in qua domo plurimū est.i.vbi frequenter est pp amorem vxoris suæ. alij habēt ibi,& tunc est sensus,Ipse Antipho est plurimū .s. domi . Phæd. reuocemus hoiem Getam . A. Tu Geta sta.i.cessa ire ilico,nā stare est non ire. G. loqueris sup.satis pro imperito.i.satis imperiose,seu pro imperito q̄ habes.quisquis es.i.quicunque sis,nec dum animaduertit esse Antipho . G. Geta actus est . G. aspiciēs Geta vidit eum,& inquit.Ipse est Antipho,quem Antiphonem volui obuiā mihi fieri sup.i.cui volui obuiare.sed verbo nō sæpe oratores vtuntur. seu aduerbio potius obuiam,vt te obuiam volebā.i.volebam q̄ mihi fieres obuius. A. obsecro,cedo.i.dic. quid portas . Ferre,& portare de negocijs maioribus dñr. atque expedi.i.explica. verbo vno sup.i.breuibus,seu pacis. q̄d portes nuncij.s.si potes,h.d.pp timorem,& dolorem impedientem. G. faciam.i.expediam vno verbo. A. eloquere.i.expedi eloquēter quid portes . G. vidi patrem sup.modo.i.paulò ante,apud portum,qui applicauerat ex mari. A. Ne.i.vtrum vidisti meum patrem Demiphonem . G. Intellextin'.i.nunquid intellexisti me, dixisti patrem tuum aut certe innuisse . A. occidi.i.perij . G. hem,interiectio indignantis,aut dolentis . A. q̄d agam . P. q̄d ait Get.s. G. Dico sup.me vidisse patrem huius Antiphonis patruum tuum.i.qui est tuus auunculus . sed proprie patruum,q̄d ex parte patris . nam auunculus est ex parte matris. A. nam q̄, anastrophe pro quodnam .i. q̄ remedium ego miser inueniam huic exitio .i. huic perniciei,huic pesti,huic malo,huic excidio, huic perditioni,& infortunio. subito à subitus.i.repentino. Nā est datiuus,& ablatiuus nominis subitus,&interdum aduerbiū. Quod.i.sed si meæ fortunæ.i.mei euentus,mei casus, ac successus redeunt eo.i.in eum statum,hoc est reuertuntur,quasi in pe ius,& à processu retro in deterius . O Phanium,nomen vxoris conuertit sermonem ad eam per apostrophen. abstrahar.i.abducar,eruar . abs te.i.à societate tua . nulla vita ēt optima est mihi expetenda,quia sine te viuere non potero . G. Ergo ò Antipho eū istæc sint ita.i.cum tantopere timeas ab ea distrahi, tanto magis æquū est te aduigilare.i.accurate vigilare,&insudare,vt tibi eam conserues fortuna adiuuat fortes .i. quod apud Virg. dici solet,Audaces fortuna iuuat . A. non sum apud me.i.non sum mei compos, seu mentis sanæ, seu nescio quid agā, deest mihi , consilium nō habeo animum. G. Atqui.i.sed certe. ò Antipho nunc quammaxime .i. potissimum nunc est opus vt sis apud te .i.vt sis animosus,& prudens,& sanæ mentis . nā si pater Demipho senserit te esse timidum .i. timentem arbitrabitur.i.putabit te sup.cōmeruisse.i.cōmisisse.culpam.i.flagitium,q̄ est flagitione.i.increpatione dignum, & ita efficiet pater,vt abstraharis ab ea,q̄ culpa quadam duxeris, & non animi constantis affectu . P. hoc est verum.s.q̄ tu dicis Geta. A. non possum immutari.i. non possum effici intrepidus, non possum effici fortis , vel audax,meapte.n.natura talis sum . G. q̄d faceres si quid.i.aliquid aliud grauius.i.molestius,foret nunc faciundum tibi. A. cū nō possum hoc facere,q̄ est minus graue.s.esse animo forti,&excelso,minus possem illud q̄d esset grauius,ac molestius. G. Phędria hoc q̄ Antipho dicit nihil est.i.nullius est momenti.Vel ponitur oratio neutra pro masculina sit hoc nihil est.i.hic . A. est nihil.i.nullius momenti.ilicet.i.ire licet,q.d.abeundū est . semper.n.ilicet finem reis significat,quemadmodum actum est . ilicet aūt igitur per syncopē,quasi ire licet . sic.n.iudices de consilio dimittebantur,cum preco pronunciasset suprema.s.ilicet,q̄d .i. cur . conterimus frustra .i. incassum operam .i. laborem nostrum in eo admonendo. q̄n.i.cur,non abeo.i.cur non discedo, interrogando,& terrorem Antiphoni incutiēdo.Vel si capiatur affirmatiue,intelligitur sic,quin.i.quinimò, abeam.i.discedam, q.d.quid tu hic sis acturus nescio,ipse autē sum discessurus . P. Et quidem.i.& certe.ego abeo sup.vel discedo. A. obsecro,reuocantis dictum est, qui videret eos abeuntes . Quid? modus interrogandi . si assimulabo.i.si fingam esse forti animo ? satin' .i. satis ne est.i.vtrum sufficit . G. garris.i.nugaris . A. contempla mini vultum .i. considerate faciem meam, & videte emergat ne tristitiæ signū . Hem,interiectio ostendentis vultum hilarē fictū satis ne est.i.non ne sufficit sic assimulare . G. non satis est sic . A. q̄d?modus interrogandi,vel q̄d dices,vel erit,si sic assimulē, vt ostendebat ei . G. propemodum.i.ferè satis sic erit . A. q̄d erit sup.si sic assimulem,vt ostendebat ei . G. propemodum.i.ferè satis sic erit . A. quid erit sup. si sic assimulem . G. saltem . Deinde agnouit iam vultum redeuntem in pristinum statū subdit,hem,admonētis est. serua istud q̄ ostendisti,de quo dixit sat est,& serua inquam istud.i.diligenter hoc retine, vt respondeas .i.rependas,referas par pari,& verbum verbo.i.simili simile. ne ipse pater iratus.i.cōmotus in te . protelet.i.protrahat, præueniat exagitet suis dictis sæuis .i. terribilibus . A. protelo dr̄ hoc protelum proteli pro tenore ac tractu, quasi sit quædam protractio . Protelare,dicit Festus significat propellere à græco thelothem,quod significat longe.Item Nonius ait protelare est percutere, perturbare interdum excludere,& q̄nque adiuuare . A. scio.i.intelligo sic esse faciendum ne id contingat . G. Facr̄deas sup.te inuitum.i.renuentem, esse coactum vi .i. violentia , & coactum lege.i.per legem,& iudicio .i. per sentētiam iudicis, quā in te tulit. tenes.i.intelligis,q̄ dico tibi respondendum? Sed q̄s est hic senex,quem video in vltima platea.i.in fine, in extremitate plateæ . A. ipse est pater.s.non possum adesse.i.sustinere aduentum eius,& comparare,seu subire vultum eius. G. ah,interiectio dolentis . q̄d agis.i.quid facis . alter.n.fugiebat. ò Antiph.quo abis.i.quo discedis . mane.i.siste pedem. inq̄.i.iterum dico tibi mane,siste gradū,fige vestigia,nec progredere vlterius. A. egomet noui me timidum.s.& noui peccatum meū graue .s. & puniendū cōmendo vobis Phanium vxorem, & cōmendo vi

tam meam, vt me excusetis, & meę honestati consulatis, ac vt nō ab ea distrahat, quia tunc nulla est mihi vita expetenda. P. O Geta quidquid fiet nunc abeunte Antiphone? G. tu iam.i.mox audies lites.i.iurgia, ego pendens.i.suspensus ad furcam, plectar .i.feriar, verberabor, puniar. vnde plectrū à plectendo.i.feriendo dicitur. inde, & plagæ dictæ sunt. potest etiam sic intelligi. Ego pendens.i.luens pœnas sup. plectar.i.verberabor, & feriar, & quidem ita fiet nisi quid.i.aliquid, fefellerit me.i.male nisi intellexerim, & mente conceperim. nam hę res fallit me, significat hanc rē ignotu, seu huius rei sum nescius. Sed tamē ò Phæd. oportet nos metipsos facere id.s.esse forti animo, q̄ .s. esse aio forti, monuimus.i.admonuimus, modo.i.paulo ante Antiphonē hic.i.in hoc loco, vbi moneo iungit cum duobus accusatiuis, q̄ est satis nō notum fieri posse. P. quia Geta dixerat nosmet oportet, & se cum iunxerat Phædriam. ideo Phædria dicit, aufert oportet mihi, q. d. noli me iungere tecum, quinimò impera id quod faciā, adeo se ad omnia paratum indicat, vt impera dixerat seruo. G. meministi.i.recordaris, tenes memoria, vt.i.qualiter, olim.i.ali quando, oratio nostra fuerit incidenda. in re.i.in narratione ipsius causæ, siue in materia, & argumento, seu visceribus causæ, videlicet cum Geta moneret Antiphonem, vt responderet accusationibus paternis se inuitum esse coactum in lege, ac iudicio ad defendendam noxam pro noxiam, per epenthelis propter iambum, hoc ad defendendum culpam alias noxa significat pœnā, & ad defendam.i.comprobādam illam causam.i.illam defensionem esse sup. iustam, & facilē.i.non difficilem, neq; inuolutam, & vincibilē.i.quę facile vincat, ait Donat. & optimam.i.commodissimam, seu aptissimam, & æquissimam, vel potest sic intelligi, Meministi inquam illam causlam.i.defensionem iustam facilē, vincibilem, & optimam. P. Memini.i.sum memor illius defensionis. G. Hem, nunc opus est ipsa defensione, & si quid potes inuenire.s.& excogitare. opus est defensione meliore callidiore .i.subtiliore, perspicaciore. P. fiet.i.laborabitur, dabitur opera, sedulo .i. instanter, sine dolo. G. nunc tu adito prior .i. subito priore conspectum eius, tanquam sis prœlium aditurus. ego ero hic succenturiatur.i.succurrere ac supplere defectum paratus, in sidijs .i. per insidias, & fraudes. nam insidiæ sunt deceptiones, & fraudes, inde insidiosos homines subdolos dicimus. Succenturiati dicuntur, qui explendæ centuriæ gratia subijciunt se ad supplementum ordinum, & est translatio à re militari, nam Geta intelligit se ex insidijs succursurum. Phædriæ si sit opus, non ad infestandum patrem Antiphonis, sed ad defendendam culpam. Ego ergo hic succenturiatus si quid.i.si in aliquo deficies .i. obstupesces, & non perseuerabis in defensione. P. Age, vel fac quod dicis, vel sit aduerbium hortantis.

LATO. ARGVMENTVM) Consternitur Antipho ob aduentum patris. & est initium epitaseos. [Te impendent) Pro tibi, q̄ vsitatius est. Impendent, imminent. [Temporis difficultas à tempore. [Loquar ne) Subiectionis schema, cum prouerbio. [Absq; eo) Absque pro, nisi, aduerbialiter. [Hem) Indignantis. [Meum ne?) Subaudi patrem vidisti. [Phanium abs) Apostrophe ad affectum. [Fortes for.) Sententia. [Nam si te) Argumētum à signo. [Quid faceres) A maiori fictoria confirmatio. [Ilicet,) q.d. abeamus nam finem rei significat. [Protelet) Perturbet, tractum ab assiduo telorum iactu. [Non possum) Fugit conspectum patris Antipho. [Geta quid) Consultatio. [Aufer) Paratum se ostendit mihi, abundat, & stomachum magis quam personam significat, aufer oportet, q.d. omitte ista. [Succenturiatus) Translatum à militaribus ordinibus, & substitutum significat.

PETR. MARS. NVLLVS es Geta) Nihil esse instabilius, & minus diu durans voluptate ea, quæ ex amore temerario oritur, hac scena exprimitur, Et ferēda esset voluptas, si non semper magis sine suo læderet, quàm ante vnquam iuisset, quare profecto nō hominū sed bestiarum iudicanda est. Seneca ad Lucilium: Dimitte illas voluptates turbidas magno leuandas. Non venturæ tantum, sed præteritæ nocent. Quemadmodum scelera, etiamsi non sint deprehensa cum fierent solicitudo nō cum ipsis abijt, ita improbarum voluptatum, etiam post ipsas, pœnitentia est. Non sunt solidæ. non sum fideles, etiam si non nocent, fugiunt. Aliquod potius bonum māsurum circunspice, nullū autem est, nisi quod animus est se sibi inuenit. Sola virtus præstat gaudium perpetuum securum. Quod & Plautus in Amphitr. prodidit, Satin' parua res est, voluptatum in vita atque in ætate augēda præ quā quod molestum est? ita cuique comparatum est in ætate hominum, ita dijs placitum, voluptati vt mœror comes consequatur, quin incommodi plus malique ilico adsit, boni si obtigit quid. Punctum, minimum spacium, exigua occasio, vel potius nulla. Laterem lauem.i.inutilem operam impendam. Conuasare, teste Nonio, est furto omnia colligere, nempe quæ rapere, & subducere velis in sarcinas componere.

HVIVS autem scenæ versus male distincti sunt, præterea mire mixti. Primus est iambicus tetram.acatal. in quo vel s, elidit̄ in Nullus, vel creticus est loco primo. Secūdus est trochaicus tetram.catal. nisi a, in Ita quis longari credat. Sequentes deinde quatuor sunt vt primus. Septimus senarius est in cuius fine. Est ante Mali legendum. Tres deinde rursus tetrametri iambici acatal. In quorum primo Eius dissyllabum est. In tertio Heu monosyllabum, & Antipho ad finem versus reponēdum. In 11. Eius & Ei monosyllaba sunt, & trochaicum tetram.acat. iudicauit Doct. qualia vix quatuor toto inuenias Terentio. In 12. Mihi dissyllabum acatalecticum iambicum fecerit, qui alioqui catalecticus erit trochaicus. Sequens haud dubius est iambicus tetr. acatal. & Protinam legendum prima longa, quemadmodum est in Protinus, pro quo dictum videtur, 14. est dimeter trochaicus catal. vt is apud Flaccum: GLAR.

Non ebur neque aureum.

Duo deinde sequentes iambici tetram. catalect. 17. catalect. 18. monometer troch. hypercatalecticus ab Doctor. iudicatus est, quanquam fragmētum ex anapæsto ac dactylo videri queat, sed satius est in rationem carminis veniat, vt ille digessit. Satis pro imperio quisquis es. A N. Geta. Qui deinde sequuntur quatuordecim numero, trochaici sunt tetrametri catalectici, quanquam vnus aut alter iambicus acat. videri queat, vt primus adeo nisi s, elidas in Satis. Ita tertius, nisi Meum monosyllabum feceris. Ita in quarto Huius. In quinto huic. In sexto Meæ. In septimo Mihi. In octauo Magis, variare carmen possunt. In 10. Te post verbum Senserit legendum. In 13. s, in Magis eliditur, nisi creticus sit loco tertio. 15. & 16. iambici sunt tetram. acatal. Deinde rursus quatuor sunt trochaici tetr. catal. quorum secundus ita legendus, Ne iratus suis te sæuis dictis protelet. A N. scio. [Non possum adesse. G. ah quid agis?) Qui nunc sequuntur ad scenæ finem, iambici sunt senarij. Quanquam primus hypercatalecticus ab Doct. iudicatus est quod tamen opus non est, si d, in Quid elidatur, & creticus tertio sit loco. quanquam & s, in Agis elidi potest. In quarto à fine i, in Memini non eliditur. & Potes, & Potest varie legitur.

ACTVS II. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Filium Antiphonem, se absente vxorem duxisse admodum ægre fert Demipho, à Phædria ille, & Geta seruo defenditur. Ad postremum Demipho conuenire Phormionem constituit, vt iniuriam cum eo expostulet qui ducendæ puellæ auctor fuerit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic accusatio est, & contradictio per remotiuam qualitatem in controuersia, vbi vitæ exemplum ostenditur, quo facile perspicitur, nullam esse tam iustam, & grauem patris iracundiam, quæ non cum defensoris fiducia, & interuallo temporis euanescat. In primis itaque Demipho stomachatur de filij nuptijs, hæsitans quid nam rerum agat. Tum factum Antiphonis Phædria apud patrem facetissime defendit. Huic Geta quoque adstipulatur, & idem expiando factum seni insultat, irridetq;. Postremo Phormionem Demipho, vt iniuriam secum expostulet, conuenire decernit.

Iambici partim Octonarij, partim Senarij.

DEMIPHO senex, GETA, PHAEDRIA.

TA ne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo?
Nec meum imperium: age, * mitto imperium: non simultatem meam *omitte
Reuereri? saltem non pudere? ò facinus audax, ò Geta
Monitor. G. vix tandem. D. quid mihi dicent? aut quam caussam reperient?

Dime

Demiror. G. atqui * repperi iam: aliud cura. D. an ne hoc dicent mihi?
Intuitus feci: lex coëgit. audio, & fateor: G. placet.
D. Verum scientem, tacitum causſam tradere aduersarijs,
Etiam ne id lex coëgit? P. illud durum. G. ego expediam: sine.
D. Incertum est, quid agam, quia præter spem, atque incredibile hoc mihi accidit.
Ita sum irritatus, animum vt nequam ad cogitandum instituere.
Quamobrem omnes, cum secundæ res sunt maxume, tum maxume
Meditari secum oportet, quo pacto aduorsam ærumnam ferant:
Pericla, damna, exilia peregre rediens semper cogitet,
Aut fili peccatum, aut vxoris mortem, aut morbũ filiæ:
Communia esse hæc, fieri posse: vt nequid animo sit nouum:
Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro.
G. O Phædria, incredibile est, quanto herum ante eo sapientia.
Meditata mihi sunt omnia mea incommoda: herus si redierit,
Molendum vsque in pistrino: vapulandum: habendæ compedes:
Opus ruri faciundum: horum nil quidquam accidet animo nouum.
Quidquid præter spem eueniet, omne id deputabo esse in lucro.
Sed quid hominem cessas adire, & blande in principio alloqui?
D. Mei fratris video filium ire mihi obuiam.
P. Mi patrue salue. D. salue: sed vbi est Antipho?
P. Saluom aduenire. D. credo: hoc responde mihi:
P. Valet: hic est: sed satin' omnia ex sententia?
D. Vellem quidem. P. quid istuc? D. rogitas Phædria?
Bonas me absente hic confeciſtis nuptias.
P. Eho, an id succenses nunc illi? G. artificem probũ.
D. Ego ne illi non succenseam? ipsum gestio
Dari mihi in conspectum, nunc sua culpa vt sciat
Lenem patrem illum factum me esse acerrimum.
P. Atqui nil fecit patrue, quod succenseas.
D. Ecce autem similia omnia: omnes congruunt:
Vnum cognoris, omnes noris. P. haud ita est.
D. Hic in noxa est, ille ad defendendam causam adest.
Cum ille est, hic præsto est: tradunt operas mutuas.
G. Probe eorum facta imprudens depinxit senex:
D. Nam ni hęc ita essent, cum illo haud stares Phædria.
P. Si est patrue, culpam vt Antipho in se admiserit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans:
Non causſam dico, quin, quod meritus * est, ferat.
Sed si quis forte malitia fretus sua,
Insidias nostræ fecit adolescentiæ,
An vicit: nostra ne ea culpa est, an iudicum,
Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter misericordiam addunt pauperi?
G. Ni nosſem causſam, crederem vera hunc loqui.
D. An quisquam iudex est, qui possit noscere
Tua iusta, vbi tute verbum non respondeas,
Ita vt ille fecit? P. functus adolescentuli est
Officium liberalis: postquam ad iudices
Ventum est, non potuit cogitata proloqui:
Ita eum tum timidum * obstupefecit pudor.
G. Laudo hunc: sed cesso adire quamprimum senem?
Here salue: saluom te aduenisse gaudeo. D. oh,
Bone custos salue, columen vero familiæ,
Cui commendaui filium hinc abiens meum.
G. Iam dudum te omnes nos accusare audio,
Immerito, & horum me omnium immeritissimo:
Nam quid me in hac re facere voluisti tibi?
Seruom hominem causſam orare leges non sinunt:
Neque testimonij dictio es. D. mitto omnia: adde
Istuc: imprudens timuit adolescens: sino:
Tu seruus: verum si cognata est maxume,
Non fuit necesse habere; sed, id quod lex iubet,
Dotem daretis; quæreret alium virum.
Qua ratione inopem potius ducebat domum?
G. Non ratio, verum argentum deerat. D. sumeret
Alicunde. G. alicunde? nihil est dictu facilius.
D. Posteemo, si nullo alio pacto, vel fœnore.
G. Hui, dixti pulchre, si quisquam crederet
Te viuo. D. non, non sic futurum est, non potest.
Ego ne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem?
Nil suaue meritum est. hominem commonstrarier
Mihi istum volo, aut, vbi habitet, demonstrarier.
G. Nempe Phormionem. D. istum patronum mulieres,
G. Iam faxo hic aderit. D. Antipho vbi nunc est?
P. foris.
D. Abi Phędria, eum require, atque adduce huc. P. eo
Recta via equidem illuc. G. nempe ad Pamphilam.
D. at ego
Deos penates hinc salutatum domum
Diuortor: inde ibo ad forum, atque aliquot mihi
Amicos aduocabo, ad hanc rem qui asſient,
Vt ne imparatus sim cum aduenict Phormio.

* repe-riam

* obstu pefece-rat

* sit

mitto

TA ne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo?) In hac scena accusatio est contradictio per remotiuam qualitatem. ergo controuersia. [Ita ne tandem vxorem duxit Antipho?) Hic exemplum vitæ est, in quo spectatur nullam esse tam iustam, & grauem iracundiam patris, quę non & fiducia defensoris, & interuallo temporis euanescat. Ita ne tandem vxorem duxit Antipho iniussu meo? Non potuit vehementius incipere, quàm vt ipse crimen, q̃ abijcit, miraretur. [Ita ne tandem vxorem duxit) Tandem hic expletiua cõiunctio, vt Cic. Quousque tandem abutere Catilina patientia nostra. [Ita ne tãdem) Hic totus versus in hoc est, an factum sit, quid factum sit, à quo factum sit, in cuius iniuriam factum sit. [Nec meum imperium) Rara ἀποσιώπησις. Nam non sequitur Sed intulit enim Age. Subauditur autem reuereri. Sic Lucretius, Nonne videre * Age, mitto imperium, non simultatem meam reuereri. Vt Virg. Cuius ob auspicium infaustum, moresque sinistros. [Age, mitto) Legitur &, taceo. [Simultatem) Iurgium, cõtentionem. [Non pudere?) Hoc absolutum est, & nulli adnexũ. [Non pudere?) Hic Nigidius adnotauit, neminẽ videri pudere ante delictũ. [Vix eandem) Conuenit hoc dictum ei, qui iam pridem se male audire putat, & ideo sero videtur ad hunc senex peruenisse, cum ille metuens, se primum ad accusationem crederet. An, Vix tandem, ad hoc pertinet, q̃ a ille Monitor dixit, q. d. Vix tandem factum est, vt me senex laudare cœpisset, quia Monitor, quamuis in contrarium dixerit, tamen est nomen laudis. [Vix tãdem) ἐφαντασία, q.d. Pene mei oblitus est. An quia tarde ad ipsum peruenit senex, quem ille ob conscientiam à se ceptum esse credebat. [Quid mihi dicent? aut quam causſam reperient?) Quid

DON.

dicent? si negare voluerint.quam causam reperient? si purgare. Omne enim crimen à defensore,aut negatur,aut purgatur.[De miror)Pro nescio.nam admirationem ignorantia facit. Atqui reperi iam,aliud cura. [Eo animo hoc dicit,quo supra dixit Vix tandem) Et cum ille pluraliter Reperient dixerit, hic singulari ter Reperi respondit,quasi in se solo sit crimen.[Inuitus feci,lex coëgit) Bene poëta iam scire facit senem quid isti dicturi sint,vt videatur frangi posse q̃ iam partem defensionis admittit. [Illud durum) Illud durum dicit,q̃ supra dixit,Atqui reperi iam. Causam tradere aduersarijs,illud durum. [Ego expediam fine) Vide præparationem futurę defensionis,quam nisi hoc modo Terentius intulisset,incredibile videretur subito sedatum senem. [Incertum est quid agam) Nonnihil iam fracta indignatio est. Nã in his verbis,non iam ira,sed admodum mœror est.[Quia præter spem,atque incredibile hoc) Virg. Hunc ego si potui tantũ sperare dolorem: Et perferre soror potero. [Atque incredibile hoc mihi obtigit)Grauius est incredibile,q̃ præter spem,& ideo posterius,& in actu est.[Obtigit)Pro accidit,cuius reciprocum est,si quis bonum accidisse dicat,non obtigisse. [Ita sum irritatus)Irritatus,prouocatus,in iram impulsus,hoc est commotus & perturbatus. [Animum vt nequeam ad cogitãdum instituere) Bene instituere dixit,quo verbo quies ostenditur cogitatiuę mẽtis,quæ nunc non adest. [Cum secundæ res sunt maximæ,tum maxime) Vt,Nudus ara seno nudus, hyems ignaua colore. Et bona sententia tum maxime sapienti metuẽdum, quo tempore maxime securus est stultus. [Meditari secum oportet)Bene addi tum secum.insani enim videbitur,hoc palam agere.[Aduersum ærumnam ferant) Abundat aduersum. Pericla, damna,exilia. peregre rediens semper cogitet,aut filij peccatũ,aut vxoris mortem)Superiora ἀσύνθετα. inferiora intermixtis cõiunctionibus, Sal. Nam quidem Pyrrho,Annibali,æquor, & terra. [Peregre rediens semper cogitet)Mire à genere ad speciem nõ semel trãsit. Nam cum dicit,peregre rediens,iam de se loquitur,sed latẽter.[Semper cogitet)A singulari ad pluralem transit.supra dixit omnes,at nunc cogitet.Et est ordo,Semper peregre rediens,q̃cunque peregre redit.[Aut filij peccatum,aut vxoris mortẽ,aut morbum filiæ) Quamuis iratus filio,non potuit tamen dicere, filij mortem. Conuenit autem seni vxoris mortem non putare magnum incõmodum. [Aut filij peccatum, aut vxoris mortẽ, aut morbum filiæ) Variæ post enumerationem conclusam hæc etiam intulit.Virgilius,Sed neque Medorum siluæ,ditissima terra,Nec pulcher Ganges, atq; auro turbidus Hermus Laudibus Italiæ certant,non Bactra,nec Indi,Totaq́. thuriferis Panchaia pinguis arenis.[Cõmunia esse hęc fieri posse)Ordo est,Semper cogitet cõia esse,& fieri posse peccatum filij,vxoris mortem, filiæ morbum. [Cõia esse) Cõmune est quod accidere omnibus potest. [Quidquid præter spem eueniat, omne id deputare esse in lucro) vide iam senem fractum non culpam filij magnam ducere, sed ideo indignari, quod non crediderit peccatum, in quo ipse se repræhendit,& quod à peccatoribus dici solebat,h.d.cõmunia esse,& fieri posse.[Herum anteo sapientia)Legitur,& anteeo,sed pro coniunctiuo pronunciandum,anteo pro anteeam. [Meditata sunt mihi omnia mea incõmoda) Nimis comice nõ clades,aut ærumnas posuit seruus,sed incõmoda,molere in pristino, vapulare, hŕe compedes, & cetera, cum hoc nomen leue quiddam significet. vt ipse in Eunucho, Imò enim infeliciter, nam incõmoda alia sunt dicenda Parmeno.[Herus si redierit)si aut pro Cum, aut seruiliter, vt dubitet ex voto suo vtrum dñas redeat,an non,quod cupit. [Molendum esse in pristino) Facete enumerat seruus vniuersa supplicia suæ cõditionis, excepta cruce,& furca,quarum pœnam verbis extenuare non potuit. [Habendæ compedes) Vitiosam locutionem seruili personæ dedit Terent. nam integra esset,si diceret, hñdas compedes vnde quidam non esse,sed vsque legunt. [Opus ruri faciundum) Varie, molendum, vapulandum compedes hñdæ, opus ruri faciendũ, & supra,verba gerundia sunt,infra,participia.[Horum nihil qd quam animo nouum)Rectè addidit animo. omne.n.quidquid acciderit,nonum erit,sed non animo. [Horum nihil quidquã) πρείλιον quartum.[Horum nihil quidquam accidet animo nouum) Tale est illud sapientis Aeneæ,nõ vlla laborum,O virgo noua mi facies,inopina ue surgit.&,Arma parate animis,& spe præsumite bellum. Et, Hunc ego si potui tm̃ sperare dolorem, Et perferre soror potero. [Quidquid præter spem eueniet,id deputabo esse in lucro) Totidem verbis est vsus,quot senex,ad irrisionem eius.Sic,& in Adelphis,Inspicere tanquam in speculum in patinas Demea iubeo.[Omne id deputabo esse in lucro)hoc idẽ senex oportere fieri dixit,quod hic facit.ergo sapientior Geta.[Sed quid cessas hominem adire?)Bene adire,quasi terribilẽ, & pugnatuꝝ. vt Virg.Audet adire virum.Et hominem comice addidit. [Et blande in principio alloqui) Rectè monuit,nõ peruõ blande,sed in principio agendum, secundum præceptum Socratis,qui ait, * [Phædriam mei fratris)Hæc verba ostendunt quàm mitti pectore susciptiatur Phædria. [Mi patrue salue)Mi vim blandimenti habet,nam significat,meus. [Salue, sed vbi est Antipho?)Bene expressit promptum animum ad litigandum,partim addita salute, & potius ad iurgium præuertendo.[Saluom venire) ἀφαίρεσις, vel ἀποσιώπησις secunda.Gaudeo.n. subauditur,quod nisi acceperis, non intelliges cur hic responderit,credo. [Saluum venire) Iracundiam frangere conatur obsequio,& mora.[Saluum venire)Altera salutatio,& ad leniendũ, & ad criminis dissimulationem,sed & tertio addit,Satin' omnia ex sententia? [Valet) Hic oratio dissimulat atque ita respondet, quasi senex non iratus quærat,sed de salute solicitus sit Antiphonis. [Credo,hoc respondemihi)Hoc,in certa distinctione pronunciatur. [Sed satin' omnia ex sententia?) Quod vulgo,Omnia rectè? Et deest,quæris,aut quid tale.[Vellem quidem)Semper hoc verbum dolentis est, ac negantis euenire quod voti sit. [Quid istuc est?) Magnam vim habet contra iram huiusmodi interrogatio.[Bonas me absente) Mire consuetudinem expressit dicendo.Bonas.[Me absente hic confecistis nuptias) Crimen in duobus esse demonstrat,quod non bonas,& quod absente patre.[Eho,an id succensesnunc illi?) Huc tendebat interrogatio, vt tam integris rebus admiraretur irasci senem. [O artifice probum) εἰρωνεία, nam non est artifex,cuius deprehenditur iocus. [Gestio)Plus gestio,quam volo.[Dari mihi in conspectum)nõ dixit venire,vt filium,sed dari,vt reum.[Lenem patrem illum) ὸ artificium poëtę in media patris sæuitia mentionem lenitatis induxit. vt ostendat quam facile placari possit.[Lenem partim illum,factum me esse acerrimum) Nota ἀντίθετον. non.n. leni asperrimum,sed acerrimum reddidit. & mutauit gradum,positiuo superlatiuum opponens.[Lenem patrem illum,factum) Sic Virg.- quantum mutatus ab illo Hectore.[Atque nihil fecit patrue)Summa contradictionis.& non dixit,leniter peccauit,sed, nihil fecit,neq; quod punias,sed,quod succenseas,id quod leuissimum est.[Ecce aũt similia omnia)Ecce aũt, vox est apta his,q̃ noua,& improuisa animo accidunt. Sic Virg. Ecce aũt gemini à Tenedo tranquilla per alta. [Similia omnia,oẽs congruunt) More stomachantis,omnia, & omnes, de his dicit quæ ad duos pertinent. [Vnum cognoris omnes noris) Iterum non duos, sed oẽs.& varie,cognoris noris.[Vnum cognoris,oẽs noris)sic Virg. Accipe nunc Danaum insidias, & crimine ab vno Disce oẽs.[Hic in noxia est,ille ad defendendam causam adest) Hoc Demipho non sine quadam delectatione dixit,quam tñ premit ob iram præsentem.[Cum ille est,hic præsto est) Huic loco reddidit Cic. illum locum in Verrinis, Qui ciues Romani erant,si Siculi essent, tum si eorum legibus dari oporteret, qui Siculi, si ciues Romani essent. Nam subauditur ad Qui ciues Romani erant. Iudices dabantur.ad,Si Siculi essent,subauditur Rei.[Cũ illa est) ζεῦγμα secundum. nam,& hic subaudiendum est,in noxia.[Hic pśto est)Ad defendendam causam,subaudiatur.[Probe eorum facta imprudens) Ideo imprudens,q̃ nescit in amore citharistriæ esse Phędriam.[Imprudens)Modo insciens.[Nam nisi hęc ita essent,cum illo haud starespheędria)Vide quemadmodũ iam præstruat poëta ad ea quæ futura sunt,ad adiuuandum amorem Phædriæ.[Cum illo haud stares Phædria)Cum Antiphone .s. Et cum illo ἀντὶ τοῦ pro illo. [In eius parte stamus,pro quo fecimus)Sic Virg.Iuppiter hic stat. [Si est patrue culpam vt Antipho in se admiserit)Principium per insinuationem subtilem.Et honesta locutio,Si est vt admiserit,pro,si admisit.[Si est patrue, culpam vt Antipho) Oratorium principium. [In se admiserit) bono ornatu addidit, in se cum, & sine hoc plenũ videri possit. Et hic est,quem Cic.succum orationis appellat. [Ex qua re minus,rei foret,aut famæ)Nota.hic cõparatiua qualitas est,pauperis * neque strenui. Et docuit in negocio nuptiarum duabus rebus consuli,rei, & famæ,hoc est facultatibus dotis,honestatiq. natalium.[Ex qua re minus foret) Hæc tractatio est criminis oratoria,in qua defensor accusat crimen,reumq. purgat. [Ex qua re) Haud venuste infertum Re,cum præposuisset Culpam.[Minus rei foret)qa pauperem.[Famæ) Quia ignobilem. [Temperens)Consulens,prouidens moderatur.vt,Iam sibi tum curuis male tẽperat vnda carinis.[Non causam dico,q̃n quod meritus est, ferat) Rhetoricum στοχάσμα in huiusmodi exceptionibus,qui vti solet qui propositæ causæ fiduciam gerit. Si hoc, aut illud,non oro veniam,non deprecor pœnam. [Quin quod

meritus

maritus sit)Hunc defensorem magis,& non iudicem dicam.sed hic colligitur patrocinantis auctoritas,non.n.dixit,quod voluerit,sed quod meritus sit,manente eo,si peccauerit tamen. [Sed si quis forte malitia fretus sua) Forte,quasi non defensurus,sed simul causam cogniturus adueneris.nec contendit verum esse qđ dicit,ne solicitum faciat ad credendum. Sic apud Virg. Sinon, Dum vela darent,si forte dedissent.[Insidias nostræ fecit adolescentiæ)Bene se adiungit ad crimen,vt eleuet culpam. [Insidias nostræ fecit adolescentiæ) Mire insidias dixit,vt diu comparata causa,per ignorantiam dolosq. capti videantur.[Adolescentię) Opportuna ætatis commemoratio πρὸς τὴν συγγνωμήν.[Nostra ne ea culpa est. an iudicium &c.) Potentior facta sententia est πίστει. Et oratorie,Nostra ne culpa,an iudicum? duplex μετάθεσις. altera in accusatorem, altera in iudices. Et bene suam miscuit personam,vt reum subleuet & suo meritu,& multitudine reoꝝ. [Nostra ne culpa,an iudicum?) Mire assurrexit in fiduciam defensoris.nam cum supra de Antiphone dixerit,nunc intulit nostra. [Qui sæpe propter inuidiam adimunt diuiti) Notum alteri * qui inuident. [Aut propter misericordiam addunt pauperi?) Posteriorem causam honestiorem posuit,ne nō Antiphonem defendere,sed accusare iudices videretur.[Aut pp misericordiam) Primum ἀνθύστον. Et oratorie naturam iudicu τῷ διορισμῷ expediuit. [Ni nossem causam, crederem vera hunc loqui) Suauissime laudauit oratorem,qui omnia ad persuadendum idonea aduocans, solum consciũ non adduxit ad credendum.[Ni nossem caussam,crederem vera hunc loqui) Oblique poëta se laudauit.[An quisquam tu.est,qui possit &c.) Apparet iam persuasum seui esse,verum aduersarium fuisse Phormionē, non subiectum atque appositum sycophantam. vnde ad aliud transit, vt accuset segnitiem in respondendo, quæ leuior culpa est. Ita, vt credentibus mos est, paulatim semi singula extorquentur è manibus.[Tua iusta)Diserte magis,&absolute,tua iusta,quàm si aliter diceret. [Vbi tute verbum) Non dixit,parum dicas,sed verbum.[Ita vt ille fecit?) Vnde scit?an illa poëtæ virtus est,quòd omnia ante inducit cognouisse, ne in scena hæc vt noua audiens,tragicis moribus insaniret? [Functus adolescentuli est officium)Oratorie crimen quod obiectum est,non purgauit modo.sed etiam ad laudem conuertit. quod Rhetores πεῖσιν dicunt.Et hoc de Apollodoro.[Functus adolescentuli est officium liberalis)Deriuatio causæ.& est venialis status. [Functus adolescentuli est officium liberalis)Ingeniose non negauit hoc crimen,occasionem laudis de confessione sumpturus.[Officium liberalis)Potenter officium nominat,quod ille crimen appellat. Et nota,functus officium,accusatiuo casu,quod nos ablatiuo.[Postquam ad iudices ventum est,non potuit cogitata proloqui)Hæc apud oratores μετάθεσις αἰτίας dicitur,hoc est translatio causæ facti,quem vulgo colorem nominant. [Nō potuit cogitata proloqui) Ergo qꝝ cogitauit,industriæ est, quod nihil dixit,pudoris. [Ita eum tum timidum) Timidum, pertubatum. Plautus,Nam vt ex mari timida es.Et ipse in Adelph.Me miseram, quidnam est quod sic video timidum,& properātem Getā? [Laudo hunc,sed cessō adire?) Satis defensionis,vbi Geta iā adire non timeat dominum. [Here salue,saluum te adueniſſe gaudeo)Principio à beneuolētia. Et vide vernalitatem aptissimam seruo callido. credas ne hunc esse,qui supra dixerit,Herus si redierit,molendum esse in pistrino,vapulandum, &c. [Oh bone custos salue)Ab initio idem motus seruatus est seni. nam idem, hoc est quod supra dixit,O Geta monitor.quanquam per σώζειν plus significat quod dicit bone custos,quam quod,supra monitor.[Columen vero familię)Columen,columen.an columē. columna? vnde columellæ apud veteres dicti, serui maiores domus. Lucil. xxij. Seruus neque infidus domino,neque inutilis cuiquam,Lucilij columella,hic situs est Tubero, Hinc in mille simum annum eorum columine ciuitas continebitur. Horat. contra pro columine columnam,Iniurioso ne pede proruas stā tem columna.Ennius x.Regem * versatum summam vero columnam.[Columē vero familiæ)Sustentatio vel decus. vnde columnæ dictæ.& moralis σώζησις ἀπὸ ἐρωνείας. [Cui commendaui filium hinc abiens meum)Duplex accusatio est de eo quod fecerit. Hæc conueniunt in eas personas quas spectare nō oportuerit. [Iam dudum te omnes nos accusare audio immerito)Vide quàm in his verbis etiam vultus quidam serui contumacis appareat,& versute mali. Et hoc est qđ dixerat,Ego in insidijs hic ero succenturiatus. [Immerito,& me omnium haꝝ immeritissimo) Tantum imprudentiæ supereſt,vt non solum se, sed alios etiam defendat. Horum omnium immeritissimo * horum,& sic nos hanc,& hunc dicimus. [Nam qđ me in hac re facere voluisti) Bona exceptione locutus est, quasi in alijs oīa fecerit.[Immeritissimo)vt patruo,falso,de aduerbijs est in o de sinentibus. [In hac re voluisti tibi) Quam contemnat iram domini,vt hoc ipso purgatior videatur, ex hoc apparet quòd addidit Tibi. Sic.n.dicere solemus, Quid tibi vis faciam? cum alieno negocio frustra nos ostendimus laborare. [Seruom hominē causam orare leges non sinunt) Hoc enim quasi ignoranti dicit,sed stomachose admonet,velut stultum,qui rem manifestam non cogitet.[Seruum hominē causam orare leges non sinunt) Vetuste hominem.Saluſt.in Iugurtha,cum interim Hiempsal re periretur occultans se in tugurio mulieris ancillæ.[Seruum hominem causam orare leges non sinunt)Mire extenuauit conditionem suam,dicendo,nō me,sed seruum.Et addendo hominē, moraliter locutus est. Sic Virg. Venerat antiquis Corithide finibus Acron,Graius homo.[Causam orare) Non improprie.sic Virg.Orabunt causas melius. [Neque testimonij dictio est)Vis scire,inquit,quàm non liceat seruo pro domino dicere? nec testis loco produci potest.[Neque testimonij dictio est)Varie,non enim dixit,neque testimonium dicere. [Mitto omnia) &iam hoc perdidit senex,quod videbatur validum ad accusationem.Ita gradatim illi singula subducuntur,& accusationis impetus euanescit. [Adde istuc,imprudens timuit, adolescens) Hæc omnia verba causalem ad argumentandum vim habent.Mitto, sino,vim habent contra voluntatem concedentis. [Imprudens timuit adolescens sino)σχῆμα διανοίας συγχώρησις. [Et singula pronuncianda,vt plura videantur. [Tu seruus verum si cognata est maxume)Sub obtentu huius propositionis,in qua pars legis ostendit, iam poëta præparat locum fallaciæ Phormionis de dote accipienda.[Verum si cognata est maxume)τῷ διστισμῷ addidit maxime nam siue est cognata,siue nō est, non recepit τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον.hoc est, non dī maxime cognata, & cognata minime,sed aut est,aut non est. Alij sic ordinant, Non fuit necesse maxime habere. alij,sed id quod lex iubet,maxime dotem daretis. [Sed,id quod lex iubet,dotem daretis) Id quod lex iubet, ordo,sic Virg.Verum id,quod multo tute ipse fatebere maius. [Quæreret alium virum) Quærereť,q̄ idoneum est ad significationem odiorum.Virg.Quęrat sibi fœdera Turnus.[Quaratione inopem,potius ducebat domum?) Magno sonitu intulit qđ minus momenti habet aduersus eos q accusantur, quam illa superiora.[In opem,potius ducebat domum?) Non inopem potius,sed potius ducebat subdistinguendum est.[Non ratio,vel argentum deerat) Hoc ita ludibundus absoluit Geta, vt etiam quasi per iocum respondeat. [Alicunde. nihil est dictu facilius) hoc quasi subridens,& auerso ab illo vultu pronunciauit Geta. quòd genus actionis,securitatem ostendit hominis manifesta dicentis. [Alicunde) Demipho alicunde ad facilitatem retulit,hic sic intelligere se fingit,vt quasi non hīs ipse Demipho de proximo à quo dicere incipiat,dixerit alicunde.[Nihil est dictu facilius) Mire,vt solet, prouerbio vno dissoluit totam senis intentionem.vt in Heaut.Quid si hoc pater resciuerit? Quid si redeo ad illos q̄ aiunt,Quid si nunc cœlum ruat? [Postremo,si nullo alio pacto,vel fœnore)Ostēdit se senex hæc perdere,cum ab his ad alia transcendit exclusus.[Dixti pulchre,si qđem qſquam crederet.Vide quàm non laboret respondendum Geta,si qđem illi per εἰρωνείαν respondit. [Crederet) Pecuniam committeret. [Non,non sic futurum est,non potest)Hic iam palmæ locus est debitæ poëta. si qđem,& omnia obiecerit Demipho,& omnia soluerit Geta, quibus actis sola irrationabilis exclamatio relinquetur seni. [Non,non sic futurum est,non potest) Moralis,ab negatio frequenti repetitione firmata. [Ego ne illam cum illo vt patiar nuptam vnum diem?)Hic est de quo supradictum est, Ille ne indotatam virginem, atque ignobilem daret illi? nunq̄ facere.[Egone illam cum illo vt patiar nuptam?) Hic iam præstruitur quam facile triginta minas perditurus sit Demipho, dū illam vult excludere.[Nihil suaue meritum est)Ordo,& sensus hic est, Nihil mihi mercedis suaue est,vt ego illam cum alio nuptam feram. Suaue meritum enim, suauem mercedem significat.[Hominem commoſtrarer) Bono ordine peruenit,ad Phormionem,à quo magis confutabitur.[Aut vbi habitet demōstrarier) Mire ostendit quàm hic senex contemnat Phormionem modo,à quo mox superabitur.[Illum patronum mulieris)Hic & contemptum aduersarij, & sui fiduciam monstrat. [Antipho vbi nunc est?) Mitius nunc quærit vbi sit Antipho,& vtrū amatæ adhæreat,subtiliter quærit. quòd seruus intelligens, respondit foris.[Iam hic aderit)Virg.Haud sibi cum Danais rem faxo, & pube Pelasga.[Foris)Foris dixit,cum fugisse eum sciat. [Abi Phædria,eum require,atq; adduce huc)Opportuna,& apta simplicitas

plicitas attribuitur Demiphoni,nihil tale de Phædria suspicãti. [Eo recta via equidem illuc)Et amatorem ostendit Phędriam, & simul id agit,ne in conspectum patris veniat Antipho.[Nempe ad Pamphilam) Nisi hoc Geta dixisset,non intelligerent spectatores quid dixisset Phædria. [At ego deos penates hinc salutatum demum deuortar) Nulla mentio fit vxoris apud Demiphonem.non enim conuenit argumento vt habeat neque quid in Cicilia gesserit,demonstratur ideo, quia iam dictum est,Nster in Ciciliam ad hospitem antiquum, causa enim quæsita est cur abesset,dum vxorem ducat Antipho,& causa ex argento .i. auaritia,quo minus videatur pati nurum paupere,qui ob spem lucri ab Attica in Ciciliam nauigarit.[Hinc salutatum) Ab hoc loco. [Salutatum) Adoratum prima post reditum prece. [Deuortar) Bene deuortar,quasi de via. [Atque aliquot mihi amicos aduocabo) Iam præparat ridiculum aduocationem,qua plures adhibendo iurisconsultos incertior reddetur.[Amicos aduocabo) Amicos, & pro testibus, & pro aduocatis veteres posuerunt. [Adsient) Proprie adsient. adesse enim dicuntur aduorti. [Vt ne imparatus) Pro non.

GVIDO.

ITA ne,&c.) In hac scena accusatio est,& contradictio,vbi vitæ exemplum ostenditur,in quo spectatur nullam esse tam iustam,& gratam iracundiam patris,quin,& fiducia defensoris,& interuallo temporis euanescat. D. Ita ne tandem est sup.i.ne ita tandem hæc particula tandem habes quiddam vrgens,& accelerans vt vult Lac.Donatus dicit esse expletiuam particulam. Est ne ita tandem,quod Antipho duxit vxorem iniussum eo .i. sine auctoritate mea,vel ne.i.vtrum tandem Antipho ita duxit vxorem iniussu meo,nec pro &,& pro non, & ò facinus audax .i.temere admissum .s. non reuereri imperium meum,age hortantis est seipsum ad aliud cogitandum omitto imperium.i.dẽpto imperio iterum exclamari potest, ò facinus audax non reuereri.i.non timere, meam simultatem.i.iurgium,& contentionem saltem,non pudere.i.non affici pudore,quo reuocaretur à tali proposito. Vel sic intellige, ita ne tandem Antipho duxit vxorem iniussu meo, nec curauit supp. reuereri meum imperium.i.habere eam reuerentiam mihi,vt meum imperium expectaret,age omitto Imperiem,non curauit reuereri,quasi pro timere meam simultatem,non curauit pudere.i.pudore deterreri ab incepto ita vt pudere sit à personali, non ab impersonali, vt satis liquet. ò facinus audax,ò Geta monitor.i.pædagogus,director,præceptor eius,q.d.puniendus es acerrime. G. Vix tandem .i. denique post multa verba ad nomen meum peruenit,& penè est oblitus nominis mei. D. Nondum Demipho videt eos,sed solus loquitur,demiror .i. nescio, nam admirationem ignorantia facit,nescio quid dicẽt mihi.s.Geta, & filius,aut quã caussam.i.quam defensionem reperient.i.excogitabunt. G. Atqui .i. sed certe iam repperi caussam.s.curam aliud.i.noli de eo esse solicitus,sed ad rem aliam tuam confer curam tua. D. An ne pro vtrum dicent mihi hoc .s. feci .i. duxi vxorem,inuitus .i. nolens, lex cogit vt eam ducerem, audio .i. intelligo, & fateor legem coëgisse Get. tacituruum non repugnantem tradere caussam.i.offerre victoriam in causa aduersarijs.i.contrarijs in illa causa,seu controuersia. P. illud quod replicuit senex est durum.i.difficilem,solutum. G. Sine.i.permitte mihi,ego expediã.i.ego exoluam illum nodũ,ne timeas, nam illi obiectioni satisfaciam. D. incertum est mihi.i.nescio quid agam,quia hoc infortunium,quòd.s.filius duxit vxorẽ,obtigit.i.accidit mihi tanquam malum, nam de bono dixisset accidit, obtigit mihi ergo præter spem .i. præter expectationem, & timorem. Nam illud non timebam,& obtigit mihi incredibile .i. tale quod nunquam fuissem crediturus.s.filium fuisse vxorẽ ducturum in mea absentia,sum ita.i.adeo irritatus .i. prouocatus,in iram impulsus,cõmotus perturbatus,vt nequeã instituere.i.inducere,disponere animum meum ad cogitandum.i.ad cõsiderandum, & consultandum, quo pacto sit hoc ferendum, & quid de hoc sit faciendum quamobrem .i. quappe oportet omnes homines meditari.i.deuoluere secũ,& quasi exercere in mẽte,quo pacto.i.quo modo,ipsi homines ferant.i.sustineant,portent,patiantur,tolerent ærumnam.i.calamitatem, aduersam .i. molestam,aut vacat aduersam,vt ait Don.aut melius est ærumnæ epitheton,& quo pacto ferant damnum, pericula, & cetera incommoda,maxume.i.præcipue,tum.i.tunc, cum .i. quando, res sunt secundæ.i.prosperæ,bene succedentes, & ex animi sententia, tum aliquis rediens peregre .i. à longinquis regionibus distantibus ac longe remotis,peregre.n.significat longe,semper cogites.i.consideres hæc quæ sequuntur. esse communia,& posse fieri.s.aut peccatum filij, aut mortem vxoris, aut morbũ filiæ,& ea cogites, vt nequid.i.vt non aliquid sit nouum animo tuo.i.impremeditatum,improuisum. deputato.i.valde puta,& destina, iudica, existima,vel reputa,vel si vis expone per futura quemadmodũ est futuri temporis,reputa inquam id omne quid quid.i.quod eueniat,præter spem esse in lucro.i.accidisse ex abũdanti vltra id quod timebas futura. G. ò Phædria incredibile est quantum anteeam.i.antecellam, superem vincam herã meũ sapientia.i.per sapientiam, omnia mea incõmoda.i.infortunia, sunt mihi.i.à me mediata.i.per visa, vbi meditata passiue capitur tanquam veniẽs à verbo communi,qualia sunt multa alia. Si herus meus,redierit,si pro cum redierit herus,sed loquitur se cundum votum suum, velle enim eum non esse rediturum, & ideo dixit, si herus enim iam redierat, sed nondum erat auditus ab eis,est mihi molendum .i. necesse mihi erit molere, vsque.i. assidue,in pistrino.i.quod nostri dicunt,in molendino,nam locus erat in quo circunuagabantur molæ trusatiles, & ita frumenta pinsebantur .i. molebantur est mihi vapulandum .i. me oportet vapulare.i.cædi, ac verberari nam vapulare est cædi siue verberibus affici,cum sit neutrum passiuum,compedes.i.vincula cathenæ colligantes aut pedes, aut crura, siue tibias,aut alia corporis membra. Dicuntur enim compedes (vt ait Non.) non à pedibus,sed ab impedimento. Inde compendio is.i.colligare, & colligando aliquid impedire, inde compeditus, siue impeditus, & præpeditus, compedes,ergo sunt habendæ.i.sum compendius,& colligandus compedibus,opus est mihi faciundum .i.me oportebit operari dure & ægre,ruri aduerbialiter pro in agro,molendum,& vapulãdum,gerundia sunt verba,sed habendæ,& faciundum sunt participia,nihil .i. non quidquam horum prædictorum incommodorum accidet nouum, animo deputabo id omne esse in lucro, quidquid.i.quod eueniet præter spem,sed quid.i.cur,cessas.i.tardas,cunctaris,moraris adire hominem Demiphonem, & bene adire,tanqua terribilem, & pugnaturum, & quid cessas alioqui hominem blande .i. suauiter, lenibus verbis in principio. D. video Phædriam filium fratris mei Chremetis ire.i.venire mihi obuiam,aduerbium est. P. ò mi patrue salue. D. salue,vides quod tam,qui adit, quàm qui aditur dicit salue. Sed vbi est Antipho? P. gaudeo sup.te aduenire saluum. D. credo te gaudere mea salute respondes mihi hoc. P. Antipho valet.i.est incolumis,ipse est hic.i.in hac parte vrbis,vel in hoc vico,quia qui probe est præsens esse videtur, sed satin'.i. quæris sup.ne.i.vtrum, omnia sint sup. satis ex sententia.i.satis ad votum, & satis bene se habeant omnia? D. Equidem vellem omnia esse satis ex sententia, & secundum votum meum. P. Quid istud est propter quod tristis es. D. O Phædria rogitas,confeciſtis.i.celebrastis, & exegistis bonis nuptijs,per ironiam me absente.i.in absentia mea. P. Eho,interiectio deprehendentis causam tristitiæ, an tu nunc succenses .i. irascris illi,id.i.propter nuptias. G. O artificem probum, per ironiam, q.d.audio pro bene artificem, seu opificem defendere alterius causam,cum tamen contrarium intelligat. D. Egon' .i.ego ne, non succenseam .i. debeo succensere illi filio? gestio, plus est quàm volo.i.cupio,& quidem cum gestu ostendendo, videlicet gestibus cupiditatem, gestio .i. vehementer cupio, ipsum filium dari, non venire tanquam filium,sed dari tanquam reum mihi in conspectum.i.ante oculos meos, vt sciat sua culpa .i. per suam culpam, illum patrem lenissimum.i.benignissimum prius.s.me esse factum acerrimum.i.asperrimum, & durissimum,& vehementissimum. P. Atqui.i.sed certe ò patrue nihil filius fecit, quod .i. propter qp succenseas .i. irascaris illi. D. At.i.sed ecce,particula ostendens aliquid nouum, & improuisum animo accidere,ecce omnia similia,in nominatiuo.i.adsunt,apparent omnia similia inter Ph.& Antiphonem, omnes de duobus dixit per indignationem, congruunt .i. concordant bene simul,cognoris.i.si cognoueris vnum,noris.i.cognosces, vel cognouisti omnes. P. Haud.i.non est ita vt ais. D. hic .s. Antipho est in noxia, per noxa .i. in culpa, ille .s. Phædria adest. præsidio est, seu paratus est, & præsto ad defendendam causam alterius, cum ille Ant. deest,hic præsto .i. præsens parat eum defendere,ipsi trahunt operas mutuas.i.mutuo se adiuuant,hoc est adiuuant alter alterum. G. Senex Demipho. probe.i.rectè,depinxit.i.descripsit facta iuuenum, imprudens.i.nesciens,seu per imprudentiam,qui.s.nesciet amore Citharistriæ. D. Nam ni.i.nisi,ista essent.i.nisi iuueretis alter alterum,ò Phędria non starem cũ illo Antiphone .i. pro illo,hoc est qp illius defensione,nam in eius parte stamus,pro quo facimus. P. O patrue si est hoc sup.s.vt.i.qp Antipho admiserit,quasi receperit in

se

se committendo culpam, hoc si Ant. admisit culpam, &c. est culpandus, ex qua re. i. ex qua admissione culpæ fores. i. esset minus .i. non satis, temperans .i. consulens, prouidens, moderatus vel (vt alij habent) obtemperans rei. i. vtilitati suæ, quantum ad facultates dotis vel rei. i. rei familiari bonis substantiæ suæ, aut famæ. i. honestati natalium, puta qui accipit, & pauperem, & ignobilem, nam in negocio nuptiarum duabus rebus consuli oportet. s. rei, & famę, hoc est facultatibus dotis honestatique natalių. Si admisit ergo culpam, non ego causam, quin. i. quam non, vel propter quam non ferret .i. sustinuat. patiatur id quòd meritus fit ferre. s. propter suam culpam, sed si forte quis. i. aliquis fretus .i. confisus, sua malitia. i. improbitate, & astutia maligna, fecit in fidias. i. proditiones, & fraudes nostræ adolescentiæ. i. iuuentuti, ac vicit. i. obtinuit in causa, ne. i. vtrum ea culpa .i. illud crimen est nostrum, an est culpa iudicum, qui iudices sæpe adimunt .i. auferunt diui propter inuidiam, inuident enim illi tantas copias, pauperi autem nunquam inuidetur, aut qui iudices addunt pauperi aliquid, de quo est controuersia apud eos propter misericordiam, qua mouentur in pauperem. G. Ni .i. nisi, nossem .i. cognoscerem causam. i. totum negocium, crederem huc Phædriam loqui vera in neutro genere. i. res veras. D. An. i. vtrum, quisquam .i. aliquis, est iudex, qui possit noscere tua, in neutro genere .i. res tuas, seu negocia tua, & ea quæ ad te pertinent esse iusta. i. æqua, vbi. i. quando, tute .i. tumet, non respondeas .i. responsum non des ita. vt. i. sicut, ille filius meus fecit. P. Functus, officium, vetuste pro officio adolescentuli liberalis. i. boni, & verecundi, seu ingenui, ac præ se ferentis bonam naturæ indolem, & ingenuitatem, postquam ventum est. i. peruentum est, impersonaliter dictum, ad iudices ipse non potuit proloqui .i. proferre in lucem cogitat. i. mentis conceptus, ita. i. adeo, pudor .i. verecundia obstupefecit eum, vel intellige quid cesso adire, quasi quid tardo, & dubio adire, quamprimum .i. citissime senem Demiphonem? Deinde in hoc dicto concessit ad senem, & salutauit eum, ò here salue, gaudeo te aduenisse saluum. D. O bone custos per ironiam q. d. ò improbe pædagoge, sed calumen. i. sustentaculum, siue sustentatio, fama, decus familiæ nostræ .s. & hoc per ironiam dictum est, cui .s. tibi ego hic abiens, commendaui. i. tradidi fidei filium meum. G. Audio .i. intelligo, te iam dudum. i. paulo ante accusare nos omnes immerito .i. sine causa, & audio te accusare me immeritissimo omnium .i. qui vnus ex omnibus minime merui accusari. Nam quid voluisti me facere tibi in hac re. i. in hoc negocio, leges non sinunt .i. non patiuntur, hominem seruum orare causam. i. oratione defendere vel agere causam alicuius. i. neque dictio testimonij. i. facultas dicendi testimonium, non est seruo homini. Dictio testimonij est facultas dicendi testimonium, quemadmodum factio testamenti est testamenti faciendi facultas. D. Mitto. i. omitto, missa facio omnia ista quæ dicis, adde istud quod .s. adolescens imprudens. i. per imprudentiam, timuit. i. fuit timidus, nec vllum verbum proloqui potuit, sino. i. omitto etiam, & fateor, quod tu es seruus, & multa facere per leges veritus. Verum .i. sed, si puella ducta in vxorem est cognata. i. de cognatione, non fuit maxime. i. vrgentissime, necesse .i. necessarium, habere eam in vxorem sed daretis .i. dare debebatis dotem ipsi cognatæ, id quod. i. quod, vt sæpe apud Cic. videlicet dare dotem lex iubet, vel daretis id. s. dotem, quod lex iubet dari cognata quæreret alium virum. i. maritum si dedissetis ei dotem, qua ratione. i. propter quam rationem potius ducebat domum aduerbialiter, inopem .i. pauperem puellam. G. Ratio quæ ducebat eam domum, non deerat, sed argentum præ dote deerat. D. Sumeret. i. ex sumere debuisset vel debeat. alicunde. i. ex aliquo loco, ex aliqua ratione. G. Dicis quod sumeret alicundet, nihil est facilius dictu. i. ad dicendum, vel vt dicatur, quàm illud quod dixisti sumeret alicunde. D. Postremo .i. tandem, si nullo alio pacto. i. nullo alio modo poterat haberet, vel sumere, vel .i. saltem. sumeret fœnore .i. per fœnus ac vsuram, vel ex fœnore. G. Hui, interiectio deridentis, dixisti pulchre. i. iucunde. & commode, ac venuste locutus es si quidem. i. si certe, quisquam. i. aliquis, crederet .i. pecuniam committeret, te viuo .i. quandiu viuis. D. Dicis quod non crederet quisquam me viuo, vtcunque res sese habeat, non sic futurum est, vt perpetuo eam habeat vxorem, non potest vel fieri, vel mihi persuaderi, vt si futurum sit, ne. i. vtrum decet sup. vt ego patiar illam puellam nuptam cs se cum illo filio meo, etiam vnum diem, vel vno die, vtrunque enim dici recte potest. Donat. autem sic fungit hoc cum sequente. Nihil est mihi meritum suaue. i. nulla est mihi merces dulcis, & iucunda, vt patiar illam esse nuptam cum illo, etiam vnum diem, posset tamen, & quidem non absurde dici nihil suaue meritum est ab his, qui hoc fecerunt. i. hi qui hoc fecerunt, nihil suaue meruerunt. i. non sunt digni, quibus cum benigne, & suauiter agatur, sed acerbe potius, & aspere. Nam si dicimus recte merui aliquid suaue, quidni recte dicatur, aliquid suaue meritum est à me per passiuum, quod hic puto congrue fieri, q. d. nihil suaue ab huius rei conditionibus meritum est ita, vt indigno illo facto se præbuerint, quibus benignitatis aliquid tribuatur, volo istum hominem, qui fuit patronus puellæ, commostrari mihi .i. ostendi mihi, aut volo demonstrari mihi, vbi habitet. i. more tur, constat, aut frequenter. G. Nempe .i. certe, vis Phormio demonstrari tibi interrogando. D. Volo istum per contemptum dixit patronum .i. defensorem mulieris demonstrari mihi. G. Iam faxo. i. faciam, quod sup. aderit. i. præsens erit hic. D. Vbi est nunc Antipho filius? P. Ipse est foris. i. abest ab hoc loco, & ab hac vicinia. D. O Phæd. abi .i. vade require eum Antiphonem, & adduce pro adduc. P. Equidem eo illuc, non ad Antiphonem, sed ad amicam, sed voluit dicere ne intelligeretur à sene, recta via, sæpe non apponitur via, sed supprimitur elegantер. G. Nempe vadis sup. ad Pamphilam amicam, & h. d. vt spectatores noscant quorsum eat. D. At ego diuertar .i. de via deflectar, hinc .i. ab hoc loco domum, aduerbialiter, salutatum. i. ad salutandum, hoc est adorandum Deos penates. i. Deos peculiares, seu domesticos, & familiares, inde .i. deinde, ibo ad forum causarum. s. non vænale, vt semper fere intelligit Terentius, atque aduocabo. i. adhibebo mihi aliquot amicos .i. aduocatos, amici enim pro testibus, & aduocatis apud veteres ponebantur, qui amici adsint .i. præsidio sint mihi ad hanc rem. i. ad hoc negocium, vt ne. i. vt non sim imparatus. i. improuisus, siue non paratus, cum Phormio parasitus aduenіat, qui harum nuptiarum actor fuit.

ARGVMENTVM) Expostulat Demipho cum Phædria & Geta propter peccatū Antiphonis, & Phædria hunc defendit. [Age, mitto) Correctio. [Vix tandem) Ironia, quia primo se nominandum putauerit. [Places) Totum ironicos in senem. [Quā obrem) Sententia ad amplificationē, ab inopinato. [O Phædria) Irrisio in senem, per similium verborum imitationem. [Bonus me) Propositio criminis per ironiā. [Atqui nihil) Propositio defensionis. [Ecce autem) Senis indignatio. [Si est) Defensio per remotionem criminis, nam culpa in Phormionem confertur. [An quisquam) Aliud crimē omisso priori. [Functus add.) Purgatio à verecundia quæ habet vim necessitati, & ad laudem pertinet. [Bone custos) Ironia columen. i. præsidium. [Iandudum te) Defensio à persona. [Mitto omnia) Vide persuasum esse senē, & sub inde ad alia crimina confugere. [Non ratio) Attende contumaciam Getæ in respondendo, & quàm nihil laboret, nimirum vt purgatior videatur. [Non, non) Exclamatio victi senis, qui omisso Phædria, & Geta ad Phormionem conuertitur. [Nempe) Ironicos hoc & summisse. LATO.

ITA ne tandem) Prudentis hominis consilia qualia esse debeant docet hæc scena. Nam ita quisque, qui in hac vita trāquille viuere cupiat, se gerere debet, vt pericula, turbas, & commotiones quæ obuenire possunt, lōge ante præuideat, & cogitando superet, quàm ea ipsa eueniant. Nam, vt vulgo iactatum est, iacule præuisa minus feriūt. Cic. lib. iij. Tusc. quæst. Præmeditatio futurorum malorum lenit eorum aduentum, quæ venientia lōge ante videris. Itaque apud Euripidem à Theseo dicta laudantur. Licet enim vt, sæpe facimus, in Latinum illa conuertere. PETR. MARS.

Nam qui hæc à docto meminissem viro,
Futuras mecum commentabat miserias.
Aut mortem acerbam, aut exilij mœstam fugam,
Aut semper aliquam molem meditabar mali.
Vt si qua inuecta diritas casu foret,
Ne me imparatum cura laceraret repens.

Quod autem Theseus à docto se audiuisse dicit, id de seipso loquitur Euripides. Fuerat enim auditor Anaxagoræ, quem ferūt nunciata morte filij dixisse: Sciebam me genuisse mortalē. Quæ vox declarat, his esse hæc acerba, à quibus non fuerint cogitata. Ergo id quidem non est dubium, quin omnia quę mala putētur sint improuisa grauiora. Itaque quanquam non hæc vna res efficit maximam ęgritudinem, tamen quoniam multum potest perturbatio animi, & præparatio ad minuendum dolorem, sint semper omnia homini humana meditata. Et nimirum hæc est illa præstans, & diuina sapientia, & perceptas penitus, & per tractatas humanas res habere, nihil admirari cum acciderit, nihil ante quam euenerit non euenire posse arbitrari. Columen familię. i. basis & sustentaculum, vt poeta. In te omnis domus inclinata recūbit.

GLAR. SCENÆ huius versus sunt varij. Primus trochaicus est tetr.cat.nisi quis a,in ita produci putet. Reliqui deinde 20.haud dubij sunt iambici tetr.acat. in quorum primo creticus est loco primo,nisi Meum monosyll.feceris,ac totum elidas,& in 13. Filij dissyllabum,nisi bacchium loco secundo constituamus 18.legendum, Molendum vsque in pistrino,vapulandum, habendæ compedes.quod Ioan.quoque admonuit.In precedenti vero vt s,in Herus,ita in sequenti s,in Opus eliditur.In vltimo huius ordinis verbum Esse neutiquam omittendum est. Repetit enim Geta Heri verba per μίμησιν, vt Syrus in Adelph.Demeæ. Et vetus lib. habet,ac carmen poscit. Sequuntur dein' duo trochaici tetr. catal. haud dubij.

Sed quid cessas hominẽ adire,& blande in principio alloqui?
D. Phædriam mei fratris video filium mihi ire obuiam.

In quorum posteriore vel Mei monosyll. est, vel creticus loco secundo.

P. Mi patrue salue. D. Salue, sed vbi est Antipho?

Qui nunc sequuntur omnes sunt senarij iambici. In quorum sexto,ò aduerbium totum eliditur. In 7.vel Dari in sequentem versum conjciendum, vt Mihi monosyll.totum elidatur,& sua monosyllabum sit,nisi creticum loco quarto constituamus,vel in priore versu Succensea trisyllabum est, ac finis totius eliditur, denique Gestio sit dactylus. sed malim dari ad posteriorem conjcere versum. Lectori liberum esto quod volet sequi 13. vix excusare potero. adeo omnia consentium exemplaria. Et obsepti sunt omnes elabendi modi,nisi forte ita sit legendus versus,

In noxia est,hic ille ad defendendum adest.

Sed nihil definio.In 18.s,eliditur in Minus,& rei monosyll.est. In 23.proceleusmaticus est loco quarto.In 31.hic vero est impudentissimum mendum, quòd equidem miror neque Doct. neque Ioan. annotasse. Doct. vt sæpe iam dixi,non tantum erat tunc ocij,cum hæc ageret,vt hæc atque similia animaduerteret. Et Ioan.libenter transilit,vbi carminum incidit difficultas,quẽadmodum paulo ante,cum recte hoc carmen emendaret, Cum ille est,hic præsto est, tradunt operas mutuas. Quod proxime antecedit,æque vitiosum,ne attigit quidem. Ita hoc quoque loco pentametrum transilit. Sed vt paucis finiam, verbum Geta omissum est ad carminis finem.Phędria enim deficientibus iam argumentis Getam clam vocat, verum quia Geta iam locutus prodit,Personæ nomen præfixum versui sequenti, occasionem dedit tollendi alterius verbi Geta, ad versus prioris finem, atque ita inscitia alicuius minus attenti,atque bis Geta male positum existimantis,mutilum nobis versum fecit. In 37. pronomen Me legendum post Horum, vt constet carminis ratio 40. versus hypermeter est,sed e,eliditur à versu sequente. In 34.vel Fuit monosyl. aut creticus est loco primo. In 48. Nullo alio, choriambus est loco tertio,quod rarissimum est.neque ego alio qui sanare carmen possum. Facile est dicere,eliduntur duæ syllabæ,aut tres in vnum contrahuntur.Sed huius poëtæ,licentia bene audet etiam hoc,vt choriambum, sed rarissime immisceat. Quod enim raro fieri solet,quasi nunquam factum fuisse putatus.In 54.absque dubio creticus est loco primo.In 56.i,corripitur in abi,nisi bacchium loco primo ponamus.In 57. Equidem post Illuc ponendum. Et in versu sequenti At à superiore eliditur versu, & deos monosyllabum.

ACTVS II. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Adducitur Phormio vt factum defendat, qui hic se instruit cum Sene litigaturus.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena, de Parasitis vilioribus Poëtæ exemplum proponit, vt in Eunucho de potioribus assentatoribus. Verum isti præsentes acrius à Terentio lacerantur. Hic Phormio se se aduersus Demiphonem litigaturum instruit, & animat. ADDITIO. *In hac scena etiam præcipue laudatur Ambiuij oscitantis ac temulenti actio, ad expressionem personæ Parasitæ accommodata.*

Trochaici Tetrametri Catalectici vsque ad παρασυναγωγὴν scenæ sequentis.

PHORMIO, GETA.

TA ne patris ais conspectum veritum hinc abijsse? G. admodum,
P. Phanium relictam solam? G. sic. P. & iratum senem?
G. Oppido. P. ad te summa solum Phormio rerum redit:
Tute hoc intristi,tibi omne est exedẽdum:accingere.
G. Obsero te. P. si rogitabit. G. in te spes est. P. æcere.
Quid si reddet? G. tu impulisti. P. sic opinor. G. subueni.
P. Cedo senẽ:iã instructa sunt mihi corde consilia oĩa.
G. Quid ages? P. quid vis? nisi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam,atque in me omnem iram deriuem senis?
G. O vir fortis,atq; amicus:verum hoc sæpe Phormio
Vereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpar denique. P. ah,
Non ita est:factũ est periclum,iam pedum visa est via.
Quot me censes hoĩes iam deuerberasse vsque ad necẽ
Hospites? tum ciues? quo magi' noui, tanto sæpius.
Cedo dum, en vnquam iniuriarum audisti mi scriptam dicam?
G. Qui * istuc? P. quia non rete accipitri tenditur,ne * Quid
que miluio,
Qui male faciunt nobis: illis,qui nil faciunt,tenditur?
Quia enim in illis fructus est, in illis opera luditur.
Alijs aliũde est periculum,vnde aliquid abradi potest:
Mihi sciunt nihil esse.dices,ducent damnatum domũ:
Alere nolunt hominem edacem: sapiunt mea quidem sententia.
Pro maleficio si beneficium summum nolũt reddere.
G. Non pote sati' pro merito ab illo tibi referri gratia.
P. Imò enim nemo sati' pro merito gratiã regi refert.
Te ne asymbolũ venire,vnctum, atque lautũ balneis,
Ociosum ab aĩo: cum ille,& cura,& sumptu absumit,
Dum tibi sit, quod placat: ille ringitur, tu rideas:
Prior bibas,prior decumbas: cena dubia apponitur?
G. Quid istuc verbi est? P. vbi tu dubites,quid sumas potissimum.
Hæc,cum rationem ineas, quàm sint suauia, & quàm cara sint;
Ea qui pbet, non tu hunc habeas plane prĩtem deum?
G. Senex adest.vide qd agas:prima coitio est acerrima:
Si eam sustinueris,post illa iam, vt lubet, ludas licet.

TA ne patris ais cõspectum veritum hinc abijs DON.
se?) In hac scena de Parasitis vilioribus Terent. proponit imaginem vitæ, vt in Eunucho de potioribus, & his qui nuper processerint.i.de assentatoribus.Animaduertendum autem huiusmodi genus hominum magis à Terentio lacerari. [Ita ne patris ais conspectum veritum hinc abijsse?)Adhuc narratur fabula de Terentio,& Ambiuio ebrio qui acturus hanc fabulã, oscitans temulenter,atque aurem minimo inscalpens digitulo, hoc Terentio pronunciauit versus.quibus auditis exclamauerit poëta se talem cum scriberet,cogitasse Parasitum, & ex indignatione,quòd eum saturum potumque deprehenderat, delinitus statim sit. [Ita ne patris ais) Hæc & labia lingens,vt ebrius, & ructans vtpote satur, pronunciauit actor bonus. [Admodum) Admodum annuendi vim habet duntaxat modo,& subauditur veritum.[Phanium relictam solam)Subauditur,ais. [Oppido) Non aio,sed iratum intellige.[Iratum senem) Iratum Ais subauditur.

auditur. [Ad te summa solum Phormio rerũ redit) Ideo velut expergefactus ad has causas accedit Phormio, quia non diu soli citum conuenit esse Parasitum, nec quidquam aliud, nisi de conuiuio, vel propter conuiuium cogitare, adeo nisi à Geta cogatur, modo etiam negociorum Antiphonis negligens est, atque secutus. [Tute hoc intristi, tibi oẽ est exedendum) παροιμία apta Parasito, quæ de cibo est. [Hoc autem inter rusticos de alliato mortario dici solet) Et bene intristi. proprie.n.intrita, dr huiusmodi cibus. [Accingere) Apparate, atque expediui. [Aecere qd si reddet?) Totum hoc quasi alia agens loquitur Parasitus, vt ex hoc appareat quid intersit audaciam sycophantæ improbi, & patrisfamilias perturbationem minime litigiosi. nam ille in bona causa aduocatos quærit, & ipse sollicitus in toto actu est, hic in puncto temporis se ad calumniam pparauit. [Quid si reddet?) Bene iam ad illud respicit fabula, quod futurum est, pp Phædriam. [Sic opinor) Non ad tu impulisti hoc pertinet, sed ad id, quod secum tacitus voluit Phormio. [Quid si reddet?) Hoc est quid si respondebit? An, qd si mulierem reddet? [Cedo senem) hic alij exclusiue torporẽ somni inducunt Parasitum. alij transglutisse quod in ore mandebat, quasi hoc morę fuerit ad vincendum senem. [Cedo senem) Non parui moliminis certamen impendebat, cum senex dixerit. Hominem commonstrarier mihi istum volo, Parasitus dicat, Cedo senem. [Quid ages?) Non interrogantis, sed metuentis hoc dictum est. [Quid vis, nisi vt maneat Phanium, atque ex crimine hoc Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deriuem senis?) Tria promittit, in quibus omnis causa Antiphonis est constituta. [Atque ex crimine hoc) Sic dixit ex crimine eripiam, quasi ex incendio. Considerarium rerum quas promittit gradus per αὔξησις esse seruatos. [Phanium) Vxorem. s. Antiphonis. [Antiphonem eripiam) Bene eripiam dixit, quo vim significat doli, pro eo qui iam teneatur oppressus. Virg. Tu ne hinc spolijs induce meorum. Eripiare mihi? [In me oẽm iram deriuem senis?) Deriuatio dicitur in flexio criminis ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quem non pertinet. [O vir fortis atque amicus) Ordine laudauit. plus est enim amicus, quàm vir fortis. Et apparet auersum Getam exclamasse, quod maiorem vim habet, q̃ si Amice vixisset. [O vir fortis, atque amicus) Nominatiuum pro vocatiuo posuit. [Verum hoc sæpe Phormio) Bene sæpe addidit, vt sententiam faceret de speciali dicto. [Vereor ne isthuc fortitudo in neruum erũpat denique) Quid est isthæc? nimium audax. s. Et conuenit hoc dictum Getæ, qui & supra dixerat, Est Parasitus quidam Phormio, homo confidens. [Verum hoc sæpe Phormio vereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpat) Et consuetudine Romana dixit, quia sæpe in neruum conijciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi. An prouerbium à sagittarijs natum est, quòd immoderatæ plerunque vires, adducendo arcu non telum incitent, sed neutrum rumpant? An ex eo, quòd sæpe fortius ferientes, neruum sibi aliquem lædant? Ergo fortitudine nimia sæpe vinci, sæpe decipi contingit. [In neruum erumpat denique) Denique modo περίλογον, Terentiana consuetudine, qui hanc particulam in vltima ponit sententia. [Iam pedum visa est via) Pedum, pro pedibus. & visa ἀντὶ τοῦ prouisa. Et totum μεταφορικῶς. [Quot me censes homines iam deuerberasse vsque ad necem?) parasitice totum translationibus loquitur. huiusmodi est enim vis vmbraticorum hominum, scurtilis oratio. [Hospites tum ciues?) ἀναπόλουθον secundum. deest. n. supra, Cum. Et bene posterius posuit in quod maius est. [Cedo dum, en vnquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam?) Plus est hoc per interrogationem intulisse, quàm si diceret, Nunquam mihi scripta est iniuriarum dica. [Iniuriarum scriptam dicam) ἀπροσδοκία. sic. n. & Tullius, scribitur Heraclio dica. [Dica) Dice, causa est Græce: quæ sit Latine dica, vt Acte Acta, Calliope Calliopa. [Quid istud?) Interrogare dicitur, & fingitur Geta, vt parasitica progrediatur oratio. [Quia non rete accipitri, tenditur neque miluio) rursus per ἀλληγορίαν loquitur Parasitus, vt totum triuiale sit, a conuiuijs esciscq. translatum. [Quia non rete accipitri tenditur, neque maluio) Legitur, & tenmitur. habet. n. h, littera, cum d, communionem. [Qui male faciunt nobis) Ore, & vnguibus. s. [Illis qui nihil faciunt tenditur) Non sic accipe, nihil faciunt, q.d. nec bene, nec male, sed cũ legeris nihil faciũt, subaudito, nobis male. [Quia. n. in illis fructus est) περίλογον tertium, quo aut Quia, & sic Enim subiungatur, aut ipsum Enim superuacuũ est. [In illis fructus est) Quia nihil faciunt nobis male. [Quia. n. in illis fructus est) Fructus, cibus, quia frumen dr tractus gulæ, qua cibus in aluum demittitur. [In illis opera luditur) Qui male faciunt nobis. [Luditur) Exercetur. An illuditur, i. frustratur? [Alij aliunde est periculum, vnde aliquid abradi potest) vtrum hic sensus est, quasi dixerit, Aliud alijs periculum affertur, à quibus aliquid auferri potest? an, alij aliunde periclitantur, quam creduntur? est. n. illis causa periculi, non quę videtur, sed quia ab his aliquid auferri potest. [Vnde aliquid abradi) Abradi per vim auferri. [Mihi sciunt nihil esse) Rei. s. [Ducent damnatum domum) Secundum ius. s. quo obærati, cum soluendo non essent, ipsi manu capiebantur. [Ducent damnatum domum) Vsus est verbis ad extenuandam pœnam, & rem ad commodum transferendam. nam quod ob ętatis inimicum est, id Parasitus maxime optat, duci ab aliquo domum. Addidit autem damnatum quasi qui irrideat genus damnationis, in qua victor pascere compellitur, & pascitur victus. [Alere nolunt hominem edacem) Sensus est, Sciunt, edacem, & ideo nolunt alere. Et hoc sic pronunciandum, vt facere totum videatur illatum, Quando obæratus, sit sub huiusmodi pœna: nec accusari ab aliquo se quæritur, neq; damnari. [Hominem edacem) Se significat. [Sapiunt) Sibi consulunt. [Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere) Parasitice beneficium summũ dixit alere. [Pro maleficio) pro iniuria. [Reddere) Retribuere respondere. [Non potest satis pro merito ab illo tibi referri gratia) Multum promittit Geta Parasito, cum dicat, nihil futurum, quod pro merito possit accipere. [Non potest satis pro merito ab illo) Huiusmodi sententias inferunt poëtæ parenthesi cum his quæ volunt inferre. [Ab illo tibi referri gratia) non ab eo, qui te damnatum duxerit, sed Antiphone, de quo sermo est. [Imò. n. nemo satis pro merito gratiam regi refert) Bene Parasitus, quidquid præstat, debere se dicit. Et est proprium personæ inferioris. Virg. Tu mihi quocunque hoc regni, tu sceptra Iouemq. Concilias, tu das epulis accumbere diuum. [Gratiam) vicem. [Nemo satis pro merito gratiam regi refert) Rex alias regnator, alias dominos, alias diues significat. Sed nunc rationem habet nominis ad aliquid dicti, ad significandum Parasitum. vt. n. Parasitus regis est, & libertus patroni, sic è contrario rex parasiti est, & patronus libertus. quod si non esset, non Nemo tantummodo, sed nemo parasitus diceret. [Te ne asymbolum venire vnctum, atque lautum è balneis?) Hæc non ab Apollodoro, sed è sexto satyrarum Ennij translata sunt omnia, Quippe sine cura, lætus, lautus cum aduenis, infertis malis, & expedito brachio, alacer, celsus, lupino impetu, expectans mox dum alterius obligurias bona, quod cẽses dominis esse animi? Pro diuum fidem, illi tristis cibum dum seruat, tu ridens voras. [Te ne asymbolũ venire) Et hoc nomen constat inter parasitos confictum, atque compositum esse. Contra illud in Andria, Symbolum dedit, cęnauit. [Ociosum ab animo) πλεονασμός. Nam addidit ab, cum sufficeret animo. [Cum illa cura, & sumptu absumitur) Cura in apparendo, Sumptu in eoëmendo. [Dum tibi quod sic placeat) Acuenda vox in eo qd ait Tibi. Et hoc eminenter adiectum est, non sui curam, sed conuiuarum gerere illum qui vocat. [Ille tingitur, tu rideas) poëtico lepore ijsdem syllabis diuersa significatiua prope inuicem posuit, ringitur, & rideas. [Ille ringitur, tu rideas) varia: nã pronunciatiuo coniunctiuum miscuit. Non enim, dixit, ringatur. Ringi est stomachari tacitum. est enim translatio à canibus latraturis. [Prior bibas, prior decumbas) Hoc ad procacitate Parasitorum retulit. [Prior decumbas) Sic alibi maturæ veniunt, discumbitur, inquit. [Cœna dubia apponitur) Et hoc adeo parasiticum verbum est, vt id non intelligat Geta. [Quid istuc verbi est?) Vt intelligat populus iccirco non intelligit, & vult doceri Geta. Ostendit autem poëta pro vnaquaque re verba propria esse, neque communia cum ijs, qui diuersi sunt actus. [Vbi tu dubites, quid sumas potissimum) Non potius, sed potissimum dixit. vt in re omni alijs alia monstraret potiora. Plautus. Standum est in lecto, si quid de summa petas. [Hæc cum ratione in eas) Intelligas, æstimes. [Quàm sint suauia, & quàm cara sint) Nonnihil philosophatus est poëta, ostendendo multis suauia esse quæ cara sint. [Cara) Magni precij. Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præsentem Deum?) Hoc est quod ait, Imo enimuero nemo satis pro marito gratiam regi refert. [Non tu hunceum habeas plane præsentem Deum?) Præsentes dij sunt, vel qui statim præstant: vel qui coluntur, & videntur, vt Sol, & Luna. Alij præsentem pro potentissimo accipiunt. vt Virg. Quo non præsentius vllum. [Senex adest. vide quid agas) Interuenit senex vltimo, & quidem quod extra argumentum pro inuentionem dici potuit, consumptum est. [Vide quid agas) Non terrentis est, sed excitantis. [Prima coitio acerrima est) Translatio est à prælio. nam & congredi milites, & coire dicuntur. [Si eam sustinueris)

Multum

Multum de illo exigit, quando non dicit, si eum repuleris: sed potius, si eam sustinueris. [Post illam iam, vt lubet, laudas licet) In officio militari omne negocium vel pugna, vel ludis.

GVID. ITA ne &c.) In hac scena de Parasitis vilioribus Terent. ꝓponit imaginem vitæ, vt in Eun. de potitoribus, siue de assentatoribus. P. Ne. i. vtrum Geta ais. i. dicis ita. s. Antiphonem veritum .i. q timuit conspectum patris, abijsse .i. discessisse hic. i. ex hoc loco. G. Admodum. i. dico eum admodum, id valde veritum abijsse vbi admodū annuendi vim habet, & firmandi. P. Ais inquam Phanium .i. quam duxit vxorem, sicut Glycerium in fœminino genere, esse relictā solam. G. Sic animo sup. Phanium solam relictam Phor. & inquam senem Demiphonē iratum. G. Oppido. i. aio eum esse valde iratum, nam oppido est valde. P. O Phormio, alloquitur seipsum, summa, vt sit substātiuum. i. caput, principale, capitale status rerum. i. horum negociorum, redit. i. recidit, retorquetur ad se solum tute. i. tumet, in tristi pro intriuisti, ab intero is intriui intritum .i. tu machinatus es, tu molitus es, seu fabricatus es, hoc .i. hoc coniugium, & bene intristi, qa est parasitus, q omnino refert ad ea. quæ sunt conuiuij, nam inter rusticos hoc verbum dr de allio, siue aliqua herba in mortario contrita, proprie autem cibus eiusmodi ita intritus vocatur intrita, & propterea perseuerans in translatione subdit id omne quod intristi est tibi exedendum. i. comedendum, ab exedo is, quod ab ex, & edo compositum est. Accinge re .i. appara te, atque expedi, & ab eo luco tute intristi, videtur posse dici ad Get. à Phorm. nam cum dixisset Phormio accigere, subdit Geta. G. Obsecro te Phor. qua roget eum ne reijciat in se crimen, sed potius sustineat non ita in culpa futurus. P. Si Demiph. rogitabit. i. interrogabit super hac re. G. Omnis spes est reposita in te. P. Ecce res. i. adest negocium ipsum. seu materia litis, & litis mosius, quid respondebit sup. Ant. si reddet mulierem. s. Get. dicet sup. q tu Phorm. impulisti eum ad id faciendum. P. Opinor. i. puto sic eum respoturum. G. Subueni .i. succurre ei Ant. & mihi. P. Cedo. i. da senem in conspectum meum, vt illi respondeam iam omnia consilia. i. oēs viæ, & modi, quibus senem illudam. sunt iam instructa. i. apparata, præsto sunt mihi in corde. G. quid ages tuis consilijs. P. quid me vis agere aliud nisi vt Phanium maneat Antiphoni, atque vt eripiā .i. liberem Ant. ab hoc crimine, atq; vt deriuem. i. traducā, transferam, inflectam, conuertam in me oēm iram patris, deriuatio dr inflexio criminis, ab eo ad quem pertinebat, ad eum ad quē non pertinet. G. O vis fortis, atque amicus pro amice, nominatiuus pro vocatiuo, verum. i. sed ò Phormio vereor. i. timeo. sæpe hoc. s. ne. i. q istæc fortitudo .i. tam audax animi conatus, denique. i. ad extremum, erumpat in neruum. i. redundet, vergat in tuum detrimentum .i. vt fortitan detrudaris carcerem, nā ex Romana consuetudine sæpe in neruum conijciebantur ex aliquo maleficio in carcerem missi, quod ꝓuerbium à sagittarijs natum est, quod immoderate plerunque omnes vires adducēdo arcum non telum incitent, sed neruum rumpant, vel quòd sæpe fortius ferientis neruum sibi aliquem lædant, ergo fortitudine sæpe vinci, sæpe decipi contingit. P. Ah, interiectio dolentis, vel indignantis, non est ita vt dicis periculum factum est. i. experientia facta est, iam via pedum est visa. i. prouisa, qua aufugiam si res cogat, vel sic intellige, via est iam visa pedum. i. pedibus, & fugæ celeri, quot homines censes .i. putas me deuerberasse, de auget, vsq; ad necem. i. vsq; ad mortem, tum ciues, tum hospites .i. partim ciues, & domesticos, partim peregrinos, siue aduenas, & alienigenas, quo. i. quanto magis, noui .i. cognoui eos tanto sæpius deuerberaui sup. vel quanto magis nosce eos, tanto magis soleo deuerberare eos. Cedo dum, parelcon procedo. i. dic tu Get. an. i. vtrum audisti vnquam dicam. i. causam, tabellam, libellum iniuriarum scriptam fuisse mihi, declinatur autem hæc dicacæ, & per acyrologiam capitur hic pro causa. potest tamen hic recte pro tabella, & cartula ac libello iniuriarum dici, de eo aūt in superioribus iam dictum est. G. Quid .i. cur, istud est q nunquam agitur in te iniuriarum, vel vnde istud est. P. Quia rete nō tenditur accipitri, hic accipiter pitris declinatur, nec miluo. i. illis auibus rapacibus, qui accipiter, & miluus malefaciunt nobis, qui sunt nobis molesti, & noxij. Rete autem tenditur illis auibus, qui nihil mali faciunt. nobis, quia enim. i. quia certe, fructus hic. i. cibus, nam frumen dicitur tractus gulæ, quo cibus in aluum dimittitur, quia ergo fructus est in illis quæ nihil mali faciunt opera. i. labor, industria, ludit. i. perditur, frustratur, illuditur in illis rapacibus auibus, quæ esui non sunt idoneæ periculum est. i. imminet, aliūde. i. ex alia causa alijs hominibus, vnde. i. à q̄bus aliqd potest abradi. i. per vim auferri, & extorqueri sciūt homines illi quos deuerbero, nihil esse mihi. i. me habere, dices. i. tu Geta posses dicere, quòd ipsi ducent me domum. i. in domum suam, damnatum. i. addictum destinatum, astrictum illis q̄bus non sum soluendo pro iniurijs reparandis, sed rñdeo quod ipsi volunt alere. i. nutrire me hominem edacem .i. multi cibi, & quidem sapiunt. i. sapienter agunt, & recte sibi consulunt mea sententia. i. meo iudicio. i. vt iudicio sit, nolunt reddere. i. retribuere, reponere summum beneficium .s. alere parasitum pro maleficio. i. pro iniuria illata sibi. G. Gratia. i. meritum beneficium par nō potest satis referri. i. repēdi tibi ab illo Ant. ꝓ quo ita laboras. pro merito. i. pro beneficio præstito, & in eum collato. P. Imò enim. i. sed certe, nemo, Parasitus. s. refert satis gratiam. i. vicem regi .i. diuiti pro merito suo in Parasitum alendo eum, sicut patronus liberti dicitur, & libertus patroni, sic rex Parasiti, & Parasitus regis. Rex interdum capitur pro regnatore, interdum pro domino, nonnunquam pro diuite, ne. i. vtrum, potes sup. referre satis gratiam pro hoc merito, videlicet te venire vnctum vnguentis more maiorum, locum. i. ablutum è balneis ad symbolū. i. cœnam, ad quam comparandā proprie multi contulerunt, de quo satis prius dictum est, & te venire ociosum. i. se curum ab animo, ab vacat, hoc est trāquilli animi, & quieti. cū .i. quando, ille rex diues absumitur. i. conficitur, cura. i. solicitudine in apparando, & sumptus. i. impensa absumendo bona sua, dū. i. quandiu, fit. i. paratur id quod placeat tibi, & cū ille rex ringitur, verbum deponēs. i. stomachatur, indignatur, irascitur, tractum à canibus, itaque ringi dicitur, qui irascendo gestus, & modos imitatur canum ringentium, ostendendo. s. dentes, crispando nasum, rugando frontem, & in acrem sonitum prorumpendo. Inde rictus rictui. i. vel oris apertio, sed in brutis, vel ipsum os brutorum quo musellum vulgo nominat, cum ergo ille dies ringitur, tu rideas, bibas prior, ante ipsum decūbas. i. sedeas ac mensam, & in toro recumbas, prior ante eum, cœna dubia. i. adeo ampla, & ferculis varia, vt quem cui cibum perferas, ignores seu dubius sis cœna ergo dubia apponitur. i. mensis adhibetur. G. Non intelligens Get. quid sibi velit dubia cœna subiungit, quid istud verbi est. i. quid sibi vult hoc verbum videlicet cœna dubia. P. Vbi. i. quando dubites quid ciborum potissimum. i. præcipue, principalissime, & præter alios cibos sumas, tunc dicitur cœna dubia. Si in eas. i. intelligas, æstimes, considerares hæc merita regis, vel fercula cœnæ, cum ratione. i. vti par est & decens, quàm is quantum ea fercula sint suauia. i. dulcia gustu & quantum sint cara. i. magni precij, non interrogando, q. d. ita non habeas. i. non reputes hunc regem, qui præbeat ea fercula esse plane prorsus Deum. i. tanquam Deum, cui referri gratia non possit, præsentē. i. vel propitium vel potentissimum, & efficacissimum vel presertim. i. qui statim præstet, vel qui colatur, & videatur vt Sol, & Luna. G. Senex Demipho adest, vide quid agas. i. sis paratus recte rñdere, incitantis. n. est dictum illud, non terrentis, prima coitio, à coëo, is tum tu fit coitio, onis. i. prius congressus, prime consertio magnum, est acerrima. i. vehementissima, translatio est à prœlio. Nam, & congredi milites, & coire dicuntur, si sustineris .i. si sustentaueris, seu toleraueris eam non succumbendo post illam coitionem, licet. i. permittitur tibi q̄ sup. ludas. i. ludas senem iam vt lubet. i. vt placet tibi.

ARGVMENTVM) Accingitur ad ludendum senem Phormio, & parasitica iactantia mores suos indicat. [Ita ne patris) Hæc à temulento, & ociosante Parasito dicuntur. [Ad te) Hoc iam quasi experrectus dicit. [Tu te hoc) Prouerbium. [Si rogabit) Proponit, & deliberat. Quid si reddet. Subaudi argētum, & refertur ad id, quod propter Phædriam futurum est. [Quid vix) Attende confidentiam Phormionis. [Ne in ver.) Prouerbium in audaces, & temerarios. [Deuerberasse) Auxesis metaphorica. [Quia non) Allegoria. [Dices, ducent) Occupatio. [Regi) Diuiti. [Ociosum) Parasiticæ delitiæ, & est amplificatio meritorum erga Parasitum. [Deum) Nunc deum, ante regem appellauit. LATO.

ITA ne patris) Improbi hominis, & omnem confidentiam malumq. consilium confirmati, quiq. donec venter saluus sit, se perditum iri non posse credat, mores hæc scena exprimit. Est enim hoc hominū genus vt abiectissimo animo sic seruilis pro pemodum ingenio præditum. Quis enim nisi vilissimus, se in seruitutem tradere ventris causa cupiat. Xenophon. At qui regi in hoc ministerium suum exhibent, vt per omnia latius, & delicatius nutriantur, hos non amicos habere tibi credas, sed hostes potius, & inimicos, nam si minus aliquid dare cupias, tu te obruans. [Tu te hoc) .i. tu te huius mali causa, & origo es, per te factum est, quare quidquid hinc incōmodi acciderit, in te redundabit, PETR. MARS.

dabit,& est prouerbium. Deriuare iram,ab ijs qui in culpa sunt, in eum qui in culpa non est iram inflectere. In neruum erumpat.i.in carcerem conijciaris tu, nam neruus vinculi genus est, quo alligabantur,qui in seruitutem alijs tradebantur. A symbolum,sine signo,sine pignore interpositio,pro voluntate,cum lubet,hoc est immunem, qui nihil in cœnam conferat.

GLAR. VERSVS sunt trochaici tetr.catal.præter vltimos duos iãbicos tetr.catal. In 1. Abijsse tetrasyllabicos legendum. In 5. Eccere aduerbium iurandi est,per Cererem,vt exponit Festus. non neglexit hoc Ioan. In 8. vel i,in Nisi nõ eliditur,vt sit tribrachys tertio loco,vel versus ita legẽdus est. G. Quid ages? P. Quid? nisi vt maneat pol Phanium,atque ex crimine hoc. Alioqui iãbus trochæusque inuicem depugnabunt. In 12. Periclum trissyllabum est. In 14. s,eliditur in Magis, nisi creticus sit loco quarto. In 16. pro Quid istuc,alij legunt,Qui isthuc quod placet. In eodem versu Aldi liber perperam habebat Miluo pro Miluio,& in 17. post Nihil,Male,& in 18. In his opera luditur, pro In illis. Sed errat, In 19. Periclum rursus trissyllabum. In 21. Mea monosyllabum,& Quidem abundat,nisi quis hyper metrum duabus syllabis facit. In 23. haud dubius est creticus loco primo,& s,in Satis eliditur,nisi bacchium loco secundo constituamus. Similiter creticus est versu 24. loco primo, & bacchius loco tertio nisi s,elidamus in Satis. In 28. amphibrachys est loco primo,nisi Prior monosyllabum sit,quod continuo dissyllabum est. In 29. d,elidetur in Quid. In penultimis duobus genus carminis mutatum propter μεφασιλὴν, & Post illa legendum in vltimo, non Post illam.

ACTVS II. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Hac scena concertationem habet Demiphonis, & Parasiti. Clam patre vxorem induxerat Antipho Donum reuersus pater, illam vult eijcere. Contradicit Phormio. Vide quæ Donatus ad artem pertinentia in hunc locum annotauerit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena controuersia est, quæ vno tempore ex vtraque parte tractatur. Est autem ea inter Demiphonem, & Parasitum, de nuptijs Antiphonis, & Phanij, in patris absentia factis, quas pater dissoluere cupit puellamq; abijcere, quod parasitus obnixe impedire conatur. ADDITIO. Præterea in his contentionibus ea potissimum dicit, quæ simplicis patrisfamilias, & calumnioso sycophantæ improbissimoq; Parasito maxime congruere videntur. Hæc Poëta scite inter se commiscet.

Senarij omnes.

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

NVnquam cuiquam cõtumeliosius
Audistis factam iniuriam, quàm hæc est mihi?
Adeste quæso. G. iratus est. P. quin tu hoc age.
Iam ego hunc agitabo. pro deum immortalium.
Negat Phanium esse hanc sibi cognatam Demipho?
Hanc Demipho negat esse cognatam? G. negat.
D. Ipsum esse opinor, de quo agebam. sequimini.
P. Neque eius patrem se scire, qui fuerit? G. negat.
P. Nec Stilphonem ipsum scire,qui fuerit? G. negat.
P. Quia egens relicta est misera, ignoratur parens,
Neglegitur ipsa: vide, auaritia quid facit.
malitię G. Si herum insimulabis *auaritiæ, male audies.
D. O audaciam; etiam me vltro accusatum aduenit.
P. Nam iam adolescenti nihil est quod succenseam,
Si illum minus norat: quippe homo iam grandior,
Pauper, cui opera vita erat, ruri fere
Se continebat: ibi agrum de nostro patre
Colendum habebat: sæpe interea mihi senex
Narrabat, se hunc neglegere cognatum suum:
At quem virum? quem ego viderim in vita optumũ.
G. Videas te, atque illum,vt narras. P. abi in malam crucem:
Nam ni ita eum existumassem, nunquam tam graues
Ob hanc inimicitias caperem in vostram familiam,
Quam is aspernatur nunc tam illiberaliter.
G. Pergin' hero absenti male loqui impurissime?
P. Dignum autem hoc illo est. G. ain'tandem carcer? D. Geta.
G. Bonorum extortor,legum contortor. D. Geta.
P. Responde. G. quis homo est? ehem. D. tace.
G. absenti tibi
Te indignas, seque dignas contumelias
Nunquam cessauit dicere hodie. D. ohe, desine.
Adolescens, primum abs te hoc bona venia peto,
Si tibi placere potis est, mihi vt respondeas:
Quem amicum tuum ais fuisse istum, explana mihi,
Et qui cognatum me sibi esse diceret.
P. Proinde expiscare, quasi non nosses. D. nossem.
P. ita.
D. Ego me nego: tu, qui ais, redige ad memoriam.
P. Eho,tu sobrinum tuum non noras? D. enicas:
Dic nomen. P. nomen? maxume. D. quid nunc tacis?
P. heri hercle,nomẽ perdidi. D. hem,qd ais? P. Geta,
Si meministi id quod olim dictum est, subijce. hem,
Non dico: quasi non noris, tentatum aduenis.
D. Egon' aũt tento? G. Stilpho. P. atq; ad eo,qd mea?
Stilpho est. D. quem dixti? P. Stilphonem inquam noueras?
D. Neque ego illum noram,neque mihi cognatus fuit
Quisquam isto nomine. P. ita ne? non te horũ pudet?
At si talentum rem reliquisset decem.
D. Dij tibi male faciant. P. primus esses memoriter
Progeniem vostram vsq; ab auo atq; atauo proferens.
D. Ita vt ditis. ego tum si aduenissem, qui mihi
Cognata ea esset, dicerem: itidem tu face:
Cedo,q est cognata? G. heus nr̃,recte: heus tu caue.
P. Dilucide expediui, quibus me oportuit
Iudicibus: tum, si id falsum fuerat, filius
Cur non refellit? D. filium narras mihi?
Cuius de stultitia dici, vt dignum est, non potest.
P. At tu, qui sapiens es, magistratus adi.
Iudicium de eadem causa iterum vt reddant tibi:
Quandoquidem solus regnas, & soli licet
Hic de eadem causa bis iudicium adipiscier.
D. Etsi facta mihi iniuria est, veruntamen
Potius quàm lites secter, aut quàm te audiam,
Itidem vt cognata si sit, id quod lex iubet
Dotem dare, abduce hanc, minas quinque accipe.
P. Ha, ha, hæ, homo suauis. D. quid est? num iniquom postulo?
An ne hoc qdem ego adipiscar,quod ius publicũ est?
P. Ita ne tandem quæso,ciuem vbi abusu' iis,
Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere; an,
Vt ne quid turpe ciuis in se admitteret
Propter egestatem, proxumo iussa est dari,
Vt cum vno ætatem degeret, quod tu vetas?

D. Ita,

D. Ita, proximo quidem: at nos vnde? aut quam ob rem? P. ohe,
Actum, aiunt, ne agas. D. non agam? imò haud desinam.
Donec perfecero hoc. P. ineptis. D. sine modo.
P. Postremo tecum nihil rei nobis Demipho est:
Tuus est damnatus gnatus, non tu: nam tua
Præterierat iam ducendi ætas. D. omnia hæc
Illum putato, quæ ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cum vxore hac ipsum prohibebo domo,
G. Iratus est. P. tute idem melius feceris.
D. Ita ne es paratus facere me aduorsum omnia.
Infelix? P. metuit hic nos, tametsi sedulo
Dissimulat. G. bene habent tibi principia. P. quin, quod est
Ferundum fers? tuis factis dignum feceris,
Vt amici inter nos simus. D. egon' tuam expetam
Amicitiam? aut te visum, aut auditum velim?
P. Si concordabis cum illa, habebis, quæ tuam
Senectutem oblectet: respice ætatem tuam.
D. Te oblectet: tibi habue. P. minue vero iram.
D. hoc age.
Satis iam verborum est: nisi tu properas mulierem
Abducere, ego illam eijciam: dixi Phormio.
P. si tu illam attigeris secus, quàm dignum est liberã,
Dicam impinguam tibi grandem: dixi Demipho.
Si quid opus fuerit, heus, domo me. G. intellego.

DON.

N, vnquam cuiquam contumeliosius audistis factam iniuriam?) In hac scena, vt rhetoribus placet, veluti quędam controuersia est, quæ vno tempore ex vtraque parte tractatur: Vt, si quis dicat legem esse, ne de eadem re bis agatur: & item, vt orbam proximus ducat quidã absente patre sub hoc nomine vxorem coactus est ducere. vult illam pater adueniens eijcere matrimonio. contradicitur. Meminisse aũt debemus, in omni contentione ea maxime dici. quæ simplici patrisa milias, & calumnioso sycophantæ, improbissimoq. parasito cõ gruere poëta visa sunt. [En, vnquam cuiquam contumeliosius audistis factam iniuriam?) Iam instructi sunt aduocati, & recte. lõgum.n.fuerat omnia hæc post scenam geri. [En, vnquam) En vim habet indignationis post enarratam iniuriam. [Quam hęc est mihi?) Facta iniuria, subauditur. [Adeste quæso) Interim aduocati Demiphonem sequi inducuntur, & ridicule tacent prius, postea locuturi. Et adeste proprie adesse.n.causæ, proprie dñr patroni, & amici. [Adeste quæso) Proprie aduocatis adeste dixit. Et quia ipse properantius pergit, togat vt assequerẽtur. [Iratus est) Hoc ad excitandum Phormionem dr. [Quin tu hoc age) annuit vt taceat, & significat silentiũ. [Iam ego nuc agitabo) modo iã celeritatis est signum Hunc, cum contemptu dixit. [Agitabo) perturbabo. [Pro Deum immortalium) πλεῖψις. deest fidem, aut quid tale. Cic. in Oecon. Quid igitur pro Deum immortalium primum eam docebas quæso? [Pro Deum immortalium) Artificiose prior exclamat, vt Demipho qui iniuriam passus est, vltro impetum accusationis incurrat. [Phanium negat esse hanc sibi cognatam) Additum pronomen est, quasi notam omnibus diceret. [Phanium esse hanc sibi cognatam) Magno ingenio Terent. imprudentiam calumniatoris expressit. nam & prior incipit, & prior accusat. Et quia non potest dicere, expellit Phaniũ Demipho, negat cognatam, inquit. [Negat) vna opera Geta in duplici versatur dolo. nam, & audiente iam sene, se eius defenso rem tanq̃ absentis, assimulat, & irritat ad vociferationem Phor. qui clamandi vlterius causam non hret sit taceret Geta. [Neq; eius patrem se scire, qui fuerit) Ambiguitas, quæ tñ sensu discernitur. [Cognatam Demipho) Hæc est flagitatio quæ ẽt nomen tumultuose persequitur atq; exagitat. Ideo callidus sycophanta patrisfamilias proprium nomen nõ solum inuidiose infert, sed etiam repetit. [Nec Stilphonem ipsum scire, qui fuerit?) Hæc asseueratio mentientis est, imitata veritatem. [Negat) συλλαψις prima nam extrinsecus audiendum est, Pater. [Sequimini) apparet Demiphonem, vt patremfamilias, perturbari non mediocriter, quippe qui & aduocatos conquisiuerit aduersus hominem sine aduocatis agentem, & progredi non audeat, nisi illi sequantur [Sequimini) Sequimini dicit, qui properantius, & concitatiore gradu pergit iratus. [Nec Stilphonem ipsum scire) q̃ multa calũniatores clamandi causa dñr, & vociferãdi, vt ipso strepitu, terreant. [Nec Stilphonem ipsum) Tantundem quod supra, Neq; eius patrem. Scire debemus hoc nomen, non fictum à parasito, sed auditum à puella, quæ vxor ducta sit, dici. [Quia egens relicta est misera) Cõis locus in auaritiæ generalitate approbatior. facilius.n.hoc de omnibus, q̃ de Demiphone credatur, & ideo Ignoratur dixit, & Neglegitur, non, ignorat nec negligit Demipho. [Ignoratur) Non agnoscitur, ignoratiq. fingitur. hoc.n. significat modo [Parens) Pater. nam vt variaret parentem dixit, quem supra dixerat patrem. Patrẽ ergo dicit puellę à Demipho ne ignorari. [Negligitur ipsa) Quia fieri potest, vt q̃ ignoret parentes puellæ. i. ignorare se dicat, tñ ipsam non negligat puellã, vtrunq; conquestus est. [Vide auaritia quid facit) hæc cõuersus ad circulum, & coronam circunstantium dicit, & conqueritur. Nulla.n.re magis populus concitatur, q̃ si quis egenum contẽnat, inde, & bonis inuident, & malos extollunt, inquit Sal. [Vide auaritia) Proprie vide stomachantibus conuenit, qui indignatione coguntur, quasi cum aliquo colloqui. Sic in Adelph. Illud sis vide, exemplum disciplinæ. Sunt qui putent illum alicui, de corona circunstãtium dicere moraliter. [Si herum insimulabis auaritiæ) Insimulare, est crimen ingerere. [Si herũ insimulabis) insimulatio est, & falsi, & veri criminis incusatio sic Cic. Nihil eorũ quæ Galli insimulabant, negarũt. Insimulo genitiuo iungitur. [Male audies). s. à me. [O audaciam) Hæc exclamatio ostẽdit quid absente patre defenderit filius. [O audaciam ẽt me vltro aacusatum aduenit) Hic iam ostenditur persuasum esse Demiphoni, vim adhibitam filio suo vxorem ducere, vno cũ hunc audacem appellat, altero, q̃ dicit Etiam, quæ coniunctio, & Antiphonẽ complectitur, & sic, accusatum. [Nam iam adolescenti nihil est quod succenseam) Sic subtiliter, ac latenter purgatur à Phor. nam cum dicit, Nihil est quod succenseã adolescenti, ostẽditur adhuc succensuisse, & inimico fuisse animo. Cũ aũt addit, Si illum minus norat, ostenditur contradixisse sibi, & restitisse iudicio. & sic dicit, q̃ si adolescens nõ agnoscens puellam, veniã non meruerit, pater negata cognata ferri non possit. [Nihil est quod succ.) Succensere dicimus eum, q̃ cum amare debeat lęsus irascitur. Et vide, vt veteratorie ostendat contraxisse adolescẽtem. [Si illum minus norat) Non dixit non notat, sed, minus norat, quasi & ipse noisse debuerit. [Quippe homo) Repente trã sit ad nominatiuũ, cũ supra dixerit illum, & deest Erat, qđ assumitur ab inferiore. [Iam grandior) hic cõparatiuus nõ habet significationem, qua magis siue minus à positiuo significet. Vt, Iã senior, sed cruda deo, viridisq. senectus. [Quippe homo iã grandior) Argumentalis narratio dr, quæ nunc subiecta est ad fidem faciendã, & constituendã personam defensoris. Et grandior, nõ grandis, q. d. qui grandior fuit, q̃ vt illiũ adolescens optime nosse posset. [Iam grandior) Proprie grandis ad speciẽ refertur ætatis, vt grandis puer, & grandis natu dr. [Cui opera, vita erat) Hic ostẽdit q̃ pauper fuerit, & opera septimi casus est, & Vita nominatiui. [Cui opera, vita erat) opera pro actu posuit. & opera hic ablatiuus casus est. [Ruri ferè). i. ruri opa faciẽdo q̃rebat cibũ. Et bene addidit ferè. non.n. semper, sed plerunque. [Ruri ferè se continebat) Expressæ ostendit miseriã hominis, qui in vrbe natus interdixerat sibi accessu eius, ob pudorem inopiæ. nam hoc significat Continebat. vnde contẽti dñr, in malis durantes Hoc aũt veteres faciebant, nobiles, cum ad paupertatẽ redacti essent. [Ruri ferè se con.) Continere se dr, qui contra voluntatẽ se continet. [Colendum habebat) Virg. Conductaq. pater tellure ferebat. [Sæpe interea mihi senex narrabat) Miserabiliter, & inuidio se positũ senex. & maiore fide, narrabat dixit, nõ quærebatur. Et vide congestionẽ argõtis. Et ordo est, Sæpe narrabat senex hunc suum cognatũ se negligere. [Sæpe interea mihi senex narrabat) habet misericordiã odiosa narratio. [Se hunc neglegere cognatum) ἀμφιβολία. sed in sensu dissoluitur. [Cognatum suum) Hoc crimen, & causa est, q̃ cognatum addidit. [At quem vitis?) qualitas iniuriæ à dignitate psonæ. multi.n. tales sunt vt cognitione abdicandi sint. [Quem ego viderim in vita optimũ) In actu, ac moribus. Et in vita, hoc est cum viueret, & in eo quod à viuo fit. [Videas te, atque illum) Melius hoc clare dictum à seruo accipimus, vt defundisse dominum videretur. [Quẽ ego viderim in vita, optimum) modo in vita, in actu, in moribus. [Videas te, atque illum, vt narras) Hoc est parentem te illi existimo, atque

illum

illum tibi. An potius seruus sciens hac personam fingi, vel certe etiam mortuum hominem induci, male precatur parasito, vt ēt ipse, aut nusquam sit, vt fictus, aut pereat, vt mortuus. An sic accipiendum vt seruus submissa voce hoc per iocum dixerit, tantum in vita te videas optimum, quàm fuit ille quem narras? An sic intelligendum, vt seruus hoc dicat, Si optimum est, victū opera quærere, & in alieno agro esse ita te videas, atque illum vidisti, quem ad hunc modum narras viuere, & allusit ad illud qđ ait, Quem ego viderim in vita, optimum. [Videas te, atque illum) Deest, vidisti. scit enim illum non vera dicere. [In malā crucem) Aduerbialiter, vt huc vicinæ. [Nam ni ita eum existimassem) Vt vitu optimum iudicarem. [Nunquam tam graues) Hoc non quasi timidus, sed quasi religiosus, & fidelis loquitur Phormio. [Ob hanc) Tanquam præsens sit mulier de qua lis est, sic demonstratiua particula vsus est, dicendo Hāc. [Ob hanc) .i. pro filia ipsius. [Inimicitias caperem) Capere dicimus cum id, quod in nobis est, assumimus. vnde capere pro eligendo ponit. Quam is aspernatur. * Quam enim supra reuocauit, ad puellam referens: vt, Quem regno Hesperio fraudo. Et Salust. Nam Syllæ dominationem audebat. Et interpositis quibusdam. Neque est offensus dominationem Syllæ. [Quā is aspernatur nunc tam illiberaliter) Aspernari est auerti. non solum corpore, sed etiam animo. Aspernari, recusare, auertere, nō agnoscere. Est autem dictum à sperno. [Illiberaliter) Apud vetes illiberaliter dicebant factum, si quis excessisset omne genus maleficij. Sic in Adelph. Factum à vobis duriter, immiseri corditerque atque etiam. si est pater dicendum magis aperte, illiberaliter. Vides more ἀνθύποφ. Illiberaliter pro magno hic vltimum poni. [Pergin' hero absenti male loqui?) Male loqui, pro male dicere. Et quærit Probus, quis ante Terentium dixerit. [Impurissime?) Improbissime. [Hero absenti) Argute hero absenti, vt videatur fidelior qui defendat absentem, quod præstans argumentum est, id in animo habuisse Getam, etiam peregrinante domino. [Dignum autem hoc illo est) Non negat male loqui, sed hoc esse dignum contendit malo homine. [Ain'?) ἀπροσδόκητον, nota est quæ sperat e, ab n, & intermittit s, literæ sonum est enim integrum, ais ne? [Ain' tandem carcet?) Non carcerarium, sed carcerem asperius appellauit. sic Lucil. Carcer vix carcere dignus. Et vix pro non. [Bonorum extortor) Ingenioſe de ipso negocio sunt inuenta conuitia. [Bonorum extortor, legum cōtortor) Fingit illi crimina de causa, & de negocio. [Respondē) Timuit poeta, ne huiusmodi vociferatione Getæ quasi veram discordiam apud populum fingeret, & ideo facit iā à Phormione ipsum admoneri. [Quis homo est?) Mire seruus finxit se non vidisse senem, vt ea quæ dixerit, in Phormionem sincere dixisse credatur. Et mira dissimulatione addidit Homo, vt videatur nihil præsentia dñi cogitasse. [Absenti tibi) Tunc fidelis opera est, si absens aliquis defendatur. hoc ergo confirmat, velut indicando. Sic in Andria, O Chreme per tempus huc aduenis, ausculta. [Seque dignas contumelias) .i. quas ipse debet audire. [Desine) Imponit silentium Geta, quasi validiora dicturus sit. & supra, Tace dixit senex. [Ohe desine) Hac voce ostendit plus iusto pro se locutum ingeri Getam. nam Ohe interiectio est satietatem vsque ad fastidium designans. [Adolescens primum abs id) Et hæc auctoritas in senibus, vt qui minoris ætatis fuerint, illos appellatione pueri, vel adolescentis, vel iuuenis ēt ostendit, vt hoc de nomine illis quidem detrahant, sibi vero auctoritatem attribuant. Sic Virg. O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci Virtute exuperas. [Bona venia) Sine ira fine discordia. [Si tibi placere potis est) Pro potest. [Mihi vt rñdeas) Bene mihi, vtpote patri adolescentis. vel domino Geta, vel etiam seni. Et verbum est scrupulose aliqd interrogantium. Sic Virg. Mihiq. hæc edissere vera roganti. Et, Dic mihi Damœta, cuium pecus? [Quem amicum tuum ais fuisse) Ais dicimus de ijs, qui vana loquantur. Dicere autem dicimus de ijs, q̄ validiora. [Explana) Manifesta, expone. [Et qui cognatum) q̄, quomodo, vnde. [Proinde expiscare, quasi non nosses) Proinde, ita similitudinis aduerbium est modo, non coniunctio. vt, Proinde tona eloquio solitum tibi. Expiscari, est diligentissime quærere, vbi nam pisces lateant, ergo verbum est tractum à piscatoribus. [Ego me nego, tu qui ais) Subauditur ad omnia, nosse. [Eho tu sobrinum, tuum) Populari: quadam, vulgariq̄ fatigatione, vtpote scurra, respondit. [Nomen maxime) Falsa non habent memoriam. hic ergo deest, nescio vel necessarium est, Quid nunc taces. Vrget senex, quia intelligit eum nomen nescire. [Subijce) Suggere. [Non dico, quasi non noris) Mire. nam videtur arte celare id, quod inuitus nesciebat. [Stilpho) σύλλη-

ψις. nam reddit ad nominatiuum Est, vtiq; Stilpho, vt rursus ad accusatiuum. Noueras, Stilphonem, scilicet. [Stilphonem inquam noueras?) Figura ἐπιπλοκασμός. est autem ἐπιπλοκασμὸς verborum super se inuicem effusio, quæ fit aduersarij causa turbandi. vt Virg. Nec longe. s. hostes Quærendi nobis circunstant vndique mutos. Imus in aduersos? quid cessas? an tibi Mauros Ventosa in lingua, pedibusq. fugacibus istis Semper erit? [Stilphonem inquam non noueras?) Quasi dicat Conuincam, si neges. [At si talentum rem reliquisset) ἀξιόπιστον illud fecit. [At si talentum rem reliquisset decem) More Romanorum, apud quos hæreditas pecuniæ erat. Talentum autem φ dixit, more Græcorum admiscuit. [Ita vt dicis) Ita sum, inquit, vt dicis, auarus, & superbus. Et vide senem de iniuria non agere, quia, iuste confidit, & nititur causæ. Plerunq; enim hac constantia animi fulciuntur, & qui iuri confidunt. at cōtra, qui nullo iure freti sunt, litigant, & ad iniurias prosiliunt, vt his saltē perturbent aduersarium qui iure nō valent. Condono igitur, inquit, tibi omne cō tumeliæ genus. [Ego tum si aduenissem) deest, ad iudicium: vt sit, Cum ad iudicium venissem. [Qui mihi cognata) qui, vnde, quo modo. [Heus noster recte) Geta sit laudat senem vt optet vincere Phormionem. [Heus noster recte) Plaudit sibi Terent. suppositā personā, quasi recte dixisset. [Iudicibus, quibus oportuit) Probaui iudicibus, inquit. [Filius cur non refellit?) Refellere, est arguendo falsum ostendere. [Cuius de stultitia dici, vt dignum est) Compendium conuitiorum est, Nihil dignum inuenire, pro magna iniuria quod respondeas. [Quandoquidem solus regnas) Quoniam regum solutum legibus est, & opprimēs libertatem. Sic alibi, Regnum ne hic Aeschine possides? [Hic de eadem causa) hic, videlicet apud Athenas, vbi leges, vbi libertas omnibus communis est. [Potius quàm lites secter, aut quàm te audiam) Bis posuit Quam. quod genus figuræ primo δόγματι contrarium est. vt in Heaut. Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus obsequens. Item Cepi rationem, vt neque tu egeres, neque hoc posses perdere. [Id quod lex iubet dotem dare) Id, pro ob id. [Abduce hanc, minas quinque accipe) Modo id agit, quod reprehendit à filio non esse factum. Dotē daretis, quæreret alium. Et dotem voluit custodem esse pudoris. [Ha, ha, he) Hic casu destruxit quod serio intendebat senex. [Homo suauis) Præscriptio, cum iam alterum factum sit, fieri vtrunque non posse. [An, ne hoc quidem adipiscar ego) quia enim à lege stat, recitat tantum id, quod scriptum est. [Ita ne tandem quæso) Maiora argumenta sunt quæ per interrogationem proferuntur. [Vbi abusus sis) A scripti voluntate. [Vtimur cum honore. Abutimur cum iniuria. [Atque amittere?) Bene amittere, quia finis cupiditatis amissio est. [An, vt ne quid ciuis turpe in se admitteret?) Idoneum testimonium esse bonum esse natalium, ciuem duxisse. nam apud veteres peregrinæ mulieres in meretricum numero habebantur. Sic ipse alibi, Adeo ne ex demens? ex peregrina: Et alibi, Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi. Et Parmeno cōprobans respondit, Potest taceri hoc .i. meretricem matrem te habuisse. [An, vt ne qd ciuis turpe in se admitteret?) A volūtate. [Vt cum vno ætatem degeret) Quid enim est pudicitia, nisi vnius scientia viri? Actum eiunt, ne agas. Aiunt dicimus, cum prouerbium significamus. Acta res est, de qua sententia prolata sit. [Donec perfecero hoc) Virg. Donec me flumine viuo Abluero. [Perfecero) Pro perficiam. [Ineptis) Vt à sapientia, sapis dicimus, ita ab ineptia, ineptis. [Sine modo) Hæc minantis sunt verba. & bene, imitatus est .n. comminantem. [Tuus est damnatus gnatus, nō tu) Ludit Phormio, cum, dicit, non tu, & contemptibiliorem in hac causa sibi senem, q̄ Antiphonem fuisse, dicit, simulq. ætatem illius esse despectam. [Tuus est damnatus gnatus, non tu) Pro voluntate cōtendentis est prolatio sententiæ. [Illum putato quæ ego nunc dico, dicere) Definitiue respondit. [Cum vxore hac) .i. tali. [Tu te idem melius feceris) Locus est hic, vt ostendat Phormio de compacto egisse cum Antiphone. [Tu te, idem melius feceris) Quidam sic intelligunt, Tu te idem melius feceris, vt senex potius exeat, quàm ejiciat filium. Artificioſe autē loquitur Phormio, vt adimat suspicionem seni consensionis, & conuentionis inter parasitum, & filium. [Sedulo) Sine dolo, instanter. [Dissimulat) Fingit, mentitur. [Quin quod est ferendum, feras) Cur non, inquit, accommodas necessitati voluntatem? [Quæ tuam senectutem oblectet) Non te, sed senectutem tuam. [Minus vero iram) Contemnentus est, dissuadere iracundiam. [Hoc age) Annuentis est. [Dixi Phormio) Dixi solent dicere perorata causa. [Dixi Demipho) Mire comminationem, & ferocitatem eius imitatus est simili verbo. [Si quid opus fuerit)

Hæc

Hæc repentina discessio habet aliquam maiorem litigaturi denunciationem. Et bene breuiter ne multiloquio infringeretur superior comminatio.

GVIDO.

EN vnquam &c.) In hac scena habetur controuersia inter Demiphonem,& parasitum nuptijs factis in absentia patris qui pater cupit summopere à filio puellam abijci,quod impedire intitur Phormio parasitus. D. En.i.vtrum,& vim habet indignationis, vos mei aduocati auditis vnquam iniuriam factam esse contumeliosius .i. iniuriosius, & cum maiori contumelia cuiq̃ .i. alicui homini,quàm hæc iniuria est facta, mihi, quæso adeste.i.tanquam patroni, & amici præsidio sitis mihi, & auxilio. G. Demipho est iratus. P. Quin.i. quinimò, tu Geta age hoc.i.fac quod tu nunc facis.s.tace. nam eo loquente alter tacebat,& ideo hoc dicto silẽtium innuit,iam hic est sceleratius signum.ego agitabo.i.perturbabo,commouebo.versabo,succutiam (vt dicunt) hunc per contemptum dicitur.i.senem. Proh Deum.i.deorum immortalium, fidem imploro sup. Demipho negat.i.est ne verum,q̃ Demipho negat hanc Phaniam esse cognatam sibi,& iterum repetit, ostendens maiorem indignationem, & maiorem exclamationem. Demipho negat hanc sibi cognatam. G. Ipse negat sine dubio. P. Neque pro,& non subaudi verum ne est, aut dicit ne se non scire.i.non cognoscere patrem eius Phanij,qui fuerit,vel qui fuerit pater eius,vel de cognatione senis,vel ille modus dicendi ponitur pro hoc est,ne verum se nescire,qui fuerit pater eius puellæ. G. Negat se scire qui fuerat pater eius Dem. opinor ipsum esse Phorm.de quo aiebam.alloquitur suos,aduocatos hoc dicens cum animaduertit parasitum sequimini me properantem ad eum conueniendum. P. Nec.i. & non, subaudi dicit se non scire ipsum Stilphonem (quem Phormio fingit esse patrem puellæ) qui fuerit, idem loquendi genus vti prius .i. dicit se non scire qui fuerit ipse Stilpho. G. Negat se scire qui fuerit Stilpho. P. Quia ipsa misera puella relicta est egens.i.inops, propterea parẽs.i.pater eius ignoratur à suis propinquis. ipsa autem puella negligitur, quia pauper, & egena, nec ab aliquo recognosci amice potest sine lite,vide quid auaritia facit. G. Si insimulabis .i. si accusabis. Nam insimulare est crimen ingerere, & insimulatio est falsi,vel veri criminis incusatio,& insimulari genitiuo iungitur.Si insimulabis herum meum malitiæ .i. improbitatis, male audies à me.i.ego quoque te accusabo, & probra tibi ingeram, ac conuitia. D. O audaciam .i. miror tantam inesse homini isti temeritatem, etiam ipse aduenit accusatum me vltro.i.non lacessitus. Phorm.nondum herus à Phormione compellatur. Nam nihil est iam quod.i.propter quod succenseam .i. irascat adolescenti Antiphoni,quòd in hac repugnauerit, si minus.i.si non nouerat illum Stilphonem puelle patrem. quippe,quia certe homo.s.patet puellæ erat sup. iam grandior .i. grandæuus, grandis natu,comparatiuum pro positiuo. Grandis autem sæpe dicitur de ætate, vt Grandior Nestore dicitur qui Nestorem vincit ætate. ergo iam homo erat senex, erat pauper, cui vita erat.i.sustentabatur opera,in ablatiuo .i. industria, labore corporis.i.per laborem suarum manum,vel cui vita erat.i.consistebat in opera.i.manuali operatione, & quotidianis lucellis.ipse ferè.i.vt plurimum, & (quod dicunt) communiter, continebat se ruri.i.viuebat in agris operi insudans assiduo. Continere dicitur, qui contra voluptatem se continet, vnde contenti dicuntur in malis dutantes. Ibi.i.rure,ipse habebat agrum colendum .i. arandum de nostro patre.i. conduxerat illum agrum quem coleret ex patre nostro, ex partem illi fructum daturus, aut pecuniæ summam soluturus. interea.i.dum viueret ita ægre victũ quæritas,sæpe ipse senex.i.iam grãdis,& grauis annis, narrabat mihi hunc suum cognatum.s.Demiphones negligere se,q̃ pauper esset, at.i.sed, quem virum Demipho negligebat sup.interrogat,deinde sibijpsi respondet, negligebat virum optimum in vita.i.in actu,& moribus, quem virum viderim.i.quem cognouerim, vel in vita dic pro cum viueret. G. Videas .i. aspicias bene.i.vt.i.qualiter narras.i.prædices te Phorm.atq; illum Stilphonem,q.d.aspice quomodo te iactites, & illum laudes. P. Abi.i.discede,facesse hinc in malam crucem,q.d.(quod dici solet) vade ad patibulum. Nam ni.i.nisi,existimassem.i.iudicassem, eum Antiphonem esse ita.i.optimum in vita,nunquam capere inimicitias.i.contentiones,discordias, simultates tam graues.i.molesta .i. contra nostram familiam. ob hanc.i.propter hanc puellam Phanium quam familiam nostram is Demipho aspernatur,recusat,auertit,contemnit,non agnoscit. Aspernari enim significat non solum corpore auertere, sed etiam animo est autem ductum ab aspero. Capere dicimur cum id quod in nobis est assumimus,vnde capere pro eligendo ponitur. quam ergo familiam is Demipho aspernatur nunc tam illiberaliter.i. tam inique,tam iniuste,tam inhumane. Illiberaliter dicebant factum si quis excessisset omne genus maleficij. G. O impurissime .i. improbissime,pergin'.i.perseueras, ne male loqui .i. male dicere hero absenti.i.domino meo in absentia eius. P. Hoc .s. male dictum, aut vt male dicatur, est dignum illo hero tuo.i.indignus est cui male dicatur. G. O carcer.i.carcere digne, & qui dignus es, qui in carcerem detrudaris. ain'.i. dicis ne tandem dominum meum esse contumelia dignum, vbi tandem habet quiddam vrgens,& accelerans. D. Vocat Demipho summissa voce Getã sic inquiens ò Geta. G. Geta eum non audiẽs pergit in incepto sermone,qui dixerat,ais tu tandem carcer extortor.i.excruciator, vexator bonorum.i.iustorum virorũ,& contortor .i. conturbator legum ciuilium. D. O Geta. P. Responde illi, hoc dicit voce summissa. G. Quis est ille homo,qui me vocat, deinde conuersus, & animaduerso sene, inquit. Hem,in interiectio hic agnoscentis vocantem. D. Tace. G. Hic parasitus nunquam cessauit dicere tibi absenti contumelias indignas te.i.quas non meruisti, & dignas se.i.quas ipse debet audire. D. Ohe interiectio est satietatem vsque ad fastidiũ designans, quas ostendat Getam plus iusto præ se locutum videri,proinde illi silentium imponit inquiens. ò Geta define.i.desiste ab is probris. Deinde se conuertit ad parasitum dicens. O adolescens Phormio. Senes solent eos, qui minoris sunt ætatis appellatione iuuenis, vel pueri, vel adolescentis nuncupare, ideo vocat parasitum adolescentem,ait Don. Primum.i.in primis, ante omnia, peto abs te cum bona venia .i. sine ira, & discordia,sed cum bona pace,& tranquillitate, atque facultate ex te prius petita,peto hæc quæ sequuntur,respondeas mihi si potis est.i.potest placere tibi, tibi esse cordi, quem hominum ais fuisse istum amicum tuum, cuius causam tantopere egisti aduersus filium, & ais dixit,tanq̃ de eo,qui vana loquatur,dicere enim dicitur de his,qui validiora loquuntur. Explana.i.manifesta, expone mihi, &.i. etiam, qui.i.quo modo,vel vnde dicere me esse cognatum sibi. P. Proinde,pro perinde.i.ita, expiscare pro expiscaris .i. inquiris diligenter,quasi .i. tanquam si non nosses.i.cognouisses, alij noris.i.quasi non noueris. Expiscari est diligenter quærere vbi nam pisces lateant. D. Dicis sup.q̃ nossem.i.nouissem eum,vel ais tu me perinde expiscari,ac si nõ nouissem. P. Ita dico. D. Ego nego me nosse sup.istum tuum amicum,quem mihi cognatum fuisse dicis, tu Phormio qui ais me nosse aliquando eum, redige.i.redire in memoriam mihi. P. Eho,interiectio,defatigationem quandam ostendens, atq; illusionem,q̃ non nouerit senex suos cognatos, tu non noras.i. noueras,dum viueret tuũ consobrinum.i.ex sorore matris tuæ natum. D. Enecas .i. (quod dicitur) cogis me meri talia dicendo,Dic nomen.i.dic quo nomine vocabatur,aut quod erat ei nomen. P. Vis vt dicam nomen, dicam maxume.i.libentissime. D. Quid? cur taces .i. cur non dicis nunc nomen eius. P. Hercle perij, perdidi nomen.i.sum nominis oblitus, & hoc dicit summissa voce ad Getam. D. Hem,interiectio indignãtis, vel deprehendentis malitiam,quid ais? P. O Get. si meministi.i.si recordaris illius nominis quod dictum est olim subijce.i. suggere,subministra. Deinde inuenta alia dilatione indignanter subdit,hem,non dico tibi nomen, id est nolo tibi dicere nomen, quasi per ironiam dr̃, non noris .i. quasi nescias nomen eius cognati, aduenis tentatum.i.ad tentandum siue ad experiẽdum sciamus id nec ne,cum optime tu te teneas. D. Egon'.i. vtrum ne dicis qd̃ ego tento .i. facio periculum de tua notitia simula te ista quærens?q.d.non tento Ger.Summissa voce,Ger. subijcit nomen Stilphonẽ dicens.Stilpho est sup.nomẽ defuncti cognati. P. Atq; adeo.i.certe,quid mea refert,sup.eius nomen proferre.i.quid ad me spectat dicere nomẽ eius.Deinde indignanter subdit,eius tanquam subito inuentum.Stilpho est nomen eius siue Stilpho est cognatus, D. Quem dixisti.i.quem hominem protulisti vel nominasti. P. Inq̃.i.iterum dico tibi noueras Stilphonem. D. Neque noram.i.noueram illum Stilphonem,neq; quisquam fuit mihi cognatus isto.i.tali nomine Stilphonis .i. qui habuerit talem appellationem. P. Ita ne.i. vtrum ita est vt dicis,vel ita dicis?non te pudet horum.i.non afficeris pudore dicendo talia verba? At.i.sed si ille cognatus reliquisset rem.i.substantiam suam .i. hæreditatem decem talentũ per talentoꝝ per syncopem. Talentum (vt vult Seruius) secundum varias gentes pondus est varium, sed apud Romanos talẽtum est septuaginta librarum, vt ex Plaut.collegisse se testatur.

Dein

Deinde intercipit sermonem senex summissa voce dicens. D. De malefaciant tibi. P. Prosequitur inceptum sermonem. i. si reliquisset hæreditatē decem talentoꝝ, tu Demipho esses primus proferēs. i. narrans, memoriter. i. (quod dñt inepte) corde tenus, q. d. sine aliquibus scriptus progeniem. i. sobolem, genealogiam vestram, vsque. i. eodem tenore, & ducto ab auo atque atauo. i. à remotis maioribus longe repetendi, vbi vsque est aduerbiū. D. Ego sum sup. ita auarus ac superbus vt dicis? esto q̄is non sit verum si ego adueniſſem ad iudicia, tum. i. tunc cum discepta tum est de hac cognatione, ego dicerē qui. i. quo modo, vel vnde esset mihi cognata illa puella, itidem. i. similiter, cum tu assueris fac id quod efficeres videlicet, cedo. i. dic, qui. i. vnde ea est mihi cognata. G. En. i. ecce, q. d. Iam video te disceptantem mihere. Recte repugnas vel dicis sup. Heus, aduerbium vocantis, seu incitantis, tu caue. i. prouide tibi, & ab illo cauere stude. P. Ego expediui. i. explicui, dilucide. i. clare iudicibus quibus oportuit me expedire, quomodo esset tibi cognata, si tum. i. tunc, vel deinde, id quod dixi iudicibus fuerat falsum, cur filius tuus nō refellit, in præterito. t. nō recriminatus est, non confutauit illud esse falsum. Nam refellere est arguendi falsum ostēdere. D. Naras mihi filium. i. loqueris mihi de filio, de stultitia cuius filij nō potest dici, vt dignum est dici. i. non potest ab aliquo dici qđ eius stultitia meruit vt diceretur. P. At tu Demipho, qui es sapiens adi magistratus. i. vade ad homines in officio cōstitutos, puta ad iudices, vt ipsi magistratus reddant tibi iterum. i. secundo, iudicium. i. sententiam de eadem causa quando quidem. i. quia certe tu solus sine alio regnas. i. more regum solutus es legibus, & libertatem opprimis, & tibi soli licet adipiscis. i. assequi, obtinere: hic. i. Athenis, vbi leges vigent, & libertas, bis. i. iterum, iudiciū. i. sententiam de eadem causa, & hac omnia per ironiam sunt dicta. D. Et si. i. quāuis iniuria est mihi facta verum tñ potius est sup. siue satius est mihi dare dotem. s. id quod lex iubet, vel id. i. propter id, quod lex iubet, itidem. i. similiter, vt. i. sicut, si sit vere cognata mea. Potius est ergo id facere, q̄ secter. i. exerceā, lites. i. controuersias negocia. causas, aut q̄ audiam te ira blaterantem, & mihi detrahentem. Abduce. i. tecum reduc in domum tuam hanc puellam, accipe pro dote quinque minas. i. quinque libras. P. Ah, ah, hæ, hic risu destruxit quod prætendebat senex, homo suauis. i. iucundus ac lepidus es supp. ridendo hoc dicit. D. Quid. i. propter quod ride. Num. i. nunquid, q. d. non postulo iniquū. i. rem iniustam, an. i. vtrum, ne quidem. i. nec etiam, adipiscar. i. obtinebo id quod est ius, publicum. i. totius cōmunitatis. P. Quæso ne. i. vtrum tandem est sup. ita vt sequatur, vel sic, ne. i. vtrū tandem lex iubet ita. s. dare mercedem ei. s. cui Phanio vxori Antiphonis, & amittere. i. à se dimittere, vel amittere. i. perdere eam itidem. i. similiter vt siue, vbi. i. qñ, abusus sis. i. aliquis abusus sit meretricem, pro meretrice, quam soluit, & à se emittit. Vtimur cum honore, abutimur cui iniuria vbi abutor iungitur accusatiuo more antiquo, vt Diomedes testatur, vel potest astrui. Vtrū lex iubet dare ei Phanio ciui mercedē, & amittere à se itidem, vt. i. tanquam meretricem, vbi. i. qñ abusus sis ea & melior est ista structura meo iudicio. An. s. vtrum, ciuis, in fœminino. i. Phanium puella iussa est dari proximo. i. suo cognato vt ne quid. i. vt non aliquid amitteret in se turpe. i. inhonestum, puta aliquid lasciuię, propter egestatem. i. propter inopiam, & penuriam victus, vt degeret ætatem. i. vt traduceret vitæ suæ tēpus cum vno viro, & bene nam pudicitia est vnius scientia viri, ait Donat. quod. s. vt degat ætatem cum vno, vetas. i. impedis. D. Quidem. i. certe. iussa est dari ita (vt dicis) proximo, per ironiā dicit, at vnde. i. ex qua occasione, nos sumus ei proximi, aut quā obrem. i. quare sumus ei proximi. P. Ohe, interiectio hominis affecti fastidio ob inculcata, & repetita sæpius filia, Aiunt. i. dñt homines. i. ita fertur, ita dr̄, hæc ponuntur, vbi prouerbium est, ne agas actum. i. ne retractes quod iam est confectum, iudicatum, & concluſum. Acta res est, de qua sententia prolata est. D. Non agam actum, imò. i. sed non desinam. i. non cessabo, donec. i. quousque, perfecero hoc. i. donec deduxero hoc negociū ad exitum. Phor. ineptis. i. insanis, efficeris ineptus, & desipiscis, & (quod dicitur) tu agis stultum, Nam fit à sapientia sapis dicimus, ita ab ineptia ineptis, declinat aūt ineptio ineptis ineptui ineptire. D. Sine modo, verba sunt cōminatoria, quasi (qđ dici solet) Dimitte mihi facere, & videbis quid ego sim facturus, quasi sine. i. permitte, modo. i. tantūmodo. i. patientiam habe tā tūmodo, & videbis, quid faciā tandem. P. Postremo aduerbiū. i. denique. O Demipho, nihil rei, negocij est nobis tecum. i. (quod inepte dici solet) nihil habemus ad faciendum tecū, vbi etiam dicendum, nil nobis. rei, aut negocij tecum est, tuus gnatus. i. tuus filius Antipho, est damnatus vt ducat Phaniū, non tu es damnatus ad id faciendum, nam tua ætas iam præterierat ad ducendum. i. ad vxorem capiendā, iam non idoneus es propter ætatē. D. Ego puto illum filiū meum, dicere omnia hæc, quæ dico nūc, aut si non dicat idem quidem. i. certe, prohibeo ipsum filium domo. i. à domo mea reijciam, seu arcebo ne ingrediatur cum hac vxore Phanio. G. Submissa voce dicit, herus meus est iratus. P. Tute. i. tumet, melius. i. magis cōgrue, & conueniēter, feceris. i. faciet idem q. si tu dicis, videlicet prohibebis ipsum domo vna cum vxore, &c. quod dici solet melius erit, q̄ tu facias illud qđ minaris, quasi oblendat sese nihil habere conuentionis cum Antiphone. D. O infelix. i. infauste mihi. itan'. i. vtrum paratus es facere ita omnia aduersum me. i. cōtra me, vel facere me aduersum omnia. i. contra omnia. P. Summissa voce alloqtur Getam, hic senex metuit nos, tā etsi. i. quamuis, dissimulat. i. fingit, ac mentitur, sedulo. i. instantes, quasi sine dolo. G. Bene habent. i. bene se res habēt, principia sunt sup. tibi. i. tu habes bona principia ad cetera consequenda, ad quæ niteris, atq; tendis. P. Quin. i. q. animo, feras. i. toleres sustineas æquo animo id qđ est ferendū. i. tolerandum, feceris. i. efficies, tuis factis. i. p tua facta, dignum. i. rem dignam, vt simus amici, inter nos. D. Egon'. i. vtrum ego expectam. i. desiderem optem tuam amicitiam, q. d. non, aut vtrum velim aut visum. i. videre, aut auditum. i. audire te, q. d. non. P. Concordabis. i. si concorditer viues cum illa nuru tua, habebis nurum quæ oblectet. s. consoletur, foueat tuam senectutem Respice ætatem tuam. i. rationē habeas ætatis tuæ. D. Ipsa oblectet te non me, habe eam tibi. i. cape eā, pro te, quoniam mihi non est cordi. Phorm. vero. i. sed minue iram contemnendo dicit, q. d. (quod dici solet) & amore Dei compescere iram, vel non irasci Demea age hoc quod dixi. s. habe eā tibi, & abduc à nobis. Iam satis verborum est. i. sufficiunt ea, quę dicta sunt, nisi tu properes abducere. i. auferre à nobis mulierem Phanium. ego eijciam illam. ò Phormio. ego dixi vno verbo quod volebam. P. Si tu attigeris illam puellam secus. i. aliter, quàm dignum est. i. quàm decet liberam mulierem attingi, ego impingam. i. puellam, illidam, susciabo tibi grandem dicant, à dica dicæ. i. magnam causam, seu controuersiam, seu magnum libellum iniuriarum, vt prius dictum est. O Demipho dixi quē admodum prius dixeras. Deinde vocat Getam recedendo, heus, aduerbium vocantis. si quid fuerit opus præsentia mea. i. si in aliquo fuerit mea præsentia opus inueniens sup. me domo. i. in domo. G. Intellego. i. capio quid velis.

ARGVMENTVM) Concertant inter se primum Geta & parasitus ad ludendum senex, deinde senex ipse cum parasito altercatur. [Pro deum) Fingit se certare cum Geta, & bis repetit nomen senis ad inuidiam, & acrimoniam contentionis. Sequimini alloquitur aduocatos, quos instructos adducit. [Quia egens) Inuidiose in Demiphonē. [Nam iam) Obiter purgat Antiph. [Sæpe interea) Et hoc inuidiose, ad irritantum senem. Ain' tandem. Hoc totum ficte Geta, ne cum Phorm. sentire videatur. [Respondē) Hoc summisse parasitus. [Adolescens) Controuersia coniecturalis, fuit cognatus, non fuit. [Proinde) Calliditate objecit, ne rñderet cogatur, quia nomen perdidit. [Perij) Hoc ad spectatores. [Hem) Indignantis cum vociferatione. [Stilpho) hoc tacite suggeris Geta, non audiente sene. [Neque ego) Contradictio. [Talentum) Sincope. & est exprobatio auaritiæ, qua deflectit à causa in personam, quia certam confirmationem nō habet. [Dilucide expediui) Inhærent iudicato, & filij, silentium objecit. [Filium nar.) Soluit à persona. [At tu) Ironia. [Et si mihi) Labascit senex victus à parasito. [Ita ne tandem) Irrisorie interpretatur legem, & confirmat ab honesto, contra senem. [Actum, aiunt, ne) Prouerbium à iudicijs sumptum. [Sine modo) Comminantis. [Postremo tecum) Alia defensio per translationem, qua actorem declinat. [Infelix) Actiue, non q patitur, sed qui affert infelicitatem. [Dixi Phormio) Confirmatio more causidicorum. [Dixit Demipho) similis repetito ad illusionem. LATO.

EN vrquam) Quanta sit inutilium hominum improbitas & animi malitia, q ita sese comparere, norunt vt optimis etiam qbusuis, & simplicibus negocium faceſſant, & illos suis iniquitatibus propellant, hac scena exprimitur. Est autem malitia, teste Cicer. in 3. de Diuin. versuta, & fallax nocendi ratio. Et Plato de Repub. 4. Peruersos, & versutos homines omnes artes nouisse, quibus melioribus viris imponere possent. [Auaritia vide quid fa.) Per exclamationem indicare vult Phormio, propter auaritiam pauperes, cognatos, & amicos nihili fieri. Quare recte dixit Cicero? Auaritia sanctissima quæque violari, & eo vitio nihil esse, neque tetrius, neq; odiosius. [Ha ha hæ) PETR. MARS.

Cacchinantis interiectio. Actum, aiunt, ne agas. i. quod indicio determinatum est, rursum in quæstionem ne reuoces. Dicam impinguas .i. graue actione tecum agam.

GLAR. SENARII sunt omnes. In 3. perperam Fidem additur in plerisque exemplaribus, quod admonet Don. In 5. vel bacchius est loco primo, vel creticus loco secundo. quod dicere malim, q̄ i, elidere Phanium. Ita in 7. Eius monos. vel bacchius loco primo. In 13. O extra carmen vr̄, nisi o p̄p vocalem imitatione Virgilij, corripiatur, & sit bacchius loco primo. In 16. ambigua lectio est Cui opera, & Cui in opera, non ambigua tñ ratio in syllabis. In 21. Ioan. Abi hinc malã crucem, legit, quod alij Abi in malam crucem, legunt. & s, in Narras elidi putat. Ego puto creticum loco quarto, siue In siue Hinc legas. In 23. vel Ob extra carmen est, vel pæan secundus est loco dactyli, vt dactylo sit p̄posita breuis syllaba. In 28. Ehem monos. est. In 32. vel Mihi monosy. totum eliditur, vel loco quarto est creticus. In 33. Tuũ ac Ais dissyllaba sunt, Fuisse quoque nisi loco tertio sit creticus. Ita in 37. vel tuum monosyl. vel creticus est loco tertio. In 24. p̄celeusmaticus est loco secũdo. In 29. bacchius est loco primo quod malim dicere, q̄ s, elidere in Dicis. Sequentes duos versus bene emendauit Ioan. legendum .n. Ea post Cognata, & Cedo verbum ad sequentem pertinet versum. In 52. s, in Quibus eliditur, nisi loco quarto sit creticus. In 55. Cuius monosyl. est. In 57. & 59. cretici in eandem cum p̄cedentibus syllabis. In 64. d, eliditur in Quid, nisi creticus sit loco tertio. In 66. Itidem vbi meretricẽ, legendũ, & s, in Abusus eliditur, vt carmen ita legatur.

Ita ne tandem quæso, itidem vbi meretricem abusu' sis.

Atque ita habet vetustus liber. In 67. Ei monos. In 72. Ne corripitur, non eliditur. In 74. Rei monos. In 78. Aut, ad superius pertinet carmen, nisi quis creticum loco primo ponere malit. In 79. si idem gñis est neutri Te non eliditur, & omnino Fecerit ad finẽ versus ponendum. vt habet lib. vetustus. In 81. In p̄tinet ad versum superiorem. In 83. creticus haud dubius est loco secũdo, & bacchius loco tertio. q̄q̄ Tuis potest esse monos. quod effugium in cretico non est. Ita in 87. vel bacchius est loco primo vel creticus loco quarto. nec est aliud effugiũ, quantumuis luctentur grammatici. In 5. à fine s, in Satis, in tertio s, in Secus eliduntur. quanquam illic bacchius, hic creticus esse potest.

ACTVS II. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Consulit Demipho aduocatos super filij coniugio, vnus suadet, dissuadet alter, tertius nihil dicit, qui se alterutri iungere debuit. Versatur autem in deliberatiuo.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena deliberatio continetur, in qua consuluntur aduocati, quorum vnus suadet, alter dissuadet, tertius qui in sententiam alterutrius accedere debebat, eiusmodi incertum produxit consilium, vt rursum fuerit operæprecium deliberare. ADDITIO. *Animaduerte hic exemplum, & ingenium aduocatorum, qui consilij nodum quoad possunt, ferè protelare satagunt. Attende etiam quemadmodum alter alterum reuereri studuerit in hoc quod Hegio priorem loquendi locum Cratino honoris gratia defert, quam sanè proloquendi discretionem nos quoque imitari decorum est. Ceterum si miram Poëtæ artem singularem compositionis facunditam, energiam sententiarum prægnantem, paulò diligentius, & introspicere, & rimari voluerimus, inueniemus proculdubio Terentium nostrum omnium lepidissimum familiarissimum, moralissimum.*

Senarij.

DEMIPHO, GETA, HEGIO, CRATINVS, CRITO.

VANTA me cura, & solicitudine afficit
Gnatus, qui me, & se hisce impediuit nuptijs.
Neque mi in conspectum prodit, vt saltem sciam,
Quid de hac re dicat, quid ue sit sententiæ.
Abi tu, vise redierit ne iam, an nondum, domum.
G. Eo. D. videtis quo in loco res hæc siet:
Quid ago? dic Hegio. H. ego Cratinum censeo,
Si tibi videtur. D. dic Cratine. CRAT. me ne vis?
D. Te. CRAT. ego quæ in rem tuam sint, ea velim facias. mihi
Si hoc videtur. quod te absente hic filius
Egit, restitui in integrum æquom est, & bonum:
Et id impetrabis. dixi. D. dic nunc Hegio.
H. Ego sedulo hunc dixisse credo: verum ita est,
Quot homines, tot sententiæ: suus cuique mos.
Mihi non videtur, quod sit factum legibus,
Rescindi posse: & turpe inceptu est. D. dic Crito.
CRIT. Ego amplius deliberandum censeo:
Res magna est. H. nunquid nos vis? D. fecistis probe:
Incertior sum multo quàm dudum. G. negant
Redijsse. D. frater est expectandus mihi: is
Quod mihi dederit de hac re consilium, id exequar.
Percontatum ibo ad portum, quoad se recipiat.
G. At ego Antiphonem queram, vt, quæ acta hic sunt, sciat.
Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere.

DONATVS.

VANTA me cura, & solicitudine afficit gnatus) Cura est in spe bonorum: Solicitudo in metu malorum. [Quanta me cura, & solicitudine) Hæc deliberatiua est, in qua tres aduocati sunt, quorum vnus suadet, alter dissuadet, tertius qui se alterutri addere debuisset, eiusmodi sententiam dicit, vt rursum deliberatione opus esse videatur. [Ego Cratinum censeo) Potest ego distingui, vt subaudiatur, Ego dicam? [Quæ in rem tuam sint) Bene principio beneuolentiam suam commendauit, & sic consilium dedit. [Aequum est) Ab honesto. [Et bonum) Ab vtili. [Et id imperabis) A possibili. Et breuiter deliberatiue tres locos tetigit, Iustum, vtile, & possibile. [Ego sedulo hunc dixisse credo) Artificiose personam defendit, sententiam repræhensurus, ne si inimicus sit, adimat auctoritatem sententiæ suæ. [Verum ita est) Subiunxit locum ἀπροσῴατον oratorie, vt inuidiæ contradicturus occurreret. [Mihi non videtur. [A possibili.) Quod sit factum legibus) Hic alio ordine locos suasoriæ tetigit. primum à possibili secundum ab honesto. [Et turpe inceptu est) Ab honesto. Vtilitatem autem prętermisit per artem, quę, vbi non potest fieri frustra spectatur. [Res magna est) Causa ampliandi sententiam. [Incertior sum multo, quàm dudum) Ex tribus enim vnus suasit, alter dissuasit, tertius nihil dixit. [In tpe huc se recipere) δύναμις. Sal. Maximeque ferocia regis Mithridatis in tempore bellaturi.

QVANTA me, &c.) Hæc est deliberatio in qua aduocati GVID.
sunt quorum vnus suadet, alter dissuadet, tertius eiusmodi sentẽtiam dicit, vt rursum deliberatione opus esse videatur. D. Quãta cura, exclamando lege, & quanta solicitudine, q. d. magna gratus meus. s. Antipho affecit me. Cura est in spe bonorum, solicitudo in metu malor̄. Qui. s. filius impediuit. i. intricauit, inuoluit, implicuit me, & se, hisce nuptijs. i. per has nuptias, neque filius ipse prodit. i. emergit comparet mihi, in conspectu .i. ante oculos, vt saltem sciam q. d. dicat ipse de hac re .i. de his nuptijs, ve. i. vel, qui sententię sit ei. i. quam habeat sententiam, & opinionem de hac re, tu Geta abiuise. i. vade ad videndum ne. i. vtrum, filius iam redierit domum, an nondum .i. non adhuc redierit. G. Eo. i. vado ad videndum. D. Vos aduocati videtis in quo loco. i. in quo statu hæc res sit. i. negocium de nuptijs, ò Hegio dic quid ago. i. agere debeo. H. Ego censeo. i. iudicio. Cratinum debere sup. prius dicere si tibi videtur. i. bonum, & decẽs esse iudices. D. ò Cratine dic quid agere debeo. CRAT. Ne. i. vtrum vis me dicere. D. Volo sup. te dice. CRAT. ego velim. i. volo, q̄ facias ea quę sint in rem tuam. i. in tuam vtilitatem, hoc est quæ

quæ sint tibi, vtilia, hoc quod sequitur, videtur mihi sic. i. est mea opinio, & sententia talis, æquum est. i. honestum ac iustum, & bonum. i. vtile est id quod filius egit hic. i. Athenis, te absente restitui in integrum. i. reduci in arbitrium tuum, & esse irritum, perinde ac si nihil factum esset ita, vt tibi integrum sit ac liberum defendere causam, vt prius potuisses, vel sic intellige, æquum, & bonum est te sup. vel filium restitui in integrum .i. in libertatẽ & arbitrium huius rei non faciendæ, qui. i. quia, filius egit id te absente, qui modus dicendi ex iure sumptus est, vt liquet digestis de in integrum restitutione. Et tu Demipho imperabis .i. obtinebis id. i. vt restituaris, vel res restituatur in integrum, dixi .i. sententiam meam sum elocutus, quod verbum in fine oratio num apponi consuecuit. nam dicere, significat accommodare, appositeq. loqui. Inde dictio dicitur oratio festina, atque diserta. D. O Hegio dic nunc quid agere debeo. dic .i. eloquere. H. Ego credo hunc. CRAT. Dixisse sedulo .i. instanter, & sine dolo, & quasi serio, verum. i. sed, ita est. i. ita se res habet, vel sit verum, nomen, sic, ita est verum .i. hoc prouerbium verum est. s. Tot sunt sententiæ opiniones quot sunt homines. cuique .i. vnicuique suus mos. i. proprius modus est, non videtur mihi .i. non mea sententia id quod sit factum. i. iudicatum, legibus. i. secundum leges, posse rescindi. i. retractari, & irritum fieri, & id .s. rescindere legibus factum, est turpe inceptu. i. ad incipiendũ, vel incipiatur. D. O Crito dic .i. alloquere, quid .s. agam? CRIT. Ego censeo esse deliberandum. i. consulendum, amplius. i. latius, & accuratius. i. iudico esse opus ampliori deliberatione, res. i. materia, negocium causa, controuersia est magna .i. magni ponderis ac momenti. H. Nunquid. i. nonne aliqd aliud vis non facere sup. quod dictum est abire cupientis cum videat non esse vltra sua opus opera. D. Probe. i. recte fecistis, per ironiam dicit quasi optime consultatis. s. sum multo incertior. i. magis in dubio, qui dudum. i. paulo ante quàm dixissiet is vestras sententias. Get. Redijt. G. Dicens filium non redijsse, domestici negant filium redijsse. i. debent q non redijt. D. Frater Chremes est mihi expectandus. exequar. i. faciam, complebo, peragam id consilium, quod is frater dederit mihi, de hac re .i. de his nuptijs, ibo percunctatum. i. inquisitum ad portum maris, qua rediturus est nauigio, quo ad. i. quosque recipiat se. i. se reducat, ac referat domum. G. At ego quæram Ant. vt sciat, quæ acta sint, hic. i. in hoc loco vbi est disceptatum de hac re, sed eccum. i. ecce, hic prope video ipsum Ant. recipere se. i. se referre huc in tempore. i. mane tempestiue, congrue, auspicato ac bona hora quod dici solet, dicit autem hoc seorsum à sane.

LAT. ARGVMENTVM) Consulat Demipho cum aduocatis, & incertior relinquitur. [Videtis) A periculo reddit attentos. [Sedulo) Probe, & fideliter. [Quot homines) Prouerbia.

PETR. MARS. QVANTA me cura) Aduocatorum mores qui plerunq; magis illos à quibus consuluntur in errorem, & ambiguitatem conijciant, quàm expediantur, exprimit hæc scena. Est aũt aduocatos generale nomen, & non modo cũ denotat qui alterius causam agit, sed quicunq; adest alteri in causa, officij gratia aduocatus appellatur, etiamsi nihil dicat aut agat, sed tamen parasitus sit defendere. Patronus autem qui agit causam accusari.

GLAR. ET hi sunt senarij. In secundo versu Et geminandum absque coniunctioneque, vt ita legatur versus,

Gnatus qui, & me, & se hisce impediuit nuptijs.

In tertio Mihi monosyll. totum eliditur, vt sit Anapæstus loco primo. In 4. i, in Abi corripitur, nisi bacchium loco primo ponamus. Ceterum loco secundo dactylus est, & quarto Anapæstus. In 9. vel creticus est loco secundo, vel Tuam monosyll. In 14. vel Suum monosyllabum est, vel s, ad finem amittit, vel denique bacchius est loco quinto, & Cuique disiyllabum. Est, in lib. Aldi perperam ad finem additum. Annotauit hoc etiam Ioan. In vltimo vel d, eliditur in Sed, vel bacchius est loco 1.

ACTVS III. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Antipho se vehementer incusat, quòd ita incõsulto patri se abduxerit, & causam suam alijs tutandam dederit. Rem totam denique ex Geta cognoscit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Antipho sese vehementer incusat, quòd ita inconsulto abierit, causamq; suam alijs defendendam reliquerit. Tum omnibus de rebus Getam quàm sedulo interrogat.

Iambici tetrametri, partim Catalectici, partim acatalectici, admixtis Trochaicis quibusdam.

ANTIPHO, GETA.

NIMVERO Antipho multimodis cum istoc animo vituperandus es.
Ita ne hinc abijsse, & vitam tutandam dedisse alijs tuam?
Alios tuam rem credidisti, quàm te, animaduersuros magis?
Nam, vt vt erant alia, illi certe consuleres, quæ nunc tuæ est domi:
Ne quid propter tuam fidem decepta pateretur mali:
Cuius nũc miserę spes, opesq. sunt in te vno oẽs sitæ.

G. Equidem hęres nos iam dudum hic te absentem incusamus, qui abierit.

A. Te ipsum quærebam. G. Sed ea causa nihilo magis defecimus.

A. Loquere obsecro, quonam in loco sunt res, & fortunæ meæ?
Nunquid patri subolet? G. nil etiam. A. ecquid spei porrò est? G. nescio. A. ah.

G. Nisi Phædria haud cessauit pro te eniti. A. nihil fecit noui.

G. Tum Phormio itidem in hac re, vt in alijs, strenuũ hominem præbuit.

A. Quid is fecit? G. consutauit verbis admodum iratum patrem.

A. Heu Phormio. G. ego, quod potui porrò. A. mi Geta, omnes vos amo.

G. Sic sese habent principia, vt dico: adhuc tranquilla res est:
Mansurusque patruum pater est, dum huc adueniat. A. quid eum? G. aiebat,
De eius cõsilio velle sese facere, qđ ad hanc rẽ attinet.

A. Quantus metus est mihi, venire huc saluom nunc patruum Geta:
Nam, vt audio, per vnam eius aut viuam, aut moriar sententiam.

G. Phædria tibi adest. A. vbi nam? G. eccum à sua palæstra exit foras.

NIMVERO Antipho multis modis cum istoc animo: pro, huius animi. Ennius, Optima cũ pulchris animi, Romana iuuentus. [Ita ne hinc abisse, & vitam tuam) ἀδυποφίστως, vt, Inuidisse deos, patris vt redditus oris Coniugium optatũ, & pulchram Calydona viderem? Et, Seruon' fortunas meas commisisti futili? [Alios tuam rem) Ab infinitiuo ad indicatiuum tranfitum fecit. [Credidisti) Pro putasti. [Pateretur mali) Legitur, & potiretur, quia potiri τὸ πλεονὸν fuit. Plaut. Hostium potitus est. [Spes, opesque sunt) Hæc quidem de his sunt, quæ amanti * Spes, opesq. sunt) Vt, Res fidesq. [Qui abieris) Mollius, quàm fugeris. [Sed ea causa) Quia abieris. [Nunquid patri subolet?) Conueniencia sua, & Phormionis dicit. [Confutabis verbis) Conuincit, vt si diceret, refutauit. sed Refutatio in rem. Confutatio in personam. [Ego quod potui porrò) De se mediocriter per παλαιὸν moraliter latis. [Ego quod potui porrò) Ordine. primo dominum, post Phorm. vltimum se posuit. [Huc saluum nunc patruum Geta?) Non optat saluum patruum venire ſm Apollodorum. & ostẽdit non congruere salutem eius cum commodo suo. An nõ dicit malum esse, & incommodum sibi, sed tãtum magni terroris plenum aduentum patrui? [A sua palæstra exit foras) Bene pa-

DON.

 læstram

læstram eius dixit lenonis domum, in qua est exercitus amator assidue. Plaut. Pacch. homo adolescens, Penetrem huiusmodi in palæstram, vbi damnis desudascitur.

GVID. ENIMVERO &c.) Hic Antiph. se incusat q abierit, & simul Getam de rebus omnibus interrogat. A. Alloquitur seipsum. Enimuero.i.certe, tu Antipho cum istoc animo. tu Antipho istius animi, vel habens istũ animum, es vituperãdus multis modis, Ita ne decet sup.re hinc abisse.i.discessisse, & dedisse. commisisse tuam vitam tutandam.i.defendendã, alijs Phęd. & Getæ, & Phorm. & bene vitam dixit, nam si abstrahatur a vxore, putat se non posse viuere, sed mortis periculum esse subiturum, & decet te credidisse.i.putasse alios.s.Phædriam &c. magis animaduersuros.i.habituros curæ rem tuam.i.tuum negocium, quam te. Nam vt vt.i.vtcunque, hoc est qualitercunque alia, in neutro genere.i.reliqua quæ debuissent curare. erant.i. se habebant, certe.i.saltem consuleres.i.prospicere, seu prouidere debebas illi Phanio, quæ nunc est domi tuæ, ne quid.i.ne ali quid mali ipsa decepta propter tuam fidem.i.tuam promissionem pateretur. Cuius Phanij nunc.i.hoc tempore, misere.i.infelicis omnes opes.i.facultates sunt sitæ.i.positæ, collocatę, in te vno.i.solo. G. Equidem ò here.i.domine. iandudum.i.paulo ante. incusamus hic.i.criminamur, culpamus, redarguimus te absentem. qui abieris.i.discesseris. A. Quærebam teipsum. G. Pro sequitur inceptum sermonem, sed ea causa.i.eo q abieris, nihilo plus desecimus.i.succubuimus, defatigati sumus in defensionem tui. A. Obsecro loquere.i.dic in quo loco.i.in quo statu, res.i.negocia, & fortunæ meæ.i.mea infortunia, vel mei quę tuę sunt. nunquid subdolet.i. aliquantulum dolet. patri meo q abierim. neque subierim eius conspectum. G. Etiam nihil .i.nulla tenus, nullo modo dolet ei q abieris, quia ex hoc considerat te nimio patris timere non audere subire conspectum eius. A. Et porrò .i. deinde. quid spei est. G. Nescio, quid sperem. A. Ah, interiectio dolentis. G. Nescio nisi q supp. Phæd. non cessauit eniti.i.conari, laborare pro te. A. Nihil noui fecit ipsa Phœdria, quoniam solitus est hoc facere. vel quia soleo pro eo idem facere, vel quia nihil mihi obtinuit noui suo nixu. G. Tum.i.deinde. Phormio præbuit.i.præstitit, ostẽdit, exhibuit se hominem strenuum, i.acrem fortem. itidem.i.similiter, in hac re vt.i.sicuti.i.sicut in alijs rebus. A. Quid is parasitus fecit. G. Ipse confutauit verbis.i.contrcit per verba patrem admodum.i.valde iratum. A. Heu, interiectio hic ostendit admirationem facti Phor. & approbationem. propterea subditur. ò Phorm. quasi dicat, multum tibi debeo, aut aliquid tale. G. Porrò.i.deinde, vel certe. ego feci sup. quod potui. A. O mi Geta amo vos omnes. G. Principia obtinendi voti sic se habent, vt dico ita, q confutatus est senex adhuc res est tranquilla.i.negocium mihi habet turbationis, & pater manturus est.i. expectaturus est paruum.s.Chremetem patrem Ph.dum.i.quo usque aduenial huc. A. Quid.i.cur manturus est cum pater. G. Vt aiebat.i.prout dicebat, velle.i.volebat se facere de consilio eius.i.ex eius consilio, quod attinet ad hãc rem de nuptijs illis, vel vt pro vtpote, vel quia aiebat se velle facere &c. A. O Get. quantus metus est mihi.i.quantum timeo patruum meum.i.fratrem patris. venire nunc huc saluum.i.incolumem, nam vt audio.i.intelligo, aut viuam, aut moriar per vnam.i.solam sententiam eius, quia sine Phanio non potero viuere. G. Phædria adest.i. aduenit tibi .i. ad tuum solatium. A. Vtinam adesset. G. Eccum.i.ecce hic cum.i. exit.i.egreditur. foras à tua palæstra.i.à domo lenonis in qua ipse amator assidue exercitatus est. Plaut. Abitine à palæstra vbi demens desudatur.

LATO. ARGVMENTVM) Indicat Geta Antiphoni, quid actum sit. [Enimuero) Accusat se Antipho. & est præparatio ad futurũm colloquium. [Nam vt vt) Qualiacunque, & est amplificatio à persona. [Subolet) Concoxisse.s.cum Phorm. & sua sponte victum esse. [Verbis) Recte verbis, potius quàm rebus. [Quantus metus) Amatoria optatio qua adolescens amorem anteponit pietati. [Palæstra) Citharistria, metaphoricos, nempe cuius amore exercetur.

PETR. MARS. ENIMVERO Antipho) Debere quenque suas res curare, nec fortunas suas, & salutem defendendam alijs hominibus committere, præsertim talibus, qui cum nihil recte faciant, nec bonæ frugi sint, omnia in perniciem nostram machinantur, docet hæc scena. Nihil enim perniciosius, quàm semper ab alijs hærere nec quidquam sibi ipsi consulere. Seneca ad Lucilium, Consilium tuum sic apud alios sit, vt abs te auctoritatem accipiat. Sic autem abs te auctoritatem accipiat, nec solus id probare videaris. Temeritas enim in assentiendo perniciosissima est

Palæstram hic posuit pro ganeo, siue lustris, vel lenonis domo per metaphoram, quod illic continuo versetur, quemadmodũ certator, aut athleta in palęstra quæ est locus, vbi luctatores nudi, & oleo quondam perfusi luctabantur. Vnde Papinius 3. Thebaidis appellauit vnctam palem.i.palæstram oleo perfusam.

ET in hac scena magna est difficultas, quam leuiter attingunt quorum intereat. Omnes sunt iambici versus. Primi quatuor tetr. catal. Et in 1. quidem dijambus loco anapæsti loco primo ponitur, & dus, quod vltimum est eius versus à sequenti versu eliditur. In 2. versu vel Tuæ monosyl. est, vel creticus est loco quarto. Ita in 3. Tuam monosyll. vel bacchius loco secundo, & s, in Magis eliditur. In 4. Tuæ omnino tollendum puto. Decem deinde sequentes sunt acatal. In quorum secundo Cuius dissyllabum est, alioqui trochaicum tetr. catal. fuerit. In 3. Equidem tertiæ personæ est, si quidem recte legitur. In 4. abijcitur s, in Magis. In 8. Hac re, legendum absque præpositiones, & re corripitur, non eliditur propter vocalem sequentem. In 9. d, eliditur in Quid. In 12. creticus est primo loco. & est catal. cum 13. in quo Patruum dissyllabum est, præterea d, eliditur in Quid, & Eum dissyllabum. Quatuor deinde vltimi rursus sunt acat. Et in 1. quidem Eius dissyllabum. In 2. Mihi dissyllabum. Quod si vtrunque monosyl. fuerit, vtrunque trocaicum tetr. catal. feceris. Penultimus varie legitur, fiet autem iambicus tetr. acat. si ita legatur. Nam vt audio, per eius vnam, aut viuam aut moriar sententiam. Ita vltimus, in quo quidam libris habent, Vbi nam est. alioqui posterior de Vbi longabitur. GLAR.

ACTVS III. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Phædria lenonem orat, vt venditam militi Pamphilam non tam cito abducendam tradat, se intra triduum nummos adnumeraturum, quos pro illius redemptione sit pollicitus.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hæc scena in petitione versatur, quæ sæpe deliberatiuum admittit locum Phædria Dorionem ipsum Lenonem blande precatur, & obsecrat ne Pamphilam militi venditam tam cito tradat, pollicetur enim se intra triduum Leno ni allaturum, quidquid pro eius redemptione promiserat, & id quidem cum fœnore alioquin perpessurum se fore, ni dederit argentum, vt sibi eripiatur, militiq; pretium numeranti relinquatur. Itidem Antipho atque Geta Lenoni persuadere nituntur. ADDITIO. Attende hic duros Lenonis mores, lenia adolescentis amatoris blandimenta artificis Poetæ admirandum in vtriusque descriptionem varietatis ingenium.

Trochaici Tetrametri Catalectici admixtis Iambicis Acatalectis. Vnus Senarius Iambicus.

PHAEDRIA, DORIO leno, ANTIPHO, GETA.

DORIO, audi obsecro. D. nõ audio.
P. parumper. D. quin omitte me.
P. Audi, quod dicam. D. at enim tædet iam audire eadem millies.
P. At nunc dicam, quod lubenter audias. D. loquere, audio.
P. Nequeo te exorare, vt maneas triduum hoc? quò nunc abis?
D. Mirabar, si tu mihi quidquam afferres noui.
A. Hei, metuo lenonem, nequid suat suo capiti. G. idẽ ego metuo.
P. Non mihi credis? D. hariolare. P. sin fide do. D. fabulæ.
P. Fœneratũ istuc bñficium tibi pulchre dices. D. logi.
P. Crede mihi, gaudis facto: verum hercle hoc est. D. somnium.
P. Experire, non est longũ. D. cantilenam eandẽ canis.

P. Tu

P. Tu mihi cognatus, tu amicus, tu parens. D. garris modo.
P. Adeo ne ingenio esse duro te, atque inexorabili.
Vt neque misericordia, neq; precibus molliri queas?
D. Adeon' te esse incogitantem atque impudentem Phædria.
Vt phaleratis dictis ducas me, & meam ductis gratis?
A. Miseritum est. P. hei veris vincor. G. quàm similis vterque est sui?
P. Neque, alia Antipho cum occupatus esset solicitudine,
Tum esse hoc mi obiectum malum? A. ah, quid istuc autem est Phædria?
P. O fortunatissime Antipho. A. ego ne? P. qui quod amas, domi est;
Nec cum huiu' modi vnquam vsus venit vt conflictares malo.
A. Mihi domi est? imò, quod aiunt, auribus teneo lupum:
Nam neque, vt amittam à me, inuenio, neque vti retineam, scio.
D. Ipsum istuc mihi in hoc est. A. eia, ne parum leno sies.
Nam quod hic confecit? P. hiccine? quod homo inhumanissimus:
Pamphilam meam vendidit. G. quid? vendidit? A. ain' vendidit?
P. Vendidit. D. quàm indignum facinus, ancillam ære emptam suo.
P. Nequeo exorare, vt maneat, & illo cũ vt mutet fidẽ,
Triduum hoc, dum id, quod est promissum, ab amicis argentum aufero.
Si non tum dedero, vnam præterea horam ne oppertus sies.
D. Obtundis. A. haud longum est quod orat, Dorio: exoret, sine.
Idem hoc tibi, quod bene promeritus fueris, conduplicauerit,
D. Verba istæc sunt? A. Pamphilam ne hac vrbe priuari sines?
Tum tu p̃terea horum amorem distrahi poterin' pati?
D. Neque ego, neque tu. G. dij tibi omnes id, quod est dignum, duint.
D. Ego te complures aduorsum ingenium meum mẽ ses tuli
Pollicitantem, & nil ferentem, flentem: nunc contra, omnia
Repperi, qui det, neq; lacrũmet: da locum melioribus.
A. Certe hercle, satis si commemini, tibi quidem est olim dies,
Quam ad dares huic, præstituta. P. factum. D. num ego istuc nego?
A. Iam ne ea præterijt? D. non, verum ei hæc antecesserit. A. non pudet.
Vanitatis? D. minime, dum ob rem. G. sterquilinium. P. Dorio,
Ita ne tãdẽ facere oportet? D. sic sum: si placeo, vtere.
A. Siccine hunc decipis? D. imò enimuero Antipho hic me decipit:
Nam hic me huiusmodi scibat esse: ego hunc esse aliter credidi.
Iste me fefellit: ego isti nihilo sum aliter, ac fui.
Sed vt vt hæc sunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi
Miles se dare dixit: si mihi prior tu attuleris Phædria,
Mea lege vtar, vt potior sit, q̃ prior ad dãdũ est. Vale.

DORIO audi obsecro) Hęc scena in petitione est quæ sæpe admittit deliberatiuæ locos. [Dorio audi obsecro) Sunt qui sic legant, vt Dorio Phædria dicat, audi, leno: obsecro, itęq; Phædria. [Quin omitte me) Quin, modo corripiendi vel imperãdi vim habet. vt, Quin age. [Hei, metuo lenonẽ, ne q̃d suo suat capiti) ἀποσιώπησις, διὰ τὸν δύφημισμόν, Suo capiti dixit cum dicturus esset, Phædriæ, vt, Dardanijq. rogam capitis. [Fęneratum istuc beneficium tibi). i. mihi à te fęneratum. Virg. hercle hoc est: Bene ipse dictum suum confirmauit. [Cantilenã eandem canis) Ita dicit: vt, Vetus & vulgata cantio. [Tu mihi cognatus) Ab honesto. [Tu parens, tu amicus, tu) Secunda ἀποσιώπησις. [Phaleratis dictis) Honestis atque ornatis, quia dixit, Tu mihi cognatus, tu parens. Et quasi leno, irridet honestatem, & despicit. [Miseritum est) ἐλεημόσια. [Hei veris vincor) Hoc sibi dicit adolescens. [Neque, Antipho alia cum occupatus esset solicitudo) Hoc dolet Phædria, q̃ in eadem re laborauit Antipho. i. in amore quodq̃ue amare contigerit. [Neque Antipho alia) Minore aliqua solicitudine quàm hæc est, quam nunc gerit. An alia, præter hanc, quam de me gerit. Ordo, & sensus hic est, Neque tum esse mihi hoc obiectum malum, cum Antipho alia solicitudine esset occupatus leui quapiam, non hac de nuptijs, quæ est grauissima. [Vnquam vsus venit) Opus aut necesse fuit. [Auribus teneo lupum) Græcum prouerbium, τὸν ὦτον ἔχειν λύκου, ὅτ' ἔχῃν οὔτ' ἀπιέναι λύσιμον. [Ne parum leno sies) ἔλλειψις. deest. n. Vereris? [Aere emptam suo) Bene suo, quasi de tertia persona. [Conduplicauerit) Coniunctiuum pro indicatiuo. i. conduplicabit. Hoc est aliter, Fœneratum istuc beneficium pulchre tibi dices. [Nihil ferentem, flentem) ὁμοίον τῷ γέλα vsitatum veteribus. [Tibi quidem olim est dies) Hic olim futuri tpis. Nam leno de accipienda ab adolescente pecunia diem constituerat, & inuenta meliori conditione, anticipauerat tempus cũ adolescente præscriptum. [Iam ne ea præterijt?) Interrogatiue pronunciandum. [Non, verum ei hæc antecessit) Vrbane leno hæc antecessit, vt alij putant, meretrix vendita, vt alij dies qua lenoni constitutum fuit. An apte leno perfidus mentitur, vnde sequitur, Non pudet vanitatis? Ergo plus est Antecessit, quàm præterijt. [Non pudet vanitatis?) Apparet supra lenonem de perfidia anticipati temporis esse confessum. [Mea lege vtar) Lenonia. s. in qua semper commodum est prius, quàm fides. DON.

DORIO &c.) Hac scena Phædria petit à lenone Dorione, vt aliquandiu expecter, neq; det militi Pamphilam quã illa vendidit ppea q̃ Phæd. non afferebat pecunias pro emptione illius puellæ. polliceretur. n. se intra triduum allaturum quidquid est pollicitus, & quidem cum fœnore alioquin se facile passurum, vt puella eripiatur sibi, & militi tradatur precium danti. P. O Dorio leno obsecro audi. D. Non audio nam tu nõ affers nisi nugas, nec nummos profers. P. Audi parumper. i. paruo tpe. D. Quin. i. quinimò, & habet vim corripiendi vel imperandi omitte me. i. quod dr̃, dimitte me in pace. tenebat. n. eũ ne puellam militi traderet. P. Audi quid dicam. D. At enim. i. sed certe iam tædet me. i. tædio affectus sum audire eadẽ. i. easdem res, millies. i. mille vicibus. P. At nunc dicam id quod audies libẽter. D. Loquere, audio te. i. præbeo tibi aures. P. Nequeo exorare te. i. persuadere tibi, vt maneas. i. expectes hoc triduum. i. spacium trium dieꝝ. neq; tradas puellam alteri volenti dare pecuniam præsentem, quod cum audiret leno discedere cœpit, quasi nihil noui audiens, ideo subdidit. P. Id est Quo abis. i. discedis nũc. D. Mirabar si tu afferres mihi quidq̃ noui. A. Hei, interiectio dolentis metuo lenonẽ. i. redemptorem puellaꝝ, quas post ea vendat ne. suat, à suo is. i. assuat, appingat, adiungat, affigat, apponat, suo capiti. i. ne in eam se inducat sententiam, vt puellã alteri tradat, futurus Phædriæ maximo dolori. vel ne suat aliq̃d capiti Ph. vt vult dicere Don. i. ne aliq̃d apponat capiti. i. vitæ. P. Id est ne aliq̃d faciat quo langueſcat Phædriã prę dolore, vel tandẽ ne impinguat aliq̃d capiti Phædriæ. i. ne illum verberet, aut fustiget, nam videbat eos à longe deterrantes, nam leno linquere eũ volebat, & Phædria retinebat. G. Ego timeo. i. quod tu metuis. P. Non credis mihi. D. Ariolare, in secunda imperatiui, ab ariolor aris verbo deponenti. i. diuina, nam ariolari est GVID.

diuinare, ab aris dictum. P. Sin.i.sed si, do fidem .i. facio tibi sanctam promissionem. nam dare fidem est sancte promittere. D. Fabulæ.i.nugæ, sunt omnes tuæ promissiones. P. Dices illud beneficium quod feceris expectando triduum esse fœneratum tibi.i.à te mihi sup.pulchre.i.commode,& venuste,nã sum tibi gratiam relaturus,& quidem cum fœnore,& augmento,tã quam si illud beneficium mihi fœneraueris. D. Logi.i.ridicula sunt sup. tua verba, seu dicta contemnenda, fabulæ nugæ, & declinatur logi logorum logos, sed in singulari dicitur logos, quod est,græcum, & ita logi logorum à græco sermone est, vt inquit Non. Cic. pro Gallo, bene exponit quid sit logi locorum. Ego te certo scio omnes logos qui ludi dicti sunt animad uertisse. P. Credo mihi gaudebis.i.propter illud factum si expectaueris,vel gaudebis facto pro facere,aut fecisse,hercle iurãtis est, hoc est verum.s.te gauisurum facto, & ita dictum suum confirmauit. D. Somnium est sup.quod tu dicis.q.d.non plus habet momenti tuum dictum,q̃ somnium. P. Experire.i.proba, fac experientiam, siue periculum, non est longum tempus quod peto.s.triduum hoc. D. Canis.i.cantas eundem cantilenã .i.nihil noui affert,in ijsdem ſtas nugis,& longis. Ph.tu eris mihi cognatus si hoc feceris, tu eris mihi parens.i.tanquam pater, tu eris mihi amicus. D. Modo tu garris.i.nugaris,vana effutis & nullius pondens. P. Adeon'.i. vtrum est verum te esse ingenio adeo duro.i.te hre naturam & mores ita duros,& inexorabiles.i.inflexibiles,impersuasibiles,à quibus,vel à quo ingenio .i. nã tua nihil põt exorari.i.obtineri, seu impetrari, es ergo nã ita dura,vt nequeas molliri.i.muleeri, mitigari, mollis fieri, & exorabilis,facilis,suauis ac mansuetus, neq; misericordia, neq; precibus. D. Adeon'.i. est ne verum, vel decet ne te esse adeo in cogitantem.i.inconsiderarum, atque imprudentem, vt seducas .i.decipias me dictis phaleratis.i.ornatis,a phaleræ rat̃ tractum est phaleratus tum,& vt ductes .i. ducas tecum meam puellam gratis.i.sine precio & mercede. A. Lenonem sup.miserium est Phædriæ.i.leno habuit misericordiam de Ph.& ironia est,dicit Donatus quasi longe absit à miserendo leno. Declinatur autem miseret miserebat miserium est, vel misertum fuit,sicut tædet cæ debat pertæsum est,vel fuit. Ph. interiectio dolentis & cõiuncti, vincor verbis.i.confutor. G. Quam.i.quantum,vterque,leno & Ph.est similis sui .i. suis vtens moribus, & dicit solet inepte, sunt bene de suo vultu,tum dicẽdum esse, sunt multum sui simi les,quasi suis)pro se quisque vtens moribus. P. Dolet Phæd. non posse sibi contingere, vt potiatur puella eo tempore, quo Antiph. est occupatus alia solicitudine maiore, cuius comparatione minus sibi malum illud exprobaretur, neque hoc malum de emptione puellæ esset mihi obiectum.i.exprobatum, tũ .i.tunc cum Ant. est et occupatus.i.detẽtus alia solicitudine graviore,quia de nuptijs. A. Quia de Antiphone fecit Ph.mentionem,ideo subdit.ò P h.quid istud est de quo loqueris,& es solicites? P. O Ant.i.fortunatissime.i.felicissimus. A. Ne.i.vtrũ. ego sum fortunatissimus. P. Continuat Ph.sermonem,tui.s.tibi,id q̃ amas est domi,nec vsus venit.i.opus,aut necesse fuit, nã vsus sæpe capitur pro opus,nunquam tibi vt conflicta res.i.frequenter consligeres,seu decertares cum huiusmodi malo homines.s.lenones. A. Mihin'.i. vtrum dicis q̃ id, q̃ amo est mihi domi,immo teneo lupum auribus.i.per aures,prouerbium est, ideo subdit q̃ homines vulgo aiunt de illis,qui sunt perplexi,& districti,q̃ statum subdit, nam neque inuenio quo modo amittam à me eam vxorem .i. quia via reijciam a me vetante lege, neque scio vt.i.qualiter, retineam eam mecum nolente patre. D. Istud ipsum quòd tu dicis. esse tibi in vxore,est mihi in hoc Ph. nam non scio qua via eum à me reijciam, & qua via retineam,cum desint nummi,vel in hoc dicit, pro in hoc negocio de empione puellæ Pamphile. A. Eia hortantis, nunquid,q.d. non hic.s. P. Confecit.i.effecit,ne.i. vt nõ sis parum leno,q.d. nonne est verum q̃ Phædria effecit, vt sis parum leno.i.vt non multum vendideris puellam ei. Ille est parum,leno,qui parum vendit puellas,cum tamen soleant lenones,quàm maxime possunt,eas venditare,& vt plurimum carissimo precio,& hoc dicebat Antiph.à lenonem, quid dixerat idem sibi esse in Ph. q̃ erat Antiphoni in Phanio,q.d.scio,quare hoc dicas.q̃ videlicet non vendideris puellam quanti volebas vendere, deinde excipit sermonem Phædriæ. P. Hiccine.i.vtrum petis an confecerim ne hic esset parum leno, eo q̃ ipse.s.leno inhumanissimus .i.crudelissimus homo vendidit meã Pamph.amicam. G. Quid .i.cur. vendidit. A. Ain'.i. dicis ne q̃ vendidit. P. Vendidit. D. Quàm indignum facinus .i. quantum magnum malum, per ironiam dicit vendere ancillam .i. seruam emptam suo ære .i.suis pecunijs. P. Nequeo exorare .i. obtinere, vt maneat .i.expectet,& mutet.i.variet fidem .i. promissionem suam cum illo cui vendidit hoc triduum.i.duntaxat,per hoc spacium triũ dierum,dum.i.quandiu,aufero.i.extorqueo ab amicis id argentum, q̃ est promissum illi à me. Si non dedero argentum promissum,tum.i.tunc nec oppertus sis.i.ne opperiaris,hoc est expectes ab opperior opperis oppertus sum,vel fuit,prꝛterea.i.vltra triduum,ne quidem.i.ne ẽt,vnam horam.i.per spaciũ vnius horæ. D. Obtundis me sup.i.mihi molestus es,& tædio afficis tuis sermonibus. A. O Dario leno id tempns quod orat.i.petit non est longum,sine.i.permitte,quòd sup.exoret.i,obtineat, impetret quod petit,idem Ph.conduplicauerit,pro conduplicabit,coniunctiuum pro indicatiuo,tibi hoc præmium quod bene promeritus fuerit.i.quod bene metueris,nam promeremur, seu promeremus bona tm̃ commeremus aũt aut commeremur mala. D. Ilthæc quæ dicis sunt verba.i.deceptiones, vt Verba dat omnis amans,vel sunt verba,quæ verbotenus duntaxat affe rantur. nullam ad rẽ,seu nullũ ad effectum ꝓcessura Antipho, ne.i. vtrum,sines.i.patieris. Pamph.priuari hac vrbe,& abduci à milite in longinquas regiones,tum .i. deinde, prꝛterea insuper poteris ne pati amorem hoꝰ Pãphilæ,& Phædriæ,sed masculinũ ꝓponderat fœminino,distrahi dissipati,disiungi dirimi. Don. neque ego potero, neque tu poteris pati eorum amorem distrahi, vel sit conceptio,neq; ego, neque tu poterim es pati, &c. G. Omnes Dij duint.i.dent tibi id, quod est dignum.i.id quod meruisti,& hoc propter illud quod dixit, neque ego, neque tu, quæ verba omnia possent accipi in patrẽ deteriorem. D. Ego tuli.i. tolerauí; cõplures.i.multos menses aduersum.i.contra ingeniũ meũ.i.meam naturam,te Ph.pollicitantem.i.sæpe promittentẽ, & nihil ferentem.i.dantem,seu afferentem,tuli te inquam flentem,vt sine pecunijs me mouetes ad misserationẽ, nunc cõtra .i. ediuerso reperi aliquem,qui det omnia,neque lacrymet.i.lacrymas effundat vt tu,da locum melioribus.i.ditioribus te. A. Hercle iurantis est,certe si ego satis commemini.i.si bene recordor, & memoria repeto,dies est olim præstituta.i.præfinita tibi,qua die dare debeas,precium puellæ huic.s.lenoni. P. factum est.i. tempus fuerat mihi præstitutum. D. Ego non nego istud.s.q̃ dies fuerit mihi præstituta. A. Ne.i. vtrum iam ipsa dies.i.ipsum tempus prꝛterijt.i.euasit. D. Non prꝛterit dies,verum.i. sed hæc dies antecessit ei diei præstitutæ,& lex est lenonia semper parator puellam vendicare quidquid præfinitum sit. A. Non pudet vanitatis .i. non te erubescis mentiri, ac mendacio fallere fidem,nam vanitas est mendacium. D. Minime.i.non me pudet dum .i. dummodo, vel quandiu mendacium fit obrem.i.propter vtilitatem. G. O sterquilinum.i.sodes ipsa,nedum sordibus. P. O Dorio,tandem.i.sine longo sermone responde ne.i.vtrum,oportet te facere ita, vt sis ita mendax. D. ego sum sic.i.ea mente,ea conditione, & talibus moribus,si talibus moribus placeo tibi,vtere me.s. A. Siccine.i.vtrum sic decipis hunc Ph. D. Imò.i.sed enimuero.i.certe. A. Hic Ph.decipit me.nam hic Phæd. sciebat me esse huiusmodi talium morum ego credidi hunc Ph. esse aliter .i. alio modo se habere ita vt non esset ita pecunijs vacuus. Is Ph. fefellit me ego nihilo sum alter.i.alia mente, alijs ue morib.ac.i.quàm fui prius,q.d. nihilo.i.nullo sum nunc mutatus ab eo, quod prius fui, sed vt .i.qualitercunque hæc quæ dico sunt.i.se habent, tamen egò faciam,hoc.i.tradam militi puellam miles dixit se dare pro daturum esse mihi cras mane argentum, si ò Ph.attuleris mihi argentum, & prior.i.ante militem, vtar mea lege.i.mea consuetudine meo iure, seu more lenonio, vt is sit potior.i.melioris conditionis, qui est prior ad dandum, pecunias. Lex autem lenonia est in qua prius commodum est, quàm fides.

ARGVMENTVM) Certamen inter lenonem,& Phęd. LATO
ob metum amittendæ citharistriæ,quo Lenonis improbitas ex primitur. Et est epitasis periculi alterius partis fabulę. [Ariolare) Prouerbiale in eum,q nihil certi afferat emolumenti. [Fœneratum) Compensatum elegans metaphora. [Cantilenam) Prouerbium. [Tu amicus,tu) Plura dicturus erat,nisi interpellaret leno. [Phaleratis) Ornatis, metaphora,& ductes pro potiaris. Nam respicit ad verbum nuptiale, quo sponsam duci dicimus,& antanacleſin facit. Simili tui improbus leno, & vanus in promissis Phædria. [Conflictares) Actiue. [Auribus teneo) Prouerbium. [Eia,ne pa.) Ironica correptio. parum leno.i.pañ improbus. [Quid? vendidit?) Indignatio. [Opertus sies) Distule ris. [Pamphilam ne) Indignatio à persona,& loco. [Hæc antecessit) Leno pridie exigit argentum,quam deberi cœpit. [Mea lege) Pro consuetudine,dicit,vel lege, quàm præscribit Leno.

Dorio

PETR. MARS. DORIO audi) Lenonum quanta sit improbitas, & impietas, qui præ lucro turpissimo omnem humanæ vitæ societatem contemnunt, & aspernantur exprimitur hac scena. Quare adolescens apud Plaut. ait in Asin. Portitorum similimæ sunt ianuæ lenonæ. Si affers, tum patent, si non est, quod des, ædes non patent. Et ipsa Lena ibidem sic loquitur, Nam neque vsquam fictum, nec pictum, neque scriptum in poëmatis, vbi lena bene agat cum quopiam amante, quæ frugi esse cupiat. Ariolare .i. rem ipsam coniectas me. s. tibi ne quidquam credere. Est enim Ariolari, coniectare, & diuinare. Logi. Græcum est, significans inania verba, hoc est verba tantum sine re. Phalerata dicta, sunt bona verba, & ad fidem faciendam ornatissime composita, à phaleris equorum ornamentis. Persius, Ad populum phaleras ego te intus, & cute noui. [Auribus teneo lupum) .i. perplexus hæreo, nescio quid sine periculo agere possum. [Da locum melioribus) .i. cede illis, qui plus possunt, quàm tu potes, & est argumentum à iusto. Sterquilinium, hoc est abiectissime, & improbissime, homo dignus, qui perpetuo in sterquilinio vitam degas.

GLAR. TROCHAICI tetr. catal. In quorum primo Quin vr corripitur, nisi loco sexto sit antibacchius. In 5. Mihi dissyl. est, & carmen finitur in Metuo. Alterum à Lenonem incipit habet autem ante vltimam syllabam duos tribrachos, vt ti in Capiti corripiatur, non elidatur. In 10. creticus est loco sexto. In 11. ego tollerem Tu, ante Parens, nisi quarto loco amphibrachyn constituamus. Duodecimus ita legitur, in vetusto lib. Adeon' esse te ingenio duro, atque inexorabili, Quæ lectio placet. Decimussextus, vt sit alijs similis trochaicus tetr. catal. ita legendus est,

Miseritum est. P. Hei, veris vincor. G. Quàm est vterque sui similis.

Decimusseptimus absque dubio inter tot trochaicos est iambicus tetr. catal. nisi Neque sit extra carmen. Decimusoctauus si verbum Esse ante relatiuum Hoc legatur, trochaicus, alioqui iambicus tetr. acat. fuerit 19. est certo trochaicus 20. si Venit esse præsentis temporis, trochaicus esset. Sed si præteriti, iambicus, sed Huius dissyllabum fiet, & creticus loco secundo. Vigesimussecundo ita legendus.

Nam neque quo amittam à me inuenio, neque vti retineam scio. In 25. vel Meam monos. vel creticus loco secundo. In 27. Nequeo tribrachyn facit absque elisione. In 28. Promissum legendum, non proximum. In 29. Oppertus duplici pp. In 30. s, in Obtundis, & d, in Quod elidenda, vt sit trochaicus tetr. catal. alioqui si alterum duntaxat elidatur, fiet iambicus tetr. acat. Præterea in 31. i, in idem à superiore eliditur versu. In 33. istorum habet vetustus liber, non horum, & sanè carmen poscit eam lectionem. In 35. vel Meum monosyl. vel bacchius loco sexto. In 36. Hæc pronomen ad finem versus ponendum, si quidem legetur. nam in quibusdam libris omissum erat, ego puto non omittendum. In 38. Si coniunctio post satis ponenda, & verbum Est, post Olim. & bene habebit trochaicus. Ita in 39. Ego post istuc ponendum. In 40. Iam ea præterijt? vt rectè ex Don. adnotauit Ioan. In 6. à fine Enimuero vel secundum corripit, vt sit anapæstus, vel producit, vt sit bacchius. Sequentes duo versus ex lege carminis trochaici, ex vetustorum librorum obseruatione ita legendi sunt.

Nam hic me huiusmodi scibat, ego hunc esse aliter credidi.
Iste me fefellit, ego isto nihilo sum aliter ac fui.

Ita in priore versu Esse verbum semel duntaxat legetur, quod in alijs libris bis legebatur, & iste nimirum rectius, quippe quòd continuo pro eodem Phædria repetatur. In pen. vel Prior monosyllabum est, vel bacchius loco quinto. Ita de mea dicendum vltimo versu loco primo.

ACTVS III. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Antipho Getam monet vt argentum inueniat quod detur Lenonis à Phædria.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena admonetur Geta de ratione aliqua ineunda, quæ pol sit argentum Lenoni à Phædria promissum, quam subito extorqueri, qua in re sibi Phormionis operam necessariam esse dicit. Geta hic pleraque comice, & moraliter exprimit.

Tetrametri omnes, vt superiores. Dimeter vnus.

PHAEDRIA, ANTIPHO, GETA.

VID faciam? vnde ego nunc tã subito huic argẽtum inueniam miser,
Cui minu' nihilo est? quòd si hic potuisset nunc exorarier
Triduum hoc, promissum fuerat. A. ita ne hunc patiemur Geta
Fieri miserum, qui me dudũ, vt dixti, adiurit comiter?
Quin, cum opus est, beneficium rursum ei experimur reddere?
G. Scio equidem hoc esse æquom. A. age ergo, solus seruare hunc potes.
G. Quid faciam? A. inuenias argentum. G. cupio: sed, id vnde, edoce.
A. Pater adest hic. G. scio: sed quid tum? A. ah, dictum sapienti sat est.
G. Ita ne? A. ita. G. sane hercle pulchre suades: etiam tu hinc abis?
Non triumpho, ex nuptijs tuis, si nil nanciscor mali,
Ni etiam nũc me huius quærere caussa in malo iubeas crucem?
A. Verum hic dicit. P. quid? ego vobis Geta alienus sum? G. haud puto:
Sed parum ne est, omnibu' quod nunc nobis succensset senex,
Ni instigemus etiã, vt nullus locu' relinquatur preci?
P. Alius ab oculis meis illam ignotum abducet locũ?
Hem, dum igitur licet, dumq. assum, loquimini mecum Antipho:
Contemplamini me. A. quamobrem? aut quidnam facturus? cedo.
P. Quoquò hinc asportabitur terrarum, certum est persequi,
Aut perire. G. dij bene vortant, quod agas: pedetentim tamen
A. Vide, si quid opis potes afferre huic. G. si quid? quid? A. quære obsecro,
Ne qd plus minus ue faxit, qđ nos post pigeat Geta.
G. Quæro? saluos est, vt opinor: verum enim metuo malum.
A. Noli metuere: vna tecum bona, mala tolerabimus.
G. Quantum argenti opus est tibi? loquere. P. solæ triginta minæ.
G. Triginta? hui, percara est Phædria. P. istæc vero vilis est.
G. Age, age, inuentas reddam. P. ò lepidum caput.
G. Auferte hinc. P. iam opus est.
G. Iam feres. sed opu' est mihi Phormionem adiutorem ad rem hanc dari.
A. Præsto est, audacissime oneris quiduis impone, & feret,
Solus est homo amico amicus. G. eamus ergo ad eum * ocyus. * ocyus pſto vt ſit. A. Nunqd
P. Abi vero: dic, præsto vt sit domi.
A. Nunquid est, quod mea opera vobis opu' sit? G. nil: verum abi domum, &
Illam miseram, quam ergo nunc intus scio esse exanimatam metu,

Consolare: cessas? A. nihil est, æque quod faciam lubens.

P. Qua via istuc facies? G. dicam in itinere: modo te hinc moue.

DONATVS.

DON. VID faciam?) Oeconomiam ad futuram exitum comediæ.[Minus nihilo) Hyperbolæ.[Adiuuerit)Secundum u,pronunciari debet.[Adiuuerit comiter)Comiter, veteres dixerunt παρὰ τὸ πόαμαι. [Quid faciam?) Comiter,quamuis vterque intelligat quid alteruter dicat, dissimulant tamen. [Ni etiam nunc me huius caussa quærere in malo iubeas crucem,) Quasi dicat malo aliud malum. [Relinquatur precei) Bene preci.[Pedetentim) Caute. à pedibus,& tentando. [Pedetentim tamen) Hoc quidam sic accipiunt, tanquam Getæ dicat Antipho,vt caute aggrediatur senem fallere. [Istæc vero vilis est) Amatorie. [Solus est homo amico amicus) Apollodorus, μόνος γὰρ ἐπίστατο φιλεῖν τοὺς φίλους.

OVID. QVID faciam? &c.) Hic admonetur Geta de ratione aliqua incunda, qua possit argentum lenoni promissum cito extorqueri. P. Quid faciam? vnde.i.à qua ratione seu à quo homine. ego miser inueniam nunc argentum promissum huic lenoni tã subito cui.s.mihi,minus nihilo.i.minus quàm nihil est mihi.i.qui minus habeo q̃ nihil, hyperbole,quod.i.sed si hic leno potuisset exorari.i.persuaderi, induci nostram sententiam, tridum hoc.i.hos tres dies,dicere enim recte possumus exoraui te hoc biduum. & tu exoratus es à me hoc biduum .i. te inducendo in meam sententiam obtinui hoc biduum,vel hoc biduũ est à te persuaso impetratum, hoc argentum promissum fuerat mihi,quo illi satisfeciſſem,vel hoc biduũ fuerat prius mihi promissum ab eo. A. O Geta ne.i.vtrũ patiemur eum Ph. fieri ita miserum,qui Ph.dudum.i.paulo ante,vt dixisti mihi. adiuuerit me comiter.i.benigne,suauiter,non grauare,seu ægre, sed facile. nam comes sant benigni faciles,suaues homines, qui erranti comiter præstant viam non grauati. quin.i.quinimmo. cum .i.quando,vel quoniam,opus est.i.necesse est. experiamur.i.tẽtemus. reddere ei rursus.i.contra aduersum beneficium .i. vicẽ repẽdere ei pro beneficio,& quasi paria cum eo facere. G. equidem scio hoc esse æquom.i.decens, & iustum, vt rependatur ei vices. A. ergo quia est æquom age.i.da operam, & experire aude tuis viribus fac periculum,tu soles potes seruare hunc, ne aut præ desiderio,& amore,aut adscedat puellam secuturus. G. quid faciam? vt eum seruem. A. inuenias argentum. G. cupio inuenire ei,sed edoce vnde inueniam id argentum. A. Pater adest.i.prope est. hic.i.Athenis,à quo facile si velis tuis calliditatibus poteris quidquam extorquere. G. Scio patrem adesse. sed quid tum?.i. quid ex eo velis inferre. A. Ah,interiectio ridentis dictum .i. id q̃ dictum est. sat est.i sufficit sapienti, vel est generale prouerbium dictum.i.breuis sermo, & quasi quædam admonitio. sat est .i. sufficit sapienti, q̃ etiam vulgo dici solet. Bono intelligenti pauca sufficiunt. G. ne.i.vtrum est ita vt ais,vt mihi sat sit quod dixeris. A. Ita est vt dico. G. hercle sanè .i. certe vel valde. pulchre.i.venuste, & festiue lepide. suades .i. mones, & sub hæc verba discedebat Antiph. ideo dixit Geta etiam etiam tu abis hinc.i.ex hoc loco, quasi mihi soli negocium relinquens. non triũpho,vt sit verbum.i.non glorior, non lætor si nihil mali nancisсor.i.acquiro,inuenio ex tuis nuptijs. ni.i.nisi etiam nunc iubes.i.vis me quærere crucem.i.supplicium vltimũ,quod sit de me in cruce sumendum. in malo.i. in incommodo, ac in infortunio seu malitiam, & improbitatẽ causa huius.s.Phæd. A. Hic Get.dicit verum. P. O Get. quid? modus interrogandi. ego sum alienus à vobis.i.sum ne extraneus pro quo non debeatis laborare, q.d.non sum. A. haud.i. non puto te Phædriam esse alienum à nobis, imò nobis curæ esse debere. Sed ne.i.vtrum parum est? q̃ senex Demipho succenset.i.irascitur iure nunc vobis ni.i.nisi, etiam inuestigemus .i.incitemus, stimularemus, vt nullus locus reliquatur preci.i. vt preces non admittantur,sed contemptui habeantur. Qui.n. iam repulsam semel passus est,non ei patre locus ad rursus postulandum. P. alius.s.miles.abducet hinc ab oculis meis illam Pamphilam in locum ignotum. Hem interiectio dolentis, & flentis ac gementis. igitur quia est abducenda amica,dum licet .i.dum potestis,& dum adsum.i.præsens sum,non diu futurus, ò Ant.vos duo loquimini mecum nouissima verba .s. vale sallue,&c. & contemplamini me.i.aspicite me extremum post hoc tempus forsitan vltra non visuri. A. Quambrem.i.quare rẽ contemplabimur, aut quidnam .i. quid es facturus? cedo.i.dic Ph. quoquo.i.quocunque terrarum, vacat terrarum,vt loco&,gentium quantum ad sententiam,suo tamẽ lepore non carent,quocunque terrarum.i.in quemcunque locum Pamphila asportabitur.i.abducetur,hinc.i ex hac vrbe certum est.i.deliberatum est, seu constituit persequi.i.vsque ad locum,quo ibit sequi,aut certum est perire.i.mori in via Get.dij bene vortant.i.in tuam vtilitatem, & felicitatem vertant.ac prosperitatem,quasi secundẽt aut fortunẽt id, quod agas.i.facias vel dicas tamen agito sup.q̃ proponis pedetentim.i.caute, à pedibus,& tentando,vel pedetẽtim cape pro sensim,siue paulatim. A. Vide si quid opis.i.aliquid auxilij potes afferre huic.s.Ph. G. dicis si quid opis afferre possim, sed quid opis possum affetre tuo iudicio. A. obsecro qua re.i.inuestiga ne quid .i. non aliquid faxis.i.faciat plus vel minus, q̃ postea pigeat nos.s.sit nobis molestiæ, & dolori, vbi pigeat est personale. G. quæro an aliquid possim. Deinde excogitato modo extorquendæ pecuniæ subdit, saluus est Ph. vt opinor.i.vt mea fert opinio. & bene saluus dicitur,qui putabat inde suam salutem dependere. Verum enim.i.sed certe, metuo malum.i.infortunium,q̃ mihi ex eo accidere poteſt.vel malum .i.supplicium,& tormẽtum. A. noli metuere,tolerabimus vna tecum bona,& mala. G. quantum argenti est tibi opus.i.quanto argento eges,loquere?.i.dic. P. Triginta minæ.i.libræ sunt solæ mihi opes. G. dicis triginta minas esse tibi opus? Hui interiectio ridentis, vel admirantis quãtitatem precij.ò Phædria ipsa est percara.i.nimis cara,vel valde. P. vero.i.sed,ista.i.talis puella,& tantæ formæ est vtilis.i.comparanda paruo precio in comparatione suæ venustatis. G. age hortantis est aduerbiũ. Nam his verbis Geta hortatur Ph.vt bono sit animo. Dabo.i. tradam tibi ipsas minas triginta inuenias. P. ò caput lepidum .i.iucunde,serene,& festiue, & tunc caput ponitur pro toto ipso homine,vel cape ò Lepidum caput, à quo est excogitata habenda pecuniæ via. G. aufer te.i.amoue te hinc. P. iam est opus vt auferam me hinc. C. Iam.i.statim, feres ad pecunias ad Dorionem lenonem,sed opus est Phorm. dari mihi adiutorem ad hanc rem.i.ad extorquendas pecunias. A. Ipse Phorm. est præsto .i. paratus est ad omnia, & comparet vbi volumus, vel præsto est.i.adest expeditus,& promptus impone ei quiduis oneris.i.quodlibet onus audacissime,vt sit aduerb.i.liberrime,sine timore vllo,& ipse Phorm.feret illud onus,ipse solus est amicus suo amisio, q. d. pauci sunt ira amici suis amicis. G. Ergo eamus ocyus .i.velociter comparatiuum pro positiuo, ad eum Phor. P. Abi dic Phormioni,vt præsto sit.i.vt adsit, vt appareat domi. A. Nunquid.i.vtrum est aliquid,quod.i.ad quod faciendum opus sit vobis.i.egeatis opera mea.i.industria, ac labore. G. Nihil est, in quo sit opus opera tua verum.i.sed abi domũ, aduerbialiter ponitur domum, & consolare illam vxorem tuã .s.Phanium, miseram, quam ego scio nunc esse exanimatam.i. consternatam,perturbatam metu,cessas corripiendo.i.tardas abire domum ad eam consolandam? A. Nihil est quod faciam æque .i. ita libens,vt q̃ abeam domum. P. Interrogat Getam Phædria qua via.i.quo, facies istud.i.inuenias minas triginta. G. Dicam tibi in itinere,modo.i.tantummodo,amoue te hinc.

ARGVMENTVM) Præbent mutuam operam adolescentes res,& Geta impellitur ad subaudiendũ Phædriæ. [Quid faciam?) Solicitudo Phædriæ. [Pater adest) verecundæ indicat occasionem fallaciæ.[Alius ab oc.)querela ab indigno,& mox grauioris mali denunciatio ad impellendum Getam. [Plus minus ue) Prouerbialis figura. [Solus est) Prouerbium. LATO.

QVID faciam?) Adolescentium amicitias quæ in studijs illis ætatis vtilitatis gratia tantummodo coalescunt, hæc scena designat. Cic.de Sen. Pares cum paribus,vetere prouerbio,facillime congregantur. Quare fit, vt adolescentes se plerunque omnes mutuo amore complectantur,idque quandiu voluptas eorum cõmunis est.Arist.Moral.lib.8.Adolescentium amicitiæ voluntatis causa institutæ esse videntur, nam amant secundum affectus,& maxime id sequuntur,q̃ voluptatẽ in præsentia afferat, verum id simul cum ætate mutatur, ex quo fit, vt cito fiant amici,citoq. desinant.Nam simul cum voluptate amicitia mutatur, at voluptatis celeris est mutatio,& ad amoris proni sunt iuuenes,nam amatoria per affectum,& voluptatem plurimum sit amicitia.Itaq; amant,& cito desinunt sæpe eadem die propositum mutantes. Delectantur aũt hi conuersatione,& vsu,nam per hunc modum amicitia firmatur.Pedetentim.i.caute,& cum diligentia,& animaduersione, ne in grauius periculum incidas, GLAR.

Cic.

Cic. in Ver. Quæ tamen à me pedetentim cautiq́ue dicuntur. Nam dicitur pedetentim quasi suspensio pede, & tento incidere, quasi paulatim, vt faciunt cæci, qui ne offendant, paulatim ambulant.

GLAR. HI omnes trochaici sunt tetr. catal. In 2. s, eliditur in Minus, nisi creticum loco primo constituamus. In 4. vel Adiuerit, iu, contra naturam corripit, vel trissyll. totum compositum est, vel denique creticus est loco sexto. In 5. ei monosyl. est. In 9. Ita ne tribrachys est absque vltimæ elisione. In 10. vel creticus erit locis quarto, ac quinto, vel Tuis ac Nihil monosyllaba sunt. In 11. Huius monosyl. In 13. d, eliditur in Quod, nisi amphibrachyn loco tertio dicamus. In 14. s, eliditur in Instigemus, alioqui iambicus fiet tetr. acat. In 15. magna difficultas est, & aut ducet legendum pro Abducet, aut s, in alius elidendum, & hinc post illam legendum, præterea Meis monosyll. aut denique, quod magis credo, cretici sunt tertio ac quarto locis. In 20. vel e corripitur in Vide, vel bacchius est loco primo. In 23. proceleusmaticus est vel quarto, ac quinto loco. In 24. creticus est loco secundo, alioqui Tibi abundaret 25. & 26. ita legendi.

G. Age age inuentas reddam. P. O lepidum caput. G. Auferte hinc. P. Iam opus est.

G. Iam feres, sed opus est mihi Phormionem ad hanc rem adiutorem dari.

Vt in priore versu Te corripiatur, non elidatur, & s, in Opus, vt sit trochæus loco penultimo, quanquam, & dactylus nonnunquam illic locum habet, vt s, in Opus non prorsus sit necesse elidi. In sequente autem vel s, in Opus, vel d, in Sed eliditur. Quarto vero loco erit creticus, nisi i, elidere in Phor. malimus. Denique d, in Ad eliditur. Quintus à fine iambicus est dimeter acat. si quidem i, in Abi producte legamus. Sin correpte, quemadmodum, & sequente versu, erit trochaicus dimeter catal. vt ille Horatij, Non ebur, neque aurem. In quarto à fine d, eliditur vel in Nunquid, vel in Quod, & Mea monosyllabum, nisi creticus sit loco tertio. Item s, in Opus eliditur. In antepenultimo coniunctio Et, à superiore eliditur versu, & s, in Intus.

ACTVS IIII. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Demipho, & Chremes colloquuntur, ambo natu grandes. Narrat hic illi cur in Lemno diutius hæserit: fit, & mentio nuptiarum Antiphonis.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena continetur Demiphonis, & Chremetis fratrum iam annis confectorum congressio, & collocutio. Nam Chremes primum Demiphoni narrat, cur tandiu Lemni moratus sit. deinde de ipsis Antiphonis Phanijq; nuptijs consultationem mutuam pertractant.

Senarij.

DEMIPHO, CHREMES.

VID? qua profectus caussa hinc es
Lemnum Chremes,
Adduxtin' tecum filiam? C. non.
D. quid ita non?
C. Postquam videt me eius mater hic esse diutius,
Simul autem non manebat ætas virginis
Meam neglegentiam: ipsam cum omni familia ad
Me profectam esse aiebant. D. quid illic tam diu
Quæso igitur commorabare, vbi id audiueras?
C. Pol me detinuit morbus. D. vnde? aut q? C. rogas?
Senectus ipsa est morbus: sed venisse eas
Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat.
D. Quid gnato obtigerit me abnte, audistin' Chreme?
C. Quod quidem me factum consilij incertum facit:
Nam hanc conditionem si cui tulero extraneo,
Quo pacto, aut vnde mihi sit, dicendum ordine est.
Te mihi fidelem esse æque, atque egomet sum mihi,
Scibam: ille si me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet familiaritas:
Sin spreuerit me; plus, quàm opus est scito, sciet:
Vereorque, ne vxor aliqua hoc resciscat mea.
Quòd si fit, vt me excutiam, atque egrediar domo,
Id restat: nam ego meorum solus sum meus.
D. Scio ita esse, & istæc mihi res solicitudini est:
Neque defetiscar vnquam adeo experirier,
Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero.

VID? qua profectus caussa) Hæc est narratio simplex. [Senectus ipsa est morbus) Apollod. τὸ γὰρ γῆρας ἐστὶν αὐτὸ νόσημα. [Hanc conditionem si cui tulero) ὑποθεσόμενος. quia ferre conditione alicui dicimus. [Te mihi fidelem esse æque) Mire admixtum ante completam sententiam de extraneo, Te mihi fidelem esse, &c. [Tacebit, dum intercedere familiaritas:) Incertum, quando proditum iri se dicat, ante, an post nuptias. [Vt me excutiam) Legitur &, Excutiat. [Meorum solus sum meus) Apollodorus, ἐγὼ γάρ εἰμὶ μόνος τῶν ἐμῶν ἐμός. [Donec tibi id, quod pollicitus sum, effecero) Virg. Donec me flumine viuo Abluero. DON.

QVID? &c.) Hic continetur fratrum iam annis confectorum congressio, atque de nuptijs ipsis mutua consultatio. D. Quid? modus interrogandi ex abrupto, ac repente, & ex insperato. ò Chr. qua caussa. i propter quàm caussam profectus es hinc. i. ex Athenis. Lemnum. i. in illam insulam in quam precipitatus fuit Vulcanus. & Lemnum ponitur aduerbialiter sine præpositione tanquam nomen loci proprium, adduxisti ne filias Phanium tecum? C. Non adduxi. D. Quid. i. cur? ita non adduxisti, vel cur ita dicis? q̃ non adduxisti. C. Postquam mater eius filiæ meæ videt me esse hinc Athenis diutius. i. nimis diu, autem. i. sed, simul. i. cum hoc ætas virginis filiæ meæ iam viri potentis, non manebat. i. non expectabat meam negligentiã. i. tardationem, quia nimis morabat hic, neque satis diligenter consulebam nuptijs filiæ meæ, aiebant Lemni homines ipsam matrem profectam esse ad me Athenas cum omni familia, & cum filia, & famulis. D. Quæso igitur. i. quia venerat Athenas, q̃. i. cur, commorabare. i. consistebas, manebas tandiu illic Lemni, vbi. i. postquam audiueras id. s. matrem cum familia Athenas versus esse inter ingressas? C. Pol. i. per ædem pollucis, iurantis est, morbus detinuit me. i. impediuit quo minus citius venirem. D. vnde. i. à qua occasione processerat ille morbus, aut quæ. i. vel quomodo te inuaserat ille morbus, aut qui. i. quis erat ille morbus, aut febris, aut quiuis alius. C. Rogas, qui fuerit ille morbus, ipsa senectus est morbus, quia multa senem circunueniunt incommoda, sed audiui ex nauta, qui vexerat illas. i. qui nauigio illas adduxerat pro precio, eas venisse saluas. i. incolumes. D. O Chr. audisti ne quid obtigerit tanquã malum gnato meo Antiphoni me absente. i. cum essem absens. C. Quidem. i. certe audiui sup. q̃ factum facit me incertum. i. dubium consilij. i. facit me incertæ deliberationis. Nam quod consilij pro nuptijs filiæ meæ capiam incertus sum, vbi incertũ iungitur genitiuo forsitan pro ablatiuo, vt Pendeo animi pro animo, vt in 8. lib. epist. Cic. Item executor animi pro animo. Nam si tulero. i. obtulero, posuero hanc conditionem. i. hanc pactionem, quam tibi tuli, alicui extraneo, qui sit ducturus filiã cum tali conditione, vt. s. me non prodat, aut vxori meæ, aut alijs, dicendum est mihi ordine, quo pacto. i. quo modo aut vnde. i. à qua occasione illa filia sit mihi, secus autem est de extraneo. Ille alienus si volet me affinem. i. propinquum per nuptias filiæ, tacebit. i. non prodet me, dum. i. quandiu familiaritas intercedet. i. quandiu erit inter nos amicitia, sin. i. sed, spreuerit. i. contempserit me. sciet tunc plusquam opus est scito. i. scire. i. mihi esset opus tunc, vt non tanta sciret de me, vt me non penderet, & vereor. i. timeo, ne mea vxor resciscat. i. cognoscat hoc. s. me habere filiam aliunde, aliqua. i. aliqua via, siue aliqua ratione, & causa. Quod. s. me habere filiam aliunde si mea vxor scit, id restat. i. reliquum est id, quod sequitur videlicet, excutiam. i. eijciam. exturbem me, atque egrediar domo, aduerbialiter, pro aduerbio de loco. Nam ego solus meorum. i. ego solus ex meis sum meus. i. in mea potestate, & arbitrio, GVID.

quasi dicat nemo meorum est audiens dictis meis, & ideo qui pro me stabit nemo erit, sed exturbabor continuo, vel ego solus sum meus .i. sum occultus, nemini ex meis credo consilia mea, sed apud me tacitus ea recondo. D. scio esse ita vt dicis, & ideo istæc res .i. vt filius meus filiam tuam secreto ducat, est mihi solicitudini. Neque defatiscar.i.defatigabor,deficiam,desistam, cessabo vnquam experiri .i. tentare, probare, periculum omnium facere,donec.i.quousque, effecero id,quod sum pollicitus.i.promisi vltro tibi fratri. Defetiscor,liscris,tertiæ inflexionis,& verbum deponens componitur à de,& fatiscor,fatiscris. in qua compositione mutatur a,in e,facitq. defessus sum vel fui in præterito mutato,& defessum in supino, vt testatur Prisc. in quo verbo mutatum est genus,nam fatisco is à quo componi videtur neutrum est,& defetiscor deponens,quòd non est mirandum. Nam conspicor aris deponens est,& primæ coniugationis,& eius simplex specio actiuum,& tertiæ. Est autem defetisci,defatigari,deficere. Nam qui admodum fatigati sunt,solêt fatiscere.i.aperiri,& oscitare præ nimia lassitudine,atque illa suę cessiuo singultu ductare.Forsitan ẽt dici posse fatiscor esse quasi formæ inchoatiuæ à fateor hinc enim moueor, vt dicam quod fateor facit fassum, & similiter defetiscor facit defessum mutata a,in e,sicut in præsenti, fatisco autem caret supino, nec forsitan absurdum est ita asserere. Nam qui deficit, aut defatigatus est valde fatetur se vlteriori labori parem non esse. Omnes tamen libris habent defeciscor per c, quod in castigatissimo quoque Prisc. volumine ita inueni, quod forsitan tunc dici posset à deprimatiue capta, & facio is, vt proficiscor, teste Prisc. dicitur à pro,& facio. Nam qui defessus est,facere quòd instruerat desistit,ac cessat,quia tamen facit defessum,& non defectum,vt proficiscor facit profectum,non ausim libere asserere. conspicor tamen facit conspicatum, quamuis spectum facit simplex. Et ita magis tertiæ sententiæ accedo, atque assentior, vbique lectori iudicium liberum relinquo.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Aduentus,& solicitudo Chremetis ex qua est initium ad catastrophen amoris Antiphonis. [Lẽnos)Insula vna ex nouem Cycladibus. [Senectus ipsa)Prouerbium. [Conditionem) Nuptias filiæ clam susceptæ. [Vnde sit) Subaudi filia.[Alienus).i.gener.[Sum meus).i.mei iuris ac potestatis. Nam vxori obnoxium se indicat. [Defetiscar) Deficiam, & facit in præterito defessus auctor Prisc.

PETRVS MARS.

QVID? qua professus causa) Vt in superiore scena adolescentium solitos congressus, & querelas explicuit sic hac scenũ conuersationes, & colloquia, qualia plerunque esse solent, ob oculos ponit. Solent enim ij præsertim si inter eos mutua quædam familiaritas intercesserit, de omnibus rebus communicare, & auxilia consilia,subinde expetere.[Senectus ipsa est morbus) Significat hic locus,ipsum senium omnium morborum, & difficultatum receptaculum esse, ad quod veluti in officium quandam omne genus morbi confluat, vt illic exerceatur.Deficiunt tunc vires corporis,sensus oculorum atque aurium hebescit memoria labat,vigor animi obtunditur. Et ipsa quæ iactatur in senibus prudentia, postremo in delirationem euadit, vt bis fiant pueri ante quàm homines esse desinat.

GLAREANVS.

SENARII sunt. In sexto, legendum Profectam ad me esse aiebant,&c. in illic eliditur. In 12.creticus est loco primo Multa hic transilimus,vt in secundo versu legendum, Quid ita non? In tertio. Eius monosyll.esse. In quinto. Meam nisi quis bacchium loco primo constituat.

ACTVS IIII. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Tota hæc scena est Getæ exultantis duos sibi senes offerri, quos fallere possit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Geta contemplatur Parasiti calliditatem, qui quàm primum intellexit, qua nam ratione, quibus ue medijs ab sene pecunia extorqueri possit. Exultat quoque uersutus ille Geta duos sibi offerri senes, quos fallere quam facile licebit.

Senarij.

GETA seruus.

EGO hominem callidiorem vidi neminem.
Quam Phormionem venio ad hominem, vt dicerem
Argento opus esse, & id quo pacto fieret:
Vis dum dimidium dixeram, intellexerat:
Gaudebat: me laudabat: quærebat senem
Dijs gratias aiebat, tempus sibi dari,
Vbi Phædriæ se ostenderet nihilo minus
Amicum esse, quàm Antiphoni. hominem ad forum
Iussi opperiri: eò me esse adducturum senem.
Sed eccum: quis est vlterior? at at at Phædriæ
Pater venit: quid pertimui autem bellua?
An quia, quos fallam, pro vno duo sunt mihi dati?
Commodius esse opinor duplici spe vtier.
Petam hinc, vnde à primo institui: is si dat, sat est:
Si ab hoc nil fiat, tum hunc adoriar hospitem.

ENIO ad hominem) Venuste repentinum, hominem. [Hunc adoriar hospitem) Astute hospitem,de eo qui superuenit, nomen aptum imprudenti rerum, atque alieno ab earum scientia. Salust. Vitam sicuti peregrinantes transigere, &c. DON.

EGO hominem,&c.)Hic Geta apud se considerat parasiti calliditatem, qua statim intellexit qua nam ratione extorqueri pecunia posset. Geta ego neminem hominem.i.nullum hominem. Nam,& nemo interdum capitur tantum pro nullus. Vt nemo homo est,nullus homo est. Nullum ergo hominem vidi callidiorem.i.astutiorem magis tritum in fallendo, quàm Phormionem. Venio.i.accedo,ad hominem Phormionem vt discerem ei esse opus argento pro Phædria, & vt dicerem quo pacto id fieret.s.pecunia haberetur. Vix dum.i.vix adhuc,aduerb.temporis, siue nondum non adhuc dixeram dimidiam partem eius quod dicere volebam,intellexerit,quid.s.mihi vellem, & quorsum tenderem gaudebat, ipse Phormio laudabat me, quærebat senem Demiphonem, vt illum falleret, agebat gratias dijs tempus dari sibi.i.opportunitatem sibi offerri,vbi.i.in quo tempore,vel quando(est enim hic temporis aduerbium nõ loci) Phormio. ostenderet se esse nihilominus .i. æque amicum Phædriæ, q̃ Antiphoni,iussi.i.volui hominem Phormio,opperiri.i.expectare ad forum,pollicitus sum sup.vel dixi me adducturum esse senem.i.Dem. eò.i.ad forum. Sed eccum.i.ecce hic propè ipsum senem. Deinde vidit alterum cum eo,ideo subdit, quis est vlterior.i.quis est ex abundanti,vel quis est præter eum,siue vltra eum,deinde diligentius viso patre Phædriæ subdit, at at,interiectio timentis,pater Phædriæ venit. Deinde vt collegit se, cognouit non esse ita timendum, sed autem, vacat autem, vel ponitur pro certe,quid ego bellua.i. inconsideratus veluti bellua timui,q.d.nihil est quod mihi timendum sit.An.i.vtrum,timui quia duo senes sunt mihi dati.i.oblati ꝓ vno.i.loco vnius quos ambos fallam.i.decipiam,opinor esse commodius .i. opportunius vti duplici spe.i.habere spem duplicem fallendi hũc, & illum,vt saltem ab alterutro pecunia extorqueatur.Petã hinc .i.ab hoc sene Dem.vnde .i. à quo,institui .i. incepi,primo .i. à principio.Si is senex Dem.dat argentum,sat est.i.sufficit,si nihil fiet.i.nihil impetrabitur ab hoc Dem.tum.i.tunc,vel (vt alij habent) tamen adoriar.i per insidias aggrediar petendo hunc hospitem.scilicet Chremetem,qui superuenit aliunde tanquã hospes,& imprudens rerum aliarum,& alienus ab earum scientiã. GVID.

ARGVMENTVM) Indicat Geta quid cum Phormione egerit. [Fieret) Eueniret. [Gaudebat) Attende celeritatem narrationis. [Sed eccum) παρασιωπῆσις. [Sed quid) Correptio resipiscentis. [Hospitem) Chremetem, ἀντιφρασις. LATO.

ET hi sunt senarij. In octauo. Amicon accusatiuo Græco n,legendum. In nono. Opperiri duplici pp, legendum, & Eo monosyll. nisi bacchium loco tertio constituamus,quemadmodum PETR. MARS.

modum carmine sequenti est loco quinto, vt s, tamen in Quis elidatur, & versu sequenti loco primo. Nã per de Pertimui, non libenter moueo .i. meum iudicium, sequatur q̃ quisque velit.

ACTVS IIII. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Geta tulit argentum Phædriæ.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena fallacia prætexitur à Geta, qua hallucinatus senex, triginta minas sit daturus Phormioni, vt vxorem Antiphonis alteri locet. Interea dabitur summa Phædriæ, interuentuq; nutricis, Phanium à patre suo Chremete agnoscetur, atque ipsi Antiphoni relinquetur.

Senarij.

ANTIPHO, GETA, CHREMES. DEMIPHO.

EXPECTO, quàm mox recipiat sese Geta.
Sed patrum cum patre video astantem. hei mihi,
Quàm timeo, aduentus huius quò impellat patrem.
G. Adibo hosce: ò noster Chremes. C. salue Geta.
G. Venire saluom volupe est. C. credo. G. quid agitur?
C. Multa aduenienti, vt fit, noua hic compluria.
G. Ita de Antiphone audistin' quæ facta? C. omnia.
G. Tun' dixerat huic? facinus indignum Chreme,
Sic circumiri. D. cum hoc id agebam commodum.
G. Nã hercle ego quoq; id quidẽ mecũ agitãs, sedulo,
Inueni opinor, remedium huic rei. D. quid Geta?
Quod remedium? G. vt abij abs te, fit sorte obuiam
Mihi Phormio. C. q̃ Phormio? G. is, qui istãc. C. scio.
G. Visum est mihi, vt eius tentarem sententiam.
Prendo hominem solum: cur non, inquam, Phormio
Vides, inter vos sic hæc potius cum bona
Vt componantur gratia, quàm cum mala?
Heru' liberalis est, & fugitans litium:
Nam ceteri quidem hercle amici omnes modo
Vno ore auctores fuere, vt præcipitem hanc daret.
A. Quid hic cẽptat? aut quò euadet hodie? G. an legibus
Daturum pœnas dices, si illam eiecerit?
Iam id exploratum est: eia sudabis satis,
Si cum illo inceptas homine: ea eloquentia est.
Verum pone esse victum eum? at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, sed pecuniæ.
Postquam hominem his verbis sentio mollirier,
Soli sumus nunc, inquam, hic. eho dic, quid velis dari
Tibi in manum, vt herus his desistat litibus,
Hæc sint facessat, tu molestus ne sies?
A. Satin' illi dij sunt propitij? G. nam sat scio,
Si tu aliquam partem æqui boniq̃ dixeris,
Vt ille est bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. D. quis te istæc iussit loqui?
C. Imò non potuit melius peruenirier
Eò, quo nos volumus. A. occidi. C. perge eloqui.
G. At primo homo insanibat. C. cedo, quid postulat?
G. Quid? nimiũ: quantũ libuit. C. dic. G. si quis daret
Talentum magnũ. C. Imò malũ hercle: vt nil pudet.
G. Quod dixi adeo ei: quæso, quid si filiam
Suam vnicam locaret? parui rettulit
Non suscepisse: inuenta est, quæ dotem petat.
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias:
Hæc denique eius fuit postrema oratio:
Ego, inquit, iam à principio amici filiam,
Ita vt æquam fuerat, volui, vxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem eiu' incommodum
In seruitutem pauperem ad ditem dari:
Sed mihi opus erat, vt aperte tibi nunc fabuler,
Aliquantulum quæ afferret, qui dissoluerem
Quæ debeo: & etiam nunc, si volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quæ sponsa est mihi,
Nullam mihi malim, quam istanc, vxorem dari,
A. Vtrum stultitia facere ego, hunc, an malitia
Dicam, scientem, an imprudentem, incertu' sum.
D. Quid, si animã debet? G. ager oppositu'st pignori ob
Decem minas, inquit. D. age age, iam ducat: dabo.
G. Aediculæ item sunt ob decem alias. D. hoi hui.
Nimium est. C. ne clama: petito hasce à me decem.
G. Vxori emunda ancillula: tum autem pluscula
Suppellectile opus est, opu' sumptu ad nuptias:
His rebus pone sanè, inquit, decem minas.
D. Sexcenta proin potius scribitu iam mihi dicas?
Nil do: impuratus me ille vt etiam irrideat?
C. Quæso ego dabo, quiesce: tu modo filius
Fac vt illam ducet, nos quam volumus. A. hei mihi.
Geta, occidisti me tuis fallacijs.
C. Mea caussa eijcitur: me hoc æquom est amittere.
G. Quantum potes, me certiorem, inquit, face,
Si illam dant, hanc vt mittam, ne incertus siem:
Nam illi mihi dotem iam constituerunt dare.
C. Iam accipiet: illis repudium renunciet:
Hanc ducat. D. quæ quidem illi res vortat male.
G. Opportune adeo nunc mecum argentum attuli,
Fructum, quem Lemni vxoris reddunt prædia:
Id summam: vxori, tibi opus esse, dixero.

EXPECTO, quàm mox recipiat sese Geta) Ad errorem cumulandum persona Antiphonis interponitur, vt ei adaucto metu amittẽdæ vxoris, maior vis fiat repentinæ lætitiæ. [Volupe est) Hoc volup nomen est, vt hoc facul. Sic .n. veteres per ἀποσιώπησιν loquebantur. [Compluria) Secundum regulam locutus est. nã hoc complure, & hoc compluria. [Noua hic cõpluria) Sic veteres, quod nostri dempta syllaba complura dñt. Sic Cato originum 2. Fana hoc loco compluria. Cic. in Protag. Confirmandi genera compluria. [Credo) Quia veteres hoc plure non hoc plus dicebant. [Commodum) Cõmoda æstimatio est temporis * Commodum, tantum q̃ Lucil. Quod mihi cõmodum est, aut vna vestimenta deposuerã. [Is q̃ illam) ἀποσιώπησις tertia, deest obtrusit nobis, aut defendit, aut quid tale. [Fugitãs litium) Genitiuo casui vim nominis habet Fugitans iunctũ, accusatiuo, vim participij. [Fugitans litium) Quasi quod vult in dño facere, id iam in eo esse dicit, præparans hominem ad contemptum pecuniæ quæ poscetur statim. [Dari tibi in manum) Datur ei in manum, q̃ seperatim accipit, sine arbitrio, aut interprete, vt præuaricator, aut iudex corruptus. [Hæc hinc facessat) Pro hinc se faciat. i. abeat, vt huc se faciat, huc accedat, significat. [Hæc hinc facessat) Procedat. alias, faciat. Ergo duas res signãt hoc vnum verbum. An hinc facessat, prouerbialiter, quasi hinc faciat? Plaut. Argentum hic facite. Huc te fac dicitur, pro huc accede. [Aliquam partem) Et si non totum, vel aliquam partem. [Verba hodie inter vos) Sic dicebant, iurgium significantes. Proprie verba commutare, est quod altercari dicimus. [Quid? nimium, quantum libuit) Apud quosdam diuersæ personæ cum verbis singulis. [Parui rettulit) Nihil interfuit, vel

DON.

vel parum inter fui.i.nihil profuit.[Non ſuſcepiſſe, inuenta eſt quæ dotem petat) In Græca fabula ſenex h.d. Quid intereſt me, non ſuſcepiſſe filiam,ſi modo das dabitur alienæ? [Sed mihi πρόφασις prima . [Sed mihi opus erat) Indictio doli eſt.nam ante quàm petat,petendi cauſam ingerit.[Quæ afferret,qui diſſoluerem) quia ſi opum cauſam habendarum dotatam quæreret,minor eſſet neceſſitas captandæ opulentioris,æs alienum reddidit, cui rei nihil opponi poteſt. [Ab hac accipio quæ ſponſa eſt mihi) Mire accipio,non accepturus ſum. Et definitum modum ponit, ne de ſumma dotis ſupereſt diſputatio . [Vtrum ſtultitia facere) Parelcon tertium . hoc idem enim valet vtrum quod An. [Scientem,an imprudentem)Antitheton ſecundum . nam ſcienti imprudentem reddidit . [Quid ſi animam debet?) Græcum puerb. καὶ αὐτὸν τὴν ψυχὴν ὀφείλει.[Ager oppoſitus eſt pignori ob decem minas) Aſtute non protinus triginta minæ dixit,ſed paulatim colligit, vt partibus congeſtis in ſumma ſenex minus grauetur . nam ſi ſemel diceret, deterreret parciſſimum ſenem . Denique auditis x.minis,ſtatim reſpondet Dabo . conceduntur ab alio decem . de reliquis ſupereſt dubitatio.nam difficilis ad dandum.[Sumptum ad nuptias)Opus eſt,ſubauditur . [Pone ſane, inquit,decem minas) Bene ſane,quaſi plus quiddam exigat, ſed hoc contentus ſit. [Sexcentas proinde potius ſcribito iam mihi dicas)Perſpicere hinc licet conſuetudinem vtriuſque ſermonis. nam Apollodorus μυρίας dixit, pro multis. Et vt apud Græcos μύρια ita apud nos ſexcenta dicere pro multis,vſitatum eſt . Cic. Sexcenta poſſum decreta proferre. [Mea cauſſa eijcitur,me hoc eſt æquom amittere) Ratio cur ipſe viginti dare debeat minas, dante Demiphone decem.[Quantum potes me certiorem) Feſtinat Geta,ſcit enim dixiſſe lenonem, Mea lege vtar , vt potius ſit qui prior ad dandum eſt . [Quæ quidem illi res vortat male) Non deſinit poëta oſtendere auaritiam Demiphonis , qui nec ideo libenter fert dari aliquid Phormioni, quia ſic commodum ei eſt . Virg.

Hos illi , quod nec bene vertat , mittimus hædos .

[Mecum argentum attuli) Comicum . Argentum præſto eſt,& cauſa additur cur præſto , & vnde ſit . ſimul iracundiæ vxoris , & iurgio præparatur locus.[Fructum,quem Lemni &c.) & Lẽni,& Lemno legitur. [Reddunt prædia) σχήμα ἐπεξήγησις . Et proprie de fructu,reddunt . [Id ſumam) Non fructum, ſed argentum.[Id ſumam)Impendam.vnde & ſumptus dictus. [Vxori,tibi opus eſſe,dixero) Bene eſſe non fuiſſe,ne iam repetendum videretur . [Opus eſſe,dixero) Adiunctiuum,pro pronunciatiuo, vt in Eunucho Perculeris iam tu me .

GVID. EXPECTO &c.) Hic à Geta texitur fallacia, qua hallucinatus ſenex xxx.minas ſit daturus Phorm. vt vxorem Antiphonis alteri locet,interea dabitur ſumma Phæd.interuentuque nutricis Phan. à patre ſuo agnoſcetur,& Antiphoni relinquetur . A. Antipho ſecum tantum loquitur . Expecto quàm .i. quantum,mox.i.cito, vel ſtatim . Geta recipiat ſeſe .i. ſe retrahat ad me,ſiue ſe referat . Sed video patruum .ſ. fratrem patris mei,& patrem Phædriæ ſtantem cum patre. Hei mihi interiectio dolentis datiuo iuncta, quàm.i.quantum timeo,q.d. multum,quo .i. inquam ſententiam,vel opinionem, ſeu in quam partem aduentus huius patrui impellat.i.inducat patrem . G. adibo hoſce.ſ. Demiphonem,& Chremetem hoc ad ſeipſum dicit. Deinde accedens ad eos,inquit,ò noſter Chremes. Deinde intercepit ſermonem Chremes . C. Geta ſalue . G. ſubdit quod omiſerat . volupe eſt.i.voluptas eſt,vel voluptatis cuiuſdam loco eſt, te venire ſaluum . Volupe nomen eſt voluptatis,ſicut facul, pro facultate inuenitur,& pro faculter.Nam veteres ſic loqui per apocopen gaudebant . C. Credo tibi eſſe voluptati aduentum meum . G. Quid agitur ? C. Multa fuerunt ſup.noua vt fit .i. contingere ſolet,mihi aduenienti.i.cum venirem,hic.i.Athenis compluria.i permulta ſunt ſupp.noua,& recte compluria dicimus.Nam hoc complure,& hæc compluria veteres dictitarunt, qa hoc plure,non hoc plus dicebant,hæc Don. G. Ita comprobat hac particula dictum . C. Audiſtin'.i.vtrum accepiſti ea quę facta ſunt de Antiphone . C. Audiui omnia. G. Tum.i.tu ne ò Demipho dixeras huic Chr.quæ facta erant. ò Chreme facinus indignum.i.nefarium ſcelus eſt hic.i.eo modo,circumiri.i circũuenire,recipi falli . D. Agebam.i.loquebar conferebam, cõicabam id.i.facinus indignum cum hoc fratre meo.commodum.i. nacta opportunitate ita,vt commodum vice aduerbij fungatur ſignificantis opportune,dicimus.n.eleganter . Tu commodum diuerſiſti.i.cõmode,opportune,in tpe quo debebas,& bene æſtimato ac conſiderato tpe.Terent.in Eun. Virgo ſeſe interea cõmodum huc aduertat in hanc noſtram plateam,commodum .i. (quod dici ſolet) qñ vidit bonum ſuum,vel ſuam opportunitatem . G. Nam hercle ego quoq;.i.ẽt agitans mecum .i. voluẽs, verſans,volutans,conſideràs apud me id facinus, ſedulo.i.inſtãter,ſine dolo, inueni remedium huic rei , vt non admittat vxor Antiphonis . D. O Geta qd inueniſti, ſup.quod remedium ſup. excogitaui ? G. Vt.i.poſtquam abij.i.diſceſſi abs te.forte Phormio ſit obuiam,aduerb.i.in occurſum mihi Get. C. Qui Phormio?fuit.ſ.tibi obuius. G. Is fuit Phormio,q obtruſit ſup.nobis iſtam puellam. C. Scio.i.intelligo . G. Viſum eſt mihi.i.cõmodum eſſe iudicaui, vt ꝙ pertentarem.i.experier,ſentẽtiam.i.opinionem eius . P. Prendo.i.comprehendo,tanquam familiariter locuturos,& cogniturus hominem Phorm. ſolũ.i.ſine arbitris, ſeu inter precibus,inquam.i.dico illi.ò Phormio,cur nõ vides.i. animaduertis,prouidet, vt ſi fieri poſſit ſup. hæc negocia de iſtis nuptijs potius componãtur.i.tranſigantur,concordentur parcẽtur inter vos cum bona gratia.i. cum beneuolẽtia,q̃ cum mala gratia.i.cum maleuolentia vel ſic ſi velis,cur non vides ſi vt .i. ſi aliquo modo,ſiue aliqua ratione,& via, hæc potius componantur inter vos cum bona gratia &c.Herus.i.dominus eſt,liberalis .ſ. Demipho & fugitans litium.i.iurgiorum,vbi fugitãs vim nominis habet cum genitiuo iungatur, nam quidem hercle .i. per herculem,ceteri omnes amici ipſius Demiph. fuerunt modo.i. paulo ante,vno ore.i.vna omnium voce,vno cõſenſu, auctores .i.ſuaſores,vt Demiph.daret hanc vxorem præcipitem.i.exturbaret eam ac præcipitaret de thalamo filij ſui eam poſt hanc nõ redituram . A. Antipho hæc audiens, neq; tamen apparens ſub inde verba interponit . Quid hic Get.ceptat .i. incipit facere,aut quo.i.in quem exitum,ſeu effectum,ipſe euadet.i.erumpet.peruenietne hodie. G. Proſequitur ſermonem . G. Quaſi alloquatur Phormionem.ſic.n.refert quaſi ſic fuerit cum eo locutus . an.i. vtrum tu Phor. dices dominum daturum pœnas.i.punitum iri , legibus.i.per leges, ſi eiecerit.i.exturbauerit illam è domo ſua . Iam id, quod dices.ſ.eum daturum pœnas eſt exploratum.i.certum,& bene prouiſum,ac conſtitutum. Ea,aduerb.hortantis,vt potius velit componi omnia,q̃ in contentionem deſcendere, ſatis ſudabis.i.laborabis incaſſum, & quidem vehementer ſi inceptas.i.ſi incipias litigare cum illo homine.ſ.domino meo, ea .i. tanta ipſe dominus eſt eloquẽtia .i. tantam habet eloquentiam, vel tanta eloquentia pollet,vel ea eloquentia eius eſt .i. talis eſt eius eloquentia,vt ea eloquẽtia ſint caſus nominatiui,verum.i. ſed,pone .i. finge,fac,eſto,ſit ita,faue,vbi dicunt poſito caſu,eũ dominum eſſe victum in cauſſa .i.eſto quod eſſet victus, attamẽ tandem.i.vt vno verbo dicam,quod ſentiores.i.negocium,capitis.i.vitæ eius,non agitur .i. non tractat,ſed tm̃ res pecuniæ agitur,ita vt ſola eſſet mulcta pecuniaria. Poſtquam ſentio.i.percipio hominem Phormionem molliri .i. mitigari,molleſcere, & mollior fieri his verbis, quæ dixi inquam.i dixi nũc ſumus ſoli .i.ſine arbitris.i.in hoc loco,eo.i.ea re.ſ.quia ſumus ſoli. dic qd velis dari tibi in manum.i.pecunia præſenti , vt herus deſiſtat .i. ceſſet,ſup.ſedeat,his litibus.i.ab his iurgijs,& vt hęc puella faceſſat hic.i.diſcedat,recedat,abeat,hinc.i.ex domo heri.Faceſſo interdum ſignificat facio. Inde faceſſere negocium.i.exhibere ſoli citudinem,& curam . Interdum ſignificat ire ad faciendum . Interdum ſignificat diſcedere,nam qui diſcedit ab aliquo loco, remotum ſe facit ab illo , ediuerſo facere huc , ſignificat accedere ad hunc locũ,vt ſi diceretur, fac te huc , idem eſt ac ſi diceretur , accede huc , ideo fac te hinc , ſignificat diſcede hinc , ſicut fac te huc ſignificat huc accede,& quid inquam velis tibi dari, ne .i. vt nõ,ſis moleſtus.i.vt nihil moleſtiæ hero afferas in his rebus . A. ſatis ne Dij ſunt propitij.i.benigne fauentes,ſecundi,q. d. nõ ne Dij ſunt illi multum benigni ac faciles , qui patiantur cum ita egregie mentiri , vel qui ſit ita animo quietus , nec (vt videtur) multis agitatus curis,videtur enim nihil eſſe ſolicitus,qui talia & excogitat,& recitando inſiſtit . G. Proſequitur inceptum ſermonem,nam ſat ſcio ſi tu Phormio dixeris aliquam partem boni,& æqui.i.aliquid bona ęquitate ſubnixum.i.aliquid quod vtile,& honeſtum videat, vt ille herus eſt vir bonus.i.iuſtus .i. qua bonitate eſt vir ille,vel pro ea bonitate qua eſt, ſeu quæ ſua viri eſt probitas, non commutabis hodie tria verba inter vos.i.non altercabimini diu ſimul vltro,citroq. nam verba commutare eſt quod altercari dicimus,nam altercando vltro citroq. verba cõiectantur,& commutanẽ Dem.quis iuſſit te Getam loqui iſtæc cum Phormione ? C. Imò non potius melius .i. aptius peruenit, in verbo imperſonali . eo,aduerbium ad locum .i. ad eum ſtatum, quo .i. ad quem nos volumus peruenire . A. Occidi .i. perij . D. Perge .i. perſeuera , proſequere loqui . G. At primo .i. in principio,homo Phor. inſaniebat .i. furebatur,cum ei iſta

dicerem .

dicerem. D. cedo .i. dic,quid postulatur non sit molestus, & vt puella faceſſat. G. petis quid postulet,postulat nimium.i.immoderatum precium,siue munus, videlicet tantum postulat quantum libuit sibi. D. dic quid postulet. G. dicit forsitan se facturum si quis daret talentum magnum quod constat ex octoginta libris vt supra. D. imò hercle si quis daret ei malum .i. incommodum,aut supplicium,aut tormentum,h.d.indignatus,immoderatione petentis,q.d.se mali illi dare magnum,quam tantum precium,vt.i.qualiter,quomodo interrogãdo, nihil pudet vel te vel illum hoc dicere sup. G. Quòd .i. sed. adeo .i. certe,dixi ei id,quod sequtur,vel adeo.i.certe,hoc est sup. quod dixi,quæso.i. peto à te,quid peteres sup.si ipse herus locaret.i.daret nuptui filiam suam vnicam.i.solam,respõdebit sup.quod parui retulit.i. parum profuit,vel parum interfuit,seu parua fuit commoditas, nõ suscepisse.i.non genuisse aliam filiam, siue non habuisse aliã filiam præter vnicam,cum inuenta sit alia propinqua, quæ petit dotẽ,qualis fuit Phanium, quæ per leges petit à cognato dotẽ, qua alicui possit locari,ergo sic astrue, Inuẽta est.i.accessit emersit in lucẽ vna cognata,qnæ petat dotem,vt redeam.i.vt veniã, vt Cic. Ad Chrisippi laqueos reuertamur .i. veniamus,accedamus. vt accedam ergo ad pauca.i.ad sermonem breuiusculũ,ac vt omittam ineptias.i.fatuitates. inconsiderata dicta illius,denique.i.post multa,hæc fuit postrema oratio eius.i.vltimus mecũ sermo,inquit.i.dixit,sic.ego Phor. iam à principio volui dicere filiam amici vxorem.i.capere eam in vxorem,vt fuerat æquum .i. honestum, & æquitati congrum. Nam incommodum eius veniebat mihi in mentem, videlicet pauperem puellam dari .i. traduci,transferri ad diuitem maritum in seruitutem.i.in omnẽ subiectionem,quoniam propter paupertatem vxor redditur magis obnoxia, & velut serua coniugi suo diuiti. sic diues vxor contra. Sed vt nunc aperta fabuler .i. verniliter loquar tibi,erat mihi opus illa vxore,quæ afferret aliquantum.i.dotem alicuius quantitatis,qui.i.vt,vel qui sit ablatiuus .i. à quo aliquanto,vel qui.i.vnde dissoluerem.i.diuersis soluerem ea quæ debeo, etiã si nunc Demipho vult dare tantum quantum accipio præsenti pecunia ab hac filia,quæ est mihi sponsa.i.promissa,nullam filiam malim dari,mihi vxorem,quàm istanc filiã amici. A. Antipho hæc solus loquitur,ego sum incertus vtrum dicã hunc Getam facere id,quod facit stultitia.i.per stultitiam an malitia.i.per malitiam,& vtrum dicam eum facere id scientem .i. de industria, an imprudẽtem.i.per imprudentem,& inconsiderationẽ. D. Quia Geta dixerat Phor.dixisse sibi fuisse opus vxore,quæ afferret vnde dissolueret,quæ deberet,nunc per prouerbium loquitur Demipho.quid si animam debet.i.quid dicas sup.vel censeas,vel est modus interrogandi,si Phor.debet non solum pecunias,sed etiã vitam,animam enim pro vita intellige. G. Geta vidẽs per illud prouerbium senem velle scire quidnam deberet,neque ita in obscuro velle promittere se dissoluturum debita,ostendit,quę sint debita Phor. inquit,ager est oppositus pignori.i.oppigneratus, hoc est datus in pignus,ob.i.propter, decem minus. i.libras. D. Age age,hortantis est,iam.i.nũc,ipse Phor.ducat Phanium,ego dabo illas minas decem,& agrum repignerabo. G. Item.i.similiter,ædicule.i.domuncula eius,sunt datę sup.vel positę pignori ob alias decem minas. D. hui,interiectio ridentis,vel indignantis,nimium est.s.soluere viginti minas. C. Ne clama.i.noli clamare petito à me hasce decem minas. G. Ancillula.i.parua ancilla,est emenda vxori,tum.i.deinde, opus esse supellectile pluscula.i.paulo maiore,& ampliore & numerosiore.i.opus est paulo pluribus vtensilibus.opus est inquam sumptum ad nuptias faciẽdas,inquit Phor.sane.in hac particula concedentis est,q.d. sit ita vt vis,pone.i.supputa decem minas his rebus.i.pro his rebus pdictis.s.pro suppellectile pluscula. D. proinde.i.pro hac re potius,scribito.i.scribat mihi ipse Phor.ducentas vel sexcentas dicas.i.causas,vel libellos,& cõtrouersias. D. dica satis iam dictũ est,nihilo do.i.nihil voto illi dare,ne.i.vtrũ,ille est sup.ita impuratus.i.impurus,improbus,immũdus,inhonestus factus, vt etiã irrideat.i.illudat seniores. C. Quæso.i.obsecro,tu modo.i.tandammodo,quiesce.i.noli te turbare,ego dabo illas decẽ minas, & ita erunt viginti,quas sum daturus,fac vt filius tuus ducat illã .s. filiam meam, quam nos volumus eum ducere. A. Hei mihi .i. dolore afficior. ò Geta occidisti metuis fallacijs.i.astutijs,& fraudibus. C. Ipsa puella reijcitur mea causa.i.amore mei emittitur à domo fratris,vt filius eius ducat filiam meam,ęquum est .i.iustum est,me amittere hoc.i.has viginti minas. G. Phor. inquit,in hæc verba,ò Get.fac me certiorẽ si parentes Antiphonis dant illam puellam mihi cum dote,vt amittam .i. à me reijciã, ac repellam hanc quæ iam mihi sponsa est,ne sim incertus, nam illi parentes eius constituerunt.i.destinauerunt dare mihi dotẽ. C. Iam.i.nũc,vel statim accipiet promissam dotem,renunciet.i. significet illis parentibus alterius repudium.i.recusationem illis puellæ,ducat hanc puellam in vxorem. D. Quæ res.i.quæ dos male vortat illi.i.quæ in suam conuertatur perniciem. C. Adeo .i.certe attuli nunc opportune.i.(quod dicitur) bene ad punctũ, argentum mecum.s.fructum.i.redditum, quem prædia.i.possessiones vxoris meæ reddunt, vnde redditus. Lemni.i.in Lemno insula,sumam.i.impendam,inde sumptus,sumam id argentum, dixero.i.dicam vxori meæ,cum quæret suas pecunias, opus esse tibi illis .i. te egere illis, & ita me tradidisse tibi eos mutuas.

ARGVMENTVM) Geta dolo extorquet argentum à senibus,& Antipho in metum conijciẽ,quæ est eius periculi epitasis. [Cur non) Prosopopœia callide fingentis se sedulo egisse cum Phormione.& totum principium comparationũ est ad bene uolentiam,vt facilius obtineat quod intẽdit.[Daturum pænas) Occupatio,& mox solutio à persona.[Occidi)Tacita exclamatio perculsi ob dictum Chremetis.[Talentum magnum) 80.librarum erat,minus 60.[Ita vt æquom)Honesta ratio à persona. [Dica)Causa,actio. Et dicam scribere,est formulam intendere, & certa lege agere apud iudicem.[Sexcentas)Prouerbialiter dictum est, pro, multas ex vsu illorum temporum. LATO.

EXPECTO) Dolosi hominis, & callidi simulatoris qui mendacijs,& dolis rem suam agit,perfidiam,malitiam,improbitatem hæc scena exprimit. Ab his enim hominibus difficillime quispiam sibi cauere potest quia spe vtilitatis,&amicitię fallere didicerunt,idq. non dolo tantum malo,sed pessimo. Et ergo bene Seru.iureconsultus, eiusmodi dolum machinationem interpretatur,alterius decipiendi causa,cum aliud simulatur, & aliud agitur. Labeo calliditatem, fallaciam, machinationem ad circunueniendum fallendum,&decipiendum,dolum esse dixit.Sed quia pauci sunt,in qbus non versetur ipse dolus, ideo bone per pauci,sunt,quoniam bonus est,qui nemini nocet.[Mala gratia) Gratia ex hoc loco cognoscitur esse ex ijs vocabulis,quæ à grãmaticis dicuntur media,hoc est quæ in bonam, & in malam partem interpretationem suscipiunt. Est ergo mala gratia,quæ per simultatem,dissidium, & animorum contẽtionem ad finem perducitur,vt quoties in iudicio multis litibus res peragunt, dicuntur mala gratia componi.[Fugitans litium) Nomen pro participio,hoc est qui iudicium subire non vult,contentiones forenses detractat,& mauult dispendium aliquod pecuniarium incurrere,quàm dubium litis euentum experiri. [Præcipitem hanc daret)Ex ædibus eijceret.[Dij sunt propitij)Hoc est dubito an furiosus sit,numque illi mentem dij ademerint. [Tria non commutabis) .i. vix tribus verbis ages. PETR. MARS.

CARMINA sunt trimetra iambica.In 3.versu Huius dissyll.est In 9.m,non eliditur in Circum.In 14.Eius dissyl.In 18. s,eliditur in Herus. In 20. creticus est loco tertio. In 21.d,eliditur in Quid,nisi bacchium loco primo constituamus. In 26. Eius monosyll. In 28. s, eliditur in Sumus, & creticus est loco quinto.In 33. vel Vt à superiore carmine eliditur,eliso s,in Dixeris,vel est bacchius loco primo.In 37.At initio legendum,nõ A.In 40.Ei dissyll.& in proximo Suã dissyll.In 43.vel bacchius est loco primo,vel legendum Ad pauca vt redeam,& Illius trissyll.est,& in 44.Eius monosyl.Ita in 47.in 50. Ac,pro Et,legendum.Nam debeo primam producit. In 54. s,eliditur in Intertus,& in 55.in Oppositus.Et in 56.Ob eliditur ad superiore versu.Et in 57.Hui dissyll. Et in 58. Te corripitur,non eliditur. In 59.bacchius est loco quarto.si quidem Ancillula hipocoreſticos recte legitur 60. Don. videtur legisse ad hunc modum. GLAR.

Supellectile opus est, & sumptu ad nuptias.
Alioqui,vt vulgo legitur,s,in priore Opus eliditur.In 62. Iam tollitur meo quidem iudicio,& creticus loco secundo. In 67. vel Mea monosyl. vel bacchius est loco primo. In antepen. legendum Mecum ante Argentum.

ACTVS IIII. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Obiurgat Antipho Getam, cuius opera se in periculum venisse putat ne extrudatur coniunx. Idem ab eodem placatur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic Antipho planè perturbatur,in Getã stomachatur. debacchaturq; vtpote

utpote qui sibi, vt putat ex re ferme tranquilla, turbulentissimam reddiderit, tandem tamen miris ipsum persuasionibus Geta demulcet, & placabiliorem efficit. ADDITIO. *Ad intelligentiam illius Getæ dicti in calce huius scenæ positi. Quod res post illa, &c. Attende in primis, Getam per totam Comœdiam à poëta introduci callidissimum, & versipellem, qui pallium ad omnem ventum flectere nouit, Is nunc Antiphoni persuadet ob huiusmodi portenta in auspicandis nuptijs incidentia, eas nuptias facile posse, si non euitare, saltem, dum argentum à senibus emungatur, protelare. Ater alienus canis, hoc funestas fore nuptias portendebat anguis per impluuium decidens de tegulis, intoxicationem: gallina canens vxorem marito superstitem fore Ariolus est, qui diuina quadam mente vaticinatur, dictus quasi fariolus à fando, Haruspex ab haruga, id est ab hostia nominatur. Ante brumam, &c. Hic deridet poëta dierum obseruatores, & superstitiosos.*

Senarij.

ANTIPHO, GETA.

ETA. G. hem. A. quid egisti? G. emunxi argento senes.
Satin' est id? G. nescio hercle: tantum iussu' sum.
A. Eho verbero, aliud mihi respondes, ac rogo?
G. Quid ergo narras? A. quid ergo narrem? opera tua ad
Restim mihi quidem res redijt planissume:
Vt te quidem omnes dij, deæque, superi, inferi
Malis exemplis perdant. hem, si quid velis,
Huic mandes, qui te ad scopulũ è tranquillo inferat.
Quid minus vtile fuit, quàm hoc vlcus tangere,
Aut nominare vxorem? iniecta est spes patri,
Posse illam extrudi. cedo, nunc porrò Phormio
Dotem si accipiet, vxor ducenda est domum:
Quid fiet? G. enim non ducet. A. noui: ceterum
Cum argentum reperent, nostra causa, scilicet
In neruom potius ibit. G. nihil est Antipho,
Quin male narrando possit deprauarier.
Tu id, quod boni est, excerpis: dicis, quod mali est.
Audi nunc contra iam. si argentum acceperit,
Ducenda est vxor, vt ais: concedo tibi:
Spacium quidem tandem apparandis nuptijs,
Vocandi, sacrificandi dabitur paullulum:
Interea amici, quod polliciti sunt, dabunt:
Id ille istis reddet. A. quamobrem? aut quid dicet?
G. rogas?
Quot res? post illa monstra euenerunt mihi:
Introijt in ædes ater alienus canis.
Anguis per impluuium decidit de tegulis:
Gallina cecinit: interdixit hariolus,
Haruspex vetuit ante brumam aliquid noui
Negoci incipere; quæ caussa est iustissima.
Hæc fient. A. vt modo fiant. G. fient: me vide.
Pater exit: abi, dic, esse argentum, Phædriæ.

DON.

MVNXI argento senes) Mire, cum econtrario dicatur emunctus homo, elegans, & facetus, vt Horat. de Luc. Emunctæ naris, inquit. [Satin' est id?) Hoc est, id ne tibi videtur satis esse ad miserias meas? An quasi ironicos dicit, vt dicere solemus, Bene habet nunc, aut, Feciſti certe quod debuisti. Ideo autem subambigue locutus est, vt nequaquam posset alter interpretari à Geta, qui respondebit, Nescio hercle, tantum iussus sum. [Vlcus tangere) Prouerbiale, non ironicos dixit. [In neruum potius ibit) Decipiet, à prouerbio tracto à sagittarijs, cum vis, conatusq. tendentis arcum non inuolatum teli, sed in ruptione nerui expetatur. [Tu id, quod boni est, excerpis) Honeste excerpis dixit, & attende quemadmodũ dicat excerpi bona, quibus non vtatur. [Ante brumam) Arte irrisit homines Terentius, quibus religio sit aggredi negocium aliquod diebus decrescentibus. [Gallina cecinit) Obstetricum est, in qua domo gallina canat, superiorem marito esse vxorẽ. [Interdixit hariolus) Hariolus est, qui diuina mente vaticinatur, dictus hariolus, quasi fariolus, à fatis, & à fando. H, enim pro F, & item F, pro H, in multis locutionibus mutabantur. An ab halando? nam halitu solent excludere velut mortalem animam, vt diuinam recipiant. vnde, & vocem eiusmodi dabant, quæ est OE, quòd OE sonus exhalandi vim præstat. [Ante brumam) Quòd ante brumã dies decrescere incipiant. [Haruspex venit) Haruspex, ab haruga nominatur. nam haruga dicitur hostia, ab hara in qua concluditur, & seruatur. hara autem est, in qua pecora includuntur. Plaut. Rusticus hircus, hara mostella ria. [Fient me vide) Respice vultus mei fiduciam. sic Græci, nã aliter Latini, si quidem quia nullum periculum est. [Me vide) Quia in iure promittit, & interponit suam fidem, quod nos dicimus, Me habes. [Vide) Respice.

GETA &c.) Hic Antipho totus perturbatus Getam alloquitur, super eo quod fecerat, ac tandem leuitur ipse Antipho à seruo Geta. A. O Geta, vocatiuus est. H. Hem, interiectio animaduertentis. A. Quid est Get. emunxi. i. euacuaui, purgaui senes, Demiphonẽ, & si atrem argento. Interdum emunctus homo dr elegans, & facetus. A. Ne. i. vtrum id, quod fecisti est satis rectum sup. vel recte factum. G. Hercle nescio an sit satis rectum. ego, iussus sum facere tantum. i. duntaxat hoc. s. extorquere pecunias. A. Eho, admonentis interiectio, & excandescentis, ò verbero. i. digne verberibus multis, & declinatur verbero verberonis, tãdes mihi aliud, ac. i. quam rogo. i. peto. G. Ergo quid narras? A. Petis sup. quid ego narrem? quidem. i. certe. res. i. negocium, redit mihi planissime. i. redibit mihi manifestissime, ad restim. i. ad suspendium. i. ad chordam, qua mihi parem suspendium. Nam restis chorda est, q. d. res tota eo redacta est, vt de suspendio possim rogitare, & quidem tua opera. i. tua industria, & tuo facto, vt. i. vtinam. Dij, & Deæ oẽs tam superi. i. cœlestes, q̃ inferi. i. infernales perdant. i. destruant te, exemplis malis. i. in exẽpla aliorũ, quæ sint tibi mala, & noxia hem, interiectio dolentis vel indignantis, mandes. i. cõmittas, per ironiam huic Getæ, si quod habes sup. quod velis curatum. i. q̃ velis factum esse recte. i. vt decet. mandes ergo huic, q̃ auferat. i. abducat te. ad scopulum. i. editum, siue eminentem locum, vnde te des præcipitem, vel in scopulum. i. in tempestatem, & perturbationem, ac periculum, nã sæpe in scopulis. i. rupibus marinis acutis naues periclitantur è tranquillo. i. ex quieto loco, & statu, q. d fuit minus vtile. i. inutilius. quam tangere. i. attingere, attractare. hoc vlcus. i. hunc locum nostræ materiæ periculosum, & lædentem, si tangatur sicut vlcus, est aũt dictum prouerbiale, aut quid fuit vtilius, quam nominare vxorem. i. facere mentionẽ de illa spes. i. expectatio est iniecta. i. indita patri, illam vxorem posse extrudi. i. expelli à viro cedo. i. dic. porrò. i. deinde. si nunc Phormio accipiet dotem vxor est ducenda domum. i. in domum iure matrimonij, quid fiet tunc. G. Enim. i. certe Phormio non ducet eã. A. Noui. i. scio, cetet̃. i. sed cum senes repetent, argentum. s. . i. certe, potius ipse Phor. ibit in neruum. i. nimis conando decipietur nostra causa, more illius sagittarij, qui magno conatu tẽdens arcum sæpe neruum frangit, & ita suo impulsu frustratur ac decipietur, vel ibit in neruũ potest cadi pro conijcietur in vinacula, & in carcerem potius detrudetur nostra causa. G. O Antipho nihil est q̃. i. quod non, possit deprauari male narrando illud. s. peruertendo veritatem, tu excerpis. i. extra his, euellis, extorques, elicit id, boni, quod est in hac re, & dicis id mali quod in ea re est nunc, iã audi contra. i. vicissim id quod sum dicturus, si Phor. acceperit argentũ, vxor est ducenda vt ais, cõcedo tibi fateor, hoc est tibi assentior q̃dem. i. certe, spacium tandẽ vocandi ad nuptias, & sacrificandi pro nuptijs, vt res prospere cedant, dabitur paullulum nuptijs apparandis. i. ad apparandas nuptias. Interea dum hęc agentur amici Phæd. dabunt argentũ, quod. s. daturos polliciti sunt. i. ꝓmiserunt. Ille Phor. reddet id argentũ istis senibus. A. Quãobrem. i. quare reddet, aut q̃d dicet illis, quare. s. nõ ducat. G. Rogas. i. inqris tu dicet sup. hoc quod sequit̃, quod res, q. d. multæ euenerũt mihi post illa mõstra. i. post illa prima auspicia pro nuptijs captata, in q̃bus captandis apparuerant monstra hęc sunt illa q̃ę eueniunt, alienus canis. i. non noster pater. i. niger, introiuit ædes nostras. i. in domum nostrã. anguis. i. serpens decidit. i. deorsum decidit per impluuium,

GVID.

id est

id est per locum non coopertum in medio tecti. Est enim impluuium(ait Varro) id quòd relictum erat in medio tecti, vt lucem caperet deorsum, quo impluebat. dictum vtique à pluuia. Anguis itaque decidit de tegulis per impluuium. gallina cecinit, hariolus, id est diuinator interdixit, id est prohibuit ne ducerem vxorem. hariolus est qui diuina mẽte vaticinatur dictus quasi fariolus, à faris, & à fando, aut ab halando, nam halatum solẽt excludere velut mortalem animam, vt diuinam recipiant, vnde & vocem huiusmodi dabant, quę est hoc quòd hoc solum exhalandi vim præstat, haruspex .i. inspector hostiarum, & diuinator .i. extis earum, nam haruspex dicitur ab haruga. i. hostia, cuius inspiciebatur exta, quæ haruga dicitur ab hara, in qua concluditur, & seruatur hostia. Hara enim est stabulum in quo pecora includuntur. haruspex ergo vetuit incipere aliquid noui negocij, ante brumam, id est ante quam dies decrescere incipiant, bruma dicitur illa pars hiemis, in qua dies sunt breuiores à bromio, id est à breuitate dierum, quæ causa, id est excusatio, vel quæ occasio non ducendi vxorem est iustissima. i. digna quæ admittatur, hæc dixi fient. An vt, id est vtinam fiant modo. G. Fient sine dubio, vide me, id est aspice vultus mei fiduciam, pater tuus exit, abi, id est discede. dic Phædriæ argentum esse inuentum, vt bono animo sit.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Expostulatio Antiphonis cum Geta, & mox confirmatio. [Ad restim) Dictum desperantis, & est prouerbium. [Vicus tangere) Prouerbium de eo qui importuna mentione alicuius rei offendit. [Monstra) Prosopopœia fictę causantis omnium dicacitatem, & est faceta irrisio eorum qui se huiusmodi superstitionibus alligabant. [Ante brumam) Diebus decrescentibus, qui religiosi habebantur.

PETRVS MARS.

GETA) Hariolos, & haruspices qui ex rebus contingentibus, & casualibus, siue à fortuna pendentibus aliquid certi, & cõstituti constituunt, deridet hæc scena. Et merito sanè superstitiosos istos impostores incessunt omnes, nam si ad illorum obseruationes vitam degeremus, fieri non posset, vt vnquã trãquilla mente, & sedato animo pedem extra limen proferremus. Ad restim res redijt, hoc est, ad laqueum. Nam amatores qui non possent amatis compotiri, propter amoris impatiẽtiam, laqueo vitam deponere solent. [In neruum potius ibit,) Hoc est ad incarcerandum se committet. Monstra sunt, quæ aliquid portendunt, & plerunque malum, vnde quis dita ominari possit. [Introijt in ædes) Ex superstitione veterum hoc dicit, nam his de causis, nuptiæ ne fieri possent, prohibebantur. Et alienus canis intrans ædes, significabat adulterum, qui lectum connubialem conspurcaret. Anguis per impluuium immissus, veneni præparationem, quod alteri coniugatorum alter exhiberet, gallina canens, maritum perditorum imperium virile, & iussibus vxoris auscultaturum.

GLAREANVS.

ET hi versus sunt senarij, vt prioris Scenę. In versu secundo s, eliditur in Iussus. In 5. Ad eliditur ad superius carmen. In 6. vel Deæ monosyllabum est, vel amphibrachys loco quarto. In 8. vel d, in Quod eliditur, vel bacchius est loco tertio. Ita in 13. vel legendum,

Quid fiet. G. Non ducet enim.

vel bacchius est loco tertio. In 22. carmen ita auctore Ioan. legendum, quæ lectio placet,

Interea quod sunt polliciti argentum, dabunt,

Et Amici intelligitur, quod aliquis insulsit, explere cupiens sententiam. In 26. cretícus est loco quarto. Multa scio esse hic effugia, sed quæ vehementer displicent.

ACTVS IIII. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Colloquuntur senes de tradendo Phormioni argento. Chremes Demiphonem instigat vt argentum soluere festinet.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena Demipho Chremetem consulit, quanam via tutiore pecunias Phormioni tradat, ne, vt callidus est, postea acceptum neget.

Iambici quadrati Acatalectici.

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

VIETVS esto inquam: ego curabo, ne quid verborum duint.
Hoc temere nũquam amittam ego à me, quin mihi testes adhibeam,
Cum dem: &, quamobrem dem, cõmemorabo. G. vt cautus est, vbi nil opu'st.

C. Atqui ita opus est facto: at natura, dum lubido eadem hæc manet.
Nam si altera illa magis instabit, forsitan nos reiciat.

D. Rem ipsam putasti. D. duc me ad eum ergo. G. non moror. C. vbi hoc egeris,
Transito ad vxorem meam, vt conueniat hanc prius, quàm hinc abit.
Dicat eam dare nos Phormioni nuptum, ne succẽseat;
Et magis esse illum idoneum, qui ipsi sit familiarior;
Nos nr̃o officio nihil egressos esse, quantũ is voluerit.
Datum esse dotis. D. quid, malum, tua id refert? C. magni Demipho.

D. Non sat, tuum officium te fecisse, si non id fama approbat?

C. Volo ipsius quoque voluntate hoc fieri, ne se eiectam putet.

D. Idem ego istuc facere possum. C. mulier mulieri magi congruet.

D. Rogabo. C. vbi nũc illas ego repire possim, cogito.

VIETVS esto inquã, ego curabo) Quietus .i. secutus. ab eo quod præcedit, id quod sequitur. [Vt cautus est, vbi nil opu'st) Consulit, inquit, quemadmodum detur, vbi omnino dare non deburit, si quidem argentum Phædriæ sub nomine Pormionis. [Dũ lubido eadem hæc manet) Bene libidinem posuit pro voluntate hominis incerti ac leuis. [Forsitan nos reijciat) Mulierem. s. An vere nos. i. negocium, & cõditionem? [Rem ipsam putasti) Pro disputasti modo. [Quid, malum, tua id refert?) Malum, interiectio. & est ordo. [Quid tua id refert? C. magni Demipho) Nota responsum contra Quid refert, non ad quid relatum. Et quære quomodo dicatur, Quid mea, quid tua, an deest Ad: vt sit, ad mea, aut ad tua? [Reperire illas) Filiam, & vxorem. DON.

QVIETVS, &c.) Hic Demipho consulit, qua via certiore Phormioni tradat suas pecunias. D. inquam, id est dico tibi Chremetis, esto. i. sis, quietus. i. securus, sine solicitudine, ego curabo, id est efficiam, ne quid verborum, id est ne aliquas deceptiones Phormio, & sui fautores, duint. i. dent. Dare enim verba decipere est, ego nunquam amittam à me, id est non patiar exire è manibus meis hoc argẽtum, temere. i. inconsulte, nam amitto hic ponitur quasi pro à me emitto, nunquam ego amittam, qn .i. quòd non adhibeam. i. aduocem mihi testes, cui dem. i. tradam hoc argentum, & commemorabo. i. faciam mentionem, quamobrem, id est qua ratione, & occasione dem illud argentum. G. vt .i. quantum Demipho est cautus, vbi nihil, id est non est opus supple esse cautum, nam potius deberet esse cautus in non dando, & in agnoscendo fallaciam. C. atque opus est facto. i. facere ita vt dicis, at matura, id est festina cum maturitate, dum .i. quandiu, hæc libido. i. hæc voluntas hominis incerti, & leuis, manet eadem .i. in eodem tenore, nam si illa altera, quam dicit sibi sponsam, magis instabit, id est vrgebit instantius, forsitan eijciat .i. repellat nos .i. nostrum negocium, & nostram conditionem, seu pactionem. G. putasti .i. disputasti, dñ Don. i. considerasti rẽ ipsam. i. id quod est. D. Ergo Ger. duc me ad eum Phor. G. non moror. i. nõ sum in mora, vel in me mora non est. C. vbi. i. post quam egeris hoc. i. dederis Phormioni argentum præsentibus testibus, transito. i. transfer te ad vxorem meam, vt conueniat. i. alloquatur hãc vxorem Antiph. priusquam abit. i. discedit, hinc .i. GVID.

ex

ex hoc loco. Dicat vxor mea nos, te & me dare eam nuptum .i.collocare in matrimonium Phorm. dicimus dare nuptum,& dare venum,vbi do ponitur cum primo supino,sed hoc non sæpe fit.Et dicat ne succenseat.i.irascatur illum Phormionem esse magis idoneum, qui sit familiarior ipsi puellæ,dicat inquã nos nihil.i.in nullo egressus esse nostro officio.i.discessisse à nostro officio, vel prætergressos esse nostrum officium, dicat inq̃ tantum dotis datum esse,quantum is. Ph.voluerit. D. Quid malũ id refert tua.i.(quod dici solet barbare) q̃ malæ gratiæ habes tu agendum,de hoc, nam id refert mea, significat illud ad me spectare,malum autem illic interpositum est interiectio,quòd plerunque in nostro sermone potest congruere,vt cũ dicunt,Quid malæ gratiæ talibus rebus te immisces,dicendum esset,Quid rebus malum id genus te interponere iuuat. C. O Demipho id magni refert ad nostra.i.illud multum spectat ad nostram honestatem. D. Non sat est.i.non sufficit fecisse officium tuum,si fama non approbat.i.confirmat id quod fecisti. C. Volo quoq; .ietiam,hæc .i. hanc separationem,fieri voluntate ipsius puellæ, ne.i.vt non, prædicet.i.aperte iactet se esse eiectam à nobis. D. Ego possum facere istud idem quòd vis à tua vxore effici. C. Mulier magis congruit mulieri,quàm vir. D. Rogabo vxorẽ tuam,vt id faciat. C. Ego cogito vbi ego, nunc possim reppærire illas .s. filiam,& aliam vxorem,quæ venit à Leno.

LAT. ARGVMENTVM) Defertur argentum ad Phorm. & ordo procedit ad Catastrophen.[Duint)Pro,dent vetuste.[Si altera)Quam finxit Geta.[Et magis)Persuasio à persona.[Malũ) Interiectio.[Volo)Vrget Chremes occasionem futuræ suæ perturbationis ad vxorem.

PETR. MARS. QVIETVS esto) Nemini esse fidendum nec cuiquam quidquam credi aut persolui debere sine testibus,chirographis, & alijs certis rationibus,docet hæc scena. Quare,vt Arist. ait, recte, præcepit Hesiodus, vt si vel fratri nostro quidquam sumus crediturí, testes adhibeamus, ne creditum abneget. Nam fides,vt vulgo dicitur,de terra abijt.

GLAR. IAMBICI sunt tetr. acat. In 5.versu vel Reijciat legendum,vnico i,in secunda syllaba,vel Reijciat trissyllabum. In 7. Meam post Vxorem non est omittendum. Et septimo loco vel bacchius est,vel Prius monosyl. & loco vlt.vel tribrachys loco iambi,vel Abeat est dissyl. In 11.amphibrachys est loco quarto. neque.n.Tua monosyllabum fecerim,cum trochæus ita euenire in carmine iambico, Nec eiusmodi carmen excusare aliter possum. In 12.vel bacchius est loco secundo,vel creticus loco quinto,Tuum monosyllabum, vel Id ante Si ponẽdum, vt hñt quidam lib. In 13. Ipsius dissyllabum est,& vel Fieri Monosyll. vel Dicet pro Prædicet legendum, vtrunque à Dico as, primæ coniugationis. In penultimo s, in Magis eliditur.

ACTVS V. SCENA I.

ARG. ADR. BARL.

Hæc scena continet mutuam agnitionem Sophronæ nutricis,& Chremetis. Chremes ex eadem nutrire didicit filiam suam Phanium nuptam esse Antiphoni quæ res ingentem ei lætitiam adfert,cauet item ne vxor id resciscat sua.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena Sophrone nutricis,& Chremetis, qui Stilphonem se nominarat,mutua continetur cognitio.Deinde ex eadem nutrice audit, quemadmodum filia sua Phanium Antiphoni sit nupta,ex qua re ingenti gaudio afficitur, cauetq;, ne id sua vxor quoquo pacto resciscat.

Octonarij, in quibusdam penultima longa, & interdum Iambici Trochaicis mixti. Dimeter vnus.

SOPHRONA, CHREMES.

VID agam? quem amicum inueniã mihi misera? aut cui consilia
Hæc referam? aut vnde nunc mihi auxilium petam? nam vereor,
Hera ne ob meum suasum indigne iniuria afficiatur:
Ita patrem adolescentis facta hæc tolerare audio violenter.
c. Nam quæ hæc est anus exanimata, à fratre quæ egressa est meo?
s. Quod vt facerem, me egestas impulit, cum scirem infirmas
Hasce esse nuptias; vt id consulerem, interea vita
Vt in tuto foret. c. certe ędepol,nisi me animus fallit,
Aut parũ oculi ąspiciunt, meæ nutricẽ gnatæ video,
s. Neque ille inuestigatur. c. quid agam? s. qui est eiu' pater. c. adeon',
An maneo, dum ea, quæ loquitur, magis cognosco? s. quòd si eum nunc
Reperire possim,nihil est,quod verear. c. ea ipsa est. colloquar.
s. Quis hic loquitur? c. Sophronia. s. & meum nomen nominat? c. ad me respice.
s. Dij obsecro vos: est ne hic Stilpho? c. nõ. s. negas?
c. Concede hinc paululum à foribus istorsum sodes Sophrona.
Ne me istoc posthac nomine appellassis. s. quid? non is obsecro es,
Quem semper te esse dictitasti? c. st. s. quid has metuis fores?
c. Concluſam hic habeo vxorem sæuam: verum istoc de nomine
Eo perperam olim dixi,ne vos forte impudentes foris
Effutiretis, atq; id porrò aliqua vxor mea resciscceret.
s. Hem istuc pol nos te hic inuenire misere nunquam potuimus.
c. Eho dic mihi, quid tibi rei est cum familia hac,vnde exis? aut vbi
Illæ sunt? s. miseram me. c. hem quid est? viuunt ne? s. viuit gnata.
Matrem ipsam ex ægritudine miseram mors consecuta est.
c. Male factum. s. ego autem, quæ essem anus deserta, egens, ignota,
Vt potui virginem nuptum locaui huic adolescenti,
Harum qui est dominus ædium. c. Antiphoni ne? s. hem isti ipsi. c. quid?
Duas ne is vxores habet? s. au obsecro, vnam illo quidem hanc solam.
c. Quid illa altera,quæ dicitur cognata? s. hæc ergo c. quid ais?
s. Compoſito est factum, quo modo hanc amans habere posset
Sine dote. c. dij vostram fidem,quàm sæpe forte temere
Eueniunt, quæ non audeas optare offendi adueniens,
Quicum volebam,atque vt volebam, collocatum filiã
Quod nos ambo opere maxume dabamus operam,vt fieret,
Sine nostra cura maxuma, seu cora hæc sola fecit.
s. Nunc quid facto est opus, vide. pater adolescentis venit,
Eumque animo iniquo hoc oppido ferre aiunt. c. nihil pericli est.
Sed per deos atque homines, meam esse hanc, caue resciscat quisquam
s.Nemo ex me scibit.c.sequere me:ĩtus cetera audies.

Audio

DON. VDIO violenter) Quod greci dicunt ἀνανδρῶς. [Nã quæ hæc est anus) ἀνανδροφωνῆ, vt, Nam quis te iuuenum confidentissime. Sed figura hæc apta commotis est aliqua re noua. [A fratre) Pro à domo fratris. vt, iam proximus ardet Vcalegon. [Egestas me impulit) Venialis status. [Interea vita vt in tuto foret) Compensatiua qualitas. [Nisi me animus fallit, aut parum oculi prospiciunt) Docte. nam visa, vel torporis, vel animi sunt, hoc est rationis, vel sensus. [Meum nomen) mire suum nomen illa agnoscit, hic dissimulat. [Paululum istorsum) Nunc istorsum aduerbium est loci, alias nomen. [Quem semper te esse dictitasti) esse pronominari, antiquorum more dixit. [Concussam his abeo vxorem sæuam) Illaturus sæuam, bene concussam prætulit, vt si diceret, feram. [Effutiretis) Eloqueremini, euacueritis, exinanietis. ab eo quod est effundere. Translatio est à vase, futili nomine. quod patulo ore, fundo acuto instabile, nihil prorsus continet vnde futilis dicitur eiusmodi, vt nihil intra se contineat, & semper inanis sit. [Ex ægritudine) Infirmitate ac morbo. [Et ægritudine miseram mors consecuta est) Bene moderatus est, vt neque nimis ægre ferat, neque rursum ἀπαθὴς sit. Et hæc est οἰκονομία, ne in eadem vrbe duæ vxores plus mali ex solicitudine afferant Chremeti, quam ex alterius morte tristitiæ. Neque in comœdia possunt nimis miserabiles mortes esse, ne res in tragœdiam tranſeat. [Deserta, egens, ignota) Singula pronuncianda sunt argumenta enim hæc ad venialem statum proferuntur. [Composito factum est) Sic veteres, nos, ex compositio. vt, Composito rumpit vocem, & me destinat aræ. [Quæ non audeat optare) Pro quæ non audeat quis. vt, Facile pro eunucho probes. [Offendi aduenienſ) Pro cum aduenissem, vt, Ipse nemus linquens patrium suaque arua Latinus. quia Latina lingua deficit hac declinatione. [Hæc sola fecit) Si hic legerimus Antiphonem intelligimus, si Hæc, Sophronam. [Sed per deos) Adiurationis genus est.

GVID. QVID &c.) Hic continetur nutricis agnitio facta à Chremete, & contra agnitio Chr. à nutrice. S. Quid agam? quem hominem ego miser inueniam amicum mihi, aut cui referã. i. recitabo hæc consilia. i. hæc secreta, & arcana, seu proposita incepta contra heram meam, aut vnde petam auxilium mihi, nã vereor, ne. i. quod hera. i. domina. s. puella vxor Antiphonis afficiatur iniuria, indigne. i. turpiter indecenter, inhoneste, ob. i. ꝓp meum suasum, hic suasus quartæ inflexionis. i. propter meam suasionẽ & meum consilium, ita. i. adeo violenter audio patrem adolescẽtis. s. Dem. tolerare facta. i. nuptias sit cõtractas. C. Quænam. i. q̃ ista anus. i. vetula, exanimata. i. perturbata, cõmota, perterrita, quę modo. i. paulo ante egressa est. i. exiuit, a fratre. i. a domo fratris. S. Pergit non videns Chremetem, quod vt facerem. i. vt sua derem eas fieri nuptias, egestas. i. necessitas impulit. i. mouit me, cum scirem hasce. i. tales nuptias, esse infirmas. i. non stabiles, neque firmas. & impulit me, vt consulerem. i. suaderẽ, id. i. nuptias fieri ad hunc finem, vt interea. i. quãdiu, quæreretur pater, vi a. i. honestas vitæ puellæ foret. i. esset, in tuto. i. sine periculo. C. Certe Aedepol, iurãtis est, nisi animus fallit me, aut nisi oculi mei parum prospiciunt. i. a longe vident parum recte, video nutricem meæ gnatæ. i. meæ filiæ. S. Neque illic. s. qui est pater eius non inuestigatur. i. inuestigando non inuenitur. C. Quid agam? S. Continuat quod inceperat, dixerat enim neque inuestigatur, & subdit, qui est pater eius. C. Adeon'. i. vtrũ adeo, eam. i. eo ad eã, an maneo, dum. i. quousq; magis. i. amplius, cognoscam illã, quę loquitur. S. Quòd. i. sed si nunc possim reperire eum patrem. nihil est quod verear. C. Ea ipsa est nutrix filiæ, colloquar. i. cũ ea loquar. S. Quis loquitur hic? C. Sophrona. S. Et quis hic nominat nomen meum? C. Respice. i. retro aspice ad me. S. O Dij obsecro vos. ne. i. vtrum hic homo est Stilpho, alio nomine Chremes? C. Non est Stilpho. S. Negas esse Stilphonem? C. O Sophrona concede. i. conferte. discede sodes. i. si audes. hinc à foribus vbi tu es. istorsum. i. versus illam partem. ne appellasies, pro ne appellaueris tempus pro tẽpore, posthac. i. post hoc tempus isto nomine Stilphonis. S. Quid. i. cur. non te appellem? obsecro Stilpho, non es ille quẽ dictitasti. i. frequenter dixisti esse. C. Est. i. Stilpho est is quem esse dictitauit. S. Quid. i. cur metui sti has fores, à quibus iubes me discedere? C. Habeo vxorem cõclusam. i. clausam se continentiam hic in illis ædibus, sæuã. i. terribilem. Verum. i. sed dixi. i. mentionem feci, olim. i. multo ante perperã. i. male, & falso de hoc nomine Stilphonis eo. i. ea re, eã ob rem. ne forte vos effutiretis. i. eloqueremini, effunderetis, euacuaretis, narraretis imprudentes. i. per imprudentiam. foris. i. in lucem extra pectus, atque ego eo dixi, ne. porrò. i. deinde, postea vxor mea resciscret. i. sciret. id. i. fictionem meã. aliqua. i. aliquo modo. aliqua via, seu ratione, vel aliqua. i. per aliquã ex nobis. Effutire significat effundere, & trãslatio à vase futili quod patulo ore, fundo acuto instabile nihil per se continet. S. hẽ, interiectio dolentis, vel indignantis. Istoc. i. ista re, siue propter istã causam, quia timebat ne effutiremus foris. Pol, iurãtis est, nos miseræ. i. infelices nũquam potuimus inuenire te hic. C. eho interiectio correpti timore nouo. dic mihi quid rei est tibi. i. quam rẽ. i. quod negociũ habes, siue commercium cũ hac familia, vnde. i. à qua familia. tu exis. i. egrederis, aut dic mihi vbi sunt illæ. s. mater, & filia. S. me miserã. i. ò me infelicem vox exclamantis. C. Hẽ, dolentis quid est propter quod ita exclamans. ne. i. vtrũ. viuunt. S. gnata. i. filia viuit, mors consecuta est matrem ipsam miseram. ex ægritudine. i. ex infirmitate, ac morbo. C. male factum est sup. i. infeliciter accidit. S. sed ego Sos. quæ essem anus. i. annosa, deserta derelicta, destituta auxilio. egẽs. i. egena. ignota. i. alienigena, incognita, locaui nuptum. i. dedi nuptui virginẽ hui adolescenti, qui est dominus hasce ædium. C. ne. i. vtrum, locasti eam nuptum Antiphoni. S. hem interiectio dolentis. isti ipsi cedi nuptum eam. C. quid dicis sup. admirãdo hoc interrogat, vel est modus interrogandi. ne. i. vtrum. is Antipho habet duas vxores. S. hau, interiectio dolentis, vel tædio obtusæ. obsecro, q. d. noli quæso amplius me interrogare super hac re, quidẽ. i. certe, ille Antipho habet hãc vnam solam. C. quid faciet, vel quæ est illa altera, quæ dicitur cognata. S. ergo hæc filia tua est, quæ cognata. C. quid ais? admirabũdus h. d. S. factum est. i. effectum est, compositio. i. ex cõpositione, siue ex pactione, siue ex pacto, quo modo. i. qua via Antipho amãs posset habere hanc filiã tuam sine dote. C. ò dij imploro sup. vestrã fidem. i. vestram opem, seu vestrum auxilium, qui. i. quãtum, sępe aliqua sup. forte. i. casu aliquo eueniunt, temere. i. inconsiderate, quæ nõ audeas. i. non audeat aliquis optare ego aduenies. i. cum aduenissem offendi. i. inueni filiam collocatum. i. nuptui datam illi, qui cum. i. cum quod ego volebam eam collocari, atque inueni eã collocatam, vt. i. eo modo quo volebã. Quod vt heret. i. filia illi nuptui daretur, nos ambo. i. ego, & frater, dabamus operam. i. laborabamus, maximo opere. i. maxime molimine, siue maximo conatu, hæc sola Sophrona (alloquitur seipsum admirabundus) fecit id quod dabamur operam, vt fieret, sua cura maxuma. i. sua diligentia, sine cura nostra maxima. S. nunc vide quid est opus facto. i. facere, pater adolescentis. s. Antiphonis, venit. s. Demipho. & aiunt. i. fama est eum ferre hoc. i. istam collocationem animo, oppido. i. valde. iniquo. i. malo contento, hoc autem dicit, nam non audiuit Chremetem exclamantem apud se ab illo loco dij vestram fidem. C. nil periclí est. i. nullum est periculum. in hac re, res in tuto est, sed per Deos, atque homines obtestor te vel adiuro, caue ne sup. quisquam. i. aliquis, resciscat. i. sciat hanc. i. filiam esse meam. S. nemo scibit. i. scier, antique ex me. i. à me. C. sequere me, audies cetera. i. reliqua quæ tibi non dixi, intus. i. in domo.

ARGVMENTVM) Chremes cum forte incidisset in nutricem, agnoscit Phanium suam esse filiam, & nuptam Antiphoni. hæc est catastrophe Antiphonis. [Hera) Phanium. [Exanimata) Perturbata auxesis. [Quod vt) Purgatio à necessitate. [Quid agam) Deliberantis. [Appellassis) Pro, appellaueris. vetuste. [Si) Responsum Chremetis cum silentio pronunciandum, vnde, & tertia persona vtitur, ne forte se prodat. Legitur autem per synalœphem subducta e litera, propter præcedentem vocalem, & duabus syllabis in vnam contractis. [Anus des.) Admisset purgationem à persona. [Hem) Metuentis. [Composito) Pro ex composito. i. de industria, aduerbialiter. [Sed per deos) Adiuratio obsecrantis. LAT.

QVID agam) Quantum casus, & fortuna in vita mortalium polleant, quæ tamen plerunque vt natura in bonis dominantur, exprimit hæc scena. Casus enim & fortuna apud auctores indifferenter accipiuntur, sed si proprie loqui volumus, differunt Arist. lib. 2. Phys. Fortuna, inquit, est causa per accidens, in his quæ per electionem alicuius gratia fiunt. Casus autem est causa per accidens, in his consistens quæ fiunt sine electione, & casus est natura, fortuna vere in arte. Natura subit rationem casus, & mens rationem fortunæ. Lactantius videtur fortunam pro casu definisse. Fortuna, inquit est, accidentium rerum subitus atque inopi natus euentus, Qua ratione hoc loco dicemus, verum fuisse casum in agnoscenda filia Phanio Chremeti. PETR. MARS.

GLAREANVS.

INGENS hic difficultas est qua leuiter transilitur, de quibus nunc sæpe cõquesti sumus. Primos duos senarios iudicauit

Doctor.

Doctor.sed verbum Consilia adiungit priori. quod ego posteriori coniungendum existimo. Sustulit autem Mihi,de priore, quod omnes habẽt librum. Id autem vel post verbum inueniã, vel proxime ante,legi potest. In sequente autem versu,Mihi omittendum est, nisi Nunc q̃spiam malit amouere quod ego nolim. Porrò Cui dissyllabum est ad finem prioris versus,quemadmodum in posteriore Mihi,alioqui ferè monosyllaba sunt. Tertius versus est iambicus tetram.catal.sed in eius cum tertio tum sexto loco creticus est,nisi Meam monosyl. fecerimus,aut iniuria trisyllabum. In quarto dactylus est loco sexto,anapæstus septimo. Quintus trochaicus est tetr. catal. Sextus septimusque iambici sunt tetr.acat. Octauus rursus trochaicus est tetr.acat.& ædepol breui,nisi antibacchium loco primo constituamus. Sequuntur tres iamb.tetr.catal. Sed in 1.non est necesse ponere.initio Meę sicut nec sce.3.actus huius,versu antepen. Est autem versus, quem vel iambicum vel trochaicum tetr.catal.dicas. In 2.autẽ s, eliditur in Magis,& Eius monosyll.patet ade,proceleusmaticus est,& an mane,dactylus. Igitur legendum Adeo non Adeon'. Tertius creticum habet tum primo tum tertio loco, quanquã primo loco excusari potest,per Eũ monosyl.at loco tertio non potest. Est etiam proceleusmaticus loco sexto. 4. versus est trochaicus,in cuius secundo,& 5.locis creticus est,nisi s,elidatur in Quis. eiusdem generis duo sequentes versus,in quorum posteriore,vel Paulum legẽdũ, vel loco quarto erit creticus si Paulum legeris. Qui sequunt deinde sex iambici sunt tetr. acat. & legendum,Non is obsecro es,vbi s,eliditur in Is. In seq. versu Chremeti duas literas,st,dãt,vt elisa prima vocali suboscurus se linquatur sibilus,quo Sophronę silentium innuat.[Is tamen sibi lus in pede syllaba habet,vt Iti,tt,sit iambus.[Eho dic mi: quid tibi rei est cum familia hac vnde exis)Qui nunc sequũtur omnes vltimo duntaxat excepto,sunt iambici tetr.cat.In 2.cret.est cum primo,tum quarto loco.quanquam d,in Quid eliditur. In 6. verbum Inquam,post Antiph.ne,omitti non debet, & Hem totum obsorbetur Certe vetustus liber habet inquam. Annotauit hoc etiam Ioan.In 7. cret. est loco primo,& s,eliditur in Is,nisi duas monosyl.fecerimus,vel bacchium loco secundo cõstituerimus.Hau integrum manet,& ille ante Quidem legẽdum quod Aldinus neglexit liber.In 12.vel Filiam dissyll.est,& ante Collocatam legendum,aut versus vnus inter cet.catal.acat.In 13.s, eliditur in Dabamus,& In 14.Sua monosyll.est vel bacchius est loco quinto.Ita in antepen.vel Eum monosyl.est,vel pæan secundus est loco primo.In pen.cretieus est loco quarto,quod dicere malim q̃ vel Deos monosyl.facere vel Meã,Vltimus,vt dixim⁹, esse trochaicus, & loco tertio trochæus est, quarto anapæstus.

ACTVS V. SCENA II.

ARG. ADR. BARL.

Demipho seipsum accusat,quòd dum auaritiæ maculam studet effugere,in stultitiæ reprehensionem incideri. Dolet enim Phormioni datum esse argentum.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena Demipho senex de seipso conqueritur, quòd dum auaritiæ infamiam deuitare studuerit in stultitiæ reprehensionem incidit. Magnopere enim ipsum pœnitet Phormioni pecuniam dedisse. Hic Geta quoque seni insultans, multa facete, & seruiliter dicta profert:

Iambici, Tetrametri, Catalectici.

DEMIPHO, GETA.

NOSTRAPTE culpa facimus,vt malos expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus, & benignos.
Ita fugias,ne præter casam,aiunt.non ne id satis erat,
Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est vltro obiectum ei,
Vt sit qui viuat, dum aliquid aliud flagitij conficiat.
G. Planissume. D. his nunc præmium est,qui recta prauа faciunt.
G. Verisime. D. vt stultissime quidem illi rem gesserimus.
G. Modo vt hoc cõsilio possiet discedi,vt istam ducat.
D. Etiam ne id dubium est? G. haud scio hercle,vt homo est, an mutet animum.
D. Hem,mutet autem? G. nescio: verum,si forte,dico.
D. Ita faciã,vt frater cẽsuit;vxorem huc eiu' adducam,
Cum ista vt loquatur. abi Geta: prænuncia hanc venturam.
G. Argentum inuentum est Phædrię: de iurgio siletur:
Prouisum est, ne in præsentia hæc hinc abeat: quid nunc porro?
Quid fiet? in eodem luto hæsitas: vorsuram soluis
Geta: præsens quod fuerat malum,in diem abijt: plagæ crescunt,
Nisi prospicis. nunc hinc domum ibo, ac Phanium edocebo,
Ne quid vereatur Phormionem, aut eiu⁹ orationem.

TA fugias,ne præter casam) Prouerbium, Ita fugito,ne præter casam. Hoc est,ne prætereas casam tuam quæ sit tibi tutissimum receptaculum, Aut ita fugias, ne præter casam vbi custoditi magis,& prehendi fur,& mulctari verberibus põt. verbũ erat furem exagitantis,& interea prohibẽtis,ne ante casam transeat, ne in prætereundo etiam inde aliqd rapiatur. Quærit senex se dum auari infamiam fugeret,in stulti reprehensionem incidisse. Dum aliud aliqd.[Vetuste) Modo vt hoc consilio poscit discedi,vt istam ducat. Ne pęniteat dominũ pecuniam dedisse,terrorem seruus iniecit.[Vorsura soluis)Creditorem mutas.[Vorsura soluis)Vorsuram facere dicitur,qui ęs alienum ex ęre alieno soluit. Dicitur etiam Vorsuram facere,cũ minore fęnore acceptam quis pecuniam maiorẽ occupat.[Pns quod fuerat malum,in diem abijt,plagæ crescunt) ἀντιπροφορά. DON.

NOSTRAPTE culpa,&c.)Hic senex de seipso cõqueritur,q̃ dum auari infamiam fugerat,in stulti reprehensionem inciderit,eumq. pœnitet pecuniam dedisse. D. nos nimis benigni fecimus nostrapte.i.nostra ꝓpria culpa.i.(quod dñt) per nostrũ defectum expediat.i.sit vtile,aliquibus sup.esse malos,qa ea malitia consequunt à nobis pecuniandum.i.qñ,studemus.i.damus operam nimium nos Dici bonos,& benignos.i.liberales,& mã suetos. Ita fugias.i.sic fugiat aliquis,ne.i.q̃ non,fugias inquam præter casam.i.præter domicilium tuum,quo tibi nullum est tutius receptaculum quod aiunt.i.quod in ore populo est,cum sit iam tritum sermone prouerbium,q.d.ita effluas in dando,vt tñ modum non prætergrediaris,vel ita largiaris,vt tñ rationem habeas domus tuæ,vel ita te ꝓfundas,vt tñ dona apud te retineas, & in tua potestate, neq; vllum pœnitentię locum relinquas,vel ita fugias.i. decedas à tenacitate tua,vel parcitate,seu parsimonia,vt tñ nõ exeas casam tuã.i.vt tñ in teipso in pectore tuo volutes attentius q̃d dandum sit,& quid non. Nonne,q.d.ita quod sequitur sat erat.i.sufficiebat.s.accipere iniuriam ab eo.i.pati talem improbitatem vt decipit filium,ẽt.i.cum hoc argentum est obiectũ.i.oblatũ,vltro.i.sine rogatu eius,vt sit.i.vt habeat Phormio. qua,in ablatiuo.i.qua re,vel ego argento,siue vnde viuat, dum.i.quousque,vel quãdiu conficiat.i.cõminiscatur fabricẽ, moliatur aliquid tale aliud flagitij.i.aliquod aliud malum. G. planissime.i.certissime,siue apertissime verum est quod dicis siue omnino. Nam plane significat omnino,certe,& aperte. D. nũc præmium.i.merces.est his hominibus,qui faciunt recta praua.i. qui recta reddunt obliqua, & tortuosa. G. verissume dicis sup. D. vt.i.quantum stultissime.i.inconsideratissime gessimus.i.fecimus illi Phormioni rem suam.i.suam commoditatem,&(quod dicunt)factum suum.&casum suum,vt ita dicam. G. modo.i.tãtummodo,vt.i.vtinã,possit discedi(ambo sunt impersonalia).i. possit euadi,hoc cõsilio.i.hac lege,& conditione. vt ducat istã.i. eam capiat in vxorem. D. ne.i.vtrum,etiam.i.dubium videlicet discessum iri consilio, vt eam ducat. G. haud scio an mutet animum.vt homo est.i.sicut vt mores humanos habet nã hominis

GVID.

mutabilis est animus, vel vt homo est.i.pro eis moribus, quibus,est nescio sit mutaturus animum nec ne. D. hem,dolentis,& indignantis autem .i. sed,dubitas sup. an mutet animum. G. Nescio an sit mutaturus,verum.i.sed dico hoc si forte contingeret eum mutare animum. D. Faciam ita .i. sicut frater meus censuit,vt adducam vxorem eius fratris huc, vt loquatur cum ista puella. ò Get. abi,prænuncia.i.ante nuncia. hanc venturam esse .i. dic puellæ vxorem Chremetis venturam esse ad eam. G. Hic apud se Geta loquitur. argentum est inuentum Ph.i.pro Phædria siletur.i.nulla sit mentio, de iurgio.i.de lite faciendapropter tale coniugium,prouisum est.i.cautum est,ne.i. quòd non, hæc puella ab eat.i.discedat hinc in præsentia .i. hoc præsenti dicimus in præsentia sicut, & in præsentiarum pro aduerbio præsentis temporis porrò.i.deinde,nunquid? modus interrogandi, subiungi quid fiet. hæsitas .i. frequenter hæres, seu fixus es,& voluntatis in eodem ludo,q.d.versaris in eodem periculo,posset forsitan tapi hæsitas pro dubitas,& perplexus es,districtus,seu implicitus,& inuolutos eodem luto ò Get. alloquitur seipsum,solues vorsuram.i.lues, seu pendes pœnam pro vorsura.i.pro dissolutione æris alieni facta alio ære alieno. Nam vorsuram facere dicitur, qui æs alienum ex ære alieno soluat, & quasi creditorem mutet. Dicitur etiam vorsuram facere cum minore fœnore acceptam, quis pecuniam maiorem occupat, malum meum quod fuerat præsens .i. imminens, non dilatum in aliud tempus,nunc abijt.i.dilatum est,in diem .i. in terminũ aliquem deputatum,vel in diem.i.vsque ad aliquem diem mihi incertum ò Geta plagæ futuræ crescunt .i. augentur malis accidentibus,nisi prospicis.i.prouides nunc ibo hinc domum vbi est Phanium, & docebo Phanium vxorem Antiphonis, nequid .i.vt non aliquo modo,vel in aliquo vereatur.i.timeat Phorm. aut orationem .i. sermonem eius Phormionis.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Dolet Demiphoni argentũ quod datum est Phormioni, & Geta nondum liberatus periculo angitur. [Ita fugias) Prouerbium in eos, qui dum vitant vitia in contraria incurrunt. [Planissume) Ficte assentatur Geta. [Vt stultissime) Indignatio pœnitentis. [Haud scio her.) Terret Geta senem, vt æquiore animo præsens incommodum ferat. [Geta abi) παρασιώπα. In eodem luto. [Vorsuram solues) Prouerbia. [In diem) Ad tempus prouerbialiter.

PETRVS MARS.

NOSTRAPTE culpa) Auarus omnes,& ad pecuniam plus satis attentos,postea ferè semper deludi, & in laqueos incidere, docet hæc scena. Nam quantumuis cauti,quantumuis diligentes sit, fieri tamen solet, vt illis tandem aliquando ab ijs, à quibus minime sperarant, imponatur. [Ita fugias ne præter casam).i.sic vitium aliquod aut culpam euitare studeas ne ingrauius incidas,vnde te explicare non possis. Casa significat domũ in qua quiuis liber est, quem hostis persequitur. hi se ad ædes suas recipere solent. Igitur,inquit, sic fugias, hoc est tantum in cursum conijciaris, ne præter casam, hoc est ne nimium cursites,& ædes præterferaris. [Vorsuram solues) Vorsuram solues est æs alienum alieno ære persoluere, à vortendo, quod is qui hunc modum agit,relicto priore creditore ad alterum vertitur.

GLAREANVS.

IAMBICI sunt omnes tetr.catal. In 3. proceleusmaticus est loco primo. In 8.vel 9,in Modo non eliditur,vel Vt producitur sequente aspiratione, nisi quis dicat i, in Discedi ad finem nec elidi,nec corripi. In 9.animum finit carmen,& Hem incipit decima. quod in Aldi lib.neglectum erat. In 11.proceleusmaticus est loco primo,& Eius monosyl. In 12. Tu Geta legendum, vt habetur in vetere lib.& carmen poscit,eritq. loco quarto anapæstus. In vlt. eius monosyll. est.

ACTVS V. SCENA III.

ARG. ADR. BARL.

Apud Demiphonem quæritur Nausistrata suum viri Chremetis negligentia minui patrimonium.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena diuitiæ vxoris Nausistratæ,de marito suo Chremete incentiua conquerentis allocutio est,cum futurarum turbarum dispositione.

Octonarij, ex quibus alij Catalectici, alij Acatalectici.

DEMIPHO, NAVSISTRATA, CHREMES.

GEDVM, vt soles Nausistrata, fac illa vt placetur nobis;
Vt sua voluntate id, quod est faciundum, faciat. N. faciam.
D. Pariter nunc opera me adiuues,ac dudum re opitulata es.
N. Factum volo: ac pol queo minu' viri culpa, quàm me dignum est.
D. Quid autem? N. quia pol me patris bene parta indiligenter.
Tutatur: nam ex is prædijs talenti argenti bina
Capiebat statim. hem,vir viro quid præstat. D. bina quæso?
N. Ac rebus vilioribu' multo, tñ talenta bina. D. hui.
N. Quid hæc videntur? D. scilicet. N. virum me natam vellem:
Ego ostenderem. D. certe scio. N. quo pacto. D. parce sodes,
Vt possis cum illa; ne te adolescens mulier defatiget.
N. Faciam, vt iubes: sed meum virum abs te exire video. C. hem Demipho,
Iam illi datum est argentum? D. curaui illico. C. nollem datum.
Hei,video vxorem: pæne plus,quàm sat erat. D. cur nolles Chreme?
P. Iam recte. D. quid tu? ecquid locutus cum ista es, quamobrem hanc ducimus?
C. Transegi. D. quid ait tandem? C. adduci non potest. D. quid non potest?
C. Quia vterque vtrique est cordi. D. quid istuc nostra? C. magni. præter hæc,
Cognatam comperi esse nobis. D. quid? deliras? C. sic erit:
Non temere dico: redi mecum in memoriam. D. satiu' ne sanus es?
N. Au,obsecro vide,ne in cognatam pecces. D. non est. C. ne nega:
Patri'nomen aliud dictum est: hoc tu errasti. D. non norat patrem?
C. Norat. D. cur aliud dixit? C. nunquam hodie concedes mihi, neque
Intelliget? D. si tu nil narres. C. pergis? N. miror quid hoc fiet,
D. Equidem hercle nescio. C. vin' scire? at ita me seruet Iupiter,
Vt propior illi,quàm ego sum, ac tu, nemo est homo. D. dij vostram fidem:
Eamus ad ipsam vna omnes nos: aut scire,aut nescire hoc volo. C. ah.
D. Quid est? C. ita ne paruam mihi fidem esse apud te? D. vin' me credere?
Vin' satis quæsitum mihi istuc esse? age fiat. quid illa filia
Amici nostri, quid futurum est? C. recte. D. hanc igitur mittimus?
C. Quid ni? D. illa maneat? C. sic. D. ire igitur tibi licet Nausistrata.

N. Sic pol commodius esse in omnes arbitror, quàm vt cœperas,
Manere hanc: nam perliberalis visa est, cum vidi, mihi,
D. Quid istuc negocij est? C. iam ne operuit ostium?
D. iam. C. ò Iupiter,
Dij nos respiciunt: quatam inueni nuptam cum tuo filio. D. hem,
Quo pacto id potuit? C. non satis tuus est ad narrandum hic locus.
D. At tu intro abi. C. heus, ne filij nostri quidem hoc resciscant, volo.

DON. AGEDVM, vt soles Nausistrata,) Diuitis vxoris de marito licentius conquerentis hæc allocutio est, cum dispositione futurarum turbarum. [Ac dudum re opitulata es) Supra enim dixerat Chremes, Id summam. vxori tibi opus esse dixero. [Capiebat statim) Statim perpetuo. æqualiter,& quasi vno statu. Plaut. Ita statim stant signa. [Vin' satis quæsitũ) Hoc totum pro vna persona quidam legunt. [Filia Amici nostri) Hoc est tua. [Commodius esse in omnes) Et circa illũ qui duxit,& circa illa quæ ducta est,& circa te socerum. [Perliberalis visa est, cum vidi, mihi) Ordo est, Perliberalis visa est mihi.

GVID. AGEDVM &c.) Hæc allocutio est diuitis vxoris de marito licentius conquerentis cum dispositione futurarũ turbarum. D. O Nausistrata. agedum, aduerb. hortantis, vt soles .i. sicut consueuisti de me bene mereri. fac vt illa puella placetur. i. mitigetur, leniatur nobis vt faciat id quod est faciendum. i. discedat & nubat Phor. sua voluntate. i. non inuite. N. faciam. i. placabo illam. D. nunc adiuuas me opera tua. i. tuo labore, ac industria pariter. i. æque. i. sicut opitulata es. i. auxiliata es. dudum. i. paulo ante, re .i. ipso effectu, vel bonis tuis, & tua re familiari, mutuas mihi dando pecunias, vel aliquid tale faciendo. Vel lege sic pariter. i. etiam, nunc adiuuas me opera ac pro, & dudum opitulata es mihi re &c. N. volo factum. i. facere. ac pol, iuratis est. i. minus queo. i. minus possum facere. culpa. i. (qđ dicimus) defectu. viri. i. mariti mei, q̃ dignum est me. i. q̃ me decet, aut quàm mihi est, vel q̃ merui. D. autem. i. sed, quid. i. cur. minus potes q̃ par est, quàm meruisti. N. quia pol vir meus tutatur. i. defendit, conseruat. indiligenter. i. pigre, negligenter, bene parta .i. iuste acquisita bona patris mei. nam pater statim sine mora capiebat. i. recipiebat. bina talenta argenti. i. singulis annis duo argenti talenta ex his prædijs .i. possessionibus quas mihi reliquit. Hem, dolentis, & requirentis seu desiderantis patrem. quid. i. quantum, vel in quo vir vnus præstat alteri viro. i. quantum alius alium excellit, nam pater longe præstantior erat iure meo. D. quæso. i. obsecro. capiebat pater bina talenta. i. quotannis duo. N. ac. i. & rebus multo vilioribus. i. quamuis res essent multo viliores, & minores locarentur, quàm nunc tamen capiebat inquam pater duo talenta per singulos. s. annos. D. hui, admirantis hic est, nam pensionis quantitatem admiratur. N. quid hæc videntur tibi. i. quid existimas hæc tuo talenta annua esse, q. d. non ne illa talenta videntur tibi esse magnũ quiddam. D. scilicet. i. certe, talenta hæc videntur sup. mihi magnum quoddam. N. vellem me esse natam virum. i. vellẽ fuisse sexus virilis. ego ostenderem hæc talenta quanti essent, quia ea multiplicarem mduttria, vel ostenderem. hæc talenta esse magnum aliquod, vel ostenderem bina talenta debere haberi ex patrimonio meo. D. certo scio. i. mihi est exploratum, qđ ostenderes. N. quo pacto. i. quo modo scis? vel quo modo ostenderem tuo iudicio? D. sodes .i. si audes parce verbis sup. i. cessa mecum loqui diutius cũ illa puella. ne. i. vt non mulier illa adolescẽs. i. iuuenis defatiget. i. te defatigatam reddat sermone suo, adeo vt illi respondere par esse non possis. N. faciam vt iubes .i. vis, sed video meum virum. i. coniugem, exire abs te. i. ex tua domo. C. Hem, interiectio dolentis, & timentis. ò Demipho argentum est iam datum illi Phormioni. D. ilico. i. statim. curaui vt daretur. C. nollem datum esse argentum. i. vellem, q̃ non esset datum. Hei, dolentis. video vxorem pene .i. fere. plusquam sat erat. i. sufficiebat. D. ò Chr. cur nolles datum esse argentum. C. iam recte se habent res sup. D. quid tu dicis sup. ecquid. i. nunquid. locutus es aliquid cum ista puella, quam obrem. i. quare ducimus hanc vxorem tuam, si iam es allocutus eam puellam. C. transegi. i. concordaui, peccaui omnia. D. auertens se Demipho admirabundus ait, quid tandẽ ait ipse frater meus, quasi assistentes alloquatur. C. puella non potest abduci. i. expelli à tua domo, neque abstrahi à filio tuo. D. qui. i. cur, vel quo modo ipsa non potest abduci. C. quia vterque est cordi vtrique. i. sibi mutuo placent, vbi masculino vsus est, quia masculinum præponderat fœminino. Oratores in tali dicendi genere dicere solent, Vterque alteri est cordi. D. quid istuc nostra interest. i. quid ad nos pertinet, si vterque alteri est cordi, vbi dicunt barbari, quid habemus agendum. C. magni illud interest nostra. i. illud multum ad nos spectat. Id enim plusquam manifestum est dici solere, magni vel parui mea refert, vel interest præter hæc. i. vltra hoc, q̃ vterque alteri est cordi, comperi. i. faciẽ perspexi cognoui per inuestigationẽ, siue inueni eam esse nobis cognatam. i. gentilem, & de cognatione nostra. D. quid. i. cur, deliras. i. desipis, ineptis, insanis, deuias, vel quid deliras. i. deliramenta profers in medium. C. sic erit. i. inuenietur tandem cognata non dico hoc temere .i. inconsulte, inconsiderate, sine causa, redi in memoriam mecum. i. recordare mecum præteritorum, quæ cõtulimus inter nos, vel recollige te, redi ad te, siue repete memoria ea, de q̃bus aliq̃n verba fecimus, mecum. i. quem admodum, ego reuertor ad memoriam exercendam. D. satin' .i. satis ne, es sanus. i. sanæ mentis, seu mentis compos. N. hau, interiectio ostendens fastidiosum esse quod dr, obsecro caue .i. prouide, ne peeces. i. erres in cognatam. i. in agnationem cognatæ. D. non est ipsa cognata. C. ne nega. i. noli negare, aliud nomen patris eius dictũ est, q. d. pater eius voluit se vocari alio nomine, hoc dicit vt ostenderet illi se esse patrem, eius quemadmodum prius cõmunicauerat, rem totam cum eo, tu errasti hoc .i. hac mutatione nominis. D. ipsa non norat. i. nouerat patrẽ. D. cur pater dixit aliud nomen. i. cur mutauit nomen, & voluit se vocari alio nomine? C. ne. i. vtrum, nunquam concedes. i. ac quiesces, assenties hodie mihi, neque intelliges quid mihi velim. D. si tu nihil narras. i. si tu nihil explices, quomodo intelligam. C. interrumpit sermonem inquiens, pergis .i. prosequeris reluctando mihi. N. miror. quid hoc est, quod Demipho non potes intelligere, similiter nec ego ipsa. D. equidem hercle iurantis est, nescio quid hoc scit. C. vis ne scire quid sit? Iupiter itamet seruet iurãdi modos est. vt. i. sicut, nemo. i. nullus homo, est propior. i. propinq̃or sanguine ipso illi puellæ, quàm ego sum, ac tu es, zeugma est à medio. D. ò dij imploro vestram fidem. i. opem & auxilium, nos omnes eamus vna. i. simul ad ipsam puellam, volo scire hoc. i. istam cognationẽ, aut nescire penitus. C. ah dolentis interiectio. D. quid est quod ita doles. C. ita ne .i. est ne verum, fidem. i. auctoritatem, credulitatem, veritatem, es se mihi ita paruam apud te .i. habes mihi tam parum fieri, vt te exorari non possim, vt hoc mihi credas. D. vis me credere hoc, vis istud esse satis quæsitum. i. inquisitum, mihi. i. à me? Age, hortantis est aduerbium, fiat. i. credatur à me. Quid? modus interrogãdi, illa est sup. filia amici nostri? hoc volutat secum deinde subdit, quid futurum est ex hac cognatione? C. recte futurum est supple. i. prospere omnia cedent. D. igitur mittimus. i. remittimus domum vel omittimus, missam facimus hanc vxorem, tuã quam ducebamus. C. quidni. i. cur non mittamus eam. D. illa vxor tua maneat. i. non veniat ad puellam, interrogatiua pronuncia. D. sic .i. ita maneat. D. ò Nausistr. igitur, quia res sic se habent, licet tibi .i. potes ire .i. redire domũ. N. pol arbitror commodius. i. vtilius, esse in omnes. i. erga omnes. vel pro omnibus, hanc puellam manare, neque adduci, quàm vt. i. sicut cepe ras. i. inceperas, curare vt ejiceretur. Nam cum vidi eã, ipsa visa est mihi perliberalis. i. valde honesta, & bona, ac benigna. D. qd istud negocij. i. istud totum negocium est. i. quid hoc totũ quod dixisti sibi vult, nondum enim intelligit Dem. C. ne .i. virum, vxor mea iam operuit. i. clausit, cuius oppositum est aperuit. i. reclusit, hostium .i. ianuam. D. iam operuit ne timeas audiri ab ea. C. ò Iupiter, dij respiciunt nos. i. sunt nobis propitij & fauores, inueni gnatam nuptam cum filio tuo. D. hem, interiectio intelligentis, quod diu quæsiuerat, quo pacto. i. qua via id potuit fieri? C. locus iste non est satis tutus ad narrandum quomodo potuit fieri. D. at. i. sed, tu abi. i. discede, intro. i. in domum meã. C. heus, aduerbium vocantis, & monentis attentionem, volo ne quidem. i. vt nec etiam, filij nostri resciscat .i. sciant, cognoscant hoc, id est quo pacto id potuerit fieri.

LATO. ARGVMENTVM) Chremes dum indicare conatur Demiphoni inuentam Phanium, præsente Nausistrata, pene periclitatur, & est via ad alteram catastrophẽ. [Quia pol mei) Hęc quærela in Chremetem œconomia est ad augendam futuram turbam, ex qua orietur catastrophe Phæd. [Stat) Semel, cyns maĕls.

[Parce

(Parce sodes) Blanda dehortatio. nam plura dictura erat in maritum. [Nausistr. Sat erat) Eclipsis subsistenti,& perturbati. nam deest locutus sum. [Non temere) Caput intelligere Demiph. quod eloqui non audet, de susceptа in Lemno filia. Et redi in memoriam dicit, iuuenis se ante narrasse, quo modo illa cum matre ex Lemno Athenas profecta sit. [Amici nostri) Pro, tua, caute, ac dissimulanter, ne intelligat Nau. Nam adhuc errat Demipho, nec sentit eandem esse, de qua loquitur Chremes. [Quod isthuc) rursum scisscitatur digressa Nausistrata. [Non satis) Compendio consulitur, ne eandem rem denuo narrari sit necesse.

PETR. MARS. AGEDVM, vt sol) Quantopere insaniant, qui vxores diuites sibi in vita communionem associant, non habentes aliquē morum, sed nummorum delectum, docetur hac scena. Quare omnibus consultum est, vt pares fortunis sibi coniuges accipiāt, aut si licet inferiores, modo honesto loco natas, ne cogantur cum Demæneto Plautino dicere. Argentum accepi dote, imperium vendidi. Sen. de remedijs fortuit. Mors effecit, vt affirmare sine periculo possis, bonam vxorem amisi. Inuenies si nihil quæris, nisi bonam, dummodo non imagines, proauoque respexeris, nec patrimonium cui iam ipsa nobilitas cessit. Iita diu cum forma non repugnabunt. Facilius reges animum nulla vanitate tumentem. Non multum abest à contemptu viri, quæ se nimis suscipit. Duc bene institutam, nec maternis inquinatam vitijs.

GLAR. IAMBICI & hi sunt, primi 11. catalectici reliqui deinde acat. In primo legendum, Fac illa vt, nō Fac, vt illa idq. ex vetusto lib. In 2. creticus est loco primo, nisi sua sit monosyl. In 4. s, eliditur in Minus. In 5. vel d, elidit in Quid vel Mei monosyl. est, aut creticus loco tertio. In 7. vel Hem extra carmen est, vel creticos loco quarto. In 8. Ac, à superioribus elidit, Et creticus est loco secundo, quanquā alia hic sunt effugia. In 10. Ego, priorem syllabam à superioribus elidit. In 12. qui primus est acatalectici orum, vel creticus est loco tertio, Meum monosyl. In 16. alii qui, Quid non potest, alij, Qui non potest legunt. In 17. d, elidi tur in Quid, nisi creticus sit loco quarto, & hæc pronomine finitur versus, & à Cognatum incipit decimusoctauus. In 19. legendum Sati ne, propter carmen. In 20. multiplex initio scāsio esse potest. Commodissima videtur, si Hau ob, sit spondeus. dein, secro vi, sit tribrachys. In 21. vel bacchius est loco primo, vel s, eliditur in Patris. In 23. creticus est loco secundo indubitatus, & d, eliditur in Quid. In 25. legendum, Ac tu es homo, nemo est. Et bene habet carmen. In 27. Ioan. esse supplet, alio quid, in Apud elideretur. Certe liber vetustus non habet. In 28. & s, in Satis, & d, in Quid eliduntur. In 4. à fine d, eliditur in Quid, nisi bacchius sit loco primo. In antep. Tuo monosyl. est, nisi idem pes in septimo sit loco. Ita s, in Satis versu esset penult. In vlt. si Quidē post Resciscant poneretur, facilis sensu esset versus. At vt vulgo habent libris, vix effugies, vt non sit ὑπερκατὰ iambi, ac trochæi. potest & alibi bacchius, vel antibacchius esse. Lectori hoc diligendū est.

ACTVS V. SCENA IIII.

ARG. ADR. BARL.

Antipho redemptam Phædria amicam gratulatur, seq; inuolutum his malis quæritur vnde expediri nequeat.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac sequenti scena, Antipho congratulatur Phædriæ, de Pamphila à Lenone redempta. Deinde conqueritur illis se se inuoluisse, quibus facile exolui non possit quando eum res aduersæ nimium vrgent. Postremo ostendit se adhuc in aliquam spem gestire.

Iambici, Quadrati, Catalectici.

ANTIPHO.

AETV' sum, vt vt meæ res se se habent, fratri obtigisse quod volt.
Quàm scitum est, eiusmodi parare in animo cupiditates,
Quas, cum res aduorsæ sient, paulo mederi possis.
Hic simul argentum repperit, cura se se expediuit:
Ego nullo possum remedio me exoluere ex his turbis,
Quin, si hoc cæletur, in metu; sin patefit, in probo sim.
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi esset spes
* ostensa * ostēta
Huiusce habendæ. sed vbinam Getam inuenire possum, vt * ostēta ta
Rogem, quod tempus conueniendi patris me capere iubeat?

ÆTV' sum) Antiphonis persona est. [Parare animo) Venuste additum est animo. Enn. in 6. Sed quid ego hic animo lamentor? [Cum res aduorsæ sient) Cum desideratæ fuerint. i. cum harum penuria fuerit. [In probro sim) Apud patrem. s. [Si hoc cæletur, in metu) ἀγανακλουτον quatum. Nam cum præposuisset. Si hoc celetur, intulit, Sin patefit. DON.

GVIDO.

LÆTVS sum, &c.) Hic Antipho apud se conqueritur, quòd ea susceperit, quibus exolui non possit, vbi res aduersæ vrgent, & simul ostendit se gestire in aliquam spem. A. Vt vt. i. vtcunque. i. qualitercunque, res meæ. i. mea negocia sese habēt, lætus sum id obtigisse fratri meo Phæd. quem vt fratrem diligo, quod vult. s. argentum ad Pamphilam redimendam, quàm. i. quantum scitum est. i. scire, seu sapienter factum, parare. i. contrahere in animo suo, eiusmodi. i. tales cupiditates, quas cum res sint aduersæ. i. cum fortuna male optatis respondeat, possis. i. possit aliquis, paulo. i. aliquantulum, siue aliquatenus mederi. i. medelam, seu remedium adhibere, simul. i. postquam, hic Phædria repperit argentum, expediuit. i. exoluit se, cura. i. solicitudine, ego Antipho nullo remedio possum euoluere. i. expedire, explicare me. ex istis turbis. i. perturbationibus, quin. i. quòd non sim hoc quod simulatum est, cæletur. i. occultetur patri sup. sim in metu, ne pater moleste ferens abducat aliqua ratione amatam meam, sin. i. sed si, hoc inquam quod simulatum est, patefit. i. aperiatur, reueletur, detegatur non possum inquam euoluere me, quin sim in probo. i. in culpa apud patrem, neque nunc reciperem. i. retraherem, referrem me domum, nisi spes huiusce Phanij habendæ. i. habendi hanc Phanium, esset ostentata. i. præstita exhibita mihi, sed vbinam. i. vbi possum inuenire Getam, vt rogem. i. petam ab eo, quod tempus. i. quam opportunitatem, conueniendi patris. i. alloquendi patrem meum, iubeat. i. velit me capere. i. eligere.

ARGVMENTVM) Redit in scenam Antipho, vt à Phor. & Geta conueniatur. Gratulatur autem fratri apud spectatores, & de sua fortuna quæritur. [Hic simul) Confert suum periculum cum Phædriæ felicitate. [Spes ostensa) Paulo ante a Geta. LATO.

LÆTVS sum) En vt adolescentes semper sint sui similes quasi in eodem ludo edocti, vt ea quæ ad voluptatem, & animū explendum faciunt commilitonibus communicata gestiant. PETR. MARS.

OMNES sunt iambici tetr. cat. In j. vel Meę monosyl. est, vel bacchius est loco tertio. In 2. Eius monos. est, & Animo, nō in animo legendum. In 6. legendum Sim, non Siem, vt sit catal. ceteri. In 7. siue Ostenta, siue Ostentata, siue Ostensa legas, versus semper excusari potest. In penult. Huius dissyl. est. In vlt. Vt à superiore eliditur versu, & s, in Patris abijcitur. Quanquam creticus, & primo, & quinto loco esse potest. GLAR.

ACTVS V. SCENA V.

ARG. ADR. BARL.

Annumeratam esse Lenoni pecuniam narrat Phormio, & quasi re bene gesta, nunc se curaturam cuticulam dicit.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Hic iactabundus Phormio inducitur, de fallacia senum in extorquendo argento gestiens, qui tanquam paratus se egregie potaturum pollicetur. Deinde ad mercatum dicit se iturum, ne ipsum, senex sycophantam, & liguritorem existiment.

Iambici, Octonarij, Acatalectici.

PHORMIO, ANTIPHO.

RGENTVM accepi, tradidi lenoni: abduxi mulierem:
Curaui, propria ea Phædria vt poteretur: nam emissa est manu:
Nunc vna res mihi etiam restat, quæ est conficiunda, ocium
A senibus ad potandum vt habeam: nam aliquot hos sumam dies.
A. Sed Phormio est: quid ais? P. quid? A. quidnam nunc facturus Phædria?
Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere?
P. Vicissim partes tuas acturus est. A. quas? P. vt fugitet patrem:
Te suam rogauit rursum vt ageres caussam, vt pro se diceres:
Nam potaturus est apud me: ego me ire senibus Sunium
Dicam ad mercatum, ancillulam emptum, quam dudum dixit Geta;
Ne, cum hic non videant me, conficere credant argentum suum.
Sed ostium concrepuit abs te. A. vide, quis egreditur.
P. Geta est.

DON.

RGENTVM accepi) Iactantia hic inducitur Phormionis, & quasi omnis * proueniſſe lætatur. [Propria ea Phædria) Virg. Connubio iungam stabili, propriamque dicabo. [Vicissim partes tuas acturus est) Secundum illud quod dictum est, Tradunt operas mutuas. Te suam rogauit rursum vt ageres.

GVID. ARGENTVM &c.) Hic iactantia inducitur Phormionis, qui tanquã parasitus se egregie habiturum pollicetur. P. accepi argentum a Demiphone, tradidi illud Lenoni puellę vendi tori, abduxi .i. mecum abduxi à Lenonia domo mulierẽ Pam. f. quæ iam virgo non erat, præcipue cũ esset in tali loco curaui .i. effeci, vt Ph. potiretur ea puella propria .i. sibi cum nemine commuti, nam emissa est manu .i. manumissa .i. libertina facta, cum prius esset empta tanquam serua, vel exiuit potestatem Lenonis, nunc vna res restat .i. est reliqua mihi, quæ res conficienda .i. perficienda & ad effectum perducenda .s. vt habeam .i. impetrem à senibus .s. Demiphone, & fratre, ocium .i. spatium tempo ris ad potandum priusquam abducam mihi Phanium, pro qua abducenda dederunt pecunias. Nam sumam .i. impendam consumam, traducam hos aliquot dies. A. Antipho qui prius solus loquebatur, vidit Ph. &, inquit, apud se. Sed Phormio est .i. adest, deinde accedens ad eum, inquit, quid ais? P. Petis quid dicam? admirando, dicit hoc vel interrogando, deinde occupat Antipho. A. Quid nam Phæd. est facturus? quo pacto .i. qua via ait se velle sumere satietatem .i. tædium, siue expletionem amoris? P. Ipse acturus est .i. repræsentaturus est partes tuas .i. tuum officium vicissim .i. (vt ita dicam) sua vice, vel per vices, & quasi alternatim. A. Quas partes meas acturus est. P. Vt fugitet .i. frequenter fugiat patrem .i. patris conspectum rogauit te vt rursum tu ageres .i. defenderes, sustineres causam suam, & vt diceres .i. orationem haberes, & sermoni appositum pro se faceres, nam qui dicit, apposite, accommodatéque loquitur, nam ipse Phæd. est potaturus .i. debet potare apud me. ego dicam senibus, Demiphoni, & Chremeti me ire Sunium .i. in eum locum, de quo prius dictum est, ad mercatum .i. negociandi gratia, siue exercẽdæ mercaturæ, & declinat hic mercatus tus tui, à mercoris. quod est emo is, dicam ergo senibus me ire ad mercatum emptum .i. ad emẽdam ancillulam .i. ancillam paruam, quam Geta seruus dixit senibus mihi esse opus, dudũ .i. paulo ante ne ipsi senes credant me conficere .i. consumere, impendere suum argentum, cum non videant me hic, sed hostium concrepuit abs te .i. hostium tuum patefactum est, vel apertum est, & bene concrepuit, q.d. audiui hostium crepans .i. stridens, & resonans cum aperiretur, & patefieret, nam eiusmodi crepitus est signum apertionis hostij.

ARGVMENTVM) Phædriæ causam Ph. vicissim commendat Antiph. Et est præparatio ante futurum congressum personarum. [Nunc vna) Parasiticum studium. [Partes tuas acturus) .i. te imitaturus, translatum à scenicis actionibus. [Suam vt ageres) Subaudi partem, nam est zeugma à superiori. [Conficere) Consumere. LAT O.

ARGENTVM accepi) Iactantis se de re, quæ feliciter successit mores hæc scena exprimit. Quod non faciendum iubet Plato, sed tum maxime submisse agendum esse, ne animi efferantur. Cic. Tusc. Iactatio est, voluptas gestibus se efferens insolentius. PETR. MARS.

AT huius scena versus omnes sunt iambici tetr. acatal. In 2. versu Poteretur à tertia est coniugatione, vt apud Ouid. 13. Met. Tuque tuis armis, non te poteremur Achille. Tertius versus in veteri lib. quam lect. Ioan. quoque annotauit, ita habet. GLAR.

Nunc vna res mihi etiam restat, quæ est conficienda, ocium. Et mihi quoque probatur. In 7. vel creticus est loco tertio, vel tuas monosyl. Similiter, & de primo loco octaui versus dicendum de Suam. In vlt. vel s, in Quis eliditur, vel Egreditur, legendum. Et vel vide secunda syllaba breuis est, vel loco quinto creticus est.

ACTVS V. SCENA VI.

ARG. ADR. BARL.

Geta Antiphoni nunciat Phanium inuentam esse Chremetis filiam.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In sequenti scena miro ornatu vehemens tritum personarum gaudium exprimit poëta. Nam Geta mirandum in modum latabundus Antiphoni præsente Hormione annunciat Phanium inuentam esse patrui sui Chremetis filiam, Quod profecto tum Geta tum Antipho ipse summæ felicitatis loco ducendum autumat. Cui Hormio mirifice congratulatur, simulq; pulchram senes cludendi occasionem, modum, & gestum comminiscitur. ADDITIO. *Attende quam graphice hic Getam, & blandissimum adulatorem, & versutissimum auscultatorem, exploratorem, & secreta clandestine rimantem, artifex poëta expressissime depingit.*

Trochaici, Tetrametri, Catalectici.

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

FORTVNA, O fors fortuna, quãtis commoditatibus,
Quam subito hero meo Antiphoni ope vostra hunc oneraſtis diem.
A. Quid nam hic sibi volt? G. nosque amicos eius exoneraſtis metu?
Sed ego hunc mihi cesso, qui non humerum hunc onero pallio:
Atque hominem propero inuenire. vt hæc quæ contigerint, sciat?
A. Num tu intelligis quid hic narret? P. num tu? A. nihil. P. tantundem ego,
G. Ad Lenonem hinc ire pergam, ibi nũc sunt. A. heus Geta. G. hem tibi.
Num mirum, aut nouum est reuocari, cursum cum in stitueris? A. Heta.
G. Pergit hercle: tu nunquam tu odio vinces me.
A. non manes?
G. Vapulabis. A. id tibi quidem iam fiet, nisi resistes, verbero.
G. Familiariorẽ oportet esse hunc, qui minitatur malũ.
Sed is ne est, quem quæro, an non? ipsus est. P. congredere actutum. A. quid est?

G. O omnium, quantum est, qui viuat hominum homo honoratissime:
Nam sine controuersia à dijs solus diligere Antipho.
A. Ita velim: sed qui istuc credam ita esse, mihi velim.
G. satin' est, si te delibutum gaudio redeo? A. enicas.
P. Quin tu hinc pollicitationes aufer: & quod fers, cedo. G. oh.
Tu quoque hic aderas Phormio? P. aderam: sed cessas. G. accipe hem
Vt modo argentum tibi dedimus apud forum. recta domum
Sumus profecti: interea mittit herus me ad vxorẽ tuã.
A. Quamobrem? G. omitto proloqui: nam nihil ad hanc rem est Antipho.
Vbi in gynęceũ ire occipio, puer ad me accurrit Mida.
Pone apprehendit pallio. resupinat: respicio: rogo
Quamobrem retineat me? ait esse vetitum intro ad heram accedere.
Sophrona modo fratrem huc, inquit, senis introduxit Chremem.
Eumque nunc esse intus cum illis: hoc vbi ego audiui, ad fores.
Suspenso gradu placide ire perrexi, accersi: astiti:
Animam compressi: aurem admoui. ita animum cœpi attendere,
Hoc modo sermonem captans. A. euge. G. hic pulcherrimum?
Facinus audiui: itaque penè hercle exclamaui gaudio.
P. Quod? G. quod nam arbitrare? A. nescio. G. atqui mirificissimum:
Patruus tuus est pater inuẽtus Phanio vxori tuę. A. hẽ,
Quid ais? G. cum eius consuecuit olim matre in Lemno clanculum.
P. Somnium? vti ne hæc ignoraret suum patrem? G. ali quid cretico
Phormio esse causæ: sed me censen' potuisse omnia
Intelligere extra ostiũ, intus quæ inter se ipsi egerint?
P. Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam.
G. imò etiam dabo
Quo magis credas: patruus interea inde huc egreditur foras.
Haud multo post cũ patre idẽ recipit se intro denuo:
Ait vterque tibi potestatem eius habendæ se dare:
Denique ego sum missus, te vt requirerem, atque adducerem.
A. Hem quin ergo? rape me: quid cessas? G. fecero.
A. ò mi Phormio
Vale. P. vale Antipho: bene, ita me dij ament, factum: gaudeo.

DON. FORS fortuna) Fortuna dicta est incerta res. fors fortuna euentus fortunæ bonus. [Fors fortuna) Aliud fortuna est, aliud fors fortuna. nã fors fortuna, est cuius diem festum colunt, qui sine arte aliqua viuunt huius ædes trans Tyberim est. [Hunc onero pallio) Recte, quia palliata fabula est, nõ togata. [Pergit hercle) Potest distingui hic, pergit, & coniuncte legi, Hercle tu nunquam odio tuo me vinces. [Id tibi quidem iã fi) Id quod sibi dici audiuit, minitatur. Et est conueniẽs error festinanti. [Sine controuersia) Sine ambiguitate. [Si te delibutum gaudio reddo?) Ad animum transtulit quod est corporis. Nam delibutus, vnctus dicitur. [Vt modo argentum) Vide narrationẽ cœptam vnde opus est. [Mittit herus me ad vxorem tuam) Conuersus ad Antiphonem hoc dicit. [Pulcherrimum facinus audiui) Huiusmodi locos poëtæ actoribus indulgent, quod in his actoris est commendatio. [Patruus tuus est pater inuentus Phanio vxori tuæ) Vt Sal. in 1. Liberis eius auunculus erat. Atque hercle ego quoque illum audiui fab. Plaut. in milite glorioso, Nam hoc cognomentum poëtæ esse audiui barbaro.

O' FORTVNA &c.) Hic Antiphoni à Geta nunciatur Phanium inuẽtam esse filiam Chr. patrui sui, quod magnę felicitis loco ducendum putat. G. O fortuna. i. ò Dea mutabilitatis, ò fors fortuna. i. bonus fortunæ euentus, cuius diem festum colunt, qui arte aliqua viuunt, cuius ædes sacra Trãs Tyberim erat fortuna autem incerta est tam ad bonum euentum, quàm ad malum quantis cõmoditatibus. i. opportunitatibus, & quam. i. quãtum subito. hæc leguntur admiratiue. honorastis. i. decorastis hunc diem Ant. nostro. vestra ope. i. vestro auxilio, & numine ac fauore? A. Quidnam hic Get. sibi vult. i. quid vult dicere ita admirabundus? G. Get. eum non audiebat, sed pergebat in sua ad miratione. & vos fortuna, & fors fortuna exonerastis. i. alleuiastis nos amicos eius Ant. metu, quod afficiebamur eius causa. Deinde ad se rediens, considerans q. sibi esse potius quærendum Ant. cui hæc narret. quàm ita in admiratione cessandum, & morandum, ideo subdit. sed nunc cesso. i. moror, tardo conctor. mihi. i. vel in dedecus meũ, & crimen, vel mihi generaliter ponitur, vt Tu mihi semper dormis. Sed ergo nũc cesso. i. sum cessator, & ociosius, & quidem increpandus, qui non onero hunc. i. meum humerum pallio. i. qui non replico pallium meum in numerũ vt agilior sim ad viam faciendum. atque qui inquam non propero. i. festino, inuenire hominem. i. Ant. vt sciat hæc quæ contigerint. A. Tu non intelligis? quid hic Get. natret. i. dicat secũ. P. Num. i. nunquid tu intelligis? A. Nihil. i. non intelligo, vel nihil. i. ne minimum quidem intelligo quid dicat. P. Ego intelligo tantundem quantum tu quid dicat. G. Pergam ire. i. contendam ire, vel prosequar, perseuerabo ire hinc ad Lenonem nunc ipsi sunt tibi apud Lenonem. A. Reuocat eum iam accipientẽ iter ad Lenonem. Heus, aduerbium vocantis. Get. vocatiuus est. G. Geta post se non respexit indignatus se reuocari festiuum. nã putabat alium quemlibet ab Ant. reuocare eum ideo, inquit. Hẽ interiectio indignantis, non. i. nunquid, q. d. nõ est tibi mirum. i. non est tibi magni momẽti, aut magnæ curę, aut nouum. i. inusitatum, cursum reuocari. i. retrahi, cum institueris. i. inceperis cursum vel est secunda persona per tertia. A. Get. vocantis est. G. Hercle ipse qui vocat me pergit. i. perseuerat vocare me hoc autem dicit intereundum non retro aspiciens, nunquam vinces me. i. nunquam hodie persuadebis mihi vt ad te eam, tuo odio. i. tua molestia, & tædio, nam odium interdũ ponit pro tædio, & molestia. Inde odiosus. i. tędiosus molestus, & improbus, seu importunus, q. d. non vinces me tua importunitate, & instantia. A. Nõ manes. i. non sistis gradum, hoc dicit indignabundus, & mirabũdus. G. Vapulabis. i. posses bene adeo instare, vt vapulares. i. verberaueris, seu verberibus afficeris. A. Quidem. i. certe, id quòd minitaris, iam. i. tatim, fiet tibi. i. vapulabis, nisi tu verbero. i. dignus verberibus, hic verbero onis, resistis. i. reprimis gradũ Geta, hoc audiens cognouit esse aliquem, qui imperiose loqueret, ideo subdit oportet hunc q ita loquitur esse familiariorem. i. intimiorem in nostra familia, quàm ego, nam minatur malum. s. verbera. Sed ne. i. vtrum est is quẽ quæro. s. Ant. an non est Dein de viso eo dicit, ipse est, quẽ quæro. Phor. G. Cõgredere, à congredior deris. i. concede, huc acturum. i. cito celeriter, dr enim ab actu. i. celeritate, vnde actuariæ naues dñr celeres. i. celeriter per mare transeuntes. A. Quid est? quòd ita vehementer gaudes, & admiraris. G. O homo honoratissime omnium hominum, qui viuant, quantum est. i. quantumlibet pro tua conditione, vel quantum est hominum. s. id est quantacunq; fuerit hominum multitudo nam ò Ant. solus diligere. i. diligeris, amaris à Dijs sine controuersia. i. sine ambiguitate. A. Velim ita diligi à Dijs, sed velim. i. volo, dici mihi. i. q; dicatur mihi q. i. quo modo, vel cur credam esse ita vt dicis. G. Satin. i. nonne satis est tibi si redo. i. afficio te delibutum, perfusum gaudio, vbi ad animũ transtulit quòd est corporis, nam delibutus dr vnctus. A. Enecas. i. occidis, mori me cogis, qui ita animum meum suspensum teneas. P. Quin. i. quinimò, tu aufer hinc. i. hinc amoue pollicitatione. i. noli ita pollicitari bona. A. Sed cedo. i. dic Dijs, q; fers. i. affers, vel gestas in pectore. C. Quoque. i. etiam, ò Ph. tu aderas hic? vbi ob est interiectio animaduertentis prius nõ visum, nec perceptum. P. Aderam hic, sed inter hæc discẽda cessas. i. in mora es, tardas morari decegere rem Ant. C. Accipe. i. audi intellige. Hẽ, interiectio est iussiẽtis, vt narrationi sit aptior, vt. i. postquã modo. i. paulo ante, dedimus tibi Phor. ego, & De.

argentum apud forum profecti sumus ego,& Dem.domum,re
cta.i.eodem tenore nusquam diuertendo, interea ò Ant. herus
.i.dominus meus,misit me ad vxorem tuam.s.Phanium. A.
Quamobrem.i.quare misit ad eam. G. Omitto.i.desisto,pro
loqui.i.longo sermone uti, nam ò Ant. nihil est in ea missione
ad hanc rem.i.ad hoc propositum,vbi.i.cum, occipio.i.incipio
ire ad Gynnecium.i.in locum ædium secretum,in quo fabulan-
tur inter se mulieres. Est.n.Gynnecium (ait Tortellius) locus
in ædibus solis mulieribus ad habitandum datus. Deducitur.n.
à gynecon.i.à mulieribus,puer .i. seruus.s.Mida nomine, forte
sic dictus,quòd Phrygius esset,occurrit ad me pone,aduersum
.i.retro apprehendit .i. capit me pallio.i.per pallium. resupinat
me inquam .i. reducit me in dorsum, nam supinus, vel resupi-
nus dicitur qui in dorso iacet, quòd qui faciunt ferè negligen-
tes sunt, molles,aut lasciui,ideo supinus pro molli ponitur, &
lasciuo item pro pigro,negligenti, & otioso, item ponitur in-
terdum pro elato,siue superbo, propterea, q; tales superbi solẽt
non demittere caput tanquam humiles,sed resupinare, & extol
lere tanquam tumidi. Persius, Italo quod humeris supinus fre
git Heminas. Vnde supinare, & resupinare significant aliquem
supinum. siue resupinum reddere, vt hic resupinat me.i.reducit
me in tergum,& (quòd vulgo dicitur) reuertat me,respicio.i.re
tro aspicio,rogo .i. interrogo, quamobrem .i. quare retineat,
me,ait.i.respondet,vetitum esse.i.prohibitum,accedere.i.adire,
ingredi initio ad heram.i.Phan.inqt,etiam ille seruus modo .i.
paulò ante. Sostr.nutrix introduxit huc.i.in Gynnecium,Chr.
fratrem senis .s. Dem.& inquit,eum fratrem esse nunc intus in-
tra Gynnecium cum illis.i.Sostr.& Ph.vbi.i.postquam, ego au
diui hoc,perrexi.i.perseueraui ire, placide.i.tranquille,sine stre
pitu,ac tumultu,gradu .i. gressu,passu suspenso.i.molli ac tene-
ro,sustentato,& leniter terræ impresso,ad fores accessi.i.appli-
cui ad illas fores,siue mauis aduersi,à stiti, ab asto as.i.iuxta fo-
res steti,compressi.i.cohibui,repressi,compescui, animam.i.spi
ritum,anhelitum flatum ne audiret,admoui .i. adhibui, appro-
pinquaui, apposui autem ad illas fores, vt audirem, ita eo mo-
do admotis auribus cœpi.i.incepi,attendere.i.arrigere,aduerte-
re animum ad intelligẽdum,quod dicebatur,captans.i.allicies,
attrahens,frequenter capiens sermonem,hoc modo.i.ita facien
do vt dixi. A. O Ger.euge,interiectio lætitiæ est,qua Ant.Getã
inuitat ad lætitiam, vt reliqua prosequatur lætanter Get. hic .i.
tunc,audiui facinus.i.factum,pulcherrimum.i.iucundissimum,
itaque.i.ideo hercle exclamaui pene.i.ferè gaudio.i.præ nimia
lætitia. A. Quod facinus audisti? G. Quodnam.i.quod faci-
nus arbitrare.i.putas me audiuisse illic. A. Nescio quod faci-
nus audieris. G. Atqui.i.sed certe,audiui facinus mirificissimũ,
pro mirificentissimum.i.mirifice factum, vbi poëta recto super
latiuo vsus est à positiuo mirificus mirifica mirificum. Patruus
tuus .s. Chr. inuentus est pater Phanio.i.illi puellæ tuæ vxori.
A. Hem,admirantis, & lætantis interiectio, quid ais,hoc dicit
sibi vix persuadens ita esse. G. Patruus tuus olim.i.longo ante
tempore, consueuit .i. habuit commercium amoris cum matre
eius Phanij,clanculum.i.secreto,in Lemno.i.in illa insula. P.
Somnium est sup.i.illud est phantasma, & vanum dictum, tan-
quam dormiendo somniatum, vtin'.i.vti ne.i.vtrum ita conue
nit cum matre eius vti .i. vt hæc puella non cognosceret patrẽ
suum. G. O Phorm. credito aliquid causæ esse, sed censen'.i.
censes ne me potuisse intelligere omnia extra hostium,quę ipsi
.s.Chr.Sop.& Phan. egerint.i.dixerint inter se intus in Gynne-
cio. P. Atque hercle ego quoq; audiui illam fabulam.i.illud fa
bulosum dictum. G. Imò etiam .i. sed etiam dabo.i.dicam ẽt
hoc,quo.i.vt magis credas. Interea dum hæc aguntur, patruus
egreditur.i.exit,inde.i.ex Gynnecio foras hinc .i. in hunc locũ,
in quo eram,haud.i.non,multo post.i.non longo tẽpore post,
idem patruus recipit.i.retrahit,refert se,denuo .i. rursus,iterum
intro.i.in Gynnecium cum patre tuo Demiphone,vterque pa-
ter,& patruus ait se dare tibi potestatem habendæ eius.i.haben-
di eam in vxorem.Denique.i.tandem,ego missus sum,vt requi
rerem.i.inuestigarem te,atque vt adducerem te ad eos. A. Hem
interiectio indignantis, quod non ducatur celeriter, ergo cum
debeas me ducere,quin,increpatiue videtur hic capi, pro quin-
imò,cape me.i.celeriter cape me,vt ducas,ad eos, quid cessas .i.
tardas, moraris,cur non accelleras gradum. G. Fecero.i.faciam,
coniunctiuum pro indicatiuo. A. O mi Phormio. Vale.i.re-
mane cum sanitate. P. Antip. Vale .i. discede salute comite.
Deinde cum recessissent,cepit Phorm.secum hæc dicere,ita Dij
ament me, vt ex animo dico. iurandi modus est benefactum
est .i. bene succesisit ac prospere.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Absoluitur Catastrophe Antipho
nis. Nam Geta indicat ei inuentam esse Phanium. [O fortuna) exultatio Getæ vim exordij habet ad futuram lętitiam. [Onera stis,& exoneraltis) Iucundum antitheton ex contrarijs. [Onero pallio) Vt expeditior sit ad currendum. [Hem tibi) Indignan tis, nec tamen agnoscentis. [Odio) Odiosa importunitate, & molestia. (Omnium aptum) Aptum principium ad rei lætæ de-nunciationem. [Delibutum) Imbutum, metaphoricos. nam proprie vnctum significat,à verbo delibuo, quod parum est in vsu. [Gynecæum) Pars ædium,in qua solæ mulieres diuersan-tur fraudem. zym mer. [Suspenso gradu) Hyporyposis. [Euge) Gaudentis,& cum gestu pronunciandum. [Patruus tuus) Propo sitio,quæ est summa narrationis. Cetera adduntur confirmandi causa. [Atque hercle) A testimonium. [Quo magis) A fino. [Denique) Aliud signum.

PETRVS MARS.

O' FORTVNA) Gaudentis immodice,& exultantis præ lætitia insuperabili gestus hoc loco describuntur. Et rectè quidem elatum depingit ex gaudio. Nam Cic. test. 4. Tusc. Lætitia est opinio recens boni præsentis,in quo efferri rectum esse videat: Idem ibidem: Cum ita mouemur vt in bono simus aliquo hic dupliciter id contingit. Nam cum ratione animus mouetur pla cide atque constanter,tum illud gaudium dicitur. Cum autem inaniter,& effuse animus exultat,tum illa lætitia gestiens vel ni mia dici potest. Quum ita diffluunt,sine ratione elationem ani mi. [Fors fortuna) .i. bona fortuna,qua adiectione teste Pompeio ex incerta certam reddebant. Delibutus,perfuctus,tinctus, & plenus. Gynecæum. Est secretum mulierum,in quod concla ue non datur viris ingressus, tractant illic muliebria fœminæ. Gyne mulierem significat,gynecæum conclaue mulierculæ.

GLAREANVS.

OMNES sunt trochaici tetr.cat. In 2. versu trochæus est loco primo,anapæstus secundo, amphibrachys tertio, nisi Meo sit monos. In 3.vel eius monosyl.est,vel creticus loco quinto. Quartus versus in vetustioribus libris,quibus ego accedo, ita le gitur. Sed mihi nunc cesso, qui non humerum hunc exonero pallio. Hoc.n.exonero retulit ad Exonero quod est versu proxi mo. Scio quid quidam commenti sint, qui Onero pro Exone-ro legunt cum vulgo exemplaribus. In 6. versu vel d,eliditur in Quid,vel creticus est loco tertio. In 8. vel pæan primus est loco sexto, vel Institeris pro Instituetis legendum. Eodem mo do de nono versu dico, in cuius loco quarto vel est pæan pri-mus,vel Odio dissyll.fuerit. In 10.vel creticus erit loco secun-do,vel s,de Vapulabis eliditur. Ceterum vel carmen est hyper-metrum,vel abijciendum verbum Quidem,quod adiectum vi-detur. In 11.puto Minitat legendum pro Minitatur,vt in penul tima scena Hecyræ Luctat pro Luctatur. Et in Malum finitur versus,quod in Aldi libro neglectum erat. In 12.vel d,in Sed, & s,in Ipsus eliduntur,vel loco primo erat bacchius, & loco quar to creticus. In 13.creticus est loco quarto trochæus vt secunda syllaba in Honoratissime producte maneat,nisi quis loco sexto bacchium constituere malit, & primo loco trochæum. In 19. amphibrachys est loco quinto. In 20. vel in Sumus eliditur s, vel amphibrachys est loco primo. In 22. vel u,in Vbi eliditur à superiore versu, vel amphibrachys est loco primo. In 23. vel Apprehendit est trisyl.vel bacchius loco secundo. Ita in 26. vel amphibrachys est loco primo,vel Eum monos. In 33. Eius mo nos. est. Et in 34. Suum monosyl. vel amphibrachys bacchius ue,propter ancipitem syll. pa,est loco quinto. In 38. s,eliditur in Magis. In 40. Se omitti non debet ante Dare. Et penulti-mus incipit à Quin. Nam Hem ad superiorem versum perti-net. In vlt. versu amphibrachys est,& loco primo,velle in Vale corripitur. & Dij quoque corripitur, non elidit, vt sæpe alibi.

ACTVS V. SCENA VII.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

Argumentum huius scenulæ annexum est superiori. Nam neque Malleolus disiunctim legit, neque re vera ita est legendum.

Senarij,

Senarij.

PHORMIO.

ANTAM fortunam de improuiſo eſſe his datam
Summa eludendi occaſio eſt mihi nunc ſenes,
Et Phædriæ curam adimere argentariam:
Ne cuiquam ſuorum æqualium ſupplex ſiet
*datum eſt ingratijs. Nam idem hoc argentum ita vt * ingratis eſt datum,
His datum erit: hoc qui cogam re ipſa repperi.
Nunc geſtus mihi, voltusque eſt capiundus nouus.
*hunc Sed hinc concedam in angiportum * hoc proximum.
Inde hiſce oſtendam me, vbi erunt egreſſi foras:
Quo me aſſimularam ire ad mercatum, non eo.

DON. VRAM adimere argentariam) Varie, pro adimendi occaſio eſt.

GVID. GAMDEO tantã felicitatem, & ſucceſſum proſperum eſſe datũ his iuuenibus, Antiphoni & Phædriæ. de improuiſo aduerbium. i. ex inſpe rato, præter ſpem, præter expectationẽ. Summa occaſio. i. opportunitas eludendi i. decipiẽdi ſenes, eſt nunc mihi. i. ego habeo nunc ſummam facultate eludendi ſenes. & eſt in quam mihi occaſio adimere, pro adimendi, ſed varietatem ama uit poëta. i. auferendi, abſtergendi Phædriæ curam argentariam i. anxietatem, & ſolicitudinem de argento iſto reddendo, quo re demit puellam. ne. i. vt non ſit. ſupplex. i. ſupplicans. cuiquam i. alicui ſuorum æqualium. i. ſuorum gregalium, & ſodalium, vt illi mutuo daret illam ſummam, quę redderetur ſenibus, cum nol let ducere vxorem Phormio. nam hoc idem argentum datũ erit ſine reſtitutione ita, vt datum eſt his ingratis ſenibus, vel ipſis in uitis. vel datum erat ab his ingratis ſenibus. i. immemoribus be neficiorum ſibi factorum taliter iungendo liberos, ſuos matrimonio felici ego repperi. i. excogitaui qui. i. quo modo, cogam hoc fieri reipſa. i. ipſo effectu, videlicet vt argentum ſic datũ vti datum eſt ſine vlla reſtitutione. Nunc geſtus. i. modus me hñdi & vultus. i. indicium voluptatis eſt mihi capiendus, nouus. i. alius ab aſſueto. Sed concedam. i. me conferam hinc. i. ex hoc loco, in hoc angiportum proximum. i. in hunc vicum angutũ, nec patuium. inde i. poſtea oſtendam. i. patefactã me his ſenibus, vbi. i. poſtquam, ipſi erunt egreſſi foras. i. extra domum, non eo. i. non vado mercatum. i. negociandum, eo ſup. in eo locum. quo. i. in quẽ locum, aſſimul. ram, pro aſſimulauerã. i. finxeram me ire.

LAT. ARGVMENTVM) Nactus occaſionem ex inuen a Phanio, mutat conſilium ludendi ſenes Phor. & ad eam rem ſe comparat. (ingratis). i. inuito aduerbialiter.

PETR. TANTAM fortunam) In hanc ſcenam nihil notauit.

MARS. Mar ſus, quòd videatur non eſſe diſiuncta à ſuperiore.

GLAR. HANC ſcenam quidam ſuperiori coniungunt, & alij ſeiũ gunt. certe priora verba Phormio ad præſentes locutus videtur, hæc autem ſecum ipſe murmurans ait, quibus oſtendit Paraſiti cam ac Sycophanticum malignitatem quæ nocere non deſinit, vt ſibi proſit. Quintus verſus ita legendus eſt: Nam idem hoc argentum ita vt datum eſt in gratijs. Vt aduerbium Ingratijs ſit tetraſyll. quemadmodum in Heaut. Proterruiſti hinc, ea coacta ingratijs Vtitur aliquoties, & Plautus.

ACTVS V. SCENA VIII.

ARG. ADR. BARL.

Cognita Phanio ſenes à Phormione pecuniam repetunt: Phormio ne gat ſe redditurum. Hinc contentio inter eos oritur.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In ſequenti ſcena Phormioni, & ſenum habetur contẽtio. Nam hic cognita Phanio pecunias à Phormione repetunt, verum is reddere inficiatur, niſi hanc habere vxorem liceat: atque ita ęquiſq; rixando procedunt vt Phormio totum Chremetis factum de altera coniuge Lemni filiaq; habita aperiat. Quod Nauſiſtrate vxori primariæ detegere interminatur, quo medio triginta minis vel inuitis ſenibus retinere conatur, quod Chremes facile conceſſit at Demipho vſque renititur, imò Phormionem clamoſum deprehendere ambo, & abducere moliuntur. ADDITIO. Attende Phormionis Paraſiti hus duabus ſenis ſequentibus, imò vſquequa que audacem, & expromptam calliditatem. Chremetis coram vxore citra viri decorum formidinem. Demiphonis per totam fabulam nimiam rerum attentione ſollicitudinem.

Trimetri.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

IIS magnas merito gratias habeo, at que ago:
Quando euenere hæc nobis frater proſpere.
Quantum poteſt, nunc conuenien dus Phormio eſt,
Priuſquam dilapidet noſtra triginta minas,
Vt auferamus. P. Demiphonem ſi domi eſt,
Viſam, vt quod. D. at nos ad te ibamus Phormio.
P. De eadẽ hac fortaſſe cauſa. D. ita hercle. P. credidi.
Quid ad me ibatis? ridiculum: an verebamini.
Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel?
Hues heus, quanta hæc mea paupertas eſt: tamen
Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi eſſet fides.
C. Eſt ne ea ita, vt dixi, liberalis? D. oppido.
P. Itaque ad vos venio nunciatum Demipho,
Paratum me eſſe. vbi voltis, vxorem dare,
Nam omnes poſt habui mihi res, ita vti par fuit,
Poſtquam tantopere id vos velle animum aduorterã,
D. At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem.
Nam qui erit rumor populi, inquit, ſi id feceris?
Olim cum honeſte potuit, tum non eſt data.
Nunc viduam extrudi turpe eſt. ferme eadem omnia,
Quæ tu te dudum coràm me incuſaueras.
P. Satin' ſuperbe illuditis me? D. qui? P. rogas?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere:
Nam quo red ibo ore ad eam, quam contempſerim?
C. Tum autem Antiphonem video ab ſeſe amittere
Inuitum eam, inque. D. tum autem video filium
Inuitum ſane mulierem ab ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi
Argentum iube rurſum reſcribi Phormio.
P. Quod? næ ego perſcripſi porrò illis quibus debui.
D. Quid igitur fiet? P. ſi vis mihi vxorem dare,
Quam deſpondiſti, ducam: ſin eſt, vt velis
Manere illam apud te, dos hic maneat Demipho:
Nam non eſt æquum me propter vos decipi,
Cum ego veſtri honoris cauſa repudium alteri
Remiſerim, quæ tantundem dotis dabat,
D. I hinc in malam rem cùm iſtac magnificentia
Fugitiue: etiam nunc credis te ignorarier,
Aut tua facta adeo? P. irritor. D. tu ne hanc duceres,
Si tibi data eſſet? P. fac periculum. D. vt filius
Cum illa habitet apud te: hoc veſtrum conſilium fuit.
P. Quæſo qd narras? D. quin tu mihi argentum cedo.
P. Imò vero, tu vxorem cedo. D. in ius ambula.
P. In ius? enimuero ſi porrò eſſe odioſi pergitis.
D. Quid facies; P. ego ne? vos me indotatis modo
Patrocinari fortaſſe arbitramini.

Etiam dotatis soleo. C. quid id nostra? P. nihil:
Hic quãdam noram, cuius vir vxorem. C. hem.
D. quid est
P. Lemni habuit aliam. C. nullus sum. P. ex qua filiam
Suscepit: & eam clam educat. C. sepultus sum.
P. Hæc adeo ego illi iam denarrabo. C. obsecro,
Ne facias. P. oh tu ne is eras? D. vt ludos facit.
C. Missum te facimus. P. fabulæ. C. quid vis tibi:
Argentum quod habes? condonamus te. P. audio:
Quid vos, malum, ergo me sic ludificamini.
Inepti vestra puerili sententia.
Nolo, volo, volo, nolo rursum: cedo cape.
Quod dictum, indictum est; quod modo erat ratum,
irritum est.
C. Quo pacto, aut vnde hæc hic resciuit? D. nescio.
Nisi me dixisse nemini id certo scio.
C. Monstri, ita me dij ament, simile. P. inieci scrupulum. D. hem,
Hiccine vt à nobis hoc tantum argenti auferat
Tam aperte irridens, emori hercle satius est:
Animo virili præsentique vt sis, para:
Vides tuum peccatum esse elatum foras,
Neque iam id celare posse te vxorem tuam:
Nunc quod ipsa ex alijs auditura sit Chreme,
Id nos, met indicare placabilius, est.
Tunc hunc impuratum poterimus nostro modo
Vlcisci. P. at at, nisi mihi prospitio, hæreo:
Hi gladiatorio animo ad me affectant viam.
C. At vereor vt placari possit. D. bono animo es:
Ego redigam vos in gratiam. hoc fretus Chreme,
*è Cum * de medio excesit, vnde hæc suscepta est tibi.
P. Ita ne agitis mecum? satis astute aggredimini.
Non hercle ex re istius me instigasti Demipho:
Ain' tu, vbi peregre tibi quod libitum fuit feceris,
Neque huius sis veritus fœminæ primariæ
Quin tu nouo modo ei faceres contumelias,
Venias nunc precibus lautum peccatum tuum?
Hisce ego dictis illam ita tibi incensam dabo,
Vt ne restingnas, lacrumis si extillaueris.
D. Malum, quod isti dij, deæque omnes duint:
Tanta ne abiectum hominem quenquam esse audacia?
Non ne hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras? C. in id redactus sum loci,
Vt quid agam cum illo, nesciam prorsus. D. ego scio:
In ius eamus. P. in ius? huc, si quid lubet.
D. Assequere: ac retine, dum huc ego seruos euoco.
C. Etenim nequeo solus, accurre huc. P. vna iniuria est.
Tecũ. C. lege agito ergo. P. altera est tecum Chreme.
D. Rape hunc. P. ita ne agitis? enimuero voce est opus
Nausistrata exi. C. os opprime. D. impurum vide
Quantum vatet? P. Nausistratã inquam. C. non taces?
* exclu de: P. Taceam. C. nisi sequitur, pugnos in vẽtrem ingere.
* exclu dere. P. Vel oculum * exculpe, est, vbi vos vlciscar, locus.

DON. RIVSQVAM dilapidet) Disperdat. [Visam, vt quod) ἀποσιώπησις secunda. [Ne non id facerem, quod recepissem semel) Et deest, Ad me. vt in Heaut. Ad me recipio, faciet. [Adhuc curam) τῷ ἐγκαταμῷ addidit, Adhuc, cum potuisset sine huc integer sensus esse. [Quæ tu te dudum corã me incusaueras) Noua locutio, coram me incusaueras, nõ, quæ hic incusaueras. [Coram me incusaueras) Belle, vt si quid neget, cõtra seipsum sentire videatur. [Satin' superbe illuditis me?) Endatiuum, & accusatiuũ casum tegit illudo. [Rursum iube rescribi Phormio) Rescribi reddi, seu per mẽsæ scripturam dari. [Iube rescribi) Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit scriptura, rescribere dicebant pro remunerare. Et sic infert, Næ ego per scripsi porrò illis quibus debui. Hæc est ergo figura, in qua secũda deprimis significantiam sumunt. [Iube rescribi) Per scripturam. i. de mensę scriptura dari. vnde hodie additur chirographis, Domo ex arca sua, vel ex mensæ scriptura. [Næ ego per scripsi) Multis per scripturam reddidi, multis dedi. Vt apud Virg. Deditur hic subito Troiana per agmina rumor. [Quin tu mihi argẽtum cedo) Hoc ab vtroque cum clamore dici accipiendum est. [In ius ambula) Ad iudicem eamus. [nam ius, pro loco est. Cic. Quin te in iure conspicio. [Enimuero si porrò odiosi esse pergitis) Vultu iuuandum est, & pronunciatione hoc quod tam minaciter suspenditur. [Enimuero) Enimuero, principium est aliquid per itacũdiam dicturi, vt Hic, tum alius ex alia parte, Enimuero hoc feres, &c. [Condono te) Cõdono ablatiuo iunxit, vt in Eun. Habeo alia multa, quę nunc condonabitur. [Indotatis) Hoc est, vt Phanio. [Etiam dotatis soleo) Vt Nausistratæ. [Nullus sum) Perij, mortuus sum. [Sepultus sum) αὐξησις. nam plus est, quàm nullus sum. [Quid vis tibi: Argentum quod habes? condono te) Vis iterum subaudiendum est, vt sit, Vis argentum quod habes? & est ἀσυνάρτητος inferendum, Condonamus te. Sic est illud apud Virgil. Vultis, & his mecum pariter considere regnis? Vrbem quam statuo vestra est. [Malum, ergo me sic, &c.) Malum, aduerbium est interpositæ indignationis. [Nolo, volo, volo, nolo cursum) Primo, singula separatim, deinde simul vtraque pronuncianda sunt. [Animo virili) A necessario adhortatur. [Nostro modo vlciscI) Ingenio, scilicet. [Hi gladiatorio animo) Parato ad periculum, hoc est ita perdito ac temerario, vt nõ sibi caueant, dummodo vulnerent vt Salust. Auidius alter alterum sauciare, quam semet tegere. [Ad me affectant viam) Affectant viã, plenum, quod nos ἐκτετμημένως [Vt placari possit) Vt, pro, ne nũ. [Cum de medio excesit) Pro quia. De medio excessit, & ad dictum, & ad rationem dicti, comicum est. [Astute aggredimini) κωμικῶς. Et proprie aggredi accedere ad dimicandum est. Bene ergo seruauit translationem à gladiatoribus cœptam. [Ain' tu, vbi peregre) Modo ad Chremetem cum inuentione conuersus est. [Lautum peccatum tuum) Vt laues, vt maculam. [Lacrumis si extillaueris) Stillare, est guttas emittere ex corpore. Extillare ipsum cordus guttatim fluiri. Ergo quasi totum in lacrymas conuerti, & ex toto stillare corpore. [Publicitus) i. publica tura atque consilio. [In solas terras?) Virgil. Pastorum, & solis exegit montibus æuum. Et Salust. in j. Solijs vijs. [In ius eamus) Ad prætoris sellam. modo enim locum significat. [In ius? huc si quid lubet) Apparet Parasitu niti ad domum Chremetis, senes vero ad forum conari attrahere. [Etenim sol) Etenim, pro At posuit, vt turbatum offenderet. Sic alibi, Etenim non sinam. [Vna iniuria est) i. actio iniuriarum ex lege. [Altera) Quam fecisti dotatæ vxori. [Lege agito ergo) Lege agito dicebatur ei, cuius intentio contemptibilis aduersario videbatur. Plaut. in Aulul. Lege agito mecum, molestus ne sis, & cœnam coque. [Pugnos in ventrem ingere) Vrbane in ventrem quasi Parasito. An ventrem, totum Parasitum dicitur? vt Lucil. in ij. Viuite lurcones, comedones, viuite ventres. An simpliciter, quia qui resistit, ne sequatur trahentem collo obtorto, repandum se facit, & ventrem projcit, cum autem in ventre feritur, curuatur, & sequitur.

GVIDO.

DIIS, &c.) Hic continetur Phorm. & senum, & totius simulationis detectio. indignatus enim Phorm. narrare parat omnia Nausistratæ vxori Chremetis, quoniã videlicet modo Ch. sustulerit clam filiam ex muliere quadam Lemnia. D. Merito. i. iure habeo magnas gratias, id est multum sum deuinctus, & obnoxius Dijs, atque eis ago magnas gratia, habere gratias est in animo agere vero gratias est verbis, quod. i. barbare dicit, regratiari, quando. i. quia, ò frater hæc omnia euenerũt nobis prospere. i. feliciter, nunc Phorm. est conueniendus. i. alloquendus, quãtum potest fieri supple. i. quo ad eius fieri potest, vel melius quãtum celeriter potest cõueniri, vt auferamus ab eo nostras triginta minas. i. nostras triginta libra priusquam dilapide, id est disperdat, dissipet eas Phorm. visam, id est ibo ad videndum Demiphonem si est domi, vt expleam supple, quod promisit, vel aliquid tale,

tale, nam aposiopesis est. D. Phorm. nos ibamus ad te. P. Fortasse veniebatis ad me de eadem causa .i. propter eandem causam, propter quam ego contendebam. D. Hercle ita .i. ibamus de eadem causa. P. Credidi.i. non dubitaui, quòd de ea causa ad me veniretis, tanquam meæ fidei diffidentes, ridiculum.i. res est ridicula, & ridenda, quòd.s. ad me veniretis de eadem causa. Ant.i. vtrum veremini ne non.i. quòd non facerem id quod recipissem.i. promissem. semel.i. irreuocabiliter. Heus heus, particula vocantis est, & momentis attentionem, vel excla mantis, quantacunque.i. quantumcunque magna hæc mea pau pertas est, tamen adhuc .i. hucusque, vel etiam, curaui quidem hoc vnum videlicet, vt fides esset mihi.i. vt essem fidelis, & verax vel vt crederetur mihi. C. Chremes interrogat fratrem de puella, quam visitaverant, & ita dicit vt non audiatur à Phormione, ne.i. vtrum. Phanium est ita liberalis.i. benigna, & bonæ indolis, vt dixi. D. Oppido.i. valde est liberis. P. Itaque ò Demipho venio ad vos nunciatum.i. vt nunciem. me paratum esse ad ducend.im vxorem; vbi.i. quando, vultis dare vxorem.s. Phanium, quam promisi me dictu&. Nam post habui mihi.i. posPETR. MARG. tergo animum.i. animaduerteram vos velle tã: opere.i. tã vehementer, ducerem eam vxorem. D. At.i. sed hic Chremes dehortatus est.i. diuertit, deflexit deterruit me, ne.i. vt non darem tibi illam Phanium. Nam, inquit, hic frater qui.i. qualis, erit rumor.i. murmuratio populi, si tu Demipho feceris id.i. si tu dederis ei Phanium, ipsa non data est ei olim, tum.i. tunc, cum.i. quãdo potuit honestè dari. Nunc turpa est.i. inhonestum est eam viduam.i. orbatam viro primo quasi à viro iduam.i. diuisam, extrudi.i. ejici violenter à domo prioris mariti, fermè.i. ferè, hic Chremes dixit mihi omnia, vel incusauit, quæ tute.i. tumet, incusaueras.i. reprehenderis, coram me.i. in conspectu meo, dudũ .i. paulo ante. P. Satin'.i. satis ne illuditis.i. irridetis me superbe. Dici potest illudo te, vel illudo tibi. D. Qui.i. cur vel quo modo te illudimus. P. Rogas.i. interrogas, quo modo me illudatis, quia ne quidem.i. nec etiam potero ducere illam alterã. quam eram ducturus, nam quo ore.i. qua fronte redibo ad eam sponsam, quam contempseram. C. Suggerit hæc Chr. D. Voce suppressa, ne audiatur à Phorm. autem.i. sed, tum.i. deinde, video Antiphonem filium tuum inuitum.i. nolentem, amittere.i. abjicere à sese eam puellam, inique.i. contra æquitatem, nã non est æquum eos seiungere, cum vterque alteri sit cordi. D. Demipho eadem verba dicit quæ fuerunt ei suggesta à fratre, autẽ .i. sed tamen.i. deinde, video filium. sanè.i. valde, inuitum.i. nolentem, amittere.i. abjicere à se mulierem.s. Phanium. Sed sodes.i. si audes, tu Phorm. transi.i. transfer te ad forum, atque iube rursum illud argentum qd' dedi, rescribi.i. reddi, quasi dare per scripturã. Rescribere enim dicebant pro remunerare. Nam ad numerationem pecuniæ antecedit scriptura, vnde hodie datur chirographus domo exactis. P. Quòd argentum vis tibi rescribi.i. ne certe ego præscripsi.i. dedi per scripturã, porrò .i. postea ea illud argentum illis. quibus debui vel debitor fui, vel debui perscribere .i. per scripturam tradere. D. Igitur cum tu præscripseris, quid fiet. P. Si vis dare mihi vxorem, quam despondisti.i. promisisti ducam in vxorem. Sin.i. sed si est ita, vt .i. q', velis illam manere apud te ò Demipho. omnis dos maneat hic .i. apud me, nam non est æquum.i. iustã me decipi propter vos, cum ego remiserim repudium.i. bellum repudij, alteræ pro alteri, antique causa honoris vestri, quæ.s. illa, quã repudiaui, dabat tantundem.i. tantum doris. D. O fugitiuæ.i. ò tu æquali supplicio plectendæ vt seruus fugitiuus. I.i. valde, hinc.i. ex hoc loco, in malam rem.i. in infortunium aliquod malum, & incommodum, vt dici solet.i. in febrem quartanam.i. in malam crucem.i. ad patibulum, cum istac magnificentia.i. cum tua magniloquentia, & magnitudine sumptus. Nam magnificus spectari etiam in magnis sumptibus solet, etiam nunc credis te, & tua facta adeo.i. ita ignorari, vt ista debeas facere nobis. P. Irritor.i. incendior in iram, seu irritor ad irascendum tu. D. Duceres.i. caperes, in vxorem. hanc puellam si esset data tibi, q. d. non P. Fac periculum.i. experientiam .i. periclitate an sim ego ducturus. D. Hoc.i. tale fuit consilium vestrum.i. propositum, vt filius Antipho habitet.i. moretur, apud te cum illa. P. Quæso quid narras.i. dicis? D. Quin.i. quin imò, credo.i. da mihi argentum tibi datum. P. Imò vero.i. sed potius, tu cedo.i. da mihi vxorem promissam. D. Ambula in ius.i. in locum. vbi prætor ius reddit. Nam hic ius pro loco ponitur, vbi ius à prætore redditur, vt digestis de iustit. & iure.l. Paulus. Ideo in ius ambula, quasi ad iudicem eamus. P. Dicis vt ambulem in ius, enimuero.i. certe, ambula sup. in ius in detrimentum vestrum si porrò .i. si postea, pergitis.i. perseueratis, prosequimini esse odiosi.i. molesti, ab odio pro modestia. D. Quid facies? P. Ne.i. vtrũ petis quid ego faciam. Vos fortasse arbitramini.i. putatis me patrocinari.i. adesse, seu præsidio esse, modo.i. tantummodo, in dotatis puellis .i. sine dote, vt de Phanio feci, cui patrocinatus sum.i. cuius causam defendi, & protexi. Etiam soleo patrocinari.i. auxiliari, dotatis.i. habentibus dotem, vt Nausistratæ, quam scio ita eludi à marito suo, & à te fratre eius. C. Quid.i. in quo id.s. te patrocinari dotatis, interest sup. nostra.i. ad nos attinet. P. Nihil vestra interest. Deinde incipit apertius loqui. Noram .i. cognoscebam, siue cognoueram aliquãdo hic quandam vxorem cuius vir.i. maritus habuit aliam Lemni, sed sermo interruptus est à Chremete. C. Hem, interiectio indignantis. D. Quid est? propter quod ita indignaris. P. Perficit quod inceperat. Noram hic quandam vxorem, cuius vir habuit aliam vxorem Lemni.i. in illa insula. C. Nullus sum.i. perij. P. Ex qua vxore suscepit.i. sustulit filiam, & educat.i. nutrit eam, clam.i. secreto. C. Sum sepultus.i. iam de me factũ est. P. Adeon'.i. certe, ego iam denarrabo.i. recitabo ad longum illi vxori hæc, quæ prius dixi. C. Obsecro ne faciat.i. noli ei narrare. P. Eho interiectio percipientis, & deprehendentis, tum.i. tu ne is eras, qui talia gessit. D. Vt.i. qualiter, ipse Phormi facit ludos.i. exhibet populo spectacula motu suo, & gestu, vel qualiter ludos facit.i. suis verbis ridiculis non illudit. C. Facinus te omissum.i. te dimittimus, tanquam futilem ac vanum. P. Fabulæ.i. nugæ sunt supp. quasi dicat vultis vos subterfugere ita veritatem conuertendo in fabulas, quasi dicat non fiet. C. Quid vis tibi.i. quid quæris habere vt taceas, vis sup. vt condonemus tibi argentum, quod habes, vel affirmatiue ait condonamus tibi argentum, qd' iam habes. P. Audio.i. intellego vos, ergo condonetis mihi quid.i. cur malum, id est (quod dicitur) quid malæ gratiæ, est enim hic malum aduerbium interpositæ indignationis, vos inepti.i. inconsiderati, & insulsi, ludificamini.i. illuditis, irridetis me, sic vestra sententia puerili, id est indigna vtris senibus, & solis pueris accommodata. Deinde deliberat, capiat nec ne oblatum munus, & taceat. Nolo tacere pro tali munere. Deinde attentius re considerata subdit volo, id est sum contentus id facere pro munere tali. Deinde simul, & turbulenter pronunciandum est volo, nolo, quasi paruo tempore contrarias habuerit opiniones, rursum.i. iterum, cedo.i. dic, alloquitur seipsum, quasi dicat dic potius Nausistratæ talia, quæ dicta sunt. Deinde imò cape munus oblatum, id quod est dictum modo .i. paulo ante, est indictum.i. habetur pro non dicto, & (quod dici solet) est deductum, seu mauis retractatum, & id quod modo.i. paulo ante erat ratum, id est firmum in proposito, est nunc irritum, .i. non ratum, sed vanum. Eiusmodi fiunt in deliberationibus faciendis, & consilijs capiendis, nam tunc sæpe mens, animusque in varias distrahitur sententias. C. Quo pacto, aut vnde, id est à qua occasione, hic Ph. resciuit, id est recognouit, hæc quæ dixit. D. Nescio vnde resciuerit, nisi voluit aliud adiungere, sed quia non sibi placuit, neque verum putauit, fecit aposiopesim, & ad aliud diuertit, certo scio me nemici dixisse id quod ipse dixit. Vel sic, nescio vnde sciuerit, nisi.i. præterquam quòd supple scio certo me nemini dixisse id. C. Ita Dij ament me vt ex amo dico, id videtur esse simile monstri .i. videtur aliquid esse simile monstri .i. videtur esse aliquid prætergrediens naturæ modum, quod vir ille resciuerit nemine referente. P. Inieci.i. incusi scrupulum .i. anxietam, solicitudinem. Nam scrupus .i. scrupulus, lapillus est, breuis, & asper, qui præssus pede solicitudinẽ creat, inde rem scrupulosam dicimus, quæ aliquid habet asperi, inde scrupeus ea cum.i. asper rarum. D. Hem, indignantis interiectio, hiccine .i. vtrum decens est supple vt hic Phorm. auferat à nobis hoc tantum argenti.i hoc pondus argenti tantum, irridens.i. cum irrideat, vel irridendo, tam aperte.i. eam euidenter, hercle satius est.i. melius est emori.i. emorti occumbere, para.i. accinga te, vt sis animo virili, & præsenti.i. habeas animum virilem, & præstantem. Nam præsens animus dicitur præstans, & efficax. Vides ò Chreme tuum peccatum, quod commisisti Lemni esse elatum.i. prolatum, emissum, perlatũ foras.i. in lucem, in medium in apricum, sub diuum, nec.i. & nõ vides te non posse iam celare tuam vxore id, quod fit nunc auditura ex alijs, placabilius est.i. satius est ad placandum eam, nosmetipsos indicare.i. prodere, manifestare, detegere ipsi vxori id peccatum tum.i. tunc, vel deinde poterimus vlcisci, id est punire hunc Phormionem, nostro modo, id est nostro arbitrio, & quã tum volemus, & eo modo, quo cupiemus. P. Atat, interiectio timo

timoris, nisi prospicio.i.prouideo, caueo mihi,hæreo.i.dubius sum,& perplexus sum,vel hæreo.i.adhæreo captioni, & retibus nisi caueo mihi .i. capior, vt captus sum nisi mihi prouideo, vt lepus qui cassibus hæret. Hi, Demipho,& Chremes affectant.i. cupide quærunt viam .i. accessum appulsum ad me capiendum animo gladiatorio .i. parato ad periculum, hoc est ita perdito ac temerario,vt non sibi caueant,dummodo vulnerent. C. At .i.sed, vereor vt.i.q̃ non possit placari .s. vxor mea. D. Es .i. sis, bono animo.i.habeas bonum animum, ne timeas ò Chreme. ego redigam .i. reducam vos, te & vxorem, in gratiam .i. amicitiam,& beneuolentiam,fretus.i.confisus,hoc.i.ac re,quæ sequitur.s.cum.i.quia, illa mulier, vnde.i.ex qua hæc filia est suscepta tibi.i.à te, excessit è medio.i.mortua est & ex hoc sæculo migrauit Ph. ita ne .i. vtrum sic agitis mecum .i. si me tractatis aggredimini ne,satis astute,hoc dicit per ironiam. Aggredi prorie est accedere ad pugnandũ,seu dimicandum, hercle ò Dem. non instigasti.i.non incitasti me, seu irritasti me ex te.i.ad vtilitatem istius Ch.Deinde conuersus ad Chr.ait. Ain'.i. ais ne tandem tu.i.dicis ne verum, q̃ vbi.i.postquam feceris peregre.i.lõge,remote,id quod fuit libitum tibi.i.id quod libuit tibi, neque veritus sis huic fœminæ primariæ.i.quæ est de primarijs,& optimatibus vrbis, ita sup.quin.i.quod non, faceres ei contumelias .i.iniurias nouo modo. Ais ne ergo quod venies nunc lautum .i. ad lauandum, seu purgandum, expiandum peccatum tuum mihi,precibus.i.per preces. ego dabo.i.reddam tibi illam vxorem ita incensam .i. inflammatam his dictis meis quæ sim vlli dicturus,vt ne.i.non,restinguas.i.extinguas,hoc est places,à placeo places, illam sic incensam, etiam si extillaueris lacrymis.i. etiam si totus in lacrymis conuertaris, vel guttatim finiaris. D. O sup.malum.i.infortunium pessimum,quod malum vtinam Dij, & Deæ omnes diunt.i.dent isti Phormioni,ne.i.vtrũ est verum, quenquam.i.aliquem hominem esse affectum.i.suffusum tanta audacia,quanta est Parasitus iste affectus ? Non ne est verum inquam hoc scelus .i. hoc peccatum tuum,qui meus frater es deportari à Parasito publicitus.i.publice, vel in publica cura,& consilio.hinc.i.ex hoc loco,in solas terras.i.in terras desertas,vel in Insulas remotas,aut in vltimas terras. C. Sum redactus.i.perductus sum,in id loci.i.in eum statum, in eam angustiam,siue in eum locum angustum, vt prorsum,vel prorsus .i.omnino,nesciam quid agam cum illo Phorm.i.quid paciscar cum eo, aut conueniam. D. Ego scio .i. non dubito te esse multum anxium tantum est. Eamus in ius.i.in locum, in quo ius à prætore reddi solet, siue ad sellam prætoris, modo enim ius locum significat. P. Dicis vt eamus in ius? si quid libet.i. si aliquo modo placet,eamus in ius huc.i.in domum Chremetis. D. Alloquitur fratrem vt comprehendat Phorm.assequere.i.ita persequere eum,vt comprehendas, retine eum comprehensum vt ducatur in ius,dum.i.quandiu, euoco seruo huc, vt eum retineant. C. Enim.i.at, vel certe nequeo retinere eum, solus accurre huc.i.accede celeriter. P. Vna iniuria.i.vna actio iniuriarum est mihi tecum. D. Ergo si sit tibi mecum iniuria, agito lege.i.persequere ius tuum per legem, q.d.contemno tuam actionem. Nam lege agito dicebat ei, cuius intentio contemptibilis aduersario videbatur. P. O Chreme, altera iniuria.i.altera actio iniuriarum est tecum,quia iniuriam fecisti dotatæ vxori. D. Rapere .i. celeriter cape hunc Parasitum. P. Ne.i.vtrum, ita agitis? .i. ita me vi tractatis? enim vero .i. certe,opus est voce.i.vociferatione. Deinde clamat. ò Nausistrata exi.i.egredere è domo. C. Alloquitur fratrem dicens, opprime.i.compesce, obtura ei os ne loquatur. Vel potest hoc dici Parasito admonens vt taceat. D. Vide impurum.i.hunc improbum virum, quantum valet.i.quantum potest. D. Inquam.i.iterum dico, Nausistrata exi. C. Non taces? P. Non vt taceam? quasi dicat non faciam. D. Nisi ipse Parasitus sequitur te, vt eatur in ius, sed vult remanere domi tuæ, vt detegat omnia vxori. Ingere .i. immitte, infer violenter pugnos in ventrem eius, vel exclude.i.erue illi oculum. P. Locus est .i.locus adest,vbi.i.in quo loco vlciscar.i.puniam vos,vel vindictam de vobis sumam.

LATO. ARGVMENTVM) Repetunt senes argentum à Parasito ex quo contentio oritur, quæ erit occasio catastrophes Phædriæ. [Vt quod) Abrupta oratio interpellationis Demiphonis. [Est ne ea) Adhuc loquitur de Phanio Chreme de qua inter ipsos sermo fuerat priusquam venirent ad Parasitum. [Nam qui) Ratio à turpi. [Ferme)Addit vim confirmationis ab ipsius Phormionis sententia. [Tu autem) Hoc suggerit Chremes,& est alia ratio ab iniusto,& difficili. [Rescribi) Reddi,renumerari, nimirum per scripturam mensariorum aut fœneratorum,penes quos vsuræ gratia priuatæ pecuniæ erant. Est autem synecdoche,qua verbum rei sequentis ad significandum id,quod præcessit, transfertur. nam præcedit numerario pecuniæ, deinde scriptura sequitur, cum id quod numeratum est, in fabulas refertur. [Ihinc) Imprecatio. [In ius) In iudicium nam hic locum significat. [Dotatis) Intelligit Nausistratam. [Sepultus sum) Auxesis hyperbolica desperantis. [Condonamus te) Te ablatiuus. Nolo volo. Mimesis indignantis. [Inieci scrupulum) Hoc secum Parasitus, & est prouerbiale. Nam significat solicitudinem animo injicere. [Animo viridi) Accingitur ad vim Demipho, & Chremem hortatur à necessario. [Arat) Metuentis, & gladiatorio animo dicit prouerbiali figura,pro perdita temeritate,& audacia. [Non hercle) Comminatio. [Restinguas) Epitasis ex metaphora. nam cum iram significarit,nunc quasi de vero igne loquitur. [Assequere) Apparet Phor.niti ad domum Chremetis vt conueniat Sostratam. quare dixit huc, si quid lubet, prouocans Chremetem, cum ipse in ius vocaretur. [Vel) Pro, etiam.

DIIS magnas) Hominum improborum, & sceleratorum mores,qui accepta parua occasione viros optimos,& sibi multum dissimiles, grauibus conuitijs iniurijs vexant, vt id extorqueant quo suæ voluptati gratificentur docet hæc scena Xenophon in sexto Cyrop. Homo autem laudabilis,qui in vita hac probitatem sectantur,sic se comparare debet,ne hominibus,aut inuidis vllam occasionem det cum veritate calumniandi.Et hęc est obtrectatio vitium pessimum,& abominabile, quia cum ea re parum sibi ipsi prodesse potest, alterius famam nimio plus corrumpit.[Dilapidet) Dilapidare est bona,& subitantiam dissipare corrumpere,& nepotum more decoquere. [Gladiatorio animo) Confidenti, obfirmato. PETR. MARS.

GLAREANVS.

ET hi senarij sunt omnes, vt & præcedentis scenulæ,quam malim,si quidem alij coniungenda est, huic connectere, quantumuis longæ, cum longiores adhuc multæ inueniantur apud hunc auctorem. In 4. versu vel bacchius est loco primo, vel prius monos. Idem fit in 7. versu in verbo Eadem,vt de elidat, & Eadem dissyll. fiat quòd si de corriperetur, non elideretur ac Eadem trisyl.maneret,esset ionicus à minore loco primo,quod rarissimum inuenias. In 8. necesse est bacchium ponere loco quinto,nisi re in Verebamini,quod natura longum est, corripi quis existimet, quod mihi quidem verisimile non videtur.Deci mus versus in vetusto lib. ita legitur.

Heus quantacunque hæc mea paupertas est tamen.
Vt illud Adhuc ad sequentem veniat versum, in quo mihi monosyll. totum eliditur. In 12. Ea omittendum non est,vt versus ita legatur.

Est ne ea ita, vt dixi, liberalis? D. Oppido.

In 17.vel d,eliditur in Dehortatus,vel s,ad finem. In 18. Qui corripitur,non eliditur,vt sæpe alias. In 29.vel creticus est loco secundo,vel e,in Iube corripitur. In 30. Næ totum eliditur,& s, in Quibus, nisi bacchius sit loco quinto. In 33. creticus est loco secundo quod dicere malim quam d,elidi in Apud. In 37. verbum I,corripitur,non eliditur. In 39. Tu ne integre legendum. Natura Tu producta est. In 40. vel Pericium trisyllabum est,vel amphibrachys est loco quarto. In 42.Mihi monosyll.totum eliditur,& in 43. Imò priorem à superiore versu elidit. In 44. vel In ius,non est addendum,vel versus Hypermeter erit. Ego malim ab Enimuero ordiri versum,vt sæpe alias: In 48. Cuius monos.est 50. versum quidam lib. ita legunt.

Suscepit, & eam educit clam.

Quod placet: Nam hic poëta Educere pro Educare vbique vsurpat,vt alibi ostendimus. Item in eodem s,eliditur in Sepultus. In 67. vel creticus est loco primo,aut d,eliditur in Quod. In 73. proceleusmaticus est loco primo. In 74. creticus haud dubius est loco tertio. In 75. proceleusmaticus rursus loco primo. In 76. Istius dissyll. est. In 77. vel Fuit monosyll.vel bacchius est loco quinto. In 78. Huius monosyll. In 79. Ei monosyllabum est,sed vel secundo loco amphibrachys,vel quinto creticus, & Tu pronomen non est omittendum. In 83. Dij monos. Deæ dissyllabum,nisi quis d,elidere velit in Quid. In 86. creticus est loco tertio,quanquam d,elidi potest in Id. In 87. s,eliditur in Prorsus. Sunt hic alia effugia,sed non arridentia. 90. Huc non requirit sensus,& versus respuit,& solus ante Nequeo legendum,vt habet liber vetus. In 92. proceleusmaticus est loco secundo,anapæstus tertio: In penultimo idem proceleusmaticus est loco secundo.

ACTVS V. SCENA IX.

ARG. ADR. BARL.

Phormio Chremetem prodit vxori de altera coniuge Chremes grauiter obiurgatur: Phormio exultat, tam probe se vltum esse senes Demipho pro fratre intercedit, & orat vt huic vxor factum condonet: Ea neque se ignoscere dicit, neque promittere quidquam, sed filij iudicio permittere omnia.

ARG. PAVLI MALLEOLI.

In hac vltima scena inter virum, & mulierem controuersia est, in qua iniquæ tractationis sit reus maritus. Est status venialis qualitatis. Hic Chremes adulterij reus, Nausistratæ vxori à Phormione proditur, quem tamen ea grauiter obiurgat. Vnde Phormio magnopere exultat, tam egregiam se nactum esse de senibus vltionem: Tum denique Demipho pro Chremete, & intercedit, & precatur obnixe, vt vxor ipsi crimen condonet, Tum comperto Phædriæ amore, contentionis parentum suorum se danda arbiter constituitur: Postremo quo singula in calce iucundius claudantur, parasitus Phormio suopte ingenio ad cœnam se quoque vocaturam esse Nausistratam animaduerit. ADDITIO. Attende hic à poeta habitum, gestum, vultum, & affectum personarum quam mirifice expressum, & obseruatum.

Senarij Iambici, & Trochaici Octonarij Catalectici.

NAVSISTRATA, CHREMES, PHORMIO, DEMIPHO.

QVI nominat me? C. hem. N. quid istuc turbæ est obsecro
Mi vir? P. hem quid nunc obticuisti? N. quis hic homo est?
Non mihi respondes? P. hiccine vt respondeat?
Qui hercle, vbi sit, nescit. C. caue isti quidq̃ creduas.
P. Abi: tange: si non totus friget, me enica.
C. Nihil est. N. qd ergo est? qd istic narrat? P. iã scies?
Auscultа. C. pergin' credere? N. quid ego obsecro
Huic credam, qui nil dixit? P. delirat miser
Timore. N. non pol temere est, quod tu tam times.
C. Ego timeo? P. recte sane: quando nihil times,
Et hoc nihil est, quod dico ego, tu narra. D. scelus,
Tibi narret? P. eho tu, factum est abs te sedulo.
Pro fratre? N. mi vir non mihi narras? C. at. N. qd at:
C. Nõ opus est dicto. P. tibi qdẽ: at scito huic opu'st.
In Lemno. C. hem quid ais? D. non taces? P. clam te.
C. hei mihi.
P. Vxorem duxit. N. mi homo dij melius duint.
P. Sic factum est. N. perij misera. P. & inde filiam
Suscepit iam vnam, dum tu dormis. C. quid agimus?
N. Pro dij immortales, facinus indignum, & malum.
P. Hoc actum est. N. an quidquam hodie est factum indignius?
Qui mi, vbi ad vxores ventum est, tum fiunt senes.
Demipho, te appello: nam me cum hoc ipso distẽdet loqui.
Hæccine erant itiones crebræ, & mansiones diutinæ
Lẽni? hęccine erat, quę nr̃os fructus minuebat, vilitas?
D. Ego Nausistrata esse in hac re culpam meritam nõ nego,
Sed eam, quæ sit ignoscenda. P. verba fiunt mortuo.
D. Nam neque negligentia tua, neq; odio id fecit tuo.
Vinolentus ferè ab hinc annos quindecim mulierculã
Eam compressit vnde hæc nata est, neque post illa vnquam attigit.
Ea mortem obijt: è medio abijt: qui fit in re hac scrupulus?
Quam ob rem te oro, vt alia facta tua sunt, æquo animo hoc feras.
N. Quid ego æquo animo? cupio misera in hac re iam defungier.
Sed quid sperem? ætate porrò minu' peccaturum putem?
Iam tum erat senex, senectus si verecundos facit.
An mea forma, atque ætas nunc magis expetenda est Demipho?
Quid mihi affers, quam ob rem expectem, aut sperem porrò non fore?
P. Exequias Chremeti, quibus commodum ire, hem tempus est.
Sic dabo: age age nunc, Phormionem, qui volet, lacesito:
Faxo tali eum mactatum, atque hic est, infortunio.
Redeat sane in gratiam: iam supplicij satis est mihi.
Habet hæc, ei quod, dum viuat, vsque ad aurem obganniat.
N. At meo merito credo. quid ego nunc commemorem Demipho
Singillatim, malis in istũ fuerim? D. noui æque omnia
Tecum. N. meriton' meo hoc videtur factum?
D. minime gentium:
Verum, qñ iam accusando fieri infectum non potest,
Ignosce: orat, confitetur, purgat: quod vis amplius?
P. Enimuero, prius quàm hæc dat veniam, mihi prospiciam, & Phædriæ.
Heus Nausistrata, prius quàm huic respondes temere, audi. N. quid est?
P. Ego minas triginta ab isto per fallaciam abstuli:
Eas dedi tuo gnato. is pro sua amica lenoni dedit.
C. Hem quid ais? N. adeon' indignum tibi vr̃, filius
Homo adolescẽs vnã si habet amicã? tu vxores duas.
Nil pudere? quo ore illum obiurgabis? respõde mihi.
D. Faciet, vt voles. N. imò, vt iam scias meam sn̄iam,
Neque ego ignosco, neque promitto quidquam, neq; respondeo,
Prius quàm gnatum video: eius iudicio permitto omnia: is
Quod iubebit, faciã. P. mulier sapiens es Nausistrata.
N. Satin' id est tibi? P. imò vero pulchre discedo, & probe,
Et præter spem? N. tu tuum nomen dic quod est.
P. min'? Phormio,
Vestræ familiæ hercle amicus, & tuo summus Phædriæ.
N. Phormio, at ego æcastor posthac tibi, quod potero, & quæ voles,
Faciamque, & dicam. P. benigne dicis. N. pol meritum est tuum.
P. Vin' primum hodie facere, quod ego gaudeam Nausistrata,
Et quod tuo viro oculi doleant? N. cupio. P. me ad cenam voca.
N. Pol vero voco. D. eamus intro hinc. N. fiat:
sed vbi est Phædria,
Iudex noster? P. iam hic faxo aderit. Vos valete, & plaudite.

QVIS

DON. VIS nominat me?) Hic velut controuersia est, in qua reus sit maritus malæ tractationis, & est status qualitatis venialis. [Delirat miser timore) Grauiter vtrunque,& delirat,& timore. nam deliratio,senectute cõuenit timor,conscientiæ. [Mi homo,dij melius duint) Quærit Probus,an matrona tam familiariter Mi nõ recte dicat alieno, sed frustra. nam fœminarum oratio,et si non blanditur,blanda est. [Quid agimus?) Facere dictum. [Qui mihi)Eleganter insertum Mihi. vt in Heaut.Is mihi vbi adhibit plus paulo, sua quæ narrat facinora?[Ad vxores ventum est,tum fiunt senes)Eleganter fieri dixit. Et generaliter inuidiosius,quàm si vnum accusaret senem. [Ego Nausistrata) qualitas venialis à concessione.[Verba fiunt mortuo) Non est passus Parasitus, vt totam sententiam senex explicaret. [Nam neq; negligentia tua,neque odio id fecit tuo) Locus in hac causa principalis est ἀπὸ τῆς συνήθειας. & ideo in duo diuisit,nec negligentia circa te,ne odio,inquit,factum. Præterea, & πρόληψις addit defensionem, Vinolentus, ferè abhinc annos quindecim,mulierculam,&c. ab ætate eius,à tempore criminis, à diminutione contemptuq. pellicis, ab euentu, ab animo facientis, q mortua est. Postremo, & à precibus ἐπίλογον fecit,admonens illam oratorie mansuetudinis suę.[Vinolentus) Ab imprudentia defensio.[Abhic annos quindecim)A tempore defensio. [Eam compressit) Bene dixit compressit, q interdum est non amoris, sed iniuriæ. [Neque post illam vnquam attigit) Ita facti pœnituit. Hic locus ἀπὸ τῆς ἐπιδόσεως est.i.ab eo q futurum sit. facilius enim ignoscitur non vltra peccaturis. [Defungier) Defungi,desinere. [Aetate porrò minus peccaturum putem ?) Quia dixit,Abhinc annos quindecim.[Senectus si verecundos facit) Modeste, & grauiter. [Quid mihi nunc affers)Callidus vsa est ad vltimum πνεύματι conuerso ad ipsum defensorem mariti. de qua vi contradictionis exultat Parasitus, tanquam confecto mortuoq. aduersario suo. [Exequias Chremeti)Bono ordine. primo,delirat miser timore,post,verba fiũt mortuo : ad vltimum, exequias Chr.delirat,moritur,effertur. [Age nunc,age, Phormionem qui volet,lacessito)Virg. Degeneremq. Neoptolemum narrate memento. [Faxo tali eum mactatum) Pro eo q est eum * sic frequenter veteres. Ennius, Omnes corde patrem præbent, animoq benigno Circunfusum [Innosce,orat,confitetur.purgat) verba venialis status sunt,ignosce,confitetur. [Tu tutum nomen dic) Bene Tu pronomine vtitur,quia non habet nomen. Nam potentiorum blandimentum circa inferiores hoc fuit,vt nomina eorum quę rerent, & cum audissent, ipsis nominibus eos compellarant ista tim. Tale est in Adelph.Qui vocare? Geta. hominem maxumi precij,&c.[Vestræ familiæ amicus)Hoc propter Antiphonis amicitiam dixit. [Et tuo sumus Phædriæ)Amicus,iterum subaudiendum.[Me ad cœnam voca) Facere ex persona paralitica, beneficij optio facta est, q promiserat mulier, Sed vbi est Phædriæ iudex noster? Bene iudex. ad illud enim mulieris delata sententia est,vt cum ita agit,tuta sint marito omnia.Et per εἰρωνείαν ridicule dicitur ab ea quæ irata erat. [Iudex noster) Nihil facetius,quàm iudicem capi aduersus crimen voluptatis paternæ,& amatorem filium,& fratrem Antiphonem,cui nubet furtiua filia. [Iudex noster) Terribilis.s.censor paternarum delitiarum. Vides igitur hic omnino sublatam vxoris iracundiam.

GVID. QVIS nominat &c.)Hic velut controuersia est in qua maritus sit reus malæ tractationis,& est status qualitatis venialis. N. quis nominat.i.appellat me Nau. C. hem,interiectio dolentis, siue indignantis. N. ò mi vir .i. mi marite. quid istud turbæ est.i.quid sibi vult turbatio,& tria? P. hem, interiectio irritantis vel indignantis quid.i.cur. tu Chr. obticuisti, ab hoc taceo es.i.tacuisti,nunc,neque respondisti tuæ vxori. N. quis .i.qualis hic homo est? hoc dicit de Chr. non respondes mihi. P. Hiccine.i.virum petis tu hic Chr.respondeat tibi,qui hercle nescit vbi sit præ nimio timore,ne tu rescisças eius scelus. D. tu Mau.caue ne credas quidquam isti, isti. per contemptum dixit de Phorm. P. tu Nau. abi.i.concede ad eum tange .i. attrecta eum, eneca me.i.me occide si ipse Chr.non frugiet.i.non est frugidus totus præ nimio timore. C. nihil est deo quod iste Phor. loquitur. N. ergo si nihil est de eo q ipse dicit. quid est q istic.i.iste hic Parasitus narret.i.dicat, q.d. quid ergo sibi volunt eius narrationes. P. iam.i.statim scies quid sit q narrem, ausculta. C. pergin'.i. pergis ne,hoc est perseueras ne credere dictis eius? N. obsecro quid credam huic Phorm. qui nihil dixit. P. ille miser.i.infelix Ch. delirat.i.desipit,deuiat,errat,nescit quid faciat. timore.i.præ nimio metu. N. pol, iurantis, id non est temere .i. inconsiderate, inconsulte,sine causa, quòd tu times,tam.i.tantum. C. egon.i.ego ne timeo.i.vtrum dicis,quòd ego timeo? P. sanè.i.certe vel valde. recte facis sup. vel dicis. quando .i. quia vel sit temporis aduerbium, nihil times.i.times,scelus.i.peccatum tuum,quòd nihil est, &.i.etiam, hoc dico nihil est, quia narro tuum peccatum, quòd est nihil. Vel intellige Ph. per irrisionem dicere sanè recte facis, quando nihil times,etiam hoc quòd dico nihil est,q.d.quamuis id nihil sit tamen tibi non est parum molestiæ illaturum, tu ipse narra .i.refer id quòd est. D. Dicis sup.quòd frater meus narrat tibi scelus.i.peccatum suum. Vel vocat Ph. scelus dicendo,ò scelus .i.ò scelerate dicis,quòd narret tibi id,quod tu vis eum narrare, q.d.non dignaretur homini tam nihili id referre. P. eho,interiectio hic irridentis,dicis tu sup.à te factum est.i.tu fecisti,sedulo.i.instanter,pro fratre.i.pro defensione fratris tui Ch. N. O mi vir .i. mi marite,melius est .n. vt hoc dicatur Ch.quàm Ph. non narras mihi,interrogando lege, q.d. non vis mihi narrare quid iste Phorm. narret? C. at turbatus aliud dicere ne quid. N. quid at.i.quid tibi vis dicendo at. C. non est opus dicto.i. dicere id,quòd est inter nos. P. quidem .i. certe non est opus tibi dicto.i.dicere,at.i.sed,opus est huic vxori tuæ,scito .i. scire quòd à te commissum est. Deinde incipit narrare dicens,in Lẽno.i.in illa Insula,sequitur postea,duxit vxorem clam te.i.te nescente,sed interpositæ sunt interlocutiones. C. Hem,interiectio indignantis,quid ais.i.quid dicis. D. non taces? indignando,hoc dicit. P. procedit in narratione,clam re i.te nescientе duxit vxorem. C. hei mihi .i. dolore afficior. P. vxorem duxit, est completio clausulæ. N. ò mi homo Dij melius duint.i.dij dent meliora nobis,quàm.s.ea quæ dicis,quæ molesta sunt nobis. P. sic factum est vt dico, quia dixit vxorem. N. ego misera perij.i.perdita sum. P. & idem.i.ex ea vxore suscepit.i.sustulit, habuit iam vnam filiam .s. Pha. dum.i.quandiu,tu dormis.i.quandiu non cogitas in eiusmodi rebus. C. quid agimus .i. quid dicimus,aut facimus, siue quid est faciendum? hoc dicit fratri Demiphoni. N. proh, exclamatio est cum indignatione. ò Dij immortales facinus,hoc est sup.indignum .i. nefandum, & quòd fieri non debebat, & malum alij lib. habent miserandum, & malum. P. hoc factum est quòd dico confirmat dictum suum. N. an quidquam hodie est factum indignius.i.iniquius,inhonestius,quàm factum est mihi, vbi.i.postquam ventum est ad vxores plures habendas, tum .i. tunc,ipsi mariti fiunt senes. Deinde conuertit suum sermonem ad Dem. inquiens. ò Dem. appello te .i. vel voco te in testem, vel te compello,seu alloquor,nam me distædet.i.valde, vel plurimum me tædet loqui cum hoc ipso viro meo. Hæccine .i. vtrum,hæ.i.tales erant itiones .i. profectiones,ab eo is irum itu u,in o,mutata fi: itio itio nis,crebræ .i. frequentes,& vtrum hæ erant mansiones .i. commorationes Lemni,in genitiuo aduerbialiter.i.apud Leminum. Hæccine.i.vtrum hæc erat ea vtilitas,quæ minuebat nostros fructus .i. nostros redditus annuos. D. ò Nau.ego non neque culpam esse meritam .i. culpam esse commissam in hac re, sed eam .i. talem culpam, quæ sit agnoscenda.i.excusanda. P. verba fiunt mortuo,prouerbiale est.i. tua verba sunt futilia,& vana,atque huiusmodi, vt si fierent alicui mortuo,q.d. videris alloqui aliquem nihil intelligentem, ac nihil sentientem, velut mortuus nihil sentit, vel intellige sinè prouerbio, verba fiunt Chr. tanquam mortuo, nam postea dicturus est exequias,quibus est commodum,&c. D. est ea culpa ignoscenda, nam neque fecit id.i.non suscepit filiam ex muliere Lemni. à negligentia tui.i.quia negligeret te neque odio tui .i. quia te prosequeretur odio, ipse vinolentus .i. ebrius, vino obrutus, & ingurgitatus, compressit eam mulierem ab hinc quindecim annos .i. iam ex eo tempore sunt transacti quindecim anni, & est talis modus loquendi qualis in And. Ab hinc triennium mulier quædam commigrauit huic nostræ vicinæ,&c.nam ab hinc dicitur de præterito,& de hinc de futuro, compressit ergo eam mulierculam,vnde.i.ex qua,hęc filia nata est.s.Pha.neque vnquam post .i. post ea post illud tempus attigit illam mulierculam,ea mulier obijt mortem .i. iuit ad mortem.i.peregit,mortem.i.mortua est.Scrupulus.i.anxietas,solicitudo,dubietas,qui scropulus fuit in hac re.i.inter Chr.& mulierem Lemniam,abijt è medio.i.penitus remotus est ab humanis rebus mulieris obitus quamobrem oro te Nau. vt feras hoc scelus æquo animo,vt .i. sicut,alia tua facta sunt æqua,& moderatione plena. N. quid.i.cur ego feram ęquo animo tale facinus, vel quid .i. quàm rem feram æquo animo, vtrum.s.dignũ illud sit quòd ęquo animo feratur,quasi dicat non ego misera cupio

de

defungi vita sup.i.mori,vel desinere in hac re.i.in hac molestia, seu in hoc facinore,vel cupio defungi molestia supp.in hac re.i. cupio finire molestiam huius facti,nam defunctus morbis dicitur, qui finiuit morbos, sed qui.i.cur,vel quo modo, sperem .i. habeam spem ipsum non vltra erraturum si ignouero,porrò.i. deinde,quàm inquam.i.quo modo putem ipsum minus.i.non peccaturum ætate propter senectutem, iam tum.i.iam eo tempore, quo ipse compressit eam, erat senex, si senectus facit homines verecundos.i.temperatos, continentes, modestos, iustæ reprehensionis timidos, nam verecundia est iustæ reprehensionis timor,an ò Dem.mea forma.i.mea pulchritudo,atque mea ætas pona, est magis nunc expetenda mihi, quia nunc maritus meus sit factus verecundus propter senectutem, q.d. nihil est propter q̃ id expetem,cum etiam senex impudicus sit, tu Dem. qui virum meum defendis,quid nunc affers mihi,quamobrem .i.propter, q̃ expectem, aut sperem, porrò.i.postea meum maritum non fore talem .i. impudicum? P. iam tempus est ire exequias.i.ire ad exequendas inferias.i.sacrificia, vel obsequia pro mortuis, Ch. quem prius dixit delirare,deinde mortuum esse,cum dixit verba fiunt mortuo,tertio afferri ad rogum,vt ei exequiæ persoluantur, iam ergo tempus est ire exequias Chr.il li quibus commodum est.i.opportunum est ire exequias. Dicimus autem ire exequias alicui, sicut ire suppetias.i.ire ad auxilium, sic dabo.i.sic dicam singulis audientibus, nunc age age.i. eia,hortantis est,qui volet lacessito.i.lacessitat, irritet, propter Ph.s.me faxo.i.faciam eum,qui lacessiuerit me mactatum.i.vel oppressum,vel magis auctum per ironiam, tali infortunio.i.tali infelicitate,atque.i.sicut,hic Ch.est mactatus infortunio graui, sanè hic permissiue capitur, q.d.nihil nunc impedio, redeat Ch.in gratiam.i.placet sibi vxorem,iam satis supplicij est mihi .i.satis sumpsi de eo supplicij, vel satis eum vltus sum,hæc eius habet materiam vel argumentum q̃.i.propter q̃. obganniat.i. oblatret,immurmuret, obijciat ei ad autem, vsque.i.assidue dũ .i.quandiu viuat. Obgannire est contra gannientem gannire.i. contra rixantem rixari,& contra murmurantem murmurare. Gannire autem proprie est vulpium, sicut mugire boum, sed sæpe per metaphoram dicitur quemadmodum alia penè innumerabilia. N. An .i. vtrum maritus meus fecit illud indignũ facinus meo marito .i. quia meruerim, vt fieret mihi talis iniuria propter culpam meam, qua in eum nimis fuerim indulgens, credo.i.ita arbitror quòd merito meo id factum sit ò Dem.quid.i.cur, nunc commemorem.i.recitem tibi,sigillatim .i.seorsum,separatim,qualis.i.cuiusmodi, fuerim in hunc.i.erga hunc virum meum. D. ego noui æque.i.æqualiter,omnia tecum.i.quemadmodum,& tu, vel noui omnia fuisse illi mansueta tecum. N. Ne.i.vtrum,hoc videtur factum meo marito.i.quia sic meruerim? D. Minime gentium .i. nequaquam vbi gentium nihil facit ad significationem, sed tantum ad vocu lationem, siue ad aptiorem sonum clausulæ faciendum, verum .i.sed quando.i.quia,accusando.i.reprehendendo, Damnando id factum,ipsum non potest fieri infectum.i.non factum, ignosce illi, nam ipse orat vt ignoscas, confitetur scelus, humiliter purgat.i.leuat, excusat illud scelus, q̃ vinolentus id fecerit, & iam ab hinc multos annos &c. quid vis amplius .i. quid vltra postulas ab eo,vt faciat? P. Enimuero.i.certe,priusquam hæc Nau.dat veniam,prospiciam.i.consulam prouide mihi, & Phædriæ,heus,vocantis est aduerbium, ò Nau.prius.i.antequam respondes huic Dem.vel Ch. temere.i.inconsulte,inconsiderate, audi id q̃ sum dicturus. N. quid est,q̃ vis me audire. P. ego abstuli.i.extorsi ab illo viro tuo per fallaciam.i.per astutiam, & deceptionem triginta minas .i. triginta libras, dedi.i.tradidi eas minas gnato tuo.s.Ph.is filius tuus dedit eas lenoni.i.puellarum venditori pro sua amica.i.pro emptione suæ amicæ. C. hem, dolentis vel indignantis interiectio est,quid ais? N. Id videtur tibi adeo indignum .i.ita detestabile si filius existens homo adolescens .i. iuuenis, habet vnam amicam, & tu habeas duas vxores,nihil.i.non, te pudet,hoc est non erubescis reprehendere illud, responde mihi quo ore.i.qua fronte, qua audacia, quo vultu obiurgabis .i. vituperabis, corripes illum filium tuum. D. Ch.faciet vt.i.sicut voles. N. imò.i.sed,vt iam.i. nunc,scias meam sententiam .i. meam opinionem, ego neque ignosco illi viro meo,neque promitto quidquam.i.aliquid,neque respõdeo petitionibus tuis priusquam video natum Phæd. permitto .i. relinquo,refero omnia ad hanc rem spectantia iudicio eius faciam id q̃ is filius meus iubebit. P. ò Nau. es mulier sapiens. N. satis ne tibi est.i.non ne sufficit tibi Ph. de eo quod feci. P. Imò vero.i.sed certe, discedo pulchre.i.honeste. & cum honore meo,& probe.i.commode laudabiliter, & præter spem.i.præter spectationem,seu præter id q̃ sperabam. N. Tu dic q̃ est tuum nomen. P. Mihin'.i. petis ne, quòd est nomen mihi. P. est mihi nomen. hercle vocor Ph. amicus vestræ familiæ,& sumus.i.præcipue amicus tuo filio Phæd. N. est ergo tibi nomen Ph.at .i. sed. ecastor.i.per eadem Castoris,vel per Castorem, & est iurandi modus mulieribus antiquis tritus. ego faciam, & dicam posthac tibi id quòd potero, & ea quæ voles. P. Dicis.i.loqueris benigne. N. pol.i.per Pollucem. tum meritum est vt ita tibi dicatur.i.merita tua postulant, vt in te benignitatem exhibeam. P. ò Nausist.vin'.i. vis me facere hodie aliquid, quòd .i. propter quòd hodie primum gaudeam,& quòd.i.propter quòd. oculi doleant tuo viro Ch.cum me videbit. N. cupio id facere. P. vere Parasitum agit, voca me ad cœnam. N. vero .i. sed pol ego voco te ad cœnam. D. Eamus intro hinc.i.ex hoc loco. C. fiat.i. eamus intro, sed vbi est Phæd.filius meus. noster iudex .i. noster arbiter,noster censor,cuius arbitrio mater eius omnia repo suit,& reliquit, & per ironiam ridicule, hoc dicitur Ph. faxo .i. faciam q̃ sup.iam.i.statim aderit.i.præsens erit hic. Valete i.discedite cum incolumitate, & plaudite.i.congratulamini poëtæ plaudendo manibus. Ego Calliopius poëta defensor introductus recensui .i. recognoui diligenter hanc totam comœdiam, vel recitaui vna cum grege meorum actorum.

LATOMVS.

ARGVMENTVM) Phormio prodit Chremetem Nausistratæ illa in virum concitatur intercedit Demipho, tandem ita conuenit, vt ignoscatur Phædriæ, & res arbitrio eius permittatur. Est ergo hæc catastrophe periculi Phædriæ. [Friget) Metu.s.& pauore,vnde poëta: Mihi frigidus horror Membra quatit. [Eho) Irrisio in Demiphonem. [Quid agimus?) Hoc ad Demiphonem. [An quidquam) Exoscultatio Nau. [Fiunt senes) .i. frigent. inuidiosè dictum in Chremetem, & mihi, non personam significat,sed stomachum, & indignationem, vt in Andr. Atque eas tibi substerne,ergo aduerbium est hoc loco non pronomen. [Vinolentus) Purgatio ab ebrietate, qui locus tum imprudentiæ,tum necessitatis. [Exequias Chr.) Insultatio in Chremetem, exequias, subaudi, facio. nam ante mortuum dixit,nunc effert. [Mactatum) Metaphorica auxesis, pro affectum, vel afflictum. [An meo mer.) Occupatio quæ soluitur à pari. ante non profuerunt merita, ergo nunc deinceps proderunt. [Ignosce) Deprecatio à persona. [Adeo ne) Defensio à maiori. [Pulchre discedo) Nempe optata consecutus. [Me ad.) Faceta, & parasitica optio.

PETRVS MARS.

QVIS nominat) Raram inter coniugatos pacem,& concordiam, sed perpetuas lites, & iurgia nimis quàm sæpe esse docetur hac scena. Nam vt,inquit, Iuuenalis:

Semper habet lites alterna que iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimum dormitur in illo.

Et Ouidius: Dos est vxoria lites. Sextius dicere solebat testante Seneca? Qui non litigat cœlebs est. Hoc in Xantippe Socrates prudentissimus expertus est, & docuit fieri non posse, quin vxores cum maritis litigent. [Mortuo verba facere) Est in vanum verba spargere.

GLAREANVS.

PRIMI 21. versus sunt senarij iambici. Reliqui deinde omnes trochaici tetr.catal. In 1. versu vel creticus est loco tertio,vel d,eliditur in Quid. In 2. creticus est loco primo,nisi qs Vir longari propter aspirationem sequentem velit,aut Hem esse extra carmen,denique aut s,in Quis elidi,aut creticum ponere loco quinto. Sed tutissimum est creticum in primo esse loco. In 3. Hiccine prima corripitur,vt in primitiuo Hic. Quartum versum ita legendum puto,

Qui hercle vbi sit, nescit? C. Caue quidquam isti creduis. Vt tertio loco vel e, in Caue corripiatur, vel creticus adsit. In versu quinto, vel i, in Abi corripitur, vel bacchius est loco primo. In sexto, aut tertio loco est creticus, aut in altero Quid d, eliditur. In decimo si legatur Ego ne, proceleusmaticus est loco primo,s,in Egon', amphibrachys. In 11. d,eliditur in Quod,nisi quis vltimum ponat pæana loco tertio, aut aliquid

abundat

abundat fortassis. In 14. s, eliditur in Opus. In 16. Mi non eliditur, sed corripitur. In vltimo Mihi monosyllabum totum eliditur. [Demipho te appello: nam me cum hoc ipso distædet loqui) Sequuntur nunc, vt diximus, trochaica tetram. catal. In 1. versu pronomen Ipso omittendum non est. In 3. Minuebat legendum. vtrunque neglexerat Aldinus liber. In 6. versu quarto loco creticus est, nisi Tua nonosyl. faciamus. In 5. loco proceleusmaticus. In 8. versu vel bacchius est loco primo, vel Eam monosyll. est. In 10. legendum, Vt alia sunt tua facta. & in Aequo animo, alterum o, corripiatur, non eliditur, vt loco sexto sit tribrachys. In 12. s, eliditur in Minus. In 15. legendum Quid mihi affers nunc? vel Quid mihi hic affers? vt Ioan. indicat. In 16. Iam extra metrum est, nec sensus magnopere desiderat. In 17. trochæus initio cum anapæsto. Deinde vel alterum Age abundat, vel Phormionem trissyllabum fuerit, vel bacchius erit loco quarto. Nam vt pæana tertium loco tertio admittamus, Multi refragabuntur, sed lector quod volet sequatur. Vigesimo ita legendus est,

Hæc habet, ei quod dum viuat, vsque ad aurem obganniat.

Vt primo loco sit trochæus, secundo anapæstus. In 21. creticus est primo loco. In 23. Merito hoc, anapæstus est, post quem amphibrachys. In 29. bacchius est loco primo. In 27. trochæus loco secundo, & anapæstus loco tertio. Itaque Prius est dissyllabum. In 28. loco sexto trochæus est, & Illo corripit o, non elidit. In 29. amphibrachis est loco primo. Adijre debeam, vel eas monosyllabum, sed id nunc toties feci, haud dubie magna Lectoris molestia. In 30. Adeo non Adeon' legendum. In 31. Si corripitur, non eliditur, vt loco tertio sit tribrachys. In 33. loco quinto est amphibrachys. In 35. bacchius loco primo, & Videro legendum, ac Eius monosyll. In 36. amphibrachys est loco primo. In 37. s, in Satis eliditur, & o, in Discedo corripitur non eliditur. Nisi malis legere initio versus, Est ne tibi fatis? In 38. Tu tuum nomen ex Don. legendum, vt sit creticus loco tertio, & Mihin monosyllabum est, ac Phormio ad finem huius pertinet carminis, vt alterum incipiat à verbo Vestræ. in quo creticus est loco quinto. In antepenultimo versu Amphibrachys est loco secundo. addam adhuc Sed, nisi Tuo sit monosyllabum. Vtinam definitum tandem esset, ac inter doctos certum, vtrum ne perpetuo liceret dici Mihi magis placeret (quandoquidem hic poëta absque controuersia in carmine licentiosissimus est) vt pedidus hæc diuersis, potius quàm per synæresis, definiremus. At pleraque hæc lectoris iudicio submisimus, mea nihil refert. viro modo grammatici loqui velint.

FINIS.

SERIES LITERARVM.

* ** abcdefghiklmnopqrstuxyz. ABC.

Quaterniones omnes, excepto *, qui est Ternio.

VENETIIS,
APVD HAEREDES IOANNIS
MARIÆ BONELLI.
M▸ D▸ LXXIII▸

4
161

9.275